Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
XXVI
F
14
NAPOLI

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVI
F
14
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

RISICATVS
DE
STATV
HOMINVM
IN REPVBLICA.
TOMVS SECVNDVS.

Digitized by Google



Digitized by Google

DE
STATV HOMINVM IN REPVBLICA

DVPLICI TOMO,

Libris quinque comprehenſo.

ELABORATÆ AD COMMVNE BONVM ELVCVBRATIONES;
Ex Quinquaginta fermè Rerum Publicarum Statibus recollecta,
& Duobus Indicibus locupletatæ.

AVTHORE V. I. D.

D. FRANCISCO RISICATO

SICVLO ROCCELLO ARGYRINA.

Ex Aduocatis Magnæ Regiæ Curiæ.

TOMVS SECVNDVS.

PANORMI, Ex Typographia Petri Camagna. M.DC.LXXIII.

Imprim. Cuzolinus Gub. & V. G. Imprim. R. Ioppulus P.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX
CAPITVLORVM
In quocumque ſtatu in hoc ſecundo Volumine contentorum.

In Regali quidem Statu hæc habentur.

DE his, quæ ineſſe Regi debent. fol. 7.
De Regum ſucceſſione, & electione. fol. 23.
De Regum poteſtate. fol. 36.
De Regalijs. fol. 56.
De Obedientia, fidelitate, auxilijs, & ſeruitijs Regibus præſtandis. fol. 70.

In Statu Imperatorum habentur.

De Imperatoris electione. fol. 96.
De Imperatoris dominio, & poteſtate. fol. 101.
De his, quæ ab Imperatore fieri vel non poſſunt. fol. 106.

In Statu Proregum.

De Proregum poteſtate. fol. 121.

In ſtatu Principum Abſolutorum carent Capitula.

In Statu verò Baronum hæc ſequuntur.

De his, quæ circa iuriſdictionē Baronibus permittuntur. f. 153.
De his, quæ Baronibus quoad iuriſdictionē ſunt vetita. f. 173.
De his, quæ Baronibus circa feudalias ſunt interdicta. f. 183.
De oneribus feudi reſpectu, à Baronibus tolerandis. f. 207.
De vita, & militia ex Barone fratribus tribuenda. f. 213.
De officio Baronum erga dominum, & vaſſallos, ſiue ſubditos. fol. 217.
Quibus priuentur ex cauſis feudo Barones. f. 220.

In Statu Conſultorum vnicum eſt Capitulum, ideſt

De his, quæ perfectum conſtituunt Conſultorem. f. 233.

In Iudicum Statu hæc ſequuntur.

De qualitatibus in Iudice requiſitis. fol. 248.
De Iudicibus delegatis, & ſubdelegatis in genere. f. 268.
De Iudicibus conſeruatoribus. f. 276.
De Arbitris, & compromiſſarijs Iudicibus. f. 282.
De Iudicum recuſatione. f. 294.
De his, quæ Iudicibus interloquutorias, definitiuaſque circa

ſen-

ſententias permittuntur. fol. 301.

In Aduocatorum Statu hæc ſunt.

De fiſci aduocatis, ſiue patronis. f. 306.
De Aduocatis particularium perſonarum. f. 313.
De his, quæ aufugere aduocati debent. f. 317.
De his, quæ aduocationis è munere depelluntur. f. 328.
De his, quæ obijci aduocatos aduersùs valent. f. 331.
De Aduocatorum priuilegijs. f. 333.

In ſtatu Procuratorum tractatur.

De Procuratorum fiſcalium M. R. C. ac Tribunalis R. P. officio, nec non de eorum ſollicitatoribus. f. 339.
De Procuratorum priuatarum perſonarum officio. f. 345.
De his, qui valent in Procuratores eligi. f. 350.
A quibus valent nec ne Procuratores conſtitui. f. 354.
Quibus Procuratores è cauſis conſtitui, vel ex aduerſo valent. fol. 356.
De Procuratorum reuocatione, ac etiam confirmatione. f. 360.

In ſtatu Pretorum, ſiue Capitaneorum continentur.

De Capitaneorum electione, onereque illis tribuendo. f. 368.
De officio, & poteſtate Capitaneorum. f. 372.
De Indicijs ad torturam. f. 389.
De his, qui torturæ ſubijci minimè poſſunt. f. 393.
De tortura, eiuſque gradibus. f. 395.
De Capitaneorum eccleſiaſticas in perſonas iuriſdictione, & de mixti fori criminibus. f. 398.
De ordinarijs, extraordinarijſque actorum Capitaneis, ipſorumque inſtitutionibus. f. 403.

In ſtatu Decurionum, ſiue Iuratorum habetur Capitulum vnicum.

De Iuratorum iuriſdictione, & officio. f. 413.

In Syndicorum ſtatu, ac Magiſtrorum Iuratorum nulla habentur capitula.

In ſtatu verò Magiſtrorum Notariorum, Actuariorumque habentur.

De Commiſſarijs, ſiue Actuarijs ad teſtes examinandos. f. 449.
De his, quæ obſeruari à Magiſtris Notarijs in pragmaticis Regni, & alibi conſtituta debeant. f. 459.

In ſtatu Commiſſariorum Exequutiuorum duo habentur capitula.

De examine Delegatorum, Commiſſariorumque exequutiuorum faciendo, actorumquè formis. f. 468.
De his, quæ per pragmaticas Commiſſarijs exequutiuis ordinantur. f. 472.

In

In Apparitorum ſtatu adeſt capitulum vnicum, nempè

De his, quæ auferre, & obſeruare Apparitores debent. f.480.

In ſtatu Carcerum Cuſtodum nulla ſunt capitula propter eorum breuitatē.

In ſtatu Mercatorum hæc quippè habentur, nimirum.

De his, qui ratione ſui Mercatorum exercere minimè poſſunt. fol.503.
De rebus, quæ ad mercaturam vitantur, exponi. f.510.
De mercatura, quæ loci, temporis ratione, vetatur. f. 513.
De monopolijs è mercatore vitandis. f.517.
De Mercatorum mercibus. f.519.
De nundinis, & emporijs. f. 524.
De inſtitutoribus. fol. 528.
De Mercatorum libris. fol.531.
De exibitione librorum Mercatoris. f.536.
De Mercatorum literis, & apodixis. f. 537.
De Mercatorum ſtylo, ipſorumque cauſarum priuilegijs, atque Conſulibus. f.546.

In ſtatu Nautarum habentur infraſcripta, hoc eſt.

De his, circa quæ inculpatur Nauta, excuſaturue. f.555.
De nauium, ac mercium aſſecuratoribus, atque aſſecuratione. fol. 559.
De mercium in maris tempeſtatibus iactura f.564.

In Aſtrologorum ſtatu habentur.

De ſententijs Aſtrologorum, operationibuſque. f. 569.
De his, quæ aeris circa mutationem ex aſtrologia occurrunt. fol. 584.
De ventis. fol.599.
De æſtu, ſeu fluxu, & refluxu maris. f. 602.

In ſtatu Proſenetarum vnicum adeſt Capitulum, nempè.

De Proſenetarum iuribus, Medianorumue. f.611.

In Arithmeticorum ſtatu infraſcirpta continentur.

De calculi ordinatione. f.616.
De additione. f.617.
De ſubtractione. ibidem.
De multiplicatione. ibidem.
De partitione. fol.618.

In ſtatu Geometrarum vnicum eſt Capitulum, nimirum.

De his, quæ poſſunt circa geometras interuenire. f.629.

In

In Notariorum ſtatu hæc ſequuntur.
De quibus debent cognitionem Notarij habere. f.640.
De his, quæ Notario vetita, vel permiſſa. f. 648.
Quomodo gerere ſe circa officium, Notarius debet. f.655.
In ſtatu Telonariorum ſiue Publicanorum duo ſunt Capitula, nempè.
De his, quæ debent Publicani, & Gabelloti euitare. f.664.
De Publicanorum libris. f. 668.
In ſtatu verò Perceptorum, ac Theſaurariorum, Hiſtoricorum, Pictorum, & Sculptorum, nec non Poetarum non habentur capitula.
In ſtatu verò Muſicorum hæc ſunt.
De muſicæ figuris, earumque valore, tactu, & quiete, vel pauſa clauibuſque. f.735.
De muſicalibus elementis. f.739.
De figuris ligatis, & obliquis. f.740.
Vnde naſcantur figuræ. f. 741.
De ternaria diuiſione, quid ſit tempus in muſica, & de tactu, ſeu muſicali menſura. f.742.
De muſicæ generibus, ac tetrachordis. f.743.
De conſonantia, harmonia, diſſonantia, proportione, eiuſque generibus. f.746.
De conſonantiarum nominibus ſecundùm veteres f.749.
In vltimo ſtatu Typographorum vnicum habetur capitulum, nempè.
De his, quæ occurrere circa Typographos valent. f.759.

FINIS.

A F1

DE STATV
HOMINVM
IN
REPVBLICA.

LIBER SECVNDVS.

B G1

DE REGIBVS
EORVMQVE
STATV.

C H1

D BEllorum tumultus inter, ac miſeranda ſanguinei furoris ſpectacula, captiuorum catenas circa, non deridendas calamitates, coronidem ſuperior excepit liber, cum ipſius in calce de bello, verba fecerimus, & captiuitate. Secundo fulgorem ſtatus Regum præbebit, ac ſpeciem: ad hoc tamen ideo defendi: Baldi ex doctrina eoquod *in l. ex hoc iure, ff. de iustitia, & iure.* Belli è cruore, E habemus, cum acri neceſſitas vi vrgeret, in gentium diuiſionem venire fuiſſe homines compulſos, & ex eo quia magna diſtentus potentia, priſcis temporibus, barbaroque in æuo, debiliorem tyrannico ſub imperio tenebat, diuitijs præditus paupertate oppreſſum conculcare non dubitaret, ſuperiori ſub graui minorem ditione ſubigere iubebat: vt I1 miſerijs præberet ſolatium, gentes Regum ſub regimine, ac Rectorum inſtituiſſe, naturam: in ſciſmatis etiam tractatu, ad nos eumdem legimus tranſmiſiſſe: quòd gentium è iure ſibi originem Reges deſumpſerint: in qua Paris de Puteo *in tract. de Sindic. tit. de Regum exceſſ.* perſiſtit ſententia. Qualibet autem in Republica moderatorem adeſſe, oportet. Quid enim abſque Rectoris K1 opera firmum valet exiſtere, quid ſtabile? cuncta nutare videbuntur: inde fit ſublimiorum quamlibet animam poteſtatum imperio ſubijci debere; vt eſt Diui Pauli *cap. ad Romanos* 13. auctoritas. Et vt nil deformiùs conſpici monſtrum poteſt, quàm Nauis, quæ Naucleri haudquaquam dirigatur prudentia: pari forma nil miſerabiliùs lacry-

A miſque dignum haberi ſpectaculum valet, quàm quod in Republica, quæ Rectore vidua exiſtat: vt Diuus Chriſoſtomus 3. ſupra Iſaiæ *cap.* explicauit; qua de cauſa iure quidem optimo illo malorum omnium radicem tempore defluxiſſe certum eſt, quod Iudæos inter, abſque Regum vigilantia rerum ſeſe habuit ſumma, dum quod in cuiuslibet veniebat lubidinem, agebatur; ita in
B *cap.* 17. *Iudicum*, *verſ.* 6. conſpicimus. Quapropter quæ maior tranquillitas videri, ac ſerenitas poteſt, quàm ſub moderatorum ſolertia,& gubernantium ſub regimine Rempublicam permanere? Ita enim tranquillo velut in portu hominum exiſtunt animi, omnique violento ſecuri à flatu quieſcunt.Quis enim diſcordijs pacem adduceret? Quis potentium ex tyrannide ſubtraheret ap-
C preſſos? Quis turbulentos frænaret viros prouincijs quietem inferret iuſtitiæ ſeruaret integritatem, malorum pœnas infligeret audaciæ? Quis tandem beatam, felicemque pertinentia ferret ad vitam, polyticas vel ad res, aut bellicas illas conducerent? Omne Regum ex prudentia emanat: nam eoquod, abſente Regum directione priſcis temporibus propriè dominus libertatis eſſe valebat,
D multorum etenim ſæuitiæ, & potentia per nefas audacter incedebat. vnde nullius mentem præterit, quæ Regum ex maieſtate proueniant emolumenta.

His autem poſthabitis, vt aliqua de ipſorum origine in medium adducam, in meis exiſtis placitis imperſcrutabili è ſapientia Numinis Regum fuiſſe regimen conſtitutum: ipſi namque illo permiſſi fine videntur, vt peſſimis deturpa-
E ti moribus debitam actis punitionem excipiant, aliquoties, vt cum ipſorum rigore correctio ſubditis inferatur, aliquod exindè originem emolumentum deſumat, iuſtitiæque incorrupta permanere integritas poſſit non raró, vt improbis timor incutiatur, viris, ſceleſtis pœna ſit ducta, & increpatio; interdum tamen, vt, & pro illuſionis vanitate, nec non contumeliæ, ad ſuperbiam verum etiam veniant præfecti; ſic Irenæi F
mens *lib.*5. *cap.* 24. & Diui Gregor. *lib. moral.*25. *cap.*14. aliter 20. explicantis illud Iob 34. *num.* 30. *Qui regnare facit hominem hyppocritã propter peccata populi.* Hac de cauſa, vt de malefactis vindictæ deſumatur, bonorumque ad ſummum gloriæ apicem facinora laudibus extollantur, creata Regum fuit maieſtas: vt ex Text. *in cap. magnum* 11.*quæſt.prima.* Quo Diuus Ambroſius explicat in loco, G
magnum venire Chriſto ſubiectis, ipſius ab exemplo, documentum; vt inſtructi habeantur, quali debeant modo ſublimioris imperio poteſtatis pectora ſubdere; ſi ipſe enim cenſus mortali ſoluit Imperatori; quis tantam in ſe retinebit ſuperbiam, vt ſe hoc eximere velit ab onere?

Gentium, ergo rerum, ac nationum Imperium, ſub Regum authoritate pri- H
mordia deſumpſiſſe dominatus è principio certum eſt; id autem penes Iuſtinum *lib.* conſtat 1. & proculdubio ante horridam aquarum, totum per terrarum orbem, inundationem, hanc ſibi vſurpaſſe dignitatem Cain haud anceps, dũ Ciuitatum conſtructioni ſtuduiſſe Geneſis 4. *num.*7. conſpicitur; quod hominum ſcilicet multitudines in communitatem redegerit, vt quaſi Rex iuſſa da- I
ret, ſuaque frænum poneret facultate: ita Diu. Auguſt.*lib.de Ciuit.Dei* 15.*cap.*8. interpetratio: cum autem, dilluuij ſereno aquarum tumultu, iam terram colere populi cæperint, omnium facilè primus, alios propria, Rex velut, ſub ditione continere minimè dubitauit Nembro, vt 10. Geneſis *num.* 10. videtur: ipſius autem ex opera: vt Diuus Auguſtinus *lib.*16. *cap.*4. *de Ciuit. Dei*; primordia K
Babylonem excepiſſe fama refert, in qua ſui ſedem Regni moram facere voluit: ac tali modo benè conſpicimus, primos atroci, Reges natura extitiſſe, tàm ſi ante dilluuij tempus, quã ſi poſt, attento inſpiciamus oculo: inde fit, Regium potius nomen formidinem hominibus incutere, quàm ambitionem debere, cum exindè, qui diademate decorati

A coati in tyrannidem conuertere poten-
tiam didicerint; propterea, teſte in An-
tonium Tullio, effectum, vt Regum no-
men, ex Græcorum pariter, monumen-
tis, ac Latinorum nullo dignum amore
ſit redditum. Addas quod ex Demoſte-
ne refert *lib. Chronologiæ 1. Genebr.* Om-
nium ferè gentium mentibus, quæ ſua-
uiori, vt ille inquit, ſub legum tran-
quillitate vitam ducere, non Regum
B autem ſub moderatione credebant, in
viſum efficitur: qui enim legum animum
ſubdunt rigori, ſeruitia rationi præſtant,
quæ, nil peſſima inditum qualitate, vel
inhoneſta, præcipere videtur: at enim
qui Regum ſubiecti ſunt Imperio, alie-
næ, vt lubido eſt voluntatis, duci co-
guntur; cum in tyrannidis abeant ſæui-
tiam, & durè ſe gerere, non erubeſcant:
hac de cauſa, cum priſco Deus tempo-
C re Dauidis oſtenſum nomine Orbi Meſ-
ſiam pollicieretur, non tantum Regis
præbuit decorem: ſed Paſtoris attulit
notam; vt Regij decus luminis, inuidiam
quod excitat, Paſtoritij beneuolentiæ
muneris, mite redderet: ſic ipſe: *Et ſer-
uus meus David, Rex ſuper eos, & Paſtor
vnus erit omnium eorum.* Ezech. 37. *n.* 24.
vt ipſius explicauit in loci expoſitione
Diuus Hieronymus: *Tantæ erit clemen-
D tiæ, vt non ſolum Rex, ſed & Paſtor ap-
pelletur; ut quod ſuperbum nomen Imperij,
Paſtoris vocabulo mitiget.*

Quadruplicem ſortitum fuit Regnũ
in Iſrael, vel decem Tribuum ordinem.
Et in primo quidem Iehu nomine, de-
cimus numero, diuina conſtitutus fuit
ex voluntate, cum Numinis adeſſet ele-
ctio: vt 4. Regum 9. *num.* 6. Ac tàm
ipſe, quàm eius quatuor, qui poſtmo-
E dum in dignitatem venere, ſucceſſores,
Ioachaz nempè, Ioas, Ieroboam, &
Zaccharias, legitimam in Regni ſumma
facultatem, à Deo tributam obtinuiſſe
conſpiciuntur. Poſteriori ſex in claſſe
Reges extitere, qui cum ſuis anteceſſo-
ribus arripuerint, humanaſque detra-
xerint auras tyrannica regiam acquiſi-
uere, purpuram potentia. Ex his autem
primus Baaſa fuit, qui Nadab, Ierobo-
mi filium neci dedens, Iſraeliticum ſibi F.
populum reddidit ſubiectum: vt ex mo-
numentis 3. Regum 15. *num.* 27. Zam-
bri poſterior, qui animam cum ſangui-
ne Regi Hela detrahens, indignos ra-
dianti crines diademate redimiuit. ſic
Regum 3. *cap.* 16. *num.* 10. Sellum ter-
tius, cum Zacchariam è ſolio, necis ful-
mine, deturbaſſet, 4. Regum 15. *n.* 10.
Manahem quartus in coronam ſucceſſit,
qui letho Sellum dedens purpurã alie- G
no imbutam ſanguine ſibi veſtire non
erubuit. 4. Regum 15. *num.* 14. Phacec
quintus venit, qui Phaceiæ in cruore
ſe verſans, regium cõſcendit ſolium.
ibidem *num.* 25. Oſee ſextus, qui Phacee
detrudens è viuis, Iſraelis ſibi populos
ſubegit; vt *eodem in loco num.* 3. Hi au-
tem omnes, ipſorumque filij, qui ſuc-
ceſſionem in Regno ſunt ſortiti, legiti-
ma orbi fuiſſe poteſtate conſpiciuntur; H
dempto ni Dei ex mente, gentiſue ſub-
ditæ placito confirmationem illud ex-
cepiſſet imperium, quod violenta fe-
riate ſanguineos inter gladios, neceſque
fuit ex principio acquiſitum; ac, vt me-
liùs dicam, vſurpatum, iſta ſuam ex-
plicat ſententiam forma Sanctus Sixtus
in lib. de diuitijs: *Vt Rex* (inquit) *Iſrael,
quem non tàm Dei voluntate, quàm populi
grauitate legimus ordinatum, quamuis po-
ſtea, & tam Dei voluntas acceſſerit, dum I
humana fragilitatis iniquitatem clementi
mauult lenitate corrigere, quàm iuſta ſeue-
ritate punire.* Tertio ex ordine Amri,
quem totus Iſdraelis populus regio de-
corauit honore, ſuo gentes dominio
parere ſtuduit: vt Regum 3. *cap.* 16.
num. 16. Ipſius quemadmodum filij ſuc-
ceſſionem in Regno exceperunt; Hos
autem, ſi Regem creandi, populum K
penes authoritatem permanſiſſe certum
eſt, legitimam retinuiſſe potentiam fa-
tendum; ſed ſi populo huiuſmodi haud
inerat poteſtas, vt Regem ſcilicet, pro
ſolo Iſdraelis Regno, ac diuiſum ex Iu-
da, neutiquam Amri vel ſucceſſorum
imperio regia fuit adnexa facultas, dẽp-
to quod prouida Numinis dextera, in
quo populi habebatur defectus, addu-

A ceret ſupplementum. Quarta denique
in ſerie ſceptrum Ieroboam deſumpſit,
Regiaque obtinuit inſignia; cui Nadab
in ſucceſſionem venit: ipſe autem haud
murice decoratus, Dauidica ex eo quia
è ſtirpe haberetur, vel populi eum adeſ-
ſet electio: nam quamuis hic legitimo-
rum in Regum defectu, alius, qui ſuſci-
piat imperium, facere delectum poſſit,
neutiquam tamen id agere, cum pro-
B prius vitam duceret Rex, poterat: non
dum enim ad extinctos conceſſerat Ro-
boamus, qui, vt Salomonis filius, legi-
timus exiſtebat in Regno ſucceſſor; vn-
de ex diuina voluntate, ac electione
imperium in ipſum translatum dicere,
cogimur, cum Salomonis crimen, Ido-
la quoniam venaretur, punire diuiſionẽ
Regni Deus vellet.

Vt cœteras autem continuationes, &
C Imperiorum incrementa relinquã, Per-
ſarumque Græcorum, Syriæ, Aſiæ mi-
noris, Aegypti, Macedonum, & aliorum
deſeram, qui adduci valent progreſſus;
hoc Siculum ad Regnum, illiuſque ori-
ginem, ſucceſſionemque deueniam: &
ex eo quia primo S.P.Q.R. ac ſubiectum
Imperatoribus erat Conſtantinus Impe-
rator, prius Idolorum obuolutus vm-
bris, è lepra liber, qua fatigabatur, in
D remunerationis vim, diuinoque inſtin-
ctu, Eccleſiæ Romanæ, ac Syluestro
Primo, Pontifice, legitimoque in terris
Dei Vicario, Vrbem, totamque Italiã,
& quæ circumiacerent, Inſulas, inter
quas Triquetræ dominatum, præbuit,
anno 340. potuitque munera tot, & do-
na conferre, vt communis exiſtit DD.
ſententia, multiſque authoritatibus cõ-
firmationem adducunt Bartol. & Bald.
E & Imperatorum in ſtatu ad ſatietatem
diximus.

Huiuſmodi verò dominium Romana
Eccleſia, illiuſque vigore Pontifices Cõ-
ſtantinopolitanum vſque ad Conſtanti-
num donatoris nepotem excepit; cùm
ipſius æuo inſurgentes iam Tyranni Si-
ciliæ occupauere Imperium, ac ſæuè
vſque ad Arcadij Bizantij Imperatoris
tempus tenuerunt; inde factum: iniquo
ipſum animo, tàm præclaræ iacturam F
Inſulæ perferentem ſummo pactum in-
ieciſſe cum Pontifice, vt, ſufficienti pro
Romanæ vſu Eccleſiæ oleo, ceraque
præſtitis, ea ſibi traderet: & ſic anno
624. illius obtinens dominatum, in be-
neficiorum augmento, & ædium ampli-
tudine ſtudioſè inſtitit. Hanc verò, ſuc-
ceſſione intercedente, ſedem Triquetræ
cœteri Imperatores; tertium vſque ad
Emmanuelem per 198. annos propè G
822. tenuere: Hinc euenit quod, ipſius
ad gubernationem Emmanuel, vt ſui
Vicarium, emiſiſſet Maniachium, iſte
ob dominandi libidinem, cum prius
Michiloro inſigni viro Inſulæ ad regi-
men deſtinato prouiſiones laceraſſet,
imperium ſibi Regni vſurpans, vt Si-
culorum animos procerum captaret;
Imperialis territoria cameræ; annuaque
ſolutione, decimæque, ac terragiorum H
iuris conferri Sicanis conſueta, in feu-
dum conceſſit, primuſque habitus, vn-
de Comites, Barones, ac Feudatarij
hoc in Regno inſtituti. Sed tanta per-
durare longiùs voluptas minimè potuit,
nam, cum ficta Imperatoris morte Cõ-
ſtantinopolim eſſet aduocatus, vt, ſuc-
ceſſionem exciperet; ac filium Michae-
lem Inſulæ reliquiſſet in regimine, ad
Imperij ſedem perueniens, carceri tra-
ditus, ac morti fuit anno 827; Vnde I
cum filius, Emmanuelis timeret poten-
tiam ex Patris mandato, cum Lybiæ
Rege Muſach pepigit, vt, ſuum ſi ad
auxilium ſuppetias ferret, & ipſe abſque
liberis has relinqueret auras, in Regni
ſucceſſionem veniret. Ad hæc ille, Por-
tagiæ ab Inſula quadraginta cum Mau-
rorum millibus ſoluẽs in Mazariæ por-
tum appulit: ibi enim Rex inueniebatur
Michael; indè ad extinctos eo ſine libe- K
ris commigrante Siciliæ dominatũ cru-
deliter poſſidens, ac ipſius poſtmodum
ſucceſſores tale per 230. annos ferreâ
ſub dictione tenuere: cum 1058. Roge-
rius anno, Eques ſtrenuiſſimus, Cala-
briæ Comes, ortu Gallus ex Norman-
dia Prouincia tàm ſæuo auerſus Impe-
rio, Inſulam ex Maurorum crudelitate
libe-

A liberauit; inde Calabriæ, Siciliæque
dictus Comes, ac per Vrbanum Quin-
tum in cariſſimum Eccleſiæ filium de-
ſumptus: eoquod expulſis è ſede Pœnis
Dei cultum dilatauit, & Eccleſiæ de-
corem. ſucceſſit poſtmodum 1101. Ro-
gerius Iunior, qui eius fuit filius: &
1129. populorum ex voluntate Rex In-
ſulæ conſtitutus, certis initis conuentio-
nibus, per Anacletum Pontificem con-
B firmationem excepit, ac Primus Chri-
ſtianorum Siciliæ Regum, Gulielmum
Primum, qui vulgò malus, & Coſtan-
tiam procreauit; ipſo autem alias com-
migrante ad auras filius 1164. ſucceſ-
ſionem obtinuit, quo iã extincto 1175.
eodem ſucceſſit Gulielmus Secundus,
ipſius natus, qui poſtmodum bonus, in
Regno, ac Montis Regalis Eccleſiam,
opere Muſaico, marmoreque formoſam
C excitauit, ac porphido. Hinc Tancre-
dus naturalis Gulielmi Primi filius ipſo
abſque liberis mortuo 1188. dominium
ſibi aſſumpſit, cuius poſt funus Gual-
terius Panormi Archiepiſcopus Coſtã-
tiam Rogerij Iunioris filiam, quæ Mo-
nialis, è Monaſterij clauſtris extraxit,
ac in Alemaňniam ductam Henrico Im-
peratori Federici Barbæruſſæ filio, ex
domo Sueuiæ, matrimonio coniunxit,
D quę ſucceſſionem ſimul cum uiro ad In-
ſulam regreſſa obtinens, diuinaque po-
tiùs ope grauida uentre, in medio areę
maioris Panormi Eccleſiæ cunctorum
ſtupore, cum graui iam ætate premere-
tur, Imperatorem peperit Federicum,
qui anno 1197. patre decedente infan-
tili relictus, Eccleſiæ ſub cura, ætate
Siciliæ 1128. anno aſſumpſit coronam,
& poſtmodum Innocentij Tertij autho-
E ritate 1212. Imperiale ſuſcepit diade-
ma, vtriuſq; Regni conſtitutiones ædẽs
morti occubuit 1250. Superſtites autem
erant Corradinus legitimus, & natura-
lis filius, & naturalis tantum. Manfre-
dus: illum in Alemanniæ dominio po-
ſuit: hunc in Italia Balium conſtituit,
qui cum Regiam è Siculis coronam ex-
cepiſſet anno 1258. Vrbani IV. æuo:
Gallus enim erat, vt habetur ex Gloſa

in Clemen. ſi Dominum, in princip. in ver- F
bo Vrbano, de Reliqu. & venerat. Sanctor.
confecto iam in ſe, vt contumacem, pro-
ceſſu, illius authoritate, penè Regno
priuatus extitit, cum de Inſulæ dominio
inueſtituram accepiſſe Carolus Prouen-
zalis Comes, ac Regis Francorum fra-
ter diceretur. Hic exindè maximo in
Italiam apparatu, Manfredum aduerſus
permeans, terreſtreque committens, Be-
neuentum propè bellum, contrarias fu- G
dit copias inuento anima inani Regis
corpore anno 1260. Propterea Carolus
Imperium ſibi Siciliæ deſumpſit, cumq;
nõnullos dominium exercuiſſet per an-
nos, Corradinum Manfredi fratrem nõ
exiguo aduentare, inextincti vindictam,
exercitu audiens, poſitis inſidijs, præ
manibus habuit, ac è Bonifacij Pontifi-
cis conſilio Neapoli caput, in audaciæ
pœnam dare iuſſit. Quid autem, an tan- H
tà immanitas impunita? vltra opinionẽ,
ſuperuenit flagellum; nam accidit 1272.
accenſis ex Tyrannico Gallorum Impe-
rio animis cunctos ferè per Siculorum
gladios vitam euomiſſe cum ſanguine
mixtam, & Siciliam, ſponte, in Coſtã-
tiæ Manfredi filiæ, Petrique Aragoniæ
Regis vxoris dominium deuolutam, ex
Caroli obedientia defeciſſe. Vnde ex
hoc Aragoniæ domus, quique ſucceſſe- I
runt poſtmodum Reges, huius titulum
Regni obtinuere. Petrus autem Arago-
num Rex, ipſomet fermè anno Inſulam
tenens, Siciliæ ſuſcepit, in felici Pa-
normi Vrbe, diadema, proprium reuer-
ſus in Regnum Iacobum Secundogeni-
tum ipſius miſit in gubernatorem, qui
Patre, Alphonſo nec non fratre Primo-
genito ad extinctos cõmigrante vtriuſ-
que Regni Aragonum, ſcilicet, ac Si- K
ciliæ anno 1285. Imperium excepit. In-
de hac ab Inſula ſoluens Fridericum
fratrem ſibi minorem ad Triquetræ re-
gimen tranſmiſit, cuius in ſortem, dum
Iacobus Romanę hoc renunciare domi-
nium Eccleſiæ quærit, Sceptrum Siculi
Regium contulerit anno 1296. qua de
cauſa in Coronatione promiſit, nullum
ſe tractatum, vel concordiæ, vel pacis,
aut

Digitized by Google

A aut belli cum Pontifice iniecturum ex-
preſſus ni Siculorum interueniret con-
ſenſus, vt ampliori modo conſpici valet
in conſtitutione ex eodem Friderico
emiſſa. Is autem quadraginta, regnans
per annos, multaſque depromens con-
ſtitutiones, & plurimas confirmans, be-
neficia Siculis conferens, caſtra ædifi-
cans 1326. morti occubuit, cum Petrum
Primogenitum, Inſulæ reliquiſſet in do-
B minium: Ipſe verò Secundus eſt dictus,
Primi obiecto, Primogenitum procreā-
tis Ludouicum, quem decedens in Re-
gno ſucceſſorem 1345. habuit. Sed bié-
nio vix hic dominium retinens, cum fi-
lios non excepiſſet vita functus Frideri-
cum fratrem, qui Iunior dictus, in ſuc-
ceſſorem ſortitus. Atenim iſte pacto cũ
Ioanna Prima, Neapolitani Regni do-
minatrice, ac è Carolo Primo, Rege
C deſcendente iniecto, vt ius, quod vter-
que in alterius Regno prætenderet, ceſ-
ſaret Pontificis confirmatione, ſtatuere-
tur, & conſenſu, pacificè Sicaniam poſ-
ſedit; inde filiam ex Conſtantia vxore
procreatam anno 1377. vitales deſerens
auras in Regni directricē reliquit: Mar-
tino hæc Ducis Montis Albi eiuſdem
nominis, ac poſtmodum Aragonum
Regis, (cum frater maior natu, Ioannes,
D abſque liberis deceſſerit) filio ſe adiun-
git, vitaque functa, virum ſuum in do-
minij ſucceſſorem inſtituit; ſed illo frui
longè Rex non potuit, intempeſtiua eo
quod mors orbum filijs ipſum aggre-
diens, Patri, Martino ſcilicet ſeniori
ſortem Regni tribuit. Quid autem hic
tantum? Et ipſe nullos retinens liberos
letho conceſſit 1412. Quas poſt rerum
vices Ferdinandus Caſtellæ infans ex
E Alenora ſorore nepos in Siciliæ domi-
natu ſucceſſit 1412. Hac tamen delecta-
ri pace vix potuit, nam vitæ deſerens
miſerias Alphonſum primogenitum ha-
buit ſucceſſorem, qui cum Neapolita-
num ſibi Regnum ſubiecīſſet, legitimis
abſque natis decedens anno 1458. Ioā-
nem fratrem Inſulæ Regem inſtituit, ip-
ſius deindè (mortis ope) Ferdinandus
filius in ſucceſſionem venit: hic autem

Caſtellæ Reginam, Eliſabetham, inquā, F
ſibi in vxorem deſumpſit, ipſius Regnū
dotis ergo conſequutus, inſigni Grana-
tam valore Maurorum à tyrannide ſub-
traxit, Neapolitanumque Regnum, Gal-
lis pulſis, proprio ſubegit Imperio, ac
Nauarram ex Pontificis conceſſione, ſibi
armis adeptus; ſed tanta nil valere tro-
phæa, nec efficere potuerunt, quin
mortis occumbens rabiei alia cum Sici-
liæ Regno, Carolo de Auſtria, qui G
poſtmodum Romanorum electus Impe-
rator, ex Ioanna filia primogenita, ne-
poti relinqueret. Ipſe verò, cum pluri-
ma & de Barbaris, & de Hæreticis tro-
phæa retuliſſet, Regemque Franciſcum,
propè Ticinum deuictum, in Pannonia
Regem Turcarum fugæ datum, Saxoniæ
Principem Lutheri ſectatores debella-
tos, ingenti addidiſſet gloriæ, humanæ
non immemor conditionis, ad ſacri H
tranquillitatem otij apud Sanctum Iu-
ſtum in Hiſpania conceſſit; amariſque
ſpoliatus curis vitam duos produxit per
annos; Mors etenim 1568. ſuperueniens
ad æthereas illum tot victorijs non ſa-
tium, at defeſſum tranſtulit plagas. Phi-
lippus, qui Secundus, indè, anno vix
tranſacto ex Iſabella Regis Luſitaniæ fi-
lia procreatus in paternam venit Maie-
ſtatem: Quam Tertius conſequutus Phi- I
lippus, Quartum habuit ſucceſſorem
Philippum, ex quo habens ortum Ca-
rolus Secundus, nunc feliciter domina-
tur, cui tot Cœlum impertiatur victo-
rias: vt & ſi ſtellarum flammæ, ac maris
arenæ linguæ exiſterent, illas attamen
haud numerare poſſent, totque inſint
anni, vt Neſtoreos longè ſuperare, in
Orbis Chriſtiani emolumentum videā-
tur. Hæc autem velut Canis ad Nilum K
attigi, ad hoc vt Inſulæ huius, qui fue-
rint dominatores cognoſcatur. At ne
in digreſſionibus nimius ſim ad inſtituta
reuertor.

Digitized by Google

A *DE HIS, QVAE INESSE REGI*
debent.

Cap. I.

REgium, à regendo, nomen origi-
nem, ac è rectè agendo cogno-
ſcit; qua de cauſa, qui de ſuo declinare
B munere minimè quærit, qui nimirum
iuſtitiæ, rectique amat pulchritudinem,
proprij maieſtatem nominis tuetur. Qui
crimen patrat, nil de illo curat, & ex
hoc iure quidem optimo Regum ornan-
tur nomine, qui tàm internos animi tu-
multus, quàm effrænem populi mode-
rari licentiam non ignorant: vt explica-
tum ab Iſidoro *lib. de ſummo bono cap.*
ſunt genera 12. *quæſt.* 1. & Toloſan. *de*
*Republic. lib.6.cap.8.num.*2. Ipſius autem
C ex authoritate Antonij ſententia retine-
mus; nimirum: Qui rectè faciet, non
qui dominatur erit Rex: ſubditorum
verò gratia Rex præeſt, vt propria Reſ-
publica in felicitate luſtra conterens
imperturbata gaudeat quiete: nam,
quemadmodum ſecundus nauis guber-
natori curſus; Medicæ artis perito ægri
ſalus; exercitus victoria, hoſtium de-
preſſio Imperatori; pari forma domina-
D tus ſerenitas, beataque Ciuium vita
Regibus præpoſita, vt opibus inconcuſ-
ſa, copijs diſtenta, gloria fulgens, vir-
tute honeſta, ſubiectorum dignitas exi-
ſtat. Ita Ciceronis in fragmentis de Re-
publ. doctrina: cum Regis enim in ſe
ſtudium populus reſpicit conuerſum, &
amorem, quæ in Panegyrico Plinius at-
tulit, proferre minimè dubitat. O ſum-
E ma noſtrum felicitas! Quid ex Cœlo
ſecundius prolabi poterat, quibus nihil
iam permanet exoptandum, quàm vt
ita Dij nos diligant, ſicut & Rex agit.
Indè ſuccedit, & tranquillo pacis tem-
pore, ſubditos ad Regem hilari, certa-
tim, animo, beneficum velut ſydus, ac
iucundum ætheris fulgorem concurre-
re, belli tumultu ſua gladijs pectora,
mucronibus capita, hoſtis in rabio pa-
ratiſſimos pro defenſione offerre, cor- F
pora, nec non artus, Regis pro victo-
ria, ſubſternere. Dominantes atenim,
vt cæteros, dignitate, ſic virtutum ex-
cellentia præire debent: vt eſt Ariſtotel.
in 4. Polyticorum lib. cap. 17. *& lib.* 5. *cap.*
10. ſententia.

Prima igitur virtus, Religio debet in
Regis gubernio interuenire, quæ benè
Deum erga, Chriſtianamque fidem ſit
affecta; hanc autem, vt præcipuam, cæ- G
teris anteponi rebus oportet: ſic Para-
mus *de origine offic. Sanctæ Inquiſit. lib.*2.
tit.3.cap.3. Ribadeneira *de Principe Chri-*
*ſtiano lib.*1. *cap.* 16. Zacchias *de Princip.*
*lib.*1. *cap.6. num.* 12. Boterius *de ratione*
Status lib. 2. *cap.* 13. *de Relig.* Nil aliud
vero eſt, niſi: certis cogniti Numinis
veneratio, legibus deuincta, & cere-
monijs: ex eo quia, vt Iuſti Lipſij mens,
cultum ſibi, quem natus ad finem ho- H
mo, expoſcit. Cultus autem duplex:
Internus extat, & Externus: illo in ani-
mo, & ex animo preces concipimus,
laudes, ac Deo grates: iſto, hæc eadem
& per ritus exprimimus, & per geſtus:
quapropter Cicero 5. in Verrem ſic:
Omnes religione mouentur, & Deos patrios,
quos à maioribus acceperunt, colendos ſibi
diligenter, & retinendos arbitrantur. Sed
quid plura ex Ethnico exoptamus? An I
quid meliùs de Religione, clariùſue
ferre poterat? Ex aduerſo atenim admi-
rationis ducere nil videtur; cunctas nã-
que gentes, illa credere conſpicimus,
quæ à lege, cuius, ortum obtinuere,
ſub regimine, percepiſſe videntur, ne-
que conſtitutos vltra fines conſiderare
contendunt, aduerſa nec argumenta ſub
examen aduocate, ac, reliquas inter, cõ-
trouerſias nullo reſpicere modo exop- k
tant. Philoſophorum etiam ſectæ, cum
omnes, & quilibet propriæ firmitudinẽ
ſententiæ rationibus, ac experientiæ do-
cumentis adducere nituntur, veritatis
lumen quam profitentur, firmitèr cre-
dunt, & exindè peruicaci contentione
quiſque aduerſus alterum ſuam profert
ſententiam; ſed numquid ſunt cœci?
An ne videre non valent vnam, veri ma-

trem,

A trem, eſſe Religionem? Alios etiam accedit veritatis ad penetralia velle neutiquam peruenire; non parui ſæpiùs enim ponderis emolumentum ipſis affert, vt natiuis fidem ritibus præſtent, vel ex eo quia Principatus gaudeant fulgore, vel Sacerdotij decorentur lumine, aliaque frui poſſunt voluptate; quibus ita obſcurus efficitur intellectus, vt gratum æſtiment errorem, eorumque tantum inſiſtant in argumentorum ſtudio, ex queis clara valeat forma demonſtratio haberi: veri lucem in ſe continere quam acri complectuntur diligentia legem, &, in qua vitam ducunt, fidem; alias autem rationes, quas aduerſa perſiſtentes in ſententia vehunt, minimam dum in eis, vel nullam ponunt conſiderationem, extemplo iudicant falſo refertas dogmate.

C Plurimas hinc fit gentes, cum nullo in ſacrarium veritatis modo quærant penetrare, nam, vel gladij, vel ſeueri formidine tribunalis exagitantur, fucatis, quæ auxilium pariant Sophiſmatibus inhærere, non quibus verò contraria ſit vis, deſiderant; voluptariæ cum ex illis gaudia menti deſcendant, hæc è contra nocumenta (ſic meditantur) & damnum: vnde huiuſmodi homines D proprio quoniam vtili timent, ſæpiùs expulſo pauore, legis iacturam faciunt, & fidei: Pater enim rectam non dirigit filium ad viam, qui vanitati ſeſe dedens, luctuoſæ ducit vitæ curſum, ipſius eoquod in poteſtate religionis perſiſtit electio; at maturo ſe habens ille iudicio cuncta perpendit, libratque quæque mentis placent corruptelæ deſumit. His præcipuè in tenebris obuoluuntur illæ E nationes, ac vmbris, quæ Germanas colunt, Gallicas habitant, Anglas tenent, Belgicas amant, Polonicas non deſerunt plagas: claro id autem experientiæ demonſtratur lumine.

Aliquorum etiam in ſententia eſt nullum, iuxta Naturæ dogmata, Religionis moderamen venire, ab arte attamen regnandi, & conuictus quæ deſcendat, ſecundum præcepta; ſub dolorum ad quod prudentiam concurrere affirmant; F ſed numquid Deus? Non habetur, vel ſi eſt, neutiquam humanis de rebus, ac mundo, curam impendit, vel exiguè id agit: Orbis verò partes aliam caſus arbitrio, rationis aliam dictamine ordinem ſortiri: vnde ſuam quiſque naturam in ſublime attollere illa cogitur via, qua (vel per fas ſit, aut nefas) valeat; ita in beſtijs exempla. Candidas, qui magis aſtutia pręditus Lupus deuorat oues G innocuas, quæ fortiori eſt pectore, dilaniat Aquila Columbas: hæc Deum ſingulis non abnegare certum eſt; quæ voluntas optat, potentia valet, quiſque facere non prætermittat: poſt mortem, adde, aliam nullo modo nos vitam (dicunt) manere, aut, ſi habetur, omnibus æqua eſſe congruam forma, neque hanc magis in parte declinare, quàm in illam; proprium quiſque adhibeat ingenium, H ac vires operetur: hæc enim omnia ex Deo ſunt, qui ſi ad cunctas (vt Orthodoxi credimus) entium actiones ſuum præſtat concurſum, nulla peccatum ratione venire permittit, quoniam, & criminis reus: dum, vt cauſa præpotentior, criminis ad efficientiam concurrere, id patrari non recuſat. Qui hæc in opinione? Macchiauelli ſectatores, & Caluini. Qui hæc afferunt? Libertini. Plurimum I autem iſta Principum in animis, aulicos inter, Gubernatores, ac Iudices, qui omni fermè indignos munere ſe demonſtrant, lues proripit, latentque ſub nitorum lenocinijs venena. Sed enim vnde talis diffluxiſſe? ex Macchiauello, penes quem omnis, & virtutum, & Religionis fulgor nundinarius extat, ſuo dum Principi cuncta perſuadens in ſimulato Religionis fallere aſpectu, prout K facere nō erubuerunt Maxentius, Apoſtata Iulianus, & alij, quos recenſere non reſpuit Iulius Antonius Brancalaſus *in Philoſoph. Regia lib. 4. de Religione, pag. 42. & 43.* peſſimum, omniſque ſordę generis plenum oſtendit animum. In ipſum licèt cum Diuo Chryſoſtomo in ſermonibus dicere: *Impoſſibile eſt illum, qui malè vitam ducit, firmum in fide*

pedem

A *petitam retinere malai* vbi enim fidei radix proprio ſub amore fundamenta ſortitur, magnum ſuſcipit vigorem, ſummamque firmitudinem includit; hic autem totius penè ſæculi peſtis, in toto quamquam, ſuaque pro lubidine in omnibus graſſetur, cunctos licèt neutiquam ſubigat, nec vniuersè dominetur hominum attamen, ex communione, mentiſque ſimilitudine, tàm ſingulatim, quàm ge-B neralitèr in malis, quæ illinc dilabuntur, ampliationem deſumit.

Hi alta dum permanent in cœcitate, veri, Duce intellectu, minimè poſſint lumen inuenire, ni extenſum Aeterni brachium Numinis opem ferat; plena ſe diſtentos reputant ſapientia; genuinæ autem ad Religionis indaginem incumbere miſeræ putant gentis; quæ ſua viuere neſciat ex libertate, opera eſſe. Ip-C ſi propriæ (palam agunt) per fas, & nefas defenſionem ſuſcipiunt ſectæ: reputant namque magna dignum facinus gloria, ſi patria in tutamen ſecta deſumatur: id autem duplici factitare cauſa, vel ex vtili, vel ex gloria ſolent, quæ cum in defectum abeant, vt nocturna, veniente Phebo ſpectra, fidei effugiunt apparentiæ: Hac de cauſa cum vtile inſurgat, ac ratio moueat polytica, (variè D de ſtatu nominant) de Religione, vt ipſorum eſt arbitrium, interpetrationem faciunt, ac mutationem, cunctas deprimunt leges, ac fœdera diſrumpunt: omne namque ius poſſe violationem pati, ſi Regni poſtulat ambitio, ac neceſſitas, dicunt. Hinc affirmare valemus, vt ex Cicer. *off. 3.* explicatum, quod *Totius Iuſtitiæ nulla ſit capitalior, quàm eorum, qui tunc, cum maximè fallunt, id agunt, vt bo-E ni viri eſſe videantur*. Nullus autem ex his bonus, cum nemini in mentem, qui candidus, valeat cadere, mentitis vti verbis, vt proprium indè reſultare poſſit emolumentum: ſic Lelius Zechius *de Principe lib. 2. cap. 5.* Beatus Nilus *precept. 22. & 225.* eoque in loco Pauli Mineruæ ſcholion.

Quidam verò denique Philoſophi, qui iuri naturali, vt ex eis habetur præceptio, inhærent, ac reputant, vel om- F nem legem ſuo veritatem includere in ſenſu, & ſic ex Dei potentia miraculorum, Prophetarum, ac Martyrum portentis authoritatem deſumere, vt diuerſarum conueniat moribus gentium, vel in illa deceptionem à Deo, varijs mundum gubernante vicibus, ac modis permitti, vt non eadem ſunt habitus nationum forma: Naturæ verò legem omnibus aſſerunt communem, vtpotè quam G certam dicunt, & indubitatam; ſed nulli ſunt hi nocumento, præterquam ſibi, propria nam ex indole, &, quam profitentur, virtute honores acquirere nullo deſiderant modo, victum pluſquam ex natura præſcriptio eſt, neutiquam deſumunt, paruo contenti æuum ducunt, in contemplatione verſantur, ac ſe, pluſquam Regum ſit Maieſtas, in dignitate indicant perſiſtere. H

Ex his igitur Chriſtianæ Religionis lux magis perſpicuos emittit fulgores, hæc autem per quam apta Reipublicæ ad regimen exiſtit, omnibus enim anteponi debet, cunctæ eoquod in ipſa vitam ducere nationes poſſunt; Naturæ neutiquam repugnans eſſe legibus conſpicitur: emolumentum immò affert, ac perfectionem, viris autem primæua decus aduehit innocentia, primos in qua I procreationem excepiſſe homines certum eſt; ac tali modo, hæc oſtendit puritas Chriſtianam haudquaquam Rempublicam naturæ ſeſe dictamini contrariam præbere, ſed vt perfectionem inducat, & pulchritudinem ſe conſentaneam demonſtrare; proindè cum maiori quis in illa ſpatio moram facit, magè ſereno, & in terræ miſerijs, & in Cœlorum gaudijs luſtra ducet animo: Quæ K autem, ſi hæc abſit, Reſpublica firmam retinere vim? Quæ fortitudinem includere poteſt? An minimè nutare videretur? Immò in ruinam labi. Munera ſummum publica pondus habere conſpicerentur, nec aliquo populi contumaciæ modo ad præſtandam legibus obedientiam cogi valeret, nec Reges illius & ſublato metu, & formidine in iuſtitię

Digitized by Google

A integritate curam ponerent; aut Prin-
cipes. Hunc aufetas, licentia argitem-
turbines erumpent, furiarum procellæ
perflabunt, crudelitates inſurgent, ac
tyrannides, in excidia Regnorum eua-
neſcent ſublimitates, nec ſchiſmata ceſ-
ſabunt; vnde, cùm è ſacro Chriſtianæ
Religionis timore tot arceant mala, res
ipſa extat diuina, cœleſtemque retinet
originem, non autem hominum ex aſtu-
B tia confecta prudentia, vt falsè, ac è
deprauato exoculati, Macchiauelli ſe-
ctatores, animo, affirmant: iure igitur
optimo *lib. de Republica 23. cap. 9. num. 4.*
Tholoſanus aſſeruit, maximam in ſe
rectitudinem continere, ac æquitatem,
leges, quæ Religionis pertinere ad ne-
gotia videntur: qua de cauſa nulla re-
ctores forma ipſarum debent ab obſer-
uatione declinare; immò, ſi rigoroſam
C exigunt à ſubditis obedientiam, eas in
propria permanere integritate curent:
quis enim Rector, cum iuſtè, ac ſub Re-
ligionis, legumque tutamine populos
moderatur, non pietate pollebit? An
victorias non acquiret? Forſan in defe-
ctum gloriæ abibit? Neutiquam: in-
ſurget enim, vt Gigas inter arbores cu-
preſſus, vtque minores in ſtellarum lu-
ces Apollo. Romana verò Eccleſia
D eiuſmodi extitit, vt proprio alienum ex
imperio vitæ ſpe, ac æternæ præmio ſa-
lutis reddat expertem: Rectoribus au-
nim occurrat, ita Dei ſecundos volun-
tati ſe præſtare, ſceptri quemadmodum
ſplendore, ac diadematis ipſius veniunt
è dextera decorati, ac, vt omnibus, &
dignitate præire videntur, & maieſtate,
pari forma, & præ cunctis inniti velint,
vt debitum excipiat cultum, nec non
tutamen Chriſtiana Religio. Tale ad
E Iuſtinianum Agapyti monitum: vt Ba-
ron. *annal. tom.* 7. refert: qua de cauſa
Gratianus, Valens, ac Theodoricus Au-
guſti, propriam hiſce verbis, Ortho-
doxæ in fidei fauorem, declararunt vo-
luntatem. *Cunctos populos, quos clemen-
tia noſtræ regit Imperium, in tali volumus
Religione verſari, quam Diuum Petrum
Apoſtolum tradidiſſe Romanis, Religio ipſ-
que ab ipſo inſinuata declarat.* Nulla enim F
forma ipſorum latebat mentem (Catho-
licæ namque in fidei erant gremio nati)
regimen à ſummo Cœlorum dominato-
res ſe accipere, ac ſub oculis retinebãt,
quæ Samuelem penes Regum 1. *cap.* 17.
à Deo prolata, quæ præmia in loco illis
proponitur, quibus Numinis timor, ac
reuerentia curæ, ſic: *Si timueritis domi-
num, & ſeruieritis ei, & audietis vo-
cem eius, & non exaſperaueritis os Domi-* G
*ni, & vos, & Rex veſter ſequentes Do-
minum Deum noſtrum.* Inde pœnam ſub-
iungit. *Si non audieritis, & exaſperaue-
ritis ſermones eius, erit manus Domini ſu-
per vos, & ſuper Patres veſtros.*

Maxima, tali de re, vigilantia debẽt
Reges animaduertere, nè turpi conni-
uentes cœcitate, Dei cultum, honorẽ-
que, &, quæ de Chriſto eſt, Religionem
per hæreſum tenebras, ac blaſphemia- H
rum ſcelera, vel alia deprimi ratione,
ſinant, Summam in hoc adhibere ſedu-
litatem haudquaquam, Inuictiſſimi qui-
dem Hiſpaniarum Monarchæ neglexe-
runt, cum ſuis longè à Regnis Mauro-
rum inſolentiam, &, quæ Iudæis ineſt,
contumaciam armis expulerint, con-
traria quamuis perſiſtat in ſententia
conſ. 264. & conſ. 87. Oldradus, cum
nullo affirmet modo, è Chriſtiano vale-
re Iudæos territorio deijci; ſi cauſa non I
adeſt: maxima enim habebatur, ex qua
debebant Hiſpaniarum è finibus arceri:
vt per Simancam *cap. 35. de Cathol. inſtit.*
Ipſi etiam deprauatam aduerſus Hære-
ticorum doctrinam, Tartareaſque illo-
rum labes Inquiſitorum præfecere po-
tentiam, quos tot decorari priuilegio-
rum luminibus curarunt, vt benè totum
quaſi per orbem de ipſis admiratio in- K
ſurgat. An autem hæreticæ cum viris
ſectæ commercia, negotiationis licèt
neceſſitas vrgeret, permittere voluerũt?
Nulla quidem forma: quamuis enim
circa hoc inſtanter Exemplaris Meſſanæ
Ciuitas plurium per Legatorum operã
emiſiſſet petitiones, id nullo tamen ob-
tinere modo valuit. Qua de cauſa in
Ethnicam (vt ita dicam) Macchiauelli
opi-

Digitized by Google

A opinionem pietas, hæc ſupra cœteros
Reges Sanctiſſima, non ipſius fuit ad
mentem, ex eo quia potiùs eſſe voluit,
quàm videri; & nil obicem pònente ad
Altiſſimum glorię verticem peruenit.
Quapropter cum Rerumpublicarum
anima Religio proculdubiò exiſtat, om-
ni debet niſu incumbere Princeps, vt
ſua hæc in puritate conſeruetur; pro-
priumque haudequidem amittat can-
dorem; primæuus enim ſpiritus, quem
B celeberrimi Legumlatores, Romulus,
nimirum, Numa, Lycurgus, & alij,
quorum ſub imperio maximam Reſpu-
blicæ in Maieſtatem peruenere, & ex
quibus auctæ ſunt, ac erectæ; ſubdito-
rum tranſmiſere in animos, Religio fuit,
ex Liuio aduenit ratio ita. *Omnium pri-
mum, rem ad multitudinem imperitam ef-
ficaciſſimam, Deorum metum iniiciendum
ratus*. Magis enim ex hac in vnum ani-
C mi coniunctionem excipiunt, quàm ip-
ſius è neceſſitatis vi ſortiuntur: & hac
de cauſa Romani directores Imperij
Theodoſius, inquam, & Adrianus, cum
peregrinas, exteraſque abieciſſent Re-
ligiones ad propriæ tutamen operam
nauare ſtuduerunt. Eodem Theodoſius,
ac Valentianus modo Chriſtianæ in re-
uerentiam fidei, eos aduersùs, qui ex
illa reſilire non erubeſcerent, pęnas con-
D ſtituere, ac ædicta promere, voluerunt,
*l. 3. ſiue ſancimus, C. de Summ. Trinit. &
fide Cathol.* Atenim, his poſthabitis, ac
priſci memoria temporis expulſa, deue-
niamus ad noſtra. Quid laudum nam-
que proferam in Heroica Philippi Se-
cundi, ac ſucceſſorum facta? cum nullo
paſſi modo fuerint, optatam conſcien-
tiæ libertatem Belgicis concedere Pro-
uincijs, vt tot ſeditionum tumultus cō-
E peſcerent, procellaſque ſedarent: cœci
ex eo quia cum turbines circum volue-
rentur, hac frænari conceſſione vale-
bant, & licèt autem illa, integra in ſe-
renitate, dominia ſuo poſſent Imperiò
conſeruare, ac tot parcere ſumptibus,
quos in belli veracitatē dare opus erat;
pluris attamen cœleſtis gloriam Numi-
nis, ac honorem, quàm, quæ reſultare
indè valerent, auri copias fecerunt: ex
Iouio Flauiano forſan (dicet quis) exē- F
plum deſumpſere, qui cum exerci-
tus acclamationibus Imperiale decora-
ri diademate, purpuræque ſibi ornamē-
ta induere cogeretur, nullo indulſit mo-
dò; quoniam, ſe Chriſtianam profiteri
Religionem affirmabat, nec decens eſſe,
vt, ſub Imperatoris, qui veræ fulgeat
luce fidei, regimine, cœci permanerēt
ſubditi. Et in tali candidæ mentis ſen-
tentia tam longo permanere ſpatio vo- G
luit, ſua donec amplectentes dicta, vni-
uerſi milites exercitus Chriſtianam ſe-
quuturos, promiſerint, ſectam. Vnde
tam firmam ſortitus pietatē? Suis equi-
dem ex maioribus, cum de Receſuinto
Toletanum, quod 8. meminerit Conci-
lium *cap. 2.* ita: *Ob hoc, Regni ſui apicem
à Deo ſolidari præoptaret, ſi Catholicæ fidei
pereuntium turmas acquireret, indignum
reputans Catholicæ fidei Principem ſacrile-
gis imperare*. Suarum etiam ſpecimen H
virtutum Philippus Quartus noui Or-
bis Inuictiſſimus Expugnator, & Rector,
qui fato concedens, aſtriſque ſuperuo-
lans, Fortitudinis, & Pietatis ſimula-
crum, Heroumque Prototypum, Caro-
lum Secundum, ad Eccleſiæ, & Chri-
ſtianæ Religionis tutamen dedit; cun-
ctorum demonſtrare oculis non negle-
xit; nam cum ipſo coram, ſusceptis do-
minatus gubernaculis, de producendis I
Batauorum, qui iam rebelles, inducijs
ageretur, illamque multorum animi
propenderent in partem, dum in arbi-
trio, ſtatus ratione moti, haberent, ne
vel belli ſe in tumultus, & ſanguinea
commiſceret ſpectacula, vel cuiuſquam
in regiminis exordio, mutationem fa-
ceret; nulla ſe permiſſurum forma, re-
ſpondit, vt propriæ nota inureretur fa-
mæ, ſi tranquillo eos frui ſomno ſine- K
ret, qui Deo contumaces, ac propriæ
haberentur coronæ. Multa de ipſo, quo
ad hoc, prætermittam facinora ne au-
dacis excipiam nomen; ad celebranda
enim (enarranda potiùs) ipſius facta
Aeternitatis opus eſſet calamus. Au-
ſtriaca hinc domus, Acerrimus Fidei
Gladius, Fortiſſimus Romanæ clypeus
Eccleſiæ nominatur; ipſius autē Gloria

A perenni durabit in æuo; & hæc ſatis: ad
inceptum.

Poſterior, quæ in eſſe regibus qualitas
debet, iuſtitia exiſtit, cuius in laudibus,
nulla ſufficiens lingua; ipſam colere (do-
minator præcipuè) quiſque niti debet,
eoquod ſi abſit, Reipublicæ venire præ-
cipitium neceſſe, ac omnia in ruinam
abire: vt explicauit Aegidius Columna
de Regimine Princip. *lib. 2. parte 2. cap.*
B *17. & lic. de Republ. 2.* Ipſa enim, cæleſti
æquitate, vnicuique, quod ſuum eſt, tri-
buere neutiquam recuſat: *vt l. 1. ff. de*
iuſt. & iure. Quid ei adhæret? Aethereus.
virtutum fulgor, tranquilla popularis in-
ſolentiæ pax, dulce patrij ſoli tutamen,
deiectæ debita immunitas plebis, neceſ-
ſarium gentis nutrimentum, humanique
gaudium generis: vt Cypriani, *de duode-*
cim abuſibus, in libro, habetur ſententia;
C nam quid ex iniuſtitia valet inſurgere, ni
contentionum furiæ, ſeditionum procel-
læ, contemptuum iræ; aduerſi ex Aequi-
tate effectus; ipſa enim concordes red-
dit animos, & ſacro amicitiæ ligamine
vincit, quemadmodum Plato *lib. de Re-*
publ. 1. explicauit, & ſua protulit in Apo-
logia. Iuſtitiam, vitæ vt magiſtram, dog-
mata præbere, ac omnia longe vitia de-
pellere: quæ etenim Reſpublica firmas
D habere poterit radices, cum ipſa procul
ſit? Irruet equidem. Hoc autem non ſo-
lum ingenti eueniet, exiguo verum etiã
in hominum cætu, ac parua domo ha-
bebitur, quoniam nihil ſtabile valet eſſe,
iuſtitiæ niſi adueniat moderamen. Huiuſ-
modi eſt Macrobij *lib. 1. de ſom.* Scipio-
nis doctrina, ex Ariſto. *lib. Politic. 5. cap. 7.*
qui ſic *tanta enim iuſtitiæ vis eſt, vt ne illi*
quidem, qui maleficio, ſcelere paſcuntur,
poſſent ſine vlla particula iuſtitiæ viuere,
E *nam qui Archipyrata dicitur niſi æqualiter*
prædam diſpertiatur, aut occidetur, aut re-
linquetur à ſocijs. Hanc etiam Ciceronem
in 1. de officijs ſententiam legimus protu-
liſſe; quod Plutarchus etiam ita explica-
uit in Demetrio. *Nil tam, egregium, atque*
proprium Regis eſſe videtur, quam iuſtitiæ
opus: Mars enim, vt Timoteus, inquit, Ty-
rannus eſt, lex autem omnium lex iuſta;
iuxta Pindari ſententiam: atque Reges, vt F
inquit Homerus non expugnatrices vrbium
machinas, aratas naues, ſed iuſtitiam à Ioue
aſſumptam exercere, cuſtodireque decet. Iu-
ſtitiæ, hac de cauſa, in ſtudio, cunctæ
Regis quæ voluuntur in pectore, curæ,
nec non cogitationes, vniuerſi, qui exa-
gitantur, & labores, & vigiliæ, omnia
tandem conſumi circa illam, ſtudia de-
bent; ex ipſius enim æquitate Reges cõ- G
ſtituti, ac eius ex induſtria excepta po-
pulorum vulnera medicamen excipiunt;
omnes tranquillitatem ſortiuntur mo-
tus, pacis ſerenum ac otij firmum cum
dignitate conſtituitur, Reipublicæ vires
nullo concuſſæ robore, ac vi efficiuntur,
opum, & imperij venit augmentum, ſu-
blimeque Dei nomen pio quodam cul-
tu, & veneratione dignatur; præclara de
ipſa Caſſaneus ſcripta reliquit in catal.
gloriæ mundi *parte 5. conſiderat. 5. verſic.* H
quæ quidem Iuſtitia. Quę alia enim cauſa
compellit, vt Regum populis imperet
Maieſtas, niſi vt integer iuſtitiæ candor
permaneat? Hęc verò tam robuſtas Do-
minantium ſolio vires tribuit, vt nullo
ualeant ictu conculcari, quemadmodum
in cap. Prouer. 16. Sed enim recti licet po-
teſtas illata ex populi uoluntate in Re- I
ges fuerit, magis attamen immediato
excipiunt modo illam ex Deo, dum, tã-
quam ipſius Vicarij ſubiectas ſupra gen-
tes habentur conſtituti.

Hęc autem duplicem ſortitur diuiſio-
nem; alia namque cõmutatiua, ex parte
eſt, alia, diſtributiua. Prima in eorum
correctione conſiſtere uidetur, & emen-
dãtione, quę in cõtractibus, commercijs,
& communitatum negotijs accidere
poſſunt, quorum ex ui, hominum actio-
nes mentium, ob falſam, ut reputant, k
ſanctionem ad ęqui concordiam, uel re,
uel conſenſu deſcendunt; in ipſa uerò
Arithmetica ſeruari proportio debet; ut
Petrus de Gregor. *lib. de Republ. 10. cap.*
2. num. 13. affirmauit: ſi quidem alia,
quamuis proportio, cum rigoroſè uerba
facimus, quã Geometrica ſit, quæ qua-
tuor inter habeatur, & vel nullo modo
coniucta, quemadmodum cum dicimus:

vt

A vt quatuor ad duo, pari forma ſex con-
ueniant ad tria; vel commixta extet, aut
continens (cum ſecundus geminus ter-
minus peruices deſumatur) ſicuti cum
affirmem: vt quatuor ad duo, ita duo ad
vnum habentur proportio nihilominus,
& Arithmetica ſolet nominari: cum adeò
coniuncta proportio exiſtit, vel terminus
medius ita duorum vice fungitur, vt ma-
ioris extremorum exceſſus, medium ſu-
B pra, æqualis exceſſui medij, minus ſu-
pra extremum veniat: quemadmodum
ſi aſſerimus: vti ſex ad quatuor, ita qua-
tuor ad duo habentur: ac etiam: vt no-
uem ad ſex, pariter ſex ad tria ſuccedũt;
& cum nullo in commutatiua modo vi-
rorum attendantur merita, prout in di-
ſtributiua debent ſub conſiderationem
venire, at, commutabiles tantum, quæ
ſint, res, ad examen vocentur, vel po-
C tius, aut lucrum, vel damnum, aut etiã
vtrumque inter medium attendatur; hac
de cauſa, locum in illa Arithmetica de-
ſumit proportio.

Diſtributiua, quæ varia ex prima, ho-
mines tam, ipſorumque merita, & quæ
bona ſint; vel mala reſpicit, præmia ex-
cogitatur, & pœnas, quæque tribui res
debent, meditari neutiquam deſinit; &
propterea, quæ in ipſa proportio locum
obtinet, Geometrica exiſtit, ac ex alijs
D diſiuncta: vt quemadmodum vnius me-
ritum ad alterius; pari forma illius præ-
mium, ſeſe ad iſtius, habeat, non equi-
dem cum quantitatis reſpectus veniat;
Geometrica, ſed qualitas, conſidere-
tur: vt ingenioſè à Tholoſano ſcriptum
de Republ. *loco ſupra cit num.* 14. *fol. mihi*
280. Huius autem iuſtitiæ generis, licèt
ſimplex exiſtat, virtus, prout temporum
tamen varietas exiſtit, diuerſos in operã
E effectus ponit; ſępius eoquod illam po-
pulus repellit, & addas, quod in maio-
rem creſcit inſolentiam, proprięque in
augmentum licentię cognoſcit: unde cũ
rectè ſe habeat modo rector, illa non de-
bet adhibere media, quę ſepius nimis
aſpera ſuggeruntur, & quæ libertatem
aduerſus inſurgere conſpiciuntur, ac ſe-
ueri nomen, Principi, facilè acquirunt.

Id autem ſolerti Rex uigilantia ſub F
conſideratione ponat; quod nullo debet
modo ſcelera, quę à paucis in Republica
perpatrantur, abſque punitione dimit-
tere, quę à multis, faciliori condonet
animo, & ad clementiam inclinet; mi-
nora etenim delicta neutiquam, ſummam
excipere pęnam, decet, maiora uerò, abſ-
que flagello pertranſire, haud equidem
par eſt: cum id autem Rector agit ſe in-
uito eſſe animo demonſtret, cordiſque G
patefaciat aliquo modo angorem: exinde
namque neminis odium æſcam deſume-
re poteſt: ex eo quia cum punitio infer-
tur, ut exemplum inſurgat, & corectio,
miſericordię actus elicitur, culpę autem
ſi lucerna (ut ita dicam) inquiruntur, ut
paſſionis expleatur auiditas, & Fiſcus
diuitijs non careat: ſuſpicio tyrannidis;
& ſęuitię origo non abeſt. Quis enim de-
negabit non Fiſcum, ſed beneuolos Po- H
pulorum, qui benè ſe habeant, animos,
Principum eſſe theſauros? Maſtrif de
Magiſtrat. *lib. 3. cap. 1. nu. 66.* quo in lo-
co citat Bald. *conſ. 404. num. verſ. quædam*
ergo; aſſerentem, & Auaritiæ, & cupidi-
tatum luem in Principe deteſtabilem;
dum ipſum, in tyrannidis crudelitatem
pręcipitem dant. Tuſcus *concluſ. 679. lit.*
P. num. 9. Roland. *conſ. 1. num. 101.*
lib. 1. I

Cum ergo Regum uita, cenſura exi-
ſtat, ad cuius lumen, ut ad ſtellas nautę,
ſuum dirigere curſum, uitam ſcilicet
ſubditi coguntur; nec tam imperij di-
gnitate pręire cęteris debent, quàm
exempli: ut in Traiani Panegyrico fuit
ex Plinio explicatum; cuius etiam fuit
mentis *Cic. lib. offic. 1.* cum diceret; *quales*
in Republica dominatores habentur, tales
erunt, & ciues; qua de cauſa in legum K
obſeruatione maximum Rex debet ſtu-
dium ponere; de illis uerba non facio,
quę à paribus fuerint conſtitutæ, mutuo
namque ſibi iure imperare neutiquam
ęquales ualent. *Lille, à quo §. tempeſtiuum,*
ff. ad Senatum conſul. Trebel. l. nam Magi-
ſtra. de receptis arbitris. Princeps etenim
cum legum nullo modo ſub ſeueritate
perſiſtat, neutiquam, ut ſuas, uel prede-
ceſſo-

A ceſſoris in regno, qui ſibi æqualis extet leges obſeruet in obligatione manet. *l. Princeps de legibus.* Par etenim in parem, nullum ſibi deſumere imperium valet,& aucthoritatem *cap. per venerabil. qui filij ſint legitimi dicta l. à quo ff. eodem.* Neminem namque latet, & ſuis Principem legibus correctionem, poſſe, nec non emendationem inferre. Adde quod, & eas tollere nemo prohibet, vt ipſarum
B veniat ab obſeruantiam obligationem haud fermè retinet;& ex eo quia ita Reipublicæ congruum exiſtit, & ipſius quoniam mens neutiquam fuit, vt ſubiectum ſe illis præſtaret. *argum. tex: in l. non omnis numeratio ff. de rebus conditis.* Alia inſurgit cauſa, quis etenim ſubditos inter, ac Rectorem, dum oiſdem parent legibus noſceret differentiam? Hæc autem imperantem inter, ac ſubiectos, vt pari
C forma, dantem inter, ac recipientem, haberi debet. *l. 1. ff. de aucthoritate tutorum cap. debitum, de Baptiſmo cap. per veſtras, de iure patronatus.* Illis autem legibus, quæ regni circa ſummam exiſtunt conſtitutæ, vt ſcilicet Primogenito ſucceſſio præbeatur, nullo demanialium alienatio modo ſit permiſſa, nec fœminæ, vt in regno ſucceſſionem excipiant, locum habeant, & alijs, quæ de regno agunt, &
D eius incolumitatem includunt, animum ſubijcere cogitur, ſi mutationem hæ namque ſortiuntur, originem, dominatus ruinæ tribuunt, ex quibus cum Princeps declinat, in Tyrannicum habetur Rectorem è Petro de Gregor. *de Republ. lib. 7. tit. 20. num. 24.* Illas etiam complecti Rex compellitur,quæ ſpirituale reſpiciunt bonum, & pro intacto animæ candore, immenſa ex Romani Pontificis
E authoritate fuerint æmiſsæ *cap. ſolitæ, de maior. & obedien.* Toloſ. *loco cit. num.* 12. Addas, cum Regis conſtitutio, aut lex in contractum commigraſse conſpicitur, illorum ex eo quia in præiudicium, quæſitum quibus fuerat ius neutiquam poteſt reuocationem pati. Innocent. *in cap. nouit de Iudæys* Io. Andreas *in addit. ad ſpeculat. tit. de cenſibus* §. *nunc dicendum verſ. quid ſit vana.* Roma. *conſ.* 35. Nec aliquo reſilire modo è contractibus, & F conuentionibus, vt pari forma cuilibet, qui priuatus, homini, permiſſum Principi extat. Alex. *conſ.* 135. *num.* 20. *vol.* 4. Decius *conſ.* 15. *num.* 11. Tàm arcta verò in his, obligatione perſtringitur, vt nequaquam, licèt poteſtatis interueniat plenitudo, vel aliqua vrgentiſsima incidat cauſa, in promiſſorum obſeruationem quidquam cogitare valet, vel committere, legis enim vigorem pactiones retinent. *l. legem quam dixit de pactis l.* 1. *C. de pactis conuentis*, quod etiam notatum videtur *in l. Cæſar, de publica.* Bart. G Bald. & alij *ad l. primam C. de donat. inter virum, & vxorem. l. ciuitas ff. ſi certum petatur.* Afflict. *deciſ.* 299. *num.* 15. Naturalis namque iuris è diſpoſitione obligatio habetur. *l. hoc iure ff. de iuſt. & iure.* Quid magis enim Principem decet, quã inuiolatam fidei obſeruantiam compleri H *l. inter claras C. de ſum. Trinit. & fide Cathol.* Illa eoquod fides eſt, qua ſtabiles, firmique Regni vires efficiuntur, commerciorumque homines inter introductus exiſtit vſus; nec aliqua, ſi hæc abſit, forma nationes ad inuicem communicant, vnde ſuis Princeps verbis iniectã ſpernere, non debet, vel contemnere, vt conſpicimus *in nouel. conſtit.* 19. Cum graue ſit ſcelus aliquid in fidei excogi- I tare deceptionem, *l.* 1. *de conſtituta pecunia:* illorum etiam in præiudicium, qui hoſtes habentur, vt Cic. *lib. de offic.* 3. affirmauit ſi res enim: dominatores, quas pacto confirmarunt nullo ſeruare modo quærunt, neminem fermè, qui cum ipſis inijcere velit contractus, inuenient, & cum neceſsitas vrgeat, in defectum iam Theſauri abeuntibus diuitijs, ex nullo mutuas accipere pecunias poſſent, K nec bonorum emptores reperirent, & commercium conſequenter non haberent, nec aliquis vellet ſimul cum illis paciſci:nemo enim,Principis aucthoritate, licèt ſubditus extet, decipi debet. Toloſa. *loco cit. num.* 35. *fol.* 235. Suos accedit,quod non ſolum contractus Rex prædeceſſorum verum etiam in obſeruatione ponere tenetur, iuribus, ac ratio-ni-

A nibus, quæ iam adductæ à Tholoſ. *loco cit. num.*47. Felin. *in cap.* 20. *in principio de probatio.* Iaſon. *in l.* 1.*ff. de constit. Princip.* Quod nunc præcipuè vigorem includit, ſi cum limitate pacta fuerint iniecta, eique priuilegia conceſſa. Bartol. *in l. digna vox C. de legibus num.*2. Quo in loco addentes & præſertim Pariſius qui multa Regum de poteſtate, pactorum circa obſeruationem, & conceſſionum, quæ
B non ſolum per ſe ipſos, at per prædeceſſorum diſpoſitionem factæ, ſcripſit: Ariſtot. *enim* 5. *ethic. cap.* 10. iuxta ſententiam nil aliud Rex, ob munus quàm legum in cuſtodem poſitus habetur; vnde ſi maiorem, quàm par eſt, ſibi poteſtatem deſumit de Rege in Tyrannum commigrare videtur. Hac de cauſa *in l. vnica*, §. *vltimo de caducis tollendis.* ita *Nec Augustum priuilegium exercemus, ſed quod*
C *communiter omnibus prodest, hoc rei priuata noſtra vtilitati præferendum eſse cenſemus, noſtrum eſſe proprium, ſubiectorum commodum Imperiale exiſtimantes.* Nec ſummam ingens poteſtas iniuriam permittit, Pomponij etenim authoritate habemus *in l.* 14.*ff. de condict. indebiti*, quod *Natura æquũ ſit, neminem cũ aliena iactura locupletiorem fieri.* Quibus ex verbis op-
D timo conſpicitur modo Regis etiam incluſam haberi authoritatem, negatiuum ex eo quia præceptum naturali fundamentum ex iure deſumit, quod humana tolli conſtitutione minimè valet. Nec vlla in Rempublicam admiſſi rationc Reges fuere, niſi eorum fidei reſpectu, quæ tacitè, vel expreſsè habeatur, legum circa conſeruationem: illæ namque eo latæ fine fuerunt, vt ſuo cuilibet iure frui liceret, ita vt abſque eoquod præſtita de fide violatio interueniat, alienũ
E deturpationem ius pati minimè valet: vt illud Ciceronis 3. *de off.* eſt, vbi: *Si ſic erimus affecti, vt propter ſuum quiſque emolumentum ſpoliet, aut violet alterum, diſrumpi neceſſe eſt eam, quæ maximè eſt ſecundum naturam, humani generis ſocietatem.* & alio loco. *Detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodum ſuum augere commodum magis, quàm mors*

contra naturam eſt. Siquidem lex, vel F
iuſtitiæ, vitæ magiſtra, & regalium eſt moderatrix actionum; Reges etenim ſupra leges minimè ſunt, ſed hæc circa illos poteſtatem habent: vt explicatum fuit ex Plinio in Panegyrico: illud autẽ, quod legitur *in l. Rrinceps, ff. de legibus.* Principes legum ſub rigore minimè cõtentos habere, ſuas circa, quas ædant, interpetrationem debet ſortiri: vt ſupra
dixi per Text. *in l. forma, C. de offic. Præfect. Prætor.* Bald. *in l. cunctos, C. de ſumma Trinit. & fide Cathol.. l. reſcript. C. de precibus Imper. offer.* Bodinus *lib.* 1. *de Republ. cap.*8. Tholoſ. *dicto cap.*30. *lib.*7. Vel etiam ſub illis non comprænhendi, quas pari ortum habuiſſe à Principe certum eſt. *cap. per venerab. qui filij ſint legitimi.* Aut eis, quæ pœnam important, legibus, minimè ſubiectari. Cu- G
iacius *obſeru.*15. *tit.*30. Quod nullo modo in diuinis efficaciam retinet mandatis, vel eis, quæ naturali conſentanea iuri ſunt. Zaſius *in dicta l. Princeps nu.*3. Ac ſuis etiam, quæ in contractum iam pertranſiſſe conſpiciuntur. Iaſon *in l. Ciuitas num.*5. *de rebus creditis.* Bald. *in l.*2. *C. de ſeruitutibus, & aqua, & in dicta l. Princeps Abbas*, & alij *in cap.* 1. *de probat.* Qua de cauſa non ſolum de illis, qui H
proprij exiſtant, contractibus, de ijs verum etiam, qui à prædeceſſoribus emanarint, conueniri poſſunt. *l. Cæſar, C. de publicanis, & vectigalibus.* DD. *in l. prima, C. de donat. inter virum, & vxorem.* Dummodo tamen, quod Regis contractus authoritate fuerit iniectus, regalibus & ſi damnum bonis reſultaſſe videatur. *cap. intellex. de iureiuran.* Zaſius *tit. qui feuda dare poſſunt num.*17. DD. *in dicta l. digna vox, C. de legibus.* Vnde iu- I
re quidem optimo Inuictiſſimus, ac per quam potens Iberiæ Rex, cum illis Regiæ Curiæ venditionibus, quæ hoc in Regno per Tribunal Regij Patrimonij factæ magnum afferrent detrimentum moderationem ponere vellet, eorum, quæ vendita, bonorum introitus prudenti moderauit conſilio, & cum priùs non parui momenti damnum Regio ad- K

du-

A ducerent ærario, conſtituit ad rationem de quinque pro centum, prout de illis in diem, redditus circa,& effectus emptio ſit; ſuperfluum autem, quæ de dictis vncijs quinque pro centum excuſſum; pro Regia Curia exigitur, & Catholica Maieſtate. Quo modo neutiquam receſſiſſe ab illis videtur, quæ iam factæ, venditionibus, at moderationem ſolum poſuiſſe, & hoc ritè propriæ fecit in-
B demnitati, quamuis ex contractibus,qui læſionem aduehérent,reſilire permiſſum haberetur, cum in ſummum regalis domus detrimētum inſurgere viſi fuerint. Caſtaneus *in Catal. gloriæ mundi parte* 5. *conſiderat.* 24. *verſ.* 94. *fol.* 115. Bald. *in cap. intellec. de iure iuran.* Bouadilla *in Politica lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 190. Hac de cauſa ipſius in laudem illud poſſumus modulari, quod in Friderici Cæſaris enco-
C mium depromptum fuit.

Nam nil, vt verum fatear, magis eſſe decorum
Aut Regale puto, quàm legis iure ſolutum.
Sponte tamen legi ſeſe ſupponere Regem
Gratia ſit magno, qui temperat omnia Regi.

Tertia, quæ adnexa iuſtitiæ qualitas exiſtit, clementia eſt, perquam alicuius
D animus temerè in alicuius odium impulſus comitate detinetur: vt dixit Cicero in Rhetorica, quæ nulli alij, quàm ſuperiori, ſubiectos erga dum conſtitui, culpas aduerſus, debent pœnæ, competit. ita Seneca *in libro de clementia*, & dum pænis; iuxta legis diſpoſitionem, ponitur moderatio: vt explicatum fuit ex D. Tho. 2. 2. *quæſt.* 158. *art.* 1. Illo autem caſu clementis nomen excipere animus poteſt, quo tener extat, vt miſeris com-
E patiatur, facilis, vt pænas remittat, vel iniurias, promptus, vt ſubuentionem præſtet; quemadmodum nobis ſcripta reliquit Vgo de Sancto Victore. Hac de cauſa, cum excellens ſit virtus, regali propriè conuenit animo, cum nil tam gentibus, Moderatores, quàm iſta commendet. Adde quod Iuſtiniani ſententia. *Nil eſt tàm peculiare in periculis Maieſtatis, quàm clementia, & humanitas, per quam* F *ſola Dei ſeruatur imitatio. in l. vlt. C. de donationi: inter virum, & vxo.* Quod idē ita Claudianus (ò quā ſuauis Cycnus!) in Honorij conſulatu expreſſit.

Sis pius in primis, nam cum vincamur in omni
Munere, ſola Deos æquat Clementia nobis.

Et Ouuidius *lib. de Ponto* 2. *eleg.* 9. præclarè. G

Regia, crede mihi, res eſt ſuccurrere lapſis,
Conuenit, & tanto, quantus es ipſe, viro.

Qui ſublimiter inde ſubijcere non neglexit.

Hoc tecum commune Dij, quod vtrique roganti
Supplicibus veſtris ferre ſoletis opem.

Suum autem hæc magis in ſummo H demonſtrat negotio fulgorem, ac in magni ponderis re debet adhiberi: nam ſi eo deſit in caſu talis euenit iactura, quæ minimè comparationem valeat ſortiri. Hoc in Carolo Siciliæ Rege benè conſpici poteſt: ipſe etenim cum, cœſis totam undique per Triquetram Gallis eius Diadema regni vellet recuperare, Meſſanæ ad obſidionem venit, quam ad eo terra, marique fatigauit, ut ad legationes ire Ciues cogerentur, qui præpo- I nerent, ut Meſſanenſium uoluntate, illa potiens omnium, & uitæ parceret, ac bonis, atenim cum ineuitabilem de Mamertinis ruinam, certamque inſpiciēns uictoriam uana ſuperbus aura, ſtomachū uellentibus reſponſum uerbis retuliſſet; excitis indignatione ciuium animis, licèt armis potens, aggreſſus, magno fuſus dedecore fuit, ſperatamque urgens uictoriam, honorem eum Regno amiſit, K clementia eòquod uti, dum preces emitterent Zanclæi; noluit; ſic Hieron. *ſunit. lib. Annal.* 4. *cap.* 23. Erroribus ergo circumuenitur, qui Macchiauelli de Principe *cap.* 7. ſe adnectit ſententiæ, cum omnia, in exiſtimatione habeat rigoris à ſeueritate, pænarum, ac timoris formidine fundamentum excipere imperia *in cap.*

Digitized by Google

cap. enim, Prouerb. 20. Regij habemus,
animi clementia robur tronum fortiri:
A quare prudenter affirmauit in Panegy-
rico Plinius inſcitè illos agere, qui ter-
rore venerationē acquirere præſumunt,
nam aliquo debent Reges ſeueritatem
proſequi moderamine. *l. reſpiciend. ff. de
pœnis. l. Pedius, §. 1. ff. de incendio ruin. &
naufrag. l. 2. ff. de custod. reorum.* Sæuæ
quo in loco, Iudicibus naturæ frænum
B temperatione ponitur, & æquitate. Ab-
bas *in cap. fin. num. 6. de tranſactionibus.*
Moderamen etenim ſuſcipere miſeri-
cordiæ dulcore iuſtitia debet. Specul.
tit. de diſpenſat. num. 1. verſ. æquitas dicit:
& præclarè Modeſtin. *in l. 25. ff. de leg.
ſecundo. Nulla (inquit) iuris ratio, aut æqui-
tatis benignitas patitur, vt, quæ ſalubriter,
pro vtilitate hominum introducuntur, ea
nos duriore interpetratione contra ipſorum
C commodum producamus, non ſeueritatem.*
Quamuis autem nonnunquam in aſpe-
ctum veniant, quæ naturali aduerſæ le-
ges videantur iuſtitiæ, ipſæ tamen, vt
maior ſubditorum vtilitas reſultet con-
ſtitutæ aſpiciantur: ſæpiùs enim permiſ-
ſum extat, vt nouis in rebus ex antiquis
recedamus, cum neceſſitas videtur ex-
poſcere ſtatutis. *l. 3. ff. de conſt. Princip.*
quo in loco; *In rebus nouis conſtituendis
D euidentem eſſe vtilitatem debere, vt rece-
datur ab eo iure, quo diu æquum viſum
eſt.*

Quod autem ſpectare ad clementiam
certum eſt, nullam à miſericordia, &
manſuetudine habere differentiam ap-
paret; ſæpiùs etenim pro clementia mi-
ſericordia excipitur, quoniam licèt nil
aliud eſſe miſericordia conſpiciatur, quā
angor, qui ex aliena inijciatur miſeria,
E indè tamen quidquam clementiæ affine
deuenit, cum ille, qui iam in miſerias
prolapſus, ad parcendum faciliùs com-
mouet, & gratiam impetrare non deſi-
ſtit; qua de cauſa non rarò euenit eam-
dem, quæ miſericordiæ virtus, haberi.
Nil etiam differentiæ ipſam inter, ac
manſuetudinē permanere videtur, præ-
terquam omnes erga manſuetudo ex-
tenſionem habet, & inferiorem, circa
ſuperioris exret, vt ex definitione con- F
ſtat; nam ipſa eſt; *Superioris erga inferio-
rem in pœnis lenitas conſtituendis.* Acce-
dit quod, quemadmodum ad iræ magis
defectum ſpectare, magis conſpicitur
manſuetudo, quàm ad exceſſum, pari
forma remiſſioni potiùs pœnæ, quàm
exactioni congruam haberi clementiam
certum eſt: vel, quod in idem recidit,
illam inclinet in partem, qua punitionis
ineſſe defectus poſſit, non autem exceſ- G
ſus; qua de cauſa, longè quidem eſt, vt
illi valeat opponi, tàm, quæ nimia ſit
indulgentia, quàm animi atrocitas, &
illa crudelitatis ſpecies, quæ, dum acri
vi, pœnæ ab eis, qui perpatrari crimi-
na, deſumuntur, exerceri videtur. qua-
propter, cum vera fortitudo, cum illis
comparationem excipiat, quæ obſtacu-
lum ponunt, non autem quæ cedunt, ac
tyrannidis feritas, eoquod omnia ſuo H
ferit fulmine, dum cunctis pauorem è
rebus deſumit, à metu ſit, & ciuile bel-
lū atrocitate polleat, populi ex eo quia,
quæ cæteros exuperat, fæx habetur: hac
de re generoſo congrua reputari debet
animo clementia: omnes etenim ipſa
decet, quos ius in ſubditos ad pœnas
compellit: nam qui dominatur ſuppli-
cium commoueri precibus iſta cogitur
ex virtute. Regi attamen, Principique I
oporret, Rectoris namque mens, vt ve-
niam largiatur, cum punitionis inſit oc-
caſio, prona exiſtat: vt modulatus fuit:
Pelignorum (Ouidius) Apollo.

*Sit piger ad pœnas Princeps, ad præmia
velox,*

Quam autem ob cauſam gladiū tribuiſſe
moderatoribus cœlum videtur? Non ex
ea præcipuè, quēadmodū nobis protulit
Olympiū admonēs Nazianzenus? niſi vt K
potiùs eo minas inferant, quam vtātur?
propterea *lib. de clementia* 1. id proclarè
Seneca demonſtrauit comparatione. ſic:
*Vt fulmina paucorum periculo cadunt, om-
nium metu, ſi animaduerſiones magnarum
poteſtatum terreant magis, quàm noceant,
non enim minus Principi turpia ſunt mul-
ta ſupplicia, quàm medico multa funera.*
Quibus adnecti poſſunt Regis Theodo-

A rici penès Caſſiodorum *epiſt. 4.* ſententiæ. *Ex hac enim virtute (clementia) ſuauiſſimos fructus legimus, & remittēdo alijs, nobis parcimus, namque periculosè iuſti ſumus ſub ſeueritate ſemper ignoſcimus ſuaptè indulgentia, quæ ſoluit, & præſul eſt.* Quare Salluſtij ex doctrina in Iugurtha dicendum plus timoris ſæuitiam addere, quàm potentiæ, Princeps itaque vt benè fuit ex Tacito explicatum *lib. An-* B *nal. 2. Amorem apud populares, metum autem apud hoſtes quærat.*

In rerum autem ſumma debet lenitas cum ſeueritate commiſceri, ad hoc, vt, nec multa ſubditorum animos exagitet aſperitas, nec ſumma benignitas in contemptum punitiones abire permittat. Amoris veniat beneuolentia. Sed quæ molles non reddat mentes; rigor exiſtat: ſed qui ſubiectos, vltra terminum C non premat. Zelus adſit, qui tamen ſæuitiam non diligat immoderatam. Pietas denique habeatur; at quæ in remiſſione pœnarum eſſe nimia non quærat. Neceſſarium etenim, non ſolum punitionis formidine, præmij verum etiam blandimentis bonorum animos capi, *l. 1. ff. de Iuſtitia, & iure.* Propria namque Regis qualitas extat, vt paternam iuſtis exhibere prouidentiam haud fermè de- D dignetur: vt in Authen. *de mand. Principum, §. feſtinabis.* Non tam frequenter autem, & facili modo illis, qui peccata perpatrare non erubeſcunt, præberi veniam decet, illo nam concedi caſu oportet, cum legitima interueniat cauſa, matura necnon rerum, temporis, & perſonę conſideratio ſiat? crudelis namque Principum exiſteret pietas, ac ſæua eſſet clementia illis parcere monſtris, E quæ ſceleribus cuncta inficiunt; An eis mitem ſe demonſtrare, quæret, qui parricidijs oblectantur, ſacrilegia complectuntur, & nefanda committere crimina minimè dubitant? In ciues, & populum verò, qui innoxi, & ſceleſtis ſunt prædæ, ſæuitiam adhibebit? Caueat, nimis enim iucunda natura eſſe non debet, copia ex eo quia bonorum non videtur, hominum animi ad mala proni,

qui ſi, dum per crimina verſantur, impunè ſemel prætererint, ſtimulis velut F impulſi, atque incitati quemadmodum: Leones, in peiora prolabi non deſinent qui namque in maiori veniam emolumento eſſe dicat, quàm vindictam? Forſan illa Reipublicæ magis conſuluit, quàm hæc? Neutiquam vtræque neceſſariæ, ſed magis frequens punitio ſit, dum ſumma eſt malorum turba, qui niſi pœnæ interueniat formido ſcelera G inſectari non timebunt; ſeueritatis ex eo quia duritiei delictorum peraptè cōpeſcit licentiam, nam ſi deſit veniæ ſpes, & facultas vt crimina committantur, incentiuum tribuit; vnde pœnæ haud certè dormiant, vnius etenim punitio multorum eſt metus. *l. prima, C. ad legem Iuliam repetun. §. hodie autem in fine, inſtitut. de except.* Sub oculis ergo Reges ponere decet, ne quid ſummè durum, H vel remiſſum facere declarent, cum ſęper cōſiderare illud neceſſe, quod Ouidius explicauit; *medio tutiſſimus ibis*, & Græcorum, *tò enormon*, ſcilicet, *ne quid nimis.*

Quæ quarto requiri loco in Moderatore virtus debet, Fortitudo exiſtit, quæ ſcilicet non in ſolo corporis vigore permanet: ſed eo habetur, ſi quis, ardua, cum res, & modus expoſcit, aggredi I velit, vnde virtus hæc robuſti neutiquā in corporis viribus inſidet, at in ipſo regiam ponit animo, quæ verum Fortitudinis mereri nomen valet; ex eo quia ſi ipſa in factis deſideratur, vel corporis niſus è temeritatis audacia regimen cæcè ſuſcipiunt, vel debita cum longè ſit efficacia, in languedinem abeunt; vnde in re quidem optimo fortiſſimi ſibi ex- K poſcere gloriam (vt data) poteſt, & Mutius, qui conſtans in flammis, Fabricius, qui paupertatis in miſeria tranquillus? Rutilius qui exilij in ſqualore impertarbarus, Regulus, qui alacri tormenta ſuſcepit animo, de quibus affatim Valerius Maximus. Propterea æquum ſine Fortitudinis ſocietate eſſe non debet, aliqua enim (ſi hæc abſit) ex parte deturpatur, quod ne accidat, per-

Digitized by Google

A peracto ſimul in nodo extent, fortitudo virtutum omnium robur iuſtitiæ adnectatur; hæc illam complexetur: nam ſicut Fortitudo ex æquo ſeiuncta improbitatis in materiem tranſit, pari forma, ſine fortitudine iuſtitia non rarò terga fugæ dat, ac eos deſerere non veretur, quorum ſuſcipere tutamen deberet, vt ſcriptum fuit ex Platina *in lib. 8. de optimo Ciue*. Huiuſmodi etenim virtutes nō
B ſolum Regem volunt monitum ne ad fraudes, ac dolos, nec non fallacias animum ſtudeat applicare, vt firmum at etiam ſeſe metus contra, & doloris aggreſſus reddere minimè negligat, ita vt:

Non læta extollant animum, nec triſtia frangant.

Fortitudo etenim virtus exiſtit, quæ animum periculi ſupra metum erigit,
C nec aliquid, niſi turpe quod ſit, timere videtur, coſtantiam in anguſtijs præſefert, aduerſaque optimè tolerat, & ſecunda quare Aulus Gellius *lib. 12. Noct. Aticar.* definitionem dedit, quod *Fortitudo eſt probata ſcientia rerum tolerandarum, & non tolerandarum, non excedens modum per immoderatam audaciam, nec deficiens per pœnæ ſenſibilitatem.* vnde Horatius *lib. 2. ode 3.* cecinit.

D *Aequam memento rebus in arduis*
Seruare mentem non ſecus in bonis
Ab inſolenti temperatam
Lætitia moriture Deli.

Talis autem formæ, ſpecialis quatenus virtus exiſtit, Fortitudo apparet: Sed enim aliquando latiori, non rarò magis contracto deſumitur modo. Et primo quidem tam amplexam ſortitur extenſionem, vt idem, quod ipſum
E virtutis nomen importet, nimirum, vt è Græcis andria dicitur, quo nimirum *à pa tu andròs* veniat, hoc autem virum ſignificare certum eſt, latinè à viro fuit virtus dicta, et ita explicat Cicero. *Appellata eſt enim à viro virtus, viri autem virtus propria maximè eſt Fortitudo, &c.* Ex quo equidem efficitur, vt Diu. Ambroſius dum in Fortitudinis deſcriptione verba facit, ipſius traducat ex illis typum, ad quæ virtus ampliationem F
excipit id autem B. Clementis *7. Strom.* imitatione, qui: *Munus Fortitudinis eſt: non ſolùm vt caſus perferat humanos, ſed vt reſiſtat etiam & voluptati, & cupiditati; & dolori; & iræ, & vniuersè omni rei, quæ nos ſine vi, ſine fraude quapiam allicit.* Poſteriori verò modo ſi bellicam tantummodo fortitudinem importet, cū illi, qui cruentos inter belli apparatus, horroreſque fortitudinem teſtentur, ac G
dum ſeſe in prælijs verſantur morti viriliter occurrunt, tenebris obuolutum ſuum eſſe nomen haudquaquam ſinunt, honoribus redduntur perſpicui nominis claritudinem acquirunt, gloria decori efficiuntur, ac æternam propriæ vitam famæ tribuunt. Pares ipſis, nec inæquales habentur, qui vel in morborum tormentis, in maris diſcrimine, aliiſque periculis exiſtentes fortes gerunt ani- H
mos, ac intrepido lethum complectuntur pectore: Inde fit illum è Stagyrita, virum dici, qui honeſtam mortem, & quæ ad ipſam ducunt, intrepidè obit, cuiuſmodi ea ſunt, quæ in bello præſertim occurrunt.

Vt autem Fortitudinem circa, quæ congruis contenta finibus, quidquam explicemus; duo exiſtunt, quæ vniuerſo ab ipſa modo, vt ſit perfecta, expoſci conſpiciuntur, aliud, quod inuicta I
quædam animi firmitas, cuncta, que ardua ſint, aduerſus habeatur, vt nimirum tàm dum quidquam aggreditur, quàm dum mala patitur non inconſtantes retineat vires. Alterum quod temerariò non incedat auſu, nec aliquem, niſi qui decorus, ad finem dirigatur, vt ſcilicet ad honeſtum, & æquum collineet.

Illis enim ex caſibus, qui aduerſi iā irruunt, aliquod in fortitudinis pericu- K
lum prolabi videtur, ex eo quia cum ſæpiùs nil de ipſis hominum animi curarum impendant, quæ accidere poſſunt, luctuoſo conſpiciuntur obruti præcipitio: Nemo namque tàm prouidam includere mentem valet, vt quæ contraria euenire poſſunt, præhabitis inſpicere cogitationibus ſufficiens extet.

Digitized by Google

A Quapropter inde cauſa eſt pleroſque,
incauto quoniam ſunt animo improuiſis
fortitudine in euentibus, deſtitui, nimia
enim cum felicitatis lubidine detineantur,
& vitæ maximè diſcrimen formident
illius eoquod omnibus maximum
datum fuit deſiderium à natura, ſtatim
conturbato vitam ducunt pectore, ſi aliqua
circa hæc ſuperuenit iactura, Huiuſmodi
autem paſsionibus nudi pœnitus
B exiſtere quidem Reges proprio coguntur
è munere; ipſorum namque à prudentia
ſubditos, & aduerſa, quæ ſit, &
ſecunda regimen excipere in ſorte decet:
placido enim Rectorum vultu, ſerena
fronte, compoſito animo, intrepidiſque
verbis firma populorum redduntur
pectora: in exemplar Otho, ſit, qui licèt
de Imperiali amiſsionem diademate fecisset,
tranquillo aſpectu, coſtantique
C ſermone intempeſtiuas ſuorum coercebat
lacrymas; & Nouus Alphonſus Rex,
qui cum ſanguineo Toloſæ in prælio,
quod fuit ad naues inflictum inter mortes
verſaretur, & vulnera, ingenti oris
hilaritate ſummaque animi conſtantia,
dubium per Martem cum feruẽtia cruorem
arma ſtillarent vſque ad pugnæ finẽ
perſeuerauit: An debilioris fuit Catholicus
Rex Ferdinandus virtutis qui nulla,
ob cuiuſcumque caſus aduentum forma
D concuſſam demonſtrare fortitudinem,
vel molles patefacere affectus viſus fuit?
quare cum Barcinone à furioſo quodam
iniuria fuiſſet actus (immoto vultu) præcepit,
vt correctionem inuaſori afferrent.
Quos enim ad coronas oriri, & ſceptra
voluit natura, nullo perturbari caſu, nec
aliquam excipere mutationem decet,
An autem puſillanimis illis ſeſe rebus
ſuperiorem reddet, quibus fortis; Quis
E credat? Annibalis minimè vires eneruaſsent
Romani ſi Cannenſe poſtquam
prælium tam deplorabili perfectum exitu
fuit, animum dedentes timori, pericula
diffugere quæſiuiſſent, quod non accidit,
cum turpem poſt pugnam in Hiſpaniam
tranſmittendo copias talem feroci
pauorem Pœno incuſſere, vt ipſorum
extimeſcens vires, propriamque frænans
temulantiam ſenſim cedere coactus. Vnde F
Regali verè menti par eſt, vt ſupra
omnia, quæ contigunt ſit eminens, imperturbata,
intrepida, & aſperis, blandiſque
pariter inuicta. Moderator denique;
(vt Olympus ille mons, tot Poetarum ad
ſydera elatus carminibus, qui cæci licet
circum turbines euoluantur, Aquilonares
inſurgant niuibus armatæ, fulminibuſque
procellæ, rabidi vndique perflẽt
venti, aer fremat, nubeſque tonitribus G
grauidæ, horrenda ex ventre murmura
promant, celſum erit caput, ſerenamque
ad Cœlos verticem extollit, cum nil, aut
Iouis triſulcus ignis, aut Boreæ furia eo
poſſit in loco, irarum exercere) tranquillum
teneat animum, ac firmum, terrena
oculo inſpiciens contorto bona pectus
conſeruet, è ſcopulis exemplum petat,
qui undis licèt concuſſi æquoreos inter
tumultus, immobilem (vt ita dicam) H
in arenis pedem figunt.

Quintum, quæ obtinere locum in
Principe virtus debet liberalitas quidem
eſt, ſeu beneficentia. Quod melior enim
haberi valet inſtrumentum, quo de omnium
beneuolentia fiat captura? In Regni
etiam tutamen venit, vt in Dionis
vita Aemilius affirmauit: cum rerum attamen,
& perſonarum conſideratio, non
negligatur; rerum, vt non omnium vni, I
ſed ſingulis fiat donorum diſtributio, ita
namque plurimum adduci emolumentũ
valet. Glo. *in cap. fratrem distinct.* 85.
Perſonarum, vt illius primum, qui aliquid
beneficij contulit merita Rex dignetur
munere, cæteris poſtea, vt libet,
dare velit: Hoc autem in caſu illæ tribui
res debent, quæ donanti nec Moderatori,
nocumentum, vel alteri ducant: qui
enim alijs damno ſunt, vt liberalitate K
prædicti bonorum largitione videantur,
non benefici, aut liberales dici: ſed pernicioſi
debent. de hoc nil interuenire
dubitationis valet: vt aſſeruit *lib. de beneficijs*
Seneca: Maiorem illa ex liberalitate
eorum tribui eſcam odio, quibus
res auferuntur, quam fauori, quibus
fuerint conceſsæ: quod ex eo quia, triſtitiam
infert animo difficili patitur lituram

Digitized by Google

A tam forma, de beneficiorum autem me-
moria ſimul cum fructu iactura fit, quē-
admodum ſcriptum ex Herodiano in
Hiſtorijs fuit, & Cic. *de offic.* 3. ad nos
tranſmiſit; in eamdem incurrere in iu-
ſtitiam eum, qui vt liberalis nomen ex-
cipiat, aliorum, nocumentum haud-
quaquam conſiderat, ac qui aliena ſuū
bona in vsile conuertet.

Diligenti ergo ſtudio inſpici debet ne
B facultatis excedere terminos Directoris
beneficentia velit, qui maiorem etenim,
quàm familiaris pati res poſsit, liberali-
tatem exercens, in illo peccatum viden-
tur perpatrare, quod alios iniurijs affice-
re minimè curent; pleroſque autem cer-
tum eſt, non tàm liberali ex natura, quàm
vana inductos è gloria, neutiquam factì-
tare plurima vereri, quæ magis ex oſten-
tatione ortum haberi, quàm ex volunta-
C te videntur; vnde poſtmodum, & rapinæ
inſurgunt, & tyrannides; nam quod per
ambitionem vacuum pecunijs ærarium
extat, per ſcelus cumulari oportet: vt ex
Tacito *lib. Annal.* 2. Nil ergo miri affe-
rat, ſi liberalitas è beneficentia perima-
tur, & finitum omne finiti ablatione ter-
minum excipiat.

Accedit ſub conſideratione poni etiā
perſonarum, quibus donatur, æqualita-
tem, vt proprijs quiſque donetur ex me-
D ritis; ſi alio enim agere Princeps modo
velit, haud anceps, eſt ipſum erroribus
irretiri, nam, ſæpius liberalitatis ſpeciem
præbere lubidinem, indubitatum: pluri-
mi eoquod perdere benè ſciunt, mune-
rari vero minimè: vt explicat *lib. hiſtor.*
1. Tacit. Monitum, hac de cauſa præbet
Seneca de Beneficijs, quod illis donum
facere Princeps debeat, quos bonos co-
E gnoſcat: vel eis, qui bonis faueant. ge-
mino autem oritur ex fonte Liberalitas,
vero ſcilicet ex Iudicio, ac honeſta be-
neuolentia: Rex etenim cæcè incedit, ſi
ſibi fingat, facili poſſe forma dona con-
ferri, non, vt benè prebeantur, ſæpius
namque ſubitæ largitionis comes pæni-
tentia exiſtit: vt eſt Plinij *lib. Epiſt.* 7. *au-
thoritas.* Senecæ eoquod in dies expe-
rientiæ lumine probatum redditur cla-
rum. *Sine hoc delectu beneficia magis proij- F
cimus, quàm damus.* Nec aliquo Alexan-
dri verba modo apponi ad tam indignè
liberalium Regum defenſionem poſsūt,
qui cum immenſa præberet munera, ita
dicebat, *Non quaro quid ſe accipere deceat,
ſed quod me dare.* Id enim tam profuſo
præberi donatori fas eſt reſponſum. *Si
illum non decet accipere, nec te donare.* Cō-
ſiderare igitur Princeps debet, quam
præmia inter, ac merita venire propor- G
tionem oporteat; ex eo quia ſi ad propria
reſpectum haberet dignitatem, & æqua-
li eum, qui iucundum præbuit pomum,
illumque cuius ex cuſtodia Regni maie-
ſtas defenſionem excepit, paruo tempo-
ris interuallo cunctis expoliatus appare-
bit diuitijs, ac omni vacuus bono, tam
profuſæ deplorabit liberalitatis effectus:
vnde cum diligenti benemerita perpen-
dantur trutina, parem ſortiri gratiam ne- H
ceſſe.

Illud autem neutiquam in obliuionem
mittat, ne ſemel, ac nimis largè donet;
quod vnica enim tantum vice, ac valde
prodigè tributum, accipienti emolumē-
tum affert, illi verò, qui muneratur, dā-
num, antiqua namque beneficia ſubuer-
ti decet, ni ex poſterioribus robur de-
ſumant: ſic Plinius *lib.* 3. *epiſt.* 4. *Veteris
meritum conſeruandum eſt nouo.* Vigiles I
itaque hoc Reges in negotio teneant
oculos, quod ſcilicet ita donent, vt agē-
tes liberalitati congruum pauciora ſibi
nō relinquant. Id Ariſto. in moralibus ad-
uertit.

Prudentia in dominatorum animo
ſextam obtinet ſedem, vnde circa ipſam
nonnulla ducam. & primò eius definitio
ex Ariſt. *in Ethic.* habetur, eſſe cum ra-
tione agendi habitam, de illis, quæ, &
mala homini extant, vel ex aduerſo: *& K
lib. politic.* 1. Mentis virtutem, qua de
bonis, maliſque felicitatis ad ſtatum cō-
gruis venit cognitio. Hæc autem virtus
à prouidendo, velut ex parte, quæ prin-
cipalior ſit, nomen ſibi deſumpſit: omnia
enim; quæ prudentiæ ad conſtitutionem
requiruntur, extant, vt aliquem ſint di-
recta ad finem, & conſequenter cuiquā
con-

A conſulat rei: vt D. Tho. 2. 2. *qu.* 49. *ar-*
tic. 6. Prudentem verò inter differentia
ponitur, ac ſcientem; primus namque il-
le dicitur, qui ſua quodlibet prouidentia
cognoſcit: Poſterior, qui alterius ex iudi-
cio rem videtur percepiſſe. Clarus: pru-
dens per ſe eſt, alius autem ex operã,
ſciens, vt dixit Ariſt. de anima: ille, iux-
ta Donati ſententiam, quaſi prouidens
nomen habet: vel potius, vt procul vi-
B dens ad noſtrum: huiuſmodi virtus per-
quam apta Regali exiſtit ingenio: ex eo
quia cætera, vt animalia nec recta, nec
tuta ratione, vel ſuperbiam deſerere, vel
regimen tolerare valent, niſi aliqua, vel
induſtria interueniat, vel ars, pari forma
nemo regnum poteſt moderari, & ſi ge-
rat difficiliter; cum hæc vitæ magiſtrã
longè ſit: nullum etenim eſse moroſius
animal conſpicitur, nec maiorem expo-
C ſcit, vt circa ipſum quidquam tractetur,
ſolerriam, quàm homo: vires autem, ſi
ſolæ habeantur, ſufficientes neutiquàm
ſunt, vt ſuſtineant, ne dominatus labatur;
ſapientiæ magis requiritur, & prudentiæ
fulgor, ut umbris circumducti Rectores
æquè ambulent: meliùs enim eſt ſapien-
tiæ robur, quàm uirium uehementiã,
prudentiæ maturitas, quàm temeritiæ
fortitudinis auſus: *vt in* 16. Sapientiæ
D conſpicitur: Hiſce de rebus, quemadmo-
dum Iſocrates *in Orat. de regno* dixit.
Moderatores oportet non iucunda igna-
uiæ ſub tyrannide, uel ſocordiæ in ſinu
iacere: ſed omnia Lynceo circumſpicere
acumine, ac inueſtigare, ut longe cæte-
ros prudentia excellant. Quod namque
ſi prudentiæ ſolertia, uel inſopita dili-
gentiæ abſit cuſtodia regnum eſſe tutum
ualet? Ex ipſis enim rectam dependen-
E tiam habet Reipublicæ regimen: ut Ci-
ceronis 3. *de legibus* mens. Inde Theo-
crinem aduerſus ita Demoſthenes. *Ego*
è natu à maioribus audio tunc floruiſſe ma-
ximè Rempublicam cum à modeſtis, & pru-
dentibus viris regeretur. Et iure quidem
optimo, ex eo quia cum nullius uirtutis
uſum abſque prudentia utilem exiſtere,
nulloſque quicumque hic fuerint ciues,
hac longè uirtute, nec publicis, nec pri-
uatis boni uiri officium præſtare in rebus F
poſſe certum ſit; Reſpublica, uelut ener-
uis, concidet, & omni deſtituta uigore
miſerum præbebit ſpectaculum. Ex ad-
uerſo autem, cum hominum adhæreat,
& gratior in amicitia, & detrimentũ,
expellens in dignitatum adminiſtratione
habetur: unde Ariſt. 3. *Politic. lib. cap.* 3.
ait. *Virtutum ſola, Prudentia, Imperium ob-*
tinentis nam cæteræ cætera neceſſario com-
munes eſſe videntur Imperantibus, haud his G
quibus imperatur. qui 6. *Ethic.* Prudentiæ
cunctas, uinculo uelut adnecti uirtutes
affirmauit, illaſque munus eſſe, ut & re-
gimen ſuſcipiat, & imperium: nulla enim
forma, ſi prudentiæ abſit uigor, cæteræ
nec originem ſuſcipere uirtutes, in clara
uel opera ire poſſunt, cum, quodã
certè modo, illius ſequentes iuſſa, ratio-
nis ad normam uniuerſę dicuntur. Hæc
uerum, omnia cogitat, & agit, nec ali- H
quid, ſi æquum, uel dignum laude non
ſit, patrare nititur: Nullum etenim Iudi-
cem ualere abſque Iuſtitia eſſe, certum,
nec Iuſtitiam ſine prudentia exiſtere, fir-
mum. Vnde ex minori ad maius, de Re-
gno debet affirmari, non ſolum viribus
orbum, nullum verum etiam exiſterẽ,
ſi huius non interſit virtutis auxilium:
vt Iuſti Lipſij *lib. politic.* 4. *cap.* 1. do-
ctrina. I

Temperantia tandem, quę neceſsatia
in Rege, nos aduocat, quę nil aliud exi-
ſtit, quàm affectio appetit vi frenum po-
nens, ac moderamen, ab his, quę turpi
deſiderantur qualitate retrahens, vt Au-
guſt. *de libero arbitrio* ſententia; ſed ſe-
cundum Ariſtotelis mentem virtus eſt
de concupiſcibili ortum habens partẽ,
ipſius etenim opera neutiquam deformi
ſubijcitur animus voluptati. K

Stricto autem uirtutis huius nomẽ ſæ-
pius modo pro ſobrietate accipitur, vel
caſtitate, vt virginali dictum in ſtatu
fuit, aliquoties lato, plurium pro virtu-
tutum, quæ particulares, complexu de-
ſumitur, & ſic definitio affertur: quod
virtus extet, quæ noſtri motum animi,
affectionemque in corporis voluptati-
bus, quas appeti, vel diffugi oportet, re-

ge-

A gero curos ac moderari; adeò tamen, vt illis frui poſsimus, diuinæ quemadmodũ voluntati, rectæque rationi, perſonarum locorumque ac temporum conditioni habeantur conſentaneum.

Duo Temperantiæ, & ſic temperantis officia eſſe non dubium, honeſtatem ſcilicet, ac licitum, circa voluntatum fruitionem appetitum, quod ſenſus ita moderatè adhibeantur, vt nihil, volup-
B tates propter, committi valeat, quod vel famæ, aut valetudinis, familiaris, vel rei læſionem inferre poſsint incolumitati.

Auius autem generis virtutis partes Continentia, Parſimoniaque habetur, ac Integritas, Verecundia nec non, & Honeſtas. Primæ ſub regimine vigilantia, pudicitia, caſtitas continentur; ad ipſam attinet, vt illis moderationem cupiditatibus ponat, quæ quidquam poſſunt in-
C cludere, quod nos è Dei legibus auertere, vel ipſius è bonis valet. Ipſius eſt munus, vt cunctas, quæ corporææ ſint, inecebras in contemptu habeat, & popularem circa auram nil curarum impendat: vt ex D. Auguſti: de moribus explicatum. Hæc vero huiuſmodi non ſolum opera conficit: & ſuperflua reſecat: neceſſaria verumetiam quandoque reijcit. Qua de cauſa ex temperantiæ in-
D duſtria virtutum, quas attuli, matris, abſtinentiæ quiſquam amator conſtituitur: ſobrietatem non ſpernit: moderationem complectitur: pudicitiæ ſe adnectit: taciturnitatem diligit: & verecundiã haud repellit. Si hæc in animo ſedem excipit, vt Proſperi de vita contemplatiua eſt doctrina, libidinum frænat licentiam affectuum comprimit tumultum, ſancta in multas procreat deſideria turmas, vitio-
E ſa conculcare non dubitat, quæ intra nos confuſa in ordinem redigere minimè negligit, improbas longè cogitationes deijcit, ſcientiarum ducit fulgorem, Venereas flammas, ac libidinoſas peſſum dat voluntates, placida mentem reddit ſerenitate tranquillam, animique imperium ex vitiorum tyrannide ſurripit.

Plurimas recenſere virtutes, que in Rege ineſſe deberent iucundum non reputarem, de quibus, communes quoniã F omnibus exiſtunt, multis verba faciam in locis ſatis æxtimans regijs de qualitatibus dixiſſe.

DE REGVM SVCCESSIONE, *& electione.*

Cap. 2.

G

REgni dignitas, & fulgor, vt ſuperius fuit explicatum, aut ſucceſſiuè ad quemquam peruenit, aut electiuè. Primum illud eſt, quod ex propaginis, vel ſtirpis quodam iure in liberos agnatoſue, aut incertum filium, agnatumue deſcendit. Poſterius, cum iure ſanguinis poſthabito, Populi ſuffragijs, vel eorum ad quos videtur pertinere, ad regale quilibet diadema ducitur. Ex duobus autem his modis illum ſublimiori præditum H exiſtimo fulgore ſimul cum Aegid. *colum. de Regim. Princip. lib. 3. cap. 5.* Couar. *lib. 1. quaſt. practicab.* Bodin. *de Repub. lib. 6. cap. 5.* Lips. *lib. 5. politic. cap. 4. & in monit. lib. 2. cap. 5.* Petro Gregor. *Tholoſa. de Repub. lib. 7. cap. 4. & 12.*

Et primò: Regia eoquod cum è ſanguine quis ortum excepit, generoſque ſurgit ex trunco, ſummis præditam qua- I litatibus naturam, ingenium magis fermè preclarum, quàm cæteri homines, continet, quamdam in aſpectu venerationem præſeferunt; ex quibus conſequens eſt habiliorem in Regni moderamine haberi faciliuſque propriæ ſubditos populorum animos ditioni reddere, qui obedientia deuicti luſtra in tranquillitate ducunt. Regem adde, qui alijs in ſtatum primum æqualis, poſtmodum ad Regale ductus è populo diadema, & debita non exiſtere veneratione: nam quæ K ante fuit paritas contemptum gignit, ac riſum, nec tam amore dignus dominator, aliarum quàm partium, ex queis electus, & odio uidetur, & inuidia; quod nullo in ſucceſſione modo accidit, cum antiquus adhuc in Imperio Rex haberi conſpicitur: ſic enim Eccleſ. *cap. 30.* inquit. *Mortuus eſt pater eius, & quaſi non*

eſt

A *eſt mortuus, ſimilem enim reliquit ſibi pro*
ſe. Et Caſſiod. *variar. epiſtol. lib. 3. epiſt. 6.*
Non ſentitur amiſſus, cui non ſuccedit ex-
traneus. Sapientes accedit, ac nobiles
inter viros, qui ſublimi auxilium maius
naturæ afferunt, ſucceſſiuos, vſque Re-
ges verſari: vnde ſi fortè quid in mori-
bus peſſimi adnexum tenent, & prudé-
tum inſtructionibus tollere neutiquam
reſpuunt, ex quo fit, & virtutibus de-
B coratos, ac ſcientijs regnandi artem ex
teneris percipere vnguibus, ac in rega-
le poſtea regimen peruenientes talis
ignaros muneris non exiſtere; quod nul-
la in priuatis ratione, qui raptim ad
imperium euehantur accidere certum
eſt.

Deinde quia illo ex Rege in cuius
domo æuiternus permaneat dominatus,
liberiori iuſtitiam adminiſtrari æquita-
C te; vt explicatum fuit ex Tacito *lib. An-*
nal. 3. Prauas aliorum ſpes cohibet, ſi ſuc-
ceſſor non ſit in incerto. Eoquod etiam
qui ad Regni faſtigium electionis aſcé-
dit opera, illius nihil de incrementis cu-
rarum habet; cum nulla propria domus
forma regio decorari fulgore valeat, in-
que reliquos illum transferri non ambi-
guum; vnde neutiquam circa iuſtitiæ
integritatem verſatur, & rebus; quæ
D ad Regni ſummam ſpectare conſpiciun-
tur, haudquaquam tempus impendit,
nec relinquam non vſque ad id honoris,
eum, qui dignior, erigi, cum vel affe-
ctu ſæpiùs, aut munere, vel alius ſpe
beneficij peſſimæ ſæpiùs naturæ homi-
nes extolluntur; ad quod exclamatio-
nem fecit in Aleſſio Nicetas: *O quanto*
deterius eſt multorum ſuffragium, & electio,
quàm vnius! Tu. inclytum Romanorum
Imperium, & gentibus adoranda Maieſtas
E *quos tyrannos pertuliſti? Quales amatores*
te petierunt? Quibus ſubſtrata tui copiam?
Quales & corona, & diademate, & puni-
ceo veſtitu exornaſti? grauiora vtique tu-
liſti, quàm Penelope procorum illa frequē-
tia obſeſſa.

Robur etiam hæc è ſacris paginis de-
ſumit opinio: Deuteron. namque 17.
cap. 20. verſ. ſic. *Vt longo tempore regnet*
ipſe Rex, & filius eius: nec non: *Cum* F
ingreſſus fueris terram, quam Dominus
dedit tibi, & dixeris conſtituas ſuper me
Regem, ſicut habent omnes per circuitum
nationes, non poteris alterius gentis homi-
nem Regem facere, qui non ſit frater tuus.
& cap. Geneſis 39. verſ. 10. monumentis
traditum. *Non auferetur ſceptrum de Iuda,*
& dux de fæmore eius, donec veniat qui
mittendus eſt; ipſe erit expectatio gentium.
Ad idem facit, quod purpuratus ceci- G
nit *Pſal. 13.* Propheta: *De fructu ventris*
tui ponam ſuper ſedem tuam, & filij eorum
vſque in ſæculum ſedebunt ſuper ſedem tuā.
Nonnullæ venirent huius in fauorem
negotij rationes ſi adducere non graua-
rer: ſed quoniam notatæ per Tholoſan.
de Repub. lib. 7. cap. 4. habentur, eas huc
minimè transfero.

Aduerſæ verò cauſæ, quæ Regem
electionis opera fuluo decorari diade- H
mate præclariùs eſſe demonſtrant, me-
liùſque Regnum dirigi, ſi per electionē
potiùs, quàm per ſucceſſionem domina-
tor admittatur oſtendunt, multæ ſunt,
quas inter.

Primò habetur, quòd; cùm homi-
num iudicium, in electione propria,
prout prudentia dictat, libera ſit exal-
tatio, illi ſemper ad regium euehuntur
honorem, qui & virtutibus pollent, & I
meritis neutiquam carent, in ſucceſſio-
ne autem illos dominari neceſſe, quos
naturæ, vel bonis præditos moribus, vel
ex aduerſo dediſſe lubet. Sic enim Gal-
bæ cum Piſonem adoptiuum ſibi vellet
in filium deſumere, verba penès Taci-
tum *lib. hiſtor. 1. num. 27. Generari, &*
naſci à Principibus fortuitò, nec vltrò æſti-
matur, adoptandi iudicium integrum, &
ſi velis eligere conſenſu monſtretur. Eadē
etiam exiſtere in ſententia viſum Adria- K
no: ipſe namque cum Aurelium Anto-
ninum, in Imperij adoptionem ſubli-
mare deſideraret: ſic apud Dionem, ip-
ſius in vita *n. 7.* loquitur. *Multum autem*
intereſt, naſcatur, an adoptetur filius, prop-
terea quod is, qui naſcitur, talis eſt, qualē
eum fortuna dederit, cum verò qui adop-
tatur, vnuſquiſque ſibi ſuo arbitrio proba-
tum

Digitized by Google

A *bitum deligit : ex quo fit ; ut ille ſæpe vi- ſitatur maſculus , & demens ; hic , quod ſerio maturo ſit , integer , & ſanæ men- tis deligatur.* Sed optimè videtur præ- ferri iudicium ſorti debere , conſe- quenter deducitur hoc ſucceſſioni poſt- poſitum , non decens eſſe . Accedit , eos qui ex Principe ortum habent , & in delicijs totum per vitæ ſpatium verſari, & mollitie non longè annos trahere, B ſtudioſiſſimique procul à ſudore , ac è la- borum anguſtijs educationem ſuſcipe- re , quod ipſos minus aptos , & in bellis & ſtatus negotijs reddit . Venit etiam , quod , cum in curijs innumeri exiſtant adulatores , qui mellitis verbis , fictiſ- que coloribus vituperatione digna lau- dibus cumulent facinora , talique Prin- cipis animum forma ymbris obuoluant, vt falſum veri qualitates Rectores iudi- C cent retinere, verum autem ex aduerſo , præ exiſtimatione agentes non deſuda- tò in præcipitium ruunt , modò ; magni ſicut Cyri filijs accidiſſe perhibetur, op- tima propterea ſtimulatus ratione , de legibus Plato *Dial. 4. num. 9.* felicitate tunc maximè Reſpublicas valere dixit, cum vel Rex Philoſophus eſſet, vel Phi- loſophi regiminis moderarentur habe- nas, cum ſucceſſiuos tàm ad Reges, quã D electiuos verba conuerteret ; quod for- tè cùm per aliquorum voluerent men- tem Neronis lethum , Piſonis opera, in- ferre ; ac proditorem poſtmodum neci dedere cogitarunt, Imperialia, vt Sene- cæ præberent inſignia.

Huius ad ſententiæ confirmationem aliqui minimè ſuperaddere negligunt, ſæpius euenire quod extincti in ſucceſ- ſionem Regis adeò teneræ veniat pue- E lus ætatè , vt magnatibus anſam tribuat regale in alios transferendi ſceptrum , vel etiam , cum iuuentutis vigor in fer- uore ſit , effræni voluptatum ſeſe licen- tiæ dedere non dubitet : nullus enim , qui luxuriatem compeſcat naturam eſt, authoritatis eoquod & commodi ergo ſuperbus plurima committere ſcelera dominator contendit. Hoc & Caligula , & Commodus in barbarum iuere modo; Nec ſucceſſiuum Regalis gloria Regem F humilem reddit ; ſed vana implet aura, & tyrannidis refert veneno, cum æquam ſibi , tàm publicis potentiam in negotijs deſumere minimè dubitet, quàm in pri- uatis , & hereditarijs facultatem habeat bonis . Qua de cauſa ex Tacito *lib. An- nal. 15.* Galbæ ita cum Piſone verba facientis mentem habemus : *Sit ante oculos Nero , quem longa Cæſarum ſerie tumentem , non Vindex cum inermi Pro-* G *uincia , aut ego cum una legione , ſed ſua immanitas , ſua luxuria ceruicibus publicis depulere.*

In huius generis opinione perſiſtere libuit Diuo Hieronymo *in cap. mores 8. quæſt. 1.* Baſilio Magno *lib. examer.* & impio Macchiauell. *in lib. 1. diſcurſ. 10.* ac cæteris, in quorum experientiam, cum nil de negotiorum intimis, veniret, hanc in medium adducere ſententiam volue- H re : ſed enim quidquid ſit , noſtris hiſce temporibus in obſeruatione cuncti ferè terrarum orbis dominatus ponunt , Re- ges neutiquam , ni ſucceſſiuos ad Regi- minis cacumen extollere , cum in dies benè ſit notum felicior , hac ratione Reſpublicas moderamine excipere for- ma , quàm ſi electi adeſſent Directo- res :

Cum igitur præſtantior ſucceſſio ſit, I ad ipſam deueniamus . quæ duplex ha- beri , aut directa valet , aut obliqua . Prima filios nepotes , pronepotes , aut eos, qui recta ortum ex linea ſuſcipiunt, in dominatum admittit . Secunda illos, qui Regij ſplendorem ſanguinis præſe- ferunt , ac ex eo tràſuerſalem ſiue obli- quam proueniunt per lineam , cum re- cta in defectum abeat , in Regnum vo- cat. quo itaque in caſu legitimi exiſtunt K deſcendentes , non omnes equidem ad regiam gradum faciunt ſublimitatem , ſed primogenitus tantum adducitur, ne diuiſa Regni dignitas proprium videat interitum ; publica etenim vt vnio ſur- geret , & vtilitas , id factum diſpoſitio- nis conſpicimus penes Oldrad. *conſ. 94. num. 7. verſ. ſed adhuc inſtatur* . Vnius autem in manu ineſſe poteſtas debet : ſi

Digitized by Google

A alio namque modo id fieret varias miſerè diſciſſum in partes Regnum, quod vnicum, & abſque diuiſione debet permanere videretur. Abb. *conſ. 3. num. 3. & 4. lib. 2. verſ. & hoc ius*. Dominantiũ addas multitudinem malas in ſe qualitates includere, ac naturæ minus conſentaneam; quæ Monarchica enim gubernatio exiſtit Numinis æquiparatur regimini, cuius imaginem Rex oſten- **B** dit. Et quemadmodum & vnum homini cor vitales præbet ſpiritus: ſolus ex Cœlo Sol Mundum fouet: vnicus in familia dominus ſubditos: terrarum orbem Deus vnus moderatur. pariter ſolus in Regno extet Rex, quod vnius regimen excipere animo debet: vt explicatum ex Tacito *lib. Annal.* 1. vnde Iliad. Homerus 1.

Haud bona multarum dominatio herus vnicus eſto.

C *Vnicus & Princeps* ———

Ad pacem namque pertinet (*hiſtor. lib.* 1. Taciti mens eſt) vt omnis vnius poteſtas in manibus conferatur, plurium etenim imperium plurima ducit mala; eoquod ſi multi Regni habenas excipere moderatores contenderent, non alia ſuccederet ratione, quàm gemini ſi è Cœlo Soles orbi mittere influxus vellent: quia periculum illo veniret in caſu **D** ne cuncta incendio abſumerentur; ita in hoc tranquillus Reipublicæ ſtatus luctuoſam quietis faceret iacturam, quemadmodum ſenſit *lib. Polyt.* 2. Lipſius *cap.* 2.

Hac igitur ex cauſa, cum duos nequiquam Regnum capiat, *l.* 2. §. *noniſſimè*, vbi: *Vt neceſſe eſſet Reipublica per vnum conſuli: ff. de origine iuris, cap. in apibus ſeptima, quæſt.* 1. Corſet. *de poteſtate Reg.* **E** *quæſt.* 71. *num.* 1. Oldrad. *dicto conſ.* 941 *ſub num.* 8. Riminald. Senior *conſ.* 716. *num.* 30. *& conſ.* 202. *num.* 77. Bald. *in Auth. hoc amplius ſub num.* 8. *C. de fideicommiſſ.* Ludouicus Sacca *conſ.* 227. *nu.* 15. *vol.* 2. Effectum eſt, vt regiam generali conſuetudine dignitatem, vnius ſpectare ad ius, primogeniti nimirum, qui habilis, certum ſit. *cap. licet*, vbi Ancharan. *num.* 11. *&* 12. *de voto*. Idem **F** *conſ.* 339. *ſub num.* 1. *verſic. in ſucceſſione vero regnum, & verſ. & rationabilius viſum fuit ad primogenitum*. Curt. Senex *conſ.* 66. *num.* 10. Abbas *in cap. dilecti* 4. *ſub num.* 11. & ibi Bero *num.* 50. *de arbit. Abbat. qui ſupra conſ.* 3. *in* 2. *dub. vol.* 2. Intrigliol. *de feudis centur.* 2. *artic.* 36. *num.* 6. Rauden. *conſ.* 1. *num.* 81. *vol.* 1. Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 12. Quis etenim regale in pretio dominium **G** haberet, ſi multorum penes facultatem eius inhæreret authoritas? Nemo. Vile redderetur, & in contemptu eſſet. Freccia *de ſubfeudis lib.* 2. *tit. de different. inter feuda regalia, & alia nobilia different.* 31. *num.* 1. *&* 2. Maſtrilli *loco citato num.* 7.

Regni ſucceſſio in Primogeniti poteſtatem, qui tale ſuſcipit regimen, cum primi ortus vigor intercedat, ac ſecun- **H** dogeniti excluſionem perpetiantur, hæreditatis haudquaquam iure, ſed ſanguinis aduenit: vt confirmatum ex Oldrad. *conſ.* 224. *col.* 6. *num.* 27. *verſic. hoc autem ius*. Ancharan. *conſ.* 339. *col.* 2. *in princip.* vbi, *Sed vt videmus de facto in vetuſtiſſima conſuetudine cõtrarium vſurpatum eſt in Regnis, vt deriuentur ad poſteros iure ſanguinis.* Quod etiam aſſeruit Bald. *in l. ex hoc iure, ff. de iuſtit. & iure.* **I** Quo diſtinctionem adhibere in loco voluit; quod ſcilicet vel dominatus quiſque ad faſtigium è pacti defertur efficacia: vel diſpoſitionis vi; & eo in euentu pacti, ac diſpoſitionis obſeruari tenor debet: vel ex natura, & conſuetudine: & eo in caſu illo ex iure, quod ſeparari minimè valet, aſſumitur. eiuſdem eſt mentis Abb. *in conſil.* 3. *num.* 3. Iaſon **K** *in l. nemo poteſt, ff. de leg.* 1. *prima lect. num.* 3. Molina *de primogenit. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 2. *&* 9. *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 9. Anton. Gom. *deciſ.* 174. *num.* 15. Quod alia ex parte probationem non excipit, niſi ex Text. *in l. ſi irrogator, ff. de adopt.* vbi: *Quia hoc non indicio eius ad eum peruenit, ſed principali prouidentia, & ex l. ff. de interd. & releg.* quo in loco; *Quæ vero non à patre, ſed à genere, à ciuitate, à rerum*

A *rum in quo is tribuuntur, manere eis incolumis*, & additur *Non enim hoc fratres, ſed maiores eius eis dediſſe*. Regius namque nullo ex iudicio patris modo in aliquem ſplendor tranſmittitur; ſed conſuetudinis, quæ antiquiſſima, ex diſpoſitione, in filios, vel Regi vitales qui deferit auras, in propinquiores: vt ex Baldi confirmatur ſententia *in cap. vnico §. hoc quoque num. 6. de ſucceſſione feudor.* Laudenſ. B *de Primogen. quæſt. 8.* In cuius rei probationem, è feudis per ſimilitudinem, valet ratio deduci: eo quod vbi primogenitus tantum, cum excluſi habeantur cæteri fratres, ſucceſſionem in feudo excipit, illud non hæreditarium, ſed ex pacto, & prouidentia debet nominari, iuxta doctrinam Andreæ de Iſer. *in cap. 1. §. hoc quoque num. 8. de ſucceſſ. feudi*, & Afflic. *deciſ. 12. num. 2.* Velaſci nec non *de iure* C *emphiteutica quæſt. 43. n. 3.*

Hæreditarias propterea ſucceſsiones in decimo finem inuenire gradu notum eſt *§. fin. inſtit. de ſucceſſ. cognatar.* Quod in illis minimè accidit, quæ ad regnum ſpectare videntur, infinitos nãque vſque ad gradus, cum opus eſt, protrahi valet, ſecundum Baldi mentem, quam communiter, Doctores complectuntur *in cap. 1. de feud. March. num. 6.* Quæ etenim è D ſanguine iura deueniunt, velut æuiternam, lituram ſubire neutiquam valent. *L. iura ſanguinis ff. de reg. iuris.* Adde quod hæreditaria in ſucceſsione haud equidem ſubſtitutiones deſiderantur, aut modi, conditionum actiones, ex hæreditario, & adititio interueniunt ceſſio, & venditio, translatio etiam, ac tranſmiſsio, ius, vt augmentum fiat, & deliberatio, ſiue, vt melius dicam, & augendi, & deliberan- E di de actionibus erga hæredem, vel aduerſus, æqualis exercitium, & diuidua tandem ſucceſſio, quæ cum neutiquam in Regni ſucceſſione adſint certum redudunt hæreditario minimè iure, ſed ſanguinis talem deferri ſucceſsionem.

Et contraria licèt quidam in ſententia Doctores perſiſtant, quos inter haberi placuit Velaſ. Auendag. *ad legem 40. Tauri gloſ. 1.* Quo diſputationem in loco, quæſitum circa diſcutit, & denique fir- F mat hæreditario regnum in ſucceſſionem iure transferri per Tex. *in cap. licet de voto*, & ſimul cum eius doctrina conſentit Raudenſ. *reſp. 1. num. 11. & reſp. 2. num. 26.* Ipſorum attamen ſententia de illo intelligi caſu debet, primogenitis quo hæredibus feudum, non quo primogenitis tantum extat tributum iuxta Loffred. *conſ. primum num. 94.* quem ſe- G ctat Nardus Lipatellus *in addit. ad Andreæ de Iſern. in cap. 1. §. omnes filij, ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum, & agnatum ſub num. 20. litt. L.* Qua ratione hoc ipſum in regno vigorem affirmandũ eſt retinere, in quo ſolius in primogeniti perſonam ſucceſsio dilabitur, & præcipuè ſi ad vltimum, qui defunctus vita Regem oculos vertamus, hæreditarium neutiquam dici regnum poterit, cum ex mortuo dominator, nil ſubſequens ſuc- H ceſſor: ſed è primo, vnde fluxit conceſsio, acceperit. *L. vnum ex familia §. ſi de falcidia de legatis 2. dicta l. ſi arrogator ff. de adopt.* Et hac regno ex cauſa potiri ſucceſſor valet, nouiſſimi quamuis Regis hæres minimè ſit, ac illius repudiare hæreditatem non dubitarit. cum primi tamen acquirentis hæres extet, quemadmodum antiquo euenit in feudo, in quo ſufficiens eſt, primi vt acquirentis non I vltimi autem poſſeſſoris hæres quiſque ſit, vt ſucceſſionem excipiat: vt probatum ex Alex. *conſ. 261 num. 8. lib. 5.* & communis exiſtit opinio ſecundum Pinelli *dicta in rubri. C. de bon. maternis 3. parte num. 31.* Clar. *de feudo quæſt. 9.* Toloſ. *de Republ. lib. 7. cap. 12. num. 1.* Qui affirmat, quod cum antiqui Principatus dominium per Regni legem illi qui pro- K pinquior, & antiquior alioque defertur modo, licitum illi eſt vt ad regimen aſcendat, qui in gradu, vel quæ requiritur interuenire, qualitate, ad id aptus, inueniatur, hæreditate reiecta, ac expulſo, quod impoſitum fuerit, grauamine, niſi ei ſeſe obligatum demonſtrarit *dicto cap. licet de voto*, & præberi tunc filio, aut, propinquior, quæ ſit, perſonæ oportet, quamuis hæres non exiſtat, qui adducit

A Ioan Andream *in addict. ad ſpecular. lib. 4. partic. 3. ad rubr. de feud.* per Tex. *in l. vni. §. ſed & ſi C. de prox. ſacro. ſcrinio. lib. 13. & ad Tex. in dicto cap. licet.* reſponsũ tribuit Antonius de Padil. *in Authent. hoc amplius C. de fideicom. num.* 18. Couar. *cap. ſi hæredes de teſt. num.* 10. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 5. Qui affirmant dictum nequaquam verba facere capitulum de Regno, neque de primogenitura, de libera ſed enim hæreditate:

B quoniam poſt modum addit., quod nullo modo ex eo quod voto implementum non adduxerit, iure ſibi, ad ſucceſſionẽ Regni competente debeat priuari nec hæreditario regnum iure à genitore, qui votum iniecerit illud excipiat: ſed voti ex eo quia ſeſe ad implementum obligarit, quod ſatis explicatur ex eodem Tex. *lectura* ibi *Ne, ſi onus ſibi à patre iniunctum, & à ſe ſponte ſuſceptum*, & poſt

C modum. *Te id adimpleturum ſine dilatione qualibet promiſiſti*, vt conſideratum ex Leuener. *de primogen. lib.* 3. *quæſt.* 6. & *benedic. in cap. Rainutius in verb. ſi abſque liberis in l.* 2. *in materia de leg. & fideicommiſſ. num.* 216. *verſic. quinto limitatur.* Qua de re nulla Rex forma teſtamentũ conficere de Regno valet, Primogenitũ licèt, vel alium, cui dominatus competere ius eſſet certum, poteſt Laudenſ.

D *cap.* 1. *num.* 5. *rubr. in feudo.* Tuſcluſ. P. *concluſ.* 653. *num.* 4. Vnde qui teſtamenti inſtituturus exui fuerit, tali Regnum pro diſpoſitione ſibi capere non valet. Giurba *de ſucceſ. feud. §.* 2. *glo.* 3. *num.* 8. Regalis etenim dignitas, ex legis vigore, aut conſuetudinis, quæ gentium inducta iure, primogenito præbetur. Peregr. *conſ.* 1. *num.* 20. Sot. *maior controuerſ. nu.* 115. *parte* 3. Ac tali modo ſanguinis, ac per-

E petui vſus efficacia DD. penes Giurbam *loco ſupra cit. nu.* 8. Hoc autem iure nequaquam priuatus exiſtere è Regis patris voluntate primogenitus, vel qui in regni ſucceſſione propinquior, valet. Tiraqu. *de primogen. quæſt.* 21. *num.* 3. & *quæſt.* 27. Peregr. *dicto conſ.* 1. *num.* 21. *in num.* 4. Cum haudquaquam primogenituræ ius, vel tollere, vel diminutum reddere, vel alteratum efficere, alioue modo, primo-

F geniti ſi præiudicium interueniat, mutare, nec non circa illum, vel interuiuos, aut vltima diſpoſitionem in voluntate facere poſſit. Tiraquel. *de primogen. quæſt.* 23. *num.* 10. Peregr. *de fideicommiſſ. artic.* 11. *num.* 107. Primogenitus etenim non ex patris liberalitate, at legis, illiuſque parentum recipere beneficium, voluntate, dicitur, licèt è Rege patre nullum cognoſci ſuperiorem certum ſit. Peregr.

G *dicto artic.* 11. *num.* 107. Tiraquel. *quæſt.* 35. *num.* 14. Quod vigorem habet etiam ſi ſecundogeniti conferre in perſonam dominatûs, cum minimè, interueniret, vt primogenitus ſucceſſione priuaretur, cauſa, dignitatem quæſiuiſſet. Lanarius *conſ.* 1. *num.* 8. Tiraquel. *dicto tract. quæſt.* 21. *à num* 1. & 12. Giurba *de ſucceſſ. feudorum §.* 2. *glo.* 8. *num.* 27. Addas, quod neutiquam Regia expoliari primogeni-

H tus purpura valet, quamuis cauſa occurreret, ſi erga Regem patrem ſcilicet ſubditum non oſtendiſſet animum: vel, cum ipſius perduraret vita: vel humanas poſtquam ipſe auras deſeruerit, ſi nulla nimirum forma paternæ adimplere voluntatis diſpoſitionem curauerit: ex eo quia cum, non hæreditario, ſed ſanguinis iure filium ad ſucceſsionem vehi firmum ſit,

I dubium facilè non adeſt aliqua, patriam aduerſus mentem, ex inobedientia, regnõ denudari minimè poſſe: namque id ex genitore haudquaquam capit. Giurba *dicta gloſ.* 3. *num.* 15.

Huiuſmodi autem Primogenituræ ius ad Primogeniti filium, ut patrui, ſecundos geniti, habeatur excluſo, deſcendere non anceps eſt Tiraquel. *de primogen. qu.* 40. *num.* 91. Gomez. *ad legem Tauri* 40. *num.* 65. Qui talibus propriæ ſententiæ

K rationibus, contrariam aduerſus doctrinam, robur affert: & primo ex eo quia certè conſtat; nepotem in aui ſucceſſionem repreſentationis patris defuncti iure admitti: ex hac enim patris In locum nepos excipitur: deinde quædam eoquod primogenitura dignitas exiſtit, cui, & ſucceſſionis ius, nec non prælationis habetur annexum; Hæc verò, tam ſi diuinum

A nunc inſpiciatur ius, quàm ſi humanum,
extenſionem ad poſteros deſumit; &
unam cum ſemel in lineam fecerit in-
greſſum, neutiquam; ad aliam obtinere
poterit regreſſum. Giurba *dicta glo. 3. nu.*
34. cum primogeniti affirmet lineam,
ſupra illam, quæ ſecundo geniti eſt in
infinitum vſque habere priuilegium, nec
vllo modo illis, qui poſteriori exiſtunt in
linea, maiores licèt in annis, & in gradu
B priores, valeat ſucceſſionis ius aperiri;
cum aliqui regiæ capaces dignitatis
priori permaneant in linea, prima enim
poſteriori minimè debet poſtponi unde
conſequenter deducitur; nepotem ex
repræſentationis ui, anteriori moram fa-
cere in gradu, ex patre uelut, qui defun-
ctus, in filij perſona continuato: nequa-
quam etenim gradum nepos tranſigit,
ſed legis fictione, ex illo fit repreſenta-
C tio qur doctè propriam expreſsit Marius
Giurba ſententiam *in loco ſupra cit.* Qui
primogenitus; quamuis filius fuerit in
lucem æditus priuſquam in regium eue-
ctus cacumen pater fuiſſet, ſecundo ge-
nitus autem poſtquam Regni parens fe-
cerit adeptionem, ortum exceperit. Go-
mez *ad legem Tauri* 40. *nu.*67. Illis quo
in loco, aduerſa, qui perſiſtunt in ſentē-
tia responſum conſpicitur attuliſſe, &
D præſertim ad Tex. *in l. ſi ſenator C. de di-
gnitatibus lib.* 12.

Quo autem in caſu, vel mente captus
aut furijs agitatus primogenitus habea-
tur, & perenni vitium hoc ſpatio per-
duret, quod natiuitatis nimirum è pri-
mordijs ſit inditum, regni excluſus extat
è ſucceſſione: lex etenim quæ primoge-
nitum ad dominium aduocat de apto
verba facit, argumento. Textus *in l. ut
gradatim, ff. de muneribus, & honorib.* Sed
E ſi proprio vitium ex facto aliquoque
euenerit ex caſu; tunc regni è ſucceſſio-
ne repelli minimè ipſum debere, habe-
mus è ſententia: Gomez *in dicta l.* 40.
num. 69. Cum prius tamen huiuſmodi
primogenito curator adhibitus, vel ad-
miniſtrator fuerit, ipſius, enim in perſo-
na iam radices, ſucceſsionis emiſiſſe ius
videtur, ſummo quemadmodum à Pon-
tifice tributus Luſitaniæ Regi, qui nul- F
lam in regni adminiſtratione diligentiā,
& prodigus de proprijs erat bonis, illa-
que indignè depopulabatur in curatorē
Bolonus ipſius frater, fuit, vt conſpici
poteſt *ex cap. grandi de ſupplenda negligen.
prælat. in* 6. Antoni Gomez qui plures
affert DD. *ſupradicta in lege* 40. Tauri
*num.*69.

Quo autem in caſu Hermaphroditus
exiſtat Regalis admittitur in ſucceſſionē G
diadematis, maiorem ſi virili efficaciam
haberet in ſexu. quod ex aduerſo acci-
dit, in fæmineo ſi magis natura potens
eſſet, ſed ſi parem in vtroque vim reti-
neat, cum de maſculeo electionem facit
iure quidem optimo regni non debet ia-
cturam de dignitate ſubire. Textus *argu-
mento in l. quæritur ff. de ſtatu hominum.*
Quo vſque vero cognoſcatur an vigo-
rem in muliebri concludat ſexu, ſecun- H
dogenito non ſolum excluſionem è re-
gno infert, nec fæminam verum etiam è
ſucceſſione deturbat. Angelus *in l. de
quibus ff. de legibus* Brunus *de ſtatutis ar-
tic.* 12. *num.* 160. Gomez *loco cit. num.* 60.
verſ. item quæro. Qui 68. *in num.* Quæſi-
tum facit, quis nimirum admitti ad Re-
gni faſtigium debeat, cum duo, vel plu-
res, vno, eodem partu, ac ipſamet æditi
genitrice incertum relinquat quis ortu I
prior fuerit, quiſque vitales poſtmodum
venerit ad auras? Et pro perfecta huius
caſus explanatione ſupponit, quod no-
ſci valeat eorum aliquem priori ad vi-
tam natali veniſſe at tunc nullo poſtponi
modo alijs debet per Tex. *in l. Aratuſa
cum l. ſeq. ff. de ſtatu hominum*, vbi Bart.
& communiter DD. *l. ſi fuerit* §. *fin. ff. de
rebus dubijs*. Hoc autem probationem
excipit *ex cap.* 25. & 27. Geneſis de Ia-
cob, & Eſau, quo in loco ex Rebecca K
Iſaac vxore, quæ tumido iam vtero in
puerperij doloribus poſita gemellos
ædere in lucem cogebatur, quorum qui-
libet, manu, alterius plantam adſtringe-
bat: Eſau natus præceſſit, ac ortus reſpe-
ctu, primogenituræ ius acquiſiuit.

Præſupponit nec non, quod ſi ex ge-
mellis alter maſculeo præditus extet ſe-
xu,

A xu, fœmineo alter, præferri in Regni ſucceſſione illum oportet, eo etiam in caſu, quo ad diadema erigi, cum nulla de ſexu facta diſtinctio fuerit, maiorem ſit neceſſe; at ſi maſculeum ambo, fœmineumue habeant ſexum, nec, aliquem illorum priori veniſſe in lucem, ortu, valeat conſtare, quam plurimæ diſſerunt opiniones, quæ ab ipſo in medium ſunt adductæ: quarum Prima eum eorum neutrum ad regale ſublimari faſtigium

B affirmet decere, ortus eoquod intercitudo, illi, qui ſequenti permanet in gradu, vel per electionem ſuſcepto concedi, profert, dominium viro congruũ eſſe. Illius poſterior in fauorem venit, qui formoſiori eſt vultu; pulchriorem eoquod aſcendere in regnum, opus eſſe aſſeri. Robuſtioris Tertia in auxilium accedit; ocyus namque in lucem ex vtero videtur properaſſe; in patris. Quarta

C manibus Regis ponit electionem, vt quẽ ipſe velit, ad purpuram, & regalia conducat inſignia; ex Quinta ſorti iudicium præbetur, vt dubij tenebræ diſſoluantur. Sexta, cui ſeſe Gomez, cæteris poſtquã reſponſum attuliſſet opinionibus, adnectit, in votis habet; quod maximũ propter dubium, quod illa ſurgit ex incertitudine, ambo in regni veniant regimen.

D Huic autem ſententiæ multis, & rationibus robur ducere nititur, & argumentis, cum nil impedimenti ponat, quod regni diuiſionem pati dignitas minimè valeat; Regnum etenim, illiuſue minimè radicata iuriſdictio cõſpicitur diuiſa: ſed penes quemlibet inſolidum permanere certum eſt, certas namque per diuiſiones Regni, poſſent ſeſe inter illud diſtribui, eiuſque habenas in ſolidum ſuſcipere,

E habita ex tutoribus ſimilitudine, ex illis namque ſi plures ſint, inſolidum tutelare ius, velut, quod indiuiduæ extet qualitatis, adminiſtrare quilibet poteſt, ni adminiſtratio, ipſos inter, diuiſionem fuerit perpeſſa.

Si tantorum autem hominum pares, hoc mihi licitum eſt in dubio ſententiam proferre pubertatis expectari tempus neceſſe affirmo, illo vt prudenti valeant ſub trutina, & indolis, Præſtantia, & Iudicij excellentia, pulchritudinis decor, F
ſapientiæ dignitas poni, cæterique ſub conſiderationem virtutes aduocari, quæ in illo debeant, qui ad Regium, electione, faſtigium ducitur, interuenire. Vnde ſi diſpares in qualitatibus gemelli extiterent, illum præire decet, qui dotes regiæ congruas maieſtati continere videretur; huic ex eo quia talem præbere dignitatis fulgorem Natura voluit, cum G
celſas inſinuauerit virtutes, illi namque maioratus creditur ineſse, maior cui, & maturitas adhæret, ac præſtantia. *cap. niſi cum pridem §. alia uero cauſa derenunciat,* Cumia *de feudis in verbo genitur.e nu.* 15. Quemadmodum ſi dubium intercedat, cum Regis fieri electio debet; an hunc diadematis ad cacumen erigi oporteat, vel illum? ad tractandas Regni habenas aptitudinem ſub conſideratione poni H
conuenit, Alex. Raudenſ. *reſpon.* 1. *num.* 104. Vt pari etiam forma ſi muliebri duo proceres è linea qui regali deſcenſionẽ habeant è ſtirpe, regni ad moderamen gradu æquales, aſpirent, ille ante ibit qui probitate magis illuſtris, virtutibuſque decoratus exiſtat. Palat. *Rubri. cap. per veſtras de donationibus inter virum, & vxo.* §. 26. *num.* 7. *fol.* 402. Sed enim Lacedæmoniam penes gentem id per mã- I
millæ ſumptionem fuit ad finem adductum, ex eo quia cum de regia contentio exorta eſſet dignitate; (nam Ariſtodemi Regis vxor Egine in lucem protulerat gemellos.) cognoſci nec aliquo poterat modo qui primogenitus, mammis in lactis actu, geſta obſeruatione, cui ſcilicet lac prius illa tribuiſset, regium adduxere fulgorem: *ut in 6. Herod. lib.* eſt monumentis traditum:

K Huiuſmodi autem primogenituræ dignitas nulla in fœminæ perſona extenſionem patitur forma priori licet ortu quàm maſculus, ad humanas veniſſet auras, in Regni namque ſucceſſione præferri ſecundogenitum, cum nil muliebris ducat primogenitura conuenit. Petrus de Gregor. Siculus *de ſucceſ. feudor. parte 4. quæſt. 7. num. 1. de vita militia quæſt. 2. nu. 6.*

A *num.6.* Pariſ. *conſ.52. num.71. volum.4.*
Giurba *de ſucceſſ. feudor.* §.1. *gloſ.8. nu.7.*
Primogenituræ namque ius, cum ma-
ſculi exiſtant, neutiquam concedi fœ-
minis oportet. DD. penes Giurbam
loco ſupra citato. Agnatio etenim ex viro-
rum, non autem ex mulierum, conſer-
uationem excipit, opera immo peſſum
per fœminas datur. Peregrin. *conſil.23.*
num.5. col.3. Menoch. *conſ.801. num.28.*
B Giurba qui ſupra *num.8.* Alienæ princi-
pia namque præbent agnationi, ac ge-
tus, cum propriam, paternamque in-
ſiguram cogant ſubire. *l. pronunciatio,* §.
fin. ff. de verbor. ſignificat. Surdus *conſil.*
443. num.23. Menoch. *conſ. 95. nu.17.*
cum ſeq. Giurba *loco ſup. cit.*

Illo autem caſu primogenituræ ius
fœminis tribui debet, quo nullo exiſte-
re modo conſpiciuntur maſculi. Peregr.
conſ.58. num.3. in 5. Menoch. *conſ.986.*
C *num.30.* Clarus *in* §. *feudum, quæſt. 73.*
Petrus de Gregor. Siculus *de ſucceſſione*
feudor. parte 4. quæſt.7. num. 33. & To-
loſan. *de Republica lib.7. cap.12. num.20.*
& alij penes Giurbam *loco citato num. 16.*
Taliter & ſi plures extare fœminas, cum
nullus vitam è maſculis ducat, certum
ſit, ordine ſucceſſiuo, quemadmodum
in maſculis obſeruari eſt neceſſe, pri-
mogenituræ in illas aduehitur ius, per
D *diſpoſit. cap. volentes,* ad quod Giurba
loco citato. Ex eo quia, cum & maſculi,
& fœminæ ad regium vocantur diade-
ma, per ſucceſſionem. Illo demũ tem-
pore ad dominatum admittuntur, quo
maſculorum iam numerus in defectum
abiuerit. *cap. unico,* §. *filia vero de ſucceſſ.*
feudor. Abbas *in cap. dilecti 4. ſub nu.11.*
de arbitr. Aliam namque ſexus extare,
E variam primogenituræ dignitatem, non
anceps eſt; hæc etenim fœminis haud-
quaquam, ſed maſculis tantum venit
conceſſa. Cumia *de feudis, in cap. ſi ali-*
quem, in verbo, & primogenitura num. 2.
fol.186. Cum illiuſmodi habeatur pri-
mogenituræ dignitas, vel prærogatiua,
vt primogeniti ſolummodo tribuatur
perſonæ. Pariſ. *conſ.72. num.71. vol.4.*
Bald. *in l. cum antiquioribus col. 6. C. de*
iure deliberandi. Qua fœminæ priuantur, F
regulari eoquod ipſæ rationi cunctis ex-
pulſionem è dignitatibus perpetiuntur.
Pariſ. *loco citato num. 76.* Cumia *loco cit.*
num.4.

In Regni etiam admitti ſucceſſionem
debent, fœmineum quando illud exi-
ſteret; ex eo quia, licet ſpecialis non
fuiſſet in inueſtitura mulierum nomina-
tio, ad illas tamen coronam deſcendere
Textus diſpoſitio vult. *in cap. vnico de* G
feudo fæminco: vt æquali modo ſi quæ-
dam Regni haberetur conſuetudo, ex
qua in regiam admitti dignitatem fœmi-
næ deberent, ſicut enim per conſuetu-
dinem excluſionem fœminæ perpetiun-
tur, æquali forma ex aduerſo regimen
ſuſcipere, ac Regni ad ſucceſſionem, vt
capaces redditæ, venire poſſunt. *cap. ſi-*
gnificauit 36. de reſcript. Iſernia *in capit.*
vnico, §. *& quia vidimus, num.15. de his,* H
qui feuda dare poſſunt. Specular. *de feudis,*
§. *quoniam, quæſt. 21. num. 41.* Brunus
conſ.2. num.53. Decius *conſ.424. nu.13.*
Ciriet *de primogenitura lib. 1 quæſt. 19.*
num.4. & 5. Anna *conſ.56. nu.70.* Hanc
ſed enim opinionem illo habere locum
in caſu reputo, cum aliquis non duce-
ret auras maſculus; nimirum ſi vel non
ortus, vel morti conceſſerit. Abbas in
dicto cap. dilect. ſub nu.4. vbi etiam Bero I
ſub num.49. verſ. quinto colligitur, extra
de arbitr. Bald. *in dicto cap. ſignificauit*
ſub num. 1. verſ. nam donec viuit aliquis
maſculus, de reſcriptis. Tiraqnell. *de pri-*
mogen. quæſt.10. num. 18. cum ſequentib.
Maſtrill. *de Magiſtratibus lib. 5. cap. 18.*
num.8. Intriglioſus *de feudis, centuria 2.*
artic.2. num. 85. Quo affirmat in loco
neutiquam expreſſa licet forma fœmi-
næ in inueſtitura vocentur: eoquod & k
maſculis pro hæredibus receptum fue-
rit, & fœmina, viam patere, vt ſucceſ-
ſionem obtineant, donec maſculi ha-
beantur. Caſſanat. *conſ. 45. num. 135.*
qui ex Bald. Aluarot. ac ceteris profert
ſententiam; Regia ſcilicet in dignitate,
ac ſucceſſione, maſculum, & ſi remo-
tior, & milleſimum diſtans vſque in
gradum exiſtat, propinquiori anteponi
fœ-

Digitized by Google

A fœminæ: cui vigorem ineſſe opinioni reputo; dempto quod fœmina, Regni ad ſucceſſionem prætenderet venire, quę pari maſculos in gradu neutiquam haberet: hoc namque in caſu iure quidem optimo remotiori excluſionem inferret: vt rectè probatio è ſacris deſcendit paginis, ex Num. *cap.* 27. quo in loco: *Homo cum mortuus fuerit ſine filio, ad filiã eius tranſibit hæreditas, ſi filiam non habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos*: quæ
B verba ducuntur è Molina *de primogenit. lib.* 3. *cap.*4. *ſub num.* 1. Et ita, vt in ſucceſſionem fœmina vocetur, & excluſionem patruo inferat, ſufficiens eſt, quod filia extet defuncti, nulloſque habeat fratres; patruus namque tunc admitti in ſucceſſionem debet, cum nec fœminei ſexus, nec maſculei, vltimo ex moriente liberi vitam ducunt: vt *in dicto*
C *cap. Num.* habetur, quæ authoritas ducta ex Diuo Thoma *in* 1. 2. *quæſt.* 105. *artic.*2. *in ſecundo argum.* Marcus Solon. *de pace ad Legem Tauri in proœmio ſub num.* 43. illo ex eo quia in caſu fœminas è ſucceſſione viri depellunt, pari cum permanent in gradu, ac ex aduerſo, cum ita non habentur, mulieres remotiores eijciunt maſculos. Petrus de Bella Pertica *in l. pater* 36. *alter* 38. §. *quin decimos ff de legatis* 3. Qua de cauſa, in feu-
D do ſi conſuetudo ſit, quod filia in feudalibus non excipiat, ſed maſculus tantum ſucceſſionem recipiat, ſi alicuius exiſtat filius in poteſtate, qui ſecundo genitus, & primogeniti filia, tunc nullo admitti modo maſculus, at fœmina debet, cum excluſionem ſecundogenito dederit. Marcellus de Mauro *allegat.* 12. *num.* 3. Ancharan. *conſ.* 339. *ſub num.* 6.
E Iniqua etenim res eſt, vnius vt lineæ fœmina expulſionem remotiori perpetiatur à viro. Rimin. *conſ.* 146. *num.* 53. *vol.* 3. Coninus *conſ.* 80. *num.* 21. Tiraquell. *de iure primogenitorum quæſt.* 10. *num.* 21. Taliter vt Baldus *in Auth. ceſſante num.* 5. *de legitimis hæredibus reliquerit*. Maiorem, vt ad ſucceſſionem aducatur, filiæ vim, quam filij alterius libero ineſſe aliquam: verò ſi fecerit Regnum in lineam ingreſſum, ad aliquam neutiquam reuertitur, ni pænitus illa in defectum abiuerit, in qua ius perſiſtat, ſiue maſculus adhuc viuat, ſiue fœmina. Tiraquell. *de iure primogenit. quæſt.* 10. *ſub num.* 21. Raudenſ. *conſ.* 2. *ſub num.* 125. *vol.* 1. Caſanat. *conſil.* 47. F
num. 1. Quo autem Regni agitur de ſucceſſione in caſu, & ſi veritatem ſupradicta contineant, conſuetudinis attamen ſeruari mos debet. Bald. *in cap. vnico ſub num.* 3. *de feudis March.* Cui equidē G
conſuetudini vigorem inhærere aſſerit idem *conſ.* 275. *num.*4. *vol.*2. Amad. de Ponte *conſ.* 139. *ſub nu.* 13. *&* 29. *vol.* 2. *diuerſor. vltimar. volunt.* Guglielm. de Monſer. *de ſucceſſione Regum parte prima num.* 19. Huiuſmodi verò conſuetudo, vt generali valet induci forma, pariter etiā H
ſpeciali, vt fœmina ſcilicet proximioribus excluſionem agnatis ducat. Purpuratus *conſ.* 716. *num.* 3. Bald. *in cap. ſignificauit* 36. *num.* 3. *extrà de arbitr.* Hanc autem (vt admiſſio obtineatur in Regno) conſuetudinem, per geminam induci ſucceſſionem firmum extat, vel cũ annorum triginta ſpatium intercedat, vel quadraginta. Ruinus *conſ.* 34. *num.* 4. *vol.* 1. Muta *de ſucceſſione legali parte* 1. *quæſt.* 11. *art.*4. *num.*4. *fol.* 195. Plurimi verò Doctores, illos in ſe vim retinere I
ſufficientem actus affirmant, per quorum operam tacitus populi, vel melioris ex illo partis, conſenſus deduci poſſit, quod Iudicis conſtitur arbitrio, ac decem voluerunt. Bald. *in l. nemo* 3. *num.* 15. *C. de Epiſcop. audient.* Menoch. *de arbitr. caſu* 81. Ita vt tres non ſolum actus, aut etiam geminos, immò vnum ſufficientem includere vim inſigne populi dixere DD. dummodo tamen quod K
veriſimiliter illius indè tacitus extrahi conſenſus valeat, & amicus extet ſucceſſiuus: per Text. *in cap. cum de beneficijs* 5. *de præbendis in* 6. Abbas *in cap. fin. ſub num.* 17. quo etiam in loco Rocchus de Curt. *ſect.*4. *num.* 43. *de conſuetudine.* Petrus Rauenna *in tractatu de conſuetudine ſect.* 3. *num.* 56. *verſ. quærit Cardinalis.*

Vero

Digitized by Google

A Vero quemadmodum aptior, & communior Doctorum extat ſententia, quod ex iure quoque circumſcripta ex conſuetudine inducto, quæ propinquiores in gradu, illi, qui vitales nouiſſimè deſeruerit auras, ſunt, admitti ad regni ſucceſſionem quod non feudale, mulieres debeant hanc amplexi fuere doctrinam. Baldus *in cap. ſignificauit 36. ſub num. 2. verſ. vel dico, quod iſte*, & ibi B Cardinalis *ſub num. 3. verſ. aduerte in dignitatibus autem non feudalibus*. Andreas Siculus *ſub num. 10. verſ. in dignitate non feudali, de reſcriptis*. Angelus *in l. non prætor 12. §. non autem omnes ſub num. 2. ff. de iudicijs*. Intrigliol. *de feudis dicta centur. 2. num. 445. art. 2.* Ex quo limitatio illata cum affirmatum ſit, concluſionem, quæ fœminas repellit, nulla efficaciam ratione in regnis habere ſucceſſionem C in quibus mulier obtinet. Ludouic. Molin. *de primogen. hiſp. lib. 3. cap. 4. ſub num. 5.*

Quæ autem illi admitti ad ſucceſſionem in caſu debent, tranſuerſalis quibus ortum linea dedit, tali procedere neceſſe eſt modo; quod ſi ſcilicet inſimul & maſculus in lucem ex fœmina editus, & fœmina ex viro procreata in gradus paritate concurrant, maſculus D debet ad rei dominium venire, quamuis fuerit è muliere natus, & fœmina excluſionem pati cogitur, originem licèt vitæ à viro exceperit. Fulgoſ. *conſ. 12. col. 2. ad finem num. 3.* Cum nulla perſonam circa efficiatur conſideratio, ex qua illa ſibi vitam deſumpſerit. Bald. *in authent. ceſſat. C. de legitimis hæredibus n. 3.* Quo namque in caſu minimè conceſſa repræſentatio extat, perſonarum, quæ E contentionem ineunt, ſub examen conditio venit, non verò illarum, ex quibus per deſcenſionem habentur. Aretinus *in l. Gallus, §. nunc de lege Velleia, ff. de liber. & poſthum. col. penult. in fine n. 52. circa finem, & num. 53. vbi ita manifeſtè concludunt, quod appellatione maſculorum venit maſculus, & fœmina, quando ſuccedit ex perſona ſua, & non per repræſentationem, loco, & gradu matris ſuæ.* Quod idem comprobatū fuit ex Ioanne F de Caſtill. *quotid. controuerſ. lib. 3. cap. 19. num. 154.* qua ſcribere in parte non neglexit: quod, cum & maſculis conuenire diſpoſitio, & fœminis videtur, nec agnationis reſpicitur præſeruatio, maſculorum comprahēſi appellatione ſint, qui nati ex fœminis viri, ac mulieribus, licèt ex maſculis exceperint originem, inferunt excluſionem: huiuſmodi enim G homines verè maſculi dicuntur, & vt tales proprio ex nomine, ac è ſpeciali diſpoſitione illos conuenit in ſucceſſionem admitti; aſcendentium autem nulla intereſſe conſideratio debet; ſecundum Pauli Caſtrenſis doctrinam, *in l. 1. C. de condit. inſert.* Corneus *conſ. 246. num. 5. & 6. lib. 2.* & latius *num. 157.* quæ probationem etiam deſumunt ex Textus diſpoſitione *in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis*. Vir quo in loco è H fœmina qui procedit, mulieri, quæ ex maſculo deſcenſum habet iure quidem optimo præfertur, & Text. *in cap. 1. §. filia de ſucceſſ. feud.* Hæc verò iura de feudi licèt ſucceſſione verba faciant, Regni tamen in admiſſionem, & rationis identitate videntur extendi; eorum nāque iurium deciſio communi haudquaquam iuri poteſt aduerſa eſſe, feudales I quo in accidenti deciſiones deduci ad regna par eſt. Bartolus *in l. vt iuriſiurandi §. ſi liberi, ff. de operibus libertor. nu. 5.* Alexand. *in l. diuortio, §. ſi feudum, ff. ſoluto matrimonio num. 13. verſ. non concordando.* Curt. *in tract. feudorum lib. primo, 30. queſt. principali colum. 3. verſu in tanta Doctorum varietate.* Alexand. Raudens. *conſ. 2. num. 95.* Caccheran. *conſil. 138. num. 14. vol. 2.*

Tiraquelli itenim, ac reliquorum, K qui penes ipſum contraria perſiſtere in parte conantur, doctrina intelligi debet, ſi diſpoſitio, quæ Regni ſucceſſionem circa verſatur, agnationem reſpiceret; quod alio cùm modo, ſi ad illam non ſpectaret, & neutiquā expreſſa videretur forma: vt Regio ex diademate maſculi quibus fœmina deſcendentiam præbuerit perpeti excluſionem

E cen-

A cenſeantur: nec vllum habet ſententia
hæc vigorem, cum de illa verba fiunt
iuriſdictione, quæ debeat exerceri: eo
namque in caſu maſculorum nomine
viri extant compræhenſi, ex fœmina li-
cèt ortum excipiant: illa namque pro-
uiſio, vt ſubditorum veniat commodum,
effecta reputatur, iuriſdictio etenim mi-
nimè fęminis conceditur, cum ipſis ſe-
xus propter fragilitatem dominium tri-
B bui fas neutiquam ſit. hoc explicauit
Bart. Soccinus *in l. Gallus*, §. *nunc de*
Velleiana num. 59. *verſ. quod tamen*. Hac
Surdus ex cauſa *conſ.* 108. *num.* 2. *vol.* 3.
veram protulit concluſionem: quod ni-
mirum vbi agnationem circa, ratio in-
terfuit, illo euentu deſcendentium no-
mine maſculorum, illi deſumuntur, qui
ex fęminis prouenire videntur, ſexus eo-
quod reſpectum ad qualitatem habitum
C fuiſſe apparet: in illis autem perſonis,
quæ ex fęmina deſcendunt, eadem &
qualitas concurrere, ac ratio debet: vt
fuiſſe affirmat in Ancharani placitis *con-*
ſil. 336. *num.* 7. quo propriè in loco ſer-
monem de illis inſtituit, quæ iurſdictio-
nis exiſtunt: eum ſequitur Soccinus in
l. Gallus, §. *nunc de lege num.* 5. *verſ. quæ*
tamen dupliciter limita. Peregrin. *de fidei-*
commiſſ. artic. 16. *num.* 72. Qui hanc ſuo
D ſatis quidem ingenio aſſerit placere do-
ctrinam. Adde quod maſculos Ancha-
rano libet, qui ex fæminis proximiores
habentur, excluſionem agnatis, qui pro-
pinquiori permanent in gradu adduce-
re: Hoc autem notatu dignum Surdus
reputauit, illa ſtimulatus ratione, quod
ſcilicet, ſi nulla interuenit agnationis, at
ſolius ſexus conſideratio nil refert ex
quo ſibi maſculus ortum deſumat, ſuffi-
E ciens atenim æſtimauit, vt ab acquiren-
te deſcendere certum ſit, ne à ſucceſſio-
ne deturbetur.

Ad quæ accedit, quod cum regni de
ſucceſſione agitur, quæ, nulla circa hoc,
lege præfixa, propinquiori ſanguine
tranſmittitur, neutiquam interuenire
differentia det, ſi ex fœmina maſculus,
aut ex viro mulier deſcendere videatur,
vniuſcuiuſque attamen ſub cōſideratio-
nem vocari perſonam opus eſt: vt pro- F
batur ex Text. *in authen. de hæred. ab in-*
teſtat. venienti: §. *ſi quis igitur colum.* 9.
ipſius verba hæc. *Si quis igitur deſcenden-*
tium fuerit, ei qui inteſtatus moritur cuiuſ-
libet naturæ, aut gradus, ſiue ex maſculo-
rum, ſiue ex fæminarum deſcendens. Et
deindè: *Nullam verò volumus eſſe diffe-*
rentiam in quacunque ſucceſſione inter eos,
qui ad hæreditatem vocantur maſculos, ac
fæminas, quos ad hæreditatem definimus G
vocari ſiue per maſculi, ſiue per fæminæ
perſonam defecto iungebatur. ad idē Text.
in authen. poſt fratres la ſeconda, C. *de le-*
gitimis hæredibus. Huiuſmodi autem iura
ſucceſſionem circa, quæ ab inteſtato ſit,
verba faciunt: idem enim ordo in regni
aliorumque maioratuum admiſſione ſer-
uatur: *vt in l. fin. C. de verb. ſignificat.*
l. cum ita, §. *in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2.
Aluarez *de ſucceſſ. Regni Portugal. part.* 2. H
n. 50. *fol.* 24. *à tergo.*

Nulla verò in Regni ſucceſſionem
forma naturales admitti filios probatum
è ſcribentibus fuit *in cap.* 1. §. *naturales, ſi*
de feud. defuncti controuerſia ſit inter do-
min. & agnat. Quod clara confirmatum
venit ratione, Regis quoniam ſucceſſio
populari nequaquam ex electione: ſed
illi, qui de Regia propinquior domo
ſit, ac ſanguine, milleſimum licèt vſque I
in gradum fecerit progreſſum, referri
debet; ac propterea cum filius, qui na-
turalis, in domo, familia, parentiſque
agnatione minimè habeatur, incluſus, ad
regium haud fermè apicem euehi valet.
l. ſi ſpurius, ff. vnde cognati. Menoch. *conſ.*
117. *num.* 51. Caualcan. *deciſ.* 12. *num.* 4.
& 5. *parte* 1. & reliqui penes Giurbam
de ſucceſſ. feudorum §. 1. *gloſ.* 9. *num.* 9.
Quod ſi feudorum ſucceſſio naturales K
tranſitum facere ad filios equidem non
poteſt ob honorem ex eo quia in ſe præ-
ſefert. Bald. *in l. generaliter*, §. *cum au-*
tem, C. *de inſtit. & ſubſtit.* Immò, & ex
dignitate repelluntur, ac honore. *l. ho-*
nor, §. *ſi de honoribus, ff. de munerib. &*
honorib. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 15. *n.* 14.
Quo maiori excluſionem pati, vi, è regia
debent maieſtate, quàm cæteras fulgo-
re

re dignitates antecellere certum eſt: A illas namque Imperatoriam nimirum, & reliquas populus tribuere ſolitus, hanc verò ex initio Deus: vt affirmat Tiraq. *de nobilit. cap.* 20. *num.* 135. Principis quamuis ex diſpoſitione in legitimos adnumeratus filios fuerit. Ponte *de feud. lect.* 1. *num.* 108. *& lect.* 10. *num.* 29. Hondedeus *conſ.* 37. *num.* 3. *& conſ.* 71. *num.* 20. *in ſecundo*. Giurba *dicto* §. 1. *gloſa* 9. *num.* 16. Nil ex eo quia in conſanguineorum B præiudicium, qui de domo, ac regio extent ſanguine, valet perpatrari, quibus cum legitimi in defectum abirent filij regium tranſmittebatur diadema; vt probatum auctoritate Text. in *cap.* 1. §. *naturales, ſi de feud. defunct. content. ſit inter domin. & agnat.* Ancharan. *conſ.* 339. *col. penult. verſ. reſtat breuiſſime*: Laudenſ. *de primogen. quæſt.* 35. Tiraquell. *de primogen. quæſt.* 34. *num* 48. C *cum ſequent.* Molina *in dicto tract. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 22. Huiuſmodi verò concluſionis ratio habetur: ex eo quia Regis è poteſtate ſucceſſionis in Regnum ordo, qui ex conſuetudinis vigore fuerit conſtitutus, mutationem haudequidem poteſt ſortiri, cum nullo dominator modo proprijs, vel filijs, aut cæteris, qui trãſuerſali deſcendant ex linea quocunque præiudicium ex actu valeat inferre, tam D dum viuos inter perſiſtit, quàm ſi vltima conſtitus in voluntate habeatur: vt firmat Hoſtienſ. Ioan. Andreas, & Cardinal. *in cap. licet de voto.* Abbas *conſ.* 3. *num.* 3. *vol.* 3. Tiraquell. *quæſt.* 21. *n.* 12. Martinus Laudenſ. *de primogen. quæſt.* 18. Molina *in ſimili tractatu lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 20. Cum in legitimum vero accipere quis filium velit naturalem, ſucceſſorum in præiudicium qui neutiquam citati, E hoc agere non poteſt: cauſæ namque interuenire cognitio, citarique nec non audiri ſucceſſores debẽt, de bonis enim agitur, in quibus, qui legitimum reddere filium vult, libera facere diſpoſitionem ex facultate minimè valet. Pariſ. *conſ.* 1. *num* 35. *& conſ.* 14. *num.* 32. *lib.* 2. Ruinus *conſ.* 36. *num.* 20. *lib.* 1. Decius *conſ.* 425. *num.* 10. Quod autem legitimus iam effectus regni ad ſucceſſionem haudquaquam admittatur, cum F indè illorum reſultet præiudicium, qui regia conſanguinei extant de domo eſt in placitis. Freccia *de ſubfeudis lib.* 3. *tit. de different. inter feuda regalia, differ.* 15. Quo explicauit in loco nulla ſucceſſionem in feudis obtinere forma, nec in his, quæ nobilia ſunt, nec quibus inhærent dignitates poſſe, quod ante fuit conſcriptum ex Afflicto *in cap.* 1. §. *na-* G *turales num.* 1. *ſi de feudo fuerit controuer.* Huius autem generis, quæ feudum circa verba faciunt doctrinæ, locum etiam in Regni ſucceſſione obtinent, cum eãdem retineant, quam feuda, & maioratus, naturam, per ea, quæ tradit Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 14. quod etiam affirmatum ex Lanario *conſ.* 1. *num.* 17. Raudenſ. *conſ.* 1. *num.* 54. & Capic. *deciſ.* 121. *num.* 4. qui protulit: Nullo ex H Aragonum Rege modo in legitimum poſſe naturalem filium, Pontificis per facultatem, deſumi, cum alterius interuenire conſanguinei præiudicium certum ſit, cui ex conſuetudinis diſpoſitione, legitimis poſtquam ſine liberis ad extinctos Rex commigrarit duci Regiũ oportebat diadema: hoc namque in illius neutiquam poteſtate permanet. *cap. licet, extra de voto.* Illo autem valorem I Papæ obtinebit legitimatio in caſu ſpiritualium, ſi reſpectu rerum confici anceps non ſit. Gregor. Lopez *ad legem* 4. *tit.* 15. *quæſt. parte* 4. Afflict. *in dict. cap.* 1. §. *naturales num.* 3. *ſi de feudo fuerit controuerſ.*

Ad hoc accedit, neutiquam poſſe ad feudi ſucceſſionem naturali exorti à filio nepotes etiam admitti, legitimi quãquam exiſtant, ac naturales: infecta K namque originem ex radice trahunt. Vnde nec in Regia excipere ſucceſſionem valet maieſtate, cum ex pari hæc vim habeant ratione: vt ſupra fuit explicatum. Et venit Giurba *dicta gloſa* 9. §. 1. *num.* 15. Decianus *conſ.* 31. *num.* 93. *& conſ.* 24. *num.* 51. *vol.* 1. Roſantell. *de feudis cap.* 7. *concluſ.* 19. *Gloſ. A. num.* 1. Ipſi namque nobili haudquaquam ſan-

A guine decorati exiſtunt. Anchar. *conſil.* 189. *num.* 2. Corneus *conſ.* 200. *num.* 10. *in* 4. Palcot. *de not. & ſpurijs cap.* 61. *num.* 1.

Quo autem in caſu tàm recta, quàm tranſuerſalis abiuiſſet in defectum linea, quæ Regni ſucceſſionem in ſe retinebat, locum obtinet dominatoris electio. Tiraquell. *de iure primogen. in nona opin. quæſt.* 17. *num.* 2. *fol.* 539. Qui affir-
B mauit; quod ſi has reliquerit Regni director auras, nullaſque vt regiminis deſumat habenas capax fuerit relictus, deſcendere, per Magnatum authoritatem, ad electionem decet, vt indè Rex deſumatur, cum ex Pontifice tamen, vel etiam ex Imperatore veniat. *per cap. venerabili de elect. cap. licet de voto, & cap. grandi de ſupplendâ neglig. Pralat. lib.* 6. Tuſcus *liter. R. concluſ.* 328. Noui aſſerens electionem Regis poſſe à Regnico-
C lis effici, ſi Regnum Moderatore priuū eſſe certum ſit, cum regia euanuerit propago. Baldus *conſ.* 389. *verſ. concluſio ſecunda lib.* 2. Quo ait in loco, & dari normā ſucceſſioni per primogenitum aliouе modo, ex illis valere. Hoc autem Regum de ſucceſſione ſatis ſuperque dictum videtur; iam tempus, vt ad alia tranſeamus: agam igitur.

D *DE REGVM POTESTATE.*

Cap. 3.

REgiam quamuis poteſtatem circa diſputationem inſtituere, ac verba facere ſacrilegum extet nefas, *l.* 2. *C. de crimine ſacrilegij, l. ſi Imperialis, C. de legibus.* Valenz. *conſ.* 169. *nu* 24. Cum
E in illis, quæ poſitiuum ſpectant ad ius libera valeat conſtitutiones Regni director facere poteſtate. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 10. *num.* 56. Et licèt nulla interueniat cauſa ordinaria etiam condere de facultate diſpoſitionem poſſit. *cap.* 32. *concluſ.* 2. *num.* 10. *& cap.* 24. *num.* 9. Hoc illo attamen intereſſet caſu, cum quid: vel detractionibus inficiendo; vel repræhenſionibus;

aut etiam dubijs; an iuſtum extet facinus, diſputationis fuerit inſtitutum. Petra *de Princip. poteſt. cap.* 1. *num.* 4. *&* 5. F
Qua de cauſa concluſionem intulit Cravetta *conſ.* 296. & Text. *in l.* 2. *C. de crimine ſacrileg. & l. ſi Imperialis, C. de legib.* Vigorem includere, ſi ex nimiæ temeritatis audacia, vel contemptus præſumptione fiat, quod neutiquam euenit, ſi ad tutamen regijque iuris conſeruationem, ac neceſſariam efficiatur ob cauſam: taliter vt Cephal. *conſ.* 133. *num* 104. Le- G
gamus explicaſſe, quod Regiam licèt poteſtatem circa minimè diſputationem deceat inſtituere, ipſius attamen de ſcientia, nec non voluntate, hinc, inde, perquirere haudequidem prohibitum. Petra *dicto cap.* 1. *num.* 5. Errores etenim ſæpè ſæpiùs committere valent. *l.* 2. *ff. de appellat. legat.* Illiuſmodi quamquam voluntatem eſſe, præſumptio habeatur, qualem exiſtere de iure optimum eſt. H
Petra *loco citato num* 6. Giurba *obſeru.* 3. *n.* 21. *in fine.*

Hac de cauſa regia de poteſtate, tàm circa quæ ad coronam ſpectare non eſt ambiguum, quàm ſubditos illorumque bona, quidquam deferre neutiquam graue onus reputaui: & abſoluta quamquam Regi facultas adhæreat, & nemo ipſius in factis, iudicio ſeſe poſſit verſari: vt explicauit Andreas de Iſernia I
in cap. 1. *in verſ. flumina nauigabilia in* 1. *col. quæ ſint regalia:* quam ſequitur Pariſ. de Puteo *in tract. de ſindicatu, tit. de exceſſibus Imperat. in* 2. *col. in fine.* Errores enim, quæ populi ex ignauia perpatrātur, vel ex contumacia facili punitionē forma ſubeunt, & incorrecti non incedunt, qui verò è Regum committuntur libidine abſque pœna conſpiciuntur, cum nemo deſiderium inceſſat, vt ipſorum ponat frænum licentiæ: id in *cap.* K
Exod. 32. *n.* 28. benè videmus: ex eo quia erecto in deſerti horrore populus, vt illum adoratione proſequeretur, vitulo, grauiſſimè, tribus vltra triginta millibus è formidabili Numinis gladio neci datis pœnas luit. Ieroboam verò, cum geminum conſtruere Idolum, maſculo-

A ſculoque colere thure, alijs ipſius pro-
ponens reuerentiam, haud erubeſceret,
abſque pœnæ metu ſeſe habuit. Vnde
hoc? ex dictis patet. Eoquod nemo Iu-
dicum populi circa humilitatem puni-
tionibus ſæuire, propriamque exercere
non dubitat facultatem. In Regem au-
tem quis linguam acuit, vel manum
iniicit, quis cenſuram audet inferre?
Propterea cum Regia ſubditorum ora
B maieſtas compeſcat, quis, vt proprium
criminetur Rectorem verbis inſurgere
contendit? Attamen cæleſte non igno-
rant penès tribunal criminis ſeſe reos
eſſe, nulla ſi cum interuenite cauſa vi-
deatur abſolutam legibus poteſtatem
adhibeant. Petrus de Gregorio *de con-
ceſſ. feudor. par. 1. n. 5. de poteſtat. Reg. in
conceſſ. feud.*

Duplici adeſſe Regi poteſtatem for-
C ma Doctores affirmant; altam ſcilicet,
quæ ordinaria, iuxta cuius diſpoſitionē
ſub legum rigore motam aſſerunt, quo-
ad obſeruantiam ſcilicet, non verò cir-
ca vinculum dominatores facere. Petra
*de poteſtate Principis cap. 1. num 7. & 8. &
cap. 2.* poſt Angelum *in l. Princeps, ff. de
legibus*, Decian *conſ. 45. num. 18. volum. 2.*
Roland. *conſ. 100. num. 60. vol. 4.* The-
ſaurus *deciſ. 91. Burg. de modo proceden.
ex arrupto centur. 1. quaſt. 17. num. 14.*
D Alteram abſolutam, ſecundum quam
nullo modo ſub legibus exiſtere nec
obſeruantiæ reſpectu, nec vinculi dicũt:
Petra *cap. 3. quaſt. 3. num. 62.* Nonnulli
autem veniunt, qui tertiam addere vo-
lunt, ex qua ſtatim procedit, ac de fa-
cto, cum nemo in ſæculo ſit, cui ratio-
nem de operibus reddere compellatur.
Sed enim quidam aduerſus inſurgunt,
E eoquod in Rege, ſummoque huiuſmodi
poteſtatem, Principe haberi negant: ab-
ſolutæ nomen potentiæ à Iuriſconſulto-
rum ore abijciendum affirmantes; nam
quod in talis iure facultatis ſit, ad vim
potiùs, imperijque terrorem ſpectare
certum eſt; bellicos enim inter ſtrepitus,
ac Mauortis furorē in militarem è Du-
cibus exercetur audaciam: quàm ad iu-
ſtam Regis optimi poteſtatem: vltra

cæteros extat Couarr. *lib. 3. variarum* F
cap. 6. num. 8. Alciatus *in l. cenſere* 111.
de verbor. ſignificat. Carolus Tappia *in
rubrica de conſtitut. cap. 1. num. 77. & 78.*
Spino *in ſpeculo teſtamentor. parte 1. gloſ.
rubric. num. 25.* Cancer. *variar. reſolut.
tertia parte cap. 3. num. 114.* Ipſam verò
Turcarum potiùs Imperatori, quàm
Regi, abſolutoque Principi, qui Chri-
ſtianam colant fidem cõuenire firmum,
in quem à populo poteſtas, lege Re- G
gia, fuit collata, cui vnicam tantum
ineſſe facultatem volunt. Soto *de
iuſtitia, & iure lib. 4. quaſt. 4. artic. 1.
col. 4.* Farinac. *conſ. 4. num. 10. cum ſequen.*
Ferdinand. Vaſquez *controuerſ. illuſ. lib. 1.
cap. 5. num. 15.* Riminaldus Iunior *conſil.
45. num. 54.* Quæ ſemper æquè dignita-
te, conſtantia prædita eſt, ac efficacia,
vt omnia citò expediat, quæ Regni,
Principatuſue ſibi iure neutiquam pro- H
hibita redduntur: vnde non ſolum com-
munem poteſtatis, ordinariæ ſcilicet, &
abſolutæ, admittere diſtinctionem re-
nuunt, expreſſa verum etiam forma re-
pellunt. Sed enim quidquid, hoc circa
negotium, contentionis miſceatur, or-
dinariam vltra potentiam clarè fateor,
in Rege, ſupremoque Principe plenam
inueniri, ac abſolutam, non illam, quæ
ampla ſcelerum facultas è Doctoribus I
nominatur; nam poteſtas neutiquam
eſt, ſed rabida procella, & effrænis tem-
peſtas, quam haudequidem in populo
fuiſſe, nec ab ipſo in Regis manus lege
Regia tranſmiſſam firmum eſt: ſed illam,
quæ cum iuſta interuenire cauſa vide-
tur, à Regis, abſolutique Principis pru-
dentia exercetur. Theſaurus *dicta deciſ.
91. num. 1.* Hac autem dupliciter vti fa-
cultate Rex poteſt, ſi de facto, cum k
cauſa neutiquam adſit, rem cum ego
extem inuitus, nec valoris fiat ſolutio,
meam aufert: vt decet intelligi Text.
in l. Lucius, ff. de euictionibus. Nemo ete-
nim Regi dicere valet, qua de cauſa
hoc agis? Baldus *in præludio feudorum
num. 34.* certumque eſt haberi de mente
Afflicti *in conſtit. Regni quaſt. 37. num. 8.*
& dixit Theſaurus *loco citato* adducens

cap.

Digitized by Google

A *cap.8. lib. 1. Regum.* Hanc autem proprio poteſtatis nomine haudequidē vocari, ſed tyrannidis affirmauit debere Theſaurus: Alia cum iuſta motus ex cauſa, mihi quidquam eripit;& eo quidem in euentu abſoluta verè exiſtet: ſed è iuris æquitate moderamen excipiens, poteſtas; cum id ſcilicet publici referat commodi, quod priuato non anceps eſt anteponi debere: quibus in terminis B forſitan verba fecit. Text. *in dict. l. Lucius iudic.* Theſaurus *in fine d.num.1.*

Hac de cauſa vt regnantium patens efficiatur poteſtas dominatus ſub aſpectu poni genera debent, quæ in triplici ſunt claſſe. Primum Monarchicum, Ariſtocrathicum poſterius, vltimumque Democraticum. Illud ergo Monarchicum eſſe regimen affirmamus, quod vnius in manu legibus vndique poſitis C permanet, cuiuſmodi in Iberia, Gallia, Danimarca, nec non & Perſia eſt. Hoc ſi feram dirigitur ad ſeueritatem, vel propriæ curas impendit voluptati, aut ſubditorum damno, in tyrannidem abit: Huius generis Turcarum extat Monarchia Chinenſium, Moſchouitarum, & aliorum, qui ſæuè dominatus dirigunt habenas. Ariſtocraticum, quod in optimatum conſiſtit arbitrio, qui cum re- D gulariter Senatum conſtituant, illam ſeruant in regimine formam, quæ fuerit è legibus præfixa: tali elapſis luſtris forma ſeſe Megara, Carthago moderatè ſunt. ac Rhodi, noſtriſque hiſce temporibus Venetiæ, ac Norimberga reguntur. Hoc in Oligarchiam cedere firmum eſt, ſi plebis cum humilitas conculcetur, imperijque ſit concuſſa tranquillitas paucorum tranſeat in manus: hac ſeſe geſſit, & Romæ, & Athenarum E Reſpublica ratione. Illa cum Craſſi, Pōpeique, ac Cæſaris in trium viratu miſerè depreſſas, & in contemptu leges vidit: hæc triginta, quæ ſub Tyrannis, & libertatis iacturam, & multitudinis dedecora, ſeruiturem que luctuoſo conſpexit lumine. Democraticum illo habetur in caſu, quo populum penes illa authoritas, ex qua poſſit quili- F bet pluribus electus votis ad honores habilis reddi: confuſa ipſe regens norma tumultuariè vaſtam Reipublicę molem dirigit: ita iam Genua, extitit & Florentia, ſic Romana ſub Tribunis maieſtas; quapropter Lucanus:

Et cum Conſulibus turbantes iura Tribuni.

Iſtud Anarchiæ proximum eſt, cum ſētentiarum in perturbatione, mentiumque in varietate opulentiores ſibi regi- G men vi aſciſcunt, ac dominium ſumunt vt peractis fuere annis, & ſub Caſtruccio Lucæ: & ſub Antonio Adorno Genua: ſub Laurentio Mediceo Florentiæ: nec non ſub Pandolpho Petruccio Senæ. Licet autem nonnulli ex his Ariſtocrathici regiminis in fauorem, ac Democratici rationes adducant; pro Monarchico autem, quod mihi optimum videtur, hæc ſunt in cauſa; ex eo quia, H vt ex Auguſto explicatum, bona minimè Cæſarum eſt multitudo, ac, vt Lydius quidam Cræſo apud Strobeum dixit, cum ille fratrem ad regimen aſſūpſiſſet. *Omnium in terra bonorum ò Rex author eſt Sol, neque quidquam extaret Sole non illuſtrante: At ſi gemini Soles forent, periculum immineret, ne omnia conflagrantia peſſum irent. Ita & Regum vnum accipiunt Lydi, & ſeruatorem eſſe credunt, duos* I *vero tolerare non poſſunt.* Nec immeritò cecinit Homerus.

Haud bonum multorum dominatio, vnus Dominus eſto
Vnus Rex.

Quod & idem cōſideratum ex Alexandro cum Darij dedit reſponſum Legatis, qui dimidium offerebant Imperij: Mundum geminis haud poſſe Solibus Regi, nec ſumma duos regna, ſaluo K terrarum ſtatu poſſe Reges habere. Quod autem hoc adueniat in vtile Imperij clariſſima patet forma: eoquod ſi declinare in tyrannidem incipiat, magis toleratur, ſub vnius agitari licentia, quàm plurium, cum nec Reipublicæ tueantur commodum, qui multis, poteſtatem, votis retinent; qua oritur ex cauſa vt, cum aliquis diſcordis extat, in

varias

A variis diſtractæ iam partes hominum
mentes, non parui detrimenta ponderis
afferant, ciuiumque damnum vehant.
Adde quod faciliori vnus modo ad Rei-
publicæ diſponi bonum poteſt, quàm
plerique: multorum namque in domi-
nio minimè, vel inuidiæ abſunt faces,
vel diſcordiæ, nec emulationes longè
ſunt; in ſinguli poteſtate pax moram fa-
cit, ac tranquillitas, & ſi originem diſ-
B ſentiones capiant non deſudatè ſedan-
tur.

Huius præterea dominij præſtantia
multipliciter ſub oculos venit: & pri-
mum antiquo ex tempore; Mundi nam-
que in exordij ortum excepit: vt tradũt
Iuſtinus *lib. 1.* & Lipſius *lib. Polyt. 2.* Na-
turæ fecundo ex dictamine, cũ & Apes,
& Grues vnius ſeſe ductui ſubdant. Vnũ
accedit ſupremum omnium Rectorem
C Deum eſſe, cuius è prouidentia cuncto-
rum dependere negotia certum eſt: vn-
de quo magis ad ipſius imaginem hu-
manus componitur dominatus, quem-
admodum Monarchia, eo ſublimior ex-
tat: Immò Ariſtoteles *lib. Methaphyſico-
rum 12.* optima ex huius regiminis, in
humanis, forma, Dei ad vnitatem, ſiue
quod vnus habeatur Deus à poſteriori
erigit, ſic: *Quia in ſupremo, at diuino re-
D gimine id debet eſſe quod optimum.* Idem
conſpicitur *in lib. Phiſicor. 8. & lib. 1. de
Cælo.* Illud autem vſque ad tempus op-
timum ſeſe Monarchicum demonſtrat
dominium, quo legum, normam ſuſci-
pit, æquitate: Principem etenim haud
leges ſupra conſtitutum, ſed has in il-
lum exiſtere Plinio in Traiani Panegy-
rico placuit. & Pau'i *lib. ſentent. 4. tit. 4.*
ex ſententia, *Par eſt, vt qui leges con-
E ſtruit, pari eorum maieſtati ſeſe ſubdi-
tum, rigore demonſtret:* nam quod nõ-
nulli haudequidem prudentes probatũ
volunt: *Id ius eſſe, quod ei, qui plus poteſt,
vtile eſt.* Ex adulantis animi dogmate
ſibi originem conſtat deſumpſiſſe; quo
maius continet decus ac dignitatem illã
proferre vocem? *Cum omnia poſſumus
ſola credimus nobis licere laudanda:* vt ex-
plicatum eſt Theodato penes Caſſiod.
lib. epiſtol. epiſt. 10. Quòd eo noſtram F
poſſe facultatem demonſtrare dicamur,
iuſto quod, & honeſto à nobis perpatra-
ri modo valet; eoquod eadem in popu-
li manibus perſiſtebat maieſtas, & fa-
cultas. *l. 2. in fine, ff. de adopt.* Quæ poſt-
modum in Reges, lege regia, fuit addu-
cta, & ſua quemadmodum populus ex-
cipiebat lege, pari etiam forma Regem
incidere oportet, in quo ea ex cauſa di-
cimus abſolutam dari poteſtatem, nul- G
lius eoquod ex vi correctionem ſubire
compellitur, vel dependentiam ex ali-
quo habet: *Regem enim* (ita Salluſtius in
Iugurtha) *ſumma, & abſoluta facit pote-
ſtas, impuneque quoduis facere, id demum
eſt Regem eſſe:* & Martialis: *Qui Rex eſt,
Regem, maxime, non habet.* Inſolenti ob
potentia hac de cauſa *lib. 1. de clementia*
ſermones Seneca de Nerone inducit.
*Ego Nero ex omnibus mortalibus placui, ele- H
ctusque ſum, qui in terris Deorum vices
fungerer, ego vita, necisque gentibus ar-
biter, qualem quiſque ſortem, ſtatumque
habeat, in manu mea poſitum eſt, quod
cuique mortalium fortuna datum vellet,
meo ore pronunciat;* Cuncta itaque cum
abſoluta interueniat poteſtas facere illi
neutiquam prohibetur; nemo namque
cur ita facias? illi valet obijcere: Ro-
land. *conſ. 3. num. 127. lib. 1. & conſ. 71. nu.* I
49. vol. 1. Burſaticus *conſ. 410. num. 28.
& 30.* Burgius *de modo procedend. ex ab-
rupto dicta centur. 1. quæſt. 16. num. 16.*
nullo etenim è iuris ordine ligamen ex-
cipit. Decianus *in tract. crimin. de conſtit.
Princip. num. 3.* Afflictus *de feudis, tit. quæ
ſint regalia in princip. num. 72.* Burg. *loco
citato in fine.* Non tam abſoluto attamen
in ſenſu hæc debent intelligi, vt Rex
neutiquam, ſub legum diſpoſitionem K
permaneat, ipſatum etenim de ſolemni-
tatibus extet exemptus: habemus nam-
que *in l. ex imperfecto, C. de teſtamen.* ibi
nullo hæreditatem poſſe modo imper-
fecto ex teſtamento Principem vindica-
re, legibus ex eo quia licèt ſolutus ha-
beatur, ſub illis tamen vitam ducere
ciuile eſt; benè verum, quod è Regis
facultate iuris valent ſolemnitates re-
mitti.

A mitti per Text. *in l. omnium, C. eadem,* & ibi Gloſ. *in principio.* Nam quemadmodum, & vt leges condat poteſtas Regi adeſt, pari etiam forma ipſi venit cōceſſum, vt & illius abroget, quo legibus dicitur ſolutus ſenſu. Guglelmus Belcarius *de Regno, & regali poteſtate lib. 3. cap. 15. pag. 199. verſ. Vlpianus ergo.* Ore igitur optimo Auguſta Imperatorum Maieſtas *in l. digna vox, C. de legibus.*

B Proprium è legum facultate dependere potentiam affirmat. Vnde Artaxerxes ille, cum Principibus, Ducibuſque ſuo qui ſubditi erant Imperio literas mitteret ſeſe legibus moderari, ſic explicauit: *Cum plurimis gentibus imperarem, & vniuerſum orbem meæ ditioni ſubiugaſſem, volui nequaquam abuti potentia magnitudine, ſed clementia, & lenitate gubernare ſubiectos, vt abſque vllo terrore vitam ſilentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace*

C *fruerentur,* penes Eſther *cap. 13.* Nonnè hoc etiam Antiochus Tertius Rex, cuius potentiam remota formidabant Regna, profeſſus eſt? Ipſe namque cætera inter, clarè, ac fortiter geſta, ob quæ ſublimes ſibi meruit laudes, & vſque ad æthera famam, egit, vt iuſſum cunctæ ſibi ſubditæ Vrbes haberent, quod neutiquam obedientiam ſuis præſtarent, quæ mitterentur, literis, cum quidquam in illis

D aut legibus aduerſum, aut æquo incongruum conſpicerent, eoquod ſe ignaro illas fuiſſe conſcriptas certum eſſet. Ad ſimile refert Siculus Diodorus Aegypti de Regibus exemplum, qui iuxta Regionis conſuetudinem dum Iudices ad Tribunal aſcendere permittebant, iuramentum proferri ex illis vellent, ne iudicium de illis adducerent, ad quæ, cum

E iniquitati adhærerent, è Rege compellerentur: tanti exiſtere iudicabant emolumenti, vt integer Iuſtitiæ candor in dominantium regimine permaneret. Eadem legimus ex cauſa è Gratiano, Valente, ac Theodoſio *in l. prima, C. de ſpect. honor. ſublat. lib. 10.* conſtitutum fuiſſe, Imperialium, nullam reſcriptorum habendam rationem, è Iudicibus, ſi legibus aduerſa viderentur, addita eſt cauſa. *Quod ſæpè in nonnullis cauſis in in verecunda petentium inhiationes Principes con-*

F *ſtringuntur, vt etiam non concedenda tribuant.* Et *in nouella de bonis vacant.* Anthemius dixit Cæſar: *Nil amplius licere bonis Principibus, niſi quod liceat priuatis.* Et ne ſim prolixitatis amator, optimè Theodoſius, & Valentinianus Cæſares *in l. 4. C. de legibus.* dignam reputarunt vocem; quod ſeſe legibus profiteatur

G Princeps. Ad inſtitutum, Regis nimirū ad poteſtatem.

Taliter itaque abſoluta, quæ in Rege, poteſtas grauis exiſtit, vt nullo eam velle Principem exercere præſumatur in caſu, ni aliquam de illa faciat explicationem; at ordinaria, vti dicitur, communique is facultate, cum in tertij ſurgere præiudicium certum eſt. Ruinus *conſ. 79. num. 9. vol. 3.* Silua. *conſ. 45. nu. 55.* Pariſ. *conſ. 82. num. 6. vol. 1.* Milanē-

H ſis *deciſ. 2. num. 22. lib. 1.* Menochius *de præſumptionibus lib. 2. præſump. 13. num. 1.* Caualcan. *deciſ. 4. num. 26. par. 3.* Nacta *conſ. 122. num. 15.* Alexand. *conſ. 60. num. 36. vol. 3.* Tuſcus *concluſ. 43. num. 10. & concluſ. 670. num. 1. & 18. lit. P.* ſi ordinaria de poteſtate actus vigorem conſpicitur continere. Surdus *deciſ. 2. nu. 19.* Illam verò, quæ abſoluta ſit, potentiam

I adhibere neutiquam Rex poteſt, maximè niſi, ac legitima interuenire cauſa videatur: ſi alio namque ageret modo propriæ terminos excedere facultatis anceps haud eſt. Nacta *conſ. 122. num. 15.* Patrus de Gregor. *de conceſſ. feudor. parte 3. quæſt. 7. num. 47.* Amad. à Ponte *in tract. qui feud. dare poſſunt. num. 101.* Tuſcus *concluſ. 42. liter. P.* Burgius, *loco ſupra citato num. 21.* Poteſtas etenim,

K quæ nullius è naturalis rationis regimine frænum excipit, nec aliqua iuris coarctatur regula, poteſtatis minimè: ſed tyrannidis, vt pleriſque libuit nomen ſortitur: ipſa namque ortum ex iniuria ſuſcipit. Cancer. *variar. reſolut. cap. 3. num. 114.* Ita vt cum huiuſmodi adhibere facultatem Rex vellet, & ſi neutiquam ſubditis, vt, ipſum aduerſus, conſurgant permiſſum veniat, defenſio tamen

A men prohibita minimè habetur. Paladinus *lib.* 1. *rerum quotidian. cap.* 1. *num.* 7.
Hieron. Portol. *ad Mol. §. libertates Regni num.* 8. Quo explicat in loco Regni libertatem poſſe à vaſſallis Regiam contra potentiam, in tutamen deſumi, nec aliquo reſiſtentes modo illos vocari. Cancer. *loco ſupra citato num.* 115. Prudentiori tamen aget Iudex forma, Regni ad quem vel Ciuitatis in iura mittuntur
B reſcripta, eorum tardus extet in exequutione, Regemque haud negligat cōſulere, cum & ſupplicationes mittat, ſuperſedendi cauſas explicans, & motiua, Regiæque dilucidè menti veritatem aperiet: in verecunda namque petentium auiditate importuna inſtantia, fictis blandimentis, fucatiſque adulationibus, nec non cauillationibus, ac ſiniſtra improborum informatione ſæpiùs moueatur, ſit inductus, & quodammodo
C adſtrictu, vt quæ tribui non debent, concedantur. *Gloſ. fin. in l. quoniam la ſeconda, C. de appell.* Qua de cauſa deceptus magis præſumitur, quàm iuſtitiam contra, & legum æquitatem ſtatuere quidquam voluiſſe. Decius *conſ.* 588. *num.* 19. Roland. *conſ.* 2. *num.* 15. *vol.* 1. Caſſaneus *in Catalog. gloriæ mundi parte* 5. *conſiderat.* 24. *num.* 107. Vnde qui tali exequu-
D tionem retardat modo, mandatorum neutiquam dici contemptor valet; illis eoquod ſtatim ſeſe obedientē non præſtiterit. Auendagn. *de exequend. mandat. cap.* 2. *num.* 14. *ad finem, verſic. non enim.* Carter. *de exequut. capto bannito cap. fin. à num.* 317. *vſque ad num.* 399.

Qui Regum atenim extant adulatores inſurgent affirmantes nullo ipſorum penes maieſtatem modo plenam, abſo-
E lutamque reperiri potentiam, ſi aliqua circumſcripta eueniret lege, ipſiuſque velut alligata compedibus inuita, limites inter, moram faceret, ſeſeque continere adſtringeretur, cum abſoluta Rex conſtituatur è poteſtate; vt ſuperiùs è Salluſtij ſententia fuit explicatum. Quibus valet reſponſum afferri, quod æquiuocum quamuis nomen exiſtet varia, deſumatur forma poteſtas. *l. poteſtatis, ff. de verbor. ſignificat.* Numquam tamen F
ſub ſe iniquum retinet compræhenſum. Gloſ. *in cap. quanto, de iureiurand. in verbo abſolus, & in cap. non eſt de voto, in verbo adimplere.* Decian. *conſil.* 8. *num.* 93. *vol.* 1. Riminald. *conſil.* 13. *num.* 74. Sed vſque à diſcretionis claue aut explicari valet, aut concludi: iniqua namque in re neutiquam poteſtatis appellari plenitudo; ſed tempeſtatis debet. Crauetta *conſ.* 241. *num.* 20. Antonius Sola *in con-* G
ſtitut. Sabaudiæ parte 2. *tit. de interinatione gloſ.* 1. *num.* 7. Bartol. Soccinus *conſil.* 164. *num.* 17. *vol.* 2. Ponte *conſ.* 4. *nu.* 22. Qua de cauſa id paſſim ducitur; illud nobis tantum permiſſum haberi, quod iure poſſumus; nam quod iniquo valeat factum quiſquā animo perpatrare, neutiquam, poſſe, vocatur: Vnde Rex ſupremus licèt exiſtat, ægro minimè ferre pectore debet, ipſius cum poteſtas vel H
rationis, aut honeſtatis regulis reſtrictionem patitur: ex eo quia, vt explicatum *epiſt.* 37. è Seneca, ſi omnia ſuæ Reges ditioni ſubijcere contendunt, rationis ſeſe imperio ſubditos reddant, è qua documenta ſuſcipiat, quali ſubiectis regimen ponere forma debeant, de quo ſic Honorium Claudianus monuit.

——Sed comprime motus,
Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit I
Occurrat, mentem domet reſpectus honeſti.

Quid autem Regium magis oſtendit fulgorem, quam ſi, ceu vincula feruentis lubido pectoris arginem reperiat, & vſque non quod ſibi lubeat, ſed quod è legum, Religioniſque veniat diſpoſitione obſeruare neutiquam reſpuat moderator? Imperij nihil tàm proprium ex- K
tat dignitati, quàm legum ſub regimine vitam ducere accedit, quemadmodum *in l. digna vox* conſpicimus ſuperiùs quoddam Imperio eſt, legum ſubmittere Principatum potētiæ: ſicut enim ſummum felicitatis videtur ſpecimen quantum velles perpatrare; pari forma quantum poteſt, ideſt permittitur, velle, magnitudinis eſt ſignum; ingentem au-

Digitized by Google

A tem licet præſeferat prudentiæ miſeriam
perpatrare id velle, quod neutiquam
licitum habetur; maior tamen adeſt,
committere illud poſſe, quod tibi in
placitis extat, cum nullę adſtringant le-
ges; ex eo quia ſi his Reſpublica orba
ſit peſſum ibit, & in præcipitium irruet,
nec Regnum aliquo ſtabile modo, aut
firmum permanebit, vbi ſola Principis
pro lege voluntas habeatur: ad Regis
B verò poteſtatem ſuperiùs ductum appli-
cari carmen valet.

Nam nil vt verum fatear magis eſſe
decorum,
Aut regale puto, quàm legis iure ſo-
lutum
Sponte tamen legi ſeſe ſupponere Re-
gem,
Gratia ſit magno, qui temperat omnia,
Regi.

C Nulla propterea Reges ratione fa-
ciles adulantium vocibus prębere aures
debent, nam, dum poteſtatis illi pleni-
tudinem ad aſtra erigunt, Iuſtitiæ depri-
mere non erubeſcunt æquitatem, falſo-
que ſub aſpectu blanditias explicantes,
mollibus, fucatiſque ſeſe aptare Mode-
ratorum ingenio verbis quærunt: cum
cœleſti neutiquam Numini afferre diſ-
plicentiam, & animarum facere iactu-
ram ambigant; qua de cauſa de illis, quæ
D à Rege poſſunt, nec ne perpatrari, mi-
hi aliquod puto dicendum; & cætera
inter,

Primò, cum Rex in moderamine po-
ſitus propriæ neutiquam, ſed Regni ha-
betur vtilitati. Vaſquez *in præfat. lib.* 1.
illuſtr. controuerſ. argum. 9. *nu.* 101. *cap.* 1.
num. 10. *& cap.* 2. *num.* 1. Doctores pe-
nes Giurbam *de ſucceſſione feudorum* §. 2.
E *gloſ.* 1. *num.* 7. Nullam arduis de Regni
negotijs, cum maioris neutiquam inter-
ueniat partis Baronum conſenſus; face-
re diſpoſitionem valet. Petrus de Greg.
de ſucceſſ. fend. parte prima, quaſt. 5. *nu.* 12.
Nec aliquam excogitare alienationem,
aut conceſſionem, quam in maximum
Regni detrimentum reſultare certum,
vel vnde magna ſurgat diminutio, illi
permittitur. Bald. *in l. digna vox*, C. *de*
legibus, *& in rubr. num.* 3. *in* 3. *quaſtione* F
C. *de contrahenda emptione*. Iaſon *conſ.* 1.
num. 21. Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.*
18. *num.* 11. Taliter vt ſucceſſor in Re-
gno donationibus prædeceſſorum per
operam effectis valet reuocationem da-
re, ſi eiuſmodi ſint, vt enormis in re-
gnum læſio inſurgat: hæc etenim non
ſolum in ipſius præiudicium, regni ve-
rum etiam in detrimentum vires capit.
Antonius Corſet. *de poteſtate Regia par.* 5. G
num 4. Bald. *in cap.* 1. §. *ſed diuerſum in*
6. *notabil. de alienatione feudi*, *& in cap.*
licet cauſa, de probationib. Maſtrill. *loco cit.*
num. 21. Quæ autem ratio habetur, eſt,
eoquod, quemadmodum Rex neuti-
quam, dominij iura valet ſubuertere,
pari etiam forma nec diminuta redde-
re. Soccinus Senenſ. *conſ.* 7. *in prima col.* H
vol. 3. Mandel. *conſil.* 67. *num.* 5. Maſtril.
ad Petrum de Gregorio *in dicta quaſt.* 5.
liter. E. *verſic. tertio limito*. Hac de cauſa
propriæ Rex tempore coronationis iu-
reiurando confirmationem promiſſo ad-
ducit, ſe nil Regni de bonis in aliena-
tionem daturum. *cap. intellecto de iureiu-*
rando, Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 8. *cap.*
17. *num.* 1. Ex eo quia ſi talis permiſſa
vel alienatio veniret, vel conceſſio ad
nihilum pedetentim reductas domina-
tus vires conſpiceremus iuxta quæ ve- I
huntur ex Bartol. *in l. prohibere*, §. *planè*,
ff. quod vi, aut clam. Petrus de Gregorio
dicta quaſt. 5. *nu.* 4.

Affirmare igitur ſimul cum Alferio
de Fiſcalis officio, gloſ. 34. §. 1. *num.* 6. *&*
§. 4. *num.* 1. debemus. Nullo è Regibus
effici donationes modo poſſe Reipubli-
cæ cum vtilitas eo læſionem patitur ex
facto; vt patet *ex l. reſcripta*, C. *de preci-*
bus Imperator. offerend. & ex l. 2. §. *merito*, k
& § *ſi quis à Principe*, *ff. ne quid in loco*
publico, *& ex l. nec Auus*, C. *de emancip.*
Propterea quæcumque regulariter ex-
ceſſiuæ donationes magnitudinis, quæ-
que Regiæ in præiudicium coronæ in-
ſurgere conſpiciuntur, debent reuoca-
tionem ſubire: per Text. *in cap. intellecto*
de iureiurand. Alberic. *in proœmio digeſt.*
§. *diſcipuli num.* 17. Iaſon. *conſ.* 36. *nu.* 1.

lib.

A *lib.1.* Alexand. *conſ.1. num.* 28. *lib.1.* An-
tonius Corſet. *de poteſtate Regia quaeſt.* 4.
Couarruu. *in cap. quamuis pactum 2.part.*
§.2. num.4. verſ. quod autem Rex, Goza-
dinus *conſ.8. num.* 38. *cum ſequent.* An-
tonius Petra *de poteſt. Princip. cap.32. §.*
2. ex num.39. Velaſcus *conſult.* 119. Ca-
uedus *parte 2. deciſ. 75. num.* 12. Et li-
cet, quæ factæ fuerint, donationes exi-
guæ, quælibet ſcilicet de per ſe, habeã-
B tur, ſi ex omnibus tamen Regali præiu-
dicium patrimonio inferatur, adhuc pati
reuocationem valent, ex eo quia nullę
habentur: vt explicatum ex Mierez *de*
maioratu parte 4. quaeſt.1. limitat.6. nu.28,
cum ſequenti. Illo autem affirmatur in lo-
co, quod ſi alio explicetur modo, anſa
Regi datur, quod ſi multas faciat do-
nationes, quæ ſimul iunctæ, ac etiam
quælibet de per ſe magnum afferret de-
trimentum Regno, validitatem in ſe
C continerent: hoc autem eſt aduerſus,
quæ ſunt conſcripta, & contra *legem* 1.
& 3. C. de inoffícioſ. donat. Quæ digna
notatu hoc ad intentum exiſtunt; Nul-
lo autem modo poſſe Regem donatio-
nes conficere, ſi inſimul coniunctę ad
exceſſum tendant: explicauit Lucas de
Penna *in l. quicumque, C. de omni agro*
deſerto lib. 11. Imola *in cap. 2. de dona-*
tionibus Afflictus *in conſtitut. Regni Neap.*
D *in proœmio incipient. vigeſimoquarto quaero.*
num.6. fol.3. Roland. *conſ.1. num.123. &*
124. lib.2.

Sed enim (pro temporum calamitas!)
Regiæ vtinam donationes honeſtam re-
ducerentur ad metam, ſumma dum Re-
gis noſtri habetur indigentia, & ærarij
maxima exiſtit anguſtia: tali ergo de
cauſa, iure quidem optimo reuocationẽ
E legimus Galbam Neronis donationibus
dediſſe, ac decimam reformatas vſque
ad partes fuiſſe: vt affirmatum ex Taci-
to *lib. hiſtor.* 1. Quod nonnullos egiſſe
Imperatores, penès Græcos ex monu-
mentis habemus; quos inter Baſilius
Macedonius ex Garibij relato *lib.9. com-*
pend. hiſtor. cap. 31. & in Anglia Regis,
vt Eduardum, & Henricum quemad-
modum ſcripſit Pineda *in Monarch. Ec-*
cleſiaſ. lib.18. cap.26. §.3. & 4. apud Ara- F
gonos, & Ramirum, & Idelphonſum
tertium ſic Zurit. *lib. Annal. 1. cap. 53. &*
lib.4. cap.93. & lib.7. cap.5. In Caſtella
Ioannem ſecundum, vt pariter explicat
Aluarus Gratia *in eius hiſtoria anno 41.*
cap.26. Regem etiam Henricum, iuxta
ſententiam Marian. *lib. de rebus Hiſpan.*
17. cap. 18. Catholicos inter id certum
eſt feciſſe Ioannam Henrici filiam ex
Zurit. monumentis *in expedition. Italia* G
lib.5. cap.84. & 2. tom. lib.7. cap.8. Ca-
rolum V. etiam Europæ Alcidem; ita
Sandiual *in Cronica lib.1. §.21.* Quod &
Philippum Secundum, ac Tertium, in-
uictos Hiſpaniarum dominatores feciſſe
accepimus è ſententia Melchio. Phœbo,
2. parte deciſ. Luſitan. 194. *num.* 34. So-
lorzan. *de Indiarum iure tom.2. lib.3. cap.*
12. num.51. Lar. *in allegat. fiſcal. parte 1.*
allegat.7. & 12. Neceſſe igitur eſt, vt in H
illis, quæ prodigaliter fiunt, donatio-
nibus adhibere moderationẽ haudqua-
quam Regem tædeat; quid enim iuua-
minis afferet, ſi vndique liberalitati re-
ſerantur fores, præterquam leuis glo-
riæ? An fœcunda, & liberalis eſt arbor,
omnes cui fructus peruicaci rapiuntur
è vento? minimè; immò peſſima: ideò
nec liberalitate homo præditus, cum
vana ſuperbiæ aura cuncta detrahit, In- I
dè accidit & per quam improbos hu-
iuſmodi viros exiſtere: Quis namque
ſæuo prodigalior Nerone, aut impio
profuſior Caligula? Nemo. Sed quis
illos crudelitate ſuperauit, vel ſceleri-
bus? Propterea hæc indignans Claudius
Cæſar, quas nulla ex cauſa immensè
donationes Caligula effecerat, ad pri-
ſtinum reuocauit: vt habemus ex *libro*
Diodor.60. optimè inde factum fuit, vt
fiſci, & publicæ quæſtoribus pecuniæ K
authoribus immenſæ Caroli VI. Galliæ
Regis terminum paterentur donationes:
cum nulla enim ipſe ex cauſa maximas
nummorum profunderet ſummas, &
regium, tempore, vacuũ redderet æra-
rium; illi, margini conceſſionum (per-
mittente Carolo) adnotabant, *Nimis*
accepit recuperetur, & hac effectum forma,

A vt peſſum haudequìdem Regnum iret.

Nullo, deindè, modo ſeruitium, quod pro feudo taxatum in regiſtris, prębetur, diminutum reddere dominator valet, huiuſmodi licèt diminutio certa, confecta è ſcientia fuiſſet, ac motu eueniret proprio, iuxta mentem Andreæ de Iſernia *in cap.* 1. §. *præterea ducatus*, vbi etiam Afflictus *de prohibit. feud. alienat. per Federicum.* Huiuſque rei ducit rationem: iſta ex eo quia bona, quæ taxata B exiſtunt, ac ſtabilia Regique afferuntur, demanialia, vt Regno defenſionem aduehant, ac Reipublicæ, nominantur, & proprio ex priuilegio neutiquam valent alienationem pati: Regiæ namque in coronæ detrimentum, ipſam inſurgere certum eſt: domas tamen ſi valdè tenuis ſumma, ob illa quibus fidelitatem oſtēderunt ſeruitia, eſſet remiſſa: vt per C Franciſcum de Anna *conſil.* 81. *in fine*, ac Nact. *conſil.* 408. *num.* 9. Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 18. Illiuſmodi quãuis diminutio iuramento confirmationem excepiſſet. per Text. *in cap. intellecto*; & eo in loco Gloſa *de iureiurando*, vbi ordinem Pontifex intulit, vt alienatio Vngariæ facta ex donatione per Regem, cum in proprij præiudiciũ dominij haberetur, pati reuocationem deberet, iuramentum licèt iniecerit illã D neutiquam retro eſſe vocandam: tale namque iuramentum efficaciam retineret nullam; ex eo quia id contra erat, quod Regni de conſeruando iure fuerat ductum. Bartol. *in l. prohibere*, §. *planè*, *ff. quod vi, aut clam*, DD. penes Maſtril. *loco ſupra citato num.* 19. *&* 20. Peregrin. *de iure fiſci lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 74. Pari modo ſtatutum ex Maſtrill. *num.* 21. fuit: prohibitas illas exiſtere alienationes, E quæ pro Regis viuere, ac manutentione fuerint effectæ ſecundum Zaſij doctrinã *de feud. parte* 4. Adde quod minimè vaſſallagium, in ſucceſſoris præiudicium, poſſe Regem remittere, conſcriptum è Petro de Gregorio *de ſucceſſ. feud. part.* 7. *quaſt.* 4.

Reſtrictionem, tertio, Regalis patitur facultas, cum in tertij reſultare præiudicium quidquam conſpicitur, & cõ- F ſequenter neutiquam Regi permiſſum, vt, licèt feudatarij adſit conſenſus, antiquæ feudalis conceſſionis formæ, quæ ſtricta, valeat ampliationem adducere; puta ſi ad maſculos tantum, deſcendere feudum oporteret, at ſeſe Regis diſpoſitione, ad mares extenderet, ac fœminas; illo namque in caſu viris præiudicium adduceret, qui prima exiſtunt inueſtitura comprehenſi, cum aliæ, quæ G neutiquam explicatæ habebantur, vel reſtrictæ, venirent perſonæ. Curtius Iunior *conſ.* 1. *num.* 31. *&* 32. Canneſ. *in cap. ſi aliquem*, §. *præmittend. num.* 93. Tiraquell. *de retractu ligna.* §. 32. *gloſa prima ſub num.* 39. Intrigliolus *de feudis centur.* 2. *artic.* 7. *num.* 34 *fol.* 189. Giurba *de ſucceſſion. feudorum* §. 2. *gloſ.* 8. *nu.* 26. *ampliat.* 7. Qua ſcriptum in parte ad nos tranſmiſit, neutiquam poteſtatis ex ple- H nitudine ſtrictam feudi formam è Rege poſſe in primogeniti præiudicium, cui primæ cõceſſionis vigore fuiſſe ius quęſitum, certum ſit, excipere Ruinus *conſil.* 7. *num.* 13. *vol.* 1. *& conſ.* 9. *num.* 25. *in* 3. vbi feudatarium circa, & Regem qui conſenſum præſtat, verba facit Petrus de Gregorio *de feudis parte* 3. *qu.* 5. Iuri etenim quæſito, nullum inferri pręiudicium valet. Afflictus *deciſ.* 135. *n.* 12. I Molina *de primogen. lib* 4. *cap.* 5. *nu.* 36. Nec aliquo modo, ſi factæ Princeps alienationi conſenſum præſtaret, ſequēti poſſet vocato illa ex moderatoris volũtate auferri, eius licèt pater exiſtat, & ius adhuc, ſpe, competens haberetur; vt explicauit Giurba *loco ſupra citato.* Tale namque præiudicium adduci à Rege valere neutiquam præſumitur. Peregrin. *conſ.* 12. *nu.* 3. *in* 6.

k Alterius, quarto, & ſi ius, cum interueniat cauſa, Regem tollere certum ſit, permitti, ſeſe delinquentibus, publicum quamuis præiudicium reſultet, ac priuatorum, mitem præbere ipſi non veretur, vel ſi aliqua exindè vtilitas inſurgere, vel gaudium emanare videatur: vt *in l.* 1. *C. de public. lætit. lib.* 12. aut etiã generalis quæ ſit, propter abolitionem;

quem-

Digitized by Google

A quemadmodum *in l.* 2. *C. de abolitione generali*. Vel guidaci fabore, nec non
induliti, delinquenti quod bannito con-
ceſſum, alterius eoquod banniti attu-
lerit caput, vel iam in fuga carceratum
captarit, vt *in l. non omnis*, §. *fin. C. de re
milit.* vel tandem ſi ex miſeratione com-
motus humanitate necnon, vel clemen-
tia pœnitentem ſuſcipere in gratiam ve-
lit. De his autem omnibus ſcripſit Af-
B flict. *in lib. feudorum* 3. *quæ ſint regalia*,
incipiens, *& bona committentium crimen
læſæ Maieſtatis fol. mihi* 806. *num.* 50.
Reſtrictionem attamen ipſius patitur fa-
cultas, cum in priuati pecunias damnũ
inferretur; huiuſmodi etenim poteſtas,
abſque eoquod in alterius pecunias du-
catur intereſſe, debet interpetrationem
excipere. *cap. in noſtra, de iniur. & dam.
datis*. Dubia enim ſi res in lance habe-
C tur, ſaluo pecuniarum partis detrimen-
to intelligi oportet. *l.* 2. §. *meritò & §. ſi
quis à Principe, ff. ne quid in loco publico.*
Afflictus *loco ſupra citato num.* 53. Illam-
que ſolum remiſiſſe punitionem, quæ ſit
fiſco applicata, conſpicitur Maſtrill. *de
indulgen. cap.* 21. *num.* 4. Nulla tamen
ratione, conceſſum poſtquam fuerit in-
dultum, quidquam addere, aut dimi-
nuere illi extat conceſſum. Idem *cap.* 26.
D *num.* 4. *fol.* 118. *in quarto folio*. Cum ex
poteſtatis plenitudine ius tertio quæſi-
tum valeat haudequidem tollere domi-
nator. Idem *cap.* 24. *num.* 1. *&* 15. *cum
ſequenti.* qui 39. *in num.* numquam aſſe-
rit præſumptionem haberi huiuſmodi
facere in præiudicium tertij, gratiam
Regem velle: vt pari etiam forma ei ne-
quaquam remittere punitionem valet,
qui, cum alteri manum obtruncarit,
E propriæ debeat pœnam audaciæ ſubire;
illius namque præiudicium interuenit,
qui mutilato adhuc vitam ducit mem-
bro: priuatum nec non, & publicum
concurrit intereſſe. Afflict. *num.* 4. Adde
quod Regia neutiquam poteſtas exten-
ſionem ſortitur, vt in gratiam reducat
Clericum, & illi concedat indultum
pro facinoribus, quæ perpatrare haud-
quaquam erubuerat; ex eo quia quem-

admodum illi condemnationem inferre F
non poteſt, æquali etiam modo abſolu-
tum eum reddere iuriſdictionis ex defe-
ctu minimè valet. Giurba *conſ.* 74. *nu.* 10.
à quo explicatum: Regi minimè permit-
ti, vt proprio vel ſtatuto clericis, aut
lege indulgeat, licitum quis enim dicet
clericis poſſe leges dari? eſt contra
cap. bene quidem 96. *diſtinct.* Maſtrill. *de
indultu cap.* 3. *à num.* 13. Demas tamen,
eius niſi crimen generis exiſteret, vt cõ- G
petens eſſe Iudex, illud contra, laicus
valeret, ſi nimirum tale qui perpatrarit
delictum eccleſiaſtico neutiquam priui-
legio poſſit gaudere. Marta *de iuriſdict.
parte* 4. *centur.* 1. *cap.* 15. Carauit. *in prag-
mat. Regni Neap. de exulibus pragmat.* 1.
quæſt. 6. *num.* 117. Giurba *loco cit. nu.* 12.
Maſtrill. *n.* 19.

Regia, quinto, facultas nullo exten-
ſionem ſortiri exemptos in clericos va- H
let: omnes etenim, qui eccleſiaſticæ
ſubiecti ſunt iuriſdictioni ſub laicorum
haud perſiſtunt iudicio: id multo magis
vim retinet, cum de illis agatur, qui ſpe-
ciali habent ex priuilegio, vt Pontificis
tantum exiſtant potentiæ ſubiecti: huius
namque exemptionis opera clericale
neutiquam priuilegium efficaciam amit-
tit, immò illam auget; vt ipſos Pontifi-
ci tantum ſubditos conſtituat. Diana I
tom. 4. *tract.* 1. *reſolut.* 73. *fol.* 39. Contra-
ria licèt perſtiterint in ſententia Pereira
de manu Regia parte 2. *cap.* 22. Bouadill.
in polit. tom. 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 127.
Ceuedus *in decret. collect.* 37. *nu.* 3. Cum
aſſerant clericos, & omnes, quæ ſint
Eccleſiaſticæ, perſonas, locorum licet
ex ordinarijs habeantur exemptæ, Ro-
mano nec non immediatè Pontifici exi-
ſtant ſubiectæ, laicorum poſſe ad iudi- K
cium vocari, ſi aliquod in Regno deli-
ctum commiſerint nullus adſit, qui cis
valeat punitionem infligere illo pacto,
quo demonſtrat Thomas Mierez *in con-
ſtitut. Cathal. collect.* 2. *cap.* 11. *in principio.*
Accedit etiam, quod nullo Regi modo
permittitur, vt ceu ſacri Concilij Tri-
dentini exequutor illius compellat ad
obſeruantiam clericos, nullam etenim
Eccle-

A Eccleſiaſticas ſibi conceſſam in perſonas
ipſe iuriſdictionem retinet: cum caſus
attamen eueniet præfectos recurrere ad
Antiſtites decet, vt eiuſmodi tranſgreſ-
ſoribus, & punitiones adducant, & vim
inferant, vt ſacrarum ad cultum legum
incumbant. Diana *tom.4.tract.1. reſolut.*
75. Quo etiam in loco illos refert, con-
traria quibus perſiſtere in opinione haud
certè diſplicuit. Neutiquam etiam Re-
B gi conceſſum venit, Epiſcopali vt è ſe-
de Sacerdotes deturpet: ſimoniaca licèt
ad illam fuerint euecti electione: Hoc
enim, tàm cauſæ reſpectu, quæ ſpiri-
tualis habetur, quàm perſonæ, quæ ſæ-
cularis non exiſtit, ad Pontificis non au-
tem ad Regis diſpoſitionem ſpectare
certum eſt. Diana *dicto tract.* 1. *reſol.* 36.
qui Bouadill. ſententiam in contraria
parte falſam reputauit. Ille *in lib. 2. cap.*
C 18. *num.* 65. *politic.* ſcripſit: *Podra el Rey
echar del Obiſpado el Obiſpo promouido por
ſimonia, ſegund lo eſcriue, y funda Caſſa-
neo en Catal. gloriæ mundi par.* 5. *conſid.* 24.
num. 142. Hac, Dianæ, de cauſa mens
fuit, quod in cenſuras Bullæ Cœnæ il-
los incurrere dominatores non ſit ambi-
guum, qui talem Bouadillæ opinionem
ſequuntur: ita namque Megalis ſenten-
tia eſt *in 3. parte lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 18.
D vt pari etiam forma Eccleſiaſticam mi-
nimè perſonam, quæ litium, perturba-
tionumque in Republica ſit amans, &
diſſentionum, proprio valet Rex depel-
lere è Regno. Diana *loco citato reſolut.* 81.
qui huius pro tutamine ſententiæ ratio-
nes in medium ponit, multi quamuis
Doctores contraria mordicus perſiſtere
in doctrina velint, hos inter Ramirez
de lege Regia §. 27. *num.* 12. *in gloſ. lit. G.*
Bouadill. *in politic. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18.
E *num.* 112. Rodriq. *in addict. ad Bullam
Cruciatæ* §. 9. *num.* 48. Cancer. *variarum
reſolut. cap.* 10. *num.* 49. *parte* 3. *& n.* 50.
vbi refert Bal. *doctrina in Margar. in ver-
bo Iudex*. Qui affirmat capi clericum è
laicis poſſe Regiæ, ſi afferat impedimē-
tum iuriſdictioni; ſi eam ſcilicet pertur-
bet: vel ſibi vſurpare non dubitet, ad
tradita per Text. *in cap. dilecto, de ſenten-
tia excommun. in 6. cap. dilectis de pœnis* F
cap. 11. *de officio delegati*: qua de cauſa Fu-
ſius *de viſitatione lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 15.
monumentis reliquit ex Duce de Alca-
la, Neapolitano in Regno Prorege,
procul ex illo abiectum Hieroſolymita-
num fuiſſe militem, qui per contentio-
num, rixarumque tumultus cunctam
pęnè ciuitatem turbabat.

Sexto, licèt ſcrupuloſa valeat ſyndi-
catio Regis pati per literas remiſſionem, G
haudquaquam tamen remitti ſyndicatio
poteſt, quemadmodum in barattarijs, &
illegitimè extortis videtur. Paulus de
Caſtro *in l. mancipia, C. de ſeruis fugitiuis.*
Talis quamquam remiſſio effecta cum
clauſula fuerit, *Non obſtante*, ipſa nam-
que ſcrupuloſa intelligi de ſyndicatione
non vero de barattarijs, ac illicitè ob-
tentis, debet Bartol. & Bal. *in l. ſi quis
rationes, ff. de liber. legata, & in l. nec quid-* H
quam, §. de pleno, ff. de officio Proconſulis,
& Alexan. *in conſ.* 45. *in* 1. *vol. & 47. in
2. volum.* Afflict. *ſuper conſtitut. Regni ru-
bric.* 43. *quanto tempore officialis debet ſta-
re in ſyndicatu in n.* 4. *fol.* 223.

Nulla, ſeptimo, forma Regi permit-
titur, vt mero, & mixto imperio Baro-
nibus tradito, contractuſque vi transla-
to, vel ob grata, præſtitaque ſeruitia
ſuſcepto reuocationem donet: ſemper I
etenim cum Rex contractum ſtruit, me-
rum concedens, mixtumque imperium
illius ad obſeruantiam compellitur. *cap.
de obligat.* Ipſi autem reuocationem da-
re, cum nulla interueniat cauſa, neuti-
quam Rex valet. Bald. *in l. penultima,
C. de donat. inter virum, & vxorem*, DD.
penes Afflictum *in conſtitut. Regni Siciliæ
rubric.* 47. *quod nullus Prælatus, incip. ea,
quæ ad decus num.* 6. vbi *in num.* 5. ad nos K
tranſmiſit, quod ſi, cum conceſſionem
fecerit, illius colore quidquam ſibi lu-
cri acceperit, quod perpetuam cum re
conceſſa commenſuratiōē habeat, nul-
la rei poteſt reuocationem adducere
forma, abſque eoquod doli non inter-
ueniat commiſſio. *l. ſi cum mihi, ff. de do-
lo.* Hac de cauſa ſi contractus opera ex
Rege facta conceſſio fuerit, haudqua-
quam

A quibus ex illo, ipſiuſque ſucceſſore pati
reuocationem, limitationemue, modum
nec non, vel etiam conditionem valet:
Canonis *in cap.* 1. *de probat.* Afflict. *in con-*
ſtitut. Siciliæ rubrica 8. *lib.* 2. *tit. de uxori-*
bus ſorindicat. num. 11. *fol.* 21. Ad quod
accedit nulla conſtitui forma è Rege
poſſe in Baronis terra, qui merum te-
neat, mixtumque imperium, Iudicem,
ad quem de primis vaſſallorum cauſis
B cognitio defertur, omnimodæ nam in
iuriſdictionis præiudicium id tendere
certum eſt. Capiblanc. *de Baronib. prag-*
mat. 8. *num.* 77. Lanarius *conſ.* 54. Cum
de omnibus facta conceſſio è Rege vi-
deatur, quæ meri, mixtique ad imperij
ius pertinentia exiſtant, ad Textum in
l. feudi, & l. his quibus, & l. quicumque,
C. *de patrimon. lib.* 11. Illa etenim, de
quibus conceſſio è Rege fit, cuncta ne-
C ceſſe eſt, vt ex diminutione integra ſit.
Oſaſcus *deciſ. Pedem.* 65. *num.* 20. *& de-*
ciſ. 19. *num.* 8. Nacta *conſ.* 408. *num.* 7.
Theſaurus *deciſ.* 177. *num.* 1. Controuer-
ſiarum namque deciſio ad Baronem, of-
ficialemue, quem hoc ipſe ad munus cõ-
ſtituat, pertinens habetur. Bald. *in l.* 1.
quaſt. 43. *ff. de rerum diuiſione*. Demas
tamen propriæ, ſi ob contumaciæ inſo-
lentiam ſuſpẽſionem Baro muneris fue-
rit perpeſſus: illo namque in caſu con-
D ſtitui Principis ad mentem miniſter va-
let, vt in ſuſpenſionis interuallo ſubdi-
tis iuſtitiam adminiſtrare neutiquam
ceſſet. à Ponte *de poteſtat. Proregis, tit. de*
promiſ. fieri ſolitis, tit. 1. §. 1. *num.* 4. Tali-
ter vt ſi merum ſolummodo Rex Impe-
rium haberet, nequaquam officialem
poteſt in Baronis loco mixtum qui ha-
beat, ſeu ſimplicem iuriſdictionem, con-
ſtitutum velle, ni dictus caſus iuriſdictio-
E nis euenire conſpiciatur, per Textum
in cap. 1. *de officio ordinarij in* 6. Michael
Ferrerius *in* 3. *obſeruat. puncto, cap.* 59. Ca-
picius *deciſ.* 27. *num.* 34. Iacobus Cancer.
lib. variarum reſolut. 2. *tit.* 2. *num.* 290. *&*
lib. 3. *cap.* 9. *num.* 17. Qua meminit in
parte tali modo fuiſſe in placitis Sena-
tus: Anno 1604. in cauſa nobilis Fran-
ciſci de Lanuz contra Syndicum de

F Ceret referente D. Ioſeph Bente. Du-
cit etiam Mieri opinionem; cuius eſt
opinio: quod ſi illa in parte, mixtum,
in qua Baro teneat Imperium, Rex ve-
rò merum ſua debeat quilibet officialem
pro iuriſdictione ponere: Cancerius au-
tem ſupradictam intelligit doctrinam,
quod ſcilicet qui merum præterquam,
Imperium non habet, officialem, eum
ducere neutiquam in locum poſſit, iu-
riſdictione dempto quo mero congrua
imperio ſit opus, cum aliquis euenerit G
caſus: vt ſuperius explicatum de Ponte
in tract. de poteſtate Proregis tit. de electio-
ne official. §. 1. *num.* 54. *&* 57. diuerſo ta-
men hoc ſuccedit modo, ſi alia ineſſet
conſuetudo, vel obſeruantia. Cancer,
loco ſupra citato num. 18. Ad hoc accedit,
quod nec Baronalibus Regi mandare,
miniſtris permittit, vt alterius voto, cau-
ſæ ad expeditionem feſtinent, hoc nam- H
que ex iuſſo libera cauſæ cognitio Ba-
roni eripitur. Alber. *in cap. non poteſt in*
fine de re iudicata. Bald. *in cap.* 1. *colum.* 1.
qui feuda dare poſſint, in quo videmus
loco Baroni ſoli, ac in ſolidum plenam
ineſſe cauſarum adminiſtrationem, ita
vt nec alius requirere votum compelli-
tur, iuxta Gloſæ mentem *in l. Titium &* I
Meuium §. 1. *ff. de adminiſtrat. tutorum*.
Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 16. *num.*
49. *&* 50. *cum ſequent.* Ciurius Iunior
conſ. 2. Cancer. *variarum reſolut. lib.* 3.
cap. 13. *num.* 307. Surdus *conſ.* 210. *num.* 3.
Nacta *dicto conſ.* 408. *num.* 4. *& ſequent.*
Nec aliqui deſiderantur Doctores, qui
poteſtatem Regi denegant, vt valeat
villam in alicuius territorio Ciuitatis
poſitam in feudum præbere, cum iuriſ-
dictionis indè præiudicium reſultet, in-
ter quos Alexand. *conſ.* 1. *colum.* 5. Petrus K
de Gregorio *de conceſſione feud. par. prima*
quæſt. 6. Quo in loco de Meſſanenſis Ci-
uitatis diſtrictu affirmat, quod caſalia,
ipſius in territorio poſita in magiſtratus
præiudicium alijs dari neutiquam in
feudum valeant; caſtrum enim alieni
ſubiectum ciuitati iuriſdictionem haud-
quaquam retinet, ſed ciuitas, ſub cuius
permanet imperio; ſed enim tranſactis
hiſce

A hiſce diebus huic aduersũ pœnitus doctrinæ obſeruationi traditum vidimus: Catanenſis cum Ciuitatis in alienationẽ caſalia per Regiam Curiam darentur nomine Catholicæ Maieſtatis : ad quod forſitan ſacrum motum fuit Concilium ex Baldi ſententia *in cap. 1. in fine princip. de Natura feudor.* Cuius mens eſt, vt omnis diſtrictus, ac iuriſdictio penes Regis facultatem perſiſtat, quem refert Curtius Iunior *in tract. de feudis parte 2. qu. 2.*
B principaliter quæro Intrigliol. *de feudis centur. 1. quaſt. 66. in fine.*

Nulla, octauo, ratione inuitos poteſt Rex vaſſallos in alienationem dare, feudi nec dominium in alterius transferre manus : vt expreſsè probatur *in capit. 1. §. ex eadem lege, de lege Corradini, & in cap. Imperial. §. præterea Ducatus in fine de prohibita feudi alienatione*, per Federicum, & in ſpecie notatum ex Gloſa in
C *l. inuitus, ff. de fidecommiſſ. libert.* Felinus *in cap. dilecti ſub num. 1. de maioritate, & obedientia*, & ibi cæteri Canoniſtæ, Bald. *in cap. generali num. 2. ſi de feudi fuerit controuerſia inter dominum, & agnatum*, & copioſè *in conſ. 326. incip. Rex Romanorum lib. 1. & in conſ. ſequenti num. 5.* Crauet. *conſ. 54. num. 3.* & plenius *in conſ. 241. num. 6. lib. 2.* Roland. à Valle *conſ. 1. num. 34. lib. 1.* Burſaticus *conſil.*
D *160. num. 1. lib. 2. & in conſil. 350. nu. 1. lib. 4.* Quorum omnium in votis eſt ſupremo neutiquam è Principe aliquam poſſe de Ciuitatibus, inferioris in viri facultatem alienationem fieri, cùm nullo proprium afferant conſenſum vaſſalli modo. Lucas de Penna *in l. prima, col. penult. C. de cap. ciu. cenſ. eximen. lib. 11.* Ludouicus Gomez *in §. item Seruiana num. 41. inſtitut. de actionibus*. Gratianus
E *conſ. 147. num. 5. lib. 2.* Surdus *conſ. 323. num. 1. vol. 3.* Clarus *in §. feudum qu. 28.* Vincentius de Franch. *deciſ. 17. num. 2.* Antonius Gabriel. *in 3. libro comm. opiu. tit. de iure quaſito non tollendo concluſ. 8.* Maximè vero attinet, vt vaſſallorum ſeruetur æqualitas; adeoquod quemadmodum ipſis in alienationem feuda tribuere permiſſum neutiquam eſt, pari etiam forma, cum inuito illi animo exiſtant F
alienationem facere haudquaquam poteſt : ad imparia enim correlatiuorum neutiquam debet naturæ iudicari: vt fuit probationibus explicatum, & argumentis Burſat. *conſ. 160. num. 4. & ſequent. lib. 2.* Non paruum autem ſubditorum conducit ad vtile, ne regio diſtracti è gubernio ſint, & de liberis ſerui euadant, nouumque experiantur dominum: Regium namque moderamen poſitum G
ob dignitatem fuiſſe, honoriſque præeminentiam certum eſt, domini verò titulus, magis ad Tyrannidem, quàm ad aliud accedit: ita ſcripſit Lucas de Penna *loco ſupra citato*, qua de cauſa eſt Andreæ ſententia *in dicto cap. Imperialem, §. nec dominus ſub num. 45.* Quod ſi caſus euenerit, demanij alienari homines: poſſunt illi affirmare: alterius eſſe nolumus, quàm Regis : multum etenim intereſt, H
ſupremi vt extent imperij ſubditi, quàm non tantæ authoritatis domini : tum ex eo quia maior vaſſallis defenſio è primo venit : tum etiam quod inferiores dum transfertur in homines dominium ſubditorum excipit mutationem conditio; fidelitatis enim iuramentum illi, qui minus digno, adducere compelluntur, vt explicauit Rolandus à Valle *dicto conſ. 1. num. 37. lib. 1.* Et maximè indecens exi- I
ſtit inferiorem non autem primo æqualem ſuſcipere dominum : Qua de cauſa quemadmodum vaſſallum dominator, qui ei neutiquam placet, propria valet è dictione repellere, pari etiam forma dominum, cui ſeruitium præſtare vaſſalli reſpuunt, accipere neutiquam cogũtur, iuxta conſiderationem Caccheran. *conſ. 49. num. 9. cum ſequent.* Ex eo quia cum talis ſuum obtineret inferiori in K
domino alienatio effectum plurimis depreſſi oneribus vaſſalli gemerent, ſecundum quæ fuerunt adnotata per Baldum *in l. 1. quaſt. 32. ff. de rerum diuiſione*. Rolandus *loco citato num. 39.* aliæ etiam interueniunt rationes penes Ripã *conſ. 179. num. 3.* Neuizan. *conſ. 12. num. 109.* & Afflict. *in cap. 1. §. præterea ducatus in 3. notabil. num. 20. & ſequent. de prohibit.*

feudi

A *feudi alienat. per Federicum.* Cui aduenit
concluſioni ampliatio, quamuis in æquè
parem, ac idoneum huius alienatio ge-
neris fuerit effecta: ex Cino *in l. prima,
C. de nouationibus*, & ibidem Salicetus
num. 2. Caccheranus *dicto conſ. 49. nu. 8.*
Burſatic. *dicto conſ. 160. num. 3.* Taliter
vt ſuperior ſi dominus caſtrum haud-
equidem alienare prætermiſerit, cum
inuiri habeantur nouum aduerſus do-
B minum reſiſtendi ius extat conceſſum;
propria namque ſeſe valent authoritate
defendere: vt habentur dicta Neuizani
conſ. 12. num. 113. Crauet. *conſ. 241. n. 16.*
Burſatic. *conſ. 350. num.* 11. & alij penes
Ludouicum Morot. *in reſponſ. 45. nu. 18.*
Tali autem forma ſui de facto ſuſcepit
Ciuitas Pactorum tutamen, cum acriter
inſiſtere non dubitaret, proprij ne do-
minij poſſeſſio D. Aſcanio Anſaloni,
C ſuiſque procuratoribus illa ex aliena-
tione traderetur, quæ ex inuicto Philip-
po felicis recordationis IV. Hiſpaniarũ,
ac vtriuſque Siciliæ Potentiſſimo Rege
fuerat effecta; vnde in Regio perman-
ſerunt demanio. Hæc etiam Argyræ in-
tegra Ciuitas tempore, quo in Octauij
Centurionis, & Caroli Strada manus
nec non conſortium conſtitui debebat,
proprijs, ne litium inſurgerent pertur-
D bationes, pecunijs ſeſe in libertatem
remittere minimè neglexit: ac ex de-
manio haud fermè detracta. Quo autem
caſu maior vaſſallorum pars, cum fieri
Ciuitatis alienationem oportet, conſen-
ſum præſtent, alia verò contrariam
oſtendat mentem: huic potius fauet par-
ti ius, quàm illi: primę namque con-
ſenſus partis libertatem aduerſus con-
ſpicitur inſurgere, nec in poſterioris
E præiudicium ſequi alienatio valet, vt
ipſius efficacior ineſt contradictioni vis.
Neuizanus *dicto conſ. 12. num.* 115. Adde
quod notatu dignum attulit Paulus de
Caſtro *in conſ. 70. num. 6. verſ. plus dico.*
Quod ſi omnibus præſtitus è Ciuibus
ad alienationem conſenſus fuiſſet, nul-
lum retinebit vigorem: haud equidem
namque ſucceſſoribus, qui non dum
dati tempore conſenſus in auras perue-
nerant vitales valet præiudicium inferri, F
huiuſmodi autem concluſio robur exci-
pit ex adductis per Vaſquez *in tractatu
illuſtr. controuerſ. lib. 2. cap. 82. num. 9.*
quem refert Burſaticus *dicto conſil.* 160.
num. 10.

Maior autem ineſt eo in euentu, vt ſe-
ſe defendat efficacia, conceſſum cum
Ciuitati priuilegium demanij habetur,
illamque nullo in alienationem ſeſe da-
turum tempore director promiſerit, quã G
ad formam illud huius integræ Argyræ
Ciuitatis conſpicitur è felici recordatio-
ne Martini Regis anno 1401. die Maij
20. 9. Indit. Azoath in terra datum, ip-
ſe autem nullam facere deuenditionem,
vel quocumque modo alienationis ali-
quid excogitare ſpopondit. Accedit
neutiquam alienatus, immutatuſque
vel ex demanio ſeparatus eſſe, Regis è
verbis, nec ſui per operam, nec per H
ſucceſſores Ciuitatis valet ſtatus: vnde
ciuibus defenſionem voluit permiſſam,
tàm ſi in iudicio, quàm extra illud, eos
aduerſus, quorum in lubidinem huiuſ-
modi veniret alienatio. Additur etiam
ſeſe omnes, quæ fieri deinceps aliena-
tiones valerent; alienationes tàm eo tẽ-
pore, quàm futuro inualidas declarare:
qua efficitur ex cauſa, quod tale quam-
uis priuilegium ex dominatorum gratia I
fuerit adductum, &, vt hoc ad ſucceſ-
ſorum libitum valeat in reuocationem
dari, iuxta quæ notantur per Baldum
in l. poſſe patris ſub num. 10. *C. vnde liber.*
Soccinus *conſ. 87. num.* 13. Pariſ. *conſ.* 12.
num. 224. *vol.* 2 & alij penes Gam. ducti
deciſ. 46. num. 6. Hoc attamen Rex neu-
tiquam debet ſaltem ex decore hone-
ſtatis perpatrare, licèt quod mera fuerit
priuilegium ex liberalitate ductum, quẽ- K
admodum perſuadet. Text. *in l. inter
claras, C. de ſumma Trinitate, & Fide
Cathol.* Nil etenim in Rege magis nito-
ris, quàm recta fides emittit, nullo ex
eo quia modo facere id poſſe dicimur,
quod honeſta confici ratione haud fer-
mè valet. *l. nepos Proculo, ff. de verborum
ſignificatione.* Qua Baldus ex cauſa *conſ.*
279. *vol. 3.* In Principis animo, perennè

A velut Iuſtitiæ fontem, conſtantem, nul-
lique infirmam ictui eſſe voluntatem af-
firmauit. Immò ex quo priuilegium
ſpecificè à ſe conceſſum voluit, illud
neutiquam reuocare: ſed acriter inſiſte-
re debet, vt eius veniat, tàm ex ſe, quàm
ex alijs obſeruatio; illo autem caſu, ta-
lis quo ſpecialiter inijciatur promiſſio,
efficit, vt ſimplex etiam priuilegium li-
cèt gratuitum reuocationem pati mini-
B mè debeat; vt confirmatum Cephal.
conſ. 342. num. 64. lib. 3. Surdus *conſil.*
419. num. 68. lib. 3. Ipſum propterea,
eiuſque ſucceſſores ad priuilegij obſer-
uantiam eſſe obligatos ambiguum non
eſt. Afflictus *in cap. ſignificauerit ſub n. 5.*
quo tempore miles: ex eo quia cum pro-
miſſio, demanij, quod Ciuitates haud-
quaquam deceat in alienationẽ immit-
tere, fit, iuris habetur diſpoſitioni con-
C formis, quæ ſimili prohibet ratione, in-
uito ne vaſſalli animo alterius transfe-
rantur in dominium: vnde fortiori ſtrin-
gitur dominantis diſpoſitio nexu: duo
etenim vincula magis arctè ligant: prout
notauere DD. *in l. filiasfamilias, §. Diui,*
ff. de legibus 1. Menoch. *conſ. 95. nu. 124.*
lib. 1. Cephalus *loco citato num. 62.* Bur-
ſaticus *conſ. 350. num. 10. lib. 4.* Venit
etiam quod, geminum hoc vinculum
D efficit, vt effectus inſurgat, ne dominij
fiat in acquirentem translatio impediẽs
voluère. Curtius Iunior *conſ. 174. nu. 19.*
& Surdus *conſ. 323. num. 3. lib. 3.* Et eo
validiùs hanc procedere concluſionem
certum eſt, cùm res in ſua non habeatur
integritate puta, ſi gratia è Rege con-
ceſſa proprium ſortita effectum fermè
fuerit, ex eo quia licèt ex principio,
gratis velut data reuocationẽ pati poſ-
E ſet, conſumatus attamen poſtquam ef-
fectus venerit nullam ſubire illum reuo-
cationem decens eſſe: in placitis Rouit.
in pragmat. 1. de reuocat. gratiar. à num. 2.
vſque ad finem eſt.

Hac verò integra in Argyræ, vel Di-
ui Philippi Ciuitate Regij vltra quod
gratioſum demanij priuilegium repe-
riatur, nulla inferri alienatio modo po-
teſt, tale ex eo quia denuò acquiſitum
ipſa demõſtrat priuilegium Anno 1627. F
Iunij 11. die Indit. 10. ſolutis oneroſa
ex cauſa vncijs 15200. dictis, qui ade-
rant, emptoribus: vnde promiſſum fuiſ-
ſe iniectum in dubio non eſt, ne aliquo
in alienationem tempore, maxima licèt
efficacia quæcumque vrgeret neceſſitas,
valeret deuenire; inde huiuſmodi pri-
uilegium, contractus iure, quem dæle-
ri neutiquam decet; hanc retinere Ci-
uitatem omnibus notum eſt, ne Regio G
digreſſum faciat ex demanio, in quo
Rex ipſam propria ſe conſtituturum po-
teſtate, nec ex illo vnquam detrahere,
promiſit; vt plenè probatur ex Crauett.
conſ. 241. num. 10. adiungitur Decius
conſ. 292. num. 7. Cephal. *conſ. 168. nu.*
29. lib. 2. Capicius *deciſ. 166. in 1. dubio*
ex num. 1. ducti à Camillo Borello ad
Bellugum *in ſpeculo Principum rubrica 1.*
lit. N. verſ. limita ſecundo, & vltimo. Rex H
autem oneroſa quæ ſit, velut cauſa, pri-
uati ad inſtar in obligatione perſiſtit, vt
dicti obſeruantiam contractus, ne hanc
nimirum Ciuitatem in alterius traduce-
ret facultatem Regio depelleret ex de-
manio, haudequidem effugiat, ſi extant
notata per DD. *in dicta l. digna vox, C.*
de legibus; & vt alibi explicatum. DD.
in cap. 1. de probationibus. Bald. *in l. qui*
ſe patris ſub num. 10. verſ. hoc ſcias, C. vn- I
de liberi: & plenè Crauetta *conſil. 241.*
num. 12. Roland. à Valle *conſ. 13. nu. 45.*
lib. 3. Omnes immò, qui eadem ſucceſ-
ſionem obtinent in dignitate ad iſtud
compelluntur. Tiraquell. *in repet. legis*
ſi vnquam, & in tract. de iure primogen.
quaeſt. 35. num. 20. Bolognet. *conſ. 1. num.*
176. Ioannes Andreas de Gregor. *alleg.*
15. num. 13. cum ſequent. Ex quo habe-
mus, quòd licèt ex dominij inuaſore, K
vel Tyranno factæ conceſſiones, digni-
tatis nomine, fuerint, illum in obliga-
tione ponunt, qui legitimè regalem
aſcendat ſedem, ac eadem ſucceſſores
in maieſtate. Peregrin. *de iure fiſci lib. 1.*
tit. 3. num. 45. Quæ autem ratio habetur
eſt, ex eo quia ſi Rex, ipſiuſque ſucceſ-
ſores è contractus vi promiſſa obſerua-
re neutiquam cogerentur, peioris appa-

rerent,

A rereat, quàm priuatus quilibet qualita-
tis, quum ſi alligati haud ipſi alijs perſi-
ſterent, fatendum eſt quod, ex correla-
tiuorum natura, nec eis cæteri ad obſer-
uantiam adſtringerentur, & pedetentim
denudati commercio venirent: quaprop-
ter Baldus *in l. Princeps. ff. de legibus.*
Iure quidem optimo ad nos tranſmiſit,
quod, ſi hoc vigorem in ſe includeret,
certum eſſet, Regem, qui præſul ha-
B beri debet, paruo exulem tempore dici,
vt Iaſon refert *in conſ. 1. ſub num. 1. lib. 3.*
Rolandus à Valle *conſil. 45. num. 10.*
vol. 3.

Limitationes atenim huiuſmodi ex-
cipit variè concluſio, quod ſcilicet nul-
la Regi permittatur forma, vt Ciuitates,
demanialeſque terras valeat, cum ini-
quo ſint ciues animo, in alienationem
dare; & primò, cum ex maximæ cauſa
C neceſſitatis ad id facti compulſus domi-
nator videatur iuxta notata per Salice-
tum *in l. prima ſub num. 2. C. de nouation.*
Ludouicus Gomez *in §. item Seruiana*
inſtit. de actionibus num. 45. Anton. Ga-
brielis *concluſ. 8. num. 12. de iure quæſito*
non tollendo. Quod magis procedit, cùm
pro pacis fiat bono, ipſius namque in-
tuitu iuris valet ex regulis Rector decli-
nare, vt ſcriptum ex Bald. *in l. vnica, C.*
de caducis tollendis, & notat in ſpecie
D Capicius *deciſ. 166. nu. 6.* Supremo ete-
nim Principi cum publicam ſurgere vti-
litatem, & pacis priuatorum bonum
conſpicitur, in totum etiam res deſu-
mere permiſſum eſt. Crauet. *conſil. 84.*
num. 10. ex ductis per Baldum, & Angel.
in l. benè à Zenone, C. de quadrien. præſcript.
quam concluſionem cõfirmare non du-
bitauit Capicius *deciſ. 51. num. 12.* & alij
E penes Antonium Gabriel. *in dicta titulo,*
concluſ. 2. num. 1. & Rolandus à Valle,
in conſ. 99. num. 1. vol. 2. & conſ. 71. nu. 1.
vol. 3. Priuatò verumtamen familiares
quando res publicæ cauſa vtilitatis, pa-
cis auferet pro bono Moderator, iuſti fa-
cere ſolutionem pretij tenetur, vt pro-
batum extat apud Rodericum Suarez
in allegat. 16. per totam. & Natta. *conſ. 6.*
num. 16. & *num. 40. lib. 1.* & per alios, vt
copioſè refert Antonius Gabrielis *in* F
dicta concluſ. 2. num. 25. In contraria licet
opinione, cui pluribus robur indere ar-
gumentis conatur, moram facere, pla-
cuerit Bero. *in cap. quæ in Eccleſiarum*
num. 166. de conſtitutionibus. Acrem ta-
men reprehenſionem haudquidem de-
clinauit ex opera Hippolyti Riminaldi
in repet. eiuſdem cap. num. 286. & ſequen.
Ipſammet verò concluſionem in tuta-
men ſuſcepere Ioannes Vincent. de An-
na *in allegat. 69. num. 44.* & Peregrinus G
in tract. de iure fiſci lib. 5. tit. 2. num. 52.
Ipſi atenim duplici limitationem forma
poſuere, vt eos penes conſpici valet:
adde quod Maſtrill. *in tract. de Magiſtr.*
lib. 3. cap. 4. num. 358. qui multis Do-
ctorum, legumque authoritatibus ple-
nè probatum reliquit, pretij priuſquam
res auferatur fieri ſolutionem oportere,
quo autem in caſu vigorem in ſe reti-
neat ſufficientem cauſa; vt demanialia H
huiuſmodi bona ſubire alienationem
debeant, recurſum facere oportet ad
Paſchalium *de virib. patr. poteſt. p. 1. cap. 1.*
ſub num. 70.

Poſterior limitatio ex propè *cit. num.*
107. adducitur, quod vim concluſioni
haud inſit, Regem neutiquam demania-
les poſſe terras inuito, vaſſallis, animo
in alienam tranſmittere poteſtatem, di-
recti quando facere alienationem do- I
minij contendit; ſi aliquam vult in feu-
dum terram, vtile tantum circa domi-
nium, præbere, cum ſui ſalua fides eſſet,
& recognitio. Baldus *in præludijs feudor.*
in 7. col. verſ. expeditum. Vtilis namque
ſi reſpectus habeatur, facere dominij
alienationem valet, vt vult Alexander
conſ. 1. col. 5. verſ. præmiſſis. Afflictus *in*
prælud. conſtitut. Regni Neapol. quæſt. 24.
& cæteri apud Petrum de Gregorio K
de conceſſione feudorum quæſt. 5. num. 4.
Demas tamen huiuſmodi, ſi conceſſio,
quæ in feudo, Regis opera, eſt effecta,
graue Regiæ inferret coronæ detrimen-
tum, puta ſi nunc iſtam, modo illam, &
ita quaſi omnes tali modo tribueret Ci-
uitates. Martinus Laudenſ. *in cap. 1. in*
6. col. qui feuda dare poſſunt, Petrus de

Digitized by Google

A Gregorio *loco ſupra citato num.* 10. Vel
preciosa exiſteret tes, magna ſcilicet ſi
Ciuitas haberetur, & nulla conſenſum
forma præſtare ciues quæſiuiſſet. Idem
num. 13. qui etiam limitationem alijs
ponit in caſibus, & ducit capitula huius
Regni, è quibus demanialium aliena-
tionem circa ſit diſpoſitio: Cuncti ergo
DD. neutiquam regalia ex dominatore
poſſe directum quoad dominium alie-
B nationi tradi; cum & præiudicium, &
diminutio regalis tàm Coronæ, quàm
ſucceſſorum venire conſpiceretur; ſed
illa tamen præbere, vtile tantum circa
dominiũ optimè valet, excepto ni adeo
exceſſiuæ ſint in feudationes magnitu-
dinis, vt detrimentum ærario inferatur
non paruum: ſecundum quę ſcripſit Ro-
land. à Valle *in conſ.* 1. *num.* 107. *lib.* 1.
Peregrin. *de iure fiſci lib.* 1. *tit.* 3. *nu.* 73.
C & alij penes Petrum Ceuedum *in collec.*
iuris canon. in 3. parte collect. 109. *num.* 2.
Sed enim alienatio cum in Eccleſiæ fa-
uorem quocumque ſit confecta modo,
nulla facta diſtinctione, retinet effica-
ciam, prout Conſtantini explicabo de
donatione Imperatorum in ſtatu, & di-
xerunt DD. à Roland. *in conſ.* 88. *nu.* 29.
vol. 1. ducti, & latè hoc Burſaticus *conſ.*
124. *per totum lib.* 1. differit. Quæ autem
D paruæ ſuſcipere, ac magnæ nomen alie-
natio valear, pleno explicatum fuit mo-
do ex Menoch. *de arbitr. Iudic. centur.* 6.
caſ. 559. *n.* 2.

Quæ tertia eſt limitatio concluſionis,
illo venit in caſu, quò vaſſallos inſimul
cum territorij alienare vniuerſitate Rex
vellet omnia emptoris feudalia transfe-
rens in manus iura, ſecundum Alexan-
dri ſententiam *in l.* 2. *num.* 29. *ff. ſoluto*
matrimonio. Zaſij *in tract. de feudis in* 7.
E *parte num.* 57. *& ſequent.* Boſſij *in tit. de*
Princip. num. 290. Pariſ. *in conſ.* 23. *num.*
103. *lib.* 1. Menoch *in conſ.* 32. *num.* 21.
lib. 1. Cephal. *in conſ.* 549. *num.* 4. *lib.* 4.
& Burſat. *in conſil.* 127. *num* 33. *lib.* 2.
Quamquam veriùs obſtent, & contrarij
ſint Ripa *in* 2. *reſponſorio lib in* 25. *reſpon.*
num. 15. Crauetta *in conſ.* 241. *ſub num.*
20. *verſ. ad quartum reſpondeo*, & non-
nulli à Cacchet. *in conſ.* 49. *ſub num.* 20. F
verſ. quia reſpondetur, adducti. Primæ
autem declaratio limitationis fuit à Pa-
ſcalio *num.* 116. *loco ſupra citato* ducta.
Quod tunc nimirum venditionem Ca-
ſtri cum Vniuerſitate fieri dicatur, cum
totius comitatus, ſub cuius dictione
caſtrum permanet, alienatio ita efficia-
tur, vt dominum penes quidquam fer-
mè reſeruatum non fuerit, & explica-
tum fuit ex Neuizano *conſil.* 12. *nu.* 118. G
Vel etiam tunc vniuerſaliter, alienari
nominetur, cum iuriſdictionis proprie-
tas in emptoris facultatem è Rege trã-
mittatur, nec ipſum penes, directi ra-
tione, dominij, poteſtas habeatur: ita
ſenſit Crauet. *loco ſupra cit. num.* 20. *col.*
14. *verſ. ſecundo reſpondeo.*

Quarta illo venit limitatio in acci-
denti, ne concluſio vim habeat, quo
demaniales è conſuetudine terræ poſ- H
ſent in alienationem dari: vt notauit Pa-
riſ. *conſ.* 22. *num.* 27. *vol.* 1. Soccinus Iu-
nior *in conſ.* 94. *num.* 30. *lib.* 2. Paſcalius
num. 119. *qui* 120. *in num.* affirmat,
quod vigili aduerti ſtudio decet, non-
nullos hanc in limitationem Doctores
acriter inſurgere, cum nullam in ſe ra-
tionem includere aſſerant, & ita nequa-
quam validam eſſe: vt dixit Neuizan.
dicto conſ. 12. *num.* 18. *verſ. non obſtat,* I
quod prædicta: relatus à Cacchet *in dicto*
conſ. 49. *num.* 25. Qua vero forma huius
conſuetudo generis valeat probationem
ſortiri; explicauit idem Paſcal. *in d. cap.* 1.
num. 122.

Quinto aſſerit *num.* 124. huic adduci
limitationem ſententiæ, ſi, cùm aliena-
tio fit, nil ſubditi perturbent, nec vllo
querelas modo inferant nouumque ſibi
dominum quietè recipiant: allegat An- K
dream *in dicto cap. Imperialem, §. nec do-*
minus num. 48. *verſ. ſed ſi cum receperunt*
dominum. Maſtrill. *in conſ. vnito contra*
Ciuitatem Tortoreti à num. 47. *&* 53.
Ioann. Vinc. de Anna *alleg.* 50. *n.* 5. *& al-*
legat. 69. *n.* 13.

Debet autem animaduerti, quòd cũ
Vniuerſitatis ob preces, ipſius, per Re-
gis authoritatem Regiæ fit incorporatio
coro-

A corone, ac iniecta promiſſio, aliquo ne tempore à regio, ſeparari dominio poſſet, ad nil aliud, quod Vniuerſitas retinet, priuilegium valorem habeat, niſi quod alteri ſubiecta domino haud ſit, cum nullum vniuſcuiuſque ex vniuerſitate ſub conſiderationem, dicta in priuilegij conceſſione, intereſſe veniat; vel etiam quod domini facere mutationem minimè debeat: vnde quæ facta è Rege B conceſſio; nil dicit, præterquam ab ipſo in priuatum vehi dominum non conueniat: ſummum etenim Regia vitam docere ſub poteſtate felicitatis demonſtrat ſpecimen, ac libertatis. Crauetta *conſ.* 241. *nu.* 14. Macabrunus *conſ.* 15. *num.* 36.

In obſeruatione quidem ponitur, vt in quo caſu aliquam Catholica Maieſtas Ciuitatem in alienationem dederit, cer- C tum cum conſtitutum pretium fuerit, & inſtrumentum gratiæ redimendi adſit, in priſtinam reducatur libertatem, vel abſque inſtrumento: Nam Regij per Tribunal Patrimonij receptum eſſe conſtat, Vniuerſitates, Ciuitates, Iuriſdictiones nec non etiam, de quibus facta ex Rege, ob pecunias, alienatio, ſiue interſit, vel ex aduerſo de retrouendendo pactũ, Regiam poſſe ad Coronam, dominato- D ris quoties in placitis erit, ducta pretij ſoluti ſumma, denuò reuehi: vt ſcripſit Cancer. *variar. reſolut. cap.* 13. *num.* 184. vt plurium fuit conceſſio Ciuitatum, quæ licèt fuerint è Rege alienatæ, ſeſe tamen in libertatem remiſere Tortoreti nimirum, Troynæ, Herbitæ, ac cæterarum: ipſæ namque cum fuerint in alienationem datæ, permiſſum habuere, vt eodem præferrentur proprerio, E & ſui redemptionem facerent: prout eſt Couarr. doctrina *in cap. quamuis pactum parte* 2. §. 2. *num.* 4. *verſ. quod autem Rex non poſſit: de pactis in* 6. & relat. per Amod. à Ponte *in tit. qui feuda dare poſſunt num.* 114. & ſi Vincentius de Frãchis *deciſ.* 17. *per totam*, contraria perſiſtat in opinione, & Camillus de Conte *in diuerſorio iuris feudalis, verſ. licet autem veriſſima num.* 39. *in ſequen.* & Maſtrill. *in conſilio vnico* Tortoreti contra F Ciuitatem.

Notum etiam nobis exiſtit, quod, ex iure quamuis neutiquam Rex, cum inuito ſubditi animo exiſtant, alienationẽ facere poſſit, de facto attamen id patret; vnde quaſi alienandi conſuetudo eſt à Rege introducta, vt ſubditos, licèt mordicus recuſent, valeat in alienationem dare. Guidon Papa *deciſ.* 560. Cotta *in memorab. verſ. vaſſallus metu ad finem,* G & Macabrunus *dicto conſilio* 15. aliter 35.

Conſideratum atenim ex Crauetta *conſ.* 54. *num.* 3. & Menchaca *controuerſ. illuſtrium lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. *& 9. & cap.* 5. *num.* 3. *& ſequent.* Duplicem ineſſe Regi, vt alienationem faciat, poteſtatem: Aliam Regni, ac Regiæ reſpectu Coronæ. Et certum quod neutiquam illi, cum immodica alienatio fiat forma, H præiudicium inferre valet, quemadmodum ſcripſit Cancer. *variar. reſol. par.* 3. *cap.* 1. *de action. & obligat. à num.* 151. *cum ſequent.* Subditorum obiecto alterã, & quæritur, an, cum ipſi animo habeantur iniquo; Nulla Regni quamuis veniat diminutio, poſſint in alienationem dari? & circa primam reſolutio eſt, Regi, communi ex doctrina prohibitum eſſe, vt alienationem faciat. bene verum quod, neutiquam ipſi vetitum red- I ditur, vt in feudum præbeat; dempto tamen ni huiuſmodi, maximum, Regnum aduerſus, præiudicium ex in feudatione reſultaret: vt ſcriptum ex Rolando à Valle in ſæpè *citato conſ.* 1. *num.* 107. *&* 127. *lib.* 2. Garſia *de nobilitate gloſ.* 1. §. 1. *num.* 13. & Amod. à Ponte *in loco ſupra citato num.* 13. *in fine.* Atenim in cauſa eſt: quemadmodum in K vaſſallos ex alienatione detrimentum venit, pari etiam ſurgere forma ex infeudatione præiudicium: vt docet Vaſquius *controuerſ. illuſtrium lib.* 1. *cap.* 4. *&* 5. Adde quod maius in ſe nocumentum, ſubditos contra, infeudatio, quàm, cum veniat pretium, alienatio ducit: cum etenim de vaſſallis efficitur infeudatio, regulariter nulla occurrit ſpes, vt Re-

A Regiæ valeant ad coronæ dominium, vt
notatum ex Rodoan. *de rebus Eccleſ. non*
alienan. quæſt. 51. *cap.* 18. *num.* 19. Quod
ex aduerſo accidit, ſi pretij ex vi fuerit
alienatio confecta: vt ſuperiùs fuit di-
ctum, & explicauit Cali *in margarita fi-*
ſcali dub. 5. *num.* 6. Ex quibus fit, vt nulla
inficias ire valeamus ratione; Regem
ex infeudationis actu priuilegijs de non
alienando contrarium ſeſe oſtendere nō
B poſſe per illa, quæ Crauett. *conſ.* 54. *n.* 3.
ſcripſit, & Vaſquez *dicto cap.* 4. *num.* 9.
Poteſt attamen alicuius aut Villæ, aut
Ciuitatis alienatio validitatem in ſe cō-
tinere, cum Regiæ reſpectus habeatur
dignitatis, vtpotè quæ nullam includat
læſionem, ac ſubditorum obiecto, qui
Regis opera, inferiorem in dominum
alienationem pati, cum exiſtant inuiti,
nequeunt. Hæc verò ſententia mihi, vt
C ipſi adnectar, placuit: ita eſt in votis.
Menoch. *conſ.* 264. *lib.* 3. Burſatic. *conſil.*
350. *lib.* 4. Oſaſc. *conſ.* 26. ducti Crauet.
conſ. 592. *num.* 54. *& conſ.* 463. *num.* 14.
Aduerſus quamuis exiſtat Macabrunus
ab Anguill. *dicto conſilio* 55. Hanc quo
in loco ſub examine quæſtionem poſuit,
& contrariæ ſeſe admiſcuit parti: affir-
mat enim, quod licet in priuilegio fiat
promiſſio, illos neutiquam allo in poſte-
D rum ſubiugare domino, plena veniat de
ſubiugatione interpetratio: conuentio-
nis namque verba pleno debent iure
intelligi. *l. hoc legatum. de legatis* 3. Quod
autem datio in feudū pleno haudequi-
dem ſit iure ſubiugatio, habetur *l.* 1. *§.*
qui in perpetuum, ff. ſi ager vectigal. vel
emphiteut. petat. Huic reſponſum affert
Lancerins *parte* 3. *cap.* 3. *num.* 374. Hu-
iuſmodi affirmans conceſſionem in feu-
E dum plenam ita importare ſubiugatio-
nem, quoad vaſſallos, ac ſi alienati cō-
ſpiciantur, in Regis quamuis vaſſallum
facta conceſſio in feudum ſit; ex eo quia
quæcumque ſubditus, de quo facta in-
feudatio fuerit, conſequi à Rege vale-
bit, vt ſeſe illius ab oppreſſione liberet,
cuius permanet in poteſtate, pari etiam
forma obtinebit, qui & in alienationem
datus, neque plus ille poteſt, quàm iſte:

ad hoc faciunt quæ tradidit Oſaſcus F
conſ. 26. *num.* 15. *&* 15. Maius, adde
quod, vtile vniuerſitati afferre, ſi pretij
valore habeatur alienata, quàm in feu-
dum tributa, dixit Cancer. *num.* 375.
Facili enim ratione primo valet ad co-
ronam duci, poſteriori autem in caſu ex
aduerſo: vt ſuperiùs fuit explicatum:
qui putauit ex cauſa Macabruni conci-
dere opinionem *in dicto conſ.* 15. *num.* 164.
dum ſatis argumenta inijciuntur: ille G
namque affirmat, quod nullo ex domini
regimine auferri dicuntur vaſſalli, cum
infeudatio intercedat, Regis licèt ſub-
iectum exiſtere feudatarium ambiguè
non cognoſcatur; contra enim, certum
eſt ex immediato diſtrahi alienas in ma-
nus, gubernio, ad quod vaſſalli acriter
incumbunt: vt eleganter notauit *dict. in*
conſ. 28. *num.* 14. *&* 15. Oſaſcus. Propte-
rea ex hac gradum facere opinione H
haudquaquam decens eſſe dixit Cance-
rius, veram quemadmodum illam repu-
tauit ſententiam, quæ inficias it, neuti-
quam tribui infeudationem valere; pu-
blicæ quamuis bonum vtilitatis indè re-
ſultare conſpiciatur; vt puta ſi pax ve-
niat, vel remunerationis adſit cauſa in
illius geſta, qui ſtrenuè in Regis, Regni-
que fauorem ſe habuit: dempto quod
alia Regi ex parte, vt ipſius remunera- I
retur labores occaſio, commodumque
non occurreret. Grat. adducit *de donat.*
remunerat. num. 41. *&* 42. & Gratum
conſ. 147. *num.* 23. *&* 24. *lib.* 2. Quo af-
firmat in loco Regis neutiqam verbis
tali quemquam in euētu obligare opus
eſſe, ac maiorem allata dicit vim con-
tinere, vbi nullo merita in feudationem
præiuiſſe modo conſtet: vt explicatum
ex Ceuall. *pract. quæſt.* 273. *num.* 50. & K
oſtendit Nacta *conſ.* 506. *n.* 16.

Nono quemadmodum haudquaquam
Regi permiſſum, vt demanialia circa
in caſibus, quos retuli ſuperiùs, aliena-
tionem faciat, pari etiam forma, baro-
nias, feuda, nec non terras, quæ vel
gratis datæ, vel, cum pecuniæ habeatur
opera, fuerint, in Regium demuò redu-
cere demanium, & renocemus velle neu-

tiquam

Digitized by Google

A tiquam conceſſum, ſi ad poteſtatem legibus ordinariã oculos vertamus. Paulus de Caſtro *in l. digna vox. C. de legib.* Romanus *ſingul.* 463. Soccinus *conſil.* 4. *in ſecunda colum. lib.* 3. & venit Text. *in cap.* 1. *de feudis ſine culpa non amittend.* & dixit Petrus de Gregorio *de conceſſ. feud. parte prima, quæſt.* 7. *verſ. limitos nunc primum concluſionem.* Boſſius *rubrica de Principe num.* 13. & 22. DD. *in cap. venis de iudicijs.* Cephal. *conſ.* 302. *nu.* 129. B *lib.* 3. Dicta verò magis excipere vim conſpiciuntur, ſi vel ſeruitiorum obiecto, vel ex contractu fuerit effecta conceſſio; illo namque accidenti reuocationem minimè pati valet, cum proprio in obligatione perſiſtat ex conſenſu. Afflictus *in conſtitut. Regni: ea quæ ad decus.* Abbas *in conſ.* 3. *quæſt.* 19. *in* 2. Boſſius *loco citato num.* 28. Hinc Baldum *in cap.* 1. C *in princip. de natura feudor.* explicaſſe conſpicimus Dei, Optimi, Maximi ex prouidentia Regi ſubiectas fuiſſe leges, contractus haudequidem: ex quibus conſurgere obligationes videntur. Abbas *in dicto conſ.* 3. *quæſt.* 27. *verſ. in his infera;* ſequitur Cephal. *dicto conſ.* 302. *num.* 130. Taliter vt, cum feudi, vel baroniæ facta conceſſio fuerit, & demaniales reddere ſubditi contenderent, Baroni, vaſſallos contra, qui talia perpa- D trare audent, arma poteſt excitare, aliorumque ipſos aduerſus, implorare auxilium, eſt permiſſum, vt propriam illos ad obedientiam valeat reducere, ac imperium. Petrus de Gregorio *de conceſſione feudorum parte* 7. *quæſt.* 4. *nu.* 15. Ex quo, tali, affirmatum, in caſu, nullã poſſe à Regis facultate forma, Baronis vaſſallos, perſonalia quæ ſint, ac rega- E lia, liberationem inferri è ſeruitijs, ac vaſſallagij circa ius, ex quibus in obligatione conſtituuntur, cum graue ipſius præiudiciũ Baronis reſultet: ex eo quia per indirectum conceſſio Baroni, eiuſque ſucceſſoribus facta nulla ex efficacia cauſæ, reuocationem pateretur. Id autem confici neutiquam decet: ex illis, quæ conſcripta per Bald. *in l. qui ſe patris in* 7. *colum. C. unde liberi.* Cum legitimam verò interueniente cauſam, nec F enorme factum haberi certum ſit, nulla cadit in Regem prohibitio, vt demanialia facere feuda valeat. Lucas de Penna *in l. poſſeſſores col.* 7. *C. de feudo patrimonial. lib.* 11. Freccia *de ſubfeudis lib.* 1. *rubric. de origine Baron. num.* 33. Petrus de Gregorio *dicto tract. parte* 1. *quæſt.* 7. *verſ. ſecundo limito.* Addens tamẽ quod, id perpatrare factum, Regi extat con- G ceſſum, ſi magna vltra quam, & iuſta concurrat cauſa, pretij fiat Baroni reſarſitio, quod vigorem empto in feudo, ac etiam quod ex contractu obtineatur, explicat retinere Crauett. *conſ.* 6. *nu.* 199. & ſequitur Vrſillus ad Afflictum *in deciſ.* 265. *num.* 16. ſi alia vero forma Rex agat permiſſum venit, vt querelas emittere, ac, iure quidem optimo, prouiſiones Iuſtitiæ committi de rigore valeat poſtulare, cum nulla, vltra quæ tra- H dit remedia Panormitanus *in dict. conſ.* 3. *col. penult.* quæ in regno non ſolui neutiquam debent recipi, alia verum etiam plena vocauit, de Gregorio *dicta quæ.* 7. *verſ. & ſi in caſu reuocationis, & eadem prima parte quæſt.* 4. *in fine.* Regi etenim abſque eoquod culpa non abſit à vaſſallo ſurripere licet, *vt in cap.* 1. *de natura feudor.* Afflict. *in conſtitut. Regni de prohibita feudi alienatione,* per Fedecieum I *in cap. Imperialem in* 3. *notabil. num.* 22. *fol.* 716.

Vetitum autem (vt obiter dicam) Regibus, cæteriſque Principibus exiſtit Catholicis, vt Iudæis, cum Pontificis non interueniat fidultas, vſurarum ſuis concedant in Regnis proprios quoad ſubditos, exercitium, ad bonum licèt finem id agant: vt ſenſit Ancharan. *conſ.* 243. quem ſequuntur Anna *in cap.* K *poſt miſerabilem de vſuris.* Alexander *conſ.* 1. *vol.* 2. Ea exciti ratione, qua demonſtratur *in dicto cap. poſt miſerabilem:* ſummo deſcendere iuſſum è Pontifice: Chriſtiani vt Principes cogere Iudæos nitantur, ad vſuras, quæ fuerint de Chriſtianis exceptæ, ipſis reſtituendas. Tali de cauſa nulla Principi ratione conceſſum habetur, vt ſummi quamuis licen-

A licentia non adſit Pontificis, de vſuris
exactionem Iudæis poſſe à Chriſtianis
expoſcere permittat; certum eſt enim,
haudquaquam ad vſurarum exactione
eos compellere, ſi exactionis faciat co-
piam, cum non prohibeat; & licèt ex
Paulo de Caſtro *conſ. 397. vol. 2.* & Ale-
xand. ipſi contrario *conſil. 57. volum. 1.*
Hoc nullam ſortiatur probationem, dũ
affirmatiua perſiſtunt in ſententia: Ca-
B tholicos nimirum poſſe Reges Iudæis
facultatem præbere, ad hoc vt vſuras è
Chriſtianis non vereantur exigere,
quemadmodum & meretrices valent,
nec non vxoricidium permittant ne
maius eueniat damnum. Fulgidius ete-
nim veritatis lumen videtur ſententia
continere; ſolius namque Pontificis in
poteſtate permanet, huiuſmodi vt di-
ſpoſitionem deroget. *dicto cap. poſt mi-*
C *ſerabilem de vſuris.* Propterea neutiquã,
ſi Papæ non interſit facultas, Chriſtia-
nos decet Principes, vt Hæbreos, in
vſurarum exactione ab extraneis tole-
rent; ſi hoc enim agant modo ipſos mi-
nimè ad vſurarum impellunt reſtitutio-
nem; & ſic de ſpiritualibus curarent.
Quis etenim Eccleſiaſtica ſeculari ne-
gotia incumbere dicat? Quis quæ ad
animam ſpectant illis conuenire ani-
metè Ita namque alienam ponerent ma-
D nus in meſſem. *cap. ſi Imperator diſtinct.*
96.

DE REGALIIS.

Cap. 4.

POſtquam de Regis poteſtate ſer-
monem fecerim, de regaliis huc
verba ducere graue mihi eſſe onus
E haudequidem putaui, quæ à populo,
vt rectè Iuſtitiam ſubditis tribueret, Re-
gi fuerunt conceſſæ, ipſum etenim
ſuam conduxiſſe operam ſubiectis, illa
ob iura, quæ ſuperius duximus, cer-
tum eſt: argum. Text. *in l. prima, ff. de*
locati. ſecundum quæ ſcripſit Andreas
in conſtitutione Regni Siciliæ ſuper inciſio-
nibus in 3. colum. Afflictus *in tit. quæ ſunt*
regalia in rubrica num. 7. Quo ſcriptum F
in loco ad nos tranſmiſit, alias eſſe Re-
gis operas non debere, quàm iuſtitiæ,
ſubditos inter, adminiſtrationem face-
re, vt malis immixti bonis quieto vitam
ducant animo; reprobique puniтionem
excipiant. *cap. noſtra 23. quæſt. 5.* In-
ſtaſque legum condere normas, ac ad-
uerſa eliminare. *cap. ſi Eccleſia in fine*
23. quæſt. 4. Qua de cauſa refert è Ioan.
Andrea *loco ſupra citato illa in parte*, qua G
Beatum Thomam ducit in *2. 2. quæ. 63.*
ea in quæſtione, *Vtrum illi, qui recepe-*
runt Iuſtitiam à Principe teneantur ad ve-
ctigalia Principis &c. Prolatum, quod
Theologi aſſerunt, ea Regibus ex cau-
ſa redditus, velut ſtipendia certa dari,
tutius vt in regiminis ſpatio Iuſtitiæ ad-
miniſtrationem faciant: huic autem
probationem adducere ſententiæ con-
tendit ex Epiſtola ad Romanos *cap. 13.* H
dum ibi. *Ideoque neceſſitate ſubditi eſtote,*
non ſolum propter iram, ſed etiam propter
conſcientiam, ideo enim tributa præſtantur.
Cum Regis etenim defectus in Repu-
blica priſcis habebatur ſæculis, vnuſ-
quiſque quod ſibi eſſe rectum videba-
tur, perpatrare non dubitabat: vt con-
ſpicimus in Hiſtor. Iudicum *cap. 17.* Nã
dum ratio expoſcitur, qua de cauſa Mi-
cha facili ſeſe præcipitem dederit in I
idolatriam forma, Simulacra nec non,
quibus, & Sacerdotes conſtituit, ædi-
culaſque ſacratas ædificauit: ſic expli-
catur: *In diebus illis non erat Rex in Iſraël.*
Quod idem *in cap. 18. in fine, & in cap. fin.*
finalibus verbis reperitur. Propterea
Iuſtitiæ debitor à Deo conſtitutus Re-
ctor exiſtit, ac finis, ex quo populi ſibi
ſubiecti à reuerentia exigere tributa
videtur, ille eſt, vt in pacis illum tran- K
quillitate conſeruet, ac animorum in
cõcordia per iuſtitiæ medium ſua exer-
ceat imperia. *cap. Regum officium 23.*
quæſt. 5. ad Diuum Hieronymum ad capit.
22. Toloſanus *de Republica lib. 4. cap. 6.*
num. 5. verſ. debet tenere in fine. Ad rẽ
igitur. Ea regaliæ dicuntur ex ratione
ad Regis eoquod ius per ipſas pertine-
re certum eſt, ac talia ſunt, quæ à Fi-
derico

A derico Imperatore *in cap. quæ ſunt rega-*
lia lib. 2. feudorum tit. 56. traduntur; vt
Armandiæ nempè, viæ publicæ, flumi-
na nauigabilia, & ex quibus huiuſmodi
alia ortum habent, Portus, Ripatica,
Vectigalia, & quæ vulgò dicuntur Fiſ-
colonia, mulctarum, pœnarumque com-
pendia, monetæ, bona vacantia, & quæ
ab indignis auferuntur legibus, extra-
ordinaria collectio, & cætera, quæ illo
B ex loco populi ſpectare ad facultatem,
certum erat; de his autem omnibus
præſenti nonnulla ducam in re ſenten-
tiaſque adamuſſim explanare non vere-
bor, & [illegible]

Prima in parte de Armandia, vel, vt
plurium in placitis eſt, Armanias mul-
tas poſtquam exprobarim opiniones,
H quas dixit Afflictus *in dicto tractatu quæ*
ſunt Regalia in verbo Armandiæ. Verior,
C quæ meæ apta menti, videtur expoſi-
tio, vt publicæ ius fabricæ armorum
conſeruationi deſtinatæ, vel, quæ priua-
ta non exiſtant, armamentariorum Mo-
des nimirum, arma in quibus, tormenta-
que conſtituuntur bellica, ſint, nec non
alia conſeruentur, quorum ex ope, na-
ues, vbi neceſſitas vrgeat, ſibi robur
indere valeant: Armandiæ qua de cau-
ſa ex Armandis hominibus nominantur;
D publicis namque locis in cuſtodia poni
arma ſolebant, vt, belli ſubito quàm
tempus adueniret, ſeſe ad tutamen
poſſent milites comparaturi exponere:
auxilium etiam præſtabant, ſi permini
ciui inſurgere tumultus viderentur,
quemadmodum in oratione 17. pro Ra-
birio, cum de ſeditione Saturninum
aduerſus, verba faceret, Cicero retulit:
Eo tempore ex ædificiis armamentariiſque
E *publicis, Populo Romano C. Mario Conſule*
diſtribuente data: Imperium Populi Ro-
mani, maieſtaſque conſeruatur. Quiddum
autem ex Principibus elicitum fuiſſe
veterum conſpicimus, priuatorum ne
in facultate arma poſſiderent, nec alibi
quàm publicis conſtruerentur in ædifi-
ciis, ne ſi diuerſis fierent in loco, vena-
lia ob pretium tribui ciuibus accideret,
poſtquam verò conſtructa, in publico

illa poni armamentario ambiguum non F
eſt; vt Iuſtinianus conſtituit *in nouel. 85.*
de armis. Quia Deus commiſit ſubditos
Principibus, vt illæſi, & ſine calumnia
cuſtodiantur, qui iuſſa depromit *in §. fin.*
nouell. 7. tit. de mandatis Principum illi,
qui Prouinciæ Præfectus eſt: ita, *Neque ar-*
mis uti non militantem permittes aliquem.
Reſponſum autem affert Martianus Iu-
riſconſultus *in l. prima, & 2. ff. ad legem*
Iuliam de vi publica. Eum, qui ſeſe pe-
nes, arma, telaque vel domi retinere, G
vel agro, illa præter, quæ venatus per-
tinere ad vſum apparent, aut nauiga-
tionis haud certè dubitarit, Legis Iuliæ
diſpoſitione de vi publica, pœnam ex-
cipere; Demas tamen, iuxta Scæuolæ
tempus, Iuſtiniani ante ſtatuta, quæ cō-
mercij ergo alicuius exiſtant in pote-
ſtate, aut hæreditatis obtenta fuerint
iure [illegible]
Multiplices autem rationes occurrere H
veniunt, ex quibus optimè probatur,
quæ, & arma, & armamenta, Principis
ad ius ſpectent ex cauſa, & ipſas inter
duas adducam præcipuas: & primò eò,
quod taliter agi, Reipublicæ conuenit
bono; alio namque modo illius obtine-
ri haudquaquam regimen valet; Princi- I
pi enim gladij fuit poteſtas è Deo tri-
buta, vt legimus in Epiſtola ad Roma- K
nos cap. 13. Ipſe autem, & vitæ ſibi, &
necis facultatem deſumpſit, vt ſui, mi-
niſtrorumque per operam, vbi & impro-
ba expoſcunt acta, & ſcelesti homines,
illo poſſint vti, bonorum vt laudes, & cō-
tumaciam puniant improbis. explicentur
aſpectu. Hac de cauſa, cum ipſius neu-
tiquam veniunt iuſſa, de armis nequi-
quam fieri motum decet, ex Principis
enim authoritate rationem Deus de
gladij petet vindictæ. Taliter vt, huiuſ- *
modi publica, non equidem priuata
exiſtit poteſtas, cum vel ex Reipublicæ
conſilio, vel eorum, quos apud legiti-
mè permanere Imperium videtur, iuſſu
arma excitari, bellum inſtitui oportuit.
Hinc ex eo quia dependentiam ſumunt,
quibus ſi aliter priuatus quis agat, læſæ
committet Maieſtatis crimen; vt habe-
H tur

A tur ex Martiano reſponſum *in L. lex duodecim tabularum 5. §. eadem lege, ff. ad legem Iuliam Maieſtatis*, quo in loco: *Eadẽ lege maieſtatis teneri, qui in iuſſu Principis bellum geſſerit, delectumue habuerit, exercitum comparauerit, quiue, cum ei in Prouinciam ſucceſſum eſſet exercitum ſucceſſori non tradit*. Circa hæc autem bellico quidquam in ſtatu explicaui.

Poſterior, qua de cauſa nimirum ad
B Regum ſpectare debeat Principumque, armorum ius poteſtatem ratio, ex populi deuenit ſalute, quæ cum dominatorum poſita ſub cura fuerit, nulla ſubuerti forma, vel perturbationibus obuolui, læſionemque pati, aut etiam ex tranquillitate deijci, armorum præterquam inſolentia, valet; ſi hæc enim permitterentur, latronibus, ciues aduerſus, inimicos contra, inimicis, cum nullum è magiſtratibus poni remedium poſſet
C fas eſſet inſurgere; quapropter Principem decet, cui, & populi tributa fuit cuſtodia, & ſalus, vt, & quibuſdam prohibeat, & pluribus arma concedat, illoſque ſtatuta qui violare minimè dubitat, acri ſubire, audaciæ punitionem, flagello cogant; hac de re, iure quidem optimo, L. Domitius, qui ex Populi Romani electione hoc in Siciliæ Regno imperium exercebat, cum ædictum, ne
D telum quiſquam ex quauis haberet cauſa emiſiſſet, Paſtorem, qui vaſtæ aprum magnitudinis venabulo exanimem deiecerat, cruci affixit, publici enim ratio reguninis minus rigoroſum expoſcere Imperatorem, haudequidem videbatur, nec minus aſperum exiſtere perpeſſa eſt Rectorem: vt Valerij Maximi *lib. 6. cap. 3.* & Ciceronis *oration. 7.* ſententia eſt. An crudeliori verum non
E induantur homines natura, cum vires ab armis excipiunt? Forſan illos contumacia deſtituet? Noua pertentare negotia neutiquam ceſſabunt, quietiſque perturbare tranquillum haudequidem effugient. Id autem non accidet, cum illa prorſus vetita redduntur, exindè nam in quiete hominum ſtatus conſtituitur, vt Lydorum emanat penes Iuſtinum ex Trogo *lib. 1.* exemplum. Non F
longè itaque (vt hic non prætercam) à proditione abſens crimen, illum perpatrare fuit conſtitutum, & non paruum ducens imperio detrimentum, ac Reipublicæ ſcelus, qui ad Barbaros, ac Orthodoxæ inimicos fidei arma ferre, loricas ducere, clypeos exportare, ſagittas vehere, gladioſque minimè dubitat, & capitalem excipere pœnam oportere, cum tam ſacra frangere ſta- G
tuta non erubuerit, demonſtrat *l. 2. C. quæ res exportari nequeant*. Pontificio adde quod iure punitio in huiuſmodi proditores extat inflicta: Eccleſiæ namque diuiduntur à corpore, ac excommunicationis declinare fulmen minimè valent. illorum nec non, qui eos capiunt, ſub facultate ponũtur, ſubiectaque pro- H
ſcriptioni bona permanent: ex Concilio Lateranenſi, III. ſub Alexandro, vt *in cap. 14. relato, in cap. quorumdam 6. de Iudæis.*

Regis in authoritate ſecundo adeſſe, aut Regaliæ dicuntur viæ publicæ; quas Afflictus *in dicto tit. quæ ſint regalia, in verbo, via publica*: venire affirmat, cum ex vtroque viæ capite ad aliã fieri greſſus poſſet, per Text. *in l. fin. ff. de via publica, & in l. 3. §. viarum, ff. ne quid in loco publico*, qua in parte per quam I
aptam Iuriſconſultus diſtinctionem publicas inter vias, priuataſque nec non vicinales affert, & vt ab ipſo explicatũ in conſtitutione *Sancimus, de iure promiſceos*. Quod publica ſcilicet dicta via ſit, publicum ex eo quia ſolum habetur relictum, certorumque ad terminos finium ab eo conſtitutum, publicandi cui ius inhæret. *dicta l. 2. §. viam publicam*. Qua de cauſa ex eo quia Rei- K
publicæ ſolum eſt, ad Regem eius pertinebit authoritas, nec non poteſtas, cura etiam ipſi adhæret, & compendium: vſus autem ad populi quẽlibet ſpectat: exindè accidit publica quæ, vel in Regia inueniuntur via, vel aberrantia, vel amiſſa, & pro nullis reputata, viæ domino Regi ſcilicet vel Reipublicæ afferri, vt in Regno mos eſt, quæ Rantariæ

Digitized by Google

A riæ, proprioque de animalibus nomine
dicuntur, quæ cum nulla ex terrefactu
perſecutore, vel indagata, incerto perma-
nere ſub dominio conſpiciuntur, per
Text. *in l. 3. §. Verba de acquirenda poſ-
ſeſſione*. Ioannes Faber *ad §. examen apũ
de rerum diuiſione*. Quod alias circa res
inuentæ quæ fuerint, in obſeruatione
ponitur, dum illius perſona, cuius per-
tinebant in poteſtate, noſtrum haud
B fermè in cognitionem venit: id autem
prudenti conſilio tum vigilantia conſpi-
citur, ex eo quia vagæ dum rei nun-
quam dominus agnoſcitur, priuatorum
in manu, abſque eo quod furti ſuſpicio
adſit, nullo vel detineri, vel vſurpari
modo poſſunt: cui namque certum red-
ditur pro derelicta dominum æſtimaſſe
rem? *l. prima, & ſecunda pro derelicto*.
Tali propterea in caſu loci traduntur
C domino, ac ſi publica id accidat via of-
ficialibus, quos (vulgo Baglij) vocant,
animalia tribui ducique debent: vt in
Paſtorum explicaui ſtatu; quæ penès
ipſos aliquot per dierum ſpatium face-
re moram oportet, vt ſi domini occur-
rant, ſibi accipiant, quod ſi ex contra-
rio euenit ipſis per Curiæ operam ba-
iulis, velut acquiſita præbentur: id
etiam fugitiuis obſeruatio in ſeruis do-
cet: multas autem inſtituit quæſtiones
D Afflictus *in loco ſupra citato* in materia
viæ, locique publici, ad quem ire,
cum neceſſitas vrget, benè quilibet
valet.

Tertiam, quæ Regi adhæret, rega-
liam, nauigationi apta præbent flumi-
na, & quæ huiuſmodi fluuijs ortum
dant; ipſa enim, dominatorum ſi pro-
prietatem circa, oculos vertamus, in
E facultate permanent, ſi ad vſum vero,
publica dicuntur, per Text. *in leg. quo
minus, de fluminibus*. Afflictus etenim
Publica exiſtere nauigabilia diſſerit flu-
mina, ſi nauigationis ſub conſideratio-
ne vſum ponamus; aliorum autem re-
ſpectu Regis haberi, vt ſenſit Gloſa,
& Bartol. *in dicta l. quo minus, in princip.*
Publica etenim quemadmodum in tel-
lure via in Regis conſiſtit manu, pari

etiam forma publicas itinera per vndas F
ad ipſum ſpectant; eis autem portus in
locis, omnia ſicuti publica, Regi, vt
de illis faciat diſpenſationem, conceſſi;
& Marcianus Iuriſconſultus ait *in leg. 4.
§. fin. ff. de rerum diuiſione*. publica flu-
mina ferè omnia iuris haberi, quod &
Iuſtinianus *in §. flumina, inſtit. de rerũ
diuiſione* de portu confirmat, atque Pau-
lus Iuriſperitus *in l. 3. ff. de fluminibus*,
ait: *Flumina publica, quæ fluunt, ripæque* G
*eorum publica ſunt, ripa ea putatur eſſe,
quæ pleniſſimum flumen continet*. Publi-
cum illud nominatur flumen ex Cai, &
Celſi *in l. prima, §. fluminum eodem titul.
de flumin.* Quod aquæ includit perenni-
tatem, illud autem, vel nauigationi
aptum, vel ex aduerſo nulli peruium
rati ſit, *l. prima, §. pertinet, ff. ne quid in
loco publico fiat*. Quis etenim naturali,
maris aquam, ac aera, iure, omnibus H
non dixerit communia? *dicta l. ſecunda,
§. fin. ff. de rerum diuiſione*. Sed tamen
prædiorum, quæ maris penes littora,
& portus extant, poſſeſſores, quidquam
ex pelago deiectum, cum naues diſſolu-
tis compagibus, & merces in ruinam,
ac ad mortem, & merces traxerint, &
homines: per Text. *in l. 3. ff. de incendio,
ruina, & naufrag.* Demas verò, niquæ
vndarum perpeſſa rabiem, pyratarum I
extiterint nauigia. Authen. *nauigia C.
de furtis*, plures ſunt quæſtiones. Affli-
ctum penès *loco ſupra citato de fluminibus
publicis* duxæ. Quas inter præcipuum
occupat locum, & per dies continge-
re, ac in praxim reduci videtur. An ſci-
licèt, cum quis publico molendinum in
flumine conſtruxerit ſuperiori velit al-
terum quiſquam excitare in parte, ſi
Principis adſit facultas, quæ vllo ſor- K
tiri abſque damno, ac tertij incommo-
do interpretationem debet, vt venit
Text. *in l. 2. §. ſi quis à Principe, ff. ne
quod in loco publico*. Id agere valeat: quæ-
ſiti autem vt reſolutio habeatur, diſtin-
ctionis vti fœdere ipſi placuit. Vel, ni-
mirum primi conſtructor molendini li-
cito id obtinuit modo, vel aduerſa ex
parte; primo caſu aquæ perſtringens

A copiam, vel aliquid in proximi præiu-
dicium perpatrare neutiquam poſterio-
ri permiſſum, dum ſibi auferre lucrum,
ex publico quod ille ſuis percipit labo-
ribus, haudequidem valet, vt *in dicta*
l. 2. §. tertio, ff. ne quid in loco publico.
Sed ſi minimè licita illud habuit forma,
ſecundus impedimentum adducere iure
fermè optimo poteſt; vt *in dicta l. 2. §.*
idem ait.

B Quarto, vectigalium venit impoſitio
in ordine, quæ alia tributi, vel exactio-
nis excipiunt nomen forma: hæc autem
indicere ad ſummam Regiæ Maieſtatis
authoritatem pertinet, qua de cauſa,
cum iſta quiſque iniungere contendit, ſi
facultas è Principis conceſſa poteſtate
non exiſtat, neutiquam valet. *l. 3. C.*
vectigal. noua institut. non poſſe: in promp-
tu ratio eſt: Quis etenim priuatæ ma-
C gnitudinem rei plurium, vel omnium,
concreſcere dicet exactione hominum
debere? Nemo, niſi pecuniarum hel-
luo: id autem permitti neutiquam de-
cens eſt: maximè namque à re, vtilita-
te ſcilicet, publica deuium conſpicitur;
vnde hoc agere ciuitati cuicumque ve-
titum reddi tur, ac vniuerſitati. *l. 2. C. eo-*
dem. Quamuis etenim Reſpublica qua-
liſcumque, ac ſumma exiſtat, *l. 14. ff.*
D *ad municipalem*. His attamen frui mini-
mè poteſt, quæ maieſtatis pertinere ad
ius ambiguum non eſt: vetitum verò
ipſis haudquaquam dicitur, commu-
nem vt arcam, teneant, ac ærarium,
actorem quemadmodum, qui commu-
nis, omnibus, habeant, *l. prima, §. 1. ff.*
quod cuiuſque. Hoc autem referri ad illa
oportet; quæ dominij ſpectare ad mu-
nicipes videntur; propriatum namque
E dominium rerum ſua continent ſub fa-
cultate. *l. antepenult. & penult. ff. eodem.*
Accedit quod & ſocietatis iure, omniũ
ſcilicet conuentione, in commune, quid-
quam, vt Reipublicæ cum interuene-
rit neceſſitas in promptu ſint, conſtitue-
re valent: argum. Text. *in l. 3. de adi-*
mend. reb. ad Ciuit. pertinent: Tali ſed
enim caſu; cum quis contrarium ſeſe
omnium demonſtrat votis, & contri-
buere denegat cogi plurimum poteſt F
ſuffragijs, & compelli; ambitioſa nam-
que ſi hoc non ageretur, decreta exi-
ſterent, ac tali modo neutiquam obſer-
uatione digna. *l. 4. § 1. de decret. ab or-*
din. facien. ex diſſto. Qua de cauſa omni
pro euentu ſecuritate magis præditam
extat, conſilium, benè conſtituta in
Republica, vt Ciuitatis neutiquam in
ærario, vel Vniuerſitatis ciuium admi-
ſceantur contributiones, ſi Regis mini- G
mè authoritas adſit, publicum licèt ad
corpus, neceſſariamque ipſius repara-
tionem aliquid ex cuiuslibet facultate
contribui, ſpectet: non ingentis nam-
que difficultas habetur momenti, vt ex
illis regimen in factis expoſcamus, &
conſilium, rerum apud quos permane-
re ſumma conſpiciatur. Sed enim quod
reliquum eſt, horum congruum pru-
dentiæ habetur, vt id minus acri per- H
mittant voluntate, quod æquitati ma-
gis conſentaneum videtur. *l. prima, &*
2. C. vectigal. noua inſtitut. non poſſe. Ta-
liter vt huius onera generis, cum nullo
Principis mens conſenſum præſtiterit
modo Ciuitates haud fermè imponere
valent, tertij ſi in præiudicium, qui ip-
ſius vici, aut etiam municipij non exi-
ſtat, illa reſultare videantur: ex eo quia
res, alios inter acta vulgatis inferre iu- I
ribus detrimẽtum alijs nequaquam po-
teſt: vſus attamen introductus eſt vi, vt
decreta: & incolis, & exteris; & illis,
qui tranſitum eum faciunt per locum
proprijs, nec non etiam ciuibus pari
præiudicium inferant lege per doctrinã
Bartol. *in l. infamem num. 14. de publicis*
iudicijs, & inſpicere debet adductos pe-
nes Andream Gaillam *lib. 2. obſerua. 57.*
num. 3. Gothofred. *in l. non dubito de cap-*
tiuis poſt liminio reuer. Hoc autem cæte- K
ris in Vrbibus, Pagiſque, ac Vicis; in
quibus ærarium, vel communionis iu-
re, aut etiam ſocietatis, exiſtit, vigorem
ſtatutum haud retinebit, nec iniici fer-
mè conuenit; ipſas namque priuatorum
intelligi nomine ambiguum non eſt. per
l. cum qui, ff. de verborum ſignificatione.
Qua de cauſa, vt præiudicium alijs poſſit
addu-

Digitized by Google

A adduci Regia neceſſe eſt, vt permiſſio adhibeatur, & conſenſus. per *dictam l. primam. C. vectigal. noua inſtitui. non poſſ.* qua de re Alexander Tertius *in cap. innouamus 10. de cenſibus.* ait. *Innouamus ne quiſquam alicui nouas pedagiorum exactiones ſine authoritate, & conſenſu Regum, & Principum ſtatuere aliquo modo præſumat, ſi quis autem contra hoc fecerit, & commonitus non deſtiterit, donec ſatisfaciat, communione careat Chriſtiana.* B Ciuilis autem ex diſpoſitione iuris exilij pœna in huiuſmodi audaces fuit inflicta. *in l. final. C. noua vectigal. imponi non poſſe.* Accedit quod eodem ex iure nulla permiſſum forma eſt, vt, cum Regis non adſit præceptum, vel præſes, vel curator, curiaue conſtituere vectigalia poſſit, aut etiã præcedentis reformationem, vehere, vel ipſis addere, aut quidquam tentet diminuere: C vt explicatum ex Hermog. Iuriſconſult. *in l. vectigali 10. ff. de publicanis, & vectigalibus.* Hac de cauſa, cum datiorum impoſitionem circa Regibus tãtum inſit poteſtas, vigili curare ſtudio conuenit, ne plus æquo grauamina populo inferantur. Tributa enim, ac vectigalia pro cuiuſque cenſus, ac facultatis ratione imponuntur: quapropter hoc præſidibus modo, qui Prouincijs D onera conſtituere ſuadebant, reſponſum dedit. *Boni Paſtoris eſt tondere pecus non deglubere.* Sicuti etiam in huius vita Imperatoris Alexandrum Macedonem dixiſſe Tranquillus aſſerit. *Odi olitorem, qui radicitus herbas incidat.* Simanca *de Republica lib. 9. cap. 2. nu. 8.* affirmat: quod ſi neceſſitas, & æqua, vt vectigal imponatur, & de illo fiat exactio, interueniente cauſa videatur, id agere dominator va- E let, legitimus namque, vſus, ſuperiori Regum poteſtati, vti diſpenſatrici fuit conceſſus, non abuſus autem è Deo datus. Propterea ſi ex libito conſtituant, vel præfigi permittant peccati reos exiſtere certum eſt ex Innocent. ac Ioannis Andreæ *in dicto cap. innouamus* eſt ſententia Rapinæque perpatrare ſcelus, ac exindè ad reſtitutionem compelli dicuntur; quo autem caſu è criminis macula

-bs

F eſſe cupiunt alieni, iuſtam pro ſcopo retinere cauſam debent; ſi Reipublicæ nempè ſurgere vtilitas conſpicitur: ſed enim extraordinariæ quæ ſtatuta, & graui nimium onere ſubditos comprimunt, præſertim quo in accidenti cauſa, ob quam fuerãt inducta, in defectum abijt, laudabili ſæpiùs facinore, ac populi quod ſit aptum vt amorem concilietur, certum ſaltem vſque ad temporis ſpa- G tium, debent remitti. Hac Cæſar Tiberius forma cum centum Romanis fuerit ſextertia pollicitus, ærario quidquid tribuebant, & fiſco quinquennij remiſiſſe per curſum dicitur, vt eſt Taciti *lib. Annalium 2.* relatum. Adde quod ob, ſubditis quæ inſit, virtutes è quibuſdam, vel cuncta, vel nonnulla neutiquam exigere vectigalia æquitatis cõueniens muneri extat, belli vel eoquod fortes in H periculo Martiſque fideles in tumultu habiti, quemadmodum hoc in Siciliæ Regno immunitas è noſtris conceſſa Regibus Mamertinæ Vrbis ciuibus fuit, quæ multis confirmationem ex priuilegijs deſumpſit: Regale namque cum tutari contenderent diadema, & vitam in diſcrimine, magna cum patrimonij iactura, nec non bona, minimè dubitarũt ponere: talis habetur Giurbæ *obſeru. 75. in princip. aſſert.* I Cuius ad ſimilitudinem largitatis Philippi, qui ad ſuperos commigrauit IV. pietas, vt omnia, quæ decurſa, Regiæ Curiæ debita Siculis remiſſa exiſterent, nec venturo exigerentur æuo, conſtitutum voluit. Quæ autem ex Ioanne Chokier 2. *in libr. cap. 10. Aphoriſmor. polit.* cautiones tribuuntur, notari; cum datia imponuntur, à Rectore debent; hæ autem ſeptupliciter ve- K niunt. Et primò, ne graui nimis premant ſubditos onere, quod ipſorum tolerari viribus non poſſit, cum rerum, & iam copia veniat, & anguſtia. Ne in prouincijs ſecundò crebris, nouiſque, dum conſtituuntur grauamina, modis turbationes immiſceantur, vigili verò neceſſe aduerti cura, vt abſque eoquod auaritiæ Magiſtratibus, Miniſtriſque nota inſtigatur, vetera è ſubditis valeant

per-

A perferri. Tertiò ne miſerorum oppreſ-
ſione, vel populi, eruantur pecuniæ la-
crymis: quæ namque tali deſumuntur
vicæ Tyrannicum denotant animum, &
adulterinum conſtituunt aurum. Quar-
to, vt dum earum exactionem quis fa-
cit, nullus excitetur tumultus, ac tot il-
lata per annos tributa neutiquam quere-
lis aduehantur. Quinto, vt, cum vecti-
galium fiat ſolutio indemnitatem in cæ-
B teris excipiant ſubditi. Sexto, vt æquali
tributa modo veniant impoſita, quo
enim diſparitas habetur in caſu, eo &
liuor ſibi originem deſumit, ac inuidia.
Vt illa denique pacis dum ſerenè tem-
pus ridet, quæ fuerint extraordinariè
conſtituta, delæantur onera.

Monetæ, quinto, Maieſtatis ad ius,
facultas, aut ſummæ ad potentiam Rei-
publicæ ſpectare firmum eſt: vt conſpi-
C cimus *in dicto cap. vnico, quæ ſint regalia.*
Hoc autem ideo habetur, ex eo quia
illos penes, qui ſummum retinent im-
perium, permanet; taliter vt qui pecu-
niæ ſibi cudendæ authoritatem accipit,
dum nullum huius rei, aut Vicarium
ſuis, aut ex beneficio, vel ex priuilegio
retinet, id ruit in crimen, quod caput
in pœnam expoſcit: vt ſtatutum eſt, in
l. prima, C. de falſa moneta: Maieſtatis
D etiam læſæ ſceleri obnoxius eſt. *l. 2. tit.
eodem.* Antiquis autem ſeculis Cæſares
nullo, id facultatis modo cuiquam per-
miſſum, vel ex priuilegij, vel reſcripti
beneficio voluere; quod ſi alicui con-
ceſſum id fuerat, in exercitio tamen po-
ni haudquaquam licebat. *l. vlt. C. eodem.*
Ac etiam quælibet reſcripto conceſſa
poteſtas effectui minimè dari valebat, ſi
publico, vel priuato exiſteret iuri aduer-
E ſa *tot. tit. C. de precibus Imperat. offeren.*
Exercitus attamen Duci, aut præſidij
Præfecto aliqua, hoc circa negotium,
conſuetudinis è vi, tributa facultas fuit;
adeò tamen, vt illam eò adhibere in ca-
ſu poſſet, quo nullo alio modo copijs,
agminibuſque, conſulere, aut præſidij
opem ferre neceſſitati poſſe conſpicere-
tur; ad nihil etenim huius generis num-
mi vſus aptus erat, cum haud amplius
vrgeret neceſſitas: ex eo quia ſi diuerſa F
facerent forma capitale perpatrabant
crimen. Hic autem occurrit, inquirere;
an temporis ex præſcriptione cudendæ
ius monetæ in cuiuslibet valeat manu
conſtitui? quemadmodum, hoc ex mo-
re, in reliquis fit; & circa iſtud explico:
Maieſtatis eoquod id iuris ad facultatē
pertinet, omnem reijci præſcriptionem,
ſi via etenim publica, quæ regali neuti-
quam in potentia manet vllo præſcribi G
modo poteſt. *l. 2. ff. de via publica, &
itineribus publicis.* Quò magis tàm ex-
cellens, ac Regali proprium facultati
ius haud fermè preſcriptionem pati cer-
tum eſt? Aut ex ea præſertim ratione,
quòd qui ex alterius poſſeſſionem obti-
net nomine, illam neutiquam habeat,
nec poſſeſſionis, vel quaſi excipere va-
leat effectus. *l. malè agitur, C. de præſcr.
trigin̄ta annorum.* Roſantell. *de feud. cap. 5.* H
concluſ. 49. num. 2. In votis habeat, quod
Regis è conceſſione, ac ingenti è tem-
poris interuallo hæc acquiri poteſtas
valeat. Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 3. cap. 10.
num.* 141. Nonnullos autem ipſe ducit
Doctores, id aſſerens euenire, ſupremus
eoquod omni dominator in parte mo-
netam ſufficienti haud poteſt excudere
modo; vt notant Gloſa, & Doctores in
l. ſecunda, C. de falſa moneta. Ioan. Aquil. I
*de vilitate, & poteſtate Mon. cap. 1. nu. 2.
cum ſequent.* ſcriptis quemadmodum,
probatum volunt, vigorem etiam in Re-
ge includere, qui priuatus ſit, & vectigal
tum id neutiquam reddat, conuenire,
quamuis ex iure minimè videatur iuxta
Canoniſtarum ſententias *in cap. quanto,
de iureiurando,* DD. *in l. fin. C. de falſa
moneta.* Nulla & ſi forma, cum facta de
regalibus conceſſio fuerit, hæc incluſa K
facultas exiſtat, cum de illis habeatur,
quæ ſpeciali reſeruata modo Principi
ſunt. Boſſius *de moneta n. 1.*

Nummorum ſed enim, publicam ex
eo quia retinet æſtimationem materia,
ſub Regis facultate, alia quemadmodū
publica, exiſtit, & cura, qui valorem
conſtituat, præfixa læſæ ſub Maieſtatis
crimine pœna in ſubditos, qui decretum
ad-

A aduerſus audeant conſurgere. *l. prima, & fin. C. de veter. numiſm. lib.* 11. Vt
æquali modo in Regalem nefas patrat
Maieſtatem, qui ſuo monetam conſtruat
nomine: vel, cum Regis haudquaquam
iuſſum veniat; optimam quamuis in ſe-
ligam præſeferat, iuſtumque habeat
pondus, cudat. Gloſ. *in l. ſacrilegij, ff. ad legem Iuliam peculatus*. Abbas Gloritius
reſponſ. 7. num. 32. Vel quæ pecuniæ ad-
B eſſe debent ad bonitatem, interſint.
Gloritius *loco ſupra citato*. Et etiam qui
nummos radere, alteratos efficere, fal-
ſos reddere, ac tinctura imbuere non
veretur. Tholoſan. *ſyntag. iuris lib. 36. cap.* 2. Subditi enim confecti à Rege nu-
miſmatis in viliori quamuis fiat mate-
ria, debent mutationem adamuſſim ob-
ſeruare: vt ſcriptum ex Ioanne Fabro
ad Authent. hoc niſi C. de euictionibus. Qui
C ſupremam namque Principis facultatẽ
ſua demonſtrat in perſona iuſtum con-
ſtituere monetis valorem poteſt, quem-
admodum ſuperiùs explicaui: nec aliud
inſpici, niſi quod dominator præfixit
pretium debet, ſicut è Theſauro habe-
mus *in tract. de augmento monetæ parte 2. num.* 13. Taliter vt nec aliqua ratione
qui ex corio materiam deſumunt, vel
alia ex re, cum publico inſignia demon-
D ſtrent caractere depelli valent nummi,
aut reprobari. Maſtrilli *dicto cap. 10. nu.* 146. per Text. *in l. prima, & fin. C. de veteri numiſm. & l. ideo, ff. de eo, quod certo loco*. Dempto quod altero, præterquã
proprio, id excuſſum, è Principe, numiſ-
ma ſit. Menoch. *de arbitr. caſu 316. nu.* 72. Regi autem neutiquam vetitum; &
quis audebit, ne monetæ faciat pluries
mutationem? id namque agere poteſt,
E cum Reipublicæ conducere ad commo-
dum videat, populi & ſi eo non interue-
niat in actu conſenſus. DD. penes Ma-
ſtrill. *loco citato num.* 143. Si alia etenim
ſeſe gereret forma iniquum committeret
opus: vt affirmat per Text. *in cap. quanto de iureiurando*. Quo verò in caſu è Regis
excipere inuerſionẽ facultate pecunias
acciderit, pretij fieri dominis ſolutionẽ
oportet: diuerſa namque ratione haud-
quaquam id exiſteret permiſſum. *l. prima in fine, C. de metall. lib.* 10. Maſtril. *num.* F
157. Sed enim quo debeat modo liga,
cum ſit monetę impreſſio, addi, expli-
catum fuit: idem Maſtril. *à n.* 159.

Generali, ſexto in loco, forma Regiæ
confiſcationes competere facultati vi-
dentur: ipſius etenim cum non adſit
poteſtas, nulli res confiſcare licitum.
l. prohibitum, C. de iure fiſci. Confiſcatio
namque permitti haudquaquam à iure G
videtur. Authen. *bona damnatorum, C. de bonis damnatorum*. Et hac de cauſa ius
iſtud, quod legis aduerſus diſpoſitionẽ
eſt ad Regium attinet poſſe, ac ſummo
exiſtit de imperio. Iaſon *in l. imperium num. 24. ff. de iuriſdictione omnium iudic.* Bald. *ad titulum de pace tenenda, & iuramento firmanda*. Et ſolus exindè id age-
re fiſcus debet. Maſtrill. *de Magiſtr. cap. 10. lib. 3. num.* 2. Communiter attamen H
huiuſmodi confiſcationum cura, nec nõ
ſuperiora quædam Regis extant ex fa-
cultate ſubditis tradita feudatarijs, Re-
gij autem fiſci coadiutores, baronales
nominantur fiſcales: vnus etenim fiſcus,
ſolus quemadmodum dominus, exiſtit;
quem Barones, cum iuriſdictionẽ exer-
cent, propria demonſtrant in potentia,
& non rigoroſa fiſcum repræſentare di-
cuntur forma. Laudenſ. *conſ. 37. num. 3. & 23.* Maſtrilli *loco citato num.* 9. Et ita I
ex conſuetudinis vi hoc in obſeruatione
ponitur in Regno: vt Barones, quibus
merum ineſt, mixtumq; imperium fiſco
neutiquam careant, confiſcationiſque
iure dum ſcelera, in quibus id fit, per-
patrantur, haudquaquam priuarentur;
quædam tamen excepta dicuntur, pec-
cata, ſubditos quibus penes vaſallos
Regia offenſionem excipit maieſtas: in
eis namque ſolius ad poteſtatem Regis, k
vtpotè ad læſum, confiſcatio rerum,
quæ ipſius permanent ſub dominio non
ambiguè pertinet; ita in læſæ Maieſtatis
crimine, fit, ac reliquis.

Regis ſeptimo ſpectare ad ius affir-
matur à Maſtrill. *num.* 11. Facultatem
nundinarum faciendi apparatum con-
cedere. per Text. *in l. prima, ff. de nundinis*,

dinis,

A *dinis*, & *in l. vonica*, *C. eodem*. Nacta
conſ. 511. & 512. *volum.* 3. Camill. Bo-
rell. *in tractatu de poteſtate Regis Catholici*
cap. 36. *num.* 11. *cum ſequent.* Qua etiam
poſitum habemus in parte quaſi acqui-
rere ex pręſcriptione, ius id, quis valeat
in caſu, & reuocationem pati Regis ex
facultate poſſit; ſed etenim, cum de
nundinis, aut mercatis efficitur conceſ-
ſio, proximorum benè inſpici præiudi-
B cium, nè tali emanet ex permiſſione de-
trimentum, debet. Si ex conceſſione
attamen haudquaquam prouenire læſio
conſpicitur; nullo reuocationem ſubire
modo illa debet: Theſaur. *deciſ.* 264.
Tali fit ex cauſa, quod, vt mercatorum,
& negotia tractantium concurſus ha-
beatur, nonnulla illis tributa exiſtant
priuilegia; cæteras quemadmodum hu-
ius inter nundinas Regni eæ celebrätur,
C quæ Diui ſub honore Philippi Confeſ-
ſoris integra in Argyrę Ciuitate conſti-
tuuntur, in quibus ineſt priuilegium,
ne qui ad ipſas negotiorum ergo, ad-
ueniant, ſpatio quo perdurate certum
eſt ciuilibus moleſtiam perpetiantur in
perſona ex cauſis; hoc notatum in Au-
thent. *Vt ne fiant pignoration.* Bartolus, &
Baldus *in l. vnica*, *C. de nundinis*. Camil.
Borrell. *dicta cap.* 36. *num.* 37. & *ſequen.*
D Quo limitationem in loco poſuit, non
procedere, ſi cauſa, ex qua moleſtia in-
duci contenditur, ex contractu ibi con-
fecto veniat, per Text. *in l. heres abſens*, *pro-
inde*, *ff. de iudic.* Maſtrill. *num.* 19. An
verò priorem valeant in partem nundi-
nę tranſmitti, per quęſtionem diſcutit
Iacobus Cancerius *variarum reſolutionũ*
lib. 3. *cap.* 9. *num.* 283. cum nonnullis
ſequent. ...
Vacantia, ſecundo, bona Regium ſpe-
E ctare ad fiſcum, potè quę Regiis ha-
bentur, dominij reſpectu, Regalias in-
ter a certum eſt; cum ſi de poſſeſſione
agatur, incorporationem adeſſe in ea
oportere, non ſit ambiguum. Afflictus
in tit. quę ſint regalia, *in verbo*, *bona va-
cantia num.* 1. Cui hęreditatis, additionem
dicuntur acquiſita. Maſtrill. *dicto cap.* non
num. 361. Cum priùs tamen proclama-
tio ſpatium conſtituendo fuerit confe- F
cta: vt comparere in medium poſſit, qui
hęres quęrit, ac valeat eſſe: ad Textum
in l. ſi eo tempore, *C. de remiſſione pignor.*
Peregrinus *de iure fiſci tit.* 3. *num.* 30.
Boſſius *de bonis vacantibus num.* 12. Qui
autem in ſucceſſionem fiſcus admittitur,
hæreditarię vltra quam extenſionem fa-
cere vires poſſint; in obligatione haud-
equidem perſiſtit, cum neutiquam ſicu-
ti hęres ſuccedat, per Text. *in dicta l.* 1. G
C. de bonis vacantibus, *l. quoties*, & *l. anno-
tationes*, *ff. de donationibus*. Doctores pe-
nes Ceuallum *commun. contra commun.
concluſ.* 822. *num.* 12. Illa quamuis ad
grauamina, quę defunctum premebant,
obnoxius permanet. Maſtrill. *loco citato
num.* 364. Vacantia verum illo nomi-
nãtur in caſu bona, quo, legitimus, quis,
cum hęres abſit, qui legitimo ſibi res
familiares iure valeat excipere alias ab H
inteſtato commigrat ad aut as, vel quo
inſtitutus qui hęres fuerit hęreditatem
repudiare neutiquam dubitarit. Maſtril.
num. 366. Illi autem cum ſucceſſionem
pętendit fiſcus, admitti, eo depulſo,
debent, ſi decimum intra gradum in-
cluſi coniunctionem cum defuncti per-
ſona retineant: Surdus *conſ.* 518. *vol.* 4.
Peregrin. *in dicto tract. lib.* 3. *tit. de bonis
vacantibus num.* 31. Qui autem in vlterio-
ri perſiſtunt gradu, excluſionem, vt pari I
etiam affines forma, perpetiuntur. *l. affi-
nibus*, *C. communia de ſucceſſion.* Sed enim
baronalibus, ſi caſus iſte in terris eue-
nerit, & regale domino ius merique
pręcipuè, mixtumque imperium inſit, ad
ipſius, non autem Regis facultatem va-
cantia ſpectare bona certum eſt. Docto-
res penes Maſtrill. in *num.* 368. Demas
etiam collegia, quę, dicet Doctori de
Collegio, cum nulli relicti hęredes ad K
bona fuerint, vitales deſeruerit auras;
excluſionem attamen fiſco præbent, quem-
admodum & tutor, ſi pupillus hac de-
cedat ex vita, & nulli exiſtant, qui le-
gitimi eſſe conſpiciantur hęredes, fiſco
depulſo, bona ſibi deſumit. Pariter ſi
ex arte quadam aliquis, & nulli vel
agnati reperiantur, vel cognati eius,
colle-

A collegium artis in ſucceſſionem venit: vt æquali forma Fiſcus admittitur, cum alicuius, nobili ſtirpe natus, ſedilis, hoc greſſum fecerit è ſtatu, ſi nulli prodeat in medium, qui legitimè valeant hæreditatem ſuſcipere: tali enim in euentu eodem nobilis aliquis è ſedili venit: in ſocij etiam bonis, cum nullo condito teſtamento, & legitimis abſque hæredibus, vitam deferat, ſocius admittitur.

B Adde quod, & patronas in liberti, & Conſiliarij collegatum in rebus, tali defunctis ratione, ſucceſſionem obtinere certum eſt; ita cum vita militem ex vna legione teſtamento nequaquam confecto, ac hæredibus non habitis ipſiuſmet commilitones legionis bona acquirunt; æquali modo in familiares expoſiti res hoſpitale currit, coniugeſque ad inuicem in ſucceſſionem venire poſſunt: accedit clerico iam vitæ munere functo, ſi
C nulli, quibus ius competat, hæredibus adſint Eccleſiæ domi ſuppellectilem, ac ſtabilia dari; ſed enim cum in beneficij titulo altare defunctus habeat, illud in poſſeſſionem admittitur, ſi hoc autem non adfuerit ad Epiſcopum facultas attinere videtur. De his autem omnibus doctiſſima poſteris tranſmiſit ſcripta, quæ authoritate robur excipiunt, ac le-
D gum firmitudine, per quam eximius Iuriſconſultus Maſtrill. *in dicto cap. 10. à num. 36. vſque ad num. 392.* Quò aduerti neceſſe in loco affirmat Regio ex bonorum petitione fiſco excluſionem inferri, ſi ex lethi tempore quadriennij elapſum fuiſſe ſpatium certum ſit; per Text. *in l. res fiſci de vſucapionibus, l. intra ff. de diuerſ. & tempora præſcript. l. prima ff. de iure fiſci, l. prima*, §. *Diuus*, C. *de quadriennali præſcript.* Huiuſmodi verò
E concluſionem communi probam duci ſententia, teſtis extat Ballus *in ſecunda parte par. 5. princip. quæſt. 1. num. 4. in fin.* Peregrinus *de iure fiſci lib. 6. tit. de præſumpt. fiſcal. num. 40.* Vacantia ſed enim bona inter, ex naufragio deiecta, vt ſuperiori fuit explicatum loco, exiſtunt etiam compræhenſa: hæc namque cum legitimi vel ſucceſſores, vel domini haudquaquam adſint, Regij ſpectare ad F
fiſci authoritatem in dubium non reuocatur; ex eo quia, patet ex conſtitutione Regni, quæ incipit *Doana*, & eo in loco Afflictus *num. 16. de officio Secreti*. Quod autem ad hoc totius quaſi orbis concurrat conſuetudo, firmatur authoritate Renati Copini *de demanio Franciæ tit. 16. lib. 1. num. 9.* Id verò inimicorum, tàm circa res, ac Ethnicorum, quàm illas, quæ & Chriſtianis, ac ex amicis G
fuere naufragio pro derelictis habita; vt explicauit Maſtrill. *num. 194.* Quo tamen in caſu legitimi veniant in aſpectu, eorum qui vel amici, vel Chriſtiani, hæredes, bona quorum fuerant ex naufragio recepta, cum nullus, termini elapſus curſus, & in contrarium conſuetudo impedimentum ponat, fieri de illis, ducta fiſco excluſione, reſtitutio debet. Maſtrill. *num. 395.* per iura, & DD. eo poſito in loco. H

Regali, octauo, authoritati; ſiue Regalijs Magiſtratus creationem conuenire, habemus è Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 1. cap. 1. in principio ex conſtitutione Regni Siciliæ*. Et quæ ad ſpeciale decus, & *conſtitut. duram, & diram, & in conſtitut. officia*. vbi Andreas, & Afflictus *cap. 1. quæ ſint regalia*. Et illam eſſe rationem affirmat: Regia ex eo quia lege hanc I
populus facultatem in dominatoris tranſmiſiſſe manus ambiguum non eſt. per Text. *in l. prima*, §. *cum vrbem, ff. de offic. præfect. prætor. l. prima*, C. *de veteri iure enuclean. l. 1. ff. de conſtitut. Princip. §. inter in Authen. de defen. Ciuitat.* Qua de cauſa cui ſolum regalium inhæret ius, magiſtratuum etiam facere creationem permittitur DD. *in l. 1. ff. de iuriſdictione omnium Iudicum.* Maſtrill. *num. 2.* Iudicia verò inferendi publicum exiſtit munus, K
nec ex alius imponi voluntate, niſi Regis, alicui poteſt, qui proprio, Iudex populi, nomine dicitur; ac primus hoc in miniſterio habetur, cæteri verò depẽdentiam ab ipſo habent, ac originem, velutque fontes, fluminaque à maris vaſtitate ortum deſumunt, ita de ingenti huius potentia participes fiunt. Et iure qui-

A quidem optimo Iudices appellantur dominatores, cùm eorum facta introductio fuerit, vt ſubditorum circa opera iudicium inferrent; cum ſufficienti attamen forma cunctis populi negotijs faciles præbere aures non poſſent, maturos prudentia viros, & doctrina ſuo conſtitutos loco voluere, vt iudicia ſcilicet inducerent, ac iuſtitiam adminiſtrarent. ita Moyſem perpatraſſe in 18. Exodi
B *cap.* conſpicimus. Ipſis autem cum in muneris fuerint dignitate poſiti, & confirmationem exceperint, regiminis circa Reipublicæ negotia conceſſæ dicuntur habenæ, ac poteſtas è Rege data. ſic *inſtitut. in proœmio* videtur. *Vt poſſitis aliquando Rempublicam in partibus vobis credendam gubernare.* Regia tali de cauſa, ex voluntate, modica licèt exiſtat, vel mediatè deueniat, aut immediatè, iu-
C riſdictio tribuitur; quemadmodum notatur *in l. more, & in l. & quia principaliter, de iuriſdictione omnium Iudic. l. priuat. C. eodem.* Huius autem iuriſdictionis cõceſſio cum ex Pontifice, Imperatore, aut Rege, vel conſuetudinis vi, aut legis, deuenerit conceſſa, ordinaria vocatur: vt explicant Doctores *in cap. cum contingat, de foro competenti*, Boerius *ad §. primum, de iuriſdict. omnium Iudicum*
D *in conſuetudine Burgundiæ.* Ac tali modo noſtris hiſce temporibus iuriſdictionum poteſtas ad ſupremam Regiæ Coronæ potentiam conſpicitur pertinere: ipſa verò nulla, per conſuetudinis firmatum ſpatium, ratione, tutamen excipere, niſi ex Principis mente ſit probata valet; ex eo quia, cum ad extinctos dominator, ex quo conceſſum id iuris, commigrarit, ex Principe, qui in ſucceſſionem ad-
E miſſus valet auferri; vt notauit Baldus *in conſ. 161.* quod incipit, *proponitur. p. 3.* Nouos etenim ipſe creatos velle Magiſtratus, officia numero augere, ampliationem, facultatibus, vel reſtrictionem adducere poteſt: hoc attamen eo ſibi Rex putet permiſſum in caſu, quo Reipublicæ quidquam ad vtile videatur inſurgere: ſi namque illorum, qui ambitioſè petunt, ex votis, vel vt negotia

excreſcant, aut multiplicata & officiorum, & dignitatum copia, cùm diſtra- F
ctio efficiatur, lucrum emanet, cæcè ſe gerit, ac imprudentiæ in tenebras præceps abit, nil etenim fœdius, in Republica monſtrum, vel peiùs exiſtere ſpectaculum valet, quàm de officijs venditionem, dignitatibuſque facere: qui emptionem, quoniam, faciunt, vt vendant etiam compelluntur; de quo ali-
bi. G

Nono denique Regis in Regalia, huiuſmodi reducuntur poteſtates: vt Maſtrillus affirmat, *lib. de Magiſtr. 3. cap. 11.* Et primò venit, quod è ſolius voluntate Principis præſtari aſſenſus valet, vt feuda, quæ dignitatem retineut, iuriſdictionem, vel imperium perpeti diuiſionem poſſint. Concedere ſecundò facultatem illi neutiquam vetitum, vt ſimul cum vaſſallis & habitetur terra, & conſtrua- H
tur. Tertio ei ius ineſt, vt legitimorum, & naturales, & ſpurios in numerum ferat. Quarto, vt vniuerſitatis, publicique conficiatur ſtudij erectio. Quinto, vt nobilitatis præditum fulgore, quem ſuis eligit votis, reddat. Sexto, immunitatem, & vectigalium, & collectarum ex onere valet dare. Septimo ipſius ex iuſſu, belli tumultus, (vt in eius explicatum ſtatu) inducuntur. Octauo, prohi-
bitum reddere venationis vſum, (vt in I
tali dixi tractatu) ipſi tantùm conuenit. Hoſpitium, nono, petendi ius, ac ſubditorum ex obedientia recipiendi retinet. Poteſtatem, decimo, habet, vt vectigalia imponere, illiſque augmentum conſtituere, vel diminutionem valeat; (vt ſuperiùs declaraui) extraordinariã, vt collectam præfigat, & plauſtrorum, nauiumque vectiones ſua pro libertate
permittat, vel ex aduerſo. Metallorum, K
vndecimo, ſaliumque fodinas eruere, illius intereſt, piſcatores imponere, inuenti dimidium theſauri exigere, pœnas mulctaſque velle inflictas, earũ pro compoſitione pecunias poſcere ipſi non denegatur. Regem tandem, ſubditis dignitates concedere, ac, Ducis, Marchionis, Comitis, ac ſimilium in alios
tranſ-

A transferre Titulorum fulgorem: merum nec non mixtum præbere imperium: bona ex indignis ſurripere: feudorum facere largitionem, ac nonnulla decet. De his autem ſcripta reliquit Maſtrill. *citato loc.* huiuſmodi pro regalium probatione, & legum authoritatem proponens, & Doctorum: vnde ipſius recurrat ad opus quilibet cum occaſio labor expoſcit; quã etiam ad rem aptus eſt Intrigl. *centur. 2. de feudis art.* 82.

B Reliquum autem nunc eſt, vt videamus, an è Regis poteſtate alienationem valeant, & quæ de illis, ſubire? & ad examen priuſquam properem, monetarum impreſſionem, prætmitto, bellum iniicere, legumque condere ſtatuta Regiæ indiuiſim adhærere facultati, ſimul cum illis quæ adnotauit *cap. primum, quæ ſint regalia*, & conſtat ex Roſantell. *de feudis tom. 1. cap. 5. per totum.* C Minora verò iura in anceps haud fermè venit, quin in alienationem dari minimè conueniat, de illis etenim non iuriſdictio Regiæ Coronæ, ſed ſolum tribuitur miniſterium. Hac de cauſa optimè quidem nobis affirmare permittitur illa è ſe Regalia diſtrahere neutiquam dominatorẽ valere, quæ Maieſtatis pertinere ad ius conſpiciuntur, neque à ſummo diuidi D poſſunt Rectore. Huiuſmodi etenim alienatio maximum in Regni detrimentum, Regijque læſionem diadematis, cũ exindè inſurgeret diminutio, efficeretur. *cap. intellecto 33. de iureiurando.* Sed enim cum parui nocumentum ponderis, ſi ex regalibus aliquod, quæ Regis ad ius, menſamue pertinent, ipſius ſeparetur è manu, diffluit, alienatio equidem vetita non redditur Afflictus *in rubr. quæ ſint* E *regalia num. 7.* Conſtitutum autem Doctores volunt, quod omnium in alienatione rerum adhiberi procerum debeat ç Moderatore conſilium, diuerſo namque ſi procederet modo nullam ea contineret efficaciam, per Text. *in l. humanum*, & ibi Baldus *C. de legibus, l. placet, de ſacroſanct. Eccleſ.* Illius autem generis alienatio ex qua modica inſurgat læſio ſucceſſoris licet, Regiæque præiudiciũ emanet Maieſtatis vigorẽ includit. Hoc F ſicut Triquetræ in Regno conſuetudo habetur, vt ad Regis voluntatem regalia iſta, & in alienationem dentur, & alijs veniant conceſſa: ita Maſtrill. *lib. 1. cap. 1. num. 20.* affirmat, in cuius potentiæ fauorem accedit Bartol. *in l. prohibere. §. 1. ff. quod vi, aut clam, per Tex. in cap. Abbate ſane, de re iudicata in 6.* Quo afferit in loco nullam alienationi vim ineſſe, primo ſi fiat in caſu, cum non exiguum G ſcilicet detrimentum in Regni, ac dominatoris commodum exilit, iuramento quamuis confirmationem excepiſſet per Text. *in cap. intellecto, extra, de re iudicat.* quæ proba ducitur ſententia omnibus ex Canoniſtis, ibidem Oldrad. *conſ. 94.* Roland. *conſ. 1. num. 106. n. 2. & conſil. 100. num. 138. in 4. vol.* Vbi ſucceſſori, qui ad ſceptrum per electionem aſcenderit, ius neutiquam tribuit, vt illi valeat reuocationem inferre: latiſſimè de H hoc Nacta *conſ. 122. col. 2. & 640. col. 2. & 3.* Menoch. *conſ. 1. num. 39. & 40.* quæ tunc ſententia procedit, ſi, cum rationabilis, quæque maxima, vrgeret cauſa, vtilus eſſet ex regalibus alienatio confecta: ſed cum de aduerſo conſtat pati reuocationem poteſt. ſic Afflictus *in rubr. quæ ſint regalia num. 7.* Nullius quemadmodum valoris illa exiſtit Re- I galium diſtractio, quæ diadematis contra honorem, inſurgere, vel non modici diminutionem momenti ei afferret. per Textum *in l. cum multa, C. de bonis, quæ liberis.* Doctores penes Maſtrillum *de Magiſtrat. lib. 1. cap. 12. num. 1.* Hac enim agere forma nil aliud eſſet, quàm Regno turpitudinem impingere. Ioann. Andreas *in addit. ad Speculator. tit. de iuriſdictione omnium Iudicum.* Taliter vt K nullo conceſſo modo regalia intelliguntur, feudi licèt ius fuerit tributum. Peregrin. *de iure fiſci tit. 2. lib. 1. num. 74. cum ſequentibus.* Rolandus *conſ. 42. vol. 2. & conſ. 4. num. 16. vol. 3.* Eorum namque in alienatione, expreſſa fieri mentio debet. Velaſcus *in l. Imperium num. 5. 6. ff. de iuriſdictione omnium Iudicum.* Intrigl. *centur. 2. de feudis artic. 80. nu. 14.* Quod

A ſi ſpecificè de Regalibus facta conceſſio
fuerit, equidem illi, qui accipit abſolu-
ta vti poteſtate haudquaquam permitti-
tur, cum cauſa tamen cognita fuerit ad-
hibere diſcuſſionem decet. Petrus de
Gregorio *de conceſſione feudorum parte 7. quæſt. 5. num. 19.* Doctores penes Ma-
ſtrill. *lib. 1. cap. 12. num. 47.* Regalia
namque ampliùs non exiſtunt. Maſtrill.
dicto lib. 1. de magiſtrat. cap. 11. num. 13.
B Rouitus *deciſ. 6. num. 6.* Taliter vt, ſi ex-
pleta, cum ſpecifica regalium transla-
tione; alienario in priuati perſonam cō-
ſpiciatur, ex eo quia, regalia inter ha-
beri deſinunt, vniuerſalibus, ea tranſire,
cum iuribus indubitatum eſt; in quibus
non vt publicis, at priuatis præſtari ſer-
uitia oportet. Lanar. *conſ. 34. num. 8. & conſ. 39. num. 5. & 6.* Caſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 2. §. 2. num. 8.* Maſtrill.
C *loco ſupra citato.* Illam quamuis retineant
naturam, quod Regis cum facultas mi-
nimè interueniat, pati alienationem
haudequidem valeant. Bartol. *in l. cotem ferro, §. qui maximos col. 2. ff. de publica. & vectigal. & in l. in diem ff. de aqua pluuia arcenda.* Rouitus *deciſ. 72. ſub num. 48. fol. 359.* Ac etiam ſi ſpecialis habi-
ta de illis mētio minimè fuerit. Franch.
deciſ. 56. num. 16. Cuman. *conſ. 162.* Ro-
D uitus *loco ſupra citato.* Hoc autem illo ac-
cidit in caſu, quo Rex ad ſuæ conſtitu-
ta iam in diſtractione, reſeruarit pote-
ſtati, tunc etenim iniecta de Regalibus
conceſſio videtur. Mardel. *conſ. 16. n. 15.*
Crauett. *conſ. 209.* Maſtrill. *lib. 1. de Magiſtrat. cap. 14. num. 15.* Et ſi nullo, quæ
maiora exiſtunt, comprehenſa modo re-
galia reputentur. Mandellus *conſ. 3. num. 11. vol. 4.* Maſtrill. *loco citato cap. 16. n. 14.*
E Dempto quod præcipua de his non fie-
ret expreſſio. Bartol. *in expoſitione tituli de Regalibus in rubrica num. 9.* per Text.
in cap. quod translationem, de officio deleg.
Ancharan. *conſil. 331.* Maſtrill. *loco citato num. 17.* Tali venit ex cauſa, quod ſi de
aliquo ex regalijs iniiceretur permiſſio,
illud tantum eo tribui affirmet in caſu
Romanus *conſ. 271. num. 2.* Pariſ. de
Puteo *de Syndicatu in verſ. excedunt Barones col. 2.* Roland. *conſ. 1. num. 17. vol. 2.* F
Excipias ni diuerſa in illis ratio in me-
dium deſilire conſpiceretur, vel gene-
ralis appoſita fuiſſet clauſula, *Et quæcumque alia iura.* Ex eo quia tunc habita ex-
preſſione omnia, quæ paria exiſtunt, cō-
præhenſa dicit eſſe. Maſtrill. *dict. lib. 1. cap. 15. num. 7.* Peregrinus *de iure fiſci lib. 1. tit. 2. num. 100. verſ. item ſi in conceſſione dominus;* ac etiam quæ minora
dicuntur. Vincentius de Anna *in conſtitutione diuæ memoriæ num. 13. allegat. 41. num. 18.* Alexander *conſ. 133. volum. 5.* G
Soccinus *conſ. 121. num. 19. vol. 4.* Ac
tali in obſeruatione poni modo huius
in Siciliæ Regno accipimus ex Petro de
Gregorio *de conceſſ. feudor. part. 7. qu. 5. num. 3.* Maſtrill. *dicto lib. 1. cap. 16. nu. 22.*
Maiora ſi quidem, vt legis conſtituen-
dæ, ac magiſtratus iubendi, bellorum-
que indicēdorum facultas eſt, quæ neu- H
tiquam in priuati perſona permanere
valent in generali non venire conceſſio-
ne eſt prolatum. Petri de Gregorio *dict. quæſt. 5. num. 1. cum ſequentibus.* Quo aſ-
ſerit in loco ea ſolum, ſi de Comitatus,
vel Baroniæ fiat cum Regalijs conceſſio,
includi, quæ Comitis, aut Baronis cō-
grua dignitati ſunt, & vtile illarum do-
minium rerum deceant, quæ cadere in
ipſis poſſunt, ipſarumque ad emolumē- I
tum tendere conſpiciantur: non autem
quæ ad ſupremam Principis poteſtatem
pertinere clarum ſit; per Doctorum qui
ibi ducuntur, authoritates. Contraria
licèt in ſententia pedem figere Hiſernię
viſum fuerit *in rubr. quæ ſunt regalia.* Ipſi
autem reſponſum idem de Gregorio af-
fert: neutiquam in Regno id obſeruan-
tiam exigere ipſius opinionem dicens;
anſam enim præbet Pariſ. de Puteo de K
ſyndicatu in tit. de exceſſibus Baron. in ſecunda column. verſ. & de tali. Præcipuè
huiuſmodi ex eo quia regalia ſummam
Regis pertinere ad facultatem nobis nō
anceps redditur; & hac de cauſa gene-
ralis cum ſit conceſſio, haudquaquam
in eo dicuntur comprehenſa. Idem de
Gregorio *num 3.* Maſtrill. *dicto cap. 16. num. 13.* Quo autem in caſu quis nulla
exi-

A existente Moderatoris poteſtate ſuis regalia in manibus vel demaniali, baronaliue Ciuitate retinere videatur, & Regalo minimè priuilegium, cuius illa poſſideat vigore, demonſtretur, priuari eis debet, ac, vt relinquat, cogi. Maſtril. *lib. 1. cap. 11. num. 9.*

Sed enim cum ex legitimæ vi præſcriptionis, aut conſuetudinis præſcriptæ extiterint Regalia, omnia quæ priui-
B legij acquiri efficacia valent, ipſis permiſſa veniunt ex cauſis. Abbas *in cap. cũ contingat ſub num. 21.* & ibidem Felinus *num. 2. de foro competenti.* Peregrinus *de iure fiſci lib. 1. tit. 2. num. 61.* Rodolph. *de abſoluta Principis poteſtate cap. 2. nu. 13.* Hoc autem locum etiam in illis excipit, Regalibus, quæ ſupremæ in ſignum poteſtatis Principis reſeruata exiſtunt potentiæ: in his namque idem immemo-
C rabilis conſuetudo temporis obtinet, quod ſibi priuilegium deſumit. Maſcar. *de probation. conclus. 424. n. 40.* Rodolph. *loco citato.* Peregrin. *num. 64.* Couarru. *in cap. poſſeſſor in ſecunda parte. §. 3. num. 3. de regulis iuris in 6.* Crauett. *conſ. 66. col. penult. num. 1. & in tract. de antiquit. temporis in 4. parte quarta principalis quæſt. 2.* Alba *conſ. 62. num. 34.* Iaſon *in l. de quibus ſub num. 45. ff. de legibus.* Antonius
D de Butr. *in cap. final. extra de conſuetudin.* Soccinus Iunior *conſ. 76. num. 66. cum ſequent. vol. 1.* Intrigliol. *de feudis cent. 2. artic. 82. num. 153.* Anton. Gabriel. *lib. 5. tit. de præſcript. concluſ. 1. num. 3.* Quæ ſubiungit in parte tituli, ex huiuſmodi præſcriptione vim concedi: excepto quod iuxta magis communis dictæ opinionis inualido quidquam in medium veniat de titulo; tali namque in caſu, quę
E immemorabili præſumptio habetortum ex tempore nihil includet in ſe vigorem, per Crauetto *in dicto tract. de antiquit. temporis parte 3. limit. 71. num. 28. & parte 4. ſect. abſolutis differentijs.* Paulus de Caſtro *conſ. 423. col. 1. circa finem vol. 2.* Ex eo quia bonæ licèt probatio fidei haudquaquam ſilentio debeat, ex tanto nam tempore præſumi eam oporteret, taliter vt ipſius non repellatur allegatio; ſi tamen, vel per inſtrumen- F
ti oſtenſionem, vel per teſtium dicta, nec non aliarum vim probationum manifeſto mala fides modo extet declarata, immemorabilis poneret impedimentum præſcriptioni temporis. Burſat. *conſ. 41. vol. 1. num. 7. & conſ. 142. num. 19. & conſ. 160. num. 51. volum. 3.* Crauett. *dicto tract. parte 4. ſect. materia iſta n. 19.* Grat. *conſ. 61. num. 21. vol. 1.* Ioffredus *conſ. 40. ſub num. 28.* Pariſ. *conſ. 101. n. 1.* G
Peregrin. *de iure fiſci lib. 1. tit. 2. num. 64. fol. 21.* Ex quo habemus Regalia, quæ Regiæ, in ſingularis ſignum priuilegij, adhærent facultati, ac prærogatiuam oſtendunt, merum quemadmodũ, mixtumque imperium, qualibet in parte omnimoda poſſe iuriſdictione præſcribi: quod ſuum includit vigorem, nulla & ſi de hoc notitia domino peruenerit. Rolandus *conſ. 89. num. 9. in 3.* Decius *conſ.* H
468. col. 1. & conſ. 496. num. 5. & nu. 14. & 586. col. prima. Quibus etiam authoritatibus firmatum videmus neutiquam neceſſarium exiſtere, vt in tituli præſcriptione bona quidquam de fide notũ reddamus. Alexand. *conſ. 6. in principio.* Decius *dicto conſ. 586. col. prima.* & Curtius Iunior *conſ. 188.* Tali eis de cauſa, qui Regalibus præſcriptionem iuribus conſtituunt, quæ ſuo Rex in dominio ex I
facultate patrat, neutiquam efficere prohibitum redditur. DD. penes Peregrin. *loc. cit. n. 67.*

Quo autem in caſu Regis ex voluntate de regalibus efficitur cõceſſio, neutiquam abdicatiuè, ſed permiſſa cumulatiuè illa veniunt, ita vt in territorio, cui hęc tributa poteſtas proprium valeat Dominator ius exercere, vt ſcripſit Ripa *reſponſ. 4. par. 2.* Quæ tranſmiſit ad K
nos in parte, quod Regis licèt ex mente regalia feudatarius propria retineat iuriſdictione, nulla tamen illa modo plenè adeò poſſidet, vt dominus, ex quo facta regalium translatio in ipſum fuerit cumulatiuè, vti poteſtate non valeat. per Text. *in cap. dudum, §. nos igitur, de præbendis.* Idem Ripa *reſponſ. 7. 2. colum. 4.* Adeoquod Rex, cum nullum regalium

con-

A concesſio ponat obicem, eo poſſet illa
exercere in loco, vbi de ipſis data cui-
quam exiſteret facultas. Roland. *conſ.* 1.
num. 12. *vol.* 1. Illo autem caſu priuatiuè
regalia tribuuntur, quò factæ per inue-
ſtituram, aliuſque vi contractus conceſ-
ſiones habeantur. Scarderius *de feudis
parte* 10. *ſect.* 1. *num.* 131. Roſantell.
conſult. 15. *num.* 4. *titul. de feudis*. Aut
etiam abdicatiua quo clauſula in priui-
B legio conſtituta videatur. Capic. *deciſ.*
121. Roland. *conſ.* 80. *num.* 10. Maſtrill.
dicto cap. 12. *ſub num.* 45. Vnde manat,
quod, cum ex Regis arbitrio, vel con-
tractus efficacia vaſſalli ad Baronis do-
minium ſpectare confiſcationes clarum
ſit, neutiquam ipſe, præiudicium iuri,
Baronis vaſſalli, quæſito poteſt inferre,
dicta pro confiſcatione gratiam delin-
quenti, vel ei, qui contuinax poſcat con-
C cedens. Ancharanus *conſ.* 60. *in primo
dubio.* Burſaticus *conſ.* 54. *num.* 13. The-
ſaurus *deciſ.* 266. *num.* 9. Id autem for-
tiori ſibi petere loco vigore dixit. Gaſp.
Antonius Theſaurus *quæſt. forenſ. lib.* 2.
quæſt. 58. *ſub num.* 9. Si rerum confiſca-
tio in delicti conſequentiam, authenti-
ce, bona damnatorum, procul terminis
veniret: in tali quoniam euentu bona,
ſibi vaſſallus, quæ iam fuerint confiſca-
D ta, ea ſibi deſumet, ex cauſa, qua cum
emolumentis, quæ proprio, ex datæ iu-
riſdictionis facultate eueniunt conſe-
nientia dominio adnecterentur ipſorum
etenim abſolutam, & priuatiuè, inue-
ſtientem quoad Regem poſſeſſionem
habet; ſed tamen iure quidem optimo
præiudicium inferre Baroni Regni Mo-
derator, poterit, ſi pœnarum abolitio-
nem, vel gratioſam inſimul cum puni-
E tionum remiſſione promat ædictum, cõ-
munem illam autem indulgentiam di-
xit Imperator *in l. ſi ademptis, C. de ſent.
paſſ.* Vel cum ex Principis, aut diſpoſi-
tione Reipublicæ, gratia bannito datur,
ſi alterius caput offerat banniti, cum il-
lo in Rectoris fauorem ducatur in euen-
tu, vel ſi alteri tributa remiſſio bannito
fuerit, qui ſit ab illo nominatus, à quo,
vel præſentari, vel neci per celebrem

dedi bannitum conſtet; huiuſmodi nam- F
que in caſibus generalis ex eo quia in-
dulgentia è ſuprema venit vniuerſale,
per ædictum Regis authoritate, putauit
Anton. Theſaur. *loco ſupra citato*. Suum,
vaſſallo & ſi præiudicium afferat illorũ
circa reputationem bonorum, quæ ſub-
ire publicationem debuerint dominato-
ris voluntatem vigorem includere: Prin-
ceps eoquod generalis valet per procla-
mationis operam vaſſallis quidquam, G
circa ius, Baronibus ſurripere *l. An-
thiochesium de priuileg. creditorum* Surdus
conſ. 313. *num.* 100. Natta *conſil.* 554.
Quo verum in accidenti publicæ con-
gruum haberi ædictum vtilitati conſtet,
ad omnia ſuam extendere vim, bona,
videtur ad illa etiam, quæ iam aliena-
tionem fuerint perpeſſa. Bartol. *in l. qua-
cumque, C. de fide instrumentor. lib.* 10.
Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed.* 10. H
num. 13. *& conſil.* 153. *num.* 33. Pariſ.
conſil. 1. *num.* 138. *lib.* 1. Surdus *conſul.*
407. *num.* 41. Theſaur. *dicta quæſt.* 58.
ſub num. 11.

DE OBEDIENTIA, FIDELITATE,

Auxilijs, & ſeruitijs Regibus præſtandis.

Cap. 5.

Ex Supremi præcepto Numinis Re- I
gum præſtari authoritati obedien-
tia debet: Petri enim medio monitum,
præbens in Epiſt. Cathol. 2. *num.* 3. po-
pulo alloquitur, vt omni ſubiectus crea-
turæ Deum propter maneat: vel Regi K
quaſi omnibus excellentiori: aut Duci-
bus, vti ab ipſo malefactorum ad fla-
gellum, bonorumque laudes conſtitutis.
ſit. Ita, ex eo quia Dei voluntas extat,
vt optima perpetrantes, quaſi liberi,
mutam reddant imprudentium inſcitiã
hominum: non libertatem in malitiæ
velamen anteponentes, atenim Dei ſu-
quaſi ſerui: Regi autem honorem im-
ferre

A ferre, ſubditumque demonſtrare ani-
mum, non probis tantum, ac modeſtia
ornatis, diſcolis verum etiam conue-
niens habetur. Soli qua de cauſa Prin-
cipi præſtari obedientiam decet; haud-
æquum licèt præceptum habeatur, dep-
to quod læſionem Chriſti neutiquam
præferat maieſtas. *cap. qui reſiſtit* 11.
quæſt. 3. *cap. Iulianus* 23. *quæſt.* 1. *cap.*
quid culpatur in fine. Nulla vero forma
B regalis in contemptu dignitas, ingentia
quamuis dominatores committant ſce-
lera, debet abire; ipſorum etenim cri-
mina è perſona procedunt, & in eis per-
manent, munus autem, & dignitas pu-
blica veniunt, ac diuinitatis præſeferunt
lumen; ad hoc Sauli occurrit exemplũ,
qui Dei licèt in iram incidiſſet, & re-
probus ex eo dictus, iudicia tamen, vitę
quamdiù ſpatium duxit, in populum,
C qui neutiquam in ipſum contumax, in-
ferebat: vt 1. Regum *cap.* 15. habetur.
Quod etiam validiùs ex eo probatur,
quoniam, cũ iam ſuper Moyſis cathe-
dram, & Scribæ, ac Phariſæi, nec non
Hypocritæ leges darent, Chriſtus iuſ-
ſum intulit in omni, obedientiam illis
præſtari, mandato neceſſe: vt ex 23.
Matthæi *cap.* patet. Propterea minimè
in dubio decernendum puto Tyranno
D etiam Dominatori ſubditum ſeſe pate-
facere opus eſſe, & licet ipſum aduer-
ſus, circa ſtatus firmitudinem, honoris
fulgorem, dignitatis decorem aliquid
vel ex iure, vel ex facto moliri permiſ-
ſum extat. Toloſan. *de Republica lib.* 26.
cap. 7. *ſub num.* 8. æquè attamen fidelitas,
& ſubuentio, tributorumque ſolutio
nec non obedientia violari nequaquam
debet. *cap. ſi apud* 23. *quæſt.* 5. *cap. ſi tri-*
E *butum* 11. *quæſt.* 1. Læſæ hac de cauſa
Maieſtatis crimen quemquam incurrere
certum eſt, proprium ſi contra Princi-
pem aliquid excogitare præſumat, de-
lictum perpatrare non erubeſcat. *tot. tit.*
C. ad legem Iuliam Maieſtatis. Si promp-
tum eius ſeſe iuſſis reddere abnegarit:
Oldrad. *conſ.* 43. Tuſc. *liter. M. concl.* 6.
num. 1. Qua Reges autem cultus dignari
obſeruantia debeant Memphiticæ tellu-

ris accolæ oſtendunt, qui tali ſuos ve- F
neratione Rectores proſequuntur, vt
Deos, & precibus placandos, & obe-
dientia reputent; Diuino etenim abſque
numine huiuſmodi eos in dignitatem
perueniſſe nulla inducere aſſertio po-
teſt, cum geſtas ob res ęthereæ partici-
pes naturæ, vt optimè de mortalium
animis benemeritos illos credant: quē-
admodum explicatũ fuit è Siculo Dio-
doro Argyrenſis Ciuitatis iubare. *lib.* 1. G
cap. 7. Sed enim qui Chaſiorum de gen-
te? Fide, pœnè, procul aliqua narran-
tur; illius namque generis obedientiæ
fertur haberi, vt, ſi nutu, vel ſupercilio
tantum ſeſe à Principe Magiſtratus ac-
cerſiri ſentiat, vaſta de rupe ſeſe præci-
pitem det, inhiantes in aquarum vora-
gines irruat, horridas ignium flammas
complectatur, & nulli tandem periculo
parcat, & æquè, nec tormentis plebs H
perterrita, nec lethi formidine repulſa
diſcrimini occurrat non deridendo, ita
Nicetas *lib. de Imperatore Iſaaco Angel.* 2.
refert. Varijs equidem formis temera-
rio mentis auſu Regi denegari obedien-
tia valet: atque.

Ante cætera omnibus illis modis, læ-
ſæ quibus Maieſtatis perpatrare crimen
& rebellionis videtur; propterea non
ſolum, ſi quis agat, verum etiam cum I
non faciat, ſummo ſcilicet Dominatori
ſubditum ſeſe non reddat, huiuſmodi
contrahit nefas. Bartol. *in extrauag. qui*
ſint rebelles, in verbo tenore, num. 1. *verſ.*
& hoc reſiſtere, & num. 6. *verſ. tertium.*
Quo in loco rebellis quis nomen ſorti-
tur, ſi obſequentiam Regi non præſtet,
in Regis quamuis authoritatem quid-
quam non perpatrarit. Iaſon. *conſil.* 86.
num. 3. *lib.* 3. vbi poſt Angelum in loco K
per eum ducto affirmaſſe illum videmus
omnes exiſtere illos rebelles, qui pro-
terui ſint, & in patenti pedem figant
inobedientia. Boſſius *de crimine læſæ Ma-*
ieſtatis num. 15. *fol.* 133. Nacta tamen
conſ. 596. *num.* 6. Tali rebellionis nefas
in caſu impropria non autem rigoroſa
committi ratione aſſerit. Decian. *tract.*
crimin. lib. 7. *cap.* 32. *num.* 2. *verſ. item*
com-

A *comprahendit*. Dempto quod aliquid il-
le includeret actus in Regem, quod &
ſtatum aduerſus, & ſecūdam Regij dia-
dematis fortunam inſurgeret: in hoc
enim accidenti verè dici rebellis huius
homo generis dici poſſet. Alexander
conſ. 13. *num.*6.*verſ. ſimiliter ſubtrahere.*
Boſſius *loco citato num.* 63. Gabriel. *conſ.*
179. *num.*4. Cephal. *conſ.*141. *nu.*109.
*lib.*2. Qua monumentis tradidit in parte
B ſibi haud cauſam occurrere, quæ ſola
ex inobedientia, ſi Regem contra nil
exagitetur læſæ crimen inducere Maie-
ſtatis valeat. Sforza Oddus *conſ.* 22. *nu.*
26. Fabius de Anna *conſ.* 67. *num.* 9.
Vbi repetimus, quod ille rebellis exci-
pere nomen debet, qui ſui Regis ob-
temperantem ſeſe non demonſtrat præ-
ceptis, ea circa, quæ tàm priuatum
quàm pecuniarum ipſius Principis ad
C intereſſe ſpectent. Farinac. *de crim. læſæ*
*maieſtat.cap.*113.*nu.* 101.

Tali de cauſa inobedientiæ quotieſ-
cumque vaſſallus, ac ſubditus actum
perpatrare in Regni, ac Imperij pro-
prietatem haudquaquam verebitur, op-
timè rebellis vocatur, per duellionis
primo in capite peccatum committens:
vt dixit Alphonſus Aluarus Guerrero
*in ſpeculo Imperator. ac Regum cap.*17. *nu.*
D 19. Qui 12. aſſertum *in nu.* voluit, cun-
ctos, qui quocumque modo, aut pu-
blicè id agant, aut priuatè Regis hono-
rem contra, & fidelitatem, proſperum-
que nec non Regni curſum ſtruere auſi
fuerint, rebellium in numerum recen-
ſeri, & extat Henrici *conſtit.in extrauag.*
qui ſint rebelles. Quo explicauit in loco
Bartolus, ſi rebellionem excitent, reſi-
ſtentiam faciant, vel inobedientes ſeſe
oſtendant, arma licèt, bellumque mi-
E nimè inferant, tales eſſe: qua de re idē
Aluarez Guerrero *dicto num.* 12. ex in-
obedientiæ actu, vel reſiſtentiæ rebelles
extare ſubditos, è ſolo quamuis odio,
Principis obſtent perſonæ: hoc autem
vigorem etiam retinet, ſi Regiorum
inobedientia in officialium iuſſis, vel re-
ſiſtentia, in his, quæ ad ipſorum ſpectare
munus ambiguum non eſt: vt in dicta
Extrauag. cautum eſt cum ducatur. *cap.* F
Lucæ 10. vbi. *Qui vos ſpernit, me ſpernit.*
*& cap.*8. *lib.*1. *Regum*, circa principium,
vbi. *Non enim te abiecerunt, ſed me, ne*
regnem ſuper eos. Hac de cauſa illos, ad-
uerſus, conſpirantes, qui Principis cir-
ca latus permanent, læſæ crimen incur-
runt maieſtatis, ſola cum interueniat
ordinatio, ac tractatus, ſuum licèt effe-
ctum mentis prauę non habuerit conſti-
tutio: ſcriptum autem è Gigante *de cri-* G
*mine læſæ Maieſtatis tit. de rebell. quæſt.*3.
fol. 168. Quod ſi quis obedientiam
Principis officialibus in illis præſtare
abneget, quæ ad commiſſum ipſis mu-
nus attinent, rebellis nomen obtineat;
vt explicauit Text. *in dicta Extrauag.qui*
ſint rebelles. & Bartol. *in l. hoſtes, ff. de*
capt. poſtlimin. reuerſ. & Decius *in cap.* H
ſanè il ſecondo, in 4. *notabil. col.*2. *de offic.*
delegat. Sed ſi circa ea parere neutiquā
velit, quæ huiuſmodi non habentur, &
ſi rebellis valeat appellari, impropria
tamen, non verò propria dici voce po-
teſt; talis etenim non ſolum exiſtit, qui
ſuo reſiſtit Principi, verum etiam qui
conſtituto haud obtemperare Iudici
annuat: vt dixit Decius *in cap. ſanè per*
Text. in cap. ea quæ, §.1. *de ſtatu monach.*
& in cap. 2. *de noui operis nunciatione.*
legimus eumdem explicaſſe, quod om- I
nes, quibus in proterua, & notoria pe-
dem figere inobedientia placuerit, re-
bellionis vocari debeant rei, quod no-
tauit Angelus *in l.* 2. §. *fin. ff. de nundi-*
nis, & Baldus in l. ſi vero, §. *qui ergo, ff.*
de militari teſtamento. Ad poſteros tranſ-
miſit rebellis verbum, vel (vt meliùs
dicam) nomen generalem habere com-
præhenſionem, cum tàm illum inclu-
dat, qui dicto, quàm qui facto ſuperiorē K
aduerſus inſurgit.

Quo autem in caſu rebellis proprius
exiſtat dominus obedienti haudequidē
animo, ſub illo ſubditus moram facere
compellitur: cui defectionis ante tem-
pus fidelitatis promiſſum iuramento fir-
mum reddiderit: vt dixit Bartolus in
dicta Extrauag. qui ſint rebelles, in verſic.
rebellando. Non eoquod rebellionis ex

cti-

A etimine, quod ex domino perpatratam
à fidelitatis diſſoluatur obligatione; ſed
ex eo quia condictionis argine circum-
vallatum fuit iuramentum, ſi Principem
ſcilicet contra rebellis non exiſtet. per
Text. *in cap. 1. in tit. hic finitur lex*, Rui-
nus *conſ. 105. col. 1. num. 4. vol. 1.* Brunus
*conſ. 28. colum. 1. verſic. rebellio autem
vol. 20.*

Sed enim tributorum ſi circa ſolutio-
B nem, quam fieri domino conuenit, con-
tumacem ſeſe ſubditus, in ipſius con-
temptum, oſtenderit, in læſæ Maieſtatis
crimen incidit; Regis namque trãquil-
litatem, ac decus contra inſurgit: & fa-
cit ad hoc Text. *in dicta Extrauagan. qui
ſint rebelles*, ibi. *Contra honorem noſtrum.*
Deluſa namque ipſius venit ſecuritas,
cum quis tributa ferre denegat, ex eo
quia ſi huiuſmodi non haberet domina-
C tor fulcra ſtatim cum Regno eneruis
rueret: militibus quoniam, ex quibus
ipſius, & Imperij tutamen diffluit, ſti-
pendiorum præbere lenimenta non poſ-
ſet. Gigans *quaſt. 36. num. 2. qui 8. in
num.* extenſionem ad illos facit, qui con-
ſilium inferunt, ne tributa dentur: ip-
ſorum etenim ſolutio ſubiectionis, ac
obedientiæ probationem aduehit. *cap. 2.
de cenſibus.* Clarumque illorum extat ſi-
gnum. *cap recipimus, de priuilegijs.* Vt læ-
D ſæ pari modo Maieſtatis nefas illum cõ-
mittere affirmo, qui de Regio, habitis
pro nihilo præceptis, cum Rex alij dari
mandarit caſtro reſtitutionem patrare
haudquaquam indulſerit. per Textum
in l. 3. ibi. *Aut caſtra conceſſerit. ff. ad le-
gem Iuliam Maieſtatis.* Quo Gloſa expli-
catum in loco voluit, id procedere, ſi
quis hoſti caſtra dederit, vel milites cum
Imperatoris non adeſſent iuſſa in alte-
E rius magiſtri Equitum caſtra miſerit,
vel illum ſibi accipere conſenſerit: citat
Text. *in l. contra Rempubl. C. de re milit.
lib. 12.* Afflictus *in cap. 1. §. & bona com-
mittentium col. 6. in fine, num. 78. in titul.
quæ ſint regalia in vſibus feudorum.* Quod
etiam vigorem certum eſt includere il-
lum contra exercitus Ducem, qui nullo
voluerit modo alteri ex Regis diſpoſi-
tione præfixo agmina præbere. per Tex. F
*in l. 3. §. eadem lege, ff. ad legem Iuliam, &
in l. 1. C. vt tàm ciuili, quàm militar. iudic.*
vt æqualiter qui nulla ex dominatoris
facultate exercitum deſeruerit in idem
incidit crimen. *l. 2. ff. ad legem Iul. Ma-
ieſtatis.* Afflictus *in loco ſupra citato.* Et
illas propterea ſubire pœnas coguntur,
quas ponit *l. quiſquis, C. ad legem Iuliam
Maieſtatis.* Ipſorum namque bona fiſci
veniunt in poteſtatem, & filijs flagella G
non adducuntur, cum ex miſericordi
animo vita extet cõceſſa; nulla ſed enim
illis permittuntur vel retinere bona vel
accipere, tàm ſi ex teſtati ſucceſſione,
quàm inteſtati, deueniant, infamiæ per-
petuo laborent macula, omniumque
munerum, honorumque depulſionem
patiantur ex dignitate. *dicta l. quiſquis,
§. filij vero, C. ad legem Iuliam Maieſtat.*
Quibus autem aduerſam laudibus vir- H
tutem, obedientiam nimirum extollam?
Tanta namque ipſius exiſtit efficacia, vt
iuſtus licèt iniquo ſub Rege, ac ſacrile-
go militiam exerceat viro, eius rectè
iuſſis arma valet mouere, ac ſoporatos
Martis excitare furores, cum quod in
mandatis eſt ætherei aduerſus præcepta
Numinis haud inſurgere certum ſit, vel
in dubia perſiſtat lance. per Textum
in cap. quid culpatur 23. quaſt. 1. Excuſa- I
tionem etenim de bello ſubditus; quod
æquum ne ſit, vel improbum neſcit, obe-
dientiæ ſuſcipit ratione: illa verò cauſa
extat, ex eo quia nullo ad ſubditos at-
tinet modo, vt & ſuorum conſilia Re-
gum, & dominatorum conſtitutiones ad
examen vocent, ancipiri quoniam in re
ſanctitate vſque prædita, & honeſtatis
decorata fulgore domini debear perſo-
na videri, argum. *l. liberto de obſequijs à* K
liber. præſtandis. Illum tamen demas ca-
ſum, quo manifeſta iniquitatem forma
includant. ita Text. *in dicto cap. quod
culpatur, & in cap. quid ergo 11. quaſt. 3.*
Hac habetur ex cauſa dominorum ve-
nire in iuuamen vaſſallos compelli, tàm
ſi nihilo iuſtitiæ aduerſum extet; vel è
contra bellum, quod in ipſum fuerit ex-
citatum; iniuſta enim quamuis ſit defen-

A ſio, maleficij propriè nomen ſibi vindi-
care non poteſt. *l. prima, ff. de bonis eo-
rum, qui ante ſententiam*. Illa namque
vaſſalli propter beneficia, quæ fuerint à
domino recepta, ſtipendio, velut ipſius
milites, conducti reputantur.

Fideles etiam Regum potentiæ ani-
mos conſeruare ſubditi compelluntur,
ex eo quia ſi vera ſe à Moderatoris obe-
dientia ſubtrahit forma, hoſtis excipit
B nomen, ac ſeſe proprio aduerſarium
demonſtrat Rectori: vt dixit Oldradus
conſ. 43. *num.* 8. Per duellionis nec non
reus criminis dicitur. Gramm. *deciſ.* 6.
Farinac. *de crimin. læſæ Maieſtat. quæ.* 113,
inſpect. 5. *num.* 74. Ille autem fidelis vo-
catur, qui conſtans in propoſito exiſtit,
quique ex animo, quod promiſſo ſpo-
pondit, ſeruare neutiquam recuſat, fi-
delitas etenim iuſiurandum, habetur,
C quod à vaſſallo in ſuperioris inijcitur
fauorem: vt conſtat *ex cap. 1. de noua
forma fidelitatis*, & dixit Afflictus *in præ-
ludijs feudorum num.* 30. Ipſius verum
denominatio à fide prolabitur, quæ, acti-
uè, aſſenſum, animique denotat affectio-
nem, qua Rex confidit; paſſiuè autem
illa eſt, qua vaſſallos fides præſtatur; ip-
ſa tali de cauſa, hoc in loco, & dictorũ
firmitudo, & veritas exiſtit, nec non
D conuentorum, hoc vocatur modo: ex eo
quia quod inijcitur in promiſſis obſer-
uatur. ſic explicat Cicero *lib. offic.* 1. Fi-
delem hac de cauſa illum dicimus, qui
datam neutiquam fidem frangere au-
deat; quæ atenim Regiæ præſeferri de-
det Maieſtati, maior eſt, quàm quæ à
filijs obedientia in patris oſtenditur ob-
ſequio Afflictus *de feudis, in cap. prate-
rea ſi vaſſallus, tit. quæ ſit prima cauſa be-
nefic. amitten*. Illa percitus 11. *in num.*
E ratione: parenti nam filium offenſionem
ſolummodo adducere non decet, ver-
biſque tutamen ipſius, factis verò haud-
quaquam ſuſcipere ille cogitur, per
Text. *in l. prima in fine, ff. ad legem Pom-
peiam de parricid.* Ex domino autem vaſ-
ſallus iniuriam nõ ſolum arcere, ob eius
vt etiam authoritatis defenſionem, &
verborum ope, ac factis periculo ſeſe

exponere adſtringitur: vt diſpoſitum F
eſt *in cap. 1. de forma fidelitatis*. Cum quæ
igitur è ſubditi reuerentia domino fide-
litas cuſtoditur, maior, quàm quæ à fi-
lio genitori præſtetur eſſe debeat, hac
de cauſa iure quidem optimo poſſumus
affirmare maiorem domino fidelitatem
oſtendere, quàm patri vaſſallo neceſſe;
vnde ſi Regem aduerſus inſurgeret pa-
rens, id natus patefacere cogitur. Cu-
mia *in præludijs feudor. ſuper cap. ſi aliquẽ* G
num. 179. Subſtantia igitur, & firma
feudi baſis, ac perenne fundamentum,
fidelitas exiſtit; ita vt ſi fidelitatis re-
miſſum in conceſſione pactum aſpicia-
tur, nullum ineſſe vigorem aſſeruit. Idẽ
loco citato num. 176. Huiuſmodi namque
pactum in ea, quæ de contractus viden-
tur ſubſtantia confectum eſt, quod neu-
tiquam probatum habetur à *l. cum pre-
cario, ff. de precar. l. pacta, ff. de contrahen.* H
emptione. Et conſequenti forma remiſ-
ſionem haudequidem pati valet, per
Text. *in cap. veritatis, extra de iureiuran.*
Petrus de Gregorio *de conceſſione feudor.
parte prima, quæſt. 9. verſ. ſic etiam poterit.*
Ex eo quia cum ad feudi eſſentiam fi-
delitatem ſpectare certum ſit, illud, cum
hæc abſit, conſtans eſſe neutiquam po-
teſt. Andreas *in cap. 1. §. item qui domi-
num, tit. quæ ſit prima cauſ. beneſic. amitt.*
Afflict. *deciſ.* 129. & 320. Abbas *conſil.* I
82. *colum.* 4. *verſ. ad ſecundum vol.* 1.

Quo itaque fidelitas in caſu longè ha-
betur, eo feudum ſtabile permanere
minimè affirmo; illud namque à fide
nomen excipit, vel fidelitate; vt proba-
tum extat *in cap. 1. §. nulla. titul. per quos
fiat inueſtitura*. Curtius *in tract. de feudis
parte prima, quæſt. 7. in principio*. Ita vt
ſi liberè de feudo, & exemptè facta cõ- K
ceſſio fuerit, huiuſmodi reſtrictionem
pati debet immunitas, vbi quis fellonjæ
criminis reus apparet: vt notauit Ioan.
Andreas *in addict. ad Speculat. tit. de præ-
ſcription.* Petrus Rebuffus *in declaratione
arbor. feudal. diuiſ.* 14. Si talis etenim
generis in feudo, pœnitus à fidelitatis
vinculo abſoluti poteſtatem retinerent
vaſſalli, domino etiam offenſionem ad-
ducere,

Digitized by Google

A ducere, ac feudi habere poſſeſſionem
valerent, quod nullo permiſſum videtur
modo. Sed enim magis verò hanc acce-
dere ſententiam viſum fuit Curtio; quã
affirmare; quod libero quilibet in feudo
cuncta præſtare domino compellatur,
quæ fidelitatis comprahenſa in iuramẽ-
to veniunt, vt dixit Petrus de Gregorio
de ſucceſſ. feudorum parte prima, quæſt. 9.
Fidelitatis eoquod in iuramento perſo-
B nale includi ſeruitium in ancipiti nõ eſt,
quod optimè, non ſolum ſi, cum fit con-
ceſſio, excipiatur, poſtquam illa verum
etiam fuerit expleta, remitti valet. Pe-
trus de Gregorio *loco ſuperius ducto nu. 4.*
Vnde Regi vetitum minimè dicitur,
quod ex feudatario fidelitatis non exi-
gat iuramentum, ne ſcilicet illud iniice-
re compellatur, ipſa quamuis fidelitas
illo abire pacto haud queat: *cap. 1. §. fin.*
C & eo in loco DD. per quos fiat inueſti-
tura. Curtius *in tract. de feudis parte 1.*
quæſt. 7. principali in fine. Petr. de Gre-
gorio *loco ſupra citato num. 6. & 7.* Qua
de cauſa exempta licèt, ac libera feu-
dum forma, & francum datum fuerit in
allodium, feudatarius attamen de illis
expers non erit, quæ fidelitatis incluſa
in Sacramento veniunt, & ſic ad ipſam
iure quidem optimo tenetur. Baldus
D *in cap. 1. in vltima col. de capit. qui cur.*
vend. Idem de Gregorio *num. 9.* in loco
ſæpè allato. Quapropter è Lanario *in*
repetit. feudal. §. huius autem generis, fol.
410. num. 108. Fuit ſub conſideratione
poſitum: nil aliud fidelitatis iuramen-
tum, quàm ipſam exiſtere fidelitatem,
ex eo quia illud actus eſt, ſua qua ſo-
lemnitate, ac ex initio promiſſum infer-
tur; illa verò permanens exiſtit obliga-
E tio, quæque perſeuerantiam, ſpatium-
que temporis exigat; Adde quod fide-
litatis iuramentum venit ad inſtar eme-
re, quæ eam contra eſſe valent; & cum
fidelitas emptionis ad ſimilitudinem
exiſtat: ideo continuo perdurãs eſt tem-
pore, ac tali neceſſe modo affirmat,
quod intelligatur *in num. 109. Vt fideli-*
tas remitti poſſit. de iuramento. Fidelitas
etenim non pro vt iuramentum, ſed ex

eo quia perenniter manens obligatio F
eſt, de ipſiuſmet feudi habetur ſubſtan-
tia: Iſerniam ducit *in cap. 1. §. porrò col. 3.*
tit. quæ ſit prima cauſa benefic. amitten. &
Claudium *in præludijs feudor. in quæſtio-*
ne quid ſit feudum, verſ. fin. Aduerten-
dum nec non aſſerit, quod adhuc fide-
litati in quantum perſiſtens dicitur obli-
gatio, pacto remiſſionem permittitur
ſubire, prout in omittendo verſatur, ne
illa fatiat, ad quæ ſua ex natura com- G
pellatur, ex aduerſo autem euenit, ſi
fiat circa quæ committendo perpatran-
tur: citat Bald. *in cap. 1. §. 1. col. prima,*
de feudo guard. & in l. prima num. 52. ff.
de rerum diuiſione, & in cap. ſi cautio col. 2.
de fide inſtrumentorum. Curtius *in tracta-*
tu feudor. quæſt. 7. parte prima principal.
in fine.

Qua de re diſtinctio à Doctoribus in-
ter felloniam in committendo ponitur, H
& in omittendo, aut etiam (vt aſſerunt)
contractus hanc, illam delicti; gemina
etiam fidelitatem, quæ feudi ratione
ſeruatur, dirigi explicant habena; vt,
quæ ſcilicet debent perpatrari, exequa-
tur, & quæ committi haudquaquam
decet, longè horreat; per has etenim
ſubditos in recta obedientiæ via, vt bel-
laces equi, & cætera lupatis animantia,
vehuntur; vt notauit Bartolus *in tract.* I
ad reprimendum, in verbo, habenis, ſenſit-
que Gloſa *in cap. 1. in verbo ſciens quibus*
modis feuda amittantur. Eo namque dif-
ferentia in loco adhibetur, cum quis fi-
delitatem perfringat, ſi præceptis ſeſe
ſubtrahit, vel delictum patrat, quod
etiam confirmationem ſortitum fuit ab
Iſernia *in verſ. ſimiliter in fine.* Inter fi-
delitatem enim, quæ negligens in omiſ-
ſione fit, & quæ crimen iniiciat in de- K
linquendo, infligendaue iniuria diſtin-
ctionem affert.

Varijs ergo formis violationem pati
fidelitas valet. ac primo cum Regis ho-
ſtibus, quæ in proprijs arcana ſunt ne-
gotijs per ſubditi operam explicata ve-
niunt, hoc enim in caſu læſæ incurrit
quilibet Maieſtatis crimen, & capitis
punitionem tàm informe dælere ſcelus

A compellitur, per Textum *in l. exploratores, ff. de re militar.* Aym. *consil.* 224. *num.6.* Marſilius *conſ.* 1. *num.* 1. *& ſeqq.* Qua ſcriptum extat in parte, de illo, qui ſecretam dominatoris ægritudinem, ac breui temporis interuallo futuram alijs patefacit mortem: Decianus *tract. crim. lib.7. cap.* 13. *num.*17. *& cap.* 29. *num.* 7. *verſ. pariter.* Proditoris adde quod nomen iure quidem optimo excipit, qui
B ſui latentia Regis taciturnitatis ſub velamine abdita non retinuerit. *cap. ſi peccauerit,* 2. *quæſt.* 1. Gloſa *in cap. Clericus il primo, diſtinct.* 46. Battolus *in extrauagan. qui ſint rebelles, in verbo rebellis, num.* 2. vbi addentès *num.* 5. Aym. *conſ.* 224. *num.6.* Gigans *de crimine læſæ Maieſtatis lib.* 1. *rubr. qualiter, & à quibus crimen læſæ Maieſtat. committ. quæſt.* 5. *nu.* 21. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 537.
C *num.* 14. *centur. vltima.* Decianus *tract. crimin. lib.7. cap.* 17. *num.* 1. Præcipua verò vaſſallus forma, qui Principis reſerare haudquaquam erubuit arcana, quæ iam explicata pacis aduerſus tranquillitatem, & quod, fidelitatis ergo præſtitit, iuramentum inſurgere conſpiciantur, feudi iacturam facere compellitur: iuxta Baldi ſententiam *in tit. de pacis conſtantia, in verbo, credentia,* quem
D ſequitur Marſilius *in conſ.* 1. *nu.* 3. Aym. *conſil. & num. allatis.* Roland. *conſ.* 1. *nu.* 89. *lib.* 3. Decian. *tract. criminal. lib.* 7. *cap.* 17. *num* 2. Quali autem ratione ſecretorum, violationem patiatur, ſilentium, iam ſcripſi in Statu bellico, *cap. de neceſſitate conſilij in bellis, & Status ſumma, & de electione, & qualitatibus conſiliariorum.* Taciturnitatis propterea in cultu, & Moderatoris immò clauſa cuſtodiant
E pectore ſecreta ſtudium ponant ſubditi maximum; ipſa etenim quoddam obſeruantiæ genus dicitur, cum loquacitate depulſa, ſtatuta conduntur in animi profundo ſecreta. ſic Terent. in Andria. *Sed ijs, quas ſemper in te intellexi ſitas, & fide, & taciturnitate.* Monitos igitur vaſſallos volo, vt integrum fidelitatis candorem in eo potiſſimum demonſtrent, vt ſilentij in illis obſeruent leges, quæ nulli reddi potentia debent: F
ita etiam eſt in ſermone de arcanis Stobæi ſententia.

In fidelitatis poſteriùs decorem illi inuehuntur, qui militiam deſeruere non dubitant: vnde in læſæ Maieſtatis nefas ipſos ſponte ruere probatum videmus, ex Text. *in l.* 2. *ff. ad leg. Iuliam Maieſtatis*: vbi. *Aut quis exercitum deſeruit: & in l.* 3. *in fine, ff. eodem.* ſic: *Quiue Imperium, exercitumue Populi Ro-* G
mani deſeruerit. & in l. fallaciter in fine, quo in loco: *Aut Sacramentis deſertis* & ibi Gloſa *in verbo deſertis, C. de abolitio.* Afflictus *in tit. quæ ſint regalia, in verbo & bona committentium num.* 71. *&* 84. Capic. *deciſ.* 130. *ſub num.* 8. Dempto quod iuſta cum compelleret cauſa, & acris vrgeret neceſſitas diſceſſum vaſſallus fecerit, & cum infeſtæ iam illæ non exiſterent pedem iterum in exerci- H
tum contulerit, aut etiam ſi id terminatum temporis fuerit, quo moram trahere cogebatur: vt limitationem poſuit. Fab. Montell. *in ſua practica arbitr. par.* 4. *num.*46. *& ſequenti.* Eo autem in caſu maiori fidei fractor vi dici quis valet, ſi ad hoſtium defecerit agmina, ſuique aduerſus Regis perſonam, ipſiuſque maieſtatem arma moueat, prœliaque ſuſcitet, nec aliquid ſtatuere doli deſi- I
ſtat. Follerius *in pract. crimin. in verbo, item quod commiſit crimen læſæ Maieſtatis num.*71. per Text. *in l.* 3. *ff. ad legem Iuliam Maieſtatis.* Læſæ namque in maieſtatis crimen transfugam incurrere, nullum anceps reddit dubium: ſic *in l.* 2. *ff. ad legem Iuliam Maieſtatis.*

Cum auxilij denique, conſilijque quis iuuamen dominatoris hoſtibus tribuerit; ſuo tamquam infidelis Principi K
læſæ crimen patrat maieſtatis. per Tex. *in dicta l. prima, ff. eodem:* vbi. *Quo hoſtis populi Romani conſilio iuuetur. & l.* 3. *ff. eodem.* ſic; *Quiue opem hoſti tradiderit. &* *l.* 4. *ff. eodem.* in illis verbis. *Cuiuſque opera, dolo malo hoſtes populi Romani, commeatu, armis, telis, equis, pecunia, aliaue aliqua re adiuti erunt.* Afflictus *in dicto tit. quæ ſint regalia, in verbo bona commit-*

tentium

A *rentiam num.* 66. Qua in parte amplo
tractat modo, quibus auxilium formis
Regis inimicis duxiſſe quemlibet dici
valeat. Pari etiam vice læſæ maieſtatis
reum illum appellare optimè poſſumus,
qui ſignum proprij Rectoris hoſtibus
præbuerit. *l. prima ante finem, ff. ad leg.
Iuliam Maieſtatis*: ita: *Signumue dederit.*
Quiue etiam per nuncij, literarumue
operam quidquam cum inimico aduer-
B ſus Moderatorem egerit. *dicta l. prima,
ff. eodem*. Afflictus *loco ſupra citato num.*
65. Gramm. *deciſ.* 6. *num.* 2. Quo iu lo-
co de illo verba facit, qui de exercitu
ipſos contra inſtructo, ac properante
monitos reddiderit hoſtes: hoc etenim
caſu per duellionis perpatrare crimen
in obſcurum neutiquã reuocatur; quod
etiam accidit, ſi eis literas, ex volunta-
te duxerit animo, vt ipſis iuuaminis,
C ac Regi detrimenti eſſet cauſa. Gigans
de crimine læſæ Maieſtat. lib. 1. *rubr. qua-
liter, & in quibus crimen læſæ Maieſtatis
committ. quæſt.* 20. *num.* 3. Boerius *tract.
de ſedition. quæſt.* 6. *num.* 15. Alios addu-
cere modos in aſpectum poſſem, quibus
fidelitatis violationem excipiat candor;
ſed quoniam de illis in ſtatu bellico, de
auxilijs nimirum, quæ belli à vaſſallis
præſtanda, egi, præterire hic non ve-
D reor.

Quid autem de militari verborum
inſtituam ſeruitio, quod Regiæ afferri
Maieſtati neceſſe eſt, cum præcipua id
ratione fidelitatis inſit iuramento. per
Text. *in cap.* 1. *de forma fidelitatis*. Iſern.
in cap. 1. §. *denique, tit. quæ ſit prima cau-
ſa beneficij amitt. num* 40. Ibi verò mo-
numentis tradidit fidelitatis ex tenore,
de qua vaſſallus iuramentum inijcit, il-
E lius ad obſeruationem compelli. Lanan
in repet. feudorum. §. *his autem, num.* 69.
fol. 461. Aliqua ſed enim explicare non
graue ducam pondus; ad hoc namque
poſtquam de fidelitate diſſerui, deſcen-
dere oportet: & licèt maiorem denotet
in feudo fidelitas ſubſtantiam, quàm
perſonale non faciat ſeruitium: vt dixit
Afflictus *deciſ.* 320. *num.* 4. *& deciſ.* 129.
num. 2. *& in conſtit. mulier, quæ dotarium
num.* 19. *circa medium rubrica de dotis,* F
conſtitut. Canetius, *in cap. ſi aliquem,* §. *ſed
non eſt omittend. num.* 33. Qua nobis
tranſmiſit in parte, nullo ad feudi eſſen-
tia ſeruitium pertinere modo, quod etiã
confirmationem excepit à Cumia in
in præludijs feudorum num 93. niſi quate-
nus ipſi adhæret fidelitati; vt ait Andreas
*in cap. potrà, tit. quæ fuit prima cauſa be-
nefic. amitten. col.* 4. *&* 8. Romanus *conſ.*
368. *col.* 5. *in principio*. Feudorum atta- G
men conſtitutio pro militum vita, Re-
gnique tutamen, arcendamque hoſtium
vim fuit effecta, vt cuſtodia Regnicola-
rum circa pacem adhiberetur: ita ex-
plicanit Petr. de Gregorio *de conceſſione
feudorum parte prima, quæſt.* 1. *num.* 7. Ex
his autem ſibi militare deſumpſiſſe ori-
ginem ſeruitium notum extat: vt legi-
mus *in cap. ſed nec eſt alia, in tit. quæ ſit
prima cauſa benefic. amittend* de Gregor. H
loco citato num. 8. Ipſo enim è feudo mi-
litare ſibi Rex capit ſeruitiũ, ex eo quia
militia feudum extat. DD. penes Mu-
tam *ſuper cap. Regis Iacobi* 39. *num.* 9.
fol. 268. Hac de cauſa, de ſeruitio quã-
uis nulla poſita in feudi inueſtitura mẽ-
tio fuiſſet, conſuetum, nil ex aduerſo
veniente, dari tamen conuenit; quem-
admodum aſſertum habemus apud In-
trigliol. *centur. prima. de feudis, quæſt.* 9. I
num. 160. Communis eoquod ſententia
Doctorum occurrit; feudum neutiquam
exemptum eſſe, niſi hoc in ſpecie affir-
metur, recti namque feudi naturam ex-
cedere conſpicitur. Baldus *in cap. inter
dilectos. col.* 2. *num.* 10. *de fide inſtrumen-
torum*. Iaſon. *in prælud. feudorum colum.* 3.
in 8. *diuiſione*. Alexander *conſ.* 30. *vol.* 1.
Adde quod Baldus poſt Ioann. Monac.
affirmauit *in l. prima num.* 13. C. *ſi plur.* k
vn. ſent. Ad præſtanda feudatarium ſer-
uitia cogi, explicatum quamquam in
conceſſione fuiſſet, vt iure id haberetur
proprio; in huiuſmodi ex eo quia in de-
terminatione, feudi iuxta morem, ac
naturã afferri debere intelligitur; vt eſt
in placitis Iſerniæ *in cap.* 2. §. *quod autẽ,
poſt principium de controu. inueſtit.* vbi al-
legat Gloſa *in cap.* 1. §. *fin. de capit. qui*

cur.

Digitized by Google

A *cur. vend.* Taliter vt, ſi, vel in augmentum, vel diminutionem feudi redditus venerint, ſuper quibus ſeruitij poſitum onus fuit, nullum ponente obicem variatione, id temporis, quo facta conceſſio ſecundum taxam, quilibet afferre feudatarius cogitur. vt conſtitutum voluit Canetius *in dicto cap. ſi aliquem*, §. *in Textu num.* 15. Iſernia *in cap.* 1. §. *ſi militi poteſt num.* 17. *de cap. qui cur. vend.*
B Petrus de Gregorio *in dicto tract. qu.* 10. Dempto quod cum Regis perueniſſet in manus feudum fuerit conſueto ſub ſeruitio tributum; hoc etenim in caſu poſtremæ tempus conceſſionis inſpicitur Canet. *loco ſupra citato num.* 17. quod ex aduerſo euenit, ſi mera priuilegij habeatur confirmatio, nil eoquod de nouo perpatratum dici poſſet, quamuis annexa illa eſſent verba: *Sub debito, &*
C *conſueto ſeruitio.* Hoc nam de illo, quod primæ conceſſionis tempore ducebatur, ſeruitio, interpretari conuenit, cum nullo noua hæc inueſtitura primæ aducehere præiudicium videatur; ex illa etenim, nec digito quidem receſſimi eſt. Canet. *loco citato num.* 18. *&* 19. Intrigl. *dicta centur.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 167. *fol.* 90. Sua tamen Regi ex voluntate permiſſũ, vt militaris poſtquam expleta ſeruitij fuerit impoſitio, aut remiſſum iubeat
D id eſſe, vel diminutum, prout eſt ſententia Iſerniæ *in cap.* 1. §. *ſed nec eſt alia num.* 42. *verſ. item ſi Rex.* Afflictus *in conſtitutione ſi vaſſallus à Domino colum.* 4. *verſ. & an Rex, de fideiuſſ. domini cum vaſſallis lib.* 3. Incerto vt pariter, ac indeterminato conſtitutum modo ſeruitium, poſt factum præfixum reddere, ac ad ſtabilem ſeruitij militaris quantitatem in Regnantis poteſtate perſiſtit,
E quam ad formam alio in caſu in ſimilibus feudorum ſucceſſionalibus illam decernere conſueuit: ſic eſt mens Iſern. *in dicto cap.* 1. §. *huius autem generis in col.* 1. *num* 6. *verſ. etiam ille.* Lucas de Penna *in l. final. col. vltima. verſ. & per hoc poteſt ſumi deciſio, C. de feud. patrimon. lib.* 11. de quo in Regno per *cap.* Regis Ioannis 71. diſpoſitionem retinemus.

quod qui militaris ad onera ſeruitij permanent obligati pro viginti vnciarum redditu vnicum ſimul cum armis, ac bellante homine præſtare debent, nec alia cogi ratione huius viri generis talia valent ad ſeruitia; ita vt, quia ipſa in Regia taxata reperiuntur Cancellaria, neutiquam augmentum excipere, vel diminutionem debent, feudorum quamuis fructus in maiorem creuerint numerum, vel in minorem deſcenderint. G
Petrus de Gregorio *de ſucceſſione feudor. parte prima, quæſt.* 11. *num.* 14. Sed etenim cum domini adductum in manus iterum fuerit feudum, ac alij in conceſſione datum, varia equidem inſtitui taxatio poteſt, nouum ex eo quia feudum appellatur: vt ex Iſernia, & Canetio deprompſit Maſtrill. *in addit.* ad Petrum de Gregorio *dicta quæſt.* 11. *verſ. quam concluſionem.* Antiquo namque in feudo H
nullum valet dominator feudatarijs imponere grauamen, quod neutiquam prima in feudi conceſſione, habeatur conſtitutum quemadmodum Iſernia dixit *in conſtitut. honorem in princ.*

Hoc militare autem ſeruitium, communi quamquam ex feudorũ iure præſtare feudatarius compellatur, illud, ſi territorium extra ſit, aut Regnum, in quo feudum ſitum extat; quocumque, I
nam in loco Rex proprio moram faciat cum exercitu, eo ſuum reputari territorium neceſſe: & quoniam *in cap. de noua forma fidelitatis.* Indiſtincta ſtatutum forma conſpicitur, nulla cum fiat loci mẽtio ducendnm à vaſſallo auxilium: Regni attamen ex iure *in cap.* Regis Iacobi 39. iniectum extat Barones dominij vltra confinia, nec ſeruitia ducere perſonalia, nec iuuamina compelli, commu- K
ne quoniam feudorum ius, vt defenſio Regni circa terminos videtur ſancitum; quemadmodum accipimus ex Iſernia *in cap.* 1. *quæ ſit cauſa beneſic. amitten.* Quã maximi etiam duxit ponderis Honorij Pontificis capitula, cum ex ipſo decretum ſit, nulla debere forma vaſſallum, per Orbis partes vagè, penes Regem ferri, ſua, circa quod, facultate abuſi Tri-

A Triquetræ Directores fuere; narrat etiã eũ Fidericum ex cauſa Regali deturbatum à cacumine, ſubditos eoquod viros ſeruili exagitare modo minimè dubitabat.

Et licèt etiam communi feudorum ex iure proprijs feudatarius ſumptibus, prout feudi exiſtunt fructus Regi ſeruitium præſtare compellatur, per Textum in *l. ſuo victu, ff. de opere libertorum.* Specul. *in tit. feudorum, quæſt. 22. num. 42.* B & probatum à Bartolo *in l. menia, §. fin. ff. de annuis legatis.* Aluarot. *in cap. 1. col. 4. de noua forma fidelitatis*: quo in loco Præpoſitus *col. 3.* Hoc tamen in Regno quaternatum qui retinet feudum proprijs, & ex perſona, ſumptibus tribuere ſeruitia Moderatori, cum bellum iam ſuo vrget impetu ſolum triũ ſpatio menſium debito militum numero compellitur, & poſtquam ille tranſactus fuerit C curſus, ſi acciderit, vt longiores in exercitu moras trahant, ſtipendia, quæ apta ſint, & oneri conueniant, iuxta quam ipſe adduxerit comitiuam ipſis dare integrè moderator debet: ſed ſi ex aduerſo accidat redeundi ei conceditur facultas, taliter vt ſtatutum infra tempus diſceſſum ab exercitu faciant, in fine triũ menſium ſolitis pro dietis proficiſcentes D eum locorum ad proprias dum reuertũtur domos, perpenſata diſtantia fuerit. Quo autem in caſu perſonaliter ſeſe Rex agminibus non adnexerit, neque proficiſci ad bellum voluerit, vt reſiduas per ipſius Regni partes acquiſitionem faciat, vel defenſionem, at ſuo loco alium conſtituerit Ducem, nullus Comes, Baro aut Feudatarius in obligatione perſiſtit, vt tribus poſtquam E elapſus menſium fuerit curſus, arma portare, & in agminibus vitam ducere, maximè etiamſi ſtipendia nomine Regiam oblata per Curiam eſſent. Addo quod eorum nemo, qui Comitatu, vel Baronia fulgeat, quidquam pro adducimento præbere cogitur, nam enim ſolummodo pergere cum copijs, quomodo explicatum eſt, debet, dempto niſi neceſſitas, vel aliqua, vt genus impedimentum, cauſa ponat; eo namque in F caſu de apto, nec non idoneo ſui loco electionem facere poteſt, ac adducimentum vehere: vt habetur diſpoſitio *in cap.* Regis Federici *29. & in cap.* Regis Iacobi 39. Circa quod luculentiſſimè, ac ſuo, qui doctè agit, more Marius Muta ſcripta primo in tomo reliquit, ex quo tàm ex illis, quæ ipſius ſunt, quàm aliorum ſententijs, hæc notatu digna dictorum, G quoad intelligentiam Capitulorum duximus. Et

Primò venit, quod eo militare ſeruitium præſtari tempore oportet, quo maxima vrgeat neceſſitas; cum indigentia ſcilicèt Regem inceſſat, vel Regnum in ſummo labare periculo conſpiciatur; ſi formidoloſa ideſt inimicorum terrorem incutiat inuaſio: vt declaratum fuit ab Iſernia *in §. ſed nec eſt alia col. 1.* & extat H terminatum *in cap. 32.* Regis Iacobi; vbi *Prædictum autem ſeruitium, & adiumentum per prædictos Barones feudatarios, noſtræ Curiæ præſtari, & fieri volumus, pro defenſione terræ noſtræ, ſi contingat Regnũ vel partem eius inuadi inuaſione notabili, ſiue graui, per quam dicto Regno poſſet interuenire periculum, vel eminens imminere iactura, & hæc ita de cætero inconcuſſe de mandato noſtro ſeruentur.* Petr. de Gre- I gorio *de conceſſ. feudorum, part. 8. quæſt. 2. num. 18.*

Tunc poſteriùs feudatarium ad præſtanda ſeruitia cogi certum eſt, cum è Regis, Proregiſque monitione aliquid Moderatoris de voluntate notitiæ retinetur, per Text. *in cap. licèt, ſi de feud. defuncti controuerſia fuerit inter dominum, & agnatum.* Quo in loco vaſſallum nequiquam compelli ad hoc decet, ni excitatus vel per literas fuerit, vel per ban- K num vt affirmat Muta *in dicto cap.* Regis Iacobi *num. 141.* Optima tamen ratione trium curſus menſium haudquaquam è ſubmonitionis die numerari debet: ſed ex eo quo Regis parens præceptis ex domo abeat, ac in loco ipſi conſtitutum gradum faciat, acceſſus quotiſam tempus in ſeruitio aliquo recenſeri conuenit: vt eſt in placitis Gui-

donis

A donis Papæ *deciſ.* 217. & Vincentij de Anna *allegat.* 86. ac reliquorum penes Muratti *loco citato num.* 14. Lanarius attamen *in repetitionibus feudalibus, in §. huius autem repetitio num.* 96. *fol.* 407. Huiuſmodi affirmauit trium menſium ſpatium haudequidem ex die, quo diſceſſum propria faciat per ſubmonitionem, è domo, vel eo è tempore, quo præſtare ſeruitia incœpit, ac ſimul cum alijs

B in exercitu haberi; ex illo autem, quo in monſtram venit; allegat Iſerniam in *cap. Regni hoſtili exceptione*: Petrus de Gregorio *loco ſupra citato num.* 20. Illo namque Rex in caſu feudatarium noſcit paratum exiſtere, vt pro feudi obligatione ſeruitia ducat, ſed enim quemadmodum eſt diſpoſitio *cap.* 29. Regis Fiderici tale menſium currere numerum ex illa incipit hora, qua vaſſallus ſub-

C monitus propriam relinquit domũ ſuiſque ſumptibus, ac ære in Regio moram traxerit ſeruitio.

Tertio firmum eſt, quod cum dictos per tres menſes tempus abire ad finem vſque perſiſtere in exercitu feudatarius compellitur, nec prius, cum nulla è Principe veniat facultas recedere valet, ex eo quia, ſi hoc audeat perpatrare, feudi facturam perpetuetur. idem de

D Gregorio *loco citato num.* 26. Sex præterquam in caſibus, quos Iacobus *in tract. de feudis. in verſ. & primi ſeruant praeſtare ſeruitia col.* 6. *& ſequent. verſ.* 13. In quibus, cum accidere videntur, Directoris quamuis facultas non interſit, militum deſerere turmas, antequam tempus ſuũ non terminarit curſum, valet, illum ſectauit Curtius *in tract. de feudis in 4. part. principal. col.* 4. Poſtquam verò trium

E ad metam aduenerint menſes, nullatenus feudatarius forma in militia, ſua permanere perſona cogitur: vt extat diſpoſitio *in d. cap.* 29. Regis Fiderici.

Quartò notum redditur, quod militare quamquam ſeruitium reale dicatur onus, taliter vt ſubſtituti per operam illud præſtare feudatarius valeret, Regni attamen ex iure propria ducere perſona hoc, adſtringitur, dempto quod neceſſitas alio excuſationem veheret modo,

F eo quod cum huius generis in medium occurrat impedimentum iure quidẽ optimo feudatarius ex alienę auxilio perſonæ id agere poterit, dummodo quod aptitudinem ad cuncta, quæ ſunt neceſſaria, præſeferat; aut etiam adiumentum ſoluere non recuſet, cum ipſi reſeruata electio fuerit ad vntiarum trium ſummam, ac tarenorum quindecim per ſingulos menſes Regiæ ducendorum

G Curiæ: vt diſponitur *in cap.* Regis Iacobi, ac Fiderici, Petrus de Gregorio *in dicto tract. quæſt.* 3. *num.* 10. Sed quoniam aliquid de electione hoc fuit adnotatum loco; ad examen occurrit: an, cum iniquo ſit dominator animo, ſeruitium, quod tribui ex perſona debet denegare feudatario ſit permiſſum; & de ſeruitio in pecunia electionem facere?

H Et hæc fermè quæſtio nullam includit commune inter ius feudorum, & conſuetudinem Regni, differentiam: communi ex eo quia de iure, quæ magis ſectatur opinio extat: vaſſallo neutiquam concedi, vt electionem de alio faciat, præcipuè vbi propriæ præſentia perſonæ magnæ domino eſſet opi ad quod accedit, ſi nobili prognatus haberetur ſanguine, ac fama pollens, qui ſi perſona-

I liter adeſſet plurimam ſecum traheret cateruam, vel iuuamen tradere conſilio non deſiſteret. Baldus *in cap.* 1. §. *fin. de allud.* vbi Præpoſitus poſt Iacob. *nu.* 16. vt ſic explicat Iſernia in Regno *dicto §. firmiter.* Vel ſua ſeruitium perſona præbere feudatarius contendit, cum Rex adoham in auro velit, & eo in caſu quanis de iure, ac in Regno cogi minimè poſſit ad id ſubditus; vt eſt in placitis Alfarot, Præpoſiti, ac Iſerniæ in *dicto*

K §. *firmiter.* Excepto quod integra in Regnorum ratione ſeruitij non efficeretur ſolutio, hoc etenim in accidenti exactio in pecunia præſtari deberet. Afflictus in *cap.* 1. §. *final. de pace iuramento firmanda num.* 17. *in fine, & in cap.* 1. §. *ex hoc col. fin. num.* 6. *de feudis femin. & verſ.* 21. Attamen obſeruatio in Triquetra Capituli Regis Federici vigore, permanens, quod

A quod electio in ipſius feudatarij mani-
bus ſit; quod cum vrgens impedimenti
cauſa occurrat, aliquem ad id miniſterij
habilem ſui loco exercitui adiungat, vel
adiumenti ſolutionem faciat. Cumia
*de feudis in cap. ſi aliquem, in verbo ſerui-
tij num.* 22. vt dixit idem de Gregorio
*de conceſſione feudor. par.*8. *qu.*3. *n.*13. in
Regno verò Neapolis receptum eſſe te-
ſtatur Lanarius *loco citato num.* 104. in
B vſu eſſe feudatarios compelli Regiam
per Curiam poſſe, vt pecunias afferant,
parati quamuis exiſtant, quod ſua ſer-
uitium perſona vehant. Id autem Regi
perpatrare non eſt vetitum, cum publici
fauore commodi hoc agat, vtilitatis nã-
que ac Regni tutaminis opem id non
reſpuere, ac tolerare: habemus ex Iſer-
nia *in cap. primo, §. ſimiliter de capit.
qui cur.*

C Militare, quinto, de quo verba fa-
cio, ſeruitium ab Eccleſijs etiam, ac
Prælatis, quibus feudorum inſit poſſeſ-
ſio tribui neceſſe affirmatum volumus;
quo ſcilicet in caſu illius grauamen hac
in conceſſione fuiſſet impoſitum, ſi alio
namque modo procederet neutiquam
ad id compelli reputamus per ea, quæ
ſcripta reliquit Afflictus *in decíſ.* 324. *&*
361. Iacobus de Sancto Georgio, & Pe-
D trus de Gregorio *dicta parte* 8. *quæſt.* 2.
*num.*8. *cum ſequenti*. Ratio ducitur ex
Muta *in dicto Regis Iacobi cap. num.* 66.
Nam quemadmodum Præſules, ac reli-
qui beneficia ſua retinentes in facultate,
vel feuda poſſidentes, nec non Epiſcopi,
ad aliciendum fidelitatis iuramentum
Regis in fauorem, compelluntur, *cap.
nullus* 221 *quæſt. vltima*, & Doctores eo
in loco. In feudis eo quod minimè quæ
E recipit perſona: ſed illorum quæ conce-
duntur natura ſub examen venit, quæ
efficit, vt omnes, eccleſiaſticæ licèt per-
ſonæ, ac Prælati ſint, fidelitatis, illius
in tutamen iuramentum inijciãt, ex quo
feudum cognoſcunt datum. Baldus in
prælud. feudorum, quem ſequitur Iaſon
*ibidem num.*6. Quibus inferunt ſenten-
tiam in locis: quod ſi huius homines
generis, Eccleſiaſtici nimirum in pacto-
rum, quæ ſtatuta, obſeruatione perſi- F
ſtere nequeant; iure quidẽ optimo æquè
ac ſæculares feudi eſſe priuati dominio
poſſunt. Ancharan. *conſ.* 174. Gregor.
Lopez *in lege* 5. *tit.*15. *parte* 2. *in Gloſ.
los Prelados*. à Valle *conſ.* 90. *num.* 20.
vol. 4. Guidon Papa *quæſt.* 560. Pari
forma in militare compelli ſeruitium
videntur, cuius vice, vt ſcriptum è Xi-
becca *in tract. de Regio iure patronatus
num.*54. *&* 55. *in fine*. Hiſce ſucceſſiſſe G
temporibus fructuum conſequutionem,
Regis ad emolumentum nõ anceps eſt,
ipſius poſtquam aduenerit Prælati le-
thum, quos in Regno ſpoliorum acce-
piſſe nomen patet, ac teſtatur Muta *loco
cit. num.*69.

Sexto fixum manet: quod ſi vaſſallus,
dum iam prælium committitur, & iam
ferueſcere arma conſpiciantur, & auxi-
lium poſtquam præſtarit domino fugæ H
ſeſe dederit feudi amiſſionem ſubibit;
dempto quod alius feudum in ſocietate
retineret, ſi duo ſcilicet in illius eſſent
dominio: nam, & ſi alter ex vtriuſque
terga hoſti vertiſſet, illius reſpectu, qui
Regis in defenſione perſiſtit, feudo neu-
tiquam ſpoliatus habebitur: vnius ete-
nim delictum ſtrenui per ſupplementum
tolerabile redditur DD. penes Mutam
*loco cit. num.*70. I

Septimo inſurgit, quod iſthoc mili-
tare ſeruitium dari in alienationem va-
let, ſed enim in obligatione ſucceſſor
omnis in eo permanet; prout extat do-
ctrina Iſerniæ *in cap.* 1. §. *quid ergo, de
inueſtitura, de re alien. fact. & in conſtitut.
ſi quis poſt litem*. Petrus de Gregorio
parte 2. *quæſt. num.*21. *& part.*8. *quæſt.*4.
*num.*23. Quo aſſerit in loco feudum
pro expẽſis militaris ratione ſeruitij de- K
bitis alienationem perpeti, ac obliga-
tionem poſſe, naturali tamquam pro
onere, quod ipſi coniunctum ſit feudo,
dummodo tamen quod in dictarũ cauſa
expenſarum pecuniæ probationem ex-
cipiat conuerſio: ex eo quia, cum in pro-
hibitis exiſtamus aliquo conceſſis caſu,
nullo aſſertionibus modo fidem dare il-
lorum debemus, qui permiſſum affirmẽt

A caſum, dempto quod alio probatum ſit in euentu. per Text. *in l. ſi fortè, de probat. l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de legat. 3.* Quod tripliciter Muta declaratum voluit. Primò quod expreſſa feudum forma, vel in hypothecam datum, vel in venditionem fuerit, poſteriùs quòd proprio pecuniæ conuerſa ex effectu militari tributa pro ſeruitio conſpiciatur: quod iſthæc denique venditio
B fuerit ex neceſſitate confecta, illam propter, quæ præceſſerit, ſubmonitionem. taliter vt, ſola, cum titulus abſit exceptionem, conuerſio, perperitur: vt eſt in placitis Baldi *in l. 2. C. ſi alien. reſp.* quod debet intelligi, vt per Bartolum *in l. doli mali col. prima, verſ. & per hoc de nouat.* Quo explicati in loco habemus, quod feudi pretium aptum exiſtere ad ſeruitij militatis onus debet, cum equorum attendatur quantitas, decem ad
C vnciarum rationem cum dimidio, pro quolibet, qui armatus, equo; vt *in cap. 1. § firmiter, de prohibit. feud. alienat. per Frider. & in cap. Regni*: quod incipit *Barones.* Petrus de Gregorio *dicta par. 8. quaeſt. 4. num. 45.* Huiuſmodi atenim hypotheca militare vt feudi ſeruitium ſurgeret, prælationem (cum dicta probetur conuerſio) creditori præbet, cæteras
D ſupra perſonas, quę ius, feudum circa, pro quouis alio ipſius onere, demonſtrent, ſcilicet, vita militia, dote de paragio, dotium reſtitutione, ac ſimilibus. Hocce namque ſeruitij militaris grauamen, expreſſo inijcitur, dominum inter, ac ſubditum ex pacto, eo ex tempore, quo tributa de feudo conceſſio fuit. Petrus de Gregorio *loco ſupra citato num. 26* Ex quo etiam fit extenſio ſub
E *num. 27.* quòd, cum militaris ex onere ſeruitij tacitæ ius hypothecæ ipſius circa fructus, ortum habeat, iure quidem optimo feudatario permittitur, vt præſentis anni emolumenta, ſi extant, vel futuri dare in venditionem poſſit, cum expẽſas militari afferre pro ſeruitio velit, nec aliquod ponit impedimentum quod feudum illud eo pro anno, aut vẽturo, alterius, ex locatione, in facultate permaneat, ac penſio percepta
F fuerit, & gabella: ex eo quia talium emptor fructuum pro militari ſeruitio, cum Regiæ poteſtas Curiæ interueniat, ac iurium obtineat ceſſionem Regij per Procuratorem fiſci, ipſius feudi anteponitur conductori, cum dicti erogationis ſeruitij tempus perduret: ac qui primus locationem fecerit de feudo, pro annis, qui ſubſequi conſpiciantur, ius adhibet, hac autem forma per Magnæ
G Regiæ iudicium Curiæ prolatam refert ſententiam, & eo rationem in loco vehit, qua talis iniecta deciſio fuerit.

Octauo ſeſe hoc demonſtrat; quod ſcilicet ſeruitium iſthoc indifferẽti præſtari debeat modo; taliter vt cunctis inſimul, quæ in eo ſitæ ſunt, cum rebus huic obnoxium grauamini dicatur, & ita, cum his, quæ ipſius intra fines perſiſtunt, in tantum quod ipſius cum vni-
H uerſitate feudi ſucceſſoris in ius tranſitum faciant, illorum quamuis de genere haberentur, quæ ad plantandum, vineas inſtituendas, ſationes conficiẽdas, ac herbagiorum in paſcua nec non alia fuerint tributa, ex eo quia ad feudum pertineant, & ipſius intra fines exiſtant; dicto iure quidẽ optimo ſubiacent oneris: vt eſt dictum è Mario Muta, & DD. ab ipſo ducti *in cap. Regis Iacobi 39. n. 86.*
I cum ſequenti, qui 88. in *nu.* limitationẽ poſuit: hoc vigorem neutiquam eo includere in caſu, quo illa, feudi quæ circa fines reperiuntur, allodialia ſint; illo nam in accidenti feudalium haudquaquam nomen excipiunt. Poſteriùs niſi vicina prædia particulari de allodio haberentur. Tertio, dummodo qui prædium feudi circa fines, poſſidet, illud ceu feudale retineat, quod ex aduerſo
K euenit, ſi, vt allodium, ſit. Niſi quarto dictæ res, quæ feudi propter terminos extant, illius priuſquam facta conceſſio fuerit, alteri tributæ à Regia poteſtate fuiſſent: ambiguum igitur non eſt tertios. feudi poſſeſſores militaris circa onera ſeruitij in obligatione perſiſtere; ex quo regalia permanent, quia feudo ſemper annexa, quacumqi abeant in

[A] in parte, conſpiciuntur: vt affirmauit Petrus de Gregorio *dicta part. 8. quaeſt. 3.* per Text. *in l. prima, §. hæres, ff. ad Trebellianum.* Taliter vt in Regis voluntate eſt, vt quemcumque poſſeſſorem, ſiue quotæ in dominio videatur, vel partis feudi ad præſtandum militare ſeruitium compellat: vt nobis tradidit idem Muta *loco citato num. 127.* Seruitij ergo conſueti grauamen in quemcumque in feudi [B] poſſeſſione, ſucceſſorem tranſit, ita vt feudum ipſum pro ſeruitio in obligatione ſit, iuxta ſententiam Andreæ *in cap. §. ſed nec eſt alia, tit. quæ ſit prima cauſa beneficij amitt. vol.* Qua de cauſa contradiceret à poſſeſſore dominus, ni ſeruitium afferatur, non ſolum ſi lucratiua eius habeatur dominium ex cauſa, ſi ex onerosa verum etiam poſſideatur; puta Regio ex eo quia conſenſu illius facta [C] emptio fuiſſet: nam ſeruitia ducere poſſeſſor ſui non ſolum pro dominatus tempore, pro tranſacto, at etiam ſi præſtita neutiquam illa fuiſſent, compellitur: vt tradit Afflictus *in conſtit. conſuetudinem, §. prædicta num. 20. de rei actione, & exceptione, & in conſtit. ſi quando, in fine,* vbi citat Decium *in conſ. 137.* & alios. Freccia *de ſubfeudis in 5. authorit. nu. 13.* Cumiæ verò *in cap. ſi aliquam, in verbo* [D] *ſeruitij conſueti num. 6.* in ſententia eſt: Huiuſmodi tertium poſſeſſorem onerosa ex cauſa in ſubſidium, ex æquitate, conueniri neceſſe, quo etiam plurimas in tertij poſſeſſoris materia explicare ampliationes in loco minimè negligit.

Nono etiam habetur, nulla feudatarium forma, cum militare vehit ſeruitium, alia compelli ad grauamina debere; [E] duplici etenim illum fatigari onere haud fermè decet: ac tali ratione vaſſallos ad collectarum ſolutionem, quæ à Rege impoſitæ, feudaſſa circa bona militare pro quibus detur ſeruitium fuere, compelli poſſe certum eſt. Muta *loco citato num. 171.* Petrus de Gregorio *parte 1. quaeſt. 10. num. 7.* Quare in vſu Triquetræ in Regno eſt, vt feudatarij, qui militare præbent ſeruitium, illo ex onere, quod ad armandum, ac mittendum ordinaria in militia equum, [F] ſint exempti, quod conſtitutum fuerit, ac iuxta patrimonij quantitatem præfixum cuilibet diuitijs non indigenti pro allodialibus etiam fortunis, Regij quemadmodum per Tribunal Patrimonij excuſationem huius generis ex onere ſuſcepère.

Decimo, fidelitate dempta, quam ex obedientia Regi præſtari neceſſe, ac [G] ſeruitia, ad quæ illi obligantur; explicari decet, quæ ab iſtis conſequi videantur beneficia. & quod primum eſt: hoſticæ exceptionis habetur; illa namque ſubmonitus quindecim per dies, poſtquam ſubmonitionem acceperit, ante tempus, quo ſua faciat è domo receſſu, vel priuſquam inijciat moneſtam, ac totidem per dies, id poſt ſpatium, quo domum peruenerit, nulla, vel per ſe, [H] vel procuratoris per operam, forma in ius pulſatus ire compellitur, prout habetur conſtitutio, quæ dilatoria tutamē deſumit exceptione, procuratorem autem non tenetur mittere: vt ſcriptum extat à DD. penes Petrum de Gregor. *dicta parte 8. quaeſt. 4.* vt determinatum etiam per dictam conſtitutionē *Hoſtici.* Hoc at enim beneficium ipſi non ſolum [I] feudatario, qui ſubmonitionem habuerit; ſi per ſui perſonam ſeruitium præſtet: ipſius verum etiam ſubſtituto conceditur; ac tali modo vterque illo gaudebit. Afflictus *in dicta conſtit. Hoſtici in 3. col. verſ. ſexto quæro.* Tàm ſi actoris, quàm conuenti vices gerat illa in cauſa, qua dictam allegauerit exceptionem: vt ſcripſerunt Iſernia, & Afflict. *in d. conſt.* Quod alio accidet modo, ſi diuidua in [K] cauſa, eiuſdem conſortes litis retineat: per Text. *in l. communem, C. de conſortibus eiuſdem litis.* Petr. de Gregor. *loco cit. n. 7.* Sed ſi talis cauſa non ſit, at indiuidua occurrat, litis conſors, priuilegio quamuis decoratus nō exiſtat, beneficij, quod alius oſtendit, particeps efficietur: vt eſt conſtitutio in §. 26. Comitis de Caſtro olim Proregis hoc in Siciliæ Regno, cui aptatur Text. *in l. ſi communem, Si prima C. de*

A *C. de conſort. eiuſdem litis.* quod idem eſſe putauit Petrus de Gregorio *de conceſſ. feud. par. 8. quæſt. 4. ſub n. 8.* Si feudatario, qui ſubmonitionem accepiſſet, fideiuſſores ineſſent: vel alij cum ipſo in obligatione inſolidum coniuncti, adeoquod, cũ cauſæ reſpectus habeatur, inſolidum fideiuſſor hac potiri exceptione valeat, regreſſus ſaltem ratione, qui pro tota ſumma, pro qua fideiuſſionem præſtiterat, fideiuſſori conceditur, & debendi B amicus ex pro parte, pro qua in obligatione perſiſtit, ſuum aduerſus principalem, & debendi correum, illud, velut fideiuſſor, obtinebit ex Afflicti authoritate *in d. conſtit. hoſtici.* Indiuiduã eoquod, & connexam ob cauſam beneficium ad illum, qui eo caret, commigrationem facit, de marito quemadmodum in vxorẽ, vt etiam diſponitur *in dict. §. 20.* vbi, *La* C *detta eccettione la godino li plegi, mentre il negotio ſpetta al Barone principalmente.* Illis verò in cauſis, quæ criminales tàm ante, quàm poſt ſubmonitionem, commiſſæ aut etiam in eis, quæ ciuiles poſt illam contractæ, nullo, tali feudatarius tutus eſſe priuilegio, poteſt modo: vt eſt ſententia Afflicti *loco ſupra citato, num. in 3. col. verſ. vltimo quæro, & in octaua col. verſic. decimo quarto quæro* dixit idem de Gregorio *in loco ſupra citato*, & ita in obD ſeruatione poſitum ex Magna Regia Curia teſtatur. Vt æquali forma tali neutiquam gaudere illum beneficio cõuenit, ſi alio ſit è ſubmonito conuentus; par etenim haud fermè in parem vti priuilegio poteſt, per Textum in *l. final. C. qui potiores in pignore habeantur.* Bartolus *in l. tum filias, §. in hac, ff. de verborum obligatione, & in l. ſi merito, ff. ſoluto matrimonio.* Afflictus *loco* E *ſupra citato num. 19.* & hæc vigore ſupradicti §. nam antiquitus contrarium ſeruabatur. Hæc nam exceptio alium contra ſubmonitum, tàm ſi actor exiſtat, vel reus, rectè permiſſa conſpiciebatur: vt ſcriptum legimus apud citatos DD à Mario Giurba *in deciſion. 118. ſub num. 8.* ibi. *Etiam contra alium Baronem æquè ſubmonitum.* Petrus de Gregorio *loco ſupra citato num. 10.* Adde, F quod hoc priuatus veniet priuilegio feudatarius, cum, poſtquam ſubmonitionem deſumpſerit ſeſe iudicijs admiſceat; ex eo quia dum hoc facit, ſi ex eodem non ſolum conuento, ex alio verum etiam, qui priuilegio non decoretur, conueniri valet: tali namque, hoc patrans, renunciationem dediſſe beneficio dicitur: idem Petrus de Gregorio *num. 11.* cui renunciari poſſe Baronem G in dubia non permanet lance. Giurba *dicta deciſ. 118. num. 14. & 15.* Quo exiſtit in loco, ſic allatum ex Magna Regiæ Curiæ iudicium fuiſſe 23. Martij ſub die 1612. Illuſtrem aduerſus Iulianæ Marchionem in fauorem Ioſephi Platamone: dictus ex eo quia Marchio in alios ſeſe intexerat: nam quemadmodum qui ſubmonitionem accipit, conueniri ab alijs neutiquam debet, pari H modo nec in ipſos ſe dirigere, ac talis venit diſpoſitio è ſupradicto §. 20. vbi *Ne habbia luogo quando il ſubmonito conueniſſe ad altri.* Et ſimiliter diſpoſitum legimus. *Ne proceda nell' eſſecutioni di ſentenze.* Nam quo in caſu de ſententiæ tractatur exequutione, haudquaquam talis admiſſa exceptio venit: vt eſt Franch. *deciſ. 286. num. 7.* Aloyſius I Leo *in l. prima num. 30. C. de iuris, & facti ignorantia.* Tappia *in dicta conſtitut. hoſtici num. 14.* Giurba *loco ſupra citato, num. 17.* Optimo tamen iure, ſi cauſa in illo conteſtata, nec non lis fuiſſet ſtatu in quo ſubmonitionis ille reperitur ſpatio eius debet remanere vi: vt fuit explicatum ab Iſernia, & Afflicto *in dicta conſtitutione hoſtici num. 20.* & ibi Tappia *num. 3.* Terminum quamuis, finemque excepiſſe cauſam in du K bio non ſit. Afflictus *loco ſupra citato.* Petrus de Gregorio *dicta par. 8. quæſt. 4. num. 4.* Franch. *dicta deciſ. 286. num. 3.* & idem Giurba *loco ſupra citato ſub numer. 16.*

Adde quod nullam exceptio hæc retinebit vim, cum circa ſpolium, quod extet priuilegiatum, agitur. Afflictus *deciſ. 84.* Intrigliolus *artic. 26. ſub n. 2. p*

Ric-

A *Rit. Sic bolleét. Tit.* 1375. Giurba *dicto lo-co ſupra num.* 31. Nec etiam bullarem quoad contractum pragmaticæ iuxta formam tum ex diſpoſitione dicti §. vbi: *Non habbia luogo nelli contratti iuxta forma Bulla, & Pragmatica*: quam ex mente Petri de Gregorio *de cenſ. quæſt.* 6. *num.* 77. Intrigliolus *lib. primo, ſingul.* 53. Craſſus *de exceptionibus, except.* 13. *num.* 30. idem Giurba *loco ſupra citato, num.* 31.

B Accedit etiam, minimè hac vti exceptione mulierem poſſe, quæ marito competens exiſtit: reperitur etenim id ius reſtrictum *in dicto* §. his verbis: *Non lagoda la moglie del ſubmonito, eccetto ſi ritrouaſſe obligata per cauſa del marito*. Afflictus verò hinc adhibere diſtinctionem voluit, *in dicta conſtitutione hoſtici, num.* 13. Quod ſcilicet: vel vxor C conuenitur, quæ nil, præterquam dotem retinet, de qua marito dominium ineſt, & reſpectu illius intereſſe hanc fœminæ côuenire aſpicimus ex viri perſona, cuius ipſa forum ſequi videtur: vel proprio ex contractu, & paraphrenalibus de bonis, ex quibus ſibi vxor fructus capit, & eo in accidenti haudquaquam iſta ei conceſſa venit ex mariti priuilegio, eò tum hoc perſonale ſit, D militaris obiecto exercitij tributum, ipſum propterea tranſitum de perſona facere neutiquam debet: vt *in cap. priuilegij de regulis iuris in 6. & l. priuilegia, ff. eodem*. Afflict. *loco cit. n.* 15.

Sed enim vt hac frui exceptione, hoſtica ſcilicet, vaſſallus poſſit, neceſſariũ extat, vt ſubmonitionem prius receperit, ſi ex propria tum voluntate, proprijſque ad bellum iuerit expenſis ſeſe E exercitui adiunxerit, hanc in medium afferre haudequidem illi competit, cum ſubmonitionem diſceſſum præceſſiſſe, certum eſſe debeat, vt illa gaudeat. ita Iſernia citatus ab Afflict. *in d. conſt. hoſtiti num.* 2. Stipendia quamuis è Curia ſuſcipiat: in dolo namque conſpicitur perſiſtere, ſi monitus haud extat; illum eo quod iudicij timor inceſſiſſe dicitur, cum id effugere quærebat: argum. *l. qui data, ff. qui ex cauſ. maiorum*. Ac etiam quia F ſubmonitionem interuenire dicta ex conſtitutione requiritur, quæ cum abſit vigoti in exceptio non incidit. Afflictus *loco ſupra citato*. Cum nullo ex verborum intelligentia modo longè diſcedere licitum ſit. *l. non aliter ff. de legatis* 3.

Vndecimum, quod feudatario tribuitur beneficium: vt Petrus de Gregor. *de conceſſ. feudor. d. par.* 8. *quæſt.* 4. *nu.* 13. Habetur: quod Primogenitus, qui ad G militare compellitur ſeruitium, ac ſubmonitionem accepit, ſecundogenitum valeat fratrem interpellare, vt ſui loco ad perſonaliter ducendum Regi militare ſeruitium abeat: ipſi autem, & equus afferri, & arma debent. quod ſi agere negauerit, primogenitũ permiſſum, vt illius expenſis è ſumma, pro vita militia conſtituta deducendis alium in bellum mittat: hoc verò procedere affirmauit H idem de Gregor. quo in caſu in primogeniti domo ille moram faciat: vt dixit Afflict. *in conſtit. Comitibus in* 3. *col. verſ. non obſtat*: aut illo præſens in loco exiſteret, cum de iuſto Primogeniti impedimento cauſa interueniret. Idem de Gregor. *num.* 15. *in fine*.

Duodecimum tandem priuilegium, quod ab ipſo fuit 16. *in num.* explicatũ venit quod, cum vaſſallus ſubmonitionẽ I exceperit, proprijs valet è ſubditis pro expenſis militari erogandis in ſeruitio adiutorium expoſcere: taliter vt ſi ipſius ſubmoniti, dominator, intuitu militare ſibi præſtandum, ei ſeruitium remittat, ſuis nihilominus poterit à ſubiectis adiutorium petere, quo in loco Iſerniam ducit *in cap.* 1. §. *ſed nec eſt alia in penult. col. in addict. verſ. item ſi tenetur, titul. quæ fuit prima cauſa beneficij amittend. & in* K *conſtitut. quamplurimum*.

DE CÆSARVM AVGVSTORVMQVE IMPERATORVM STATV.

TArquiniorum expulſo, Romano procul ex Imperio, Dominatu, & Regum faſtiditis inſolentia Quiritum animis, vt ſuum exciperet regimen Reſpublica, conueniens fuit per conſulatus, & dictaturæ authoritatem rebus prouideri opportunis; ſed enim cum tot ſuperbus victorijs Iulius Ceſar ambitionis fatigaretur ſtimulis, ac poteſtatis eſſet lubidine agitatus, rerum ſibi ſummam Tyrannico ſub Imperatoris deſumpſit nomine: antè ipſum verò minor inerat huic dignitati honos quàm Regiæ: Populi namque ſub ditione ſuum Imperator munus agere cogebatur: donec Is vi Romanorum ſibi vſurpans moderamen Imperatoris excepit, in perenne ſpatium, nomen, cum hoc gratiſſimum exiſtere militum cognoſceret voluntati: vt ex Plutarchi relatis in eius vita recepimus. Inde ab ipſius manibus dilapſa in alios poteſtate huiuſmodi retinere titulum ſucceſſoribus placuit. Cum Regia longè Maieſtas fuiſſet depulſa. Ideo cum de Regum aliqua ſtatu in medium adduxerim, nonnulla, ordine motus de Imperatorum dicam & poteſtate, & decore; Ac

Hoc Imperatoris nomen ab Impero ſibi originem ſuſcepiſſe clarum omnibus exiſtit; qua de cauſa exercituum Duces Imperatores à principio nominatos neminem latet, ex eo quia nimirum priùs imperare militibus ſolebant: vnde Cicer. Philip. 4. ſic: *Faciam igitur, vt Imperatores instructa acie ſolent: quamquam paratiſſimos milites ad præliandum videant, vt eos tamen adhortentur*: Aliquando verò iuſſa Imperium ſignificat, vel præceptum: vt ex Virgil. *lib. Aeneid.* 4. ac *Imperio læti parent*. Plaut. *in Amph. Non ſoleo ſomniculosè heri imperia proſequi*: Regnum ſæpiùs, vel dominium denotare penes Maronem conſpicimus.

Imperium Oceano, Famam qui terminet aſtris.

Cæſares quoque vocabantur Imperatores, cum id nominis ex Iulio Cæſare deriuationem deſumpſiſſe pro cóperto

Digitized by Google

perto habeamus, qui primus Reipublicæ ſibi regimen acquiſiuit, ita verò fuit vocatus: vt ſcriptum fuit ex Iſidoro *Ethimol.9.* extincta coquod matre cæſo detractus in auras venire fuit. Sed enim hoc non tàm firmium mihi videtur, quia ipſi genitrix fuit Aurelia, quæ dum vitam natus ducebat, ſuperſtes, morti occubuit in Gallia; dum bellum filius gereret: eius autem Pater Cæſar dictus, B qui Pretorio functus munere Piſis vitam reliquit: vt explicatum fuit ex Suetonio in Iulij Cæſaris vita: quapropter affirmari puto debere, nec cæſo coquod è matris ventre ortum excepit: vel quia cæſarie ornatus in lucem prodierit: aut cæſios habuerit oculos tale illi fuiſſe nomen, ſed quod ipſius Pater, cæterique tali qui exiſterent de familia Cæſares vocabantur; ſic fuerit dictus.

C Auguſti etiam titulo decoratur Imperator, velut quo, cum ab Octauio Auguſto in alios fuerit dimiſſus, ornentur qui cæteris imperant: Auguſtus namque quemadmodum Diuus Thomas *de Regimine Principum lib.3. cap.* 12. explicauit: ex augendo Rempublicam fuit appellatus: quamuis Ouuidij, Elegiaci in quam Apollinis *Fauſtorum* 1. Auguſtus ille nominetur, ex authoritate, qui ſumma dignus veneratione reputatur, hoc D eſt ſacer, ac venerabilis: Hinc templa, & ſuperni ſimulacra Numinis Auguſta vocantur, ita verò Poeta ille:

Sancta vocant, auguſta, patres, auguſta vocantur
Templa, Sacerdotum ritè dicata manu.

Ex his ergo rerum varietatibus, ac nominum, diuersè Imperatoris titulus dignis tribuebatur hominibus; Romanorum E eoquod ſolummodo in caſtris ea ſibi locum dignitas vindicauit, præcipuus namque militum Dux, ipſorum tantum, & qui bellantibus imperia iniiciebat, Imperator dicebatur. Generaliter autem ille tale ſuſcipit nomen, qui vel Imperium aliquod, iubendique poteſtatem, ſtatuta nec non eliciendi publica tributam ex authoritate retinet; ea quoniam populi penes arbitrium exiſtebat: Ex eo quia dum ex huius F opera Democraticum exciperet moderamen Reſpublica alios compelli per Imperium certum eſt, ac ex illo etiam, cui ipſe ius præberet, in peius deindè huius honor generis eſt dilapſus; Imperatores etenim illi dicebantur, qui vel Senatus iuſſu, aut Populi Romani, exercitus ducere, Prouinciarumque ſuſcipere adminiſtrationem cogebantur. G

Sæpiùs autem, cùm optimæ in militia res fuiſſent actæ ſuis milites Ducibus ſummo decoratis titulo Imperatoris dabant nomen: vt Iulius Cæſar *de bello ciuili lib.*2. his refert verbis: *Iis rebus geſtis cum ſe Caſtra ad Bagradum recipit, atque vniuerſi exercitus acclamatione Imperator appellatur*: ac etiam ibidem Curio dicit. *Equidem me Cæſaris militem dici volui, vos me Imperatoris nomine appellatis?* H Hoc namque decus poſtquam aliquid vel præclariter confectum, vel eximiè fuiſſet, tribuebatur, vt æquali forma, & Senatus è ſtatutis, & Populi ex acclamatione, plauſu, iuſſiſque vel militum, & concurſu, & voluntate Triumphi decernebatur victori gloria: vt conſtat *in cap. legimus* 24. *verſ. nam ex Alexandri* 93. *diſtinct.* inciperet nomen; vt Dion. Caſſius *lib.*60. tradit. I

Poſtquam autem Vrbis ſibi aſſumpto Iulius imperio vitam in ſanguine reliquiſſet, Quiritum id prudentia decennij per ſpatium Octauio, pro ipſius poſtea æui curſu præbuit; exindè Auguſtus priuignos Tiberium, & Claudium Druſum hoc nobiles reddidit dignitatis fulgore, vt Germanico etiam bello, depulſo inimicorum impetu, armiſque repreſſis Tiberio Cæſari, & Hieroſolymis è K contumaci deiectis peruicacia, nec non miſerè depopulatis, victores Tito milites contulere; & ſic Octauij poſt dominatum ſub Imperatoris potentia, vel cũ proprius intercederet conſenſus, vel expreſſa veniret voluntas, aut permiſſio, vel denique vis adeſſet, vel armorum atrocitas, perſiſtere Populus Romanus fuit coactus.

Cum

A Cum de Imperatoris igitur nomine
quidquam dixerim, circa Imperium
aliqua diſſerere minimè vereor. Et omnem,
ante alia, Cæſaris ditionem, illud,
ſignificat, nec non dominium. *l. prima
de conſtitut. Principis, §. ſed quod Princip.
inſtitut. de iure naturali gentium, & ciuile:*
ad quod facit Imperatoris dictum *in l.
cum ratio, §. ſi plures, de bonis damnatorũ*
allatis: ſeſe ſcilicet mallè hominum ad-
B iectione, quam pecuniarum copia im-
perij amplitudinem vehere finibus; ſuo
nimirum & Principatui, & ditioni; tali
etiam in ſenſu imperij adhibuiſſe no-
men Virgilium conſtat illo in carmi-
ne.

*Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula
mane.*
*Diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar
habet.*

C Illo poſterius, id, pro iuſſo accipi-
tur, quod ex publicæ, vel priuatæ vo-
luntate perſonæ, cui præſtari obedientia
debeat, ſit depromptum: qua de cauſa
Patris in filium, Domini in ſeruum, &
ſic reliquorum ſumitur Imperium, *in
l. quod iuſſit de re iudicata, l. final. ne quid
in loco publico*: qua etiam in ſignificatio-
ne, illo, vtitur Auſonius.

*Capta manu, ſed miſſa manu, neſciuit
D herile
Imperium dominæ, vult domina eſſe
manus.*

Dignitatis tandem loco Magiſtratuſ-
que authoritate, nec non, quam habet
illius ratione pro poteſtate venit: *in l.
ius pluribus de iuſtitia, & iure, l. 2. de in
ius vocando, l. imperium ff. de iuriſdict. omn.
iudicum.*

In duplici autem hoc excipi forma,
E certum eſt, aliud namque merum exi-
ſtit, aliud mixtum; *dicta l. Imperium, de
iuriſdictione omnium iudicum.* Illius defi-
nitionem Vlpianum penes *in dicta l. Im-
perium*, habemus conſtitutam; quod nil
aliud nimirum ſit, quàm gladij retinere
poteſtatem, qua ſceleſtos in homines, &
facinorum amantes pœnæ infligantur, id
autem ſæpius appellatur animaduerſio:
*in l. ſi quid erit, & in l. ſolet, ff. de officio
Proconſulis*. Huius extat, quod iuriſdi- F
ctio habeatur, quæ nobilis officio Iudi-
cis priuatam reſpiciens principali vtili-
tatem intuitu, expediatur: Bartolus, &
Doctores *dicta in l. Imperium*. Facchin.
controuerſ. iuris lib. 9. cap. 95. Accedit
alia iuriſdictionis ſpecies, in genere de-
ſumpta, quæ ſimplex dicitur, & defini-
tionem à Bartolo ſuſcipit *in dicta l. Im-
perium num. 23.* vt iuriſdictio vocetur,
quæ mercenarij opera iudicis ad priua- G
tum principaliter vtile expediatur.

Sed enim nil aliud eſſe imperium vi-
detur, quàm authoritatis illa plenitudo,
ac latiſſima, quæ Romano inerat Popu-
lo, & Principum tranſlata manus ſuis
poteſtas: *l. prima, C. de iure enucleando,
l. final. C. de legibus, l. prima post princi-
pium, C. de offic. præfecti Prætor.* Supre-
mum hac de cauſa Dominatoris apud
arbitrium moram illud facere neutiquã H
dubitatur: vt optimè dixit Bald. *in l. eam
quam num. 30. de fideicommiſſ.* ex ipſius
namque arbitrio, perenni tamquam è
fonte cunctæ diffluunt iuriſdictiones,
Baldus *in cap. 1. §. ad hæc de pace iuramẽ-
tó firmanda.* Franciſcus Marcus *dec. 178.
num. 2. vol. 1.* Peregrinus *de iure fiſci lib.
primo, tit. 1. num. 10. & 11.* Borellus
de Regis Catholici præſtand. cap. 21. num.
17. Thomas Gram. *deciſ. 46. nu. 1. & 4.* I

Plures itaque in gradu è Borelli in-
duſtria *in deciſ. ſumma, tit. 41. tit. de iu-
riſdictione, & imperio*. Merum diuiſio-
nem excepit: In maximum namque pri-
mò explicatur, quod legis iubendæ
pertinet ad poteſtatem, quæ ſummæ
Principis authoritati, ſummæque Sena-
tus potentiæ, ac Præfecto Prætorij con-
ueniens extat: *l. prima, ff. de conſtitutio-
nibus, l. non ambigitur, ff. de leg. l. normam,* K
ff. de officio Prætor.

In maius, & illa dicitur facultas, qua
humanæ, flagelli vice, arripiantur au-
ræ, aut membri mutilatione ciuilis adi-
mitur vita, libertas inquam, vel perpe-
tuos miſſione in carceres, cuiuſmodi ho-
mo ad metalla damnato æquiparatur.
*l. aut damnum, §. ſolent, ff. de pœnis, l. in-
credibile, C. eodem.*

A In magnum, & tunc operatur, cum
aliquis Ciuitate priuatur, vel in Inſu-
lam defertur, aut aqua ipſi interdicitur,
& ignis. *l. res capitales,* §. 1. *& l. capital.*
ff. de pœnis. Intrigl. *de feud. art. 79. nu. 57.*
centur. 2.

In paruum, & ea videtur authoritas,
qua & quis relegat, & punitionis ergo
torquet aliamque acrem corporis affli-
ctionem. Intrigl. *loc. cit. num. 59.* Bartol.
B *in l. Imperium n. 10.*

In minus, & eo conſpicitur in caſu,
quo modica, cunctis conceſſa Magiſtra-
tibus infligitur coerctio, vt leuiores cri-
minum punitiones, fuſtiũ ſcilicet ictus,
exiſtunt. Intigliolus *loco ſupra citato, l.*
magiſtrat. ff. de iuriſdictione omnium Iu-
dicum, l. leuia, ff. de accuſat. §. *andien. auth.*
de defenſ. limit.

In minimum tandem, quod illud eſt,
C cuius opera leuis mulctæ infligitur im-
poſitio. *l. mulctar. C. de modo mulctand.*
Intrigl. *loco cit. l. prima. ff. ſi quis ius dicenti*
non obtemperanit.

Aequali mixtum modo diuiſionem
Imperium ſuſcipit, aliud etenim maxi-
mum exiſtit, ac ſolius diſpoſitione Prin-
cipis; vt veniæ ætatis datio, deſcendit.
l. 2. C. de his, qui veniam ætatis impetrant.
Ac etiam cum propria in arrogatione
D authoritas interponitur. *l. 2. ff. de adopt.*
Nec nõ ſi legitimatio alicui per reſcrip-
ti medium infertur. §. *illud, &* §. *penult.*
in authen. quibus modis natural. efficiantur
ſui.

Maius, ſummo quod Principi, vel
Prætorij conueniens Præfecto, Proregi
ſcilicet, habetur, vt circa ſententias ni-
mirum, è ſupplicatione ſuam vetſet co-
gnitionem. *l. prima, C. de ſentent. Præfect.*
E *Prætor.* Intrigl. *loc. cit. num. 67.* Afflict. *de-*
ciſ. 341. ſub n. 3.

Magnum, quod eo conſiſtit in actu,
quo quis rei expellitur de poſſeſſione,
vel è ſecundi, vi decreti in dominium
immittitur, vel in integrum tribuitur,
reſtituitur: *l. ea qua,* §. *magiſtrat. ff. ad*
municipal. Intrigl. *n. 68.*

Paruum, cum ſcilicet de his cogno-
ſcitur, quæ cum cauſæ notitia efficiũtur,
ſi bonorum nempè tradatur poſſeſſio, F
vel pronunciatur vt ſecundi ex vigore
decreti quis in dominium veniat, aut in
alienationibus, nec non alimentorum
tranſactionibus authoritas interpoſita
conſpiciatur. *dicta l. ea quæ* §. *magiſtrat.*
ff. ad municipal. l. omnia quæcumque, ff.
de re iudicata. idem Intrigliolus *loc. ſupr.*
citatis.

Minus, quod in illis conſiſtere cer-
tum eſt, quæ nobilis officio Iudicis ob- G
tinere expeditionem ſolent, ſumma-
riamque exigere cognitionem videntur.
Bartol. *in dicta l. Imperium n. 21.* Intrigl.
loco citato.

Minimum tandem ideſt, quo, cum
emancipatio efficitur, vel manumiſſio,
authoritas interponitur. Bartol. *loco cit.*
nu. 22. Intrigl. *loco cit.*

His præteritis; plurima quamuis olim
extiterint imperia, vel Monarchiæ. Cal- H
deæ prima ſcilicet, & Aſſiriæ, in medijs
poſterior, & Perſis, Græcorum vltima:
de Romano hoc attamen in loco tracta-
bitur, illiuſque Imperatore: & tranſa-
ctis quamuis ſæculis è diuerſorum aſtu-
tia, & Vrbis dominium, & Orbis vio-
lenti fuerit impetu occupatum: vt Iulius
Cæſar egit. Quemadmodum refert Eu-
tropius *lib.* 7. ac in eius vita Suetonius;
Cum Senatus electio aliquoties inter- I
cederet, ſicuti in Tiberij accidit domi-
natu: ſic in hiſtorijs, quæ de eius vita
feruntur: militum ſæpiùs votis qua for-
ma de Septimio Seuero ſors diſpoſitio-
nem fecit: vt aſſerit Feneſtel. *cap. de ma-*
giſtrat. Romanorum 4. Hæreditatis inter-
dum vigore, illa ratione, qua, & Octa-
uius illud, & alij ſuſcepere: ita in Eu-
tropio *lib. 7. &* 8. conſpicimus. In feu- K
dum attamen Imperatoribus ſummo
tributum è Põtifice fuit imperium, cum
priùs iuramentum inieciſſent, fidelita-
tem ſeſe Catholicæ in fauorem Eccle-
ſiæ, & Apoſtolicæ in tutamen Maieſta-
tis ſeruaturos, ac iuuamen ipſi ducturos
ſpoponderit; hoc enim modo cùm vlti-
mam accipiunt coronam Cæſares Ro-
manorum Reges è ſupremo conſtituun-
tur Antiſtite, cum qua enſem deſumunt

A diadema, ſceptrum, & aurei inſignè
rami: quamquam verò Gregorius Quin-
tus Germanorum adduxerit nobilitatis
in manus, eligendi facultatem, propriæ
tamen authoritati confirmationem re-
ſeruauit: vt eſt relatum Polidori Virgi-
lij *de inuentionibus rerum lib.* 4. Bartoli
*in Extrauagan. ad reprimen. Enri. 7. poſt
lib. feud.* Exemplum nobis in Iuſtino
Seniore oſtenditur, qui ſua antequam
electio haberetur ſummum Legatos ad
B Pontificem, qui Orſmida miſit, quos
Apoſtolicam ire ad ſedem, vt fidem illi
ſubiectarent, iuſſit.

Hæc etenim ordine ſuo quarta Mo-
narchia in Romanis habita proprium
ex Iulio Cæſare initium excepit: vt ſu-
perius fuit explicatum. Nam cum cæ-
tera ſub iugum Regna fuerint ſubmiſſa,
& Aegyptus, Aſia, Macedonia ciuile
poſtquam cæptum bellum fuerit anno
C quinto ſub dominio Quiritum fuerint
conſtitutæ, ac in Vrbem fecerit reditū,
& victa triumphum accepiſſet ex Hiſpa-
nia dictatoris nomen perpetuum ſibi
ſumpſit in decorem. Vnde cum ſibi de-
latum repoſuiſſet munus ſuo, Senato-
rum conſtituit arbitrio numerum, pu-
blicaque vt ipſius erat in placitis, elar-
gitus officia in plurimorum incurrens
odia, quintum poſt menſem, Romanam
D ex quo pedem in Rempublicam contu-
lerat, cum imperio, & vita multis con-
foſſus vulneribus purpuream in Pompei
Curia emiſit animam illorum opera,
quos magnis ſibi deuinxerat beneficijs
idibus Martij Anno ex quo Mūdi crea-
tio habita 3928. Romæ verò conſtructio
706. Cum lethum autem Iulio Cæſari
necis vi fuiſſet adductum Triumviri
Antonius, Octauius, & Marcus Lepi-
E dus bellorum ſeſe inter ſuſcitantes tu-
multus armorum, ambiguique flammas
accendere Martis, non erubuerunt, do-
nec propria cum Lepidus è dignitate
pulſus in exilium abiens; ac Fortunæ
concedens volubili victus fugæ terga
dediſſet. Antonius liberum Octauio to-
tius imperium Orbis, ac Romanorum
reliquit dominium: vnde cum ipſe fue-
rit in imperio Secundus ciuiles condere F
leges, ac Mundo tot diſſenſionum, præ-
liorumque exagitato procellis pacem
tribuere innixus eſt, Aheneo Iani tem-
plum vecte voluit concluſum, trigeſimo
cuius imperij anno ac 3970. Orbis or-
tus ferreo ſemiſopitæ in ſcelerum ſom-
no Chriſtus Dominus terræ attulit ſalu-
tem. Tertius in ſceptri ſucceſſionem
Claudius Tiberius Nero, ex Liuia na-
tus, priuignus Octauij Auguſti gener, G
adoptiuus nec non filius venit, tali ha-
bitus odio, vt ipſius optimè ex operi-
bus valet cognoſci, & tamen cum vix
è Romani authoritate Senatus preces
accepiſſet, vt imperio potiretur, eius
ſumere habenas haudquaquam dubita-
uit Chriſti anno 15. Ipſius autem ſub
regimine Cruci Saluator noſter affixus
hominum expulit miſerias, & Morte
ac Tartaro deuictis Cœli reſerauit por- H
tas. Qui quarto Imperatorum recenſe-
tur in numerum Iulius Cæſar Caligula
Germanici filius horrendum (ò nefas!)
monſtrum, & humani immanis carnifex
generis: anno 38. aliter 39. talem vero
ſedem è fortis volubilitate ſuſcepit. Hu-
ius Claudius Tiberius Druſus, ipſius
patruus, cùm violenta illata mors fue-
rit, in ſucceſſionem habitus anno 43.
ac ſua, Britanniam opem expoſcentem I
ſub protectione deſumpſit, anno verò
55. aliter 57. Domitius Nero in hanc
venit dignitatem; ſed enim cum auda-
cter per ſcelera incedere non vereretur,
vita violentèr erepta Sergio locum de-
dit Galbæ, cui Syluius Otho anno 70.
ſuccedens in eam Vitellium, Epicu-
reum, inquam, Principem, vocauit au-
thoritatem: inde 72. Flauius Veſpeſia-
nus anno ſucceſſionem obtinuit, illiuſ- K
que poſt mortem 80. aliter 81. anno Ti-
tus Veſpeſianus ſedem excepit, & in
86. Flauius Domitianus Imperiali ſeſe
decorauit diademate: cùm 97. vel 99.
accedēs Cocceius Clarus ex exteris Im-
perator Orbis exceperit dominium, &
ipſe autem Vulpiano Traiano adoptiuū
deſumpto in filium propriam tribuit
potentiam: vnde ille 100. Cæſar effe-
ctus

A ctus Elio Adriano ſub 118. ſedem præbuit; & cum huius cooptatus pius Antoninus opera fuiſſet in ſublimem peruenit dignitatem anno 141. vel 139. poſt quem in 162. Marcus Aurelius, qui Philoſophus nominatus, & Aurelius Verus huiuſmodi, ex voluntate, pondus ſubire non recuſarunt; Horum poſt regimen ad purpuram Commodus Aotonius anno 182. aduentaſſe hiſtoriarum
B conſpicitur ex monumentis: cùm 197. vel 194. anno ad Elij Pertinacis manus, Orbis deſcendiſſet Dominatus: ex quo Didius Iulianus, & ex hoc Septimius Seuerus 195. Sedem obtinuit Imperatoriam: Poſt autem Aoronius Baſſianus Caracalla, Regiminis deſumens habenas Imperator eſt cõſtitutus, cuius filius 213. aliter 212. fua Orbem ſub ditione continensMacrinum Opilium in ſucceſ-
C ſorem habuit: anno 218. Indè in tàm ſublimem Eliogabalus apicem aſceodere non eſt repulſus anno 219. Acceſſit poſtmodum anno 223. Alexander Seuerus; quem 236. vel 232. ſequutum fuiſſe Iuſianum Maximinum cõſtat: poſt ipſum verò duo ad Imperium Gordiani 238. peruenerunt: ac ex eis qui tenebris Idolorum ſpretis, ac exoſo Chriſtianorum eſſent in numero anno 245.
D vel 246. Iulius Philippus talem non reſpuit honorem: cuius poſtquam Mors extiterit aono 250. cum perfectionem Illiricæ ſortitæ legationes fuiſſent hoc decoratus fulgore, Senatus è ſententia Decius fuit; qui vitam in cruore deſerere compulſus locum in Imperio 252. Tribomano dedit Gallo: ipſius autem poſt necem ab exercitu Emilianus creatus Imperator ſummam capere dignita-
E tem ſperabat; ſed enim propoſiti firmitas, & recens decus vicem ſubito mutare viſi ſunt; nam eoquod ipſius audicrant milites è copijs, quæ in Alpibus exiſtebant in ſummum deſumptum fuiſſe dominum Valerianum, eo interempto ad illius tranſire partes voluere: anno ex Virginis partu 254. vel 255. Huic autem Perſarum in bello è propria præcipitãti ſublimitate Gallienus filius ſuc-
cedere viſus; quem Flauius Claudius F
anno 271. vel 269. ſequutus eſt; vnde ipſum Aulerius Valerianus 271. cùm Romanum preſſiſſet, velut dominator, ſolium in prædeceſſorem habuit; ipſe verò miſerè proprijs necem excipiens è familiaribus Imperiũ Tacito anno 277. vel 276. reliquit: Hinc verò priuſquam gelidus Mortis horror ingrueret de Valerio probo facta ex hoc electio fuit, cũ è Senatus authoritate illata confirmatio G
278. Carus poſtmodum ad ſceptrum vocatus, & diadema 280. vel 282. letho ſuccumbens pro Diocletiani præmio Carino filio armorum vi ex auſis deiecto, dominium, non ſponte, tradidit anno 284. Iſte autem ſolus, quoniam tàm vaſti ſpatium Imperij dirigere vel non poſſet, vel nollet in Collegam ſibi Maximianum anno 287. aſſumpſit.

Has tandem poſt rerum viciſſitudines H
Clorus è Coſtantij manibus 291. anno Regimen accepit: in cuius ſucceſſionem Galerius anno 304. venit, qui ſimul cum Maximino eiuſdem fermè in anni ſpatio Seuero adoptato, adeò celſam tribuit 306. Maſſentio Maximiani filio authoritatem, cùm hic ex aliquibus Romanorum partibus Imperatoris habuiſſet electionem: ſurrexit poſtmodum Licinius, & ex Galerij benignitate Dux effectus, I
nec non in ſocietatis vinculo vnitus anno 310. regnauit: ipſum ex Martiniano in dignitate ſectatum neminem latet, qui obſcuri quamuis è generis latebris erupiſſet ob ſtrenuas tameo militari in diſciplina manus ad tãti dominatus apicem ſeſe erexit: Blzantio eoquod Cæſar creatus ſubiectas moderari gentes incepit, ſed enim Conſtantini iuſſu vna cum collega morti cedens, vitam cum impe- K
rio reliquit: ipſe verò cum ſuos vitæ hoſtes rapuiſſet, ac ad tàm excellens faſtigium pedem conferre non dubitaſſet, Romanam, dignitatis ſedem, anno 313. in Vrbem duxit, veræ ſeſe aſſeclam Religionis Chriſtianæ dico, profitens: eo quod; cum lepra laboraret, ac ex illa Põtificis Silueſtri opera prodigioſo præcedente ſomno liber euaſiſſet, Baptiſ-

Digitized by Google

A matis lauacrum ſumere nõ eſt dedignatus, ac donationem Eccleſiæ, de Imperij parte, facere non recuſauit. Inde anno 314. electionem de Criſpo filio in dominatorem patrans, ſucceſſorem ſibi conſtituerat; ſed enim inceſti quoniam reum ex nouercæ impoſtura, quæ ſeſe violatam ipſius ex lubidine affirmabat, ipſum reputauit, ſimul cum poteſtate vitales arripi auras eſt perpeſſus: quo
B enecato Conſtantinus Secundus, Magni filius in eum peruenit honorem: at nullo genitoris diuiſione modo contentus in fratrem Conſtantem armis inſurgere auſus eſt, dum prælia tamen immiſcentur, auerſa Martis furia conculcatus, amiſſo exercitu victus abire cogitur: vnde Conſtans, illius, biennij ſpatio ditionem obtinens Magnetij fraude mortem complexus eſt anno 350. Quo ſibi vſur-
C pans imperium regnare cæpit. Hoc autem Conſtantinus intellecto cum ingentes aggregaſſet copias Italiam, & poſtmodum Galliam adiens acri hoſtem ingenio Magnetium timendo fudit prælio, & ſuum patruelem Iulianum ſibi fertur adoptaſſe, cui Galliæ curam in tutamen tradens, eumque adeò felici res geſſiſſe curſu audiens, vt non ſolum Cæſarem, verum etiam Auguſtum exercitus accla-
D matione milites elegerint, & diadema tes, licèt iniquo ille per iſtere demonſtraret animo, armis præcinctus, iter ingredi voluit, vt Iuliani perfidiam ad officium reduceret; ſed febri, ex illius mœrore offenſæ, correptus vitæ clauſit periodũ, eum immanè (quaſi neceſſitate coactus), deſtinarit pro Imperij ſucceſſore. Tyrãnum anno 361 vel 356. Hic verò cœleſti, bracchium, telo vulneratus ad Infe-
E ras, id quoniam expoſcebant merita, gradum facere vmbras compulſus; cuius poſt obitum, Iouinianus è militum votis Cæſar conſtitutus conceſſum flectere moderamen incepit, in Bitiniæ autem finibus è ſalute Mundi 364. anno ad extinctos tranſiuit; illi ſubſequutus Valentinianus fuit, qui eadem in dignitatem, forma perueniens, poſtquam Conſtantinopolis contigit terminos, in ſuum

Valentinianum fratrem, aſſumpſit collegam: inde Germaniæ in fines ſeſe, mi- F
litibus cateruatus, conferens, vicinos Oceani vaſtitati Saxones proprij ſub dominij iugum immiſit, ira poſtmodum commotus vitam dicitur amiſiſſe: inter hæc Valens frater acri eneruis prælio in Europa redditus vulnus in fuga recepit, ac hoſtium ex impetu declinãs in tugurij ſe humilitate abſcondit; nil attamen ipſius verſutia valoris habuit, immiſſo G
eoquod aduerſis ex militibus igne, miſerè in flammas abiit: vnde Gratianus anno 369. vel 367. è Valentiniano genitore coaptatus, dominium aſſumpſit, ſexto verum imperij anno ſuo decedens fato, vel, vt aliorum exiſtit in ſententia, necatus quodam ex Duce, Maximo, qui ſummum de imperio deſiderium præſeferebat, in Gallis datus Valentinianum reliquit in ſucceſſorem, qui eiuſdem H
fermè generis letho vitam, familiaris ſui, Arbogaſti, fraude deſerens, dominatu diù lætus eſſe non valuit. Sed enim longo percuſſores ſpatio, & ſacrilegi homines impunè viuere non ſunt permiſſi: nam hic ſuamet opera ſibi mortem conſciuit, ille, Aquileæ, ſub gladio ſceleſtam euomit animam: quare talem obtinuit pietate clariſſimus, & pruden-
tia dignitatem Theodoſius 379. qui I
Honorio, ac Archadio in minore adhuc ætate in ſocios conſtitutis Stiliconem præbuit pro directoribus, & Rufinum. Poſtquam verò Theodoſius naturæ tributum ſoluit 395. vel 383. Orientis regimini Conſtantinopoli Archadius præerat, Honorius autem Romæ, perfidus cum Rufinus inſidijs Gothorumq; conuocans Regem, vt bellum Archadio inferret, plurimos addens ſtimulos pro- K
prijs necem ex militibus accepit; inde Theodoſius Secundus, Archadij filius, ac Theodoſij nepos anno 423. ad imperij apicem aſcendit, poſt quem in Martio vulneribus confoſſum campo Martianus pedem in dominio intulit 450. vel 451. Huius Leo primus 457. ſucceſſor exiſtit: ipſius Leo Iſauricus dignitatem 474. recipere minimè [illegible] quõ

M
Ana-

A Anaſtaſio, anno 491. propriam cebue-
rit, mortis vi compulſus, facultatem:
Iuſtinus poſtea talem peruenit 518. vel
523. in gradum ordinemque continuaſ-
ſe magnum Iuſtinianum Iuſtini ſororis
nepotem 527. firmum habetur: Iuſtinus
etiam ſocordis Princeps ingenij, ac in-
tellectus huius ex filia nepos anno 565.
vel 566. ſuccedens Exarchicum per Ita-
liæ ſpatium, magiſtratus titulum voluit
B inſtitutum: qui enim talem obtinebat
dignitatem imperij tamquam Vicarius
exiſtebat, atque Legatus. Acceſit Tibe-
rius, qui regiminis iam in parte, ceu
collega, erat occupatus anno 576. Mau-
ritius deindè ipſius gener, qui Cæſar
583. acclamatus, dominij flectere ha-
benas incepit: ſed Focas centurio ſeſe
illum aduerſus armans, vxori liberis,
omnibuſque Imperatoria è ſtirpe homi-
C nibus, & ipſimet necem attulit, ac Im-
peratoris nomen ſeditionis medio aſſu-
mens anno 602. violentam poſtea mor-
tem ſubiens locum Heraclio 611. tri-
buit: ipſius verò in ſucceſſionem Secun-
dus Heraclius, qui & filius, cum anno
613. electionem ipſius excepiſſet opera,
venit: Humeros, hinc tam ancipiti ſub-
iecit ponderi Heraclion, cum Heracliũ
fratrem anno 641. mortis, & gladij vo-
D uiſſet ſæuitiæ, poſt quem Conſtans He-
raclij nepos 642. ſubditos regere popu-
los neutiquam veritus: at in Sicilia
balnei feruore, maximis circa imperij
poſſeſſionem voluentibus diſſidijs, vitam
reliquit, vnde Saraceni occaſionem
nacti maximum Imperio damnum intu-
lere, quos inter tumultus, ac præliorum
procellas Conſtantinum Quartum co-
gnomine Barbatum viduam relinqui
E purpuram puduit, & ideo anno 669.
vel 654. dominium ſuſcepit, cùm Iuſti-
nianum filium 686. pro directore inſti-
tuiſſet; qui ætatis propter grauamen, &
malè Reipublicæ directum imperium,
crudelia nec non, quæ committere ope-
ra minimè erubuit naribus, Leontij iuſ-
ſu, ſciſſis in exilium miſſus, & poſt è
Tiberij Imperatoris mandato militum è
conſenſu in imperium aſſumpti naribus
denuò diſruptis in vincula coniectus do- F
minio ampliùs frui haudquaquam paſ-
ſus eſt: Fortuna tamen ſtabilis perſiſte-
re nequiens vtrumque formidabiles in
Iuſtiniani manus duxit, & mortem ſubi-
re coegit; in quibus Heraclij progenies
finem inuenit, & coronam violentor in
Philippum Bardanem anno 712. tranſ-
miſit, cum interim Anaſtaſius, cui tribui
ſucceſſio debebat militum repulſus cõ-
ſenſu ſolio priuatus exciit: indè Theo- G
doſius, qui hunc prælio ingenti concul-
catum ſacris addidit ex Leone, anno à
Mundi ſalute 717. in miſerias deijcitur:
poſt quem Conſtantinus Copronymus
anno 720. vel 741. & Leo filius, ex cu-
ius imperio Artabaſtus nouus Impera-
tor, de quo facta Conſtantinopoli ele-
ctio, oculis erutis vitam duxit, regnare
incepit 775. Inde Conſtantinus Sextus
eius filius, cum ætatis propter ineptitu- H
dinem regimen præ manibus habere
non poſſet, Matri Reipublicæ habenas
conceſſit: verum enimuerò poſtquam
grandioris perueniſſet ad ætatis limina,
deiecta barbarè, ac nefandè ſceptri è
dominatione illa, quæ tot perpeſſa la-
bores fuerat inſolenti animo ſubdito-
rum ſuſcepit moderamẽ ex necata ma-
tre 796.

Sed enim Irenis ex imperio vltimum I
vſque ad Paleologum quadraginta do-
minium tenuiſſe Græcos moderatores,
ac eos inter aliquot immixtas mulieres
certum eſt: ipſorum verò plurimi omni
expertes doctrina viſi ſunt, ac pruden-
tia: cum Monomachus namque Con-
ſtantinus tàm vaſti lora regiminis rege-
ret, obſcuro exorti ſanguine Turcæ Aſiæ
depopulari decora phrigioſque vaſtare
penates cœpere; inde proprias cum pe- K
detentim vires auxiſſent Ottamanũ an-
no ex Chriſti morte 1300. ſibi Princi-
pis loco, & ad facta, & ad auſpicium
elegère. Quapropter ſua tumidus po-
tentia Maumethus, qui huius nominis
Secundus Solimani proauus fuit, tem-
poris inſpiciens opportunitatem ſummo
Conſtantinopoli niſu aggreſſus inferens
deplorabilem duxit ſeruitutem, cum

Paleo-

A Paleologus Conſtantinus morti fuiſſet datus: quo perpatrato illa propriā conſtituens in Ciuitate ſedem, familias, nomen, ac ſucceſſiones noſtræ Religionis Imperatorum ſſecubili extirpauit tyrannide.

Poſtquam verò Imperij ex Occidente auulſa dignitas Oriens Imperatoribus primordia tribuit: ex eo quia, dum tumultuario Conſtantinopoli res agebantur moderamine, & Caroli Francorum B Regis fama percelebris eſſet Aquitanico inſtituto ex Adriano Pontifice bello in Italiam fuit ille contra Eccleſiæ aduerſarios vocatus: qua de cauſa Rex optimè armis inſtructus, & militum vigore fulcitus Deſiderium Pontificia occupantem, propria ex potentia, bona ſibi ſubegit, illiuſque filium Adalgiſium Regno deiectum ſuæ in trophæum victoriæ conſtituit; propterea cum & Ita- C liam, reliquaſque illius oras pacatas reddiderit Romam perueniens, à Pontifice, ac toto Quiritum populo Imperatoris Auguſti titulum, Germanos inter primus, anno 801. excepit: quatuordecim verò per annos tali perſtitiſſe in dignitate firmum eſt: inde Ludouicus, qui eius filius 814. ſucceſſionem obtinuit, poſtmodum Lotharius 823. vel D 840. ſibi dominatum aſſumpſit, qui Ludouico Secundo filio 855. imperium tribuit, cum Carolus Secundus cognomine Caluus ex Pio Ludouico progenitus 875. vel 876. in purpuram aſcendere non reſpuiſſet 877. autem anno Ludouicus Tertius cognomine Balbus, ſecundi filius Caroli biennij per ſpatium Imperij præfuit moderamini: ſurrexit autem poſt ipſum Carolus Tertius, qui E Craſſus, & Ludouici Germaniæ Regis filius 879. cum & Arnulphus ex fratre procreatus 887. Romæ eſſet poſitus: Atenim ipſius, imperio perſiſtente, in manibus Vnghari Scithiæ à finibus depulſi Pannoniæ irruere, in agros coacti: poſtquam autem Arnulphus dominij reliquerit habenas, Ludouicus Quartus ipſius filius anno 895. aliter 901. Imperium deſumens, ac Berengarij viribus Italiæ maieſtatem armis conculcantis F cedens oculos deplorabiliter amiſit, & finem Caroli Magni lineæ ſuo intulit dedecore: qua de cauſa Conradus aliquorum votis, & Henricus anno 912. ſucceſſores fuerunt præfixi: Romano tamen ex Antiſtite nulla conſecrationē forma ſuſcepère: cum hic oblatam ex Papa conſecrandi ceremoniam minimè habuiſſe in pretio dicatur, bonorum ſeſe iudicijs reputans virorum, ſuffragijſque contentum: poſt ipſos Otho pri- G mus Henrici filius in Imperij collegam ex genitoris voluntate fuit conſtitutus, qui præclaram ob virtutem Magni nomen ſuſcepit, ſoliuſque ſui arbitrij Imperio 936. dominij moderari ſpatium neutiquam deſtitit: Secundus inde Otho ex ipſo progenitus ad ſolium 968. conſcendit, cum ſuum, Othonem tertium filium 984. vel 385. ſucceſſorem præfixerit: poſtmodum Henricus Secundus H Bauariæ Dux Othoni Magno Saxonum Duci, nec non Cæſari propinquitate coniunctus 1001. Imperij aſſequutus regimen fuit: at cum lethi vi Henricus locum dediſſet, Conradus biennij peracto curſu, multis verſantibus, inter, cōtentionibus, Cæſaris acquiſiuit nomen, & poteſtatem 1024. vel 1025. & imperiale accepit ex Ioanne XIX. Romæ diadema, nec non conſecratione decora- I tus popularis ex acclamatione conſenſus Auguſtus fuit nominatus: Ipſe verò Principum ex votis anno 1039. aut 1044. ſucceſſorem Henricum ſtatuit filium, ex quo Henricus Quartus ipſius filius in adoloſcentiæ permanens flore ſceptrum obtinuit 1056. Dominatus autem adminiſtratio matris penes arbitrium perſtitit, ſed Germaniæ primates, hoc ini- K quo ferentes animo filium è genitricis eripuerunt ſinu: quoniam autem mens hominum labilis, & incoſtans è fidei limine pedem amouère hic nullo erubuit modo, Gregorium adde quod Pontificem ſublimi deturbare contendit: Deo tamen haudequidem ſopito: ex eo quia cum illum Germaniæ populi dignitate nudaſſent Rodulphum Saxoniæ Ducem

ipſius

A ipſius loco poſuère: Atenim has inter ambages Henricus propriæ ſeſe iræ ſecundum præbens ſuis antipapam in ditionibus voluit conſtitutum, cum hoc per ſpatium Rodulphus maximo comparato exercitu, ac ſummo ſelecto copiarum numero ipſum aggreditur, & propriæ ſubegit potentiæ: alij verò diuerſæ permanere in ſententia voluere: nam ex Henrico potius Rodulphum vulneribus aſſerunt affectum, cum tertius iam commiſſus fuerit conflictus. Hic autem vitales poſteaquam deſeruit auras, filium, qui Henricus Quintus in ſucceſſorem habuit: ipſe autem cum nullo filij munus, & quam patri debebat reuerentiam, ducens in pretio multorum extimulatus ſuaſionibus nō parui momenti patrem in anguſtias coniecit, illumque omni priuum decore, magiſtratus vitam priuatè agere compulit
C 1106. Ex hoc Lotharius è Saxoniæ Ducum familia ſucceſſionem anno 1125. vel 1126. excepit. Deindè Conradus Tertius Sueuiæ Dux Henrici Quinti è ſorore nepos 1138. vel 1139. imperij in maieſtate ſubſequi viſus eſt. Hæc verò poſtquam vices tranſitum fecere Fidericus Barbaroſſa Sueuiæ Dux Conradi nepos 1152. dulce diadematis pondus
D ſubiuit. Cuius in ſucceſſionem Henricus Sextus filius 1190. vel 1191. in dominatu venit, qui propriæ ſub facultatis iugum Apuliam, Calabriamque demittens, Neapolim etiam ſuam reducens in ditionem Triquetræ aduerſus libertatem inſurgens illam domuit: indè Fidoricum filium, qui adhuc infantili perſiſtens in ętate Germaniæ Principum interueniente conſenſu Genitoris in ſuc-
E ceſſionem vocatus, quem vna cum fratre Philippo, Sūmo Romæ Antiſtiti cōmendatum voluit Innocentio, ac Panormi humanas deſeruit auras; Philippus atenim 1195. quamuis alij Othonē Saxoniæ Ducem Lotharij pronepotem Imperatoris vellent dignitate ornatum, qui proprium aduerſarios ad officium armorum vi compulit: cum attamen Innocentius Tertius minimè inſcius Hen-

rici, ac Fiderici antenatos rebelles, aduerſus Eccleſiam animos demonſtraſſe, F
Othonem verò explicauerit decoratum titulo, iræ furijs exagitatus, odijque, ſtimulis compulſus Regis Francorum auxilio ſuffultus bellum in Othonem gerens arma commouere neutiquam dubitauit: qua de cauſa ex Pontificis facultate anathema fuit mulctatus: at cum inita Pax haberetur Germanorum dictus Imperator, qui poſtmodum necem ſubire coactus vitæ fungi munere G
haudquaquam potuit. Acceſſit indè Saxoniæ Dux Otho 1218. Sed enim cū excommunicatio ipſi illata, ac Imperij Electores inducti ex Pontifice fuiſſent, vt de alio electionem facerent Sexti filium Henrici, cui fidem præſtiterant infantili dum in ætate maneret ad Imperiale ducunt ſolium; ideò è Sicilia illum euocant, & cum de tali priuatus Otho H
dignitate fuiſſet ipſius venit in ſucceſſionem Federicus Secundus 1220. vel 1228. Henricus poſtmodum ex Conſtantia vxore filius, qui genitoris in vita coronam in Aquiſgrana exceperat in Maieſtatem veniens cum bellum aduerſus Pontificem appareret in Othonem conuertit: Federicus autem cognoſcens temporis ſpatio poſſe Henricum paterni ſibi regimen imperij vſurpare, carceri- I
bus voluit iniectum, quo mortem in loco illum ſubire coegit: Olandriæ autem Comes Guglielmus Imperatoris 1255. excepit inſignia: inde Rodulphus Haſburgius cum fuiſſet è caſtris compellatus 1273. Cæſaris deſumpſit titulum: poſt quem Adulphus 1292. in ſucceſſionem venit: Albertus poſtmodum Auſtriæ Dux ex Rodulpho progenitus Imperatoris habuit 1300. vel 1299. electionem. Septimus poſtmodum Enricus K
Luceburgia è familia 1308. dominium acquiſiuit: Inde Ludouicus Bauariæ Dux tàm ſummæ ad apicem dignitatis aſcendit 1314. Qui ſui ſpatio dominij Federicum cognomine pulchrum Auſtriæ Ducem, in quem plerique Imperij contulerant Maieſtatem, cum atrox inieciſſet prælium, debellauit, vinculiſque miſerè cir-

A circumligauit: Quintus etiam Ludouicus 1327. regnate viſus: Carolus autem Quartus ex Clementis Pontificis voluntate imperium 1347. vel 1346. obtinuit: poſt quē VVeciſlaus ipſius filius 1379. ſibi acquiſiuit dominium; ſucceſſionemque excepit: Bauariæ Dux poſtmodum Robertus; Comeſque Palatinus 1400. cui Sigiſmundus Vngariæ, ac Boemiæ Dominator 1411. ſucceſſit, & imperiali ſeſe decorauit purpura: inde Robertus Secundus, Auſtriæ Dux, cuius gener in dignitatē venit 1438. cum 1440.
B Imperatotiam ſibi Maieſtatem Fidericus Tertius, Auſtriæ Dux induiſſet. Quem 1491. vel 1494. Maximilianus huius nominis Primus Fiderici filius in hac ſequutus eſt dignitate. Atenim cum ipſe morti conceſſiſſet Carolus Quintus è Philippo filio nepos ad imperialem peruenit celſitudinem: poſtea Ferdinandus Primus, ipſius frater 1558. eſt dominatu potitus: huic adiunctus numero Ferdinandus eius filius fuit, ex quo Maximianum Secundum imperij ſuſcepiſſe dignitatem certum nobis redditur anno 1562. vel 1564. Quam ad Maieſtatem Rodulphus Secundus Maximiliani filius poſt hunc aſcendit 1576. Matthias atenim Rodulphi frater cum propria ob merita ſub vmbris latere neutiquam deberet, ſceptrum è Numinis virorumque diſpoſitionem obtinuit. Inde Ferdinandus Secundus Primi nepos Ferdinandi 1619. dominium accipere neutiquam recuſauit. Succeſſionem poſt deſumpſit Ferdinandus Tertius, qui huius primogenitus, ex cuius voluntate 1653. Ferdinandus filius Romanorum conſtitutus fuiſſet Rex hiſtoriarum conſpicitur è monumentis, quo tributum 1654. naturæ afferente acceſſit in ſolium Ferdinandus Tertius, qui anno 1657. lethi vi, humanas deſerens auras Leopoldo Primo, qui nunc felici ſuperum auſpicio pacatas regit Orbis oras, imperij tradidit habenas.

C

D

E

DE IMPERATORIS *Electione.*

Cap. 1.

F IMperatoriam electio circa dignitatē ex Gregorij Quinti Summi Antiſtitis facultate illa fuit ad Germanos traducta propter beneficia, quæ Romana G exceperat ab Alemannis Eccleſia, ſtatutum enim ex ipſo fuit anno 996. vt Imperiale ſi dominatore vacuum eſſet ſolium, cum omnis penitus excluſionē pateretur hæreditas, noui electio Imperatoris, ad ſeptem, qui hoc ad munus eſſent conſtituti, Germanos Electores pertinens haberetur, vt nobilitatis decore, & eius diuitiarum robore, qui ad imperialem vectus honorem, dominium H ſibi firmitudinem exciperet: vt explicatum fuit ex Gloſa *in verbo autem, in cap. ad Apoſtolicam, de re iudicata, in 6.* & referunt Nauarra *in cap. nouit, notab. 6.* 31 *num.* 124. *de iudicijs.* Azorius *inſtit. moral. parte 2. lib. 4. cap. 19. quæſt. 7.* Septenum itaque numerum Electores tres Eccleſiaſtici, quatuor verò ſeculares cōplent: Primos inter Archiepiſcopus Maguntiuenſis, Colonienſis, ac Treuerienſis veniunt, qui trium velut nationum I Cancellarij adſunt; ex poſterioribus, Comes Palatinus, Saxoniæ Dux, Marchio Bandeburgenſis, ac denique Boemiæ numeratur Rex, vt ſuffragiorum in paritate proprium inferat iudicium. De illo igitur in Romanorum Regem confecta dicitur electio, qui poſtmodum ex horum votis coronam ſibi deſumit, & vnctionem à Pontifice ſuſcipit; ex quo K ipſi adminiſtratio traditur imperij: *cap. venerabilem, de electione; clement. ne Romani eodem tit. cap. ad Apoſtol. de re iudicata in 6.* Corneus *conſ. 1. lib. 3.* Cum de facienda vero electione ius fuerit Electoribus tributum: hac de cauſa hi è ſummi dextra Pontificis illud recognoſcunt. Zabarellà *conſil.* 154. *num.* 5. Quibus huiuſmodi circa eligendi ius

velut

A veluti vniuerſis; non autem ſingulis fuit
facta conceſſio: vt tenet Leopoldus *loco*
ſupra citato, verſ. ad ſecundum, & verſ. ad
tertium num. 6. Huic autem de electione
facultati Pontifex oneroſa eoquod ex
cauſa fuiſſe illam certum eſt tributam,
nullo reuocationem darè modo valet.
Romanus *conſil.* 352. *num.* 23. Enimuerò
haudquaquam Papæ vetitum, vt con-
ſtitutum infra temporis ſpatium electio-
B nem non tranſmittant, Electoribus man-
dare; qui cum elapſus fuerit terminus
anſam ipſi præbet, vt illa pro vice ſibi
electionem reſeruet, ac imperatoria
quem dignitate decoret. Baldus *conſil.*
328. *num.* 10. *verſ. præterea Papa lib.* 1.
Ne defenſoris careat auxilio Eccleſia:
quo autem caſu Electorum per operam
quis Imperiale aſſumitur in ſolium, mi-
nimè ſummi ex Antiſtitis facultate dici-
C tur electus; ex ipſo namque electio neu-
tiquam efficitur, ſed confirmatio dila-
bitur, vel approbatio. Abbas *in d. cap.*
venerabilem, de electione, num. 1. Ius ete-
nim tertijs quæſitum ſurripere nequa-
quam valet, cum non ſolum de iure
antiquæ verum etiam ex conſuetudinis
efficacia hæc illis poteſtas competens
habeatur. Gloſ. *in cap. ad Apoſtol. de re*
indicata in 6. Additur; huiuſmodi quæ
D ſæculares, Pontificem in electionibus
ſeſe intromittere non debere; ni maxi-
ma, & vrgens quæ ſit cauſa adeſſe vi-
deatur. *cap. cauſam, qui filij ſint legitimi.*
Quod maiorem illa vim in cauſa exci-
pit; hoc eoquod priuilegium, cum ſua
exiſtat de natura perpetuum, pati re-
uocationem minimè poteſt: vt adnota-
tum fuit ex Innocentio *in cap. nouit, de*
iureiurand. An etenim alijs circa imperij
maieſtatem prius ſit Pontifex prærro-
E gatiuis? Ipſe namque ſi non parui cau-
ſa momēti adſit de gente imperium va-
let ad gentem traducere, quod cum va-
cuum ſit in adminiſtrationem ipſe ve-
nit. Peregrinus *de iure fiſci lib.* 1. *antio de*
his, qui iura fiſcalia habent, num. 35. Et
Pontificis ad facultatem omiſſo ſit ap-
pellatio medio. Scaccia *de appellatione,*
quæſt. 7. *num.* 112. Accedit Electum in
...
Imperatorem poſſe à Pontifice ſub exa- F
men poni, & approbationem deſume-
re, vnctionem, conſecrationem, nec non
coronationem excipere, vt ex aduerſo
ſortiri reprobationem valere, ſi magna
interueniens cauſa exiſtat, & eum, qui
diademate fuerit exornatus, è ſolio de-
turbare: vt *in dicto cap. ad Apoſtol.* Abb.
in cap. venerab. num. 6. Venit etiam non
ſolum Pontifici, Electoribus verum etiā
concedi, vt de Papæ ſcientia, nec non G
conſenſu ad imperium euectum, poſſint
ingenti denudare ex cauſa, Romanus
quemadmodum populus poterat, cuius
loco fuerunt conſtituti. Zabarella *conſil.*
fin. verſ. ad vltimum. Bartolus *in l. non*
ambigitur, ff. de legibus. Sebaſtianus Sap.
in dicto cap. venerabil. in addit. ad Abbat.
verſ. merito litera B. Quibus autem cau-
ſis valeat electus deponi Imperator, ex-
poſitum fuit ex Gloſa *in can. ſi Papa* 40. H
diſtinctione. Quo habetur in loco, omni
ſufficientiam ineſſe crimini, vt depona-
tur Imperator, ſi de eo correctionem
excipere minimè poſſit. Abbas autem
in dicto cap. venerabilem num. 7. Affirmat
Imperatores, cæteroſque Reges nullo
debere modo, niſi maximæ interueniant
cauſæ, vel delicta ex propria deijci di-
gnitate: ſed ſi magna interſunt pericu-
la; cum hoc tentatur legum detrahen- I
dum rigori eſt. quod ſi fortè priuſquam
effecta coronatio fuerit de illis fiat ob-
iectio, in eum, qui eligi in Imperato-
rem debeat, ipſius deſertus dignitas, do-
nec ea circa fiat diſcuſſio. Zaccharias
in addit. ad Abbat. loco ſupra citato lit. D.
num. 7. Pontificis autem ex facultate
ſuam Imperatorem cognoſcere poten-
tiam ambiguum non eſt. Abbas *in dicto*
cap. venerabilem num. 18. Hac de cauſa
Pontificiæ priuſquam ex diſpoſitione
voluntatis confirmata electio de Impe-
ratore fuerit, nil adminiſtrationem cir-
ca valet electus perpatrare. Talis ete-
nim confirmatio ad ſubſtantiam ſpectat,
& neceſſaria, vt fiat de adminiſtratione
collatio, ac in ea Imperatoria originem
excipit maieſtas. Ante illum attamen
Romanorum ſolummodo Rex exiſtit.

A Oldrad. *conſ.* 180. Circa electionem etenim facultas è Summi Pontificis manu dilabi cæpit: vt ex Alberti Imperatoris Epiſtola Octauum ad Vrbanum his conſtat verbis. *Recognoſcens igitur quod Romanum Imperium per Sedem Apoſtolicã de Græcis translatum eſt in perſonam Magni Caroli in Germanos, & quod ius eligendi Romanorum Regem in Imperatorem poſtmodum promouendum certis Principibus* B *Eccleſiaſticis, & ſæcularibus ab eadem Sede conceſſum, à qua Reges, & Imperatores, qui fuerunt pro tempore recipiunt temporalis gladij poteſtatem ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum pia deuotione, & ſincero corde profiteor, quod Romanorum Reges, & Imperatores poſtmodum, per Sedem eamdem ad hoc potiſſimum, & ſpecialiter aſſumuntur, vt ſint S. R. E. Aduocati Catholicæ Fidei, ac eiuſ-* C *dem Eccleſiæ præcipui defenſores.* Quapropter Imperialis quamuis dignitas, priuſquam Imperij effecta trãslatio fuerit neutiquam è Summi voluntate Antiſtitis, ſed è ſupremi diſpoſitione Numinis gentium iure fuerit conſtituta: vt ex Textu in *l. ex hoc iure, ff. de iuſtit. & iure*, conſtat, & ex Afflict. *in cap. Fidericus num. 1. de pace tenenda, & in princ. C. de veteri iure enucl.* Menoch. *illuſtr. quæſt. lib. 1. cap. 1. num. 23. & ſequentib.*

D Hanc attamen poſt tranſlationem quæ Summo perfecta ex Pontifice fuerit vna cum conditionibus, quæ fuerint in conceſſione poſitæ Imperialibuſque dependentijs, ex Pontifice obtinetur, & hoc ab ipſo in ſenſu dicitur præfixa. Molina *de iuſtitia & iure, diſput. 24. & diſput. 29. verſ. ex dictis infero.* Hæc de re eleganter equidem obſeruatum fuit ex Nauarr. E & Molina *locis ſupra citatis*. Germanicũ Imperium, prædicta poſtquam facta tranſlatio fuerit, maiorem habere, quàm quodlibet aliud Regnum, Romanæ ex Eccleſia dependentiam: ipſa etenim alium valet in gentem Imperialem transferre dignitatem: vt ſuperius à nobis fuit explicatum, & aſſerit Maſtrillus *de magiſtrat. lib. 1. cap. 2. num. 8.* per Tex. *in cap. venerabilem de elect. & cap. diſplicet* 23. *quæſt.* 8. Huiuſmodi namque eligen- F di poteſtatem Pontificia ex facultate ſibi Electores deſumpſiſſe habemus per ſententiam Diui Thomæ *de regim. Principis*. Bald. *in tit. de Pacis conſtantia, in verbo conceſſerimus etiam abſque Cardinalium conſenſu*. Abbas *in cap. ex geſtis, de Clerico reſidente*. Maſtrill. *loco cit. n. 9.* Quo autem in caſu de duobus in Imperatorem facta electio fuerit, Summus Antiſtes vbi pares extiterint meritis, G vni, quidquam gratum facere volens, Imperialia poteſt inſignia tradere, ſed etenim ſi diſpares exiſtant, cui virtutes inſunt clariores conferre dignitatem debet. Tiraquell. *de iure primogen. quæſt. 17. opin. 3. num. 3.* Quod ſi diſcordi euecti ſint ad ſolium electione, adminiſtrationem ambo ſuſcipient, Summus donec Pontifex, cum vni reprobationem intulerit, alterum tantùm eccelſa deco- H rarit dignitate Aluarus Pelagius *de planctu Eccleſiæ lib. 2. cap. 29. in fine.*

Poſtquam verò facta de Imperatore ex Electorum diſpoſitione fuerit electio, ſacro ille olio, dextero in bracchio, humeroue vngitur: vt eſt relatum Caſtaldi *de Imperatore quæſt. 18.* Azor. *inſtitut. moral. parte 2. lib. 10. cap. 5. quæſtion. 2. vbi in verſ. cætera*: voluit firmatum Romani ex priuilegio Pontificis, præſertim I cum abſens exiſtat Imperatori poſſe alius opera vnctio inferri: vt de lætitia, & promptitudine fiat ſignificatio, ad Eccleſiæ hoſtes conculcandos, & arma pro fidei propugnatione, & victoria cõſequatur deſumenda.

His igitur peractis ad Imperatoris conſecrationem deſcenditur, & coronationem, aureum enim ſupremo deſumit ex Antiſtite diadema: vt habemus K ex Azorio *dicto cap. 5. quæſt. 4.* Sed enim quando in debito coronam loco ſuſcipere nullo valet modo. Colonienſis authoritate Archiepiſcopi eam conſequi prohibitum ipſi haudquaquam euenit, de facto autem propria deſumere facultate diadema dicit. Afflict. *ſuper 3. lib. feud. de pace iurament. firmanda, cap. vt autem æquitas num. 4.* Aequæ namque

cum

A cum interueniant cauſæ hoc permittere Summi ſolent Antiſtites, & illa præſertim ex ratione Imperatoris eoquod Italiæ in gremium aduentus, ni magna interſint locorum diſpendia, oneraque per quos facere tranſitum compellatur, effici minimè poteſt, & ſi hunc ad honorem electus valeat, priuſquam fuerit coronatio habita, imperij adminiſtrationem ſuſcipere, Imperialem nec non
B dignitatem exercere: ita explicatum fuit ex Antonio Corſetti *de poteſtate, & excellentia Regia, quaſt.* 88. & Franc. Marco *deciſ. Delphin. 62. num.* 7. *&* 8. *vol.* 1. aduerſus opinionem Oldradi in ſæpè ducto *conſil.* 180. *&* 191. & Guid. Papa *deciſ.* 239. *num.* 3. Quorum fuit in placitis nulla Imperatori forma conceſſum, venire, vt, antequam ipſi coronatio inferatur, aliquod tributum velit priui-
C legium: authoritate Gloſ. *in l. bene à Zenone, C. de quatricu. præſcript.* Imperatoris namque nomen ſibi ex coronatione ſuſcipere certum eſt. Viuius *commun. opin.* 148. *in verbo, Imperatoris*. Camill. Borell. *in ſumma deciſion. tit.* 12. *num.* 7. Et pontificia poſtquam ex facultate deſcenderit confirmatio adminiſtrationis capiendæ illi inerit poteſtas. Gloſa in *cap. 1. de iureiurand. in clementin.* In quibus autem rebus Romanorum tanquam
D Rex debet intereſſe, valet, antequam Imperatoriam ſibi coronam deſumpſerit, diſpoſitionem facere, præcipuè in illis, quæ, certa cum interueniat ſcientia motu proprio, & facultatis ex plenitudine (omni aduerſa ceſſante ſententia) conficit, velut ſi coronam ſuſcepiſſet. Tuſcus *litera I. concluſ.* 39. *num.* 11. Quo exemplum affert in loco de Ducatus Mediolanenſis inueſtitura in Ioannis
E Galeatij perſona: poteſtatis eoquod neutiquam ad ſubſtantiam pertinet corona, Maieſtatis quamquam tribuat incremẽtum, ac honoris. Bald. *conſ.* 326. *lib.* 1. *& conſ.* 327. *in fine*. In qua conſpicitur parte, quod formale & ſi ei haud inhæreat Imperium, nulla cauſale tamen ratione dicitur denegari: Antequam etenim coronatio ſit effecta eadem illi præſtatur obedientia, quæ poſceretur ſi corona ipſe decoratus exiſteret. Corneus F
conſ. num. 11. *& ſequent. lib.* 3. Propterea quæ ex Imperatore corona minimè ornato tribuuntur priuilegia validitatẽ in ſe continere ambiguum non extat. Calderin. *conſil.* 522. *vel* 7. *de priuilegijs.* Bartolus *in conſtitut. ad reprimendum*, & ibi *Apoſtill. in verbo priuilegia*. Sigillo & ſi, non autem bulla excipere munimen debent. Abb. *in cap. Romani, clement. de* G
iureiur. num. 19.

Hac autem in ſolemnitate triplicem ſuſcipit coronam Imperator. Ferream, quæ prima, Colonienſi ex Archiepiſcopo in Aquiſgrana deſumit: vt Fortitudo, qua rebelles aduerſus inſurgere, victoriam de illis capere, nec non Catholicæ hoſtes fidei reprimere cogitur. Argenteam, quæ poſterior, & ex illa, cum tributa Mediolanenſi ex Archiepiſcopo
ſit, de munditia, & ſplendore facta ſignificatio venit. Auream, quæ vltima, H
& in Diui Petri templo Sancti ad altare Mauritij, ex Pontificis manu datur; ſed enim quod ſignum inde? vt ſcilicet ſedem, velut Princeps, aurum inter metalla obtinet, & illa præit, pari forma Imperatori, & ſublimiorem æquitatem, & robuſtiorem ineſſe potentiam oportere, cæteriſque tàm Principibus, quàm Regibus apparere neceſſe; plura exiſte- I
rent ſignificata, quæ ducit Caſſaneus in *Cathal. gloria mundi part. 5. conſiderat.* 27. ſed ne nimiùs ſim, relinquo. His autem de coronis extant verſus apud Fecchium: & hi:

Ferrea Romani geſtant diademata Reges.
Eſt Argentea poſt hac his oblata Corona
Hinc aurum capiti fuluum datur Imperiali. K

Fecchius autem ex aduerſo aſſerit, allata potiùs vulgi fabula, quàm hiſtoriarũ haberi monumenta: & affirmat, huiuſmodi opinionem, ſcriptorum quamuis robur excipiat ex dictis, nullo approbationem ſortiri modo debere, cum certum nobis reddatur aurea ſolummodo

A corona ſummo decorari ex Pontifice Imperatorem; qua infert ex cauſa coronarum triplicitatem reſpectiuam ad dominium, quod Imperator eos circa ſtatus retinet, exiſtere, ſolumque diadema, quod Romæ accipitur, Imperatoris, & Auguſti nomen tribuere, necnon coronatum reddere electum, quoniam ſi dum aliæ duæ imponuntur coronæ Imperatoris afferretur nomen; ter-
B tia equidem, ſupremo, quæ aduehitur ex Antiſtite neutiquam neceſſaria haberetur: Huius autem opera Imperatoris, & Auguſti nomen electo conceditur iuxta Leonis Tertij, & Gregorij V. conſtitutionem. Hæc ergo ſola, quæ Romano traditur ex Pontifice imperiale indit titulum; reliquæ vero dominatum, quem in illis retinet Prouincijs, in quibus tribuuntur, demonſtrare viden-
C tur.

Et licèt conſecratio Imperatori conferatur, & ſubdiaconatus in ordine cõſtitus exter, tàm ſi conſecrationis habeatur ratio, quàm ſacra eoquod ſolet Maieſtas dici, ac etiam Eccleſiæ quia vſus, & conſuetudo id probatum velle conſpicitur; quo enim in caſu illo Imperator loco reperitur, quo Pontifex ſolemni celebrar ſacrum cultu, & Natiuitatis
D in feſto adeſt, ſeptiniam ſub Euangelio cantat lectionem, ſcilicet; *Exijt adictum à Cæſare Auguſto*: quod grauiſſimis probationem ex Authoribus excipit exemplo Fiderici Tertij Imperatoris, qui coram Paulo Secundo anno 1468. id in obſeruatione poſuit: Firma tamen danda fides eſt laicum exiſtere Imperarorẽ: ſacer coquod ſubdiaconatus ordo matrimonij vinculo dirimens ponir impe-
E dimentum: *can. erubeſcens 22. diſtinct. cap. à multis de ætate, & qualitate*. Imperator autem licita, validaque matrimonij forma (quemadmodum vſus oſtendit) contractionem facit; quod ſi aliorum ad ſimilitudinem Principum vnctio Imperatori affertur, & conſecratio, *dicto cap. venerabilem*. Non tam propria tamen, ac ſtricta ratione conſecratio dicitur, ſed facilè diuerſitatem ab illa retinet, quæ Epiſcopo ducatur, & Sacer- F doti; vt apertè fuit explicatum ex Textu *in cap. vnico de ſacra vnctione*. Adde quod ſacro poſitus in ordine dici minimè poteſt: hic etenim haud alio tribuitur modo, quàm ſi certus adhibitus ſit ritus, & plurimæ interſint ceremoniæ: quo in caſu neceſſarium eſt, vt qui debet initiari Epiſcopi inſtrumenta ex manu deſumat, vacuum ſcilicet Subdiaconus cum patena calicem. *can. Subdiaconus 23. diſtinct.* Viualdus *in candelabro* G *aureo part. 3. num. 5*. Vnde colligitur actum illum celebranti calicem Pontifici offerendi, ac etiam Epiſtolam recitandi nullo exerceri ab Imperatore modo alicuius eoquod Eccleſiaſtici, qui adhęrear, ordinis ratio habeatur: ſed extraordinaria quoniam poteſtas adeſt; nec aliqua impedimentum ponit forma. *Canon Valentinianns 62*. vbi: *Vt meum or-* H *dinem decet*. Nam reſponſum affertur, neutiquam de ſacro intellectum haberi ordine, Imperiali ſed potius de officio, velut promiſſum Imperator inijciat Eccleſiæ ſeſe in auxilio perſtiturum, ſuum ſicut munus, ac officij requirere natura conſpiciebatur, quod præcipuum venit, vt Eccleſiæ tamquam Patronus, Aduocatuſque illius incumbat ad opem. *cap. Principi 23. quæſt. 5*. Solemnes autem I huiuſmodi actus neutiquam obſeruationem excipere ſcriptum fuit ex Caſtaldo *de Imperat. quæſt. 29*. & Hieronymo Bald. *tract. de coronat. Imperat.* Dum lata poſt alios forma probatum voluit, Imperatori, vnctionem priuſquam ſuſcipiat, vel corona decoretur, plenam Imperij adminiſtrationem, ſolius per electionis operam, tribui. Benè tamen quod, minimè Apoſtolica è Sede, & K Summi Antiſtitis authoritate Imperatoris tirulum excipit, ſed Romanorum Rex, & futurus dicitur Imperator, quo in caſu coronam in Vrbe neutiquam deſumpſerit, ſicuti benè conſpici valet ex Vrbani Octaui reſponſo, quod Principi Ecchembergh obedientiæ Ferdinandi Tertij Ambaſciatori attulit: Ille his fermè verbis ſuam propoſuit mentem:

Fer-

A *Ferdinandus ab Auſtria, Romanorũ Rex,*
& Imperator ad ea obedientia, & humili-
tatis obſequia ſanctitati veſtræ me miſit
præſtanda, quæ prædeceſſores, ſui, ſancti-
tatis veſtræ prædeceſſoribus præſtare con-
ſueuerunt: Ego igitur ante pedes ſanctitatis
veſtræ proſtratus illos humiliter deoſculan-
do opes, & Imperium inuictiſſimi Princi-
pis mei Sanctitati veſtræ, & Sanctæ Sedi
Apoſtolicæ offero, & dedico. Inde Vrba-
B nus. *Princeps tuus Rex Romanorum, &*
futurus Imperator ad ea obſequia obedientiæ
nobis te miſit præſtanda, quæ prædeceſſores
ſui prædeceſſoribus noſtris præſtare ſolent:
ſed quia longo itinere te defeſſum videmus
quieti indulgendum, & negotia opportuno
tempore tractabimus, interim vale. His
autem ex dictis deducitur, quod ſi is,
circa quem Imperatoria fit electio de
dignitate, Romam cum ſe conferat ex
C Pontifice diadema neutiquam recipiat,
nulla ex Apoſtolica Sede Imperatoris
obtinet titulum, vſque quo perſonaliter
ſeſe in Vrbem traducat.

DE
IMPERATORIS DOMINIO,
Et Poteſtate.

D
Cap. 2.

QVæſtio inter Doctores exagitatur,
an vniuerſalis totius Orbis Do-
minus Romanus exiſtat Impe-
rator, velutque ſupremus omnibus præ-
ſit Regibus, iuſque ad rem contineat?
Et Imperatoris quidem partes in defen-
ſionem ſuſcipiunt; quod Romanus ni-
E mirum Imperator chriſtianæ dominium
ditionis habeat: vt Marta *tract. de iuriſ-*
dictione parte prima cap. 2. Lancellottus
in templ. omnium iudicum lib. 1. cap. 1. §. 1.
Paſcal. *tract. de corona lib. 9. cap. 21.* &
alij. Adde quod Bartolus *in l. hoſtes, de*
captiu. poſt limin. reuerſ. Romanorum
affirmat Imperatorem totius dominum
telluris exiſtere, ac Monarcham: illos
autem, qui inficias eunt, hæreticorum
ponendos in numero, & cæteri penes F
Couar. *in l. peccatum §. 9. ſub n. 7. verſ.*
his tantum: quorum equidem ſententia
huiuſmodi valet forſitan rationibus ha-
beri firmata. &

Primo, Chriſtus ex eo quia Domi-
nus militantem, quæ vniuerſalis, fun-
datam voluit Eccleſiam, atque vniuerſo
illam ex mundo congregauit iuxta illud
Matthæi *cap. 28. Euntes in Mundum vni-*
uerſum prædicate Euangelium omni crea- G
turæ. Et hunc ad effectum, aut ad Ec-
cleſiæ regimen Diuum Petrum, legiti-
moſque illius ſucceſſores in viſibile cõ-
ſtituit caput, cum ipſi poteſtatem, ſu-
premum tribuerit arbitrium, directum-
que in totius ſpatium Orbis dederit do-
minium, quemadmodum dilucidiori ex-
plicabo in Pontificum ſtatu ratione. Igi-
tur conueniens æquali forma exiſtebat,
vt toto in Mundo quemquam in viſibile H
conſtitueret caput, quod & ſummam,
& temporalem retineret facultatem,
quæ Octauij Auguſti reſidere in mani-
bus conſpiciebatur: ipſius autem ſub
Imperio humani Saluator generis ortũ
habuit, ac ipſum è Chriſto Domino ad
temporale dominium, ac telluris Impe-
rium fuiſſe conſtitutum certum eſt, ſe-
cundum ſententiam, quæ in Lucæ 2.
Exiuit edictum à Cæſare Auguſto, vt de- I
ſcriberetur vniuerſus Orbis. Et præterea
docet expreſsè Diuus Thomas *de regi-*
mine Princip. cap. 13. Hac tributum ex
deſcriptione ſolui, qua de cauſa Chri-
ſtus Dominus cum Iudæi quærerent, an
id ſolui deberet? è contra reſponſum
attulit: *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæ-*
ſari. Temporale nimirum Cæſari tribu-
tum adducite: vnde his iure quidem
optimo è rebus Romanum conſpicitur K
Imperatorem ſupremam vniuerſo in
Mundo retinere facultatem.

Omnes deindè quia totius Mundi
Principes, Romanorum ſuperioris loco
Imperatorem venerantur: vt benè per-
ſpici valet *ex nouel. 30. à princip. cap. 2.*
de re iudicata in 6. & hac de cauſa voluit
affirmatum Caſſiodor. *lib. 1. variar. Epiſ.*
1. Schombron. *lib. 5. cap. 6.* Beſoldus

de

A *de ſeſſionis prærogatiua cap. 2. num. 2.* Clauſas propterea coronas ex Regibus nomen, Romanum præter Imperatorē vehere : notat Guiſon *tom. 2. lib. 3. cap. 26.* Vnde Guntherus *in ſuo Ligurino lib. primo:* ſic ad Imperatorem verba cōuertit.

Suſcipe cunctorum, Regnator maximè, Regum
Suſcipe lux Mundi, cui nullum par-ne priuſ-ne
B *Spirat in Orbe caput, te gaudet Principe Mundus,*
Te Populi, te Regna timent, te Solis ab ortu,
Solis ad Occaſum, ſummiſſo vertice, cuncti
Suſcipiunt, Dominumque ſimul, Regemque fatentur.

Hæc autem de magno Germaniæ Imperatore, intelligi debere firmum exiſtit, legitimo eoquod iure tum Romanus Imperator, tum Quartæ caput Monarchiæ eſt, Imperij licèt Sedem, propriamque ditionem in Germania teneat vt pari forma Conſtantinus Magnus Romanus habitus eſt Imperator, in Bizantio quamuis poſuerit ſolium : vt probatum ex Bellarminio *lib. 3. de Pontifice cap. 5.* Qua de cauſa Romanorum Legati Primum ad Federicum Imperatorem miſſi, talitèr Romani Senatus nomine, ſunt illum alloquuti, teſte Othone Friſingenſi *lib. 2. cap. 21. Audi ſerena mente, benignis auribus, quæ tibi ab alma Orbis domina deferuntur verba, cuius in proximo, adiuuante Deo, futurus es Princeps, Imperator, & Dominus Orbis Imperium affectas coronam præbitura gratanter aſſurgit.*

E Propterea cum temporalia; interueniant, circa iuriſdictionem totius nominatur Orbis Dominus. *cap. in apibus 7. quæſt. 1. cap. futuram Eccleſiam 12. quæ. 1. l. deprecatio, ff. ad legem Rhodiam de iactu* Caſſan. *in Cathal. gloria mundi parte 5. quæſt. 28.* Bartol. *in dicta l. hoſtes nu. 7.* Surdus *conſ. 477. num. 10. vol. 4.* Quo affirmat in loco totius ſpatium Orbis Imperatoris, quoad temporalia, Prouinciam exiſtere : ſummi queadmodum F Pontificis Prouincia vniuerſus dicitur Mundus : ingentem eoquod retinet iuriſdictionem, ac in illum Romani per operam populi translata conſpicitur. *l. 2. §. deniqne, ff. de origine iuris, & l. 2. §. cum vrbe, ff. de officio Præſidis, §. ſed quod Principi, inſtit. de iure natur. gentiū, & ciuium.* Alciat. *conſ. 208. alias 22. lib. 5.* & hac re affirmat Maſtrill. *lib. 1. cap. 3. de magiſtrat.* Dignitates ab Imperatoris, potentia inſtitui, & pari reuocationem forma poſſe illas non ſolum, G quæ vacantes permanent, ſortiri : ſed etiam quæ in ſubſtantia ſunt. Regales adde quod dignitates, quæ maiores ſint, ac minores, tribuere cum Mundi ſit dominus, valet Gloſ. *in Can. Adrianus, diſtinct. 63. in verbo fateamur.*

In contraria verò perſiſtere ſententia nonnullis placuit Doctoribus; quod tēporale ſcilicet totius Orbis dominium H ſuis neutiquam retineat in manibus, quę certiùs, veriùſque includere robur videtur. & in ipſa perſiſtunt Cardinalis Cuſa *lib. 3. de concordia cap. 1. 5. & 6.* Couarruuias *ad cap. peccatum. §. 9.* Vaſquius *controuerſ. iuris cap. 20.* Ceuall. *commun. opin. quæſt. 576.* Beſold. *de appellat. cap. 2. ſeſſ. 6. & ſequent.* Oldrad. *conſ. 69.* quem omnes ſequuntur Caſſan. I *in cathal. gloria mundi lib. 5. conſil. 28.* Menchaca *lib. 1. controuerſ. illuſt. cap. 20. & 21.* quo in loco *in num. 3.* Affirmat nec Imperatori, nec Pontifici vniuerſo facultatē in mundo ineſſe, at ſolo Adamo. Soto *de iuſtitia, & iure lib. 4. quæ. 4. artic. 2.* Anton. Gabriel. *lib. 5. commun. opin. titul. de acquirend. rerum dominio concluſ. 3.* Quæ forſitan ſententia his valet probationem rationibus excipere. K

Primo, eoquod ordinaria ex lege, alio minimè dari modo alicui, vel populi valet, vel gentium tribui dominiū, præterquam, quo ex plebis votis de illo fiat electio, cum immediata ex Deo conceſſa ratione polytica fuerit iuriſdictio : vel cum æqui vi belli homines cōculcati deuictas præbent manus : vel tan-

A tandem, cum legitimum ſucceſſionis ius
interueniat imperij tribuitur poſſeſſio:
Romano autem Imperatori nullus ex
tribus his titulis iſtum poteſt domina-
tum afferre. totius ergo mundi domi-
num haudquaquam illum nominare
debemus: & prima; quidem ex ratione
minimè hoc ſortiri nomen valet, ſi ele-
ctionis ex cuncti Mundi populis de-
promptæ, habeatur reſpectus; Roma-
B nus etenim Imperator cùm neutiquam
præcipuus Rex, vel Dominus omnibus
dictus ex orbis populis fuerit totius Im-
perator Mundi haudquaquam nomina-
tur, cunctus nec aliquo modo Orbis
Romanorum appellatur. Deindè iuſto
minimè bello tale Imperator dominium
ſuſcepit: ipſe etenim nec æquo certa-
mine, nec iniquo totum ſibi mundum
ſubiectum habuit. & clarum redditur:
C antiqui eoquod Imperatores, cum illæ
ſint exceptæ prouinciæ, quas ipſi legiti-
mo ſub iugum titulo demittebant: de
quibus Menchaca *dicto lib. 1. cap. 21. n. 4. cum ſequent.* & Suarez *de legibus lib. 3. cap. 7. num. 13.* Aliarum intuitu magis
Tyranni quàm legitimi appellari Supe-
riores poterant: eoquod quaſi omnes
tyrannidis per uiam fuerant occupatæ;
illarum pauciſſimæ propriæ ſeſe ex vo-
D luntate dominio ſubigerunt, nonnullæ
cum violento ſilerent ex impetu, &
tandem cum plurimæ oblata opportu-
nitate clara obſtarent forma, vt priſtinũ
libertatem in ſtatum reducerẽt: vt ſcrip-
tum reliquit Diuus Auguſtinus *lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 18.* quem ſequitur
Nauar. in ſæpè *citato cap. nouit, notab. 3. num. 152.* Ad quod additur, vniuerſum
telluris Orbem Romanis ab Imperato-
E ribus neutiquam violentæ occupatum
potentia: vt conſideratur Suarez *de legibus lib. 3. cap. 7. ſub num. 4.* & Molina
de iuſtitia, & iure, tract. 2. diſput. 30. col. 1. verſ. hoc autem: & iure quidem optimo
innumeræ namque Prouinciæ, atque
nationes vſque in nulla extiterunt noti-
tia: vt colligitur *ex l. mercatores, C. de commerc. & ex l. 2. C. de officio Prætoris Africæ*: obſeruant Alciatus *in l. 1. col. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſijs*. Couarru. *dicto* F
§. 9. ſub num. 9. colum. prima in fine: ta-
liter vt non ineptè affirmauit Nauarra
dicto notab. 3. num. 156. Orbis nec di-
midium ſummo Romanorum Imperio
obedientiam præſtitiſſe. Tertio demum
nec ex hæreditario ſucceſſionis titulo
huiuſmodi Romani Imperatoris in ma-
nus perueniſſe dominium conſpicitur:
Romanis etenim cum ex Moderatori-
bus nullus fuerit habitus, qui alijs ex G
duobus titulis totius in Orbis ſpatio
propriam exercuerit facultatem, nemo
etiam id ſucceſſionis potuit ſibi iure de-
ſumere; cum ſucceſſio prædeceſſoris in
bonis ius exiſtat.

Secundo eoquod humano ſi iure, vel
diuino quarta hęc Romanorum Monar-
chia Romanus vel Imperator ſupremũ
cuncti dominium Orbis retineret; ipſo-
met aliæ tres Mundi Monarchiæ, Cal- H
dæorum ſcilicet, Perſarum, Græcorum-
que id etiam obtinuiſſent: nulla nam-
que maior venire poteſt ratio, vt Roma-
næ conceſſum hoc eueniat Monarchiæ,
quàm alijs. affirmare autem de Orbis
imperio Romanæ Monarchię in Octauij
Auguſti manibus factã ex Chriſto Do-
mino ſubſtitutionem, ſolidum haud re-
tinet fundamentum: Lucæ quoniam
verba: *Exijt edictum, &c.* intelligi per I
ſynedochem debent, de maximo ſcili-
cet Romani Orbis Dominio, toto mi-
nimè autem de terrarum ſpatio. adde
quod Honorius, & Theodoſius Impe-
ratores Romani *in l. mercatores, C. de commercijs, & mercatoribus*: Seſe vniuer-
ſalis dominos Orbis haudquaquam exi-
ſtere clarè oſtendunt; ipſi etenim affir-
mant proprio tàm Imperio, quàm Per-
ſarum dominio mercatores exiſtere k
ſubiectos, qui neutiquam conditę legis
tempore Romanæ habebatur ditioni
adnexus: nec vllum ponit impedimen-
tum *dicta lex, deprecatio, & lex benè à Zenone, C. de quadrien. præſcript.* Simul
etenim cum Menchaca *in dicto cap. 20. num. 29.* reſponſum affertur Imperato-
rem *in dicta l. deprecatio* haudquaquam
intellexiſſe directo circa dominiũ agere
modo,

Digitized by Google

A modo, quod terratum ſuper Orbe ha-
bebat; alia enim forma eodem illam,
exciperet ex dominio materiam, quam
illo excipit in loco; cum per aduerſati-
uam, *autem*, quæ ſuam iuxta naturam,
dum aliud ex diſponentis neutiquam,
exprimitur voluntate, cæteras caſuum
implicat diuerſitatés iuxta ſententiam.
Gloſ. *in l. hoc amplius*, §. *de his*, *in verbo*
autem, *ff. de damno infecto*. Bartolus *in*
B *l. tranſigere num. 6. de tranſactionib.* in-
quit enim Imperator: *Ego quidem Mun-*
di Dominus, *lex autem maris*. De mari
autem exceptionem haudquaquam fa-
ceret, ac ſoli ſubiecta diceret maria le-
gi: ipſi verò ignotum neutiquam erat,
Mundi appellatione, de quo tractaue-
rat, ac ipſa maria cæteris vna cum re-
bus, quæ Cœli perſiſtant ſub ambitu,
contineri: qua de cauſa magis ſe ipſum
C poſſet, & maris dominum pronunciare,
ac terræ, necnon cæterorum. Adde,
quod notum Imperatori exiſtebat, quē-
admodum etiam de iure illi, qui ſupre-
mum alicuius retinet Prouinciæ domi-
nium coadiacentia etiam ſubiecta exi-
ſtere maria, iuxta Gloſ. *dicta in verbo*
territorio, *in cap. vbi periculum*, §. *porro*.
Velaſcus *conſult.* 182. *ſub num.* 15. de-
nique ſi Imperator *in dicta l. deprecatio*
D directa intenderet agere totius circa,
Orbis dominium ratione, ac illud ſibi
deſumere, neutiquam ſeſe inter, ſuam-
que legem, vel prædeceſſorum etiam,
conſuetudinariam, ceu talem ipſius ſal-
tem generali ex approbatione volunta-
te pendentem, & poteſtate differentiã
conſtitueret. Secundum annotata per
Burgum *de paz in lib. 1. ad legem Tauri*,
num. 233. Nec idem ignorabat Impera-
E tor ſi dominandi circa poteſtatem re-
ſpectus habeatur, nullam intercedere
huiuſmodi legem inter, dum conſtans
exiſtit, ac legiſlatorem ipſum differen-
tiam; velut in eo, tanquam in lege ma-
ior moram faceret poteſtas, vel diſtin-
cta, at potiùs æqualem eſſe, vel in vtro-
que eamdem: quamuis alio modo va-
rios iuxta reſpectus nunc in illo, nunc in
propria, vel prædeceſſorum lege, poſſit,
quædam ſecundum quid ſub conſidera- F.
tionem ſuperioritas venire, & Impera-
toris quidem in manu, æqua eoquod
Imperator ex cauſa illi valet reuocatio-
nem inferre: prout dicit Text. *in cap. non*
debet, *de conſanguin.* & *cap. propoſuit de*
conceſſione præbendæ: in lege vero, cum
perdurans exiſtit, proprias, & alienas
actiones, iuxta illam dirigere proportio-
nabiliter compellitur. per Text. *in l. di-*
gna vox, *C. de legibus*. G.

Tertio temporale eoquod imperium,
& quod totius circa Orbis ſpatium vni-
uerſaliter verſetur vno ſub capite hu-
manam exſuperat prudentiam; quem-
admodum enim Ariſtot. *lib. polit.* 7. nos
erudijt: effici minimè valet, vt præcla-
ris regimen excipiat legibus, quæ nimia
frequẽs exiſtit multitudine Ciuitas: quo
magis igitur impoſſibile habetur, vt vno
ex Imperatore vniuerſæ tractus telluris H
moderamen ſortiatur? Qua de cauſa,
prudenti quidem auſu Darius Cotma-
nus Perſarum Imperator, vt Alexandrũ
ex illa dementia eijceret ei ita ſcripſit
quemadmodum Curtius *lib.* 14. refert:
Reſpice quantum poſt te reliqueris, *quantum*
petas periculoſum eſt per graue Imperium,
difficile eſt continere, *quod capere non poſ-*
ſis: *vides ne vt nauigia*, *quemadmodum*
excedunt, *Regi nequeant*? & doctè Sene- I
ca *Rhe. ſuaſoria prima*: *Aliquis etiam ma-*
gnitudinis modus eſt, *non procedis vltra*
ſpatia ſua Cœlum, *maria intra terminos*
ſuos agitantur: *quidquid ad ſummum ve-*
nit, *incremento non relinquit locum*. Haud-
quaquam ergo naturale imperio con-
ſpicitur; infinitam propè hominum mul-
titudinem, quæ vniuerſi per Orbis va-
ſtitatem diſperſa innumeros occupat lo-
corum ſitus, ac naturæ diſiuncta ex ope- K
ra exiſtit, populoſque tot diſſimiles mo-
ribus ex vnius tantum Imperatoris vo-
luntate iuſſus excipere. clarè autem no-
bis repreſentatur inuictiſſimum, & acer-
rimum, fidei in hoſtes propugnatorem,
Catholicum Hiſpaniæ Regem Impera-
toris neutiquam dominio ſubiectum,
eſſe, nec illum, ceu in temporalibus ſu-
periorẽ colere; ita venit Gloſæ doctrina
in

A *in cap. Adrianus diſtinct. 63. & in cap. ne-*
ceſſitate de donat. inter virum, & uxorem.
Couarr. *regula peccatum, par. 2. §. 9. nu. 9.*
Nauarr. *in ſupradicto cap. nouit, d. notab. 3.*
num. 161. Olanus *in praef. antim. num.* 2.
& 52. Renatus Cappinus *de domin. Fran-*
ciæ lib. 2. tit. 1, num. 30. Gregorius Lopez
l. 17. Tauri, in verbo las coſas, tit. 23. par. 3.
Burgos *de pace, in proœmio legis Tauri à*
num. 34. & *num.* 144. Menchaca *controu.*
B *in proœmio.* Ceuall. *commun. contra comm.*
quæſt. 897. *num.* 390. & *ſequen.* & alij
innumeri DD. Nec aliquo Francorum
Dominator modo Imperatoris habetur
ditioni ſubditus, ſicut lata defenſionem
forma ſuſcipiunt: Igneus *in pecul. tract.*
an Rex Franciæ recognoſcat ſuperiorē
Toloſan. *ſyntag. iuris lib.* 47. *cap.* 14. *num.*
15. Caſſan. *in Catalog. gloria Mundi p.* 5.
conſider. 28. Carolus de Craſſis *de Regul.*
C *Francia lib.* 1. *tit.* 6. Adde quod nec ali-
quo modo ex iure compellitur: vt ſcrip-
ſit Tiraquell. *de iure primogen. quæſt.* 17.
opin. 4. *num.* 21. Aragonum etiam Regē
neminem cognoſcere in ſuperiorem af-
firmatum voluit Sexa *deciſ.* 185. *num.* 108.
Quem ad numerum Luſitaniæ addas
Regem, quem Romano exemptionem
ex imperio habere ſcriptum fuit ex Fer-
rerio *de iuſto, & iniuſto bello num.* 24. Ce-
D uall. *loco citato.* Suarez *de Regibus lib.* 3.
cap. 8. *num.* 3. Garzia *de nobilitate gloſ.* 21.
num. 45. Marta *de iuriſdictione par. prima,*
cap. 21. & 13. Pari forma Angliæ Rex
Romani ſub iuriſdictione Imperij haud
fermè continetur, ſiue de iure belli, vel
alio agatur: *cap. cauſam, quæ vel ſecundo, qui*
filij ſint legitimi. Lara *in l. ſi quis à liberis,*
in princip. num. 67. Azor. *inſtitut. moral.*
par. 2. *lib.* 11. *cap.* 5. *quæſt.* 4. *verſ. Regem*
E *Angliæ.* Mar. *de iuriſdictione parte prima,*
cap. 21. *num.* 13. Sereniſſimam autem Ve-
netorum Rempublicam ex imperij iuri-
bus ſitam de facto Imperatoris eoquod
neutiquam ſub ditione permanet, quàm
de iure; vel eoquod ſuprema hæc Ciui-
tas in maris Inſula retinet fundamentū,
atque tali de cauſa, vt alia Roma libera
dicitur: vel eoquod priuilegium ſuo ex-
ceperit decori, exemptionem habere
fuit in placitis. Peregrinus *de iure* F
fiſci lib. 1. *tit. de his, qui iura fiſcalia habent*
num. 6. Martæ *dicta parte prima cap.* 23.
à num. 7. Antonius Libanus *in commen-*
tario ad Vſaticum: aliud namque *de iure*
fiſci cap. 3. *num.* 79. Quo in loco Genueſi
etiam agit de Republica, circa quam
etiam Menoch. *conſ.* 2. *à num.* 28. & Mar-
ta *loco cit.*

Neapolim adnectas, Triquetræ Re-
gnum, ac Sardiniæ Imperatoris ditioni G
haudequidem ſubiectari: vt Azorius *di-*
cta quæſt. 4. *verſ. Regem Neapolis cum ſe-*
quent. ſcripſit. Qua in parte idem Polo-
niæ in Regno euenire, & Vnghariæ af-
firmat; quod autem Siciliæ Dominato-
rem nullam præſtare Imperatori coga-
tur obedientiam firmatum voluere. Ia-
cobus de Franchis *tit. ſpeciali feudorum,*
parte prima, quæſt. 2. *num.* 4. Apuliæ ſed-
enim de Rege quod ſui nimirum exiſtat H
iuris explicauit Ioānes Antonius Bellon.
Quod & idem Sabaudiæ Duci conceſ-
ſum euenit, ſuo namque in dominatu
illum Imperij, omniaque retinere pote-
ſtatis iura dicit Caſſan. *in Catalog. gloria*
mundi parte conſiderat. 38. Pari ſ. *conſil.* 1.
num. 39. *vol.* 1. Surdus *conſ.* 210. *num.* 22.
Menochius *conſil.* 1. *num.* 158. & *conſil.*
92. *num.* 32. & *conſ.* 156. *num.* 1. Flan-
driæ etiam Comi, Auſtriaco Archiduci, I
nonnulliſque in Germaniæ magnatibus
neutiquam ſuperioris imminere pote-
ſtatem; vt ſcripſit Antonius Bellonus
loco ſuperius citato cap. 3. *num.* 19. Supre-
mi nec non Principis iura Delphino,
Ferrariæ vt æquali forma Duci, qui ſu-
periorem neutiquam recognoſcunt, in-
hærere certum eſt: vt teſtes ſunt Ma-
ſcard. *de probat. conſ.* 139. *num.* 11. Ruin.
conſil. 21. *col.* 2. *num.* Ioannes Anton. Bel- K
lon. *conſ.* 5. *num.* 13. Montisferrati addas
Ducem imperij iura, dum ſuo valet in
dominatu perpatrare, quæ tota Impera-
tori in ſubiecta ditione, retinere: vt reli-
quit Surdus *deciſ.* 1. *num.* 11. Menochius
conſ. 1. *num.* 159. Dux verò Parmenſis
nullum, circa quæ de iuriſdictione erga
ſubditos habentur, vaſſalloſque ſupe-
riorem cognoſcit; ſummam tamen ob-

O tinet

A tinet poteſtatem, reliquorum ad ſimili-
tudinem Principum, qui vel Eccleſiæ,
aut Imperatoris diſpoſitionem fuerint
inueſtituram ſortiti. Bellonus *dict. conſ.* 5.
num. 12. Scaccia *conſ.* 8. *num.* 2. Paris
conſ. 2. *num.* 18. *vol.* 2. Decianus *conſ.* 19.
num. 205. *vol.* 3. De Ducibus aſſerit,
Marchionibus, ac etiam Comitibus, qui
ab Eccleſiæ, vel Imperatoris voluntate
inueſtituram ſuſceperint: quod ſuo ſci-
B licet in Ducatu, Marchionatu, & Co-
mitatu Imperatoris ad inſtar dominen-
tur, ac omnia ſuos poſſint in ſubditos,
quæ in toto imperio permiſſa Impera-
tori extent: ita ſcripſit Farin. *conſ. crim.*
94. *num.* 6. Menoch. *conſ.* 302. *num.* 21.
Marta *conſ.* 487. *num.* 9. Surdus *conſ.* 390.
num. 25. Peregrin. *conſ.* 2. *num.* 36. *vol.* 1.
Quod ſi totius Imperatoris in manibus,
Orbis inhærere dominium concedimus,
C ſingulorum tamen haudquaquam re-
ſpectu id euenit. Bartol. *in l. prima, §. per
hanc, ff. de re iudicata, & in Extrauagan.
ad reprimendum, verſ. totius Orbis in prin-
cipio*. Alexand. *conſ.* 76. *num.* 7. *lib.* 2.
Nec vllo modo vniuerſi reſpectu quid-
quam in Eccleſiæ ditione, tàm ſi decon-
tentioſa, quàm voluntaria tractetur iu-
riſdictione, agere valet; abſoluta eo-
quod forma Eccleſiæ cuncta de ſtatu
D voluit ſibi Pontifex reſeruata. Roland à
Valle *conſ.* 88. *num.* 28. *verſ. non obſtanti
modo lib.* 1. Quod bonum circa, & natu-
rale regimen ex Oldrado explicatur.
Bald *conſ.* 327. *lib.* 1. Et Doctorum licèt
in placitis, qui primæ fuerunt in opinio-
nis fauorem ducti, extet, quod vniuer-
ſus telluris Orbis Imperatoris in tem-
poralibus prouincia dicatur, ſummi quẽ-
admodum Pontificis iuriſdictioni in ſpi-
E ritualibus ſubiacet, hæc attamen vniuer-
ſitatis reſpectu, ſingulas autẽ non quo-
ad res, quæ præcipuos habent, proprioſ-
que dominos, continent vigorem. Al-
uarez *in ſpeculo Pontificis cap.* 55. *num.* 4.
Bartol. poſt Gloſ. *in proœmio digeſtorum*.
Alexander *conſ.* 112. *num.* 6. *vol.* 4. Ro-
land. *dicto conſ.* 88. *vol.* 1. & alij à Ma-
ſtrill. allati *de magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 6.
Taliter vt haudquaquã Imperator parti-
cularium poteſt rerum dominium alijs F
velle conceſſum, eoquod nulla alia ex
cauſa, niſi ex protectione, Dominus
exiſtit. Maſtrill. *loco citato num.* 9. Afflict.
in prælud. conſtitut. Regni Siciliæ quæſt. 17.
ex quibus concluſionem infert Maſtrill.
loco ſupra citato. Imperatori ſolummodo
permiſſum eſſe, vt illis magiſtratus in-
ſtituat in locis, ſuum in quos extenſio-
nem imperium ſortitur, neutiquam ve-
rò in quibus ſuperioris loco poſitus non G
exiſtit, nec ceu talis è gente reputa-
tur.

DE
HIS, QVAE AB IMPERATORE
fieri vel non poſſunt.

Cap. 3. H

SVO conſtituta loco ex immenſa
Chriſti prudentia Imperatoris mu-
nera, & poteſtatem ac Pontificis habe-
mus, ne vel ille huius officia, vel is il-
lius iura indecenti ſibi auſu quæreret
vſurpare. Canon *cum* 6. *diſtinctione* 96.
Nauar. *conſ.* 1. *num.* 2. & 3. *de foro com-
petenti*. Tali de cauſa nullo Imperatores
modo ſuam in Romanorum electione I
Pontificum poſſunt facultatem interpo-
nere: nam licèt aliquando ſe in hoc in-
tromiſerint, potiùs de facto, quàm de
iure fuit; vnde conſuetudinis erudimur
è lumine hanc Eminentiſſimorum effici
Cardinalium opera electionem, vt poſt
Alberic. *tit. benè à Zenone col.* 3. *de quar-
trien. præſcript.* Gloſ. *in cap. nomine Do-
mini, in verbo, impetrauerint,* 23. *diſtinct.*
Boer. *deciſ. Burdigal.* 31. *num.* 5. *cum ſe-* K
quenti. Reſtaur. Caſtal. *de Imper. quæſt.* 99.
Nec permiſſum Imperatori, alijſque
Principibus dicitur, ſuas conſtituere ad
leges: Eccleſiaſtica vt perſona, laſæ per
quam Maieſtatis crimen fuerit perpe-
tratum, ſæculari punitionem excipiat ex
magiſtratu. Grammat. *deciſ.* 29. *num.* 25.
& *deciſ.* 61. *num.* 17. Bald. *in cap. Cle-
ricus de pace tenenda*. Sæculares etenim
Prin-

A Principes laicos aduerſus ſubditos ; at
ſummus Antiſtes Eccleſiaſticas in perſonas
propriam exercere iuriſdictionem
conſpicimur. Gloſ. *in Can. cum ad verum*:
qua de re Nicolaus Papa *in Can. denique 5. diſtin. 96.* Non parum excipit
admirationis : cur hi, quibus humanis
tantum rebus, nequiquam autem
diuinis præeſſe fuerit conceſſum, de his,
per quos diuinorum fit adminiſtratio,
B ferre iudicia non erubeſcunt? Imperator
autem Eccleſiæ *filius* exiſtit, non
autem Præſul, ac potiùs ea diſcere compellitur,
quàm docere quæ congrua Religioni
videntur, cum ſua priuilegia retineant
poteſtatis, de quibus æquum,
contentúmque habere animum debent:
Cap. ſi Imperator 11. diſtinct. 96. Notum
enim nobis redditur ſũmi arbitrio Antiſtitis,
& Reges ſubiectari, & Princi-
C pes. *cap. ſolita de maioritate, & obedientia, cap. venerab. de elect. l. non reddentes, C. de ſumma Trinit. & Fide Cathol.* Imperatoris
verũ dignitas haudquaquam preeſt,
ſed ſacerdotio ſubeſt : *cap. ſolita 6. de maioritate, & obedient.* Hac de cauſa,
ſi conceſſionem Eccleſiæ tàm Romanæ,
quæ vniuerſalis, quàm aliæ particulari,
vel donationem faciat cum omnia ex ſe
imperij abdicet iura, vigorem continet,
D & reprobari minimè poteſt : vt defendit
Mandellus *conſ. 62. num. 15.* Couarru.
pract. reſolut. cap. 4. col. 2. Quod namque
particulari tribuitur Eccleſiæ, vniuerſali,
ac tali modo Romanæ dicitur allatum,
de cunctis eoquod bonis, particularibus,
quæ inſunt Eccleſijs, Romanæ,
velut omnium genitrici, fit Eccleſiæ acquiſitio:
Afflict. *deciſ. 371. num. 21.* vbi
Vrſillus *num. 2.* Ac etiam quia vniuerſa-
E li, particulariue quod adducitur Eccleſiæ
Dei ſacratum dicitur Maieſtati. Mãdellus
dicto conſ. 64. nu. 83. Addas quod,
talis cum efficitur donatio piam commiſſa
in cauſam animæ pro ſalute reputatur,
taliter vt faciliori tranſitum, facere
modo valet, & reuocationem ſubire
minimè poteſt, quod etenim iniectũ
fuit donatum Sanctum Sanctorum nominatur.
Doctores penes Tuſcum *lit. I. concluſ. 40. num. 10.* Quæ de cauſa Con- F
ſtantinus Imperator, ex quo Pontifici
ſubditus exiſtebat, exercitium, fructuũque
iuriſdictionem relaxauit, ipſius eo,
quod Eccleſiæ iuriſdictio, Imperatoris
quamuis exercitium erat, ita vt nullum
penes imperium Romanæ donatis Eccleſiæ
eius remanſiſſe conſpicitur, DD,
penes Tuſcum *liter. D. concluſ. 589. nu. 2.*
Huius autem donationis contentum de
verbo ad verbum reſcripſit Albericus G
in l. primus §. in initio, num. 6. ff. de Præfect. Vrbis, & de illa in Lateranenſi Eccleſia
conſeruationem haberi. Paulus
Griſaldus refert *in deciſ. Cathol. fidei, in verbo Imperator, num. 2.* Illiuſque pluribus
ex hæreticis, impijs cauillationibus
deturpatæ non parui momenti rationibus,
authoritatibus defenſionem ſuſcipiunt.
Cardin. Trullench. *de poteſt. Eccleſiæ lib. 2. cap. 42.* Corlettus *de poteſtate* H
Regia quæſt. vltima num. 3. Caſtal. *de Imperatore, quæſt. 5.* Burſat. *conſ. 224. lib. 1.*
Menoch. *conſ. 149. num. 39.* Badilla *in ſua politica lib. 2. cap. 17. num. 11.* & innumeri,
quos adducerem ni Sole clarior
videtur materia: iſtam licèt aduerſus veritatem
hæretica infectus labe Laurentius
Valla integrum ſuã diſtenderit ſententiam
per tractatum, & Igneus *in l. donatione num. 22. C. de donat. inter virũ,* I
& vxor. Bald. *in tract. de coron. Imperat.*
Et nonnulli non longè ab hæreſis macula
incedentes : Argumenta verò inter,
quibus hanc firmiſſimam concuſſere ſẽtentiam
hæc præcipua ſunt.

Quod nullo ſcilicet modo fuerit Imperatori
permiſſum imperij in iacturam
tam amplas inijcere donationes: quo nãque
in actu coronam ſuſcipit, iuramento
confirmat, honorem ſeſe, imperijque
iura illæſo, ac illibato conſeruaturum K
ſplendore; vnde huius ex iuramenti efficacia
donatio hæc, imperij circa terras,
& bona minimè licita extitit, aut valida.
argum. Text. *in cap. intellectum de iureiurand.* Huic autem obiectioni facilè afferri
valet reſponſum: nulla ſcilicet forma
graue poſſe tali in caſu imperij conſiderari
detrimentum; donatarum nam-

quę rerum immenſitas ſanctiſſimis in Eccleſijs optima reputatur menſura: eo quòd ſi magna Imperatores Deo, ipſiuſque donabunt Eccleſijs, maiora ex illo ſuſcipiunt, quemadmodum aſſeruit Tex. *in authen. de non alienand. rebus Eccleſiaſ. §. ſi minus collat.* Ad quod additur ex Conſtantino haud tàm de imperio Eccleſiæ datum, quàm ſua retentum in facultate, vt ſuperiùs explicaui; etiam quòd Eccleſiæ allatum ſupremo aſſertur Numini, ex quo bona cuncta originem habere, ac donum optimum prouenire docuit Apoſtolus, ac tali de re dicere Conſtantinus valuit. *Tua ſunt omnia Domine, & de manu tua accepimus dedimus tibi.* Accedit, quas attulit Imperator terras anteceſſorum tyrannide Principũ iugo preſſas, ac immiſſas ſub dominio fuiſſe, qua vtitur ratione Abbas *conſil. 82. parte prima,* & ante eum Hoſtien. *in ſumma, tit. de immunitate Eccleſ. num. 12. ad finem.* Et denique, quod iure quidem optimo omnes alios Principes, qui magnificentiam oſtenderunt, & liberalitatem ſuis triumphos de hoſtibus accepiſſe, ac longiſſimam in poſteritatis ſeriem ſuum tradixiſſe imperium, hiſtoriarum ex monumentis certum fit: vt longo proſequitur diſcurſu Thomas Boſſius *de ſignis Eccleſiæ tom. 3. lib. 2. cap. 89.* Cardinal. Bellarmin. *tom. 1. controuerſ. 4. generali de Eccleſia militant. lib. 4. cap. 18.* Quibus adnectitur: Conſtantinum ingentium vi beneficiorum, quæ ſuſcepit, dum, & lepræ mundus redditus eſt de ſorditie, ac victoriam de Maſſentij ſuperbia diuino obtinuit auxilio huiuſmodi vt efficeret donationem fuiſſe compulſum: oportebat etenim, Eccleſiæ ab Imperatorum exagitatæ furijs præſidiũ ex temporalium vigore bonorum afferri: vt ait Textus *in cap. fundamenta de elect. in 6.*

Reſponſum præterea tribuitur, omnem, quæ Imperatori adhæret, maieſtatem ex populo in Principis perſonam fuiſſe translatam: *L. 1. ff. de conſt. Princ.* & vt alio dictum fuit loco. Ac ea ex cauſa idem populus, cum dominatoris haberetur conſenſus poteſtatem hanc, dominiumque alius potuit in perſonam traducere, ex regula Textus *in cap. 1. de regul. iuris.* Firmum namque exiſtit huius donationẽ generis ſolius haudequidem ex Conſtantini voluntate, Satraporum verum etiam, optimatum, Senatus, populique diſpoſitione fuiſſe cõfectam: vt probatum voluit Textus *in cap. Conſtantinus 13. dicta diſtinct. 96. & d. cap. fundamenta.* Vt finem igitur imponam, reſpondetur, quod, quãuis concedamus Conſtantini ſucceſſores inuehere querelas de tam profuſa ipſius largitione potuiſſent, quod falſum eſſe demonſtratur *ex dicto §. ſi minus collat. in authen. de non alienand. rebus Eccleſiæ.* Nullo attamen modo Germani hoc agere Imperatores valent, ad quos Græcorum ex poteſtate dilapſum imperium fuit: haud enim ex Conſtantino, alioue, qui Argiuus, Imperatore talem ſuſcepere dignitatem Germani; ex ipſo autem Romano Antiſtite deſumpſiſſe clarè conſpiciuntur *cap. venerab. de electione.* & DD. à me hoc in tractatu ducti. Quapropter de huius viribus donationis ad huiuſce Imperatores temporis non magis attinet, quàm ſi Macedonum, Perſarumque repeterent dominatum: vt doctè arguit Pighius *de eccleſiaſt. hierarch. lib. 5. cap. 16. verſ. de Conſtantino.* Temporalem ergo iuriſdictionem Eccleſię in ſtatu, & in profanis, & abſolutam exercere ſummo neutiquam vetatur Pontifici: exercitium etenim, ad habitum eſt reuerſum, ac poſſeſſio, vel vſusfructus vna cum proprietate conſolidatus exiſtit: taliter vt haudquaquam Imperator iuriſdictionem, ne quidem voluntariam valet exercere, vt ipſius in iuramento clarè contineri conſpicimus in *Clementina vnica de iureiuran. circa finem* quo Pontifex in loco pleniſſimam ſibi reſeruatam vult iuriſdictionem: ac iuramentum Imperator iniicit ſe illam ab omnium vi defenſurum, nec vllam aliquo tempore dicto in ſtatu iuriſdictionem exercere: prout Text. ponderauit Caſtren. *conſ. 467. viſo puncto n. 3. verſ.*

A *quæritur an teneat lib. 2.* ita etiam Bartol.
in extrauagan. ad reprimendum, verſic. per
adictum num. 9. Baldus *conſ. 400. num. 6.*
verſ. item non obſtam. lib. 4. Rolandus à
Valle *conſ. 88. num. 22. lib. 2.* Ità vt ali-
quem in legitimorum ducere nomen tum
neutiquam Pontificis in dictione Impe-
rator poteſt: vt ſcripſit Abbas *in cap. per*
venerab. num. 26. qui filij ſint legitimi. vt
pari forma nec id valet in ſpiritualibus
B agere. Abbas *loco citato.* Addas minimè
hoc ipſi permiſſum, etiamſi qui Eccle-
ſiæ de terris extat in imperio reperiatur:
vt placuit Zacchar. *in cap. cum V vintonien.*
de electione 25. Rolandus à Valle *conſil.*
88. Cum diſtinctio Pontificis inter Im-
peratoriſque iuriſdictionem habeatur,
adeoquod eorum aliquis in alterius ſeſe
intromittere iuriſdictionem haudequi-
dem debet. *cap. cum ad verum 96. diſtin.*
C cum nullum ponat obicem; quod legi-
timandi actus, vtpotè voluntarius alieno
poſſit in territorio exerceri: duplici eo-
quod modo reſponſum affertur à Rolan-
do in *nu. 33.* & primo quod ad hoc va-
leat procedere, ne hoc vel circa inuitũ,
vel ex inuito illatum ſit beneficium. *l. fin.*
ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. At
neutiquam ſit alienæ ſubditus poteſtati
antiquis reſtituti natalibus debeat, ac
D vt alterius eueniat in territorio, legiti-
moſque habilis reddatur ad actus; cum
huiuſmodi negotia Pontificis ad arbi-
trium, ſuoſque ſubditos pertinentia vi-
deantur, aliaque grauiora inſpiciunt, ſeu
maiora, quàm genitoris extet ſucceſſio,
preces in filij commodum offerentis: ac
tali de re iſta eoquod legitimatio mini-
mè actus habetur, qui patris ſpectet, ſed
ad Superioris diſpoſitionem, qui legiti-
E mationem conficit, nullo alienæ in ter-
ris facultatis, hanc valet iuriſdictionem
exercere, ſummi abſque eoquod Anti-
ſtitis conſenſus, qui requiri legitimatio-
nis debet in actu, interueniat.

Secundo, quod vera voluntaria iu-
riſdictio permiſſa eſt, & ex vnius Præſi-
dis diſpoſitione in virũ exerceatur, qui
alius permaneat ſub Præſidis facultate:
quo ſcilicet in caſu Præſides ambo vnũ
recognoſcant ſuperiorem, quod aliter F
euenit, cum omninò ſeparatæ iuriſdi-
ctiones conſpiciantur, quemadmodum
Papæ, ac Imperatoris habentur: illo eo-
quod in euentu neutiquã videtur vnius
facultate, poſſe alterius in territorio,
ſubiectiſue perſonis quoquo modo iu-
riſdictionem demonſtrari, ſed ſuperioris
expoſci voluntatem oportere. Clemen.
paſtoralis de re iudicata, & Clement. *ne*
Romani de iureiur. Ergo ſi conceſſum G
minimè Imperatori exiſtit, quod Eccle-
ſiæ in terris contentioſa vtatur, pari for-
ma nec voluntaria certum eſt de iuriſ-
dictione poſſe: à Valle *loc. cit. num. 22.* Li-
mitationem attamẽ loco ſuperiùs ducto
Zacchar. affert: dempto quod qui legi-
timorum poni in numero debet ſchola-
ris eſſet, eoquod tamquam talis, Eccle-
ſiæ quamuis in terris moram faceret, cũ
publicis attamen in ſtudijs ſpirituali ſub H
Imperatoris tutamine perſiſtat, vigorem
hæc retinebit legitimatio: vt ſenſit Bal.
in authen. habita, C. ne filius pro patre, quẽ
ſequitur Decius *in cap. ſi duobus, §. deni-*
que col. 1. de app. Card. Alexand. *in cap. per*
venerab. col. 1. 19. qui filij ſint legitimi.

Poſt hæc Affirmamus neutiquã Im-
peratori vetitum, vt imperij de dignita-
te, vt Summi Pontificis, & Superioris ſui
in manibus renunciationem faciat: vt ex I
Bald. *in l. Barbar. ff. de officio Prat.* conclu-
ſum reliquit Franc. Marc. *deciſ. Delphin.*
940. num. 10. in fine vol. 1. Martin. Laud.
de Princip. §. 441. ſed Roſell. *de pot. Papæ*
qu. 27. vti illum refert Reſtaur. Caſtal. *de*
Imperat. quæſt. 103. ſub n. 12. Et habet in
ſententia electorum in manibus, ex qui-
bus ipſius dilapſa eſt electio, talem de
renunciatione actum fieri oportere: Bo-
rell. *in ſumma deciſ. tit. 12.* de Imperato- K
re pugnantibus vt concordiam opinio-
nibus afferret, diſtinctionis adhibere
fœdus placuit: affirmat enim, quòd, ſi ab
Electoribus Imperator electus non dum
Imperialem aſcendiſſet ad maieſtatem,
eorumdem liberè in manibus facere re-
nunciationem debet, ſi tamen confirma-
tio ex Pontifice haudquaquam deſcen-
diſſet; ſed antequam id fuerit effectum,

ar-

Digitized by Google

A argumento eorum,quę ſcripſit Innocen.
in cap.cum veniſſent de reſtitut.in integrū:
quo aſſerit in loco ex electo poſſe, ante-
quam fuerit inſtitutus, proprio renun-
ciatio iuri, ſibi electionis opera quæſito
illorum inferri in manibus, ex quibus
dilapſa electio fuerit: ac tali modo illa-
tum fuiſſe aſſertum ex dominis de Rota
*in deciſ.*269. incipiente *aliquis præſentat:*
refert idem Borel. *loco cit.* Sed etenim ſi
B confirmationem ſummo excepit ex Pō-
tifice, tali caſu, ipſius, & proprij ſuperio-
ris in manibus effici renunciatio debet,
& ita intelligit dictum. Bald. *in d.l. Bar-*
barius. Aluarot. *in cap.1. num.* 13. Quod
vel Marchio exiſtat, aut Dux, & reputa-
uit Borell. omni renunciationis in caſu
electorum interuenire conſenſum debe-
re, quando ipſorum in aſpectu fieret re-
nunciatio, & Pontificis voluntatem cum
C hoc coram ipſo agereretur, allegat hoc
modo attuliſſe diſtinctionem. Gomez
*in reg. de infir. qu.*2. Ac etiam affirmaſſe,
renunciationi vigorē ineſſe illius ſi præ-
iudicium, qui facit renunciationem, con-
ſideretur, non autem eius, cuius efficitur
intuitu, has autem approbaſſe diſtinctio-
nes videmus. Caſtald. *de Imper. qu.* 103.
*cap.*1. *lib.*3.
1 Quæſtio verò ex Doctoribus inſtitui-
D tur: an Imperator, vel quilibet, qui Su-
periorem haudquaquam recognoſcit,
Princeps, cūm nulla interuenire cauſa
videatur, aliquem ſuæ dominio rei pri-
uare poſſit? in affirmatiua permanent
ſententia. Angelus *in l.item ſi verberatū,*
*§.*1.*ff.de rei vindicat.* & ante eum Ioann.
Andr. *in cap.*1.*de cauſa poſſeſſ.& propriet.*
& in cap.noſtro de procur. & Paul. de Ca-
ſtro *in l.quoties, C.de prec.Imperat. offer.* in
E contraria tamen perſiſtere placuit Felin.
*in cap.qua in Eccleſ.nu.*33. *in fine de conſt.*
quam ſequitur opinionem Anania *conſ.*
8. *nu.*4. Roman. *conſ.*310. Abb. *conſ.*77.
Crauet. *conſ.*5. *nu.*5. Paul. *conſ.*517. Ful-
goſ. *conſ.*561. & alij, quos refert Men-
chaca *de ſucceſſ.progreſſ.cap.*1. *n.*71. *lib.*2.
Nulla namque forma libera valet pote-
ſtas dari, aut abſoluta, ſed è menda; plu-
rimi enim aſſerunt minimè adhibere fa-

cultatem, quamuis de facto detur, Prin- F
cipi conceſſum: multi namque Princi-
pes habentur, qui voluntatem rationis
loco retinent: Imperatores autem, Prin-
cipes, Regeſue dici minimè poſſunt, qui-
bus talem exercere potentiam lubet: ſed
potius vocari Tyranni debent: vt dixit
Alciat. *in conſ.*23. *n.*2. *vol.*5. Theſaur. *dec.*
91. *n.*1. Fortunat. Graſſ. *in l. Gallus, §. &*
*quid ſi tantum, num.*290. *ff. de liber. &*
poſthum. Ex quo vis, atque terroris no- G
men hæc ſuſcepit dominantium licentia
haud etenim Princeps illa valet perpa-
trare, quæ, cum efficiantur, peccatum
inducunt. Capic. *deciſ.*166. *nu.*12. Bald.
*in cap.*1. *§. filij nati n.*2. *tit.ſi de feudo fue-*
rit controuer.inter domin.& agnat. Hac de
cauſa iure quidem optimo Innocentius
in cap. innotuit de elect. Cum dubia ver-
ſatur in lance res, intelligendum eſſe,
Principem minimè poteſtatis exercere H
plenitudinem voluiſſe; illa eo quod ple-
nitudo, abſolutumque ſubditorū in bo-
nis arbitrium crudele Turcharum, quàm
lene Chriſtianorum decet imperium: vt
benè ſenſit Sotus *de iuſtit. & iure lib.* 4.
*quæſt.*4. *art.*1. & Franc. Ioann. *in tract. de*
*imperio n.*40. Quibus ex dictis firmum
redditur: improbum generale aſſertum
eſſe: Quod poteſtatis Princeps de ple-
nitudine cum nulla interſit cauſa domi- I
nium alicui ereptum in alius valeat ma-
nus traducere: quidquid etenim Prin-
ceps agit abſque alterius iniuria efficie-
re debet. Afflict. *dec.*288. *n.*3. Permiſſū
tamen Imperatori eſt, vt alienum tollat
ius, vel illi deroget, ſi naturale, vel gen-
tium aduerſus ius, quidquam non com-
mittat, ſed ciuile deturpet: vt dixit Grā-
mat. *deciſ.*65. *n.*32. vnde neutiquam ipſi
veritum, vt rem, vel ex præſcriptione, K
aut vſucapione acquiſitam auferat: hu-
ius namque generis acquirendi modum
ex ipſo inductum fuiſſe certum eſt. Ro-
land. à Valle *conſ.*3. *n.*144. Nam ſi natu-
rale aliquid, vel gentium in ius perpa-
traret iuſta neutiquam ſe geſſiſſe dicitur
ex cauſa. Fulgoſ. *conſ.*61. *col.*2. *verſ. quar-*
*to quia reſcriptum illi ſincerius obſer.*8. *cen-*
*tur.*4. Gail. *obſeru.*58. *n.*2. *lib.*2. Qui limi-

ta-

A ratioſiem afferunt; excepto quod pro-
prius neutiquam adfuiſſet motus, iuſta
eoquod id actum ex cauſa præſumitur:
contrarium autem euenit, ſi partis id
feciſſet ex inſtantia: importunitatis nam
opera obtentum id dicitur: adde quod
valet in iure prçiudicium circa illud in-
ferri, quod in ſpe, non autem in re con-
ſiſtit. Roland. à Valle *deciſ. 3. nu.* 14. Quo
aſſerit in loco: Principum ex diſpoſitio-
B ne ius in ſpe quçſitum, & contractu poſ-
ſe auferri. Camill. Borel. *loco ſup. cit. n. 23.*
qui 26. *in nu.* Principis affirmat in ope-
ribus, cauſam, licèt claro non habeatur
modo, præſumi ex Cino *in l. reſcripta,*
quaeſt. 4. C. de precib. Imper. offer. Capic.
deciſ. 166. *nu.* 8. Philip. Portio *conſ.* 167.
num. 50. cum declaretur, ſi aliqua tamẽ
imaginari cauſa valeat. Bellarmin. *deciſ.*
723. *num.* 1. Thomas Gram. *dec.* 46. *n.* 6.
Boer. *deciſ.* 42. *num.* 28. Hac Doctores
ex cauſa Principem, vel Imperatorem F
negarunt in tertij præiudicium natali-
bus poſſe reſtitutum velle, quos inter
habetur Galliaula, Ruinus, Coſta, & alij,
quos ducit Ceuall. *comm. contra commun.*
quaeſt. 579. Legitimorum autem ſpurios
in numerum afferre, cum ab inteſtato
venientibus prçiudicium inuehatur, adi-
ta priuſquam ex eis fuerit hæreditas:
Imperatori haudquam prohiberi dixe-
runt DD. penes Rolan. *deciſ. 3. nu.* 140. G
Sed enim pœnam, quæ fuerit parti ap-
plicata, remittere nulla valet forma: vt
tenet Gloſ. *in l. vnica, C. de in ius vocãdo,*
Paulus *conſ. 2. num.* 31. *vol.* 4. Contraria
licèt perſtiterint in opinione. Paris *conſ.*
31. *num.* 42. & Ludouic. Montalto *de*
reprobat. ſententiæ Pilati artic. 3. *num.* 34.
Ceuall. *loco cit. quaeſt.* 581. Et hæc circa
Imperatoris ſtatum dixiſſe ſit ſatis.

D E

Digitized by Google

DE PROREGVM ET IMPERII AC PRINCIPVM VICARIORVM STATV.

ET HIS, QVAE DEBENT IPSORVM IN DIGNITATE interuenire.

D CVM Dominatoribus neutiquam permiſſum, vt omni reperiantur in loco, Viros, & moribus præfulgẽtes, & prudentia conſtituunt, vt Vicarij Imperij, ac Proreges extant, qui Regum vicem gerunt, & illorum propria authoritate, perſonam demonſtrent, Generaleſque Vicarij exiſtunt, cuncta nec non valeant perpetrare, quæ Regi veniunt permiſſa. Franc.
E *deciſ.* 165. Omnibus Regum prærogatiuis potiuntur Milan. *deciſ.* 8. *num.* 72. Bartol. *in l. prima*, §. *à Præfecto, ff. de leg.* 3. *& in l.* 2. *poſt Gloſ. C. de officio eius, qui vicem alterius gerit*. Præfectorumque Prætorio ad ſimilitudinem habent dignitatem: vnde aduerſus:

Qua Præfectorum vicibus frænata poteſtas
Perpetuum Magni frænum Amoris habent. I

Maximi etiam ponderis Imperium illis fuerit illatum: iuxta Text. *in l. vnica, ff. de officio Præfect.* Prætor. Garſia *de nobil. gloſ.* 3. *in princip.* Caſſan. *in Catal. gloriæ mundi part.* 7. *conſider.* 10. Quapropter Auſonius in moſella:

Aut Italum populos, Aquilogenaſque Britannos
Præfecturarum titulo tenuere ſecũdo. k

Vicaria ſcilicet dignitate. Mandatumque libera cum poteſtate, vt omnia peragant, ipſis tribuatur Milan. *loco citato.* Ac velut Legati eiuſdem Regis à larere reputantur: iuxta Tex. *in cap. Legatos, de officio Legati in* 6. Anna *conſil.* 14. *num.* 19. illa ex clauſula, quæ ipſorum poſita in priuilegio habetur: *A dextero latere noſtro ſumptum, perſonamque noſtram, &*

alte-

A *alterum nos repreſentantem*. Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 5. cap. 6. num. 31.* Quibus ex verbis huiuſmodi miniſter ea videtur cauſa conſtitutus, vt ſuam velut in rem procurator proprio ex iure ſuum vtiliter exercere officium velit, cum quidquid ad Regem pertinet, vigilanter curet; vt ſcripſit Aluarez *in ſpecul. ſumm. Pontific. tit. de Regib. & Imperat. cap. 54. num. 35. fol. 298.* Ipſius autem è ſenten- B tia ad Regem fit appellatio: *l. à Proconſul. C. de appell.* Dempto quod magiſtratuum ad relationem prolata eius fuerit ſententia, tali namque caſu magiſtratuum ad ſuperiorem conceſſa eſt appellatio. Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 5. cap. 7. num. 98.* ordinatiùm vnde iuriſdictionē eius è voluntate tribui nos haud latet per Text. *in l. prima, §. vrbem de officio Præfect. vrb.* & planè *in l. more, ff. de iu-* C *riſdict. omnium iudicum.* Addas quod leges etiam, quemadmodum dominator ipſe valet Prorex inijcere: hoc etenim clarè in dies conſpicimus: vt teſtatur Carauita *in pragmat. Regni Neapol. de filijsfamilias cap. 2.* Quæ cùm miniſtrorum interſit conſilium publicantur. Capibl. *de Baronib. pragmat. 9. num. 29. in fine.* Proptèrea cum aliquid Règali adduxiſſem in medium de ſtatu, nonnulla de D Proregibus agere, & Vicarijs Imperij, qui eorum velut ad ſimilitudinem habentur, haudquaquam neglexi.

Et vt de huius origine muneris incipiam, antiquo neutiquam tempore hoc in vmbris delituiſſe officium nobis conſtat; vt ex pluribus authoritatibus probatum penes Maſtrillum conſpicimus *de magiſtrat. lib. 5. cap. 3. de officio Proreg. à num. 3.* Quo in loco de Ioſepho exem- E plum affertur, qui Aegypti fuit ex Pharaonis arbitrio in Præfectum conſtitutus: qui à Caſſiodoro *lib. 6. variar. in 3. forma.* Præfecti Prætorio Vicemgerens appellatur: quod idem aſſertum reliquit Itala *de immunit. eccleſiaſt. cap. 5. §. 7.* Qua in parte Ioſephi ex prudentia Regis vices geſtas; & ipſius locum retentum aſſerit fuiſſe. pari forma certi ſumus de Aman, qui poſt Aſſueri maieſtatem Secundus omnes ſuper Principes, qui ſubditi eius F ſub ditione permanebant ſuum impoſuit ſolium; vt Eſter *cap. 3. in principio, & cap. 13. num. 4.* Vt de alijs etiam Sacra in Scriptura conſtituta videmus exempla: conſtat etiam ex Alexand. ab Alexand. *dierum genial. lib. 4. cap. 23.* Græcorum penès, ac Lacedæmoniorum Reſpublicas hoc vſu fuiſſe receptum: vt eruditè Maſtrill. tales numerauit *loco ſupra ducto à num. 3.* Vnde à Romanis Re- G gum tempore exteriorum Tribunos, qui eamdem, quam hi, retinebant poteſtatem, creatos noſcimus: *l. 1. ff. de officio Præfect. Prætor.* Quemadmodum etiam Præfecti Prætorio, Orientis, Illirici, &c. Imperatoris qui Vicariam illis in ditionibus exercebant, vt, cum cæteros dignitate præcellerent, adminiſtrationem prudenter gererent, quo vſque Conſulum habita neceſſitas; quare ipſi Reges, H Imperatoreſque Prætoris tunc temporis nomen excíplebant; ex quibus, qui Prætoriariam, primamque Regnum adminiſtrarent curam Præfecti Principis prætorio vocabantur; benè tamen quod Prætores, qui prætorio Præfecti, valent appellari, eorum, quibus præſunt, reſpectu: Regis etenim in aula neutiquam rectè dicere quis præfectum prætorio illum, qui prætor, poteſt; eo namque I in loco ſolus minimè præeſt; at Rex, iuxta Petri Gregor. Toloſani ſententiā *lib. 47. ſyntag. iuris lib. 30. ſub num. 12.* Hac de cauſa nonnulli Prouinciæ Præſidi, qui Præfecto prætorio in loco, & dignitate illos æquiparant Doctores penes Giurbam *conſ. 19. num. 22. & 23.* Nos autem Triquetræ in Regno Vicereges, Locumtenentes, & Generales illos nuncupare Capitaneos in vſu habe- K mus iuxta Fontanell. doctrinam *de pactis nuptialibus clauſ. 4. gloſ. 15. num. 120.* & aliorum penes Maſtrill. *loco citato ſub n. 1.* Cum regalis ſpecimen dignitatis repreſentent Aluarot. *in §. 1. quis dicatur Dux, Marchio.* Tex. *in §. 1. de feud. Marchion. lib. 1. feudor. tit. 14.* Toloſ. *lib. 6. cap. 7. ſyntag. iuris n. 12. fol. mihi 144.*

Poſt hæc: illis agam de rebus, quæ

A vel in Prorege interuenire, & procul ab
ipſo debeant expelli: cum præcipuum,
quod ipſius in dignitate requiritur mu-
nus ſit, vt gratus in audiendo aures præ-
beat, totius ex quo beneuolentia popu-
li conciliatur; quid enim validiùs vt gra-
tiam Prorex inueniat, & iucundiùs vt
amorem conciliet, & ſubditorum in pe-
ctore conſeruet, quàm vt faciles omniũ
vocibus aures præbeantur? Nil etenim
B ſecundius his, qui reguntur, eſſe valet
(ſi Franciſco Patritio *lib.* 8. *de regno* fidẽ
damus) quàm cum dominatoris noſcũt
aures, nec rationibus clauſas, nec que-
relis auerſas eſſe; hac de cauſa: vt dixit
Anton. Panegir. Grat. *Laudabile ſemper
fuit Imperatorem interpellantibus faciles
præbere aditus, nec de occupatione cauſari.*
Quare Traianum à Plinio in panegirico
ſic celebratum legimus: *Nulla in audien-
do difficultas: nulla in reſpondendo mora,*
C *audiantur ſtatim, dimittantur citò.* Facilis
autem in audiendo non ſolum Proregis
animus exiſtere debet, cum nobilium
cauſas, optimatum, aliorumque præci-
puæ virorum notæ pertractat, cum ple-
bis verum etiam, & infimi gradus ho-
minum iudicat negocia: vnde conclu-
ditur, nullum penes eum inter paruum
& magnum, poni diſcrimen debere;
D ſed humile æquè, ac ſublime recipien-
dum, vt Deuteron. *cap.* 1. *verſ.* 17. le-
gimus; & in Theodoſ. C. *lib.* 1. *titul.* 6.
habemus: *Non ſit venale Iudicis verbum,
non ingreſſus redempti, non viſa ipſa Præ-
ſidis cum pretio æquè aures iudicantis pau-
perrimis, ac diuitibus reſerantur.* Debet
namque qui ius reddit in obſeruatione
ponere, vt, dum aditur, facilem ſe de-
monſtret, ac tribuat: vt verba Calliſtra-
ti *in l.* 19. *ff. de officio Præſidis*: Diuus
E vnde Ambroſius *de officio* 2. hæc protu-
lit. *Licèt ſit Princeps inſtructus ad iuſtitiæ
opem, ſi difficilem tamen acceſſum faciat,
erit tanquam ſi fons aquæ precludatur: quid
enim prodeſt habere ſapientiam, & iuſtitiã,
ſi aditum ad iuſtitiam negas? ſi conſulendi,
& iudicandi poteſtatem intercludas? clauſi-
ſti fontem, vt nec alijs influat, nec tibi pro-
ſit.* Ait etiam Petrus de Gregorio *ſyntag.
iuris parte* 3. *lib.* 50. *cap.* 1. *num.* 17. de F
maximo Tyrio. *Vbi conſtituto iudicio reus
agitur nimis oneroſus vtique erit is, Iudex,
qui minimè vtrique dicendi per ſe locum
aſſignet in hoc potius, Tyrannum, quàm ſe
Iudicem præbens.* Haudquaquam igitur
patiatur, vt in contemptum veniat. per
Text. *in dicta l.* 19. *ff. de officio Præſidis.*
At ita ſeſe moderato dirigat regimine,
vt eo ſua expleret vota, ſi priuatus exi-
ſteret: vt Eraſm. *Apoph. de Traiano* ſcrip- G
ſit. Exemplum nobis Iuſtinianus affert,
qui mirabili cuiuis forma, tam ſi adire,
aut compellare ipſum vellet copiam fa-
ciebat: vt Euagrius ſcripſit *lib.* 4. *cap.* 30.
Quemadmodum etiam Frãciſcus Sfor-
tia Mediolanenſium Dux publica con-
ſtitutus in audientia æqua, & exteros,
& infimos benignitate ſuſcipiebat, &
clementia, nec aures denegare viſus, vt
eſt relatum Pontani *cap.* 15. *de beneficijs.* H
Artaxerſes etiam Cyri frater, cogno-
mento memor non ſolum affabili ſeſe
vultu erga ſubditos, qui eum vellent
adire, vxorem verum etiã præſeferebat:
ſed enim quid Adrianum circa explica-
bo? vt è Spartiani monumentis habe-
mus. Qui humilium in colloquijs ho-
minum mirè affabilis exiſtebat, & co-
mis, eoſque deteſtare ſoluerat, qui hanc
humanitatis voluptatem, hilaritatiſque I
inuiderent, cum Principis authoritatis
colore, illius hoc maieſtatem decere
negabant: Vnde Quintus etiam Caro-
lus iſtam ob virtutem ſeſe laudibus red-
didit dignum, cum & hominum cogno-
ſcere, Ciuitatum, Prouinciarumque,
nec non Imperiorum negotia ſolerter
curabat; dominiorumque tàm huius,
quàm noui Orbis in querelis diligens
habebatur; immò ita liberè omnium K
recipiebat expoſtulationes, vt cunctis
aditus liberè paterent, & nemo alteri ma-
de prauitate, contumelijs, & rapinis
inuehere querimonias fruſtra diceretur.
Denique notum Proregibus ſit Maxi-
mum Pij Secundi dictum, qui ſimili
irato: An neſcis ex quo Pontificatum
iniui alijs me viuere, non mihi oporte-
re? cubiculario quietem ſuadenti dixit.
illud

A illud etiam, quod Sabellicus notauit prolatum ex Vetula Philippo Macedoni explicatum: *Si me audire non vis ne regnes.*

Non minus, deindè, authoritas, qua facilis Proregibus animus commendatur, ex amplitudine autem diuinitus inſita conſurgit: moderatam cum per ſeueritatem ſubditorum animi officioſè alligentur, ac maiorem habeat in ipſis B vim authoritas, quàm poteſtas, nec vigorem hæc, contineat, niſi illa interſit. Addas minorem ineſſe opibus, quàm authoritati; grauitatique adhæreat, benigniſque moribus efficaciam. *l. ſcire oportet, §. penult. ff. de tutor. & curator. datis ab his, l. ſi quis ſtipulatus ſit in fine, ff. de verbor. obligat.* Ciuili namque monitum ex polytica venit, ne abire ſe in contemptum patiatur, æquali cum ex C conuerſatione dignitatis ortum excipiat contemptio: vt Calliſtrati ſententia in *dicta l. 19. de officio Præſidis*. Perennis etenim aſpectus minus verendos efficit Proreges, ac dum minimè abijcitur humilitas, dominandi frangitur authoritas: vt habetur *in cap. quando 86. distinction.* Diligenti autem prudentia vitare coguntur, ne vel facilitas maieſtatem, vel ſeueritas diminutum reddat amorem, D cum Ariſtot. præceptum ſequantur in 5. *Polit.* Scilicet haudquaquam acerbus, & auguſtus appareat; adeoquod qui eos reſpiciunt, neutiquam metuant, ſed veneratione afficiantur: moderata namque affabilitas Proregem decet, eoquod nil magis animos, quàm humanitatis flectit, ac manſuetudinis nomen: vt dicere Alphonſus Rex noſter ſolitus erat ex Panormita *lib. de geſtis Alphonſ. 3.* Non enim E quoniam ex cauſa talis, Prorex ad apicem dignitatis aſcendit, vt in arca concluſus permaneat, quemadmodum ex Rodulpho habemus. Optima igitur ex cauſa illud de Orpheo conficere Poetæ figmentum non erubuerunt: Ipſius enim in cantu, ſubque fabularum cortice Regitoris latet comprehenſa comitas: monitamque addictum extat illo in amphractu polyticum: ita vero poetica in arte cecinit Venuſinus.

F
Sylueſtres homines ſacer interpreſque
Deorum
Cædibus, & fœdo victu deterruit Orpheus
Dictus ob hoc lenire Tigres, rapidoſque
Leones,
Dictus, & Amphion Thebanæ conditor
arcis
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece
blanda G
Ducere quò vellet.

Neronis autem Cæſaris longè acta diffugiant, qui tàm difficilis in alloquio perſiſtebat, & cum alijs moroſus erat, vt nec ſermones cum ſeruis, nec cum liberti conferret, at quæ vellet, vel mandaret, ſcribere in libellis ſoleret: vt Xiphilinus de eo ſcripſit. Nec Pauſaniæ Lacedæmoniorum Regis imitentur opera, qui Ariſtidi Athenienſi grauibus H cum ipſo alloqui de rebus velle affirmanti, reſponſum tribuiſſe Plutarchum penes dicitur: ſibi tunc audiendi non eſſe otium: Aut Caroli Octaui Galliæ Dominatoris, qui cum ſibi in animum induxiſſet omnia ſuis ceſſura viribus armorum aduehebat procellas Pandoniū Regis Neapolitani Ferdinandi Legatū plurium fruſtra per dierum ſpatium in aula verſatum, atque vt legationis exponeret tenorem ſibi fieri copiam, I expoſcentem neutiquam in audientia receptum dimiſit: vt teſtis eſt Iouius *lib. 1. hiſtoriar.*

Sedulè tertio, ac vigilanter ſeſe in Officialium Regni electione Proreges verſent, vt illos officiorum in dignitates erigant, qui & morum integritate præcellere, ac virtutum ſplendore videan- K tur, cum nulla circa munerum largitionem conſideratio habeatur, eoquod qui ſola ſibi ex benignitate adminiſtrationes ſuſcipiunt, inſopito incumbant ſtudio, vt illa exerceant poteſtatem forma, ne ipſius medio familiaris ſuppellectilem rei auxiſſe videantur; hac de cauſa non abſque maxima ratione Seuero ex Imperatore iſta Lampridius refert prolata. *Neceſſarium eſſe illum qui emit, vendere,*

A *nec ſine rubore puniri poteſt is, qui, quod*
emit, vendit. Conſulere propterea de-
bent, vt omni viros de plebe ſeligant,
qui veritatis amantes exiſtant, & auari-
tiam odio proſequantur: vt in Exodo
legimus, & in *l. fin. C. ad Legem Iuliam*
repetundarum diſpoſitum eſt, vt ſcilicet
permittatur. *Eiuſmodi viros ad Prouin-*
cias regendas accedere, qui ad honoris inſi-
gnia non ambitione, vel pretio, ſed probata
B *vita, & amplitudinis ſua ſolent teſtimonio*
promoueri. Et ita quidem Carolus Octa-
uus in obſeruatione poſuit, quemadmo-
dum refert Arnold. Ferron. *lib. 2. de re-*
bus geſtis Gallorum: Ex quo magiſtratuũ
in ſublimitatem nemo, niſi, & eruditio-
ne illuſtris, & probatis moribus clarus,
euehebatur, & licèt ſæpiùs aulici, qui ex
indè pecunias recipiebant, eum deci-
pere in electione curarent, ad Senato-
C ris attamen gradum nullo modo aliquẽ
admiſit, ipſi dempto quod Senatui cha-
rus, acceptuſque foret: nec Plato *lib. 4.*
de legibus: hoc idem conſtituere prætet-
miſit: dum ita: *Non ideo magiſtratus ali-*
cui dabimus, quod diues ſit, aut huiuſmodi
quidquam poſſideat, aut robur, magnitudi-
nem, generis claritatem: ſed ei, qui poſitis
legibus parebit maximè, & hac re cæteris
in ciuitate præſtabit. Huius autem gene-
D ris venalitas omnis origo nequitiæ, ac
finis exiſtit, ex qua, improba velut è
ſentina omne malorum agmen diffluit,
& Rempublicam certam ad mutationẽ
ducit, & interitum: hac re Iuſtinianus
in nouell. conſtit. 15. Prohibitum conſti-
tuit ne venales haberentur magiſtratus,
ac pecuniæ abſque ſolutione tribuerentur:
taliter vt nec aliquid impunè illi
ſuſcipiant, vel ſine punitione quicquam
E è ſubiectorũ exigatur miſeria; quo enim
in caſu nummis obuia exiſtunt officia,
plurima reperiuntur, qui nulla retinen-
tes in ſe merita ad dignitates per largi-
tiones aſcendere contendant: optimè
igitur Octauius Cæſar propria cõſtituit
lege: vt qui per munerum operam ad
magiſtratus perueniſſet altitudinem, per
quinquennij ſpatium ab illo depellere-
tur: vt Dionyſius Caſſius *lib. 54.* refert.

Quod etiam Philippus Iberiæ, ac Tri- F
quetræ moderator pragmaticã per con-
ſtitutionem præfixit; vt, qui officia pe-
cuniarum obtinent medio illorum pri-
uatione; ac infamiæ perpetuæ pœna,
flagellum ſubeant: qui autem de illis
venditionem faciunt ſollicitatores, nec
non; quique procuratores in hoc exi-
ſtunt: Mediatores verò ſi obſcuris ſint
natalibus orti per decennij ſpatium Re-
gijs ſuper triremibus ipſo iure, ac facto G
incurrere compellantur; ſi autem fumo-
ſas oſtendant imagines in aliquam de-
portationem ſubeant Inſulam, ſcuto-
rumque millium Regio ſolutionem
faciant fiſco; vt *in pragmat. 2. de ambitu*
nu. 33. legimus. Quæ omnia Baronali-
bus vigorem etiam in terris continent
ex diſpoſitione pragmaticæ æditæ Meſ-
ſanæ per Carolum Quintum Imperato-
rem, ac Regni huius Regem ſub die H
31. Octobris octauæ Indit. 1535. vt
prima conſpicitur in pragmatica: ſuper
ipſas autem luculenta Marius Muta re-
liquit ſcripta: Inuictiſſimi etenim Do-
minatores ſeſe conformes reddere que-
ſiuerunt diſpoſitioni Authenticæ, vt Iu-
dices ſine quoque ſuffragio. §. *hac antẽ*
omnia: vbi: *Ha perſona, quæ publicis of-*
ficijs addicuntur ſinguli, ſine mercede per-
cipiant nil omninò dantes, neque occaſione I
ſuffragiorum. Puteus *de ſyndicatu in prin-*
cipio, in verbo officialis cap. 9. num. 6. fol.
105. Bouadill. *lib. 1. politic. cap. 14. in*
num. 15. cum ſequent. Quid etenim ex
emptione niſi miſerorum extortio po-
teſt? Inde ingenioſo quidem commen-
to Lucianus finxit; Charontem Inferi
Naucleruni fluuij terremotus, incendia,
neces, bella, rixas, prælia exoptare, vt
ex pecunijs, quas ex defunctorum ty- K
rannicè vmbris exigebat, Mercurio lo-
cationem ſolueret nauis; ſub illo Iudi-
cum ponens crudelitatem, qui pretio
magiſtratus obtinentes, in ſubiectos ſæ-
uiunt.

Quarto additur, non ſolum ex Pro-
rege depoſci, vt de idoneis ad munera
electionem faciant, verum etiam, vt ſen-
ſe contentum non reputet, ni vigilanter

illi

A illi in officij curſum prudenterque ge-
rant negotia: & quod iuſtitiæ conſentā-
neum inuiolabili obſeruent fide, ac ſi
huic auerſos rei conſpiciant, ſeueras in
tranſgreſſores iniiciant punitiones, vnius
vt pœna multorum ſit metus §. *hodie au-
tem in fin. inſtit. de exceptio: l. 1. in prin-
cip. C. ad legem Iuliam repetundar.* Imo
autem Prorex pectore condat, menti-
que tenaciter adnectat, quod ex Cam-
B byſe Perſarum Rege per patratum; qui
ſæua ſuum in Iudicem æquitate crudum
oſtendit animum; dum iniuſtam in ma-
ximi ponderis cauſa proferenti ſenten-
tiam ſuo extrahere corium iuſſu fecit,
ſedemque interempti pelle, in qua cæ-
teri ipſius ſucceſſores ius dicere debe-
bant, veſtiri mandauit: eius inde filium
tali præfecit officio, monitumque dedit,
vt qua ſederet in parte cogitaret: quod
C & idem ex Rogerio huius moderatore
Siciliæ commiſſum inſpicimus penes
Petrum de Ribadeneira: Hoc autem
æquiſſima perſuaſit ratio; nam quid per-
nicioſior Reipublicæ peſtis, quam Iu-
dex, qui verſuto ſub ingenio miſerorum
nihil de luctu curet; hac de re iudex, qui
Principum neglexerit conſtitutiones
pœna legis Corneliæ de falſis punitur *l.
1. ff. ad legem Corneliam de falſis*. Iudex
D etenim illo haudquaquam fine præeſt,
vt conceſſiones ex gratia faciat, ſed iu-
dicia iuxta legum diſpoſitionem inij-
ciat; minimè namque ipſe condonare
cuicumque velit pœnas, debet: ſed quid
quid iuſtitiæ de natura ſit ſub conſide-
rationem ponere; ſed ſi aliquo dubium
occurrat in caſu maiores conſulere iudi-
ces compellitur. *l. eum, qui temerè de iu-
dicijs.* Principem nec non ſæpius, ſi legi-
E bus ipſius reſcripta exiſtunt aduerſa: ho-
rum eoquod interpretatio ad illum tan-
tum, ex quo ſibi deſumpſerunt originem
pertinent *l. 1. C. de legibus cap. ſi quid 2.
quæſt. 2.* Aliquid etenim tali exequi in
euentu conſtantis, rectique non habetur
de Iudicis munere *l. obſeruandum ff. de
officio Præſid.* Iure igitur optimo ſedes,
quæ animalium ſolet ex corijs indui, re-
probi corio iudicis ex Cambyſis, Roge-
rijque iuſſu eſt induta: eoquod quamuis F
iudex ille humanam, & carnem demon-
ſtraret, & effigiem ipſius attamen ani-
mus crudelitate præditus, bruti alique
animo exiſtebat: vt conſiderauit Firmia.
*lib. 5. cap. 10. & ex Ariſt. lib. polit. 1. habe-
mus cap. 2. & lib. 3. cap. 24.* Quod *Sicut
mens ſine affectu, & paſſione eſt lex, ita cum
affectu eſt ſæuiſſima bellua*, & rurſus, *vt
optimum cunctorum animalium eſt homo,
lege, & factione ſuſcepta, ita ſi alienus fiat à* G
*lege, & a iudicijs peſſimum eſt omnium ani-
malium: ſæuiſſima namque eſt iniuſtitia ar-
mis tenens*. Seuerus quare Alexander
Imperator iure quidem optimo affirma-
bat nullo certè modo ſufficientiam illā
retinere punitionem in reprobi flagellū
Iudicis, qua dignitatis è ſublimitate de-
turbatur, ſed alijs neceſſe pœnis illius
coerceri licentiam iuxta Tex. *in l. 9. C.
de accuſationibus*. Vnde prudentia exor- H
natus Prorex, vt illorum vires animo in-
dat Iudicum; qui ſe iuſtitiæ profitentur
aſſeclas, eorumque proſternat mentem,
qui prauis dolorum tecnis innocuos ex-
poliare non erubeſcunt; ſæpius in iudi-
cijs, cum ſententiæ proferuntur, & gra-
uis circa negotia res verſatur, intereſſe
debet: hac etenim forma propriam oſtē-
debant Luſitaniæ Reges vigilantiam,
dum qualibet hebdomada iudicijs præ- I
erant: quod etiam Carolus Burgundiæ
Dux, Audax cognomine eſt imitatus,
dum cuiuslibet in curſu hebdomadæ
hoc agere minimè negligebat: ante quē
Carolus Magnus in hoc ſuam patefacit
ſolertiam, quoniam hebdomadas vacuè
tranſigere non prætermittebat publica
audiendo negotia, & priuata: vt de pri-
mis refert Oſorius *lib. 7. de Regum inſtit.
de poſterioribus* Iacobus Mije *lib. 17. an-* K
nalium, & Iuſtus Lipſius *de Republ. in
annot. lib. 2. cap. 11.* quo in loco Caroli
Magni conſtitutionem ita refert. *Hoc
miſſi noſtri notum faciant comitibus, & po-
pulo; quod nos in omni hebdomada unum
diem ad cauſas audiendas ſedere volumus:
populo autem dicatur, vt caueat de alijs
cauſis ad nos reclamare niſi de quibus, aut
miſſi noſtri, aut comites eius iuſtitiam face-
re noluerint.*

Sed

[A] Sed etenim hac Ego in re meum proferre iudicium non deſeram: quotidianis eoquod in negotijs, quæque leuioris exiſtunt momenti Proregem intereſſe, ac per ſe ius dicere decens haudquaquam reputo; cum nullum ponat obicem iuſti Lipſij auctoritas, & præcipuè in notatis *ad cap.* 11. vbi *cauſas reoſque Rex audiat ipſe ne an per alios? vtrumque & hoc magis*. Quod taliter deinde mediatos iuſtitiæ adminiſtrator ſit per iudi- [B] ces, vt prouocationis, vel appellationis ius in ſui retineat facultate, ne in contemptum data, ex volubili populi mente, de Iuſtitia condemnetur, ac etiam vt magiſtratuum metu debitis iudicia in terminis concludat. illis tertio in cauſis negotijſque capitalia, quæ ſint, & optimates inter viros verſentur, nil exequutioni, Iudicum opera Prorex dari per- [C] mittat: niſi, cum ipſius conſulant prudentiam, res pertractetur; His autem in caſibus perſpectis vigilanter negotijs circumſtantijs id ſtatuere Prorex è proprio compellitur munere, quod magis Iuſtitiæ congruum exiſtit, & aptum: in quo etiam expreſsè conuenit Bodinus *lib. 4. de republ. cap. 6. fol. mihi* 700. in fine vbi eum tali concludentem formam legimus: *Quæ ſic a nobis diſputantur, vt* [D] *Principem omnino à iudicijs arceamus, niſi ſumma ſapientia præſtet, aut prudentium hominum conſilijs ſua iudicia terminare velit, & huiuſmodi cauſæ fuerint, quæ Principis cognitione, ac iudicio dignæ videantur: imitantem Præcepta. Heronis, Ietri qui Moyſen Iſraelitarum Principem difficillima cauſarum omnium iudicatione pene obrutum ea ratione ſubleuandum putauit: vt de rebus tantum arduis, & ab ordinaria* [E] *magiſtratuum iuriſdictione remotis cognoſceret, cætera magiſtratibus, ac iudicibus permitteret.*

Nullo quinto debet Prorex tolerare modo, vt in regno, & otij amatores, & vago errantes vndique pede homines permaneant, id etenim Reipublicæ expediens emolumento conſpicitur, quod horum conſurgit in damnum, quia quinque ex hebete otij ſomno mortales excutiunt; & ad labores trahunt ſtimuli. [F] Primo, ipſius, eoquod ex hominis conditione poſcitur, vt labores amplectatur, hoc namque natus ad negotium eſt, quemadmodum enim ad volatum auis, pari ipſe forma in hunc venire debet. Secundo aliarum quia occurrunt creaturam exempla, ſolem quoniam, & Cœlos indefexo vſque incedere curſu, nec aliquid ſuſcipere quietis inſpicimus. Rei Tertio ex conuenientia, atque [G] Dei ex lege, & voluntate: ipſe namque ad quid tanta ſapientiæ, induſtria nobis pedes efformauit, ac manus, niſi vt opera vigiles perpatraremus? Meriti Quartò pretijque intuitu: præſentis enim ſpatium temporis circa labores futurum verò inter præmia verſatur. Otij Quintò ex effectibus, quod multis inſtruxit homines in prauitatibus. Vnde iure quidē optimo Aegyptiorum votis ex Amaſis [H] Regis lege ad mortem illi trahebantur, qui vel mentiri auderent, vel iniuſto vitam ducere quæſtu non erubeſcerent: quemadmodum etiam è Solonis per actum ſapientia cum ad illam pedem regionem intuliſſet, iuxta relata Diodari *lib.* 1. *cap.* 9. Athenis etiam Areopagitæ ſumma omnium mores ſeueritate perſcrutabant, ne quis nimirum turpis in otij letargo ſepultus ſibi dedecus, [I] alijs detrimentum inferret: ita Gellius *lib.* 12. *cap.* 7. Valer. *lib.* 2. *cap.* 1. Otium etenim tot originem malis præbet, vt enarrati nequeant: mare dicitur, ex quo vniuerſi flumina luctus erumpunt. Flumen ex quo miſeriarum fontes diffluūt: Fons vnde, & virorum improbitas, & tanquam riui, & adulterij ſcelus, & ignominiarum dedecora deueniunt, ex quo Regni amiſſio, Reipublicæ interitus [K] emanat, ac flagellum: qua de re D. Chriſoſtomus *homil.* 35. in acta Apoſtolorum *Quis* inquit *vtilior eſt, is qui in delicijs, vel qui exercetur? Quæ nauis, ea quæ nauigat, vel ea quæ in littore permanet? Quæ aqua ea ne quæ fluit, vel quæ ſtat? Quod ferrum, an quod mouetur, vel quod nemo terit? nam illud quidem ſplendet, & argento ſimile eſt; hoc autem rubigine conſu-*

mitur,

A *mitoris & vbique inutile eſt? Tale quidem*
fit inrotioſa anima, rubigo enim quædam ap-
prehendit illam, & conſumit ſplendorem, ac
alia omnia. Graphicè poſt modum otioſi
inertiam hominis illiuſque figurare tur-
pitudinem non deſiſtit. Huiuſmodi au-
tem otij aſſeclas Maſtril. *lib. 3. cap. 4.*
Aculeatis reddidit fucis adſimiles, dum
Ciuitatis cuiuſcumque quietem, dum
in illa perſiſtunt, conturbare ſatagunt, ac
B euoluere: hos autem Prorex vigilans
velut apum cultor, longè pellere debet,
ac inſiſtere præcipuè cogitur, ne tales in
Republica oriantur, quod ſi ortum ex-
cipiant, & perdurare contendant ipſi
vna cum fauis, proprijs nimirum dolis,
è medio auferantur: Ciuitatis quoniam
venenum exiſtunt, libidinis moram in
flammis ducere geſtiunt, bonorum inui-
dent progreſſibus, alienæ maximè bona
C exoptant, turbulentos denique motus
excitare neutiquam deſiſtunt: vt dixit
Maſtrill. *loco ſupra cit. num.* 218. Siman-
ca *de Republ. lib.* 18. *cap.* 17. Quo addit in
loco prius illis monitum eſse inijcien-
dum, vt alicuius tranſeant in ſeruitia, vel
ſuas locatas velint operas, quod ſi hoc
facere minimè curent punitionem ſubi-
re compelluntur; eoquod qui ſemel otij
complexi hebetudinem fuerint, cum id
D in defectum abeat, quod ipſis alimenta
præſtabat, in peſſimas ruunt artes, & im-
pias latronum catervas, viles aleatorum
receſſus, ſceleſtiſque lenonum domos
frequentant, illiſque ſeſe adnectunt. Ma-
ſtrill. *num.* 223. Qua de re Pragmatica
ſanctione in Regno fuit conſtitutum,
tit. 54. de vagabundis ſuper qua erudi-
tus Marius muta nobis ſcripta reliquit;
per illam autem vagabundi vna cum
E cæteris, qui facinorum amantes, huius
Regni exulare à finibus adſtringun-
tur.

Maxima ſexto Excellentiſſimus cu-
ret Prorex vigilantia, vt magiſtratus in-
ter, Regnique Ciues diſcordiæ neuti-
quam verſentur, cum nullam ipſius in
animo vim faciat impij doctrina Mac-
chiauelli, in Titum Liuium *lib. 1. & de*
Principe cap. 20. Qua ſceleſtè in parte

perſuadere nititur, magnum diſſentio- F
num, contentionum à procellis emolu-
mentum peruenire; neceſſarium immò
ſæpius illarum originem publicis futu-
ram negotijs: ex ipſis namque aſſerit
acres in magiſtratuum animis inſurgere
ſtimulos, vt in ſtudiorum perſpicacijs
ſeſe obuoluant; quod non accideret, ſi
amicitiæ, concordiæque arctarentur
vinculo: nec ex aduerſo Iulius Hoſtilius
Romanorum Rex præbet exemplum, dū G
Metio Albanorum Dictatori, Liuio te-
ſte, ſic reſpondit. *Quas tu nobis ciuiles di-*
ſcordias obijcis vtiles Ciuitati noſtræ indica-
mus. Quapropter Appius cum in Con-
ſulatu Tribunorum Plebis numerum
acerrimè vellet minorem, ac interdice-
ret, ne quis illi adderetur: Cincinnatus
illius Collega eum ſic monuit. *Deſine*
Appi nam quò plus Tribuni fuerint, diffi-
cilius concordiam tuebuntur. Inde Gallo- H
rum inſtituta, quæ ſuis à Cæſare in com-
mentarijs laudes exceperunt, monſtrum
hoc adiuuant: Penes ipſos etenim cun-
ctis non ſolum in Ciuitatibus, ſingulis
verum etiam in domibus factiones, quæ
antiquæ ex tempore conſtitutæ ad id
reperiebantur: ne quis è plebe in poten-
tioris vim auxilio indigeret: vnde cun-
ctæ in partes diuiſæ Ciuitates conſpicie-
bantur. & illud Galbæ axioma: diuide, I
& impera. indigni probationes animi
huic neutiquam aptari negotio debent:
Quid etenim ex diſcordijs vtile, potius
namque regiminis perturbant tranquil-
litatem quàm conſeruant: quos autem
conſpicimus tumultus, ſic nobiles inter,
magnateſque ſint, ex odij, diſcordiæque
fauillis excitari certum eſt, cum hi pro-
pria ex natura, vt illis paſcua præbeant,
proni habeantur: vnde Philippum Co- K
minęum *lib. 6.* hoc protuliſſe legimus
alere diſſidia inter homines, præſertim no-
biles, magnique animi viros ita periculo-
ſum eſt, vt nil amplius eſſe poſſit. Has igi-
tur diſſentiones ſolers extinguat Pro-
rex, nam ſi magiſtratus inter, hæ adſint,
nil, quàm odiorum faces, ac priuatorum
incendia factionum exurgunt, ſi ipſos
inter, ac Ciues conſpiciantur, nil quàm

ci-

ciuilia emanant bella. Quid enim vni-
A uerſum telluris orbem niſi concordia
dirigit? Quid mundi, niſi diſcordia tran-
quillitatem euoluit? Illa omnia dimittit
ſecunda, hæc infelicia, & luctuoſa: *con-
cordia etenim res paruæ creſcant, diſcordia
maxima dilabuntur,* vt Sallutius dixit; &
Chriſti ex doctrina penes Lucam ſci-
mus: *Regnum in ſe diuiſum deſolari*: Prop-
terea, & intrinſeca, & extera è Domi-
natore diſſidia vitentur Iouiniani exem-
B plo: Nam dum ſuaſum illi veniret, vt
Macedonibus, ex quibus ad illum pre-
ces, reſponſum tribueret. *Odi omne (dixit)
contentionis genus; concordiam autem vnicè
amplector, & amo* ex Niceforo Calis. *lib.*
10. *Eccleſiaſ. Hiſtor. cap.* 42. Alphonſus
nec non Rex, verus Concordiæ amator,
ita ſuam expoſuit ſententiam. *Si Roma-
norum tempore vixiſſem, etiam templum
Ioni Poſitorio conſtruxiſſem, & cauſam ro-
C ganti darem, vt ita de rebus acturi in eo
primùm conuenirent, & contentionem om-
nem deponerent.* Vt ſcripſit Panorm. *lib.*
3. *de geſtis eiuſdem.*

Septimo vitare Prorex Adulationem
non minus, quàm venenum, debet; quid
enim turpius eſſe, quàm hæc poteſt?
Tale autem monitum nobis affertur à
Seneca *in epiſt.* *A turba quantum potes te
ſepara, ne adulatoribus latus præbeas; artifi-
D ces ſunt ad capiendos ſuperiores, par illis etiã,
ſi benè caueris, non eris, ſed mihi crede, ſi
capiaris, ipſe te trades habent hoc in ſe na-
turaliter blanditiæ; etiam cum reijciuntur,
placent, ſæpè excluſa nouiſſimè recipiuntur,
hoc enim ipſum putant, quod repellunt; &
ſubijci quidem, nec contumelia poſſunt.* Iu-
cundum namque ipſa virus, grataque
proditio in principatu exiſtit, ac Repu-
blica, facili namque modo deceptionis
E irretiuntur Principes tenebris, alijque
nimio qui ſe proſequuntur amore illo-
rum, quoniam vitia quibus adulantur
ſub ſilentij velamine adulatores ponunt;
ex quo malos peiores efficiunt Princi-
pes, bonorumque animos reddunt cor-
ruptos: vt de Caligula penes Suetoniũ
legimus *cap.* 22. & 51. Qui cum excel-
lentis qualitates ab initio Principis reti-
neret adulationis opera in monſtrum F
commigrauit, ac tantùm exinde tumi-
dus redditus eſt, vt Cæleſte ſeſe Numen
haberi, propriaque in templis conſtitui
ſimulacra voluerit; vnde iure quidem
optimo Didacus Saauedra *in Idea Prin-
cipis Chriſtiani ſymbol.* 48. *fol. mihi* 273.
Cum ſtellione adulatores nobis propo-
ſuit æquiparatos: nullum coquod ani-
mal fraudibus magis abundat, quàm
hoc, & ideò iuriſperiti omne, quod ex G
dolo perpatretur, delictum ſtellionatus
appellant crimen: nàm quemadmodum
quem ſuo inficit ſtellio veneno morti
non dat, ſed omnibus tantum inducit
membris torporem; ac velut ex ſe ipſo
extrahit, varijs in illo affectibus origine
tribuens: æquali adulator ratione ficto
boni apparatu Principis faſcinat oculos,
deceptaſque aures veritatis concludit
ingreſſui, illumque taliter extra ſe arri- H
pit, vt rerum neutiquam valeat reſpice-
re naturam: Adulatio autem Domina-
toris in proſperitatem inuidè ſeſe, & la-
tenter armat; ſicut enim qui faſcino, dũ
inferunt laudes, vtuntur, arboribus ſte-
rilitatem, ducunt, ſata reddunt infe-
cunda, pueroſque miſerabiliter exagi-
tant, pariter adulator proditionem ſub
laude vehit; nam quid aliud adulatio
exiſtit quàm fallacium ſeductio laudũ? I
vt Diuus Auguſtinus *ſuper Pſalm.* & iux-
ta Beati Thomæ doctrinam 2. 2. *quæſt.*
115. *artic.* 1. Exceſſus eſt, quo alijs, vel
verbis, vel factis delectatio inferri
procuratur: ipſa verò prodigos libera-
lium reducit ſub nomen; auaros appel-
lat parcos, ac ſapientes; venereos dicit
curiales; affabiles vocat garrulos; con-
ſtantiæ laudem obſtinationi tribuit; ma-
turitatem nuncupat pigritiem, & graui- K
tatem: hæc ſagitta ocyor volatum arri-
pit, & vento citior animo infigitur. per-
petuum Adulatio Principum malum
exiſtere, quorum opes ab aſſentatione
ſæpius, quàm ab hoſte ſubuerti certum
eſt; habemus è Saauedra *loco cit.* Plures
autem Principes adulationis opera, quã
vis in præcipitium impulſos notum
eſt: & præcipuè hoc in Siciliæ Regno, de

A quo ſcriptum reliquit Quintus Curtius. *Vſque productum item ſcimus id eſſe nationis Siciliæ vitium propriam, Germanumque.* Melius etenim eſſe Diogenes affirmabat, incoruorum roſtra, quàm adulatorum in linguas incidere, illi coquod cadauera ſectantur, hi viuos male agitare ſtudent: vt ſcripſit Cælius *lib. 6. lect. antiq. cap. 33.*

Proregis itaque ſolertiam decet, vt
B adulationis detegat fraudes, nam qui adulator vllo abſque diſcrimine honeſta, & indecora, proba laudibus effert, & ſceleſta, cum qui veritatem ex aduerſo amant, id ſolum explicent, quod, & æquitate præcellat, & bonitate quod ſi ipſe inſpiciat ſibi ex adulatione, quæ vel perpatrata ex aliorum fuerint opera, vel caſum in parentem agnoſcant, tribui, leues ad Cælum res duci, & quæ
C voluptatis magè congrua videntur ſorditi ei, quàm honoris ſublimitati, quæ mordacibus è negotiorum curis Principis abducunt animum, propriaque potius commoda, publicum quam emolumentum explicari; ſciat parata iam retia: Adde ſi eum, talia ex quo deſcendunt encomia haud equidem rectè ſui moderari animum, vel triſtitiam videat excipere, vel monita ſub taciturnitate
D transfigere, cum vel turpe quidquam, & muneris indignum maieſtate à Prorege agnoſcat committi: vitijs imò; erroribuſque tribuat excuſationem, ac virtutum nomen; ſi denique maius propriæ fortunæ ſtudium ille ponat, quàm Principis obſequia curet, omnes ex ipſo offenſas clauſis tranſigat luminibus, & faſtidia facile adulatorem ſeſe demonſtrabit, & vti talis, velut Reipublicæ peſtis,
E & interitum depelli videtur: Prudens vnde non aliter, deceptores hoſte, quàm Draconis diffugiet virus. At ſi maiorem de adulationis effectibus, maliſque quilibet cognitionem exoptat noſtratem, adeat Maſcard. *de prob. conſ. 56.* per totam, qui hæc per quam diſerte nobis patefacit.

DE PROREGVM *Poteſtate.*

Cap. I.

MAxima quamuis Proregis exiſtat facultas, circa quam copioſa poſteris ſcripta dimiſit Maſtrill. *cap. 7. num. 10.* & ſtatim ac ingreſſum in regnū facit, hæc illum ſequatur Maſtrill. *loco citato* Cui poſſeſſionis ex die ſalarij penſionem currere certum eſt *Idem dicto loco.* Et Primo, vt ſuperius fuit explicatum de cunctis ex ipſo fiat diſpoſitio, eodem quemadmodum ex Regis arbitrio per Tex. *in l. 1. & 2. ff. de officio eius.* Vincentius de Franchis *deciſ. 165. nu. 2.* Maſtrill. *num. 25.* Qui ſtatutum voluit Viceceges omnibus potiri priuilegiorum prerogatiuis illiſque frui, quibus, & idem Rex gaudet Surdus *conſ. 281. num. 7. & conſ. 540. num. 18.* Perſonalia licèt exiſterent, ſpecialique forma Regibus haberentur competentia Milanenſis *deciſ. 8. num. 81. verſ. quoniam lib. 1.* Attamen ne illa Proreges abuterentur paſſa reſtriſtionem fuit. G H

Secunda illorum poteſtas eſt, vt procedendi ex abrupto, & diſpenſatiuo modo, & ſi hoc regum reſeruetur potentiæ, copiam habeant: qua de cauſa talis eſt in Regno obſeruatio. Cum ampliſſima veniat facultas, quam Reges conceſſam ipſis voluere, quoniam propter clauſulam *alter ego* cuncta valet agere, quæ ipſi permiſſa Regi Afflictus *in cap. Imperialem num. 12. de prohib. alienat. per Federicum* Boſſius *pract. crimin. tit. de Principe num. 87.* Marcus *deciſ. 317. num. 24. parte 1.* Bellinus *in preg. vnica de officio Proregis nu. 1. & ſequen.* Craſſus *in tract. de exceptioni: excep. 1. num. 44. & 48.* Quo aſſerit in loco Proregi facultatem in eſſe, vt pragmaticas, banna, & quæcumque alia condat ſtatuta, priſcis quidquam deroget, & diſpenſationem circa ipſa injiciat de criminalibus etiam ſi tractetur, abdicatiua iniecta poteſtatis I K

A clauſula, ne ſtatui contrarium poſſit.
Burgius *de modo proced.ex abrup. centur.*
*1. quaſt.*51. *num.*13. *fol.*172. *vbi nu.*16.
Excellentiſſimos affirmat Proreges ſu-
premum, abſolutumque procedendi ex
abrupto defacto, & diſpenſatiuo modo,
retinere arbitrium. Allegat Cumiam,
Corſertum, & Antonium Ballum ita tē-
ſtantes: Hac autem de poteſtate repe-
riuntur capitula, & pragmaticę regiæ in
B locis per eum citatis Maſtril. *loco citato à*
*num.*80. Giurba *conſ.*12. *& conſ.*19.*num.*
45. Qui ex abrupto quamquam pote-
ſtatem procedendi, ablato velo, motu-
que proprio valeant adhibere, ipſa, cum
cauſa interueniat, & conſilium debent
vti. Anton. de Ballis *tract.crimin.quaſt.*8.
Menoch. *de arbitr. quaſt.* 71. *num.* 14.
Quemadmodum ipſemet Rex perpetra-
re conſueuit Purpuratus *conſ.*458. Affli-
C ctus *conſtit. Caſtra num.* 2. per Tex. *in l.*
humanum C. de legibus Maſtril. *loco citato*
num. 38. Ac tali modo abſolutam haud
equidem exercere facultatem poſsunt,
eoquod libera licèt, & ſumma tribuatur
Proregi poteſtas multi attamen caſus,
ex quibus ipſius paſsa reſtrictionem eſt
authoritas, reſeruati conſpiciuntur.

Quæ Tertiò datur Proregibus facul-
tas, habetur, vt naturales, ſpurioſque
D filios legitimorum poſsit in numerum
conferre Couar. *de ſponſal.parte* 2. *cap.*8.
§.8. de Ponte *de poteſt. Proregum tit. de*
*diuerſ. prouiſ. rub. de legat.num.*1.*fol.*331.
Anton. de Ballis *in dicta prag. de officio*
*Proregis num.*4. Maſtril. *num.* 51. *&* 52.
Hac autem in legitimatione, quo caſu
genitoris efficitur ad inſtantiam, nullo
agnati modo, alijue ab inteſtato ſucceſ-
ſores debent venire, tàm ſi ipſius in vita,
E quàm humanas poſtquam deſeruit au-
ras hoc expoſcatur; ſi ſcilicet teſtamen-
ti per diſpoſitionem peti, vt legitimi
efficerentur, conſtituiſset; ar enim ſi hæc
non habeatur teſtatoris voluntas, rectè
agnatorum, cæterorumque ab inteſtato
qui veniunt requiri citatio debet. de
Ponte *loco citato num.*2. Bartol. *in l. Gal-*
lus §. *& quid ſi tantum num.* 14. *ff. de lib.*
& poſthumis.

Et quamuis aliqui DD. minimè de- F
ſint aſserentes affirmatiuam Bartoli
opinionem naturalibus ſolummodo vi-
gorem in filijs retinere, nulla verò in
ſpurijs forma; qui cum cauſa interue-
niat legitimorum poni in numero de-
bent: & propterea conuocare venientes
ab inteſtato neceſſe, illo quoniam di-
ſpenſatio conſpicitur in caſu Decius
conſ. 165. *verſ. ſecundo reſpondetur*, *&*
conſ. 263. *&* 287. Soccin. iunior *conſ.* G
120. *vol.*2. Contraria tamen in parte
communis perſiſtit opinio: cuncti ete-
nim Bartoli doctrinæ vim ineſſe aſſe-
runt, etiam cum de ſpurio agatur: ratio
namque ex qua mouetur, è libera mo-
dum excipit poteſtate, quæ Patris in
arbitrio circa bonorum diſpoſitionem
permanet: & ita multis inſimul cum
DD. teſtatur de Ponte *loco ſupra citato*
num. 5. qui etiam aduerſæ viris ſenten- H
tiæ reſponſnm affert.

Quæ quinto inhæret poteſtas, & ad-
ducitur ex Maſtril. *num.*88. extat, quod
mandare, ac reſcribere is valet, vt ciui-
libus in cauſis de plano, abſque ſtrepitu,
ſummarieque nec non abſque iudicij fi-
gura procedetur Caſtald. *de Imperat. qu.*
110. *priuil.* 18. *&* 19. Muta *in conſuet.*
Panormit. cap. 28. *declarat.* 9. *num.* 57.
Burgius *dicto tractatu quaſt.*55. *num.*11. I
de Ponte *in ſupradicto tract. & tit. rubr.*
de ſaluo conductu in fine. Quodque priui-
legiati cauſa ſpolij, iuxta ritus diſpoſi-
tionem, vna terminum cum meritis ex-
cipiat, ac finem affirmat Afflictus *in con-*
ſtit. violentiæ quaſt. 10. Muta *ſuper cap.*
Regis Alphonſi 35. *num.* 105. Maſtrill.
*num.*89. Hoc autem æqua intelligi cum
cauſa debet; ſi hæc namque abſit neuti-
quam id licitum dicitur Maſtril. *num.*90 k
Spiritus adde quod per inſufflationem
reuiuiſcere inſtantiam valet, cum pars
attamen citetur, ſecundum iuris diſpo-
ſitionem, vt ex ſpeciali Regis noſtri mã-
dato conſtat vigore ſuarum literarum,
ſub Anno 1591. vt refert Maſtrill. *loco*
*ſupra cit. ſub.nu.*93.

Quinrum occupare locum illam con-
ſpicimus poteſtatem penes eumdem

A *num.40. in ſupra cit. lib. 5. cap. 7.* Quã
Proreges, licet neutiquam in dominiũ,
ſed adminiſtrationem, circa, Regis no-
mine, Regalia retineant ad tempus;
Hac de cauſa talis quamquam ipſis in-
ſit adminiſtratio, de illis tamen facere
alienationem haudequidem poſsunt,
vel conceſſionem, nam, cum regalium
adminiſtrationem habeant: quis illorum
aſſerat permiſſum quidquam donari,
B ſpeciale niſi mandatum interſit, vel cir-
ca illa tractetur, quæ dari in alienatio-
nem ſolent? Palat. Ruu. *de donat. inter
vir. & uxor. num.* 12. de Ponte *dicto
tract. & tit. de diuerſ. prouiſ. rubr. de donis,
& expenſ. num.* 5.

Illuſtres per ſextam perſonas valet
Prorex condemnare, cum poteſtas, de
qua facta expreſſio ſuo in priuilegio
fuit, habeatur Maſtril. *loco citato num.* 5.
C Quamuis de iure cum Regem non con-
ſulant, id neutiquam licitum exiſtat per
Tex. *in l. ſi grauius C. de dignitatibus lib.*
12. de Ponte *deciſ.13. nu.* 2. Adde quod
illos poteſt de Regno depellere ſi Rei-
publicæ in perniciem perturbationes
immiſceant. Maſtril. *de magiſtra. lib. 4.
cap. 4. num.* 227. Rouitus *deciſ. 17. à nu.* 4.
Cauſa licèt cognitio neutiquam interſit.
per Tex. *in l. fin. ff. de interdict. & releg.
l. præſes in fine l. congruit ff. de officio præ-*
D *ſid.* Maſtril. *dicto num.* 327.

Vectigalium quoad impoſitionem
ſeptima verſatur, illis attamen in caſi-
bus, qui fuerint, à iure, ac neceſſitatis
impulſu permiſſi, quemadmodum Regis
explicatum fuit in poteſtate; hoc etenim
ius ad regalia ſpectans eſt Maſtril. *num.*
94. & DD. per eum ducti.

Octauò quæ ſequitur, eſt, quod, quã-
E uis Proregi conceſsum haudquaquam
ſit, vt feuda præbeat, optimè tamen va-
let conſenſum alienationibus tribuere;
aliud etenim eſt alienationem conficere,
aliud, ſuum alienationibus feudorum
præſtare conſenſum. *l. aliud ff. de regulis
iuris l. ſi pater §. fin. ff. de manumiſ. &
vendit.* Aſſentiri namque alienationem
perpatrare haud equidem dicit, vel de
nouo feudi facere conceſſionem, ſed
tantum ei qui alienat, faciendam quoad F
alienationem non inferre impedimentũ
importat, vel eius prorogare ius, vete-
remque confirmare inueſtituram: vt ex-
plicauit Bald. *in cap. quæ in Eccleſiarum
num. 19. in fine de conſtit.* Quod confir-
mationis ius è mandato tribuitur gene-
rali. iuxta Gloſ. *ſingul. in cap. fin. in verbo
non poſſunt de officio Vicarij.* Minoris ad
ſimilitudinem, qui nullo valet modo de
nouo feudum tribuere, confirmatorias G
ſolummodo inijcere inueſtituras; vt eſt
Tex. *in cap. 1. vbi: omnes per quos fiat in-
ueſtitura* Iſernia *in cap. Imperialem nu.* 12.
vbi Camer. *fol.* 79. Neapolis verò in
Regno per Pragmaticam vocatam *delli
noue capi* Limitationem huiuſmodi pote-
ſtas conſensùs præſtandi ſubiuit Inui-
ctiſſimi ex Caroli V. iuſſu Anno 1531.
vt teſtatur Maſtril. *dicta cap. 7. num.* 59.
Quo in loco dicta nouem capita more H
ſuo, doctiſſimè ſub examen poſuiſſe con-
ſpicitur.

Nonò Quæ poteſtas occurrit illa eſt,
vt eo poſſit in caſu aſſenſum præſtare,
quo contrahere matrimonium ſimul cũ
ex exteris feudatarij velint, dum hoc,
ſi Regis haud interſit voluntas peragi
minimè deceat; *ex cap. Regni Regis Iaco-
bi* 22. quod confirmatum reddidit inui-
ctiſſimus Philippus ſecundus, cui equi- I
dem licentiæ ſufficientem in eſſe vigo-
rem æxſtimauit Maſtril. & DD. per eum
ducti *in dicto cap. 7. num.* 16. Si ex Pro-
regis arbitrio dilabatur.

Permiſsum Decimo euenit Proregi,
vt feudis in Regno formam tribuat Mi-
lanen. *deciſ. 8. num. 5. lib.* 1. Quamuis illi
vetitum exiſtat, quod infeudatione fa-
ciat; vt ſuperius fuit explicatum. Tertiã
nec non partem de decima ad regem K
pertinente remittere, ſi dari feuda con-
tigerit in alienationem, valet; vt dixit
Petrus de Gregor. *in conceſſ. feudor. par-
te 8. quæſt. 16. tit. de decimis nu.* 29. Tàm
priuſquam venditionis de feudo efficia-
tur contractus, quàm poſtquam fuerit
iniectum: Huius autem pro ſolutione ſex
dilationem menſium, & vnius, non rarò
ſpatium anni ſolet, prorex ex gratia cõ-

A cedere : vt iure decimæ , ac tareni aliæ
binæ partes Regiæ , quæ afferri Curiæ
debent , ſoluantur , cum idonea tamen
cautio decimæ ac tareni collectori , Re-
giæ curiæ nomine, ducatur. de Gregor.
loco ſupra cit. in fine dicti numeri 29. *fol.*
285.

Conceſſum Vndecimo Proregi eſt ,
vt faciendam ſubditos ad pacem , cum
Reipublicæ requiratur tranquillitas, cō-
B pellat Reſtaur.Caſtald. *in tract. de Impe-
rat. quæſt.* 110. *priuil.* 102. de Ponte *de
poteſtate Proregis tit. de prouiſionibus fieri
ſolitis num.*5. *fol.*3. Ac vt eos , qui litem
exagitant ad compromittendum, cogāt,
præcipuè quo in caſu magnates inter,
ac nobiles tale accenſum fuerit inccen-
dium, & publicum inde originem exci-
pere ſcandalum valeat . Iuxta Baldi do-
ctrinam *in l. æquiſſimum ff. de vſufructu.*
C Qua poſitum in parte conſpicimus iudi-
cem , ſcandali propter ſuſpicione facti
via , non autem iuris , cauſam ex amici-
tia, vt tumultus componat,peragere: ſe-
cundum diſpoſitionem Glo. *in can. pla-
cuit* 90. *diſtinct.* Qua concluſionem ex
doctrina idem de Ponte infert , quod ſi
hoc ordinarijs licitum exiſtit iudicibus,
multo magis erit, & Proregi tributum.
Iubet etiam Prorex cautionem de non
D offendendo afferri , quæ ipſoſmet non
ſolum aduerſarios inter , amicos verum
etiam , & familiares injjcitur ac vt ſæ-
pius circa optimates , nobilique ornatos
ſanguine; Regia ſub fide , nec non verò
ex Proregis mandato in archiuijs ſcri-
bitur idem de Ponte *loco citato num.* 17.
Alienationes etiam conficere Regis ve-
lut Procuratores , cum neutiquam ſub-
haſtationes adſint , Proreges valent , cū
E eodem ſeſe hæ habeant venditiones
modo, ac ſi ipſomet perpatratæ à Rege
fuerint: Maſtril. *loco citato num.* 180. Ex
quo affirmatur tali de cauſa , nullas hoc
in negotio requiri ſolemnitates , priua-
torum velut in contractibus , debe-
re .

Duodecimo poteſt è Proregis arbi-
triò mandatum graui , & pecuniæ ſub
pæna, cum delicti attendatur qualitas ,
& cauſæ, emanare de Ponte *ibidem n.*20. F
*fol.*5. *motus auctoris.* Andreæ de Berul. *in
l.carta num.*7. *C. de iure fiſci lib.* 10. Ca-
pitaneos conſtituit facultatemque con-
cedit , vt notorijs impunè delinquenti-
bus , Regni perturbent tranquillitatem
mortem inferant de Ponte *dicto tit.* 1.
§.4. *num.* 4. *fol.* 17. Huiuſmodi etenim
poteſtas de ſuprema Principis facultate
originem ſuſcipit, quæ alius concedi ex
opera minimè poteſt iuxta tradita per G
Geminian. *in cap.* 1. *de homicid. in* 6. &
Latius per Caſtald. *in dicto tract. de Im-
perat. dicta quæſt.* 1. *verſ.* 145. Indultandi
etiam copiam ipſe præbet , partis licèt
remiſſio minimè habeatur , cum Reipu-
blicæ bono id expediens conſpiciatur; ſi
hoc autem ceſſet, prohibitum id eſſe de
Ponte reputauit, ac ea teſtatur ex cauſa
reuocationē cuidam cauſæ illatam, quæ
fuerit ex Prorege confecta:eoquod nul- H
la partis remiſſio forma interuenerit ,
quemadmodum notatum fuit ex Ioan:
Vincent. de Anna *in repet. cap. primi de
vaſſal. decrepitæ ætatis num.* 252. Bannitos
adde, quod indultandi tribuit facultatē,
vt alij capiantur banniti per Tex. *in l.
non omnes* §. *ff. de re milit.* vbi *Qui tranſ-
fuit , & poſtea latrones apprehendit , &
fugas demonſtrauit poſſe ei parci Diuus
Adrianus reſcripſit.* Quod etiam confir- I
matum legimus à Bart. *in l.* 3. §. *fin. de
condit. ob turp. cauſam.* Confici nimirum
bannimenta , & criminum indulgen-
tias ſocijs poſſe , vt in lucem venire
delicta neutiquam deſiſtant , quod ma-
ximè Reipublicæ conducere emolu-
mento affirmauit idem *in l. qui ea mente
ff. de furtis ex regula textus in authen. ſed
nouo iure C. de pænis iudicum malè iudic.*
Adde quod pecuniæ de ſumma , quam K
talionem vulgus nominat teſti , vt veri-
tatis faciat depoſitionem inijci promiſ-
ſio valet iuxta Bald. doctrinam *in cap.
fin. de appellat.* quem ſequutus fuit De-
cius *in conſ.* 189. *num.* 12. Hoc autem il-
lo vim retinet in caſu , quo alia proba-
tio forma inſurgere neutiquam videtur
poſſe , eoquod ſi alio id effici modo va-
leret, procedere debet . doctrina Boſſij

in tit.

Digitized by Google

A *in tit. de oppoſit. teſtes aduerſus.*

Facultas Decimotertio Proregi adhæret, minoribus vt feudatarijs Balium præbeat, quo in accidenti, ei circa hoc genitor minimè conſuluerit, vel, cum aliqua interueniens haberetur cauſa, ceſſaret, per Tex. *in conſtit. in fine, cui concordat cap. 32. Regis Iacobi.* Maſtril. *dicto cap. 7. lib. 5. ac 203. qui allegat* de Ponte *in dicto tract. de poteſtate Proregis tit. de diuerſ. prouiſio. rubr. de balio dando,* B *& in deciſ. 20.* Militum facit creationem, illiſque arma indit, ſolitas, Regis nomine ſolemnitates adhibens, tali dummodo, quod munere dignum præſeferant animum: Capitaneos etiam, vt militum aggregent cohortes, conſtituit; Generalis namque in Regno Capitaneus exiſtit Prorex Maſtril. *loco cit. à num. 205. & ſeq.*

C Proregi Decimoquarto non vetitum bannimenta promulgare, vt bannitorum coniuncti longè depellantur: vt ſcripſit de Ponte *in dicto tract.* 1. §. 5. Illos adde quod in carcerum obſcuritate valent detinere, vt illi ex omni deſtituti auxilio, vel è Regno pedem vertant, vel à Curiæ miniſtris comprehendantur: hoc etenim remedium ſumma obſeruarum ſtit ſolertia, & experientiæ demonſtra- D tionibus, maiorem præ alijs efficaciam retinere, ac efficaciam: vidimus namque non raro coniunctos, ne talem ſubirent patrio eiectionem de ſolo non tantum Curiæ delinquentes, fratres verum etiam, patres filioſque tradidiſſe, quemadmodum idem de Ponte teſtatur *in dicto* §. 5. Ac nos in regno quotidie conſpicimus: Facultatem etiam ipſe tribuit, Legatos ad Regem mittendi: ac etiam, E vt ſubſtituri per operam quilibet ſeruitia officialis præſtet de Ponte *tit. 10. de poteſtate ſubſtituendi in princip.* Accedit ſaluamguardiam in Baroni ſubditorum beneficium ab ipſo tribui, ne tyrannicè ab ipſis exagitentur, vel quidquam ipſos contra perpatretur: illis etiam pro delictis, quæ antiqua exiſtant, cum neutiquam conſilium ex Principe ſumatur, Anendag. *de exeq. mandat. parte 1. cap. 11.* de Ponte *dicto tit. 10. §. 1. num. 13. fol.* F *351.* Præcipuè ſi vaſſallus haberetur ſyndacus, ac in dominium, vniuerſitatis ad fauorem lites ageret: his autem de omnibus loquitur Maſtril. & DD. ab ipſo citati *à num. 210. cum ſequ.* quo in loco ducit Ioſephum Seſſe *inhibitionibus ſtatus Aragoniæ cap. 4. num. 20.* qui ampliationem ciuili etiam in cauſa vehit Maſtril. *attamen in num. 213.* Hæc affirmat debere de raro concedi, & cum ma- G xima interſit cauſæ diſcuſſio per magnæ Regiæ curiæ conſilium, & fuerit baro citatus; Vaſſalli etenim ſæpè ſæpius huiuſmodi expoſcunt ſaluas guardias, vt illo inſolenter vitam in loco ducant, ac flocci dominorum faciant poteſtatem.

Saluum conductum, Decimoquinto, vel ad aliquod temporis ſpatium ſecuritatem delinquentibus, generaleſque abolitiones, cum benè interuenire con- H ſpiciantur cauſæ, concedunt; iuxta Tex. *in l. relegati ff. de pœnis.* de Ponte *dicto tract. tit. 10. fol. 330.* Ac tali etiam forma indultus generaleſue tribuuntur abolitiones, camporum diſcurſoribus, quo in caſu ex ipſis conſimiles ſceleſti morti fuerint dati, aut viui perſtringantur vinculis; partis etiamſi neutiquam remiſſio interueniret; publicum ad emolumentum, ipſorum ne deinceps ab in- I ſolentia damnum perpeteretur Reſpublica; Moratorias adde quod, ac dilationes ciuilibus pro debitis afferunt, cum ad cauſas reſpectus habeatur, quæ honeſtæ ſint: Agricolarum verum hoc præcipuè ad emolumentum efficitur, vt agrorum horreſcere cultura neutiquam poſſit, quemadmodũ hoc in Regno extat Pragmatica Ill. Marchionis K de los Veles *tit. de Semin.* de Ponte *loco cit. num. 12. & Nos Agricolarum diximus in ſtatu.* Hoc tamen haud fit circa debita, quæ vel perſonalibus ortum excepe- rint è ſeruitijs, Bulla, Curia, Banno, quindena pendente, aut lapſa, domus locrio, aut viduas, & pupillos aduerſus, & Eccleſiaſ. in Pragmaticis autem videatur Regis ordo è Maſtril. *n. 244. ductus.*

Poteſtatem Decimoſexto retinet, ac ip-

A ipſius tantum arbitrio, pragmaticæ per
diſpoſitionem, reſeruatam, Prorex, vt
copiam de armandis nauigijs faciat,quæ
dum permaria diſcurrunt in curſu, con-
tra inimicos, pyrataſque inuehantur. de
Ponte *tit.* 11. *num.* 1. *&* 2. Maſtril. *dicto*
lib. 5. *cap.* 7. *num.* 216. Quo affirmat in
loco Imperiales in Regno Pragmaticas,
Regaleſque reperiri. conſtitutiones, ac
literas, quæ id ſub bonorum confiſca-
tionis pæna vetitum reddunt.

B Facultas Decimoſeptimo ſpeciali tri-
buta ex priuilegio Proregi adhæret, vt
omnibus reſcriptis, ac priuilegijs qui-
buſcumque regalibus, quæ regnū extra
deueniunt, exequutoriales concedat li-
teras, cum priùs hæc recognoſcat, & re-
cognoſcere faciat; an quidquam fortè
tàm Regiæ iuriſdictionis, ac ſtatùs, quā
Regalis Patrimonij præiudicium inclu-
dant: vt idem Maſtrill. *in dicto cap.* 7. *nu.*
C 220. Scriptum reliquit. Qui hoc parti-
cularium ex conſtitutionum diſpoſitio-
ne, cum antiquiſſima ex conſuetudine,
quàm aduerſus hominum non habetur
memoria, ex iuris etiam æquitate affir-
mat procedere.per Tex. *in l.fin.ff. de iu-*
riſdict. omnium iudicum & in clement.
Paſtoral. de ſenten, rei iudicat. ibique plu-
res ducti reperiuntur DD. Ita etiam in
vſu multis ponitur in Regnis: vt in Hi-
D ſpania Afflict. *in præud. conſtit. Regni.*
quæſt. 18. *& deciſ.* 24. ac de Regno Nea-
politano dicit Amodeus, & Ponte *in tit.*
qui ſit Index in cauſa feudor. num. 48. &
cæteri, & de Regno Catoloniæ, Arago-
niæ, & Caſtellæ, teſtatur Portobo. *ad*
Molinam in §. *alienigena*. idemque Ec-
cleſiaſtico in ſtatu in praxi eſſe affirmat
Gramm. *in conſ. ciuil.* 109. & alij Cam-
pumblan. *de Baron. prag.* 8. *parte* 2. *n.* 2.
E & rotius de Italiæ conſuetudine habetur
Ferret. *conſ.* 1. *num.* 14. *& ſeq.* Hac de
cauſa pragmatica extat ſanctio prolapſa
è Catholico Ferdinando anno ſalutis, &
Religionis Chriſtianæ 1479. exequuto-
riata Panormi ſub die 26. Iunij anni
eiuſdem. Quod nullo modo alicuius re-
ſcripti, vel Apoſtolica è ſede, aut Le-
gatorum, ipſiuſque nunciorum faculta-
te tributi quibuſuis ſuper impetratis be- F
neficijs, qui annuos librarum centum
redditus exuperent, quamuis hoc Tri-
quetræ in Regno per delegatum, nec
præſentatio fiat, nec exequutio dempto
quod Regiæ, vel Proregiæ exequutoriæ
fuerint ad id conceſſæ, vt è Regi Fide-
libus beneficia obtineantur; ita Petrus
de Gregor. *de conceſſ. feudor. parte* 8. *nu.*
8. *quæſt.* 7. *fol.* 360. & Abbas Nicolaus
Indouinus Argyrenſis allegationibus G
per quam doctis manuſcriptis *in cauſa*
N.N. & generaliter de regalibus conſti-
tuit literis de Ponte *in deciſ.* 23. *in prin-*
cip. Quo habetur in loco: poſſe, cum
æqua interueniat cauſa, reſcripta deti-
neri, ac ſecundum expectari,tertiumque
iuſſum: per Tex. *in* §. *& hoc vero*, vbi
Glo. *in authent. vt nulli iudicium* §. *dein-*
de in authen. de mandatis Principum Glo.
in dicto cap. ſi quando de reſcriptis, Prin- H
ceps etenim circumuentus eo dicitur
in caſu,ac ea per ſubreptionem obtenta,
& ex ipſo conceſſa decepto, qua de
cauſa Maſtril. *num.* 22. Adnotat, quod
non ſolum Proregi permiſſum iſtud ſit,
proprio verum etiam requiſitum ex
m unere Principi reſcribere; cum ipſius
exiſtat voluntas, vt de iniquis, & quæ
per ſubreptionem habita fuerint, decre-
tis, ipſum conſulat; nullum enim nuda I
exequutio demandata obicem ponit.
nam, quod commune, propriumque
attineat ad emolumentum, per patrare
ipſe, & exequi deſiderat, Bolognet. *conſ.*
3. de Ponte *conſ.* 52. *cum duob. ſequent.*
Quod maiorem includit vim, ſi tertij
exinde reſultare præiudicium, videatur,
nulli eoquod inferre damnum intendit.
Maſtril. & DD. *in loco ſuperius ducto nu.*
223. Et quamuis de exequutoria, infra K
anni ſpatium, fieri miſſio debeat, prore-
gum tamen arbitrio remiſſum eſt. *idem*
num. 124.

Poteſtatis Decimo octauo de plenitu-
dine omnia conceſſa Proregi exiſtunt,
quæ Rex valet Caſtil. *deciſ.* 125. *nu.* 18.
Vnde ſicut talis, quem vult, conſtituere
in officialem poteſt;eſto commune,quod
aduerſus ius, & municipale veniat; il-
lud

A lud eoquod debet in obſeruatione poni, quod ſuæ ex poteſtatis plenitudine conſtituit, cum nulla diſpoſitioni legum forma ſubiectus habeatur, nec publici iuris quibuſdam conſtringatur regulis Bald. *in l. 2. num. 40. de ſeruit. & aqua.* Adde, quod Excellentiſsimus dum Prorex de aliquo electionem facit, illum conſpicitur habilem reddidiſse, præcipuè cum de ineptitudine ſcientia veniret certa. Caſtil. *in dicta deciſ. num.* 20.
B Sed in materia videndus erit Giurba *conſ.* 99. quo in loco dicta explicat.

Perſonas Decimonono tàm Eccleſiaſticas, quàm ſæculares, de quibus in Archiepiſcopos, Epiſcopos, vel Abbates in Regalis patronatus Eccleſijs fiat electio, nominat, quibus etiam conſiliariorum ſibi occupare ſedes conuenit, ac cætera, quæ per Regnum conſtituuntur
C à Regis auchoritate officia, patenteſque literæ factam conficiuntur circa electionem: ipſe autem illos, qui digniores, pro facienda officialium electione debet Regi proponere cum, & ipſe Dominator ſæcularia etiam ad munera, quemadmodum etiam ad beneficia eos, illuſtriores quibus inſint dotes, erigat: vt probatur ex Tex. *vt Iudices ſine quoque ſuffr. §. eos autem coll. 2. l. ad ſcribenda C. de decurion.*
D *lib.* 10. Vel enim, vt onera, conferri officia debent, & illa tribui aptioribus oportet iuxta Tex. *in cap. vnico, vt Eccleſ. benef.* Aut veluti bona vehuntur, & honores, ac diſtributiua ex Iuſtitia diuidi ipſa decet, cuique prout dignitas habetur, cum habiliores, ac celſioribus præditos qualitatibus euehat; & quamquam incuria hæc, ſi ſcilicet ſub obliuionis vmbris præclariores ponantur, cum neutiquam commutatiuam aduerſus Iuſtitiā
E inſurgat, ad reſtitutionem haudquaquā obliget priori tamen in caſu compellit; commutatiua eoquod Iuſtitia Principem etiam inter verſatur, ac Rempublicam, cui debet vtilior, adhiberi miniſter: ea quoniam Rex conſtitutus ex cauſa videtur, vt circa digniores electionem faciat Villalobos *tom. 2. tract. 8. differ. 6. num. 6.* & in ſpecie de Prorege, qui compellantur digniores, dignis poſtpoſitis F
ad officia euehere ſcripſit Diana *parte 9. reſol. 7. tract. 7. fol. 192.* Licet autem detur: ſæcularia minus dignos ad munera poſſe Regem nominare: dicendum tamen eſt digniſſimos proregum opera proponi homines debere: cum huiuſmodi præſumatur Regis exiſtere voluntas; eoquod ſi de minus dignis conficere electionem optaret, proprio id ex arbitratu, non ex Proregis diſpoſitione agi G
curaret; Qua de re ſi tali Proreges in nominatione illos, qui dignioribus præcellunt meritis omittere non erubeſceret, ſemel etiam ſi id egerint, peccati haud fermè labem euitabunt: vt docent Hurtado *de Incar. diſp. 12. ſect. 15. ſubſect. 3. §. 250. & 251.* de Ponte *de Poteſt. Proregis, de elect. official. tit. 5. §. 5. num. 6.* Quod autem Prorex tali pro nominatione ſuo nil valeat emolumento H
ſuſcipere docet Fernandez de Mendoza *dub. 3 de tract.* & Diana *reſol. 2. parte 6. tract. 6.* circa finem. Quo in loco ſub examen etiam quæſtionē ductum ponit: An Proreges nimirum, vt vulgo dicitur (nella nomina dell'Officiali) Regi digniorem proponere teneantur?

Haud vetitum Vigeſimo Proregi venit, vt illis valeat venditionem, de officijs inijcere quibus Iuſtitiæ neutiquam I
adminiſtratio inhæreat: ſi Regis attamen ex licentia approbata, vel conſuetudinis vigore ſuis venditio hæc à prædeceſſoribus effici ſolueterit: vt eſt conſilium Mendozæ *in tract. de hac quæſt. ad Comitem de Lemos lib. 1. num.* 29. Dian. *tract. 6. parte 6. reſol. 4.* quo in loco verba refert Mendozæ, qui ſic *El Virrey puede vender ſin eſcrupulo de conçiençia todos aquellos oficios, que no tienen adminiſtracion de Iuſticia come ſe ayan vendida de los de mas &c.* Quas autem pecunias K
talium extrahit ex officiorum venditione, ſibi neutiquam, ipſi, proprioque ſuſcipere commodo poteſt, ac Regis conſeruare ad emolumentum debet; ita Diana *dicto tract. 6. parte 6. reſol. 3.* qui ex eiuſdem Mendozæ auchoritate in loco ſuperius citato Proreges, ſi contrarium

A rium committere minimè dubitent, lethalis non ſolum criminis, pecuniarum ac etiam reſtitutionis in obligatione ponit.

Proregibus Vigeſimo primo conceditur, vt gratiam tàm circa delicta, quàm circa pœnas largiatur; addas tamen quod partis debet remiſſio interuenire, priuilegij quemadmodum ex verbis clarè conſpicitur: in illo enim ſic *Et vbi de-*
B *ſint partis inſtanſia, pœnas, tàm ciuiles, quã criminales, & alias quaſuis remittere, relaxare, & condonare, prout nos facere poſſumus.* Quod etiam ex doctrina Seſſe *de inhibitio cap.* 1. §. 4. *num.* 10. Villalobos *autem in ſum. tom.* 2. *trac.* 14. *diffic.* 17. *num.* 2. Ita ſuam explicauit ſententiam, *Quando perdona la parte, puede el Iuez ſuperior relaxar, y remittir la pena, mas eſto non à dà ſer à ſu albedrio, ſino quando viete que conuiene al bien comun, y que non lo*
C *puede aſer, ſino es con cauſa baſtante es claro, y verdaderamente redunderia en gran daño de la Republica, ſi el ſuperior à ſu albedrio dexaſſe de caſtigar los delitos, ò caſtigaſſe menos de lo que conuiene,* Quod ex Molfeſio prolatum ſcimus *in ſum. tom.* 1. *tract.* 9. *cap.* 9. *num.* 50. dum aſſerit ſoli permiſſum Legiſlatori, communis, quod boni propter cauſam punitionem remittere delinquenti poſſit: atenim ſi talis è
D Principis arbitrio emanaret remiſſio cũ rationabilis haudquaquam haberetur cauſa, peccatum committeret mortale, non parui namque ponderis nocumentum in Rempublicam inſurgeret, eòquod maximè ad illam attinet peruicacibus hominum criminibus punitionem inferri; Qua de re conſequens dicitur, quod lethaliter Prorex in peccatum incidat, ſemel quamuis pœnæ ſceleſto de-
E linquenti: Proditori nimirum, vel aſſaſſino, remiſſionem faceret, infligendæ: vt dixit Diana *loco cit. reſolut.* 1. Qui neutiquam aduerſatus Maſtrilli, & Sexæ ſententiæ. At frequentiam Proregi reddidit prohibitam, cum naturalem populus ob inſolentiam, gratiarum augeat ex multitudine; ac veniæ facilitas ad delicta ſtimulum tribuat: cum etiam per quàm

rarò concedat: ipſos æquis, ac rationi F
conſentaneis ex cauſis, nec non dignis commiſeratione caſibus valere de pœna remiſſionem facere, gratiamque iniicere; numos autem, qui exinde afferuntur licet ſuſcipere minimè licitum exiſtat, ſi eos tamen deſumit, ſibi neutiquam applicabit Diana *in dicta reſol.* 1. *verſ. his non obſtantibus.* Adde quod vetitum ipſi redditur, quod vacantia circa bona gratiam faciat, aut leguminum tractis, aliiſ- G
que huiuſmodi generis, & de his etiam, quæ fiſci pertinere ad facultatem conſpiciuntur. *ex ordinationi: regijs eductis ſub die* 18. *Septembris* 1610. Nec aliquo modo ad compoſitionem valet delinquentes admittere, niſi Regis è prudentia conſilium deſumatur, vt ſcriptum fuit ex Maſtril. *loco ſæpius citato nu.* 153. *cum ſeq.* Cum etiam nec diminutam, nec maiorem bannitos, circa receptantes H
iniectam, vel foriiudicatos punitionem poſſit *ex cap. Regi Federici* 59. *& Alphonſi* 421. Illos quamuis aduerſus, qui alios retinent ſub protectione delinquentes, proprio. Licitum ſit ipſi ex arbitrio pœnas conſtituere: *ex cap. Regis Alphonſi* 464. & teſtatur Maſtril. *num.* 241. Nec fermè conceſſum Proregi dicitur, vt ſterili pro anno ſtatutam iam frumentorum, tractam aliarumque quantitatem I
rerum illis permittat perſonis, quibus, ius vel priuilegium ineſt, vt certam, ſingulis pro annis rerum copiam deducant: tractarum eoquod conceſsio illius exiſtit naturæ, vt eo liceat id in caſu agere, quo ſufficienti regnum modo neceſſarijs habetur fultum rebus; qua de cauſa cũ ſterilitatis adeſt annus minimè dicuntur tractæ concedi, & ideò valet Prorex illas K
denegare, ac huiuſmodi perſonatum iuri impedimentum ponere: vt benè, & copioſè circa extractionis materiam egit Maſtril. *dicto lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 56. Qua de re de Ponte *de poteſt. Proregis, in tit. de tractis num.* 8. Minimè Proregibus excommunicationem bullæ Cœnæ dicit affigi, ſi Romanam prohibitas ad curiam reddant tractas, quo in caſu haud ſufficientem ſibi victus prouiſionem Regno

in

A in eſſe conſpiciant, prima eoquod Cha-
ritas prius demonſtrari in Regno debet,
poſtmodum verò eſteris; ſicut magiſtro-
rum rationalium in ſtatu, melius de hoc
agemus.

Quo verò in accidenti hac volunt
conceſſas ſuo tractas arbitrio Proreges
juxta doctrinam Mendozæ *in loco ſupra
citato.* Pecuniarum valentſummam acci-
pere. Illarum quoniam Dominus, Rex
B facultatem Proregi tribuit vt conceſſio-
nem de illis, non autem venditionem fa-
ciant; qua de cauſa ſi contrarium perpa-
trare non verentur, alienam inuito do-
mino rem venderet, lethaliterque pec-
catum committet, ad reſtitutionem nec
non compelleretur; vt explicatum ex
Diana *dicto tract. 6. reſol. 4. verſ. quoad
alteram vero*: Quo in loco mendozæ ver-
ba refert: ex quo vetitum Proregibus
C dicitur, vt venditionis tractarum vltra
pretium, ex grato pecunias animò ſuſci-
piant, ad venditionis facilitatem obti-
nendam.

Proregi Vigeſimo ſecundo facultas
autum inhæret; officialibus copiam: vt
de aliquo receſſum loco, vbi officij reti-
nent adminiſtrationem, ad alium fa-
ciant, concedere: nam ſi, cum hæc neu-
tiquam interſit diſpenſatio, illo abeſſent
D ex loco, Reipublicæ quamuis, vel ægri-
tudinis cauſa ea non inuenirentur in par-
te, vel per noctis, tantum moram duce-
re ſpatium recreationis ergo vellent, ſu-
bire punitionem debent ex Afflicti ſen-
tentia *in conſtit. Regni: ſtatuimus notabi. 6.*
Maſtrill. *num.* 256. ſubſtitutum etenim,
ſi ſuperioris haud interſit mandatum,
præfigere officiali minimè permittitur.
Maſul. *ad capit. deciſ.* 151. Propria quo-
E niam ex perſona ſeruitia quiſque adſtrin-
gitur præſtare *ex pragm. 3. tit. 35. parte
2.* & Alphonſi *Regis capituli* 28. *&* 29.
Additis literis Regijs datis Matriti *die* 9.
Octobris 1568. exequutis in Regno *ſub
die 3. Martij* 169. & eſt conſtitutio in
Regno: Officia, quæ perſonis *rubr.* 56.
num. 1. quibus etiam commune adnecti-
tur ius ad Tex. *in auth. vt nulli iudicum
in rubr. l. inter artifices* vbi Bartol: *ff. de
ſolut.* Quibuſdam autem Regni officiali- F
bus permiſſa euenit vnius per curricu-
lum menſis, abſentia: Proregis, & ſi fa-
ciuleas non habeatur, ſi hoc tamen vltra
ſpatium alio moram in loco duci acci-
derit, obtineri Proregis è voluntate di-
ſpenſationem oportet. *ex cap. Regis Al-
phonſi* 29. *diſpoſitione.* Illis autem in of-
ficijs, quæ adnexam retinent admini-
ſtrationem, aut maximæ qualitatis, &
induſtriæ, dequibus facta electio, exi- G
ſtant perſonæ, abſentia non toleratur,
nec per alium habere adminiſtratio va-
let, dicta excepto, quod obtineatur fa-
cultas *dicta l. inter artifices cap. fin. §. his
autem de officio delegati.* Menoch. *de arbi-
tr. quæſt.* 54. *num.* 9. Amat. *conſ.* 22. *num.*
10. Borel. *ad Bellug. in ſpeculo Principum
rubr.* 10. *num.* 16. *lit.* G. de quibus om-
nibus ſcripta reliquit Giurba. *in conſ.* 26.
à num. primo 2. *&* 3.

Poteſtatem Vigeſimo Tertio Prore- H
ges continebant, priuſquam contraria
diſpoſitio ex parte fuiſſet habita, vt ne-
ceſſitatis ex cauſa, homines, qui malè
ſua, & de vita audirent, & de fama, gra-
uioribus nec non, quæ per patrarant, pro
delictis in carceribus compediti perma-
nebant, Regijs ſuper triremibus propriā
præſtarent operam, ipſorum quo vſque
expeditionem cauſæ ſortirentur: vt ſcrip- I
ſit de Ponte *de poteſtate Proregum, de Re-
galibus impoſitionibus tit. 4. num.* 51. & ſic
non raro poſitum in praxi fuiſſe teſta-
tur; at enim Regijs poſtmodum literis,
quæ ſuperuenerunt, prohibitio diffluxit,
ne amplius hoc in obſeruatione poni de-
beret: vt ſcripta Maſtril. *loco citato num.*
266. declarant. Ratio autem affertur:
huiuſmodi eoquod reis indirecto ſaltem
defenſiones medio veniunt denegatæ, ac
vel ipſorum propter abſentiam, vel quia K
neutiquam id agere poſſunt, moram ſu-
ſcipiunt: additur quod: qui temi ad mu-
nus fuerunt conſtituti, cum maxima vr-
get neceſſitas, vt inceptum exequantur
opus valent compelli: cum de mercede
attamen certis in ſolutio temporibus af-
feratur, qui namque ſuas locaro operas
conſueuerunt, quos publicum in caſu

R bo-

A bonum requirit , iure quidem optimo
coguntur : vt ſcriptum legimus penes
Cutell. *in Codice legum Siciliæ in cap.* 31.
Regis Iacobi num. 38. Cui ego intellige-
rem vim ineſse opinioni,ſi probi arbitrio
viri taliter longum temporis non exiſte-
ret ſpatium , vt dictis nullum ex remi-
gibus aliquid, vel vxori , vel filijs in ho-
nore, ac vitæ neceſſarijs imminere detri-
mentum dubitaret : iuxta opinionem
B eiuſdem Dianæ *tract.* 6. *reſol.* 5. *in
fine.*

Quæ Vigeſimo quarto Proregi con-
ceditur poteſtas eſt,quod licèt officiales,
qui iuſtitiæ ad expeditionem conſtituun-
tur , è ſolius Regis arbitrio antiquitùs
præfigebantur in Ciuitatibus, ac oppidis
quæ demaniali ſub ipſius iure permanẽt:
vt ex cap. Regis Martini 44. *habemus*: At-
tamen huiuſmodi eoquod Regi cura
C maximum afferebat onus , ac moleſtiam
periculaque ducere nonnulla regno vi-
debatur; cum ignotis plerumque homi-
nibus Ciuitates ad regimen tribueren-
tur; nouiſſimo iure hæc tributa ipſi fuerit
ſollicitudo, neutiquam namque ambigi-
tur, quod ſingulorum mores, ac ſtudia
virorum nota Proregi exiſtant : ex hac
vero generali conceſſione ſuo reſerua-
tam arbitrio , & Prætoris , & Capitanei
D felicis Vrbis Panormi electionem voluit,
ſtraticutiales etiam nec non Iudices fi-
delis Vrbis Meſſanæ ipſe creare geſtijt ,
præſens quemadmodum habetur obſer-
uatio. Accedit , Proregi facultatem ad-
hærere , vt comitia , vel parlamenta Re-
gis nomine , tribus inſimul cum Regni
ſtatibus conuocet: de quo melius *in ſta-
tu deputatorum Regni agetur.*

Aetatis Vigeſimo Quinto veniam
E tribuendi, Proregi conceſsam exiſtere
poteſtatem colligimus ex Tex. *in l.* 1. *&
2. C. de his , qui veniam ætatis impetra-
runt* Maſtril. *num.* 269. *loco ſupra citato*
Inducias etiam, quoſcumque inter, præ-
figere , earumque dum habentur conſti-
tutæ, ad obſeruationem cogere valet : vt
tradunt DD. penes Maſtril. *num.* 272.
Notariorum quemlibet in albo impo-
nit , emancipandi tribuere copiam po-
teſt : Baronum ex obedientia fidelitatis F
exigit iuramentum, illoſque inſimul va-
let eo conuocare in caſu, quo , & neceſ-
ſitas impulerit , & aliquod inferri bonũ
ipſi viſum fuerit, & ſpernentes aduerſus
Iuſtitiæ rigorem exercere illi non prohi-
betur , de facto. de his autem omnibus
penes Maſtril. *à num.* 273. *cum pluribus
ſequent.* vſque in finem tractatur : Inſulæ
etiam deportatis conſtitutionem Prorex
facit; vt ex Bellugo; & Borel. affirmauit G
Idem *num.*261. Breue tandem, vel deli-
cti , quod fuerit commiſſum , propter
atrocitatem , vel aliquam , qua interue-
niat, iuſtam ob cauſam , foriiudicationis
terminum anni , Regni conſtitutum per
pragmaticam delinquentium reddit pæ-
næ ; atenim Regiam eoquod per prag-
maticam huiuſce cõſtitutio anni quatuor
diminutionem paſſa ad menſes fuit, nul-
la conceditur amplius diminutio : vt te- H
ſtatur Maſtrilli *num.*249.

Facultatem Vigeſimo ſexto , ex Pro-
rege retineri ſcimus:dum ſolus proprijs
in reſcriptis,prouiſionibus, literiſque po-
nit, ac pro titulo S.C. M. nomen conſti-
tuit; nam nullo iſthoc modo cæteris cõ-
ceſsum dicatur ex Pragmaticæ diſpoſi-
tione 4. *editionis Meſſanæ die* 16. *Februa-
rij* 7. *Ind.* 1654. vbi in ſummario *in lite-
ris emanaturis à quibuſuis Vicarijs , dele-* I
*gatis , & armorum capitaneis , alijſque offi-
cialibus non præponatur , ſeu intituletur no-
men ſuæ Regiæ, & Catholicæ Maieſtatis . &
ſi contrauentum fuerit per officiales , quibus
tales literæ præſentatæ fuerint , minimè exe-
quantur, ſed ad Illuſtrem Proregem per eos
tranſmittantur , niſi haberent priuilegium.*
Et ſcripta reliquit Muta *ſuper capit. Regis
Alphonſi* 21. *num.* 5. 6. *&* 11. Maſtri. *nu.*
242.

Binas Vigeſimo ſeptimo Proregem in K
Regno poteſtates includere certum eſt ;
alteram, qua tamquam Prorex,& locum
tenens punitiones in ſingulos infligit:
aliam,quam Generalis velut Capitaneus
contumaces contra milites exercet: Mo-
ſcatel. *de DD. authoritate parte* 3. *num.* 45.
Marcus Antonius Sergent. *lib.* 1. *de Nea-
poli illuſtrata cap.* 22. *num.* 11. Hoc au-
tem,

Digitized by Google

A tem, militum, vt Magiſter agit *l. 1. & fin. C. de officio magiſtri militum.* Cum locum tenens, & Generalis armorum Capitaneus exiſtat, tàm ſi circa mare fiat conſideratio, quàm terram: vnde belli iuxta neceſſitatem, ac prout illius expoſcit natura, milites creare, Capitaneos ad militiam conſtituere, vel vt illam, & cohortes omnino excitet, vel etiam vt diminutas reficiat. Adde quod banna

B edere ac cætera bellò neceſſaria mandare ipſi vetitum haudquaquam redditur de Ponte *tit. de diverſ. prouiſ. rubr. de milit. num.* 102. Vbi ex ducit, quæ Proregis potentiæ, non ex eo quia talis eſt, ſed Generalis, quoniam in Regno habetur Capitaneus, debent conuenire. Ipſius autem à ſententijs, nec non prouiſionibus, Generali velùt à Capitaneo confectis ad Ipſummet tamquam Proregem

C appellatio euenit conceſſa; vt ex multis concluſionem infert Olibanus *de iure fiſci cap. 3. num. 65. 67. & 72.* Vtraque autem Prorex in poteſtate Regis perſonam repreſentat, eamdemque quam Dominator Ipſe, iuriſdictionem demonſtrat, vt aſſerunt DD. penes doctiſſimũ Giurbam meum Præceptorem cuius oſſa molliter cubent; & anima ſtellis dominetur *in conſ. 59. nu. 2.* Quo in loco plu-

D res affert explanationes priuilegiorum exemplaris Ciuitatis Meſſanæ in fauorem, at tutamen.

Valet ægritudinis Vigeſimo octauo, abſentiæ, alteriuſue impedimenti Prorex in caſu, cum probabilis interueniat cauſa de quolibet ſubſtitutionem circa officij miniſterium, facere, quam equidem, poſtquam lethum ingruerit, vim retinere dixit Maſtril. *in ſæpè cit. cap. 7.*

E *num.* 165. & DD. penes eum, & latius de Ponte *in tract. de poteſt. Proregis tit. de aſſenſu Regio* §. 5.

Qua tali modo in parte illata refert iudicia, & hac forma obſeruationem in Regno haberi firmum eſt, cuius, & iuriſdictio, & officium Regis licèt ſubſequuta mors fuerit finem haudquaquam ſubit: Præſidi etenim par, & Proconſuli exiſtit: vnde ipſius iuriſdictio, velut ordinaria concedentis neutiquam terminum excipit morte, integra quamuis res haberi conſpiciatur: vt multis authoritatibus, & iuribus, nos certos fecit Maſtril. *loco ſupra citato num.* 113. *cum ſequentibus.* F

Ac tali forma obſeruationem noſtris hiſce temporibus conſpicimus, dum Prorex Illuſt. D. Franciſcus Gaetanus Sermonetæ Dux; Regis licèt dies curſum terminarint: ipſius autem vices propria gerebat dignitate.

G Non prohibetur Vigeſimo nono, vt mulieri, ſecundas cui tranſire ad nuptias placuit, facultatem faciat, quod ſeſe penes pupillam retineat filiam, cum teſtatoris voluntas neutiquam ex aduerſo ponatur. Ruinus *conſ.* 125. *lib.* 5. Vincentius de Franchis *deciſ.* 350. Quid autem procedat in patre, qui ad ſecundas commigrare nuptias gaudeat, inſpice Cabed. *deciſ. 99. parte* 1. quo duxit Maſtril. *num.* 183. H

Suo Trigeſimo Prorex iure de inferioribus poteſt Iudicibus mutationem inijcere: eoſque iuriſdictione priuare, aut facultati reuocationem, diminutionemque dare, vel moderamen poteſt, vt ſcriptum fuit ex Giurb. *in conſ.* 13. *num.* 86. Officialem atenim, de quo ex Regis arbitrio deuenerit electio à ſede neutiquam valet deturbare Parladorus *rerum quotidianarum cap.* 1. *num.* 13. & Giurba *dicto conſ.* 19. *num.* 7. Principis eoquod I aduersùs decreta quidquam agere ipſi minimè permittitur *l. formam C. de officij Præfecti Pratorij* Abb. & alij *in cap. fin. de officio Vicarij* Giurba *dicto conſ.* 19. *num.* 25.

Priuilegiorum Trigeſimo Primo conceſſio emanare à Prorege valet iuxta Olibani ſcripta de fiſco *cap.* 4. *num.* 58. Cancer. *var. reſol. lib. 3. cap. 3. num.* 319. K ratio ducitur à Giurba *loco ſupra citato num.* 46. Atque eſt, quod quemadmodũ Proregi legem condere permittitur, ſpeciali imò ex poteſtate tribuitur: pari etiã forma priuilegiorum facultas hæc vigorem habere in conceſſione debet: vt aſſeruit Medices *de legibus parte* 4. *qu.* 33. *num.* 4. & ſicut omnes à quo emanarunt le-

Digitized by Google

leges interpetrationem deſumũt, æqua-
A li ratione de priuilegijs explicationem,
qui conceſſit, inijcere debet: ita Giurba
loco citato Priuilegijs atenim, de quibus
facta è Rege conceſſio, nullo reuocatio-
nem afferre modo poteſtatis etiam ex
plenitudine valet: Giurb. & DD. ab eo
allati *in ſuperius dicto conſ.* 19. *num.* 94.
& quamuis Minadus *conſ.* 32. ſententiam
proferat; Proregi permiſſum, vt Regis
B licèt aſſenſus neutiquam interueniat, &
confirmatio, Regij de bonis patrimonij
per pătrare venditionem poſſit, dum-
modo, quod pretium ad commodum;
ac Regiæ Curiæ beneficium conuerti
videatur; Scipio tamen Rouitus *conſ.* 99.
num. 8. *cum ſequent.* contraria permanet
in ſententia; dum neceſſarium æxtimat
haberi, vt Regius adſit conſenſus, &
confirmatio Georg. *alleg.* 13. *num.* 6. *verſ.*
Prorex.
C Triquetræ tandem Proregi omnia,
quæ Princeps ipſe, cuius gerere vices
conſpicitur, agere valet, conceduntur:
vt in principio fuit explicatum per Tex.
in l. 1 §. 11. *quibus ff. de legatis* 3. *l.* 2. *C. de
officio eius, qui vices* Gutterez *canonic. qu.
lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 15. Imperatoris quē-
admodum circa Vicarium ſcripta reli-
quit Cumanus *conſ.* 152. Cephal *conſ.*
539. *num.* 14. Nacta *conſil.* 51. *num.* 14.
D Roland. *conſ.* 88. *num.* 12. *&* 33. *vol.* 1.
Taliter vt Principis habetur loco, illiuſ-
que fungitur vice, ac plenitudinem po-
teſtatis, clauſulamque ex certa ſcientia
exercet. Marſil. *in l. ſi quis obrepſerit n.* 2.
ff. de falſis. Scappucin. *de iure non ſcripto
tit. de Principe*: & Imperiales quoad Vi-
carios, qui perpetui à DD. traduntur:
perpetuis etiam in Viceregibus vim ha-
bere affirmauit Caſtald. *de Imperat. quæſt.*
E 106. *num.* 1. *& ſequent.* Vt pari etiam
ratione, quæ de legatis à latere afferun-
tur, vera etiam de Proregibus reddi poſ-
ſe dixit Anna iunior. *conſ.* 14. *num.* 19.
Regiſque nec non legatus nominatur,
cui ſumma ius dicendi facultas adhæ-
ret Coraſ. *in l. legato ff. de officio aſſeſſo-
ris.* Huiuſmodi autem à latere legatio
Priuilegij conſpicitur ex verbis, quem

in principio expoſui, & iterum affero F
à dextero latere noſtro ſumpto. Hac de
cauſa nemo ibit inficias: illum, vt talem
omnia, quæ Regi permittantur, efficere
abſque dubio valere Surdus *conſ.* 280.
num. 1. *&* 540. *n.* 18. Freccia *deciſ.* 255.
num. 2. Cancer. *lib.* 3. *reſolut. cap.* 3. *n.* 329.
Vna eoquod cum Rege dicitur perſona
Amendo. *in ſchol. ad Francum deciſ.* 165.
num. 1. Caſſan. *in Catal. gloriæ mundi
parte* 7. *conſid.* 10. Adeò etenim ſeſe res G
habet, vt Princeps ipſe in mandato,
quod inijcit totum ſe illum efficiat, Pro-
regemque ac locumtenentem generalē
conſtituat, omnemque in eum ſuam ad-
ducere poteſtatem dicatur: Oliban. *dicto
cap.* 4. *nu.* 61. vt clarè patet ex illis man-
dati verbis *ac loco, vice, & nomine noſtro.*
Quibus etiam verbis includi, quæ regis
extant arbitrio reſeruata protulit Felin.
in ſæpe cit. cap. quæ in Eccleſiarum nu. 33. H
33. *de conſtit.* Abb. *conſ.* 188. *num.*
Ampliſſimum id propterea officium no-
minarunt Caſſan. Olib. Cancer. alijque
ſupra ducti. Nam, & ſi Prorex ſuperio-
ris ſubijciatur diſpoſitioni, cuncta atta-
men Regis in ſe retinet iura; ex clauſu-
la illa *alter nos* Cancer. *dicto num.* 329.
Seſſe *deciſ.* 175. *nu.* 5. de Ponte *conſ.* 55.
num. 46. *in primo*, quod taliter verum
eſſe voluit Decianus *in conſ.* 23. *nu.* 66. I
vol. 1. Vt Proregis facultas, conſuetudi-
nis ſaltem ex vigore ampliationem ex-
cipiat, cum mandati interueniat tenor;
ibi *Quæ nos ipſi facere exequi, adimplere,
ac mandare poſſemus, ſi in prædicto noſtro
Siciliæ Regno perſonaliter adeſſemus.* Ex
quorum explicatione verborum libera
cum mandato poteſtas comprræhendi-
tur: iuxta Iacobini doctrinam *num.* 3. *de
officio Procuratoris Cæſaris,* licèt de reſer- K
uatis agatur Bellug. *in ſpecul. Princip. ru-
br.* 25. §. *ſæpiſſimè num.* 3. Nec mihi ſub
ſilentio prætereunda verba illa in priui-
legio poſita videntur: nempe, *& alios
quoſcumque actus noſtræ Regiæ dignitati
reſeruatos.* Quæ, ſupradicta confirmantur.
Huiuſmodi tandem Proregiæ ſublimi-
tatem potentiæ ad amuſſim explicatam
reperimus ex Bald. *in conſ.* 272. *num.* 2.
vol.

A *vol. 1. conſpicimus:* Vultu aſſerit, quod
Mundi euerteretur ordo, ediem ſi pote-
ſtatem reuocare quis tentaret. Prorex
etiam, dum de cauſa, quæ fuerit alteri
delegata cognitionem expoſcit, delega-
ti iuriſdictionem reddit nullam: quod,
etiamſi delegationis accedat ad locum,
procedit. Guazinus *tract. ad defenſ. in*
reorum tit. 1. num. 1. & 5. fol. 295. Solo
adde quod verbo, cum ſcripta non ſint
B opus, authoritate ſua valet ſententiam
Prorex inferre: vt concluſionem intulit
Rouitus *conſ. 49. num.* 14. & Marco An-
tonio Surgent. *de Neapoli illuſtrata cap.*
18. in principio.

Sed enim tàm ampla ne poteſtatis
abutantur Eccellentiſſimi Proreges li-
centia Regiæ habentur literæ: ſub die 8.
Aprilis 1591. expeditæ, quæ ipſius co-
arctant vim; in quibus primo in capit.
C hæc *Quanto à lo primerio tieneſe emedido,*
que por tiempo hauido en eſſo Reino a titulo
de la authoridad, que en ſu priuilegio ſe
les da llamado los alter nos, diſpenſan à
muchas coſas extraordinarias, ſiendo para
eſſe, tambien prouocandos de los conſixeros
qui çerca dellos aſſiſten, dandole aquellas
palabra una intelligentia; y aunque en vue-
ſtra inſtruction ſe dicço aſſai claro, que la
decta clauſula ſe pone mas por authorizar F
en lo publico la perſona del Virey, que por-
que en vertù della ſe pueda diſpenſar à Pra-
matica ni orden firmado de mi mano, toda
via hò querido tornaros à qui à aduertir
de mi intention, con ordinarios, que non ſe
eççeda d'ella. His autem ex verbis claro
patens modo redditur, potius illam ab-
ſolutæ poteſtatis clauſulam *alter ego* in-
ferri dominatori placuiſſe, vt honorem G
Proregibus adduceret, & erga illos re-
uerentiam excitaret, quàm vt illi, ha-
rum vigore, ſeſe omnibus immiſcerent
negotijs: vnde imo condant hi pectore
ſe nec Regi, nec Deo diſplicentiam al-
laturos, ſi talia obſeruare ſatagant.

In ſumma Proreges Vicarijque Im-
perij in eorum territorio omnia, quæ
poteſt Rex, & Imperator in propria di-
ctione, ac in vniuerſo mundo agere va- H
lent; vel ille, cuius vices gerit Roland.
à Val. *conſ.* 86. *num.* 12. *lib.* 1. Nacta,
conſ. 61. num. 14. Vicarius etenim Im-
peratoris aut Principis perſonam repræ-
ſentat, eius nam imago dicitur Roman.
conſ. 59. num. 4. Tuſcus *lit. V. concluſ.* 82.
num. 12. *&* 16.

D I

E K

DE

A F

DE
B G
PRINCIPVM ABSOLVTORVM STATV.
EORVMQVE POTESTATE.

C H

NVllum intereſſe dubium videtur, quod proximam Regali ſtatui ſedem Principum deſumat dignitas, ad Textum cum Gloſa *in cap. fundamenta, §. proinde de electione in 6. in verbo Princeps*. Iacobinus de
D Franchis *in vſibus feudor. rubric. ſpecies feudor. num.* 2. Maſtrill. *de magiſtr. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 7. *in* 2. *vol. fol.* 13. Hac de cauſa illi ſolummodo præſenti continetur in tractatu, qui ſupremæ in dignitatis apice conſtituti neminem agnoſcunt in ſuperiorem. Imola *in cap. ex parte in* 2. *notab. de clerico ægrotante*. Ac tali modo Imperator etiam, & Reges, ipſorumque Proreges, ac Vicarij ſub Principum
E veniunt nomen. Freccia *de ſubfeudis tit. quis dicatur*, §. *ſed quod Principi placuit, inſtitut. de iure naturali l. prima, & rubr. ff. de conſtitutionibus* Principum, *& de Rege cap. vnic. verſ. vnde in veteri de ſacra vnction. cap. veniens de accuſat. cap. notuit, cap. maiores de baptiſmo*: Et ſi Reges inter, vt Principes maiores, ac huiuſmodi Principes, diſtinctio non rarò intercedat: vt in *Clement. vnica de baptiſmo*, eo in loco: *Regum, aut Principum*. Toloſanus *de Republica lib.* 6. *cap.* 4. *rubricæ num.* 8. *fol.* 142. Regis quare Hiſpaniarum primogenitus, Regni priuſque in dignitatem aſcendat, Princeps habetur, plures autem Principum exiſtunt ſpe-
I cies: ſuperioris alij namque inferioris inferioris plurimi, gradus ſunt. Ioann. Andreas *in cap.* 1. *de homicidio in* 6. Quo addit in loco conſtitutioni, quæ de Principe verba facit, locum, ac interpretationem de ſupremi gradus Principe, non autem inferioris tribui. Barbatica *conſ.* 18. *col. penult. in fine vol.* 3. Abuſiuo autem modo, nec non improprio iſti ſunt, qui vel Regis, vel Imperatoris ex arbitrio Principatus in feudū
k obtinent dignitatem, quos rigoroſa Principes ratione dici negauit. Freccia *loco citato n.* 5. Dum aliorum ſubſunt Imperio, ac Ethymologiæ iuxta naturam, primi, nec, primiſores ſint. Gloſa *in cap. fundamenta*, §. *proindè, de electione in* 6. Bonadil. *lib.* 3. *policic. cap.* 2. *num.* 15. tali de cauſa neutiquam præſenti locum in ſtatu ſortiuntur; principatus eoquod in titulum feuda ex Regis facultate deſumunt.

3 G

A munt Boadil. *in cap.16. lib.2. Politic. nu.* 118. Baronum autem compræhenſi in ſtatu erunt, quorum appellatione Principes vaſſallos, cuius generis Duces ſunt, Marchiones, Comites etiam, ac Vice comites; venire placuit. Frecciæ *dicto tract. lib. 2. tit. quis dicatur comes nu. 49. fol.* 113. Hi quamuis Principes reliquos præcedere titulatos ipſorum ſecundum antiquitatem certum ſit: vt te-
B ſtis habetur. Idem Freccia *dicto tit. qui dicatur Dux ſub num.* 1. Ac tali forma in obſeruatione hoc fideliſſimo in Regno poſitum conſpiciamus; illique Principum ſortiuntur nomen, qui aliquot ſub ſe vrbes teneant,& ſua ſub poſſeſſione Ciuitates habeant: Principatus qua de cauſa, vel Princeps, primum excipiens locum dicitur, *cap. cupientes de electione lib.6. l.* 1. *C. de Principibus in re-*
C *bus agentium lib.*13. Abſoluti autem, ſub nullis, quàm Pontificis ſub iudicio permanent. Guazzin. *tract. ad defenſ. reor. to.*1. *num.*12 *fol.*112.

His verò ſecundum à Rege locum tribui eſt in aſſertis. Decian. *reſpon.* 19. *num.*227. per Tex. *in clementina de Baptiſmo*, & ibi Glo: *in verbo Regum.* Azor. *in ſumma parte* 2. *lib.* 11. *cap.*7. Maſtril. *de magiſtr. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 8. Quo in
D loco, & eorum originem, & cognitionẽ reperimus conſtitutam: Ipſorum autem de nomine quædam ſubiungere optimò duco: legimus etenim varijs Hæbreos notis Principem nobis demonſtraſſe: ac primò.

Naghidegh dicitur, ſcilicet Dux princeps, præcipuus, Eximius, qui populi exiſtebat in aſpectu, quid faciendũ, iudicans, ex Naghadh verbo, quod in-
E dicat: Coram iudicia iniecit, digito repreſentauit, & oſtendit.

Secundo Naſi, quod princeps, prelatus, perſona cæteros vltra eminens, à Naſà verbo; quod eleuauit, ſignificat: huius verò paſſiuum, exaltatus eſt, portatus eſt, ſignat; in clypeis namque cuttibus, Equis principes euehebantur viri: Inde Neſchym, ideſt principes Eccelſi, eminenteſque viri, ac tamquam ex alto ſubditis dominantes hominibus. F

Rosh Tertio, nimirum Caput, metaphoricè, Capitaneus, ac præcipuus, ſummus, ex quo, & rei caput deſcendit, & principium.

Sat denique ideſt Dux, primas, Superior; ortum deſumit à Sarar verbo, quod princeps fuit, principem egit, principatus functus munere fuit, ſuperior extitit, præ cæteris præualet, ſignificat:Hæc autem omnia ſacris inſpiciuntur in paginis. Principes atenim decet, G quod ita ſe circa iura gerant, vt quiſquam, nec, plura, quàm exiſtant merita, nec pauciora, quàm par ſit, obtineat, vnuſquiſque verò, quemadmodum in Regum explicaui ſtatu, æquali, & honore afficiatur, & pœna: quoniam qui aliorum præficitur moderamini adeò rectè proprium refrenare animum debet, ac omni vacuum affectu continere, vt H æqua ſuo odium velamine reſpicere haudquaquam impediat, nec ad iniuſta illum quærat impellere: Amor iudicij non pertubet ordinem, aut mentem extra ſe deducat, Libido minimè inferre vim ſtudeat, acreſque addere ſtimulos non deſiſtat, ad vindictæ furorem dolor neutiquam adſtringat, præcipiti nulla impetu agat opera inuidia, procul ſint, peſſum abeant: in homine namque illo I præſertim, qui principatus in dignitate poſitus habeatur, forti vtatur aduerſis in rebus animo, nec aliquo Fortunæ rabiei modo indecenter victas præbeat manus: vnde, vel contraria integrum frangat, vel ſecunda eleuet ſpiritum eadem vultum forma cogitur præſeferre: vt 33. in Saauedræ *ſymbulo fol. mihi* 194. conſpicimus.

Sed enim in limine labor non ſiſtit; K nam ſeſe non ſolum virtutibus ornare, animumque reddere vitijs vacuũ Princeps debet, ſubditorum verum etiam inuigilare circa mores compellitur, vt quàm optimi reddantur: vt Xenoph. *in Cyri ped.* ſcripſit *in lib.* 2. & primo in libro reliquit. Haudequidem decens eſſe, quod, & de ſide vita, & laborum experte cæteros antecellat, ſed eo præſtet, vt

rebus

A rebus conſulant, opportunis, libentique animo labores ſuſcipiat: cuius partes Plutar. *in comparat. Theſei, & Romuli* notatas reliquit; vt integram nimirum Reipublicæ formam ſtudeat conſeruare, quod non minus illa conſiſtit in prudentia, qua Ciues ipſorum haud conditioni congruis ſe abſtineant, quàm vt omnia ad eos pertinentia per quàm copioſè tribuantur. Princeps verò, qui propriæ, vel poteſtatis rigorem intendit, aut re-
B mittit, nullo modo Regis dignitatem in defenſionem ſuſcipit, vel Principatus, at vel populo ſeruitia præſtat, vel tyrannus eſt, idque vel ſui contemptum, vel odium ſubditorum excitat in animis: huiuſmodi autem peccatorum alterum ex nimio æquitatis ſtudio deſcendere, ſui alterum ex amore ortum habere iudicatur. Quibus geminus eſt opus comes: domini nimirum Sanctitas, & belli Fortitudo,
C adſit verò prudentia vtrobique vt dixit Aurelius Victor *lib. Auguſtor.*

Firmum etiam redditur eruditionem, & elegantiam vna cum comitate Principum in eſſe dignitati neceſſaria, cum nulla forma ſine his compta, & ſublimia Naturæ videantur bona, at adirum contemptui aperiant; Perſarum hoc Rex Cyrus confirmat: ipſi nam hæc æternam adduxere gloriam: vt ex eodem Aurelio
D *lib. de Cæſaribus* habemus.

Maxima etiam inuigilare Principes ſolertia curent, vt ſibi met ipſis, imperium ponant: ſic è Stobæo *ſerm.* 44. monitum; vt magis nimirum venerationem pariat, quàm metum, illa enim admirationem, hic odium concipit: vt Pythagoræ aſſertum: Ipſis autem Socrates aures vellit, dum optimos dixit Principes, qui proprijs frænum imponere affectibus
E ſcirent: ad eorum enim opera, ſolis tanquam ad motum populares dirigantur oculi, moreſque illis ſatagunt conformare; illa eoquod vulgus ſatagit imitare, quæ facere Principes decet: vt dicebat Alphonſus Siciliæ Rex penes Panormit. *lib.* 2. Principum atenim munus ex Claudiano, Theodoſio loquente, ita recepimus.

Tu licèt extraneos latè dominare per indos F.
Te Medus, te mollis Arabs, te Cares adorent:
Si metuis, ſi praua cupis, ſi duceris ira
Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas
Interius leges; tunc omnia iure tenebis
Cum poteris Rex eſſe tui: proclinior vſus
In peiora datur, ſuadetque licentia luxum.
Illecebriſque effrana fauet: tunc viuere castè G
Aſperius, cum prompta Venus, tunc durius ira
Conſulimus, cum pœna patet, ſed comprime motus;
Nec tibi quod liceat, ſed quod feciſſe debebit
Occurrat, mentemque domet reſpectus honeſti.

Nec Seneca in Tragædia ſecunda quis verè ſibi Regis nomen acquirat, hoc explicat modo. H

Regem non faciunt opes,
Non veſtis Tyriæ color
Non frontis nota Regiæ
Non auro nitidæ trabes.
Rex eſt qui poſuit metus
Et diri mala pectoris:
Quem non ambitio impotens,
Et numquam ſtabilis fauor, I
Vulgi præcipitijs mouet,
Quem non lancea militis
Non strictus domuit calybs,
Qui tuto poſitus loco
Infra ſe videt omnia
Occurritque ſuo libens
Fato, nec queritur mori,
Reges conueniat licèt,
Rex eſt qui metuit nihil,
Hoc Regnum ſibi quiſque dat. K
Non capit Regnum duos
Habere Regnum caſus eſt
Virtus date.

Neceſſarium etiam Principi dicitur, vt auribus non ſolum, oculiſue iuuamen ſubditis adferat, aliorum verum etiam ſenſuum vſu auxilium præſtet: illam enim ad magnitudinem viuendi rationē eo illuſtriorem demonſtrare animum co-

A cogitur, quo in eminentiorem fortunæ dignitatem illum exexit, ſui ſemper, ſuæque meminiſſe maieſtatis debet nam, tamquam Paſtor fuit gregi præpoſitus, & vndecumque, & factis (in melius) adiuuamen ferre, & dictis compellitur: cogitet quod ex natura ipſa collocatus in puppi, qua generis humani ſalus vehitur, nauim dirigere ad gubernaculum debet, nec aliunde maiorem cape-
B re voluptatem illi conuenit, quàm à ſubditis, qui aliquod ex ipſo beneficium excipientes, aut beneficium ſeſe illius arbitrio profiteantur aduincti, alijs autem alia, vel priuatim exiguntur, vel publicè ex Principe optima expectantur conſilia, quorum exequutio populorum veniat in opem, vt ſua, æqua mente bona impertiatur, ijs ſolummodo exceptis, quæ incertorum ex varietate caſuum
C ſeruari prouidentià petit, quemadmodum Philonis Iudæi *de legibus ad Caium* habetur ſententia.

Hæc autem cuncta famæ ad conſeruationem ſpectare quis non reſpiciat? Nam cum celebris de Principe opinio virtutis exiſtat, ob meritum multorum ſibi adnectens beneuolentiam, hac de cauſa, vt illæſum dignitatis conſeruet ſtatum legibus illum defendere moribusque compellitur: quid namque hu-
D manis carius in rebus fama? Cuncta etenim bona, ipſamque præcellit vitam; opes etenim caducæ exiſtunt, & labiles; vita vitro fragilior: nam, & ſæpius opes ante nos, vita nobiſcum vanas abit in auras. Aeternos, & nomen ſolummodo, & fama nos reddit, ac tantum, cum neutiquam erimus, permanebunt: & iure quidem optimo. Saauedra *in ſymbol.*
E *15. §. nemo hac ad poſteros. Nemo Famam poſthumam, vt vanam ſpernat, aut negligat, eo ipſo enim quod eam appetat, animus, agnoſcit, poſſe ſe aliquando iſta frui.* Addit poſtmodum. *Falluntur verò, qui ſatis eſſe putant, ſi in ſtatuis, & poſtejis eam poſt ſe derelinquant: nam in illis, caduca ea eſt, in his etiam aliena, illa ſola eſt propria ex factis oritur.* Vnde Ouuid. 2. *faſtorum.*

Fama manet facti poſito velamine currunt
Et memorem famam, qui benè geſſit habet. F

Famæ verum conſeruatio nullo alio haberi modo poteſt, quàm, quæ licita ſunt perpatrare, nec tributam peſſimè adhibere poteſtatem, at tenaces illam cancellos inter continere: hac de cauſa principis abſoluti cum de ſtatu ſermonem inſtituere mihi in placicis venerit, & quia Regum, Imperatorumque ac Vicariorum in tractatu huiuſmodi plu- G rima circa poteſtatem ſunt allata: monitum Lectorem velim, vt maiori noſcat his efficacia prohibitum id reddi, quod & illis neutiquam conceditur, ac quæ illis permittuntur, iſtis minimè denegari: cum illi hanc ſub appellationem reducantur; & quamuis Gloſæ notatum ad nouellarum principium ad verba *in nomine Domini* fit: principem ſupremi numinis loco in temporalibus poſitum H & ea de re per ipſum perpatrata Dei velut ex delegato confecta reputari. *l. 1. ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio l. quod meo ff. de acquirenda poſſeſſione:* Vnde nonnulli adducunt omnia principibus licita, cum id, quodlibet, licitum eſſe dicant: Multis attamen legibus principum ſubiecta exiſtit authoritas, & liberam in plurimis retinet facultatem, & nulla primum forma principes I aliquam circa ea poteſtatem dicuntur habere, quæ ſua impoſſibile includant ex natura, naturali ſeu aduerſa iuri, aut rationi videntur, niſi hoc per fictionem concedatur: vt dixit Bald. *in l. eam quam C. de fideicom. col. 9. num. 33. in princip.* Illud etenim impoſſibile appellatur, quod ex naturæ impedimento nullo modo per agi valet, iuxta Glo. Bartoliquè doctrinam *in l. continuus 137. §. illud ff. de verborum obligationibus.* Nec aliquo K modo pro eis, quæ facti ad impoſſibilitatem ſpectant principis valorem poteſtas dicitur includere, neutiquam de facto impoſſibile reddere poſſibile valet: factum enim pro non facto eſſe nequit. *l. in bello §. facta ff. de capti. poſt limin. reuerſ.* Adde quod huiuſmodi etiam in ſummo Cælorum arbitrio potentia de-

A negatur: ſecundum Ariſtot. ſententiam
in 9. ethicorum cap. 3. & facit Tex. *in l.*
impoſſibilis ff. de verbor. obligat. & in cap.
ſi Paulus §. 1.32. *quæſt.* 1. Dicta vero iu-
ris quoad effectum neutiquam attinent,
fictionis quoniam Princeps medio effi-
cere permittitur, vt pro non facto factū
reputetur ac ex aduerſo Bald. *in l. eam*
quam num. 23. *in princip. C. de fideicomm.*
Dempto, quod tertij non interueniat
præiudicium. Petra *de poteſtate Principis*
B *cap.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 8. *in fin.* Ipſius etiam
arbitrio nulla ineſt vis, bonos ſi contra
mores inſurgere conſpiciatur aucthori-
tas: vt Baldi eſt opinio *in l. princeps in* 2.
lectura ff. de legibus, & in conſ. 326. *nu.* 2.
in fine parte 1. Quo ſcriptum in loco ha-
bemus, omnia dici impoſſibilia, quæ bo-
nos in mores, circa quos haudquaquam
retinet dominium, tendunt: vt dixit Re-
buffus *in conſtit. Regni Franciæ tit. de re-*
C *ſcriptis in* 1. *artic. gloſ.* 4. *parte* 2. Nec
iuramenti vinculo, quæ bonos contra
mores ſunt, excipere confirmationem,
ex ipſius arbitrio, poſſunt. *l. final. in*
prin. C. de condict. ob turpem cauſam: Fu-
turis hac de cauſa pro criminibus mini-
mè fieri de punitione valet remiſſio. Ia-
ſon *in l. reſcripta num.* 8. *C. precibus Im-*
peratori offerendis. Etiam ſi cauſa inter-
ueniat, cum præcipuo Reipublicæ con-
D ducat emolumento, vt pœnam ſubeant
delicta *l. ita vulnerauit. ff. ad legem Aqui-*
liam. Adde quod cum huiuſmodi leni-
tas, peccatorum exiſtat nutritio vim
Principis diſpoſitioni haud infert. Bald.
in cap. canonum ſtatuta num. 26. *de conſtit.*
propterea in conſ. 99. *in* 4. *parte* antiquæ
impreſſionis: concluſionem adduxit
Principi nequaquam permiſſum, vt pu-
blicum æqua etiam ex cauſa, hoſtem in
E gratiam reducat: naturali etenim ex di-
ctamine ad punitionem delinquens cō-
pellitur. *l. bona fides ff. depoſiti l. ſi à reo*
§. *illud quod vulgo ff. de fideiuſſoribus.* Sta-
tutum ergo diſſui è Principe non po-
teſt: vt puniri nulla forma delicta de-
beant, naturale quoniam aduerſus ius
nil ipſius diſpoſitioni vigoris adhæret
Petra *loco ſupra cit. ſub nu.* 16. Vt æquali
vſuras modo concedere vetatur, nam- F
que animæ detrimentum adducit, illiuſ-
que deturpat candorem: vt concludit
Bald. *in l. eam quam num.* 3. *in* 4. *oppoſi-*
tione C. de ſumma Trinit. & fide cathol.
Alciat. *conſ.* 2. *ad finem vol.* 1. Nec ipſi
permittitur, vt ad turpia impellat, cum
nulla poteſtatiua dicantur ratione: ſe-
cundum Baldi *conſil.* 326. *nu.* 6. *parte* 1.
Adde minimè captanda de morte vo-
tum permittere ipſi conceſſum Petra G
loco citato num. 25. Quemadmodum futuro
nec remiſſionem valet dolo tribuere *l. ſi*
vnus §. *illud nulla*, vbi Barto. *ff. de pactis.*
Accedit naturali haudquaquam iuri ex-
terminum inferre illum poſſe. vnde le-
gitimus, naturaliſque filius excluſionem
pati abſoluta etiam poteſtate alius per
legitimationē haud valet, naturæ quoniā
ius quæſitū extat. Petra *in dic. tr. c.* 32. *n.*
37. Legitimū etiam aliquem reddere, vt H
ſuum extra principatum in bonorum
veniat ſucceſſionem non decet: vt 38.
Petra in *num.* aſſeruit; Teſtatoris etiam
voluntatem neutiquam licitum alterare,
aut minori, quàm duorum teſtium nu-
mero celebratum, validum reddere te-
ſtamentum. Petra *cap.* 15. *num.* 62. & 64.
Alciatus *conſ.* 182. Vt pari forma certæ
in præiudicium perſonæ, aut Ciuitatis
inijci ex illo ſtatutum non conuenit, per I
Textum *in l. fin. ff. ad legem Iuliā de annon.*
Iaſon *in l.* 1. *ff. de legibus.* Dempto quod
aliqua rationabilis, nec iniqua interue-
niat cauſa. Roland. *conſ.* 49. *nu.* 4. *vol.* 2.
Impuberi autem, niſi proximam puber-
tati ætatem habeat concedere facultatē
illi minimè permittitur, vt teſtamentum
inſtruat. Theſaurus *deciſ.* 87. qui etiam
122. *in deciſione* de poteſtate Principum
ordinariæ remiſſionem, aſſerit tribuere, K
aut in integrum duabus ex conformi-
bus reſtitutionem haud fermè valere.
Decius *in cap. tua nobis num.* 9. *de appellat.*
Eiuſmodi vt pariter ex poteſtatis vi in-
ualidæ haud ſcripturæ poteſt efficaciam
inferre: abſoluta quamuis de facultate
veniat. Nacta *conſ.* 47. *num.* 4. Adde
quod, nec, ſi æqua longè abſit cauſa ci-
uili etiam in negotio tollere defenſionē

illius

A illius congruum dignitati eſt: vt teſtatur Alexan. *conſ.* 105. *num.* 8. *vol.* 5. per Text. *in l. ſi ſeruus*, C. *de his, qui ad Eccleſiam confugiunt*, *l. defenſionis facultas*, C. *de iure fiſci lib.* 10. Hac de re parte inaudita, cauſam, poteſtatis etiam de plenitudine definire, illi prohibitum reddi affirmauit Sylanus *conſ.* 64. *num.* 21. qui verba de Pontifice, ac Imperatore facit: vt etiam exceptiones naturali fun-

B damentum in iure deſumentes, quemadmodum, vel materiam naturali à iure, aut gentium, originem ſuſcipientes auferre vetitum extat. Felin. *in rubr. de exequut. col.* 2. Bald. *in l. ex hoc iure, col. fin. ff. de iuſtitia, & iure.* Nullo namque modo vel illi, vel huic aduerſari poteſt iuri, cum ſtatuta in illa eliciat. Petra. *in dicto tractatu de poteſtate Principis cap.* 24. *num.* 63. *&* 64. Inde fit, quod pote-

C ſtatis ex plenitudine eripere à contractu ius minimè decet. Decian. *conſ.* 410. *num.* 22. Quamuis dominium donationis ex cauſa ipſo ex Principe obtentæ fuerit quæſitum. Ruinus *conſ.* 31. *col. penult. vol.* 5. Princeps vero, nec ſtatuti valet medio agere, vnius quod dominium ſub alterius commigret poſſeſſionem: vt notatum voluit Archid. *in cap. ius ciuile* 1. *diſtinct.* Innocent. *cap. quia*

D *plerique circa finem de immunit. Eccleſiaſt.* Dempto quod ciuilis artificio iuris quęſitum fuerit dominium. Bald. *in l. final. col. fin. verſ. ſed immediatè oppono*, C. *de ſent. reſ. non poſſ.* Abb. *in conſ.* 84. *col. final. verſ. facit quod notat.* Bartolus. Alexand. *conſ.* 2. *col.* 7. *verſ. plus dicit volum.* 1. Aut etiam quo in caſu actualiter quæſitum nulla fuerit forma. Iaſon *in l. quo minus, col.* 2. *verſ.* 3. *ff. de flumin.* Quo autem in

E caſu legitima interuenire cauſa conſpicitur nullum eſt dubium, quin ciuili tā de iure queſitum auferre dominiū Principi concedatur: vt eſt Text. *in l. Lucius, ff. de euict. & in l. item ſi verberatum in* §. 1. *ff. de rei vindicatione.* Et hac de cauſa optimè ſcripſit Bald. *in l. benè à Zenone*, C. *de quadrien. præſcript. col.* 1. Quod ſcilicet, vt pacis obtineatur tranquillitas priuatorum concedi bona poſſunt.

Bartol. *in l. quæcumque in fine*, C. *de fide inſtrumentorum.* Alex. *in conſ.* 47. *col.* 1. *in fine vol.* 5. Et contractum aduerſus inſurgere. Iaſon. *in l. Barbar. col.* 7. *ver.* 10. *ff. de officio Prætoris.* Bartol. *in dicta l. quicumque de fide inſtrument. & in l. quod ſemel. ff. de decret. ab ordin. fact.* Cuius publici emolumenti ad intuitum contractui, etiam, alios inter, celebrato, validitatem poteſt auferre. Cardin. *in conſ.* F

85. *col. fin.* quem refert, ſequiturque Felinus *in cap. quæ in Eccleſiar. col.* 12. *de conſtitut.* Vt pariter punitionem adducere illos aduerſus, qui delictum neutiquam perpatrarunt, alterius pro crimine, poteſt. Calcan. *conſ.* 64. *col.* 1. *gloſ. in rubr. de decret. decurionum lib.* 10. Dominicus *in cap. ius gener. col. final. prima diſtinct.* Bartol. *in l. iure*, C. *de fabricenſ. lib.* 10. Huiuſmodi atenim cauſa nullo probationes requirit modo, cum principis G

præſumatur in diſpoſitione: vt tenet Cynus *in l. reſcripta circa finem*, C. *de Imper. offer.* Alexand. *in conſ.* 136. *col.* 2. *in princip. vol.* 1. Curtius Senior *in conſil.* 72. *col.* 1. *in fine.* Ruinus *conſ.* 91. *col.* 1. *vol.* 1. Dempto quod indè originem quidquā ſcandali exciperet: nam tali euentu neutiquam præſumi debet cauſa. Hippolyt. *in ſingul.* 8. Roman. *conſ.* 385. *col. penult.* H

Aut etiam ſi Principi aduerſus non ſubditum, aliquid fuiſſet reſcriptum. Abb. I

in cap. 1. *col.* 1. *in fine, de cauſa poſſeſſ. & prop.* Ruin. *conſ.* 91. *vol.* 1. Felin. *in dicto cap. quæ in Eccleſiar. col.* 23. *verſic. limita. tertia de conſtit.* Quo autem caſu, illa, ob quam Princeps alterius eripuiſſet ex dominio rem, & alius dederit poſſeſſioni, cauſa deſinit interuenire, priori reſtitui domino rem decet, & Innocentij doctrinam *in cap. quia plerique de immunit. Ec-* K

cleſiaſtica procedere. Quo affirmat in loco nullo conueniens modo eſſe, vt, cum cauſa ceſſet, amplius ſub alterius arbitrio perſiſtat, & priori non tribuatur domino. Boer. *deciſ.* 38. *num.* 7. Tiraq. *in reg. ceſſante cauſa in prima parte nu.* 2. Soccinus *conſ.* 164. *col.* 5. *verſ. videmus etiam in ſimile.* Ruinus *conſ.* 37. *col.* 3. *volum.* 4. At enim ſi de re neutiquam reſtitu-

A tutionem facere principi libuerit, cum cauſa non interſit, pretij ſolutionem ei, quem lædit, afferre compellitur, Rozar. *conſ.5. num.*12. Decius *conſ.*357. *num.*6. Bald. & Angel. *in dicta l. ſi verberatum,* §. 1. *ff. de rei vendit.* Maſtrill. *de magiſt. lib.3. cap.4. num.*353. Qua in parte Baldi ex mente Tartaream aliter poteſtatem eſſe, pretij ſi cum ſolutio non fiat, res auferatur aliena, dixit. Plures autẽ

B Doctores aduehit, ex quorum ſententijs venit, ad pretium, ſi rem auferat, æquiſſima licèt cauſa hoc interueniat in actu, Principem cogi: reliquos inter citat Cancer. *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 3. *num.*84. Boerium *conſ.*84. *num.*23. Boſſium *tit. de Principe num.*190. Hoc vero pretium, priuſquam res eripiatur, vel ipſo in ablationis actu debet, præberi. Crauet. *conſ.*286. *ſub num.*7. Cui probationem adducere videtur diſpoſitione

C *dicta l. ſi verberatum,* §. 2. *ff. de re iudic.* Dicas etiam nullam ineſſe Principibus circa perſonas, & Eccleſiaſtica bona poteſtatem, coquod ſi hæc aduerſus, vel ſtatuta inijcere, vel ſententias proferre quæſiuerint, Eccleſiaſticæ læſionem inferre immunitati dicuntur: ipſorum nàm à iuriſdictione tàm de bonis, quàm de perſona exempti habentur. Nonnullis

D ergo modis Eccleſiaſticæ dicuntur violationem Principes inferre immunitati; & primo ſi Epiſcopos commune etiam propter, Eccleſiarumque bonum conuocent, dummodo quod Pontificis careant facultate: vt cum expedit hos, velut proceres, vt communibus conſulant negotijs interuenire, precibus acciri ad id debent. Cotton. *in ſumma in verbo Princeps quoad Eccleſiaſticos num.*2.

E Illos autem princeps cogere, vt reſideant, minimè valet, ſummum tamen admonere Antiſtitem, vt Eccleſiaſticam inuigilet diſciplinam ab Epiſcopis obſeruari. Azor. *parte* 2. *lib.* 2. Secundo quo in caſu Epiſcopis inhiberet, excommunicarionis ne quem gladio ferirent, niſi prius cauſa, ex cuius vi hoc agatur, diſcuti valeat: nam iſtud Tridentini contra diſpoſitionem Concilij tendit *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 3. vbi: *Nefas autem eſt ſæculari cuilibet magiſtratui prohibere Eccleſiaſtico Iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, ſub prætextu quod contenta in præſenti decreto non ſint obſeruata: cum non ad ſæculares, ſed ad Eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat.* F Qua de cauſa Ballus Siculam pragmaticam *la Catalana,* vocatam, improbam duxit, dum per ipſam conſtituebatur, nullo Epiſcopis modo G concedi, quod Regios in officiales, priuſquam Regem conſulerent, aut Proregem, inducere valerent cenſuram, Epiſcopis namque facultas ineſt, qua & Reges, & Imperatores anathematizent, dempto quod hi ſpeciale in contrarium ex Pontifice priuilegium obtinuerint, prout ſcripſit Layman *lib.* 4. *tract.6. cap.*10. *num.* 4. Quæ equidem exemptio cum perſonalis exiſtat, nullam H ad miniſtros extenſionem patitur: ita iudicauit Diana *parte* 3. *tract.* 1. *reſol.*9. Huiuſmodi autem Concilij per diſpoſitionem minimè prohibitæ tuitiuæ conſpiciuntur appellationes: vt legimus penes Bart. Humada *leg.*13. *gloſ.*4. *titul.*13. *parte* 2. Viual. *in candelabro aureo par.* 2. *in explicat. Bullæ in Cœna Domini caſu* 16. *ex num.*114. Barb. *in dicto cap.3. nu.*29. Si tertio Eccleſiaſticum acciderit Iudicem I grauamen alicui adducere: haudquaquã principi conceditur, quod mandet, vt improba Iudex deſiſtat è Conſtitutione; deprecatorijs etiam ſi hoc verbis agatur, principum coquod preces mandato æquales redduntur. Rouit. *conſ.*85. *num.* 1. *fol.* 337. Vnde multò minus permiſſum habetur, quod, ſeſe ſub prætextu: vim vi repellere naturali ex iure licitum, ad recognoſcendam, K depellendamque violentiam immiſceat: vt ſcripſerunt Layman in Theologia morali *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 4. *num.* 4. & Suarez contra Regem Angliæ *lib.* 4. *cap.* 34. *num.*30. Diana tamen *in parte prima tract. de immunit. Eccleſ. reſolut.* 13. Eo reputauit decens in caſu: aliquem ſub grauamine gementem recurſum ad laicum habere principem, quo cum talis repri-

A reprimi vis deberet Eccleſiaſticus non
adeſſet iudex, aut, licèr interueniret,
nullo id agere modo vellet; ipſam ex
Iuriſconſultis, ac Theologis emanaſſe
dicit ſenreutiam: non velut qui appella-
ret aptum adiret Iudicem; at ſolum vt
ex illo iniuſto grauauine ſeſe liberum
redderet, cum illatam eo, quo licire va-
let, modo, vim tollat, ſuadendo ſcilicet
prælato, vt ex iniqua recedat ſentenria,
B vel nouos tribuat Iudices: ſic Souſa in
bulla Cœnæ *cap. 15. diſpu t. 18. num. 7.*
Quo probarum in loco reliquit Iudices
laicos, cuiuſmodi princeps extat, ſi ſupe-
riores ab eis Iudices requiſiti, cui vio-
lentia inferatur, auxilium tribuere ne-
quiuerint: aut etiam quo in caſu omne
medium, quo repelli vis poteſt, demi
videatur: vel cum periculum in mora
exiſtit: Eccleſiaſticam poſſe cauſam ad
C ſui poteſtatem trahere, ac violentiam
tollere: ita Diana *dicta reſol. 13. verſ. ſed
ego in fine.* Quarto cum collectam, &
gabellas Eccleſiaſticis imponit perſonis,
& circa hoc ex Pontifice priuilegium
neutiquam fuerit triburum. Cort. *loco
ſupra citato num.* 11. Quando etiam veti-
tum reddunt, vt ſua Eccleſiæ non ædifi-
centur in ditione, ſi eius non habeatur
facultas. Idem *num.* 12. Adde quod ni-
D mis Principes Eccleſiaſticam aduerſus
immunitatem excedunt, ſi proprium
eccleſiaſticas ad forum perſonas trahe-
re curent. Paris de Puteo *de Regum, &
Principum exceſſibus cap. 1. num.* 1. Quem-
admodum cum Eccleſias cōtra, & Cle-
ricos quorum ſuſcipere defenſionē de-
bent, improbè inſurgant: idem de Pu-
teo *num.* 11. Vt pari forma ſi ab Epiſco-
pis, aut Archiepiſcopis omagium exi-
E gunt, cum nihil hi, quod temporale
habeatur, ab eiſdem obtineant. Pariſ.
loco ſupra citato num. 43. In æquitatem
quinto, Principes peccant, ſi clericos,
dum Eccleſiaſticis Apoſtolicam recur-
runt pro beneficijs ad ſedem, beneficio-
rum priuari fructibus conſtituant; quin
immo quo in caſu ipſorum punitionem
inferunt conſanguineis, vel proptio iſtos
expellunt dominio. per Gloſ. *in cap. ſciāt
cuncti de electione in 6.* Quo in loco pro- F
hibitum redditur, vt offenſio, clerici
aduerſus conſanguineos inferatur, ſi eius
hoc reſpectu ſit effectum, iniuria nam-
que clerici adducta conſanguineo illata
clerico dicitur. Barrol. *in l. 1. C. de his,
quæ pœnæ nomine.* Cardin. *in clement. 1.
in princip. notab. 13. de exceſſib. Prælat.*
Angelus *conſ. 98.* quod incipit, *viſa nar-
ratione facti conſily.* de Puteo *loco ſup. cit.
num. 31. & 32.* Vt æquali modo ſi con- G
ſtitutiones Eccleſiaſticam directa, vel in-
directa via contra immuniratem Princi-
pes eliciant: *cap. cum laicis, de rebus Ec-
cleſiæ non alienandis.* Puteo *loco cit. n. 33.*
Nulla, non diſſimiliter, forma valet ſta-
tutum depromere, vt ad Romanam ali-
quis Curiam non proficiſcatur, vt pri-
uilegium obtinear, aut illi punitionem
infligere, qui eius abſque facultate be-
neficiorum ſeſe immittat in poſſeſſionē: H
hæc etenim prohibitio Eccleſiaſticam
aduerſus immunitatem venit Boſſius de
Principe *n.* 218.

Circa plurima eriam reſtrictionem, &
extenſionem patitur, in quibus Princi-
pum ampla poteſtas. Et primo quidem,
licèt natos, otiuroſque valeat filios in
legitimorum adducere numerum, non-
nullorum iuxta opinionem Doctorum:
vt per Ripam *in l. ex facto, §. ſi quis ro-
gatus num. 19. ff. ad Trebell.* Minimè ta- I
men ipſi facultas inhæret, vt legitimos,
è Sacerdote naſcituros ſpurios, reddat
filios: vt ex Bartolo declarationem in-
ferr Lopez *parte 5. tit. 8. leg. 28.* qui ra-
tionem diuerſitatis reddit. Indiſtincto
atenim Ego modo in aſſertis habeo, nec
naturales, nec ſpurios naſcituros è Sa-
cerdote filios poſſe principem legitimos
efficere; nutritiua hæc coquod ſcelerum
cauſa exiſteret: vt conſilium attulit Hō- k
dedeus *conſ. 68. num. 30. lib. 1.* Petra *de
poteſt. Princip. cap. 24. num.* 119. Qua de
cauſa prudenter ſe geſſit Illuſtris Dux
dell'Infantadó Triquerræ Prorex; dum
maxima cōcuſſus admiratione libellum
à S. T. D. Sacerdote D. Laurentio Cā-
piſi Regalbutenſi excipiens, quo vt, &
ſpurij nati filij, & naſcituri in legitimos

re-

A recenſerentur, pro primis copiam fecit, poſteriorum vero in fauorem denegauit: quod aliter euenire potuiſſet, ſi ex aliqua legitimatio expoſcebatur perſona, cui de matrimonio vetita contractio cum mœcha non exiſteret, hoc eoquod in caſu ſtatutum naturales ad ſucceſſionem habiles reddens poſſumus aduehere: tale quoniam ſtatutum illius reſpectu excipere locum valet, qui legitimã, B naturalemque obtinere prolem potens eſſet; illius nimirum, cui matrimonium contrahere non prohibetur; cum aduerſum in illo accidat, qui ſacris conſtitutus in ordinibus conſpicitur. Canc. *variar. reſolut. part. 3. cap. 21. de teſtam. num.17.*

Principi ſecundo neutiquam venire conceſſum, vt publica nauigationem per flumina, communeſque iterationes per C vias prohibeat: vt eſt in placitis Cancer. *variar. reſolut. parte 3. cap. 13. num. 317. tit de iuribus Cæſarum*. Peregrin. *de iure fiſci lib. 9. titul. 1. num. 22. circa medium.* Contrariam quo in loco aſſerit opinionem, quam tenuerunt Bald. *in cap. 1. de for. fidel.* Cepoll. *tit. de ſeruitute viæ q.8.* Bartol. *in rubr. vt in flumine publico*, & Boſſius *in tit. de aquis num.4.* Duram haberi, gentiumque iuri aduerſam, & vſui, D Cæſarum, Principumque inuiſam conſtitutionibus, quibus publicæ, & viæ, & fluminis vſum expreſſa forma gentium iure publicum explicatur eſſe, & ea vetitum de cauſa dici non poſſe. per Tex. *in l. nemo, & in l. ſi parum, ff. de rerum diuiſione*. Quibus in locis piſcandi ius, nauigandique omnibus euenit conceſſum: quapropter talem communem aduerſus facultatem vniuerſali, & iuri, & E gentium vſui probatam, ac principum per legem cõfirmatione roboratam eorum nullo modo prohibitiones iuris conſpiciuntur authoritate fulcitæ, at de facto, & aduerſus leges.

Quod attamen abſolutè, atque nulla cùm interueniat cauſa ſuæ iuriſdictionis principes vi, publica ingreſſus ad litora, fluminaque valeant prohibitos reddere voluit Baldus *loco ſupra citato*, & Ruinus *conſ. 28. num. 15. lib. 1.* F

Solus tertio princeps proprij ex animi conſcientia reum poteſt tormentis ſubiectare. Boſſius *tit. de indic. num.142.* quod alio eueniret in Iudicis perſona modo. Alexand. *in l. fin. in 3. apoſtill. ff. de quæſtion.* Bald. *in l. ampliorem, C. de appellat.* Illo autem in Iudice, qui tale arbitrium hac forma procedendi ex principis obtinuit authoritate, vigorem priuilegiũ hoc affirmauit retinere Boſſ. G *loco cit.* vt ſua quidquam ex conſcientia peragat.

Quarto, & ſi poteſtas principi inſit, ſententiam retractandi: hoc attamen illius de commutatione, vel quoad oblationem, non autem, vt abſolutum condemnet, debet intelligi. Boſſius *in titul. de ſupplicat. aduerſus rem iudicatam nu. 7.* Vt æquali modo ſub examen reuocare, ac etiam ſuam cognoſcere ſententiam H per ipſum latam, illique interpetrationem inferre minimè vetatur. Cancer. *var. reſolut. cap. 3. num. 146. in fine*, qui rationem ſequenti in numero adducit: quod illa ſcilicet ex parte ſumere ſibi ortum interpetratio debet, vnde & ius *cap. inter alia 31. §. vt igitur, de ſententia excommunicat.* Id ita etiam affirmat explicandum: quo ſcilicet in caſu principaliter, ac ipſius ergo fiat de interpetratione reiteratio, ac etiam ſi forſan I inferioris ſub iudicio aliqua tractetur de conceſſione, quæ fuerit ex ipſo principe confecta, eo conceditur cauſam euocare prætextu. Cancer. *loto ſup. cit. num.148.* authoritate Michaelis Ferrerij *in prima parte obſeruationum cap. 24.* Additur quod inferioris iuriſdictionem magiſtratus, ac Ciuitatis, & in reuocationem dare illi conceditur, & ſupprimere. K *l. meminiſſe, ff. de officio Proconſul.* Roſantel. *de feudis parte 3. concl.21. lit. A.* Grammat. *voto 28. num. 21. & dec. 46. num. 2.* Aliquem etiam propria expoliare iuriſdictione, & alterius tribuere arbitrio ei permittitur. Caſſan. *in conſuet. Burgun. tit. Des Iuſtizes rubr. 1. num. 107.* Iudicique mandare, incertis ne impedimentum cauſis ponat. Caual. *de brach. Reg. p. 3. n. 34.*

Ca-

A Caſtrum Quinto, Pagum, oppidum;
aliaque ſubiecta loca Ciuitati, adimere,
alterique in feudum tribuere Principi
non prohibetur : vt ſcripſit Menoch.
conſ. 269. *num.* 65. Roſentel. *de feud. cap.*
4. *concl.* 31. *num.* 1. Atenim ſi effecta illa-
rum domina Ciuitas fuerit, nullo equi-
dem Princeps illo modo ea valet de-
mere illiuſque à facultate diſtrahere:
Seſſe *deciſ.* 187. *num.* 8. & 9. Petrus de
B Gregor. *de conceſſ. feudor. parte* 1. *quæſt.*
6. *num.* 1. *cum ſeq.* Giurb. *conſ.* 99. *num.*
8. Quo autem in caſu hæc minimè in-
teruenirant, & alienationem facere, &
ſeruitutem ponere ſub iugo princeps
valet. Nicolaus de Matar. *in l. qui agros*
C. de omni agro deſerto.

Principi autem permiſſum, vt ſola
facti veritate inſpecta, propriæ prout
dictamen conſcientiæ habetur, iudicium
C ferat quemadmodum, & ſupremum
Cælorum agit numen voluere nonnulli
DD. quos inter accedit Bartolus *in l.*
vnica num. 4. *C. vt quæ deſunt aduocat.*
par. iudic. ſupl. Grammaticus *deciſ.* 2. *nu.*
31. Roland. à Valle *conſ.* 70. *num.* 20.
lib. 1. Bald. *in l. vltima verſic. ſexto quæ-*
ro num. 9. *C. de iure deliberandi* Purpur.
in l. 1. *num.* 153. *de off. eius, cui mandata*
eſt iuriſdictio.

D Princeps etiam decet, vt tempora-
lem debitoribus dilationem tribuant, ad
differendam creditoribus ſolutionem,
vt ſcripſerunt Nacta *conſ.* 591. *num.* 1.
Theſaur. *deciſ.* 186. *num.* 1. Maſtril. *de-*
ciſ. 16. *num.* 1. Rebuffus *delit. dilat. artis.*
1. *Gloſa* 1. *num.* 6. Graſſ. *de exceptionibus*
except. 32. *num.* 17. Leotardus *de vſuris*
quæſt. 85. *num.* 1. Partis etiam ſi citatio
minimè interueniat Rebuf. *dicta gloſ.* 1.
E *num.* 8. ac etiam abſque eoquod cauſæ
occurrat cognitio cum eliciant prohibi-
tionem ne ſuo moleſtiam perpetiatur à
creditore debitore, vt explicauit Leot.
loco citato. Nec denegatur etiam, vt lite-
ras haſce memoratorias vniuerſitatibus
princeps concedat: vt eſt in placitis Re-
buf. *dicta gloſ.* 1. *num.* 13. Afflictus
deciſ. 377. *num.* 1. Leottard. *num.* 3. Et
ſine onere, vt cautio præſtetur Marta
voto 158. *num.* 1. Maſtril. *deciſ.* 16. *nu.* 2. F
Iuramento licèt vallata debitoria fue-
rint inſtrumenta Gabriel. *com. concluſ. tit.*
de iureiurando concluſ. 5. *num.* 22. Cum
nil obſtet, quod in debito iuramento
vallato nullo concedi induciæ modo
debeant. Theſau. *deciſ.* 186. *nu.* 4. Graſ.
dicta except. 32. *num.* 13. Nacta *conſ.*
233. *num.* 1. Rouitus *deciſ.* 296. *num.* 5.
Surdus *conſ.* 299. *num.* 1. Rebuf. *dicta*
gl. 1. *num.* 22. Viuius *commu. opin.* 176. G
num. 8. Eccleſiam autem, eccleſiaſticaſ-
que perſonas aduerſùs nulla Principi
facultas datur, vt moratorias tribuat,
nihil etenim ipſorum valet in præiudi-
cium perpatrare Graſ. *dicta except.* 32.
num. 48. Menoch. *de arbitr. caſu* 203. *n.*
21. Rebuf. *dicta l.* 1. *num.* 32. Nec ipſi
congruum reputatur: vt, inſtrumentum
contra, exceptiones auferant, ſed vt
tantum, & limitationem ponant, & mo- H
deramen: DD. *in l. fin. C. ſi contra ius vel*
vtilit. publicam. Sed etenim ſi, antequam
lata fuerit ſententia impetratæ videan-
tur moratoriæ petere creditor non re-
pellitur, ne cauſæ retardetur curſus,
& adducatur ſententia, vt cum lapſa
fuerit prorogatio efficiatur ſolutio Af-
flict. *deciſ.* 279. *num.* 3. Franchus *deciſ.*
341. *num.* 5.

Principi verò neutiquam denegatur: I
ſtatuere, vt priuatæ plenam faciant
ſcripturæ probationem: vt eſt in placitis
Soccini *ſen. conſ.* 28. *nu.* 11. *lib.* 1. Meno-
ch. *de arbitr. quæſt.* 25. *num.* 2. Surdus *de-*
ciſ. 112. *num.* 4. & præcipuè ſi abſoluta
id fuerit ex poteſtate commiſſum Ge-
nua *de reſtit. priuat. lib.* 1. *quæſt.* 4. *n.* 22.
Vt ordinaria pari modo ex facultate,
valet, quotieſcumque de reintegrando
poſſeſſorio agitur; tertio præiudicium K
adducere, ac iuſſa promere ne quidquã
de poſſeſſione tractetur, niſi etiam circa
petitorum cognitum ſit: vt ſcripſere
Facchinus *controuerſ. viris lib.* 8. *cap.* 7.
Theſaurus *deciſ.* 15. Poſtius *de manute-*
nendo obſeruat. 7. *num.* 48. Brunus *conſ.*
19. *num.* 9. Rota penes Cenſium *deciſ.*
232. *num.* 31. Tuſcus *litera M. concluſ.*
79. *num.* 6. Recuperandæ quoniam poſ-
ſeſ-

A ſeſſorum, ac etiam petitorum rectè va-
lent cumulari Caſtrenſis *in l. ordinarij num.*4. *C. de rei vendic.* Papienſ. *in libel. ſpol. poſſeſ.* Gloſa *pleno iure num.* 1. Quod
ex aduerſo euenit, in retinendo poſſeſ-
ſorio; nam cum petitorio concurrere,
hoc minime poteſt, contrarietatis intui-
tu, ſi vterque obtinere poſſeſſionem quæ-
rat. Menoch. *de retinenda poſſeſ. n.* 537.
Facchineus *dicto lib.* 8. *cap.* 6. Gloſa *in*
B *dicta l. ordinarij, in verbo iudices*, & ibi
Caſtrenſis *num.* 4. Principi autem haud
competit, vt ſuo mandet reſcripto; peti-
torio ſuper, ac etiam poſſeſſorio cogno-
ſci, cum nequaquam efficere ipſe va-
leat, vt aduerſa duo ſimul habeantur
Menoch. *rem.* 3. *num.* 516. Poſtius *obſer-
uat.* 7. *num.* 50. Tuſcus *litera M. concluſ.*
79. *num.* 6. Rota apud Cenſium *deciſ.*
232. *num.* 12. Dempto, quod factæ iam
C petitorium circa probationes fuerint;
hoc nam in caſu non repellitur ipſe Iu-
dici reſcribere, vt petitorio ſuper pro-
nunciet. Alex. *conſ.* 54. *num.* 3. *lib.* 5.
Natta *conſ.* 591. *num.* 7. vel quo in caſu
promptu probationes habeantur. Fachi-
neus *dicto lib.* 8. *cap.* 7. ordinaria nam-
que Princeps ex poteſtate partis auferre
ius ſuper poſſeſſorio valet, & facere, vt
de petitorio veniat cognitio. Poſtius *di-
cta obſeruat.* 7. *nu.* 88. Capicius *deciſ.* 69.
D Crauetta *conſ.* 182. *num.* 14. Quod, &
tunc maiorem continet vim, in corpo-
ralium quando iurium de poſſeſſorio,
agitur, ac petitorio; hoc nam in caſu
contrarietatis ceſſare impedimentum,
omnibus patet. Menoch. *dicto rem.* 3.
num. 539. Iudex autem ſi Principis ſim-
pliciter reſcriptum committat, vt & in
poſſeſſorio ſimul, ac petitorio proceda-
E tur, circa poſſeſſorium valet ſententen-
tiam ferre, cum quidquam prius clarè
de illo conſtet. Poſtius *dicta obſeruat.* 7.
num. 52. *& deciſ.* 140. *num.* 4. *& deciſ.*
284. *num.* 4. Rota *deciſ. diuerſ.* 34. *nu.* 7.
parte 2.

Addas etiam, quod non ſolum è
principibus per æquitatis naturam mi-
nores reſtituuntur, fiſcus, ac Republi-
ca; ſed maiores etiam ex cauſa, & ex
gratia nonnunquam: vt ſcripſit Boſſius F
in tit. ſi aduocatus rem iudicatam num. 25.
Borgon. Caualca. *deciſ.* 14. *num.* 24. *parte*
1. Quoniam cum duplex extet reſtitu-
tio: alia, quæ per Iuſtitiæ viam conce-
ditur: altera eſt, in cuius petitione, nul-
la alia duci cauſa videtur, niſi & Princi-
cipis pietas, & clementia, quæ nuncu-
patur ex gratia Sforza *de reſtit. in inte-
grum quæſt.* 1. *num.* 100. Surdus *conſ.*
199. *num.* 24. Boſſius *loco citato num.* 25. G
Et illa ex gratia nominatur reſtitutio,
quæ ſolius è Principis voluntate conce-
ditur. *l.* 1. *§. fin. de quæſt. l. Diui fratres ff.
de pœnis* Oddus *de reſtitut. in integrum
quæſt.* 32. *num.* 28. *toto tit. ff. & C. de
ſentent. paſſ. reſtit.* Gratiæ autem per
vim effici dicitur, quo reſtitutio in caſu
omni extat auxilio deſtituta, nec aliud,
niſi ex Principis inſuflatu, habet, ex quo
mandatur, vt cauſa reuiſionem ſubeat H
Borgogni. *dicta deciſ.* 14. *num.* 26. Illa
etenim propriè nominatur gratia, quæ
commune aduerſus ius conceditur: vt
ſcriptum ex DD. *in cap. ſedes de reſcript.*
Baro *conſ.* 50. *nu.* 71. Maſtril. *deciſ.* 228.
num. 6. Vel quo in caſu illud ex Princi-
pe conceditur, quod poterat ex ipſo de-
negari Maſtril. *loco citato num.* 17. Larga
verò forma omnis gratiam continet re-
ſtitutio, communi licèt de iure tribui I
debeat: gratiam namque obtinere, non
ex Iudice: ſed ex iure inuentam dicitur
Marcus *quæſt.* 53. *num.* 17. *parte* 2. De iu-
ſtitia tamen vocatur, Principis eo quod
nullo modo gratiam expectare conſpi-
citur Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcindenda
vend. parte* 2. *cap.* 4. *num.* 21. Vbi verò
ſententia litigatoris ius aduerſus extat,
quidquid Iuſtitiæ fieri medio nequit ex
Principe petendum per ſuplicationem K
ex gratia erit, vt affirmat Oddus *de re-
ſtit. in integrum quæſt.* 79. *num.* 13. De
ordinaria verò Principi facultate per-
mittitur, vt iudicata res, ac in iudicatũ
tranſacta reuiſionem ſubeat, ac iterum
illius fiat perpenſio, nilque aliud atten-
di in petitione oportet, quàm Principis,
& indulgentiam, & lenitatem: vt voluit
Marcheſ. *de commiſ. reſtit. in integrum*

par. 2.

A *parte* 2. §. 1. *num.* 95. Princeps etenim
quæſitum valet ius tollere, ac illi etiam
derogare, ſi ciuilis miniſterio iuris id
actum videatur; vt probatur è Gabriel.
tit. de iure quæſito tollendo concl. 1. *num.* 18.
vbi multos affert; inter quos Angel. *in
l. Lucius n.* 1. §. *de euict.* Caſtren. *in l. cum
hærede ff. de acquir. poſſ.* Qua de cauſa,
licet è ſententia, quæ iudicatam fecerit
tranſitum in rem, quiſquam tamquam
B ex quaſi contractu obligetur, atque ius
parti ex ea quæſitum dicatur. Alexan.
conſ. 90. *n.* 3. *lib.* 1. Crauetta *conſ.* 103. *n.* 3.
Princeps tamen poteſt ſententiæ derogare,
quę iudicatam fecerit tranſitum in
rem: cum ciuili tale ius quæſitum de
iure habeatur: vt ſcripſere Bald. *in l. fin.
n.* 4. *C. ſententiam reſcindi non poſſe.* Viuius
opin. 715. *n.* 5. Decius *in cap. audiniſti
n.* 3. *de officio legati.* Principi namque
C permiſſum, vt ea circa diſpenſet, quæ
poſitiui extant iuris, ac ciuiles quæſito
per actus iuri derogare. Afflict. *dec.* 126.
n. 10. Huiuſmodi eſt Fabri ſententia *in
tit. C. ſi contra ius, vel vtilitatem publ. defin.*
1. *n.* 10. Præcipuè per viam reſtitutionis,
illo eoquod in caſu haudquaquam ius
tollere quæſitum principaliter, & directè,
at quamdam per conſequentiã videtur.
Crauett. *conſ.* 103. *n.* 3. Bald. *in d. l.
D fin. n.* 1. *C. ſententiam reſcind. non poſſ.* Ad
ſolum enim Principem attinet gratioſã
concedere reſtitutionem illam aduerſus
ſententiam, quæ ſuum iudicatam in rem
tranſitum feciſſe viſa fuerit; præcipere
quapropter ipſi non vetatur, vt iterum
tractetur, tàm ſi ipſius propria, quàm ſupremi
exiſtat conſilij. Innoc. & Abbas
in cap. ex literis de reſtit. in integ. idẽ Abb.
in cap. ſignificaſti nu. 6. *de purgat. vulgar.*
E Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 388.
Crauetta *conſ.* 408. *num.* 25. Aequus
autem Princeps non iudicatæ vigorem
rei, at ipſam ſpectare ſolitus veritatem,
haud iniuſtè ſe gerit, ſi, cum nullum iudicata
res obicem ponat, circa veritatis
candorem cognoſcere optimum æſtimet.
Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 52.
num. 6. Quis autem deneget ipſum non
repelli, vt rectè latas Iudicum ſententias,
extra ordinem procedendo, vno F
deleat verbo? Nemo. Angelus *in l.* 1.
num. 1. *C. de ſent. paſſ. & reſt.* Præcipuè
cum illam adhibeat clauſulam, *Sententia
non obſtante.* Maſtrill. *dicto lib.* 3. *cap.*
4. *num.* 389. Burſatic. *conſ.* 99. *num.* 2.
Iaſon *in l. iuſtitia num.* 4. *ff. de iuſtitia, &
iure, & in l. cauſas num.* 6. *C. de tranſact.*
Cum neutiquam ipſam auferat ſententiam,
at reſcribat, vt ſententia in nihilo
obſtante audiri victus debeat, Crauetta G
de antiquitate temporis parte prima nu. 49.
Vnde ſi poteſtatis vti plenitudine velit,
minimè Iudicum quidquam aufert authoritati,
cum omni reputetur ſalua
Principis poteſtas in ſententia. Baldus
in l. finali, num. 1. *C. ſentent. reſcind. non
poſſ.* Qua de cauſa aliqua licèt iuſta requiratur
ſententiæ in reuocatione de
iuris rigore cauſa priuatam, quæ pertineat
ad vtilitatem. Crauetta *dicta par- H
te prima num.* 49. *& num.* 52. Omnia tamen
facultatis de plenitudine perpatrare
permiſſum Principi eſt. Bero in
cap. 1. *num.* 22. *de probation.* Rodulphus
de ſuprema Principum poteſtate cap. 6.
num. 1. præcipuè in requiſitis ex Iudicis
ſententia Milanenſis *deciſ.* 2. *num.* 40.
lib. primo. Menochius *de arbitrar. lib.* 1.
quæſt. 52. *num.* 1. Crauetta *conſil.* 408.
num. 26. Surdus *conſil.* 299. *num.* 25. I
Poteſtatis etenim plenitudo, quid aliud
eſt, quàm communis, aut ordinarij derogatio
iuris? Barboſa *clauſula* 41. *num.*
16. *de clauſulis.* Rodulphus *dicto tractatu
cap.* 1. *num.* 1. Taliter, vt vbi Principis
quidquam ex arbitrio conceditur
poteſtatis per plenitudinem, in dubio
actus, cum cauſæ habita fuerit cognitio,
præſumitur commiſſus. Barboſa
loco citato num. 34. Rodulphus ibi *num.* K
23. Burſaticus *conſil.* 54. *num.* 19. quo
nonnullos in loco ducit, ac etiam de
communi teſtatur.

Principis etenim omni in caſu, ac
tempore voluntas præſumitur deſiderare,
vt æquum fiat, ac illud, quod effici
de iure valet; vt eſt in placitis Bald.
in cap. cum veniſſet num. 3. *de teſtament.*
& abſque eo quod alterius ſequatur

A præiudicium. *Caſtigl. deciſ.* 16.*num.*17. Nec dicitur iniquæ ſententiæ, aut illati grauaminis prætextu quæſito derogare iuri velle: vt ſcriptum reliquit Decius *conſil.* 198. *num.* 7. Quibuſdam vnde in Tribunalibus, partes, quas aduerſus huiuſmodi conceſſa fuerint reſcripta præciſa in integrum reſtitutionis ad Principem ſolent recurſum facere, qui de facili declarat, ſeſe il-
B larum haud intellexiſſe iuribus derogare: vt teſtis eſt Sola ſuper *decret. Sabaud.* vbi incipit, *Vt nihil. Gloſa* 3. *parte* 3. *num.*9. *de concluſione in cauſa*; Suis quapropter mandat Senatoribus, vt æquitatem ſectentur, quæ clauſula, declarationis reſcripto limitationem advehit, & commune rem ad ius reducit. Sola *loco citato num.* 15. Qua de cum facta ex Principe ſententiam con-
C tra, gratia fuerit, quæ iudicatam tranſitum fecerit in rem, hac ex remiſſione, reuocata in iuſtitia intelligitur; vt ad nos tranſmiſere Baldus *in l. iuſtitia, ff. de iuſtitia, & iure, & in cap.* 2. *de offic. leg.* Maſtrill. *deciſ.* 228. *num.* 4. Et duplicem quamuis retinere ſupradicta cauſa ſenſum valeat; vt placuit Menochio *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 52. *num.* 11. & Alciato *in l. cauſas num.* 3. *C. de tranſaction.* Sed tamen cum propoſitam
D iuxta interrogationem interpretari reſponſum opus ſit; per Textum *in leg. ſi defenſor.* §. *qui interrogatus, ff. de interrogationibus*, Menoch. *dicta quæſt.* 52. *num.* 12. Propterea illa declaratorio ex reſcripto, *Non eſt mentis*, ſupplicantis interpretari debet, ſecundum mentem, haberi; ac etiam quod nulla de reſcripto partis habita ratione quod iuris eſt efficiatur; adeo vt conceſſa non
E reputetur reſtrictio, niſi quatenus competat de iure; vt ſunt ſcripta Martæ *de cauſis y parte prima, clauſula* 105. *num.* 3.

Cuiuſmodi equidem clauſula, vbi in reſcripti reſtitutionis ex mera gratia reuocatione, inhibitionem continentis, ac etiam exequutionem retardantis ponitur, operari videtur, quod poſſit, nequaquam retardata exequutione, in
F cauſa procedi; reſtitutio etenim gratiæ per viam ex Principe conceſſa, regulariter minimè impedit exequutionem ſententiæ, quæ iudicatam fecerit tranſitum in rem. Caſtil. *deciſ.* 99. *num.* 4. Corneus *conſil.* 111. *in fine lib.* 1. Beneintend. *deciſ.* 85. *num.* 12. Sforza Oddus *de reſtitutione in integr. quæſt.* 43. *num.* 30.

Abſoluti autem Principes omnia va-
G lent proprijs in ditionibus agere, quæ & ſuis Rex in Regnis, & Imperator in Imperio patrat: ſed tamen caueant, ne, cum ſua malè vtantur poteſtate, in tyrannicum irruant animum: eoquod vbi ſæua, & immitis ipſorum dominatio redditur Tyrannis dicitur. Tyranni etenim ex voluntate in rabiem eunt, Principes verò, ac Reges nulla ſubditos occidere ex cauſa quærunt, niſi, &
H neceſſitas impellat, & æquitas poſcat. Necem iſti ſolent inferre, at publica, quotieſcumque id poſcere vtilitas videatur, illi autem, vbi lubet: Cordis atenim ſæuitiam Tyrannis extat; propterea ex Seneca *lib.* 1. *de clement. cap.* 11. & 12. Tyrannum affirmat legitimo diſtare à Principe factis, non autem nomine.

Tyranni, ac violenti à Laertio *lib.*
I 3. *in Platonem*, illi vocantur: qui violentiam inuitis Ciuibus in Imperio demonſtrant, & in regimine: eo nam in caſu Tyrannis habetur, quo vi & impulſi, & adducti ab aliquo ſubditi diriguntur. Vnde ad Tyranni ſpectat dominatum proprio attendere commodo: quemadmodum ſcriptum eſt ex Ala *lib.* 3. *polytic. lib.* 5. *qui in* 4. *lib. cap.* 10. Tres attulit. Tyrannidis ſpecies;
K quæ eo videri in loco valent: Illam nos verò Tyrannicam dicimus Monarchiam cum Tholoſano *lib.* 6. *de Republica cap.* 18. *num.* 10. quæ nullis ſubiacet legibus, & per vim paribus, ac melioribus frænum ponunt; proprium reſpicit, non autem ſubditorum emolumentũ, cum inuitis dominari contendant; propterea idem Tholoſanus *lo-*

A *in ſupra citato à num.* 80 differentias adducit quibus Tyrannus, vel iniquus Princeps, à legitimo diſtinguitur, cum boni, vel perverſi occurrant mores: bonus quoniam Princeps, quietè vitam ducere & populum diuinas iuxta leges, ac etiam naturales regere ſatagit, quæ omnibus probis viris in iuſtitia, religione, ac etiam ęquitate ſupereminet; Tum Tyrannus è contra
B Dei non ſolum leges æquitatem, Religionem, ac Pietatem contemnit, & conculcat; ipſummet verum etiam Deum in ludibrio habet, vt proprijs quocumque modo affectibus ſatisfaciat.

Bonus adde quod Princeps nil eorum, quæ publico prodeſſe commodo arbitratur, omittere quærit, cum & commiſſum ſibi populum conſeruare,
C defendere, ac fouere ſtudeat; quapropter propriæ non ſolum bona, ſalutem immò, & vitam periculis exponere non veretur. Tyrannus autem nil aliud meditatur, & nil aliud agere contendit, quàm ſuam quod in vtilitatem redundat, nec ſubiectæ gentis vitæ parcit, vel facultatibus, propriumque gregem excoriare, premere, torquere non erubeſcit.

D Publicas Princeps iniurias vindicat, ſubditorum pudicitiam in tutamen ſumit, illatas ſibi contumelias haud multo excitatus odio perſequitur, & illis, qui in id incidunt faciſe parcit; vt Cæſarum habetur ſtatutum *in l. vnica, C. ſi quis Imperatori maledixerit*: quoniam ex aduerſo Tyrannus proprias acerrimè iniurias ſectatur, ſuorum eripit pudorem, ac ius naturæque leges cor-
E rumpit, & iurgijs affectum deludere populum minimè veretur.

Rectus autem Princeps bonos diligit, iuſtos ad munera ſeligit, & populi ſibi amicitiam conciliare geſtit, illiuſque fidelitati innititur, & amore ab illo adſtringitur: quoniam ex contrario Tyrannus bonos odio habet, peſſimos peramat, illiſque tantum ad publica vtitur officia, populum angit, nec fidem illi præſtare vult, & ex metu torquet. F

Princeps denique velut genitor domeſticos inter pacificè dominatus retinet habenas, amat quos corrigit, & quos diligit emendat, vt melioribus ornentur virtutum fulgoribus, totus vitam ducit, vſque laudibus cumulatur, & in funere lacrymis obruitur. Tyrannus atenim ſæuè tamquam mancipia, & bruta moderatur ſubditos: turbido ſemper vultu apparet, iuſtos excruciat, iniquos complectitur, & omnibus inuidet, horridumque vitæ curſum, & viuis deteſtabilis trahit, & mortuis. G

Tholoſanus autem decem, quæ Tyrannico dicuntur dominatori competere, actiones enumerat: & prima quidem habetur; quo in caſu & ſui Principatus optimates, & præcipuos mori iubet dari, cum timeat, nc manus in ipſos eleuent, aut rebellionem excitent; dum nec ſignum tumultus, nec coniurationis indicium, bonos inter habitum fuerit. Deindè vbi, & bonos & ſapientia præditos in tormenta redigit metu, nc propria infamia afficiant vitia, quando tertio bonarum ſtudia ſcientiarum, artiumque dælere nititur, nc ſapientiæ dulcedinem guſtent iuuenes. Si licitas, quarto, honeſtaſque prohibitas reddat congregationes; cum & coniurationes timeat, rebellioneſque ſeſe aduerſum excitari, abſque eoquòd tamen aliqua occurrat ſuſpicio. Cum quinto, clancularios vndequaque auſcultatores immittit, & delatores, ſpeculatores conſtituit, vt populi, quæ ſparguntur, voces audiat. Vbi ſexto, diuiſiones, ac ſciſmata ſubditos inter fouet, vt altera pars alius excutiatur timore, nec in ipſum aliqua arma commoueat, & inſurgat. Si ſeptimo in paupertate ſubditos vitam ducere, ipſius eſt in placitis, vt & labori intenti, & ſubſtentandæ ſtudijs vitæ applicati in illum diffidia agitent. H I K

A Quo in caſu, octauo, bella nutrire contendit, vt ſubditorum inde vires redeantur eneruis. Dum extraneis nono, maiorem quàm ſuis fidem habet, ac aliam neutiquam ob cauſam ſtipatores eligit alienigenas. Et tandem ſi, cum factio ſubditos inter exter, vni magis parti faueat, quàm alteri, ſuo licèt F poſſit vtriuſque rabiem Imperio frænare: quæ omnia ſuum opus eſſe Principem habere Macchiauellus impietate clarus docet.



DE BARONVM STATV.

QVI PRINCIPVM NOBILITATEM PROTEGVNT, Atque defendunt.

BAronum præſenti in tractatu ſub appellatione omnes habentur comprehenſi; qui alius feuda; Pontificis nimirum; tum ... Imperatoris, abſolutorumque Principum ex arbitrio recognoſcunt, cum eorum ſubditi habeantur, & vaſſalli, ſinque ſuperiores excipiant dominos; Hæc de cauſa de illis, qui abuſiuo Principes, Archiduces, Duces, Marchiones, Biſcomiters, Comites, Vicecomites modo appellantur, hoc ſermonem in loco inſtituam: hi namque omnes baronum redduci ſub nomen conſpiciuntur. Breccin *de ſubfeudis lib. 2. tit. quis dicatur conueniunt* 492 *fol.* 113. Generali enim tanquam ſub nomine cunctos, quorum in dominio feuda perſiſtant, talis includit titulus: maiori &ſi dignitate, quàm Baronalis ſit, habeantur conſtituti; inferiores vt Principes, Marchiones, aliſque veniunt: vt dixerunt DD. penes Maſtril. *de magiſtrat. lib. 4. cap. 1. num. 2.* Ac tali modo, qui & ſubditos in feudū retinent, iuriſdictionem, baronum deſumunt vocabulum Caſtren. *conſ.* 107. *vol. 1. parte* 2. Proprie tamen forma illum dicimus baronem, cuius in facultate caſtrum, aut plura perſiſtant, vel multa, quaternata ſecundum quid, poſſideat feuda, quæ inter diuerſitas licèt adſit, ac diſtinctio, integram tamen excitant Baroniam. Decius *conſ.* 498. *num.* 14. Maſtril. *loco citato nu.* 3. & tali modo vtriuſque Siciliæ in Regnis: vt explicatum fuit ex Maſtril. *loco cit. num.* 10. Barones cuncti feudatarij vocantur, qui ſuis è Rege conceſſis, vel in oppidis, vel in caſtris iuriſdictionem præſeferant. Cumia *in præl ud. feudor. cap. ſi quem n.* 187. Impropria tamen forma Baronem appellamus, cui feudum ſimul cum vaſſallis ſubſit: ſed non eſſet Regis è poteſtate in Baroniam conſtitutum, nec ſua ſub dictione quaternata retineret feuda. Inter Barones demum impropriiſſimè illi reducuntur, qui feudum abſque vaſſallis poſſident: vt dixit Maſtril. *loco citato in fine*; Feuda ſed enim, quibus adnexa ex-

A extat iuriſdictio nobilis vocantur, propriumque nobilitate ornant poſseſſorem Nacta *conſ. 162. nu. 9.*

Harum itaque circa dignitatum originem verba facere mihi prius placet, vt genericè poſtmodum de omnibus Baronum ſub nomine ſcripta relinquam. Principatùs ergo dignitas feudorum neutiquam de iure cognita fuit; at hoc in Triquetræ Regno in anno 1563. Buteræ ſuper ſtatu fuit introducta. B Ducalis verò ſub anno 1554. Biuonæ circa dominatum. Marchionalis anno 1438. Hyeracenſem quoad dictionem. Comitis anno 1300. Mothicenſi poſita in dictione fuit. Vix Comes autem Franceuillæ, qui priuſquam hæ conſtituerentur dignitates Baro exiſtebat; nunc verò Ficarrenſis Baro, primum inter ſui gradus titulatos, obtinet locum.

C Huiuſmodi atenim Principes propriam ſecundum antiquitatem cæteros præeunt titulatos, ac ipſos inter ille anteponitur, qui priori, Principatus decore, ornatus tempore fuit, & ita reliquas ſucceſſiuè dignitates gradatim præcedere certum eſt: vt notatur *in cap. de maiorit. & obedien. l. 1. C. vt dignitatum ordo ſeruetur.* Freccia *loco citato num. 47.* Cum tamen exceptio interſit, quod D ſi aliquis, vel titulatus, vel conſiliarius Principis reperitur ad latus neutiquam ob antiquioris, vel dignioris aduentum titulati ſuo recedere à loco debet: vt habetur diſpoſitio *per pragm. Regni. 34. tit. 33.* Dempto tamen, quod Ciuitatis Panormi Prætor ſit, qui ſiniſtrum occupare locum debet, ac titulatus illum ante habens, recedere compellitur: ita verò per dictam pragmaticam fit E conſtitutio. *Per toglier via affatto l'occaſioni di diſturbo, che poſſono naſcere fra titolati, à Conſiliary nelle precedenze, che di luoghi, che li toccano nell'andare alla ſpalla di S. E. l'Eccellentiſſima D. Pietro Girone Duca d'Oſſuna, Vicerè, e Capitan Generale in queſto Regno, per il preſente Atto in vim Pragmatica perpetuo valituro, ordina, prouede, e comanda; che in tutte le volte, che ſuccederà, per l'auuenire S. E. eſſer vſcita, e trouarſi per ſtrada caminando ò à piedi, ò à Cauallo, & alla ſua ſpalla, così deſtra* F *come ſiniſtra trouarſi alcun titulato, ò Conſiliario, non poſſa in modo alcuno eſſerli tolto quel luogo dall'altro titulato, ò Conſiliario, che ſopragiungeſſe, ancorchè foſſe, e di maggior titolo, e dignità, eccettuando ſolamente quando ſi trouaſſe giungere la Città di Palermo, & in tal caſo vole, e comanda Sua Eccelenza, che quel tale, che ſi trouaſſe alla* G *ſiniſtra debia ritirarſi, & dare detto luogo al Pretore di detta Città: onde d'ordine di detto Eccellentiſſimo Signor Vicerè dato à me D. Ludouico Rao &c.*

His itaque tali modo cõſtitutis: Principis eoquod circa nomen, & Ethymologiæ naturam quidquam attuli, nonnulla de cæteris aduehām. & primo quoad Duces, qui priſcis, & duces, & Imperatores nominabantur temporibus H *l. 5. ff. de pactis*: ita Sueton. in Nerone *cap. 35. Nero Criſpum, quia ferebatur Ducatum, & Imperia ludere mergendum mari mandauit.* Hi verò taciti æuo poſiti vt militum Præfecti, *vt lib. 2. Hiſtor. Petuntur ad ſupplicium Aſiaticus Flauius, & Ruffinus, Duces Galliarum.* Limitum autem poſtea Præfectos Duces fuiſse appellatos reperimus in monumẽtis Spartiani in Peſcennio *Prius fiebant Tribuni tam Duces, poſtea Comites*, & Ducianum I iudicium Ducis pro ſententia vſurpatum conſpicimus *in l. pen. C. de appellat.* & Zoſimus *lib. 2. de Conſtantino* ſcriptum reliquit: ex illo patruelem ſuum Conſtantinopolis Ducem fuiſse conſtitutum: ex eo atenim huiuſmodi ſuſcepit nomen, ac Ducili prædita eſt Bizantij gens dignitate, adeoquod Prouinciarum præfecti, oppidorumque Duces K fuerint nominati; multum autem poſt temporis mutationem Ducis ſortita eſt dignitas, eoquod, cum Ducibus antea actis luſtris Comites anteponerentur, vſus vigor effecit, & vt illis digniores haberentur.

Ille igitur Ducis excipit titulum, qui alicuius, ex Principe, Ducatis inueſtituram excipit: vt in vſibus feudorum videtur *tit. quis dicatur, Dux.* Atenim

iux-

A iuxta Papiæ ſententiam. Dux ille nominabatur, qui populi turbam, vel militum ducebat exercitum *l. Duces C. de officio militum iudi*, aut etiam nomen à ducatu deſumit *cap. 1. tit. de feudo Marchiæ*, ac de pluribus diuerſis ducibus ex Tex. *in l. 2. C. de officio Præfecti Prætorio Africæ*, circa Ducem etiam loquitur *cap. Imperialem §. præterea ducatus, de prohibita feudi alienatione, per Federicum.* Ducum etiam creatio fit illis ab Imperatore
B in terris, quæ Imperiali ſubiectæ ditioni exiſtunt *cap. 1. tit. de feud. Marchiæ* ſuo autem è Regis poteſtate in dominio *cap. in apibus: quæſt. 1.* DD. penes Maſtril. *lib. 4. cap. 5. num. 3.* Huiuſmodi autem dignitas Principis poſtpoſita fulgori cæteros antecellere titulos conſpicitur: *vt in rubr. dicti tit. quis dicatur Dux, Marchio, Comes §. nomina de pace conſtant.*
C *& in cap. 1. §. præterea, de prohib. feudi alien.* per Feder. *cap. fundam. §. proinde, de electione*. Regiæ namque propinquiorem retinet locum maieſtati DD. penes Bouadil. *in l. 2. cap. 16.* Politicor. *nu. 25. fol. 602. tit. de la Iuriſdicion de ſeñores de vaſſallos.*

Suam igitur ex Romanis originem Duces excipere firmum eſt, eoquod cum hi Senatus iuſſu in exercitum abirent,
D alios ſecum ducerent, Prouinciæ regimen moderentur; & temporis curſu, & omnium conſenſu Ducale conſtitutum nomen Freccia *loco ſupra citato.* Ducalis verò authoritas barbarum, nec priſco agnitum æuo includit vocabulum: vt eſt mens. Frecciæ *de antiquo ſtatu Regni num. 62.* Dempto, quod penes Lampridium legitur ex Eliogabalo nullo tempore Ducatus, aliaque in venditionem
E officia data: Bouadil. *loco citato num. 25. fol. 603.*

Primi autem, qui Italiæ hanc per ſpatium dignitatem conſtituerint Longombardi dicuntur, iuxta Colenac. ſententiam *in Hiſtor. Neap. 2. parte* in Iberia verò Goti Bouadil. *loco citato fol 604.* Ex quo ducales enucleatæ præeminentiæ: Duces autem proprium retinent, qui eos, quemadmodum Epiſcopus Archiepiſcopus, præcellit, Archiducem Bouadil. *loco ſupra cit. num. 26.* Nam, & in F
Alemannia Auſtriæ permanet Archidux. cuius generis dignitas, ſicuti circa Principatum explicaui, feudorum neutiquam in vſibus extat, ac ſub eis comprehenſa venit Maſtril. *dicto lib. cap. 4.* in Italia etiam Magni adeſt Ducis titulus, quo Florentiæ Dux Medicæa ex familia tot Heroum genitrice, decoratur; regaliaque inſignia Sereniſſimique ho- G
norem Pontificis deſumpta ex arbitrio ſuæ coniungit dignitati. Maſtril. *dicto lib. 4. cap. 4. in fine.*

Marchiones expoſcunt, cum Duces iam receſſerint, ſedem: & ipſorum quidem nomen ex Gothis deuenire putauit Zaſius *in tract. feudor. tit. qui feudum dare, vel accipere poſſunt*: Barbara verò demonſtratum explicatione nil aliud, quàm limitibus præpoſitum aſſerit eſſe H
cui nimirum excubias hoſtes aduerſus facienti milites, vt in illos inſurgerent, ac Rempublicam, illiuſque in defenſionem ſuſciperent terminos, tribuebantur. quædam verò ipſis conſtituebantur tenimenta, beneficij ex quibus deſumere commoda poſſent: Propterea Magrafij dicti Marchiones quondam fuere: quod ſcilicet, qui vulgo Marchen vocabantur, limitibus: Graphij nimirum præpoſiti, I
aſſiſtebant; *vt ex l. in nomine Domini C. de Præfecto Prætor. Africæ*, & probauit Zaſius, quem ſequutus eſt Federicus Alemanus *in cap. quis dicatur Dux*: & hæc Frecciæ placuit opinio *in tit. quis dicatur Marchio in fine num. 1.* à Marchia verò Marchiones dicuntur, per Tex. *in cap. 1. quis dicatur Dux, Marchio, Comes*, Quod maritimam Italiæ terram denotat: cuius per conceſſionem quilibet K
Marchionis ſibi titulum deſumebat: Glo. *in cap. fundamenta §. perinde officij de elect. in 6.* Bouadil. *loco cit. num. 27.* iſtique tales Romanorum iure Linimarca dicti veniebant. *l. Linimarca C. de ſeruis fugitiuis l. non ideo C. de liberal. cauſa* Qui velut Imperij limitum cuſtodes erant; Plurimæ habentur etiam Ethymologiæ, quæ ipſumet penes Bouadillam,

A lam, qui citatus, conſpici valet *dicto num.*27. Et hæc quidem dignitas Regalis extat, ſecundum Baldi mentem *in cap.*1. *tit. de feudo Marchia*.

Comitum nunc explicandum nomẽ, dum poſt Marchiones veniunt: vt conſtat ex ordine *dicta rubrica quis dicatur Dux, Marchio, Comes*; ſuam ipſi originẽ à Germanis habuerunt. *Cum Principes lecti in Germania olim ipſi iudicandi munus ſubiuerint, & Comites tantum conſilij,* B *honoris, ac tutela gratia in illorum fuerint comitatu*. Sic Tacitus de moribus Germanorum. ex Romanis autem illorum ordo honorem excepit: Comites quoniam itinerum vt ſocios, Prouincialibus, Magiſtratibus, & Præſidibus delectos fuiſſe certum eſt, vt publicis, & iudicijs, & functionibus præficerentur; qua de cauſa, & maximi, & digniſſimi dicti magiſtratus Comites fuere, vt O- C rientis nimirum Comes, *tit.de officio Comitis Orientis*, Arabiæ etiam, & ſimiles. Quapropter antiquo nominati Comites æuo illi fuere, qui & Regis, & in ſupremi comitatu Principis veniebant, aut, vt Pyrri extat in placitis, qui plures ſui in ſequela retinebant; varia verò illis aderant munera, Comitis quibus adnexus conſpiciebatur titulus; penes Ammianum etenim de largitionum Comi- D te verba reperimus, & hic ille habebatur, Imperatoris qui largitionibus aſſiſtebat; domorum adde quod Comes ex Iuſtiniano appellarur, qui domeſticorũ Principis erat curæ Præfectus, Horreorum apud Ciceronem Comes vocatus fuit, qui granis præficiebatur, & pani: operum Comes qui circa operam, & artifices palatij emittebat imperia: priuatarum Comes rerum, qui Cæſaris inter E negotia ſeſe verſabat, & familiaris velut rei procurator exiſtebat; ſacrarum Comes largitionum, qui ſtipendia militibus erogare videbatur, Sacri Comites Patrimonij, Imperatoris, qui curam de patrimonio gerebant; Palatini etiam habentur Comites, qui ex Principibus, varia fuere propter miniſteria inſtituti. Hæc autem eruditè pertractat Viglius Zichemius *inſtitut. de exharedat.* & habetur in tribus poſterioribus libris Codicis. Stabuli demum aliqui nominantur Comites, quorum meminit Iuſtinianus: ex quibuſdam, idem, ac illẽ quem Equitum appellamus Magiſtrũ, interpetratur: alij venirent Comites, quos duxit Maſtrill. *dicto lib.*4. *cap.* 7. *num.*18. Sed cui libet illum adeat. Atenim quidquid ſit in cauſa, veritati non aduerſa extat penes feudiſtas concluſio *in cap. primo quis dicatur Dux*. Illum propria Comitis nomen forma ſuſcipere, qui Comitatus de titulo inueſtituram ex Rege, aut etiam ex illo, cui talis inhæreat dignitas, deſumpſerit: Hũc autem gradum feudali contentum ſub aſſignatione ambiguum minimè eſt: vt voluerunt Doctores penes Maſtrill. *loco cit. num.*15. F G H

Suam poſt Comites ſedem Vicecomites ponere conueniens, qui minori Comites inter loco perſiſtunt, maiorẽ quamquam inter Barones occupent. Speculat. *in tit. de Vicecomite*. Freccia *de origine Baronum ſub num.6.* Illumque eſſe aſſerit Speculator *loco citato*. cui ſuas Dominus Caſtri vices, vel exequutionem iuriſdictionis in Caſtro committit, circa quæ poſt alios ſcripta dedit Bouadill. *loco citato num.* 36. Maſtrill. *dicto lib.*4. *cap.*9. *per totum*. Ex cuius aſſerto habemus Regalem, Duci quemadmodum, Marchioni, & Comiti dignitatem adhærere; iſti verò Baronum currunt ſub nomen, & quidquid præſenti circa Barones in tractatu ducam, circa omnes ſortiri intelligentiam debent: vt aduertit etiam Capiblancus *de Baronibus in rubr. num.* 33. de quibus Cumia *in praludijs feudorum* ſermonem inſtituit. I K

Græcè igitur Baronum nomen fortem demonſtrat hominem, qua de cauſa magni, & corporis, & fortitudinis virum intelligimus: vt ex Alberic. in *ſuo diction.* & Afflict. *in tit. qui feuda dare poſſunt*. Id autem ex effectu deducitur, eoquod cum feudatarij milites extent, qui Principis inſimul cum perſona

in

A in defenſionem ſuſcipere dignitatem,
debeant; magis fortes oportet illos ac
potentia præditos haberi: *cap. ſi quis
miles, tit. conſtitutio Lotharij*; & hac de
cauſa inquit Seſſe *deciſ. Aragoniæ* 1. *nu.*
41. *Ricchi*. Diuites nempè, Barones in
Hiſpania vocari: opum namque affluen-
tiam retinere illis conuenit, vt præſtare
in neceſſitatibus auxilia Regi valeant:
ipſius etenim milites exiſtunt, militum-
B que forum ſortiri conſpiciuntur *l. qui
locum*, §. *rem, ff. de re militari.* Capibl.
*de Baron.prag.*8. *p.*2. *n.* 263.

Barones autem ea conſtituuntur de
cauſa, vt ordinarij vaſſallorum Iudices
habeantur: vt dixit Andreas de Iſernja
*in conſtitut. officiorum periculoſa, & in con-
ſtitut. poſt mortem in cap.* 1. §. *hæredita-
tem de pace tenenda*. de Ponte *de poteſta-
te Proregis tit.* 1. §. 1. *in principio.* Et tā-
C quam tales merum ſi eis, mixtumque
adhæreat Imperium publici, vt cæteri
Iudices, ex boni cauſa, conſtitutam à
lege pœnam in augmentum valent ad-
ducere. de Ponte *dicto tract. tit.* 3. §. 1.
*num.*42. Circa quos iura de Regijs ver-
ba facientia dignitatibus locum obtine-
re firmum eſt, de Ponte *in dicto tract.
tit.*9. *de aſſenſ. reg. num.* 14. *fol.* 189. &
quamuis Capicius *in inueſtitura, in ver-
D bo, feudatarij Barones, in verſ. prærogati-
ua, in fine* ſententiam protulerit illum
propriè Baronis excipere nomen, qui
nullo exornatur titulo; de Ponte atta-
men *loco citato.* Comitum hoc Marchio-
num, aut Ducum intelligi ad differen-
tiam aſſerit, non autem quod neuti-
quam dignitatem, aut ſuæ titulum Ba-
ronis retinere dicatur, & hoc ſecundū
Iſerniam, regales inter præeminentias
E recenſetur decus, & habet locū Textu
in §. præterea ducatus, eiuſdem vt Capi-
cij ſententia in eodem loco, & plures
propterea talium prærogatiuæ dignita-
tum ducuntur ex Bonadilla *in dict. lib.*2.
*cap.*16. *à n.*41. *vſque ad n.*66. & Maſtril.
*d. lib.*4. *cap.*13.

D E F

HIS, QVAE CIRCA IVRISDICTIO-

*nem Baronibus permit-
tuntur.*

Cap. 1.

CONceſſionis iuxta formam Baro- G
nalis terminum excipit facultas,
ita vt ſimplici ſi modo aliqua conceſſio
de Baronia fuerit confecta, ſimplex tri-
buta iuriſdictio conſpicitur. Capicius
*in ſua inueſtitura, in verbo feudorum ac-
ceſſoria, verſ. conceſſo Caſtro, vel terri-
torio*. Cancer. *variar, reſolut. lib.*2. *tit.*2.
*num.*60. *cum ſequent.* Bartol. *in l. prima,
ff. de iuriſdictione omnium Iudicum.* Bald.
in l. fin. ff. de conſtitut. Princip. Idem H
Bartol. *in l. inter eas, ff. de acquiſit. rerum
dominio*. Fontanell. *de pactis nuptialibus,
clauſ.*4. *gloſa* 11. *num.* 11. *fol.* 278. di-
ctorum quo in loco diſtinctiones Do-
ctorum probas duxit, & aſſerit, quod,
vel ipſi iuriſdictionem Caſtro inhærere
certum eſt, & eo caſu eius per conceſ-
ſionem, merum licèt imperium ſit per-
miſſa reputatur iuriſdictio: vel ex ad-
uerſo nulla iuriſdictio, nec merum, I
mixtumque adeſt imperium, tali euen-
tu quamuis ille, ex quo prolapſa con-
ceſſio, iuriſdictionem alia retineret in
illo forma, in conceſſione attamen ho-
rum nil venit. Atenim ſi de feudo, cui
nulla inſit iuriſdictio, facta conceſſio
fuerit, & vna cum omni, pleniſſimaque
tributa iuriſdictione ſit merum, mix-
tumque venire certum eſt Imperium
ex Roſantell. ſententia *de feudis capit.* 5. K
concluſ. 7. *num.* 3. Roland. *conſ.*42. *num.*
37. & 38. Cum nullum Regni ponat
obicem conſtitutio; ea quæ ad decus
*rubric.*47. *lib.* 1. Illo quoniam æuo ſoli-
tum neutiquam erat, vt venditio com-
mitteretur, & conceſſio, quod aliter
communi accidit de iure; ac tali modo
reputo accipi debere. Afflict. *deciſ.*122.
In Regno attamen poſtquam conceſſio-

A nis inualuit vſus idem, ac ius commu-
ne importabit. Vrſill. ad Afflictum *in dicta deciſ.*122.*num.*3. de Ponte *deciſ.*2.
*num.*18. Fontanell. *loco ſupra citato num.*
19. *cum ſequent.* Intrigliol. *de feud. cent.*
2. *num.*10. *artic.*80. Præcipuè tamen, ſi
talis minimè deſideratur conſuetudo:
Quo autem in caſu ſimul cum iuribus
ſuiſque omnibus pertinentijs de feudo,
aut venditio fiat, aut conceſſio, merum
B vtique mixtumque iurium nomine, im-
perium vendita neutiquam intelligun-
tur. Bald. *in l. à procuratore, C. mandati.*
Illa tamen ex venditione accipiuntur,
quæ rei vendita propter naturam fue-
rint. Bald. *in cap.*1. *num.* 16. *de cap. qui iur. vendid.* & ibi Aluarot. *num.*4. Me-
rum namque mixtumque imperium,
nullo feudi ex natura modo interue-
niunt, ſed quid accidentale in feudo
C interueniunt. Paſet. *conſ.* 11. *num.* 14.
Borell. *conſ.*86.*num.*22. Giurba *conſ.*24.
*num.*15. Dempto quod aliqua ſuæ
Princeps facultati reſeruaſſet, quæ me-
rum, mixtumque pertinent ad impe-
rium, cum conceſſum circa cætera con-
ſpiciatur. Menoch. *de præſumpt. part.*1.
*lib.*3. *præſumpt.*98. *num.*35. Intrigliolus
*loco citata num.*11. Giurba *dicto conſ.*24.
Contrariæ quo in loco, & declaratio-
D nem, & diſtinctionem affert opinioni,
quando ſcilicet feudo perſonæ reſpectu
iuriſdictio aut perſonæ feudi compptat
intuitu. & primo affirmat in caſu, cum
vitales perſona deſerit auras, iuriſdi-
ctionem etiam extingui: ex Bartoli do-
ctrina *in l. inter eos, ff. de acquirend. rer. dominio.* à Ponte *conſ.* 63. *num.* 31. Me-
noch. *lib.* 3. *præſumpt.*97. *num.*43. Tam
ſi de iuriſdictione ſimpliciter facta con-
ceſſio fuerit, quàm ſi loci ratione, ac
E perſonæ, quæ cum extincta, ceſſare
iam priuilegia videntur. Bald. *in l. bene-ficio. num.*17. *ff. de conſtitut. Principum.*
Paccian. *conſ.*9. *num.*[illegible]. Poſteriori au-
tem in caſu, cum realis exiſtat qualitas,
& feudo inſit, in omnes tranſire iuriſ-
dictio poteſt, in quos feudi commigra-
rit poſſeſſio: vt aſſerunt Doctores ſupra
citati. Nacta *conſ.*339. Borel. *conſ.* [illegible]

*num.*25. & *ſumm. deciſ. tit.*41. *n.*156. Ita F
cum conceſſum Caſtrum iuriſdictio, ac
merum, mixtumque imperium ipſi ad-
nexa conſpiciantur. Fontanell. *loco cit. num.* 11.) Atenim ſi nullo certum eſſet
modo: an Caſtro inſit iuriſdictio, con-
ſtitutum reliquit; affirmandum abſque
dubio eſſe iuriſdictionem in Caſtro ha-
beri: per Bartoli doctrinam *in l. inter eos, ff. de noui operis nunciatione.* Menoc.
*de præſumpt. lib.*2. *præſumpt.*97. *num.*48. G
Sed ſi reſeruata conceſſio fuerit, hoc
etiam ſeruari neceſſe non eſt ambiguũ.
Cancer. *variar. reſolut. part.* 3. *cap.* 13.
*de iuribus Caſtrorum num.*28. Nulla eo-
quod Caſtrum forma iuriſdictionem
inducit. Boer. *deciſ.*50. Couarru. *pract. quæſt. cap.*1. *num.*10. Quo autem in ca-
ſu vna cum vaſſallis facta conceſſio fue-
rit, nec aliqua intercedere reſeruatio
videretur, tunc conceſſionarium in or- H
dinarium vaſſallorum Iudicem fuiſſe,
conſtitutum debemus affirmare: iuxta
DD. opinionem è Maſtrill. relatam,
loco citata num. 4. Bartol. & Alexand. in
l. prima circa finem, ff. de iuriſdict. omn. Iudicum. Afflict. *in prælud. conſtit. Regni quæſt.*6. *num.* 6. Aut illa etiam poſita
clauſula fuiſſet, *Cum iure Baiulationis,*
Ipſa namque, vt eſt aſſertum Maſtrill.
*num.*6. Regni Capitulorum ex vi, Ba- I
ronibus, plana ſub quibus feuda perſi-
ſtunt, ſimplicem affert ciuilem iuriſdi-
ctionem, & in caſibus à relegatione in-
fra criminalem citat Andream, & Af-
flictum *in Conſtit. Locorum Baiuli.* num
11. His ergo taliter conſtitutis operæ
pretium eſt, vt nota reddantur illa Ba-
ronibus, quæ tributa valeant ex facul-
tate perpatrare: propriam ne vltra ter-
minos poteſtatem extendant, Regiam K
vſurpare ſibi iuriſdictionem, vaſſalliſ-
que graue imponere onus videantur
iuriſdictionem quoniam, cuius nulla in
priuilegia fiat expreſſio, exercere, di-
citur vſurpare. Lanar. *conſil.*5. *num.* 14.
Maſul. ad Capic. *deciſ.*130. *num.*2. *ad fin.*
Si, vt illam quærat, adminiſtrationem,
ſuſcipiat. Rouit. *in pragmat. Regni Nea-polit. num.*8. *tit. de Baronib.* Iniquo eo-
quod

Digitized by Google

A quod quærere modo, vſurpare importat Borell. *conſ.* 10. *num.* 2. Prauo quamuis vſu ad ſe illam trahere Baro non erubeſcat; Afflict. *in conſtitut. diram num.* 8. Borell. *loco citato num.* 3. *&* 21. Tali de cauſa, quæ illum aduerſus punitio infertur, Regiam qui occupare iuriſdictionem haudequidem veretur. vigorem & in illum retinet, qui facultatem alteri tributam ſibi aſſumere audet. Afflict. *in conſtitut. ea quæ ad decus,* B *& in conſtitut. cum ſatis num.* 6. *rubrica* 48. *lib.* 1. Maſtrill. *de magiſtr. cap.* 6. *lib.* 8. *num.* 100.

Cætera verò inter, quæ proprijs Baroni in caſtris veniunt permiſſa, hæc habentur: Et

Primo, quod iuriſdictione mero ſimul, & mixto cum Imperio poſita valet ſuis Baro ſubditis prohibitum reddere, alius ne in conſpectu velint iudi- C cium inſtituere: id ob præiudicium, quod eis ſaltem in ſportulis adduceretur: ſecundum notata *in l.* 2. *ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, & l. ex conſenſu, C. de Epiſcopali audientia.* Oſaſcus *deciſ.* 78. *num.* 12. Amodeus à Ponte *in quæſt. Laudimiar. tit. quis ſit Iudex in cauſa feudali num.* 19. Surdus *conſ.* 210. *num.* 10. *lib.* 2. *& conſ.* 47. *lib.* 1. Foller. *in practic. crimin. tit. & audiantur excuſatores n.* 84. D Quo, pluribuſque reſolutionem in locis ad nos tranſmiſit; licitum Baronibus eſſe, vt ſuis præceptum vaſſallis conſtituant, alio ne in Tribunali Regium & ſi habeatur, ciuili, aut criminali cauſas modo pertractent. Porta *de poteſtate Principis cap.* 15. *num.* 51. Auendagn. *de exequend. mandat. Regum parte* 2. *cap.* 27. *num.* 14. Borell. ad Bellugum *in ſpeculo* E *Principum, §. leges Regni num.* 59. *verſ. iuriſdictionem.* Vincentius de Anna *allegat.* 59. *num.* 13. *fol.* 52. per Text. *in l.* 1. *ff. de re iudicata.* Andreas *in cap. Imperialem, §. præterea ſi inter duos, verſ. ibi vero.* Qua ſubiungit in parte, quod ſi, cum ſuperioris interueniat cognitio, lata fuerit ſententia negligi iure quidem optimo valet. Sed etenim has iudico prohibitiones Eccleſiaſticas locum circa cauſas nullum ſortiri: nam ſi hoc F agere quis auderet, Eccleſiaſticam aduerſus immunitatem ſeſe armaret. *cap. fin. de immunitate eccleſiaſtica lib.* 6. Cancer. *part.* 2. *cap.* 2. *de iuriſdictione omnium iudicum num.* 101. Ad quod additur; præſcriptionis, conſuetudiniſque medio quæri, amplamque reddi iuriſdictionem poſſe: *cap. cum contingat,* & ibi Gloſa, & DD. *de foro competen.* Menoc. *conſ.* 2. *num.* 308. Purpurat. *conſil.* 428. G *num.* 20. Bellug. *in ſpeculo Principum rubrica* 22. § *& quia*: vbi diſcrimina, duas inter iuriſdictionem quærendi ſpecies, conſuetudinis ſcilicet, aut præſcriptionis vigore, ponit.

Sed tamen ſi parui ducto Baronum iuſſu, alterius prorogare Iudicis voluerint iuriſdictionem vaſſalli, hæc æquidem efficaciam prorogatio continebit. Surdus *conſ.* 47. *num.* 36. Et ipſorum H hoc in præiudicium, perſonali quemadmodum ſi de actione, allodialiue actum de re fuerit; tali quamuis in euentu Amodeus à Ponte *in dicto tit. qui ſit Iudex in cauſa feudorum num.* 20. adducat, deciſionem fuiſſe illatam; quod minimè alterius prorogare iuriſdictionem allodiali etiam ſi de re tractetur, Domini in præiudicium, permiſſum dicatur ſubdito, & ſi ipſe; cum prorogatio I interueniat, fori allegare declinatoriã, vel remiſſionem expoſcere nullo valeat modo.

Quo autem in caſu feudali vaſſallus de re, ſubiectiſue ad onera bonis ipſum lites agitet in dominum, eo Doctores affirmant prorogationem facere, ſi domini conſenſus haud adſit, vaſſallo nequaquam licitum: *cap. extramiſſa, verſ. de ſæculari feudo, de foro competenti*: ratio k ducitur à Cancer. *tit. de contentione iuriſdictionis num.* 34. Alia namque forma lites illæque feudi res per indirectũ alienationem pati poſſent, quod neutiquam debet permiſſum haberi; per Text. in *l. cum hi, §. ſi cum lex, ff. de tranſaction.* ſi domino attamen cognita exiſteret prorogatio, & ſub ſilentio illam obuolueret, vigorem ineſſe iudicio re-

A putauit. Cancer. *loco citato num.* 37. Enim vero, quo ipſi libuerit in caſu, & inferre contradictionem, & ſuam vaſſallos reuocare ad Curiam poteſt; cum petitionem illum porrigat ad Iudicem, coram quo facta prorogatio fuerit: Marant. *in 6. parte diſtin.* 16. *num.* 26. Quo affirmat in loco nulla ratione, ex quo noſtris hiſce temporibus inueſtituram Barones excipiant vna cum priuilegio primas cognoſcendi, ſecundaſque cauB ſas, ſubditis conceſſum eſſe, vt eorum præiudicio, cum conſenſus haud interſit, alterius prorogare iuriſdictionem præſumant, ac taliter in obſeruatione poni affirmat; quod ſtatim ac Baroni de prorogatione cognitio peruenerit, propriam ſolent ad iuriſdictionem ſubditos reuocare: hoc autem vigorem habet, etiam quod prorogatæ iuriſdictionis coram Iudice inceptum fuerit iudiC cium: illa namque regula, per quam eo aſſeritur in loco terminādum iudicium eſſe, quo & exordium deſumpſit, vim retinet, quando alterius præiudicium iuriſdictioni adduceretur. Decian. *conſ.* 24. *num.* 8. *lib.* 5. Vnde vigorem hæc non includent, ſimplex ſi tantum iuriſdictio Baroni adhæreat, eo nam in caſu prohibitum haudquaquam redditur, quod Regis Curiam vaſſalli adire non D poſſint: Bouadill. *lib.* 2. *polit.* *cap.* 16. *num.* 81. Boer. *deciſ.* 214. Et hoc maximum habebit valorem, ſi vaſſallis impedimentum veheretur, vt recurſum ad ſuperiorem facerent, querelæ ipſum aduerſus Baronem, cauſa. Hondedeus *conſ.* 105. *vol.* 1. Maſtrill. *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 88. *de magiſtratib.* Cuius etiam eſt in aſſertis, nullo Baroni modo permitti, vt, ſubditorum abſque eoquod reE quiratur conſenſus, huiuſmodi, ſaltem in particulari, renunciationem inferant priuilegio, quia iudicium ad paria infertur: per Text. *in cap. qual. dom. feud. prop. priu.* Vincentius de Franch. *deciſ.* 541. *num.* 7. Capic. *deciſ.* 162. *num.* 1. Nec etiam ſi iniquo ſit vaſſallus animo, alteri eius renunciare cauſam illi conuenit, aut delegare: *Franeus dicta deciſ.* 541. Ripa *reſponſ.* 10. *num.* 4. & 6. Bald. F *conſ.* 327. *vol.* 1. Maſtrill. *loco citato num.* 71. Dempto quod vaſſallus, quem euocare Baro contendit, Regios delictum perpatrauerit in officiales. Vincent. de Franch. *deciſ.* 722. Maſtrill. *deciſ.* 147. *num.* 16. *& ſequent.* Quo firmum in loco reliquit hoc illatam modo deciſionem magna in Regia Curia fuiſſe Illuſtrem aduerſus Mohac Comitem 1608. anno, cum quorumdam remiſſionem vaſſallorum quamdam negauerint ob offenſio- G nem Magnæ Curiæ porterio in Caccabi terra ductam, & hac perſtiterunt in ſententia Tappia ad iura Regni Neapol. *tit. vbi de crimine agi oporteret lib.* 3. *num.* 51. Riccius *collect. deciſ.* 1799. Vt æqualiter negari proprij Baronibus vaſſalli remiſſio debet, qui delictum eo patret in loco, in quo & Princeps, & Magna H Regia Curia moram facit: eoquod tunc neutiquam id euenit conceſſum, vt Baro remiſſionem poſcat, nullo in contrarium veniente priuilegio ex diſpoſitione pragmaticæ huius Regni æditæ die 15. Octobris 1539. quę eſt *6. tit. de foro competenti.* Merlinus *controuerſ. forenſ.* 100. Caſtill. *deciſ.* 248. *num.* 3. Cuius in placitis extat, eſſe aduertendum, vt inſpiciatur ſi meri, mixtique conceſſio I Imperij ante, vel poſt pragmaticam fuerit effecta, quæ equidem conſideratio nil vigoris meo retineret iudicio, Principis quoniam dignitatem meditari potius cogimur, eoquod ob crimen vbi ipſe reſidet perpatratum, inſurgit offenſa, quàm Baronale violatum priuilegium.

Cui merum ſecundo, mixtumque adhæreat Imperium Baroni punitionū k deferri commoda certum habetur. Capiblanc. *de Baronib. pragmat.* 8. *nu.* 110. & 277. Freccia *de ſubfeudis in* 13. *authoritate fol.* 208. Ballus *lib.* 4. *quæſt.* 2. *n.* 8. Muta *ſuper capit. Regis Martini num.* 10. *tom.* 3. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 88. Rouitus *in pragmat.* 5. *num.* 2. Seſſe *deciſ.* 77. *num.* 3. Iuriſdictionis eoquod in fructus pœnarum commoda occurrunt. Bartol. *in l. final. ff. ſoluto*

ma-

A *matrimonio.* Aliquid licèt Baronum vaſ-
ſalli Excellentiſſimi in Proregis prag-
maticas perpatraſſent.Ballus *lib.5. prag-
matica 1. tit. 68. num.* 14. *&* 15. Qua
nobis explicat in parte hoc in obſerua-
tione poſitum anno 1573. fuiſſe. The-
ſaur. *deciſ.* 132. Demas tamen ni reſer-
uatis in meri, & mixti imperij conceſ-
ſione reſultaret à criminibus pœna.
Grammat. *conſ.* 6. Nacta *conſ.* 180. Ca-
B pic. *in ſua inueſtit. in verbo cumulat; verſ.
eſt ſciendum, fol. mihi* 127. Francus *deciſ.*
175. Theſaurus *deciſ.* 132. *& deciſ.* 266.
Ballus *loc. cit. n.* 17.

Remiſſionem tertio, applicatas ſibi
circa pœnas facere Baroni conceſſum
venit. Maſtrill. *de indulen num.* 17. De-
cian. *tract. crimin. tit. de obligat. nu.* 94.
Petra *de poteſtate Principis cap.* 8. *nu.*45.
Baiard. ad Clarum *queſt.* 59. *num.* 31.
C Quod ex contrario accidit pecuniaria,
ſi punitio ex crimine deſcendere con-
ſpiciatur : namque illi gratiam inijcere
ſolum ſpectare ad Principem certum
eſt. Ballus *pragmat.* 1. *tit.* 68. *de compo-
ſitionibus num.* 10. *lib.* 5. At pro veritate
videatur *cap. Regis Alphonſi* 492. Hu-
iuſmodi vbi facultas exceptis præter-
quam in criminibus euenit permiſſa:
Caroli Quinti,etiam conſideretur prag-
D mat. per quam in Proreges etiam pro-
hibitio diffluit, ne gratiam in delictis
tribuant, eoque corporalis in loco pœ-
na imponitur. qua de cauſa dicendum
puto: Iſtam Caroli Quinti pragmati-
cam, velut *dicto cap. Regis Alphonſi* po-
ſteriorem poni in obſeruatione debe-
re.

Baroni, quarto, non vetatur, vt cau-
ſæ, quæ ipſum inter, ſubditumque ver-
E ſatur cognitionem alteri neutiquam
ſubdito, vel alia forma ſuſpecto ad fi-
nem imponendum velit delegatam; hu-
ius eoquod generis delegatus, nullo
velut ſuſpectus allegari modo valet
Marcus Anton. de Amat. *deciſ.*14.*n.*12.
Vbi eius ex aſſerto habemus nullam à
ſuſpecto in cognoſcendo adduci in de-
legando ſuſpicionem poſſe: ex doctri-
na Caſtren. & Dec. *in l. Prætor ff. de
iudicijs*. Qui hoc vigorem includere F
intelligunt, ſi in perſona, quæ non ſub-
dita, confecta delegatio fuerit. Bero.
conſil. 16. *vol.* 3. Menoch. *de reſtituend.
poſſeſſ. remed* 3. *num.* 365. *& de arbitr.
caſu* 458. *num.*19. Quia ſuſpectus æqua-
li præſumeretur forma, vt notauit An-
ton. Alber. *in l. nec capiam, ff. de iu-
riſdictione omnium iudic.* & ibi Iaſon *n.*4.
In ſubdito affirmans, qui ſeſe reddide-
rit ſubmiſſus Superior, ſuſpicionis vſ- G
que cauſam reperiri, talem namque mi-
nimè ſubmiſſionem reddit permiſſam,
nec vllus ineſſet valor ſententiæ; Regu-
la enim habetur nulla domino concedi
forma, vt propria Iudex in cauſa exi-
ſtat: taliter vt, ſubditus nudi reſpectu
exercitij iuriſdictionis valet repelli; vt
dixit Abb. *in cap.* 2. *vt lite non conteſta-
ta num.* 8. & eſt Text. *in l. vnica*, vbi Io.
Faber C. *ne quis in ſua cauſa, & in l. qui* H
iuriſdictioni, ff. de iuriſdictione omn. iudic.
Caſſan. *in conſuetud. Burgund. §.4. rub.* 1.
fol. 38. *col.* 1. Huiuſmodi niſi, domini
in fauorem conſuetudo adeſſet, pro-
pria ſcilicet, vt in cauſa cognoſcere li-
citum ipſi eſſet, tali eoquod vigorem
inhærere conſuetudini aſſeruit. Bald.
in l. 2. *de ſentent. quæ ſine certa quantit.*
Alexand. *in apoſtill. ad Bartol. in l. alius,
in §. belliſſime, ff. quod vi, aut clam.* Aut I
etiam ſi ordinarius iudicia inferret ex
aſſeſſoris iuriſperiti conſilio Iudex, vt
probatum voluit Ioann. de Saccar.
in comm. Petri Alber. cap. ſi aliquis à n. 9.
vſque ad num. 15. *pag.* 450. Criminali-
bus atenim in cauſis nulla conueniens
eſt forma Baroni, vt vaſſallum aduer-
ſus ſibi illatis iudicet pro offenſis, vt
ſcripta reliquere DD. *in dicta l. qui iu-
riſdictioni, ff. de iuriſdictione omn. iudicū.*
Quo ampliationem in loco infert, hoc K
procedere, & ſi oppoſito à parte non
adducatur: ipſo ſibi ſuſpectum iure do-
minum eſſe; Ius etenim cum aliquem
quacumque ſuſpectum in cauſa reddit,
lata nil efficaciæ retinet ſententia, quā-
uis nullum ex parte impedimentum
ponatur; vt per Iaſonem *in dicta l. qui
iuriſdictioni num.* 8. Alberic. Ruinus,
conſ.

Digitized by Google

A *conſil.* 30. Subiungit etiam, quod, licèt
iniuria alij non ſit adducta, niſi, ex Ca-
ſtri dominis vni, relinqui iudicium per-
tractare minimè poſſunt; ex domino-
rum namque ſocietate, ſuſpicionem
aduehi certum eſt: tali vnde in caſu ex-
preſſa vaſſalli neutiquam recuſatio re-
quiritur, vt per ſuperiùs dicta aſſeruit
Cabal. *reſolut. crimin. caſu* 128. Trige-
ſimoprimò quamquam in cõſilio hu-
B iuſmodi dominos pro ſuſpectis à iure
non taliter demonſtrari aſſerat, vt in
tradita ipſi cauſa valeat iuriſdictio au-
ferri: at exindè ſuſpicionem ſolum de-
uenire, quæ, cum nullum pars obicem
inducat iuriſdictionem, ſicut in eo qui
propriã ius dicere circa offenſam vel-
let, haudquaquam deſtruit.

Banna, quinto, annonæ caritatis tẽ-
pore Baronibus non prohibetur depro-
mere, ſua ne victualia ex dictione de-
C ducantur; argumenta Text. *in l. Præſes
C. de ſeruit. & aqua.* Gloſ. *in l. ſi quis
poſt, C. de ædific. priuat. l. prima, & 2. C.
quæ res exportari non poſſunt. l. 2. & 4. C.
de commerc. & mercat.* Honded. *conſ.* 108.
num. 15. Surdus *conſ.* 210. *num.* 9. *lib.* 2.
Petra *de poteſtat. Principis cap.* 15. *num.* 7.
Capiblanc. *de Baron. pragmatica prima,
num.* 176. Huius autem facultas generis
D limitationem in Regno ſortita eſt per
pragmaticam Illuſt. Marchionis de los
Veles, Panormi æditam ſub die 10.
Octobris 15. Indic. 1646. Cuius vigo-
rẽ Ciuitatum, Terrarumque officiali-
bus redditur vetitum, ne banna ædant,
frumentorum ex quibus extractio pro-
prijs ex territorijs prohibetur, ac etiam
ſequeſtrationem facere non permitti-
tur; quod ſi anteponi Vniuerſitas in vi-
ctualium proprio collectorum in terri-
E torio venditione contenderet, quatuor
inter dierum ſpatium, ex emptionis die
ab extero confectæ id agere compelli-
tur: vt conſtat ex §. 17. *eiuſdem pragm.
tit. de ſemine.* Hæc autem iuri gentium
pragmatica congrua exiſtit, quia ni-
mirum quilibet poteſtatem retineat, vt
ſuis & adminiſtrationem de rebus, &
quocumque libuerit, ductionem face-
re valeat. DD. *in l. ex hoc iure, ff. de* F
iuſtitia, & iure. Nacta *conſ.* 662. *l. ne-
mo, ff. de iudic.* Hieronymus de Lauren.
deciſ. 40. *num.* 3. Hæc autem prælatio
illo Vniuerſitati conceſſa euenit in ca-
ſu, ſi ex proprio originaliter territorio
extraherentur: nam vigorem tunc non
retinet, ſi dictam per tranſitum peruo-
nerint ad partem, tale quoniam ſtatu-
tum eos neutiquam vult compræhen-
ſum, qui itineris neceſſitate illàc pro- G
gredi cogeretur: vt notatum fuit ex
Iaſon. & alijs *in l. cætera, §. ſed & ſi quis
ad opus, ff. de Legatis* 1.

Sexto, permiſſum etiam Baronibus
dicitur, vt ſubditis, propria ex facul-
tate, interdicant, ſuis ne aquam ex flu-
minibus ad irrigandam terram tradu-
cant. Franchus *deciſ.* 183. *num.* 2. per
Text. *in l. vſum aquæ, C. de aqua ductu,
lib.* 11. Boerius *deciſ.* 128. Atenim ſi H
vaſſalli ex longi præſcriptione tempo-
ris, & conſuetudinis vi poteſtatem ob-
tinuiſſent, vt, cum nulla ex dominis
habita fuerit copia, ex flumine vnda
ſumeretur, circa hoc equidem inijcere
prohibitiones, neutiquam Barones va-
lent. Franchus *loco citato.* Burſaticus
conſ. 41. *num.* 15. Surdus *conſil.* 230.
num. 16.

Nulla, ſeptimo, Baronibus vetitum I
forma conſpicitur, præcipuè ſi merum
inſit, mixtumque Imperium, vt, & le-
ges inijciant, ac ædicta. Angel. *in l. im-
perium, ff. de iuriſdictione omnium Iudic.*
per Text. *in l. non ambigitur, ff. de legib.*
Cum perpetuo temporis ſpatio in per-
petuos, & Rectores conſtituti, & Iudi-
ces ſint: vt explicatum fuit ex Bartolo
in l. ex hoc iure, ff. de iuſtitia, & iure.
Nacta *conſ.* 240. *num.* 5. de Ponte *in* K
*tract. de poteſtate Proregis tit. de promiſſio.
fieri ſolit.* §. 3. *num.* 30. Quo ipſius ex
aſſertis in loco habemus; quod, cum
de iuriſdictione ſit conceſſio, cuncta
rectam ad ipſius adminiſtrationem ſpe-
ctantia tributa reputentur; per Textum
in l. 2. *ff. de iuriſdictione omnium Iudic.*
Simplicem quamuis Baronum facultati
iuriſdictionem inhærere certum ſit, Ia-
cobin.

A cobini de Sancto Georgio *de feudis, in verbo, & cum mero, & mixto Imperio.* Soccin. Iunior *conſ. 76. num. 21. vol. 3.* Suarez *de legibus lib. 3. cap. 9. num. 5.* Fœminco quamuis in ſexu habeantur conſtituti. Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 4. cap. 18. num. 2. in fine.* Huiuſmodi autem leges, & quæ particularia exiſtunt, ſtatuta, proprium circa territorium, & ſubditos vigorem obtinere conſpiciuntur: vt per Bartol. *in l. omnes populi, n. 8.* B *de iuſtitia, & iure,* allegat Tex. *in cap. 2. de maioritate, & obedientia, & in cap. 2. de conſtitut. lib. 6.* In eo attamen veritas perſiſtit: ex his Principi inferioribus, nullas inter ſubditos condi leges valere, communi quæ aliquid iuri derogare, ac proprio inſurgere præiudicio, ſubiecti videantur; quatenim facultas inferiori ineſt, vt ſuperioris leges dælere queat C *l. minor autem magiſtratus, ff. de minoribus, l. formam, C. de officio Præfecti Prætor. l. hæcque neceſſario, C. de nouo Codice componendo, cap. cum inferior de maiorit. & obedien.* Lopez *parte 2. tit. 13. l. 22. gloſ. 7.*

Armorum ſexto, prohibitam reddere delationem proprio Barones in territorio valent. Bouadill. *lib. 1. politicor. cap. 3. num. 99. & lib. 2. cap. 16.* Anton. de Ballis *tract. crimin. quæſt. 3. num. 50.* D Præcipuè ſi æqua, vt ſcandalum, ac ſeditio euitaretur cauſa interueniret; iuxta quæ tradidit Crauett. *conſ. 314. per tot.* Beccian. *conſil. 4. num. 3.* Et hoc vigorem habere dixit Cancer. *variarum reſolut. parte 2. cap. 2. de iuriſdict. omnium Iudicum de foro competenti.* Duo licèt domini exiſterent, quorum alteri ciuilis adeſſet iuriſdictio, alteri verò criminalis; E primus namque iuuamen poſteriori afferre pro punitionis adiectione videtur. Idem Cancer. *num. 207.* Capic. *deciſ. 27. num. 29.* de dilatione autem conceſſionem facere prohibitum illis redditur: per *Pragmaticam primam titul. 41. fol. 248.*

Iuriſdictionis, nono, intuitu poteſtas Baronibus ineſt, vt Vniuerſitatis adminiſtratores ad computum de publicæ adminiſtratione pecuniæ reddant. Vincentius de Franchis *deciſ. 43.* Bouadil. F *dicto cap. 6. num. 50. lib. 2. politic.* Guid. Papa *deciſ. 361. num. 29.* Dempto quod contraria exiſteret ex parte conſuetudo. Crauet. *conſ. 238. n. 4.* Maſtrill. *dicto lib. 4. cap. 16. n. 134.*

Pœnalia, decimo, permittitur Baronibus illos aduerſus conſtituere, qui ſuis damnum inferant in terris, & prædicta cum interuenit cauſa, camperios, G vt territorij deſumant cuſtodiam, præfigere. Surd. *conſ. 210. num. 13. lib. 2.* Nacta *conſ. 556.* Brunus *conſ. 29. lib. 1.* Freccia *de ſubfeudis lib. 2. authoritate 46.* Crauett. *conſ. 414.* Punitionis attamen ſumma auguſtale nullo excedere modo valet. *per conſtitut. Regni item ſtatuimus, in tit. de officio baiuli.* Couar. *pract. quæſt. cap. 37. & 38.* Maſtrill. *dicto cap. 18. num. 67.* notatum autem voluit Brunus *conſ.* H *189. lib. 2.* Proclamata, quæ Baronum efficiuntur opera, aliquo in iudicatum tempore neutiquam commigrare, ducit Textum optimum, vbi Bartolus, & alij *in l. proclama, C. comminat. epiſt. proclam.* Ioann. Monac. *in cap. 1. de appellat. in 6.*

Baronibus, vndecimo, tàm quibus merum, & mixtum imperium, quàm quibus ſimplex inhæret iuriſdictio, per- I miſſum, vt ſubordinatus proprijs in baronijs, ſubiectiſque officiales conſtituãt locis: vt dixerunt DD. à Maſtrill. ducti *in dicto lib. 4. cap. 17. num. 1.* Demaniali quamuis in Ciuitate, & vbi moram Princeps facit, ipſe perſiſtat, illiuſque licèt, & conſenſus, & licentia, minimè interueniat, iuriſdictionis eo quod actum neutiquam importat. Maſtrill. *lib. 4. cap. 17. num. 204.* Talis quo- K niam creatio, vel officialium conſtitutio iuriſdictionis habetur fructus: Senatum verò, vel Tribunal, quia hoc ſupremam ſpectans eſt ad Principis facultatem, minimè valent exigere. Theſaurus *deciſ. 15.* Bouadill. *lib. 2. politici cap. 16.* officialium nam, vel magiſtratuum creatio ipſamet exiſtit iuriſdictio: vt dixit Maſtrill. ex Baldi doctrina

loco

A *loco citato num.* 4. Veri etenim fructus,
commodumque dominij officiales de-
ligendi poteſtas dicitur. Felin. *in cap.*
cum olim num. 2. *de maioritate, & obedien.*
Taliter vt eiſdem præcepta inijcere of-
ficialibus valet, aliqua ne ſe immiſceāt
in cauſa. Cancer. *variar. reſolut. cap.* 13.
num. 276. Fontanell. *de pact. nuptialib.*
clauſula 4. *gloſ.* 10. *parte* 1. *num.* 155.
Maſtrill. *loco citato num.* 15. Qui reſpon-
B ſum affert Capiblanc. *de Baron. prag.* 6.
num. 46. Contraria dum perſiſtit in
opinione: huiuſmodi autem officiales
cū adhuc perdurare adminiſtratio con-
ſpiciatur, nulla reuocare forma Baroni
permittitur. Bouadil. *dicto lib.* 2. *cap.* 15.
fallen. 42. Nec aliquo electionem face-
re, aut ſubſtitutionem ad libitum mo-
do conceditur, at annuum peragere
curſum debent. Vincent. de Franchis
C *deciſ.* 409. *in princip.* Maſtril. *deciſ.* 188.
num. 7. Bouadil. *loco citato num.* 206.
& primus *de magiſtrat. loco ſupra citato.*
num. 41. Quod ſi Baro merum, mixtum-
tumque haudquaquam Imperium, ſed
ſimplicem ſolummodo retineret iuriſ-
dictionem proprios aduerſus officiales,
& proceſſum circa delicta per ipſos
perpatrata poteſt efformare, ac inqui-
ſitionem ante inſtituere; poſtquam au-
D rem probatio fuerit effecta, valet ad
carcerationem procedere. Huiuſmodi
licèt cauſæ cognitio magnam debeat
ad Regiam Curiam ſpectare. Maſtril.
deciſ. 287. *num.* 188. *& de magiſtrat. loco*
citato num. 45. Tali de cauſa ſummā in
officialium electione curare vigilantia
compelluntur, vt illos deligant, quos
& iuſtitiæ integritate præclaros, & pru-
dentiæ conſpexerit moderamine: nulla
E etenim maior reputari æquitas debet,
quàm probis iuſtitiæ adminiſtrationem
hominibus velle commiſſam. per Tex.
in cap. væ vobis 11. *quæſt.* 3. Qui magi-
ſtratum namque præbet eadem conſpi-
citur agere. *l. quidem, ff. de re iudicata.*
Bellugo *in ſpeculo Principum rubric.* 35.
Maſtrill. *loco citato à num.* 38. Officia-
lium verò conſtitutio eo effici à Barone
in loco valet, quo moram Princeps du-
cere videatur, ipſius quamuis facultas F
minimè interſit, contentioſæ nam actus
iuriſdictionis neutiquam appellatur. *l.*
obſeruare, §. poſt hoc, ff. de officio Proconſ.
Beltran. *conſ.* 170. *num.* 4. *lib.* 3. & hoc in
obſeruatione poni modo teſtatur. Ma-
ſtrill. *loco citato num.* 205. Quo parita-
tem in loco affert, quemadmodū cau-
ſam alicui velle delegatam aliaque nec
partis citationem, cauſæ nec non co-
gnitionem haud requirentia, perpatra- G
re poteſt: adducitque Cancer. *in dicto*
lib. 3. *cap.* 13. *num.* 298. *cum ſequent.* &
Petrum Fontanel. *dicta clauſul.* 4. *gloſ.* 10.
parte prima num. 107. *& ſequent.* Hanc
verò electionem, Generalis qui ſit, per
Procuratoris, Gubernatoriſque operam
confici non dedecet, cum ſpeciale atta-
men ipſius mandatum Baronis interue-
nire ambiguum non exter.

Baronibus, duodecimo, conceſſum H
habetur, vt cauſas, quæ pragmaticæ
ſunt de iure ſummariè cognoſcendæ,
ſummariè perſcrutentur: hi namque
actus ordinariæ potiùs exequutio iuriſ-
dictionis, quàm delegatio appellatur:
vt *in l. final. ff. quis, & à quo appell.* DD.
in cap. licet in corrigendis, de officio ordin.
Gloſ. *in clement. prima de iure patronatus.*
Vbi explicatur, quod ſi mandatum ali-
cui tribuitur, vt quidquam certa exe- I
quatur ſub forma, & hic, licèt manda-
tum, non interſit, id poterit perpatra-
re, ac illa commiſſa ratione fecit; vi-
gorem actus retinet, dempto quod Ba-
ronis in commiſſione fuiſſet iniectum,
(*authoritate noſtra cognoſcas.*) Illo nam
in caſu delegationem includeret, vt in
cap. cum aliquibus de reſcriptis in 6. Ni ta-
men è contra ex alijs verbis, quæ appo-
nerentur, clarum fieret, quod ordinari K
iuriſdictionem Iudicis voluerit excitari
ſi ſcilicet dixiſſet: *Veſtram Iudicis ordi-*
nary iuriſdictionem excitantes: aut etiam
explicaſſet: *Vos, vt æquum eſt, geretis*:
vt in capit. ſicut vnire de exceſſib. Prælat.
Afflict. *in conſtit. authorit. rubr. de ſummar.*
cognit. n. 3. *fol.* 198. *à tergo.*

Valent decimotertio, Barones, con-
ſuetudinis ſaltem ex vigore, Baronalia,
pro-

A propria ex authoritate iura exigere, cui equidem conſuetudini efficaciam ineſſe affirmauit. Nacta *conſil.* 274. *num.* 2. Decius *in l. qui iuriſdictioni num.* 20. *fallen.* 7. *de iuriſdictione omnium Iudicum.* Bouadil. *lib.* 2. *politic. cap.* 16. *num.* 164. *in fine* Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 32. Quemadmodum idem ab Epiſcopis in cenſuum Eccleſiæ ſuæ decimarumque exactione eſt in obſeruatione poſitum. Bald. *in l. unica, verſ.* B *iuxta prædicta quæro, C. ne quis in ſua cauſa iudic.* Abb. *in cap. cum non liceat* 21. vbi Felinus *n.* 7. *de reſcr.* Maſtril. *dec.* 234. *num.* 31. *p.* 3.

Facultatem, decimoquarto, Baronibus inhærere, iuxta Boërij *in deciſione* 9. ſententiam certum eſt, vt cum proprijs, tum Regijs ſeruientibus, qui proprio delicta perpatrare in territorio audeant, C punitionem inferant authorit. Guidoni Papæ *quæſt.* 226. & Cyni *in authen. qua in prouincia col. vltima. verſ. vltim.* per Textum *in l. item, C. vbi de crimine agi oportet*, eaque in parte per Petrum de Bella Pertic. Cuius eſt in aſſertis, ordinario permiſſum Iudici, ſiue Principis delegatum, propria qui in dictione crimen committere non erubeſcat, ſubire pœnam cogat. Textus legat *in l.* 2. & D ibi Lucam de Penna *C. de decuris aduocatorum lib.* 12. & §. *quod ſi delinquens, authen. de mandatis Principum*; talemque affirmat in Bartoli placitis extare ſententiam *in l. officiales, C. de officio rect. Prouinciæ*, dicentis animaduertendum eſſe, illius ex legis diſpoſitione minimè nequaquam Iudici prohiberi, vt malorum officialem, qui ſuo ſceleſtis in territorio patret, valeat punitionis corrigere E flagello, cum hoc tamen maiori notum reddi curet; at enim illud limitationem in Regis exciple ſeruiente, qui ſuo delinquat in officio: tali quoniam in caſu proprio ille remitti debet Iudici. *l. de militibus, C. de cohortal. rebrumo* Quid autem agere Baron conueniat, ſi proprij decimauerint ex æquitate officiales? inſpice *deciſ.* 189. Maſtrill. qui 20. *in num.* punitionem aſſerit in illum

infligere ad Magnam Regiam Curiam F ſpectare: & clarius 147. *in deciſ. num.* 24. Id autem vigorem continet, ſi merum, mixtumque Baroni imperium minimè fuerit traditum; nam ex aduerſo accidit ſi poſſideret: vt *de magiſtr. lib.* 4. *c.* 16. *n.* 42. ſcriptum reliquit.

Non vetatur, decimoquinto, Baronibus, vt appellationum Iudicem ex velint conſtitutum ex cauſa, ciuilibus quod tam de negotijs, quam criminalibus propriam qui pertinere ad iu- G riſdictionem conſpiciuntur, iudicia ferant: & quæ primæ ſunt appellationis, cognoſcant, appellatiſque deciſionem litibus inferant; dempto quod magna eo in loco Curia reperiretur, ad illam eo quod omnem commigrare appellationem oportet: vt ex Regis Alphonſi *cap.* 147. *rubr. de appellat.* in terra Prælati, & Baronis, conſtat. Adde quod H cauſis, merum ſi, mixtumque illis fuerit conceſſum imperium, decem ab vnciarum ſumma, vel circa poſſunt, via reuiſionis, finem adducere: huiuſmodi licet ex reuiſionis, appellationiſque ſententia Magnam haberi ad Regiam Curiam recurſus valeat: vt extat diſpoſitio *in cap. Regni Reg. Alphonſi* 143. Cui ſeſe adnectit authoritas Nicolai Intriglioli *de feudis centuria* 1. *num.* 4. *artic.* 79. I Secundis autem de cauſis, appellationis medio, nullitatis, aliaque cognitione formâ nullo conceſſo modo ipſis videbuntur. Quod illas enim ſeſe verſare ſoli Principi, Magnæque Regiæ Curiæ communi conſenſu de iure, vt eſt aſſertum Iacobi Butrettij *conſ.* 3. *num.* 1. *vol.* 1. Petrus de Gregorio *de conceſſ. feudorum parte* 7. *quæſt.* 1. *verſ. tertio intelligo.* Quo ad addere in loco placet; quod cum K certa alicui de Caſtro fuerit, aut Ciuitate, mero ſimul, & cum mixto imperio, omnique iuriſdictione conceſſio, de primis facultatem in cauſis, vel iudicijs tribuiſſe intelligitur, nequaquam vero de ſecundis: dempto quod expreſſa iſtud ratione fuerit adductum. Intriglioli *loco citato num.* 30. & 31. Huiuſmodi ſedenim conceſſioni, vt de-

A ſecundis nimirum cauſis cognoſcere, Barones valeant, tamquam cui incongruo reputauit Intrigliol. *num.36.* Poſſe reuocationem inferri, nec aliqua ſucceſſor in Regno ratione compellitur, illam ratam habere: eoquod aliter ad Regum ſimilitudinem proprio Barones in territorio tributam exercerent facultatem; ſi eis priuatè ipſum quo ad Regem magnamque Regiam Curiam merum, mixtumque dari toleraret imperium B dominator. Regiæ adde quod læſio coronæ veheretur, & Reipublicæ ſtatus malè ſeſe haberet. Petrus de Gregorio *in tract. prædicto par.7. quæſt.7. verſ. tertio intelligo, & parte 1. quæſt.7. verſ. ſecundo limito.* Afflict. *in conſtit. Regni in prælud. quæſt. 4. ſub num. 9.* Reuiſionis etenim remedium extraordinariũ extat, ac ex Principis humanitate conceſſum venit: ad ipſum namque ſolum, C velut de Regalijs, hoc in ſupremæ demonſtrationem poteſtatis, ac præeminentiæ reſeruatæ ſpectat. Giurba *deciſ.* 35. *num.3.* Maſtrill. *dicto cap.16. ampliat. 6. num.85. cum ſequent. par.2. lib.4. fol.77.* Marius Muta *in pragm. Regn. Sicil. tit.69. num.12.* Cumia *ſuper rit. cap. 43. n.15. & ſeq.*

Quamuis, decimoſexto, Baronibus cæteriſque feudatarijs haudequidem D competat, vt prohibitionem, ac bannum circum victualia in lucem promant: ne de illis ſcilicet venditio alijs efficiatur, quàm ſibi: vt fuit explicatum ex Cancer. *variar. reſolut. lib. 3. cap.13. num.256. cum ſequent.* & Maſtrill. *dicto lib.4. cap.18. num. 40. cum ſequent.* Ipſis attamen poteſtas ineſt, vt prælati, cum ſimiles committuntur venditiones, ſint: aliud quoniam prohibitionem inijcere, E ne cum alijs, quàm ſecum ſubditi venditiones agitent, aliud, vt venditis illis rebus anteponantur: quæ namque ſubſequuta venditio fuit, nulla prælatione forma excludit. Capiblanc. *de Baronib. pragmat. 1. num.173.* Petrus de Gregor. *de conceſſ. feudor. parte 7. quæſt.6. nu.10.* Freccia *de ſubfeudis parte 2. authorit. 38.* Boer. *deciſ.* 107. Maſtrill. *dicto lib. 4. cap.18. num. 38.* Muta *loco citat. num.6.* F Nouar. *de grauamin. vaſſall. grauam.19. num.34.* Anteferri etiam debent, cum de ſtabilibus confici à vaſſallis locationes conſpiciuntur. Tiraquel. *de retract. in præfat. n.15.*

Et ſi decimoſeptimo minimè fiſcus Baronibus tribuatur ad tradita per Baldum *in rubr. de priuileg. fiſcal. & in l. 1. C. de hæreditate, vel actione vendit.* Capiblanc. *ſuper pragmat. 8. parte 1. n.223.* G *de authoritate Baronum.* Cutell. *de donat. inter patrem, & filium, in appendice ad partem ſextam 2. diſcurſus 1. tractationis num.16. fol. mihi 251. vol.1.* Aerarium attamen, & fiſci coadiutorem valent continere: vt explicauit de Ponte *de poteſtate Proregis tit.1. §.4. num.64. fol.22.* Et permiſſo illis non vetatur in caſu, vt confiſcationes, Regius ac ſi eſſent fiſcus, faciant: vt ſcriptum reliquit Muta *ſu-* H *per cap. 35. Regni Regis Iacobi num. 44.* Qua firmum in parte conſtituit; conceſſum Baronibus, alijſque feudatarijs, qui ius publicandi, & confiſcationem faciendi habent, eſſe, vt quotam, quæ fiſco debet applicari, ſuo conſequãtur, ac ſi Regius eſſent fiſcus, emolumento: vt idem Cumia *de feudis in cap. ſi aliquẽ, in verbo mortis num.52. & 53.* Qui affirmat confiſcationis ius valere Baronibus I à Rege tribui: ex Afflicti authoritate *in conſtit. ſi quando. num. 7.* per Textum *in l. prima, C. ne ſine iuſſu Principis.* Capicius *deciſ.130. num.40.* Freccia *de ſubfeud. lib.2. authorit.13. in fine.* Regio licèt fiſco de pœna fuiſſet in contrauentionibus, applicatio facta. Nacta *conſil.* 129. per Text. *in cap. Imperialem, §. illud, de prohibita feudi alienat. per Federic.* K Theſaur. *deciſ.132. num.1. circa medium.* Rouitus *in pragmat.5. tit. de adminiſtrat. vniuerſit. num.2. in fine.* Vbi notum fecit, hoc in dies modo haberi obſeruationem, cum nullum aduerſa impedimentum ex parte Follerij ponat doctrinæ; dum aſſerit præuentioni Magnæ Regiæ Curiæ locum eſſe, maximè namque contraria exiſtunt, quæ Idem in ſua practica criminali, *in verbo, audiantur excuſatores*

ſatores

A *fatetur num.* 132. Franchus *dec.* 134. Qui
hoc vigorem dicit includere, Proregis
quamquam banna meri poſtquam, mix-
tique iniecta conceſſio imperij fuerit, in
lucem edantur; explicatos attamen ex
iure caſus demas; vt ſunt læſæ crimen
Maieſtatis rebellionis, &c. Princeps
etenim cum de mero, & mixto impe-
rio conceſſionem facit iuriſdictione ſe-
ſe, atque emolumentis ex voluntate
B priuat. Crauett. *conſ.* 118. Afflict. *deciſ.*
282. *in fine.* Boer. *deciſ.* 264. *num.* 7.
Theſaur. *in dicta deciſ.* 232. *num.* 2. *in
principio*: rationem affert Muta *loco cita-
to num.* 11. Ipſi eoquod Barones iam
compelluntur, huiuſmodi vt banna ſor-
tiri obſeruationem incumbant; allegat
Rouit. Crauett. & Freccia *de ſubfeudis,
authorit.* 18. *lib.* 2. Illo præcipuè in caſu,
quo omni modo conceſſio cum iuriſdi-
C ctione ſit effecta; vt loquitur Surdus
conſ. 152. *num.* 7. *lib.* 2. Quod cuncti ſci-
licet, qui haberi fructus poſſunt, ad
ipſos attineant, ac tali forma pœnarum,
multarumque commoda, regalia licèt
inter adnumerentur ipſius tamen fru-
ctus iuriſdictionis dicuntur. Bartolus
in l. finali, ff. ſoluto matrimonio. Surdus
dicto conſ. 152. *& conſ.* 53. *& 83. lib.* 1.
num. 10. *&* 11. & alij penes eumdem
D Muta *loco citato num.* 11. ducta vero in-
telligit Idem *num.* 85. Vim illo include-
re in caſu, quo iuriſdictionis fructus ex
delicto, commune quod aduerſus ius
fuerit perpatratum, conſurgit, contra-
rium nam eueniret, ſi non ex commu-
ni deſcenderet crimine: qua forma
explicationem inferri de ordinariæ iu-
riſdictionis fructibus; ac meri, mixti-
que imperij, de alio non autem domi-
E nio debere aſſerit: ex Doctorum au-
thoritate, qui ea per ipſum ducuntur
in parte.

Merum, decimo octauo, & mixtum
quibus ineſt imperium, Barones, ſuc-
ceſſionem vacantibus in vaſſallorum
bonis obtinent: vt dixi *in* 3. *cap. de Re-
galijs num.* 7. excepto quod alia con-
ſuetudinis vis incedere illos forma co-
geret. Guidon Papa *deciſ.* 312. Baldus
in l. 1. *C. de hæredibus decurionum*; hoc F
autem iuxta Marij Muta doctrinam in
cap. Regis Martini 10. *tom.* 3. *num.* 48.
Feudalia circa bona, vel alia, quæ ipſo
ex Barone domini haberent, vel exce-
perint intelligi oportet: aut etiam quo
in caſu ex Regis priuilegio motu pro-
prio tributo Baro retineret, vt in ſuc-
ceſſionem veniret: tali eoquod in euen-
tu ipſi, Regio non autem fiſco ſucceſ-
ſio, allodialia etiam quoad bona con- G
ceditur. Adducit Afflict. *in conſtit. doa-
na Secreti.* per Text. *in l. prima, & l. ſi
vacantia, C. de bonis vacant, lib.* 10.

Valent, decimonono, Barones loca-
tionem de meri, mixtique imperij fru-
ctibus efficere, quemadmodum obſer-
uatio per dies in Regno exiſtit, Baro-
nes, Comites, Duceſque, &c. Inga-
bellationem proprios circa ſtatus, terri-
toria, & feuda inieciſſe, ac affictare H
merum, mixtumque affictatoribus ſo-
lent imperium: vt dixit Muta *loco citato
nu.* 49. Tales nam contractus nullo veti-
tos modo eſſe affirmat *in cap.* 443. *Regis
Alphonſi.* Iuriſdictionem, eoquod ſta-
bilium, mobiliumque nomine aſſerit
compræhendi: vt per Cumiam *tract. de
ſyndicatu cap.* 9. *num.* 20. Quemadmodū
autem ingabellationem facere; pari &
pignorationem forma poſſunt: ſed enim I
ipſemet Muta Panormi *ſuper conſuetud.
cap.* 55. *num.* 2. ſcriptum reliquit: quòd,
licèt per ingabellationem alicui tribu-
tum caſtrum fuerit, ac dominus id re-
mittere, nil ſibi reſeruando, affirmaue-
rit, non ex eo tamen merum, mixtum-
que venire imperium dicitur; & quæ
occurrit ratio eſt; quia cum inter rega-
lia ſit, ſi expreſſa non adeſt dominato-
ris licentia, de illo fieri neutiquam alie- K
natio poteſt; quod tunc præcipuè acci-
dit, ſi quando ſit ingabellatio, genera-
lia verba, quæ merum, mixtumque
compræhendere imperium minimè va-
lent, fuiſſent conſtituta: quidquid ve-
rò ſit in cauſa, conſuetudo in Regno
permanet, vt proprijs de Baronijs, me-
ro ſimul cum mixto imperio, nulla quã-
uis Proregis interſit facultas, affictatio-
nem faciant.

A Valet vigeſimo, Baro, primus vt ciuis demanialibus in territorijs vſum, proprijs cum animalibus paſcua deſumendi, ac cæteris, quæ de vniuerſitate vaſſalli adhibent, vtendi, habere. Auendagn. *de exequend. mandat. lib. 1. cap. 4. num. 25.* Couarru. *pract. quæſt cap. 37.* Id moderata attamen forma, & vllo abſque exceſſu agere debent, eoquod ſi alio quidquam committeretur modo,
B paſcuorum inſurgeret depopulatio; & tali de cauſa terminum Iudicis excipere ex diſpoſitione quantitas debet, aut locorum ex conſuetudine præfigi: vt adnotatum fuit ex Alberic. *in l. Imper. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. & in l. in tantum, §. vniuerſitatis, ff. de rerum diuiſion.* ad quæ conueniunt Baldi ſcripta *in l. manifeſtè, C. de ſeruit.* quo affirmat in loco: vſu paſcua deſumentem publico
C taliter, vt aliorum depereat commodum valere à Iudice compelli, vt ſua vtatur pro rata; & ſocios inter, vicinoſque moderata ſeruetur æqualitas, quod probationem excipit *in l. in ſumma, §. final.* & ibi Paulus *ff. de aqua pluuia arcenda*: Hanc autem ratam illo deſignari intuitu debet, quo cuiuſcunque propinqui cultoris neceſſitas conſideretur. Albericus *in dicta l. in tantum, §. vni-*
D *uerſitatis*. Ripa *reſponſ. 22. tit. de legib. & conſuetud.* Caſſaneus *in conſuet. Burg. rubric. 13. §. 2. num. 26.* Bertrand. *conſ. 1. num. 12. part. 3.* Auendagn. *loco ſup. cit. verſ. illud autem*. De hoc atenim Baronali iure, alteri Baro locationem facere, aut venditionem haudquaquam potens eſt, nec aliqua locatum ratione dicitur, ſi Baroniæ cum facta locatio fuerit, illa præfixa conſpiciantur verba:
E *Cum iuriſdictione, iuribus, & introitibus, pro ut ipſe, aut Baro tenet, & poſſidet.* Hic eo quia vſus Baroni haudequidem vt domino traditur, ſed vt ciui, à Ponte *de poteſtate Proregis tit. 3. §. 2. num. 9.* Et quemadmodum ciues exteris minimè venditionem de hoc facere, aut ad locandum ſumere poſſunt, pari Baroni prohibitum forma exiſtit. per Textum *in §. 1. inſtitut. de vſu, & habitatione*, vbi: *Nec vlli alij ius, quod habet, aut ven-* F
dere, aut gratis concedere poteſt. à Ponte *loco ſupra citato num. 11.* Iſtud etenim Baronale ius vti ciui, ſicut fuit explicatum, Baroni adhæret, & hac de cauſa, tanquam talis omnibus, & priuilegijs, & iuribus, quæ cæteris veniunt conceſſa ciuibus, frui valet; quod non ſolum demanialibus illius Vniuerſitatis, alienis verum etiam in territorijs, in quibus Vniuerſitati, eiuſque ciuibus pa- G
ſcendi ius videtur permiſſum: agere valet; vt fuit notatum ex Paride de Puteo *de ſyndicatu, in verbo, ſtatutum Ciuitatis*, loquens de ciue: Id autem limitationem ſortitur, ſi particulari hoc Vniuerſitas titulo, vel territorium, vel paſcendi tandem ius exceperit. Franc. *deciſ. 197.* à Ponte *loco citato num. 8.* & circa materiam videndus eſt Rouitus *pragmat. 12. de Baronibus per totam*: quo H
ſub examen ponit in loco, quali in caſu veri, vt ciues reputari Barones debeant.

Valent, vigeſimoprimo, Barones, qui merum, mixtumque retineant imperium, tributiſque à Prorege poteſtatis literis illum remittere in iuſtitiam, qui ſodomiæ laboret vitio; vt ſcriptum fuit ex Intrigliol. *conſ. 11.* rationem affert Giurba *conſ. 32. num. 31.* Mero eoquod, I
ac ex mixto imperio ſupremus appellari à Rege Iudex Baro, ſummaque conſtitutus in adminiſtratione conſpicitur ex Macerata *reſolut. lib. 2. cap. 128. num. 6. & 7. ad finem*. Sodomitico etiam in ſcelere: dempto quod fuiſſet in priuilegij conceſſione facta de illo exceptio; at ſi alia fuiſſent, excepta crimina, & nil dictum de ſodomitico fuiſſet, eo quod in illis neutiquam fuit comprehenſum de nefaudo ſodomiæ ſcelere, K
conceſſa in priuilegio cognitio. Decius *in cap. cum dilecta col. 3. de confirmatione vtili, vel inutili.* Mareſcotus *lib. 2. reſol. cap. 128. num. 8. cap. . . de prob at.* Et ordinaria quoniam facultas circa horrendum ſodomiæ peccatum tributa Baronibus ſupradictam fuit per conceſſionem, & proprio poſſunt iure illud cognoſcere:

A Id: poteſtatis hac de cauſa literæ iuriſ-
dictionis potiùs excitatiuæ, quàm de-
legatoriæ nominantur. per Text. *in cap.
lites, de officio ordin.* Triuiſ. *deciſ.* 1. *nu.* 1.
lib. 1. Antonius Monach. *deciſ. lucente*
31. *num.* 47. Giurba *loco citato num.* 33.
Id autem ex contrario accidit; ſi merũ,
mixtumque neutiquam Baronibus ad-
hærere certum ſit; poteſtatis nam lite-
ræ delegatoriales, non autem iuriſdi-
B ctionis excitatiuæ dicerentur, nam il-
lam non retinent: mandati quapropter,
ſiue delegationis obſeruare formam,
Barones compelluntur. *l. diligenter, ff.
mandati.* Bald. *in l. fin. col.* 2. *C. de ſuis,
& legitimis.* Rolandus *conſ.* 82. *num.* 6.
vol. 1. Gratianus *diſcept.* 698. *num.* 2. Vn-
de reum in iuſtitiam remittere haud-
quaquam ipſi permitteretur: ex autho-
ritate Intrigl. *d. conſ.* 11. *n.* 33.

C Vt moderato vaſſallis modo corre-
ctionem inferant Baronibus vigeſimo-
ſecundo permittitur: vt dixit Afflictus
in conſtitut. vt dignitatem num. 5. *rub.* 32.
lib. 3. Paſqual. *de viribus patriæ poteſtat.
parte* 3. *cap.* 4. *num.* 34. filiorum etenim
ad inſtar adſimili Patris amore debent
ſubditi pertractari. *l. ſi quis filius, C. de
inofficioſo teſtament. l. fin. in fine, C. de
deb. Ciuitatis lib.* 11. Nacta *conſil.* 445.
D *num.* 6. Lancellot. Gailla *conſ.* 46. *nu.* 20.
Capiblanc. *de Baronibus pragmatica* 3.
num. 50. Animaduerte autem Barones
ex prudentia coguntur, ne ita crudè in
vaſſallos inuehantur, vt propria priua-
ti exiſtant iuriſdictione: iuxta notata
per Grammat. *in deciſ.* 104. Crauetta
conſ. 109. *num.* 6. Viuius *deciſ.* 447. *lib.* 7.
Peregrin. *conſ.* 3. *vol.* 3. Maſtrill. *conſilio
unico num.* 18. *impreſſo in prima parte de-*
E *ciſionum*. Cum neceſſaria tamen, per
ſuperiorem facta, præcedere monita ſit
neceſſe: vt docet Roland. *conſ.* 18. *vol.* 3.
& Boer. *deciſ.* 384. Si delictum Baro in
omiſſione perpatrarit, quod aliter in
committendo euenit: vt dictum fuit ex
Paſchal. *dicto tract. parte* 3. *cap.* 4. *nu.* 34.
Nacta *conſ.* 174. *num.* 12. Anton. de Ball.
tract. vnic. lib. 4. *quæſt.* 2. *num.* 72. &
alij penes Peregrin. *dicto conſ.* 3. *nu.* 14.
Rouit. *in pragmat.* 19. *de Baronib. num.* 8. F
fol. 86. *& vt cap.* 2. fuit explicatum
infra.

Valent vigeſimotertio Barones, me-
rum quibus, mixtumque fuerit conceſ-
ſum imperium illis, qui proprio cri-
men in territorio patrent, punitionem
infligere, alicuius nec non, propria qui
delictum in dictione committat, remiſ-
ſionem à Barone originis, aut domicilij
poſtulare, quibus illud inſit priuilegiũ, G
vt proprios cognoſcãt ſubditos, ſui ex-
tra terminos territorij peccantes; ſi ho-
rum tamen priuilegium illi poſterius in
cõceſſione haberetur, quod primo fue-
rit tributum: vt teſtatur Follerius in
*practic. criminali, in verbo audiantur ex-
cuſatores num.* 65. Rouitus *in pragmat.* 1.
tit. vbi de delicto quis debet conueniri n. 7.
Dubium autem in medium prodit: An
ſi, cum Baroni, aut Iudici nulla de H
priuilegio facta conceſſio fuerit, vt ex-
teros aduerſus proprio delinquentes in
territorio ſuam valeant iuriſdictionem
exercere; poteſtas detur, vt peccatum
cognoſcat, quod proprio ſit in territo-
rio perpatratũ ex alicuius Baronis vaſ-
ſallo, qui priuilegium habeat, ſuum
vt æquitatem in ſubditum exerceat, à
recto proprij extra fines territorij decli-
nantem: taliter vt loci delicti Baro loci I
originis antepoſitus Iudici ſit, cum nul-
lum ponat obicem huius priuilegium?
Hanc enucleauit quæſtionem Rouitus
in dicta pragmat. 1. *tit. vbi de delicto quis
debeat conueniri ſub num.* 9. vbi per ſe-
quentes etiam allegationes: præferri
affirmat in talis cognitione criminis lo-
ci Baronem debere illi, qui priuilegium
demonſtret, proprium vt ſubditum
ſuam extra dictionem in errores pro- K
lapſum, corrigat: & ſi delinquens ori-
ginarius ipſius eſſet vaſſallus: per Text.
in authen. qua in prouincia, vbi omnes
DD. *C. vbi de crimine agi oport.* Quod
tali præfulgere certitudine firmum eſt,
vt quamuis peccãs Baronem penes do-
micilij, vel originis Iudicem reperia-
tur, debet ab ipſis, cum ex Iudice loci
delicti requiritur, illi remitti: vt habe-
rur

A tur ſententia DD. præſertim Cepollæ *conſ. crimin.* 59. *verſ. primum eſt.* Curt. Iun. *in l. hæres abſens*, §. 1. *num.* 5. *ff. de iudicijs*. Clarus *pract. crimin. quæſt.* 38. *verſ. eſt autem tanta potentiæ locus delicti.* Theſaurus *deciſ.* 90. *num.* 60. Francus *deciſ.* 37. *num.* 1. Bologninus *conſ.* 8. *n.* 9. & 10. Caball. qui plures citat *reſolut. crimin. caſu* 162. *à num.* 8. *cum ſequentib.* nonnullæque ibi à Rouito in allegatio-
B nibus aduehuntur rationes, quæ illo videri in loco poſſunt, & præcipuè quod Iudicis loci delicti priuilegiũ iuris concluſum in corpore exiſtit, qui nullo reuocatio modo, per conceſſam Baroni facultatem, vt proprium aduerſus ſubditum, ſuum, quamuis extra territoriũ deliquit, valeat ſeſe inuehere, dicitur illata: dempto quod expreſſa concedentis per arbitrium forma id fuerit
G explicatum: vt tradit Nacta *conſ.* 76. *num.* 13. & ſupradictis vigorem ineſſe dixit Rouitus, non obſtante *deciſ.* Franc. 505. dum dictorum in fine allegationũ, huiuſmodi contra deciſionem aliam fuiſſe ſtatutam per ſubſequentes ibi allegationes aſſerit: vtriuſque atenim pro caſus materia operæ pretium eſt voluere Abruz. *in lectur. in l.* 1. *ff. de officio eius, quæſt.* 46. *per tot.*

D Facultas vigeſimoquarto Baronibus, qui merum poſſideant, mixtumque imperium præbetur, vt, ſi rationabilis tamẽ interuenire cauſa videatur, & æqua, forenſi prohibitum reddat, ſuis ne moram in terris ducat, ſi aliquo nimirum de dolo dubitet, qui fraudulenter agiretur, aut crimine. Maſtrill. *de magiſtr. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 41. Anna *ſingul.* 57. Ballus *lib.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 58. Albertus
E Brunus *conſ.* 177. & *conſ.* 204. *lib.* 2. Qui argumentum è ſimili affert; quod neutiquam priuato indecens ſit, cuilibet vetare, proprium ne ingredi in fundum velit, per Text. *in l. Diuus de ſeruit. ruſtic. prædior.* Quod alia euenit forma, nulla ſi adſit cauſa: communis eoquod omnium patria orbis exiſtit, nec ingenuis, æqua ſine ratione, locus interdici, aut commercium debet, *l. liberius*

F *negotiatoris, ff. de opere libertorum.* Bald. *conſ.* 485. *num.* 5. *in fine vol.* 1. & *in cap.* 1. *de forma fidelitatis.* Adde quod conceſſum ipſis eſt vaſſallis maudare, aliquem ne propriam in domum forenſem adducant, niſi prius officiali demonſtretur. Surdus *conſ.* 210. *num.* 15. *lib.* 2. Petra *de poteſtate Principis cap.* 15. *nu.* 58. Anton. Sola *in conſtitut. Sabaud. tit. de*
G *edictis annonæ gloſ.* 4. *num.* 11. §. *volumus, authen. de quæſtion.* Muta *ſuper capit. Reg. Martini* 10. *num.* 58. & *cap.* 18. *num.* 4. & 26. Sed enim ſi nullus eſſe detrimenti exteri habitatio conſpiciatur, prohibita equidem reddi nulla valet forma; Chriſtianæ eoquod charitati, & ciuili aduerſatur rationi, vt alicui vetitum ſit, ne id in alieno patret quod emolumentum ſi afferat alij vero nil damni, *l. in creditores, ff. de actionibus, l.* 2. §. 1. *ff. ſo-*
H *luto matrim.* Sola *loco ſupra citato nu.* 11. & *ſequent.* Circa illud verò, Eccleſiaſticas quod ſpectet ad perſonas dicẽdum eſt; quod cum habitationem in Baronis terris velint inſtituere, depelli minimè poſſunt, æqua licèt cauſa interſit, ordinarij niſi obtenta ex facultate de ipſius expulſione licentia fuerit. Doctores in *cap.* 1. §. *clericus de pace tenenda*. Boſſius *in prac. crimin tit. banniti qui poſſunt n.* 6. Ballus *loco cit.*
I Conceſſa vigeſimoquinto ex poteſtate Barones, qui terras æquor propè retineant compellere ſubditos nouarcentur, vt opportunis, neceſſarijſque excubias temporibus faciant. Menoch. *conſ.* 28. *num.* 28. Guid. Papa *deciſ.* 631. Surdus *conſ.* 210. Freccia *de ſubfeudis authoris.* 44. Capiblanc. *de Baronibus pragmat.* 19. *num.* 45. Muta *ſuper d. cap.* 10.
K *Regis Martini num.* 55. & *Regis Friderici* 19. *num.* 4. & *cap.* 17. *eiuſdem Friderici num.* 7. Quo autem in tempore nulla interuenit neceſſitas, & ad id Baro vaſſallos cogeret, illos angariare diceretur; quemadmodum, nec adſtringere illos valet, vt carceribus iniectos propriam ſuſcipiant in cuſtodiam, aut de loco in locum aduehant: nam hoc permiſſum ipſi eſt, quando neceſſitas

vrget,

A urgens, addita ſalarij tamen ſolutione: vt affirmauit plurium ex DD. authoritatibus. Abruzzo *in dictis l. 1. quæſt.* 75. Muta *ſuper dicto cap.* 19. *Regis Friderici n.* 3. Surdus *conſ.* 85. *n.* 5. Maſtrill. *n.* 48. *lib.* 4. *cap.* 18.

Suis vigeſimoſexto interdicere ſubditis Barones decet, aliam ne habitationem trāsferre ad partem velint, cum illos aduerſus, qui hoc tentarint puni-
B tionem præfixerint. Muta *in cap. Regis Iacobi* 31. Soccinus Iunior *conſ.* 76. *n.* 34. *vol.* 3. *& conſ.* 76. *num.* 16. *vol.* 4. Illos adde quod, qui diſceſſum fecerint, ad priſtinum reuocare commorationis locum poteſt. Surdus *conſ.* 210. *num.* 14. *lib.* 2. Bartol. *in l. final. ff. de decretis ab ord. faciend.*

Ad Barones vigeſimoſeptimo ſpectat, vt pupillis tutorem conſtituant;
C taliter vt nullo Princeps modo ſeſe in hoc debeat immiſcere, aut aliquem iuriſdictionis demōſtrare actum, dempto quod id agere Baro minimè curaret. Ioan. Faber *inſtit. de Attiliano tutore in princip.* adducit notata *in cap. Paſtoralis de officio ordin. & in cap. Romana eodem tit. in* 6. Vbi ſtatutum extat nulla conuenire forma, vt Archiepiſcopo in Diœceſi, quæ ſuffraganeo, in curam
D Epiſcopo fuerit tributa, iuriſdictionem exerceat: & eum ſequitur Curt. Iunior *conſ.* 74. *num.* 10. *verſ. accidat id, vol.* 1. Granat. *deciſ.* 30. Roland. *conſ.* 48. *n.* 18. *& conſ.* 78. *n.* 6. *vol.* 2.

Haudquaquam vigeſimo octauo Baronibus denegatur, vt cum clara ordinarij facultas interueniat, & conuentorum expreſſus vaſſallorum conſenſus, demanij in terris, & vbi moram Prin-
E ceps facit illorum, tàm, quæ ciuiles, quàm quæ criminales, cognoſcat cauſas ita vt ſi contradictionem huic rei apponat Ordinarius, hanc ipſe poteſtatem adhibere nequiquam valeat. Cancer. *lib.* 2. *reſolut. cap.* 2. *de iuriſdictione omnium iudicum nu.* 216. Romanus *conſ.* 50. Macerata *lib. reſolut.* 103. *num.* 3. Rouitus *in tit. de iuriſdictione nō turbanda pag.* 1. *num.* 27. Lanat. *conſ.* 72. *nu.* 2. Maranta *de iudicijs part.* 8. *tit. de citatione* F
num. 41. Caſtrenſis attamen, Alexādri, & Cagnoli *in l. finali de iuriſdict. omnium Iudicum*, in placitis extat: expreſſum ordinarij conſenſum haud requiri, at ſufficientiam tacito ineſſe, ſi nullum ſcilicet afferat impedimentum. Muta *deciſ.* 99. *num.* 11. Scarderius *de feudis parte* 10. *ſect.* 3. *num.* 126. Euidentem vero partium conſenſum debere neceſſario adeſſe affirmarunt. Cancer. *loc. ci-* G
tata num. 16. Scharderius *loco cit. nu.* 126. cum nullam tacitum continere dixerint efficaciam. Vantica *de nullitate, tit. quibus modis ſentent. null. repar. poſſit nu.* 79. Menoch. *conſ.* 340. *num.* 56. Felinus *in cap. cum olim num.* 2. *de officio deleg.* Quo enim in caſu inuito vaſſallus animo exiſtit, ex hoc ad alium prorogari locum iuriſdictio nequit. Cagnol. *in l. cū quadam puella, §. quoties num.* 1. *ff. de iu-* H
riſdictione omnium Iudicum. Angel. *conſ.* 42. *num.* 11. *cum ſequent.* Maranta *p.* 4. *diſtinct.* 12. *num.* 15. Neutiquam verò includere vigorem illam, quæ in contrarium haberetur, conſuetudinem, cū Principis, aut ordinarij reſultare præiudicium conſpiciatur, aſſeruit Giurba *conſ.* 52. *num.* 19. Nihil etenim aliquam tribuit ipſorum in præiudicium iuriſdictionem, ni eius notitia, & patientia I
cuius circa præiudicium agitur. Capic. *deciſ.* 57. Rouitus *loco citato num.* 27. Macerata *lib.* 1. *reſolut.* 103. Giurba *d. n.* 19. Atenim cum nulla requiratur facultas iure quidem optimo ſuo poſſunt in territorio Barones illa mandare, quæ poni in exequutione debeant. Caſſan. in *conſuet. Burgun. tit. Des fiedes rubr.* 3. §. 1. *n.* 7. *col.* 382.

Minimè vigeſimonono Barones re- K
pelluntur, vt proprijs iuuamen è ſubditis permiſſis poſtulent in cauſis: hæ autem fuerunt adnotatæ à Petro de Gregorio *de conceſſ. feudorum p.* 7. *q.* 8. Et quæ prima venit in ordine, habetur quod cum in matrimonio Baronis debet filia collocari pro dotis additamento, aut etiam, quo in caſu monaſterij ponitur in clauſtris, vaſſalli eam circa quan-

A quantitatem, quæ ſolita eſt pro dote Monaſterio tribui, auxilium ferent: id autem vigorem ſpuria etiam in filia, vel naturali tantum continere certum eſt: vt dixit Maſtrill. *in addit. lit.* C. Secunda occurrit, quando viro iungi Baronis neptis è ſecundogenito filio, alijſque cum illa tamen adſint, quæ in medium protulit ipſe de Gregorio *ſub num.* 9. Quæ tertia eſt tunc venit, cum Baro-
B nis ſoror, tàm ſi vtroque exiſtat conſanguinea ex parente, vel ex altero ſolum ſit: dum huiuſmodi tamen ſoror ex eo, qui primum fuit agnationis caput, & prima, de Baroniæ acquiſitione, radix, originem ducere videatur. Quarta illo ſurgit in caſu; quo & Baronis Amita, & ſit ſui patris ſoror nubere cum aliquo debet, aut etiam cum ſuo ex fratre primogenito ante defun-
C cto nepoti præſtanda eſt vita militia, aut eius filia matrimonio coarctetur: alteri enim vitam militiam, de paragio alteri dotis ſummam tribuere compellitur. Quinta extat cum Baronis frater miles efficiatur: ſi hoc ſuis ille perpatrarit expenſis. Sexta tunc habetur, cum militaria Baronem ſeruitia Regi præſtitiſſe non ſit ambiguum: licèt ipſe hoc Baroni onus remiſſum eſſe voluerit. Il-
D lo ſeptima in euentu dilabitur, quo Regio Baro miſerum captiuitatis iugum in ſeruitio perpeti fuerit compulſus. Octaua demonſtratur, ſi per Baronis terram Dominator Rex faciat, vt hoſpitium in illa ſortiatur. Nona conſpicitur, cum de terra emptionem inſiere Baro quærat, quod vna tantum efficī vice debet, ſi illam ex venditore ſuſcepit: Id autem tunc efficaciam includit, cum proprio terram ſubſtentamen-
E to deſumit, alia quod forma proprium ſubſtinere ſtatum haudequidem valeret. Decima tunc adeſt, quando Pontes refici, aut ipſius Baroniæ vias, quibus illata læſio, ſit neceſſe. Vndecima illo conſtituitur tempore, quo ad Regem ire Baro, vt priuilegium, quod fauorem tàm ipſi ducat, quàm ſubditis, obtineat. Duodecima occurrit cum

Baroniæ ſuſcipi tutamen conuenit, ſi ei obſidionem poſuerint inimici. Decimatertia eſt, ſi tali ſit poſitus in paupertate Baro, vt redditus, quibus vitam ducere poſſit, haudequidem retineat. Vltima tandem omnibus illis habetur in caſibus, circa quos aliquam in Baronia cõſuetudinem reperiri perſpicuum ſit. Hæc autem cuncta explicauit ipſemet de Gregorio *à num.* 19. *cum ſequen.* quæ cum neceſſitas vrget videri poſsũt. Afflictus vero *in lib.* 3. *conſtitut. rub.* 17. *tit. de adiutorijs exigendis ab hominibus.* Sex de allatis cauſas recenſuit: atenim quidquid ſit in re noſtris hiſce temporibus conſpicimus in Regno ex nulla, deductis Barones cauſa adiutorium petijſſe: vel eoquod hoc in vſu neutiquam eſt: vel quia diuitiarum copia ſunt diſtenti. Illo nam ſubſidium expoſci in caſu oportet, quo maxima compellit neceſſitas: Intrigl. *de feud. centur.* 2. *art.* 93. *num.* 119.
F G H

Pœnalia trigeſimo banna conſtruere Barones valent, ne victualium aliquid, propria quibus abundare ditio conſpicitur, in eam exteri deferre velint: vt eſt doctrina Maſtrill. *lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 70. Cum, interueniente cauſa, liceat commercium interdicere: *l. mercis* § 1. *ff. de pœnis, cap. venditionis, & cap. fraternitatem* 54. *diſtinct.* Vt æquali prohibitum reddere modo poſſunt, proprij ne ſubditi, ſi latronum, rebellium que ſuſpicio inimicorum adſit, alium commigrare ad partem vna cum mercibus audeant: ex opinione Baldi *in conſ.* 483. *circa fin. vol.* 1. Adde quod vetitum ipſis non eſt mandare, ſtatuto ve in loco, non autem diuerſo, de victualijs efficiatur venditio. Maſtrill. *loco citato num.* 75. Roland. *conſ.* 5. *num.* 5. *lib.* 2. Capibianc. *de Baronib. pragm.* 1. *num.* 204. Vt etiam ne ſui mercaturam, proprium extra territorium ſubditi contendant exercere. Nicol. Intrigl. *cent.* 1. *ar.* 106. *n.* 5.
I K

Mandare trigeſimoprimo Barones propria non dedecet ex facultate, ne ſui Agricolæ ſtatas ſpicas triturent, fructuſque colligant; ſi viri, ſuorum ab

pro

A pro exactione fructuum præfixi deceſſo præſentiam certum ſit. Speculator *de decimis col. final. verſ. vltimo quaritur.* Caballus *reſolut. criminicaſu* 168. Cancer. *de iuribus caſtrorum cap.* 3. *nu.* 172. Maſtrill. *qui ſupra num.* 81. Atenim ſubditis, ſi Baronem, aut ipſius Secretum, vel Collectorem de opportuno admonuerint tempore, & exactor venire neglexerit, permiſſum extat, vt &
B iumentorum ope ſpicas conculcet, & fructus, pro quibus afferri decima debet, delectum faciant: quod fit ne corruptio illos inceſſat, aut fortuito deformi caſu reddantur. Francus *deciſ.* 117. *num.* 1. *&* 2.

Statutum promere trigeſimoſecundo Baronibus competit, proprij ne ſubditi alij venditionem de ſtabilibus, quã ſuo faciant vaſſallo: vt dixit Maſtrill. *loco citato num.* 97. ex Bartoli authori-
C tate *in l. vnum ex familia, §. diui, ff. de legibus* 1. Ripa, Alexander, & Angel. *in loco ſupra citato.* Nacta *conſ.* 106. *ſub num.* 5. Menoch. *conſ.* 1176. *num.* 13. Ex quo ſcriptum habemus huiuſmodi ſtatutum validitatẽ includere, ac æquitati congruum exiſtere, ad hoc vt illis neutiquam bonis exteri fruantur, ciues autem, & ſubditi oneribus grauentur. Cephal. *conſ.* 246. *num.* 38. Decianus
D *reſponſ.* 33. *num.* 1. *lib.* 1. Mandant etiam proprio ne ciues pro vſu ab alijs res, quàm à ſe deſumant, quod victualia, circum, cæteraque ſtatui valet. Alciat. *conſ.* 34. *num.* 1. Maſtrill. *loco ſupra citato num.* 101. Adde quod ipſis permiſſum, vaſſallos compellere, vt propria tribuere per prædia viam non recuſent, cum ita neceſſarium eſſe videatur. Af-
E flict. *deciſ.* 265. *caſ.* 3. Caſtaldus *de Imperatore quaſt.* 110. *caſu* 256. Maſtrill. *num.* 104. Vt æquali ſubditos ratione cogunt, vt ſibi proprij pro victus, & familiæ neceſſitate venditionem faciãt, quemadmodum & ipſe in obligatione perſiſtit, ſubditorum cum vrgeat neceſſitas vendere. Capiblanc. *de Baronib. dict. pragm.* 1. *n.* 132. *&* 137.

Conceſſum trigeſimotertio Baronibus venit, qui de Baroniæ fecerint F emptionem, vt officialibus, ex Barone, per quem perpatrata venditio, electis, reuocationem inferat, aliosque erga quos ſit benè affectus, conſtituat: vt notatum eſt *in l. emptorem, C. locati.* Contrarium licèt in locatione accidat, ſucceſſor etenim vniuerſalis haudquaquam, at particularis exiſtit: ſecundum ſententiam de Franchis *deciſ.* 216. Cum arbitrium tamen conductori detur: an G electo ſalarij tribuere ſolutionem velit, aut de alio ſortem facere? ac tali modo certum eſt, hunc non præciſa: ſed cauſatiua forma ad obſeruanda locatoris acta compelli. Capiblanc. *pragmatica* 5. *num.* 59. Qui diuerſa conſpicitur in opinione haberi, ſi capta electum per officialem fuerit poſſeſſio, cum illam ducat regulam, qua affirmatur: vigorem pluribus, quæ fieri vetabantur, rebus ineſſe. Maſtrill. *lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 92. H *&* 93.

Neutiquam trigeſimoquarto, Baronibus dicitur, vt ſuos præfigant officiales in miniſtrorum electione ab vniuerſitate committenda interuenturos, ſi talis attamen vniuerſitati facultas adhæreat: Benè tamen quod minimè Baroni, aut officialibus competit, vt in alijs ſeſe intromittant, quàm in illis, quæ ad ipſos tali pertinere in electione conſpiciuntur: vt dixit Capiblanc. *pragm.* 10. I *num.* 43. Bouadill. *lib.* 3. *politic. cap.* 8. *num.* 41. *&* 42. Cancer. *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 160. & adeſt prouiſio *per capit.* 57. ſub Rege Fiderico elicita: vt pari forma nec vniuerſitatem decet ſe in electionibus, quæ ad Baronem ſpectant, immiſcere. Lucas de Penna *in l. final. num.* 54. *C. de locatione pradior. ciuilium lib.* 11. Atenim ſi Baro K electionem conſpiciat ex vniuerſitate perpatrandam aliquid illatutam detrimenti obſtaculum valet ex aduerſo ponere. Cancer. *loco citato n.* 165. Maſtrill. *num.* 203.

Facultas trigeſimoquinto Baronibus tribuitur, proprios vt ſubditos, qui iniquo publicum recuſant officium animo ad

A ad illius cogant onus : per Textum *in l. ſi quis magiſtrat.ff.de muneribus,& honor.* Bouadill. *lib. politic.2. cap.* 16. *num.*42. Afflict.*in conſtitut.Regni camerary notab.* 15. Caſſan.*in Catal. gloriæ mundi par.*11. *conſider.*32. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 4. *cap.*17. *num.* 37. & latè *lib.* 1. *cap.* 30. Cuius eſt in aſſertis, non ſolum ipſis permiſſum, vt eos, publica qui diffugiunt munera in carceres mittant, propria verum etiam detrahant è domo: ex
B *l. plerique, ff.de in ius vocando,* quo in loco Soccinus *num.*24. *l. domibus omnium,* vbi Plat. C. *de decurion. lib.* 10. *& in l.eũ qui, ff. de iuriſdictione omnium Iudicum.* Alexand. *in addit. ad Bartol. in l. vt iudicare munerum,* §.*iudicandi, ff.de muner. & honorib.* Bouadill. *lib.*1. *politic. cap.* 5. *num.*35. Nulla verò inſurgere ex hoc admiratio debet : generali eoquod modo munus, quod vtilitate publicum di-
C citur, vel authoritate, neceſſarium exiſtit, nec repelli equidem valet: ad Tex. *in l. vt iudicare,* §.*iudicandi, ff. de muner. & honor.* Auendagnus *de exequen. mand. cap.*19. *num.*16. *lib.* 1. Quilibet etenim ciuis patriæ ſubire officia adſtringitur, cum nemo ſui tantum ad emolumentum, natalis at etiam ſoli ſit in lucem emiſſus ad Text. *in l. unica, ff. de ventre in poſſeſſ. mittend. & in l. poſtliminium,*
D §.*filius, ff. de captiuis poſtlimin. reuerſ.* Nec aliqua ille forma, circa quem facta electio publicum fuerit ad munus ſeſe pecunia valet ab illo eximere. *l. illud, C. de excuſat. munerum.* Viuius *deciſ.* 44. Francus *deciſ.* 210. *num.* 6. Taliter vt nullum illi contractui vigorem ineſſe certum ſit, quo aliquis pactum datis inijcit nummis publici ne onus officij excipere cogatur : eoquod & de eis in-
E ſturam facit, & munera nihilominus ſubire compellitur. Caccher. *deciſ.*95. *num.*29. qui ducit Bartol. *in l. in primis,* §. *cum quidam, ff. de pollicitat.* Laud. *in tract. de fiſco num.*205. per Text. *in d. l. illud, C. de excuſat. munerum lib.* 10. cui probationem ſententiæ affirmat venire per Text. *in l. ad portus, & l. omnes Prouinciarum, in fine. C. de opere publico. l. omnes, C.de annonis, & tributis, l.vnicã* F
C. de ſuper in dictis, l. 1. *C. de immunitat. nemin. conced.* ſimul cum concordantibus. Ad quod accedit, neutiquam Baronibus denegari: vt ſubditos ad Secreti officium ſiue quæſitoris ſuſcipiendum impellant : feudalium ad hoc vt rerum introitus diligenter exigant; & procurationem pro ipſis ad eorum expenſas Baronum deſumant. Freccia *de ſubfeud. lib.*2. *author.* 15. Capiblanc. *de Baronib.* G
*pragmat.*1.*num.*127. Dempto quod huiuſmodi officium vaſſallorum haud incongruum decori ſit. Maſtrill. *d.cap.*17. *lib.* 4. *num.* 70. Sicuti cogere pari eos ratione poſſunt, vt Baiuli ſibi munus ad exercendum ſuſcipiant. Capiblan.*prag.* 8. *num.*173. Vincent. de Franch. *deciſ.* 128. *n.* 1.

Permiſſum trigeſimoſexto Baronibus habetur mandare, proprijs vt in H
Baronijs arma ſua penicillo efformẽtur, aut ſcalpello, & inſignia. Maſtrill. de *magiſtrat. lib.3.cap.4. num.*148.*& lib.4. cap.*17. *num.*142. Propria vero ſimulacra excitare vetitum. per Text. *in l.* 1. *C. de ſtat. & imagin.* vbi Gloſa. *in verbo Imperiale,* explicationem affert, ſi facultas nimirum haud adſit Muta *ſuper cap.* 486. *Regis Alphonſi num.*68.*tom.*5. Atenim ſi duobus dominium ineſſet, & al- I
teri criminalis, alteri verò ciuilis tributa iuriſdictio : qui equidem primam retinet, id agere impotens eſt, propria excepto quod in domo, ſi hanc ibi talis poſſideret Baro, cum eum ſeſe conferat in locum, & iuſtitię adminiſtrationem faciat. Capiblanc. *deciſ.*27. *nu.*45. Idem *de Baronibus pragmat.* 1. *num.* 52. Qua rationem ducit in parte : ciuilis eoquod Baronis in manu permanet poſ- k
ſeſſio, & ipſius attinet ad arbitrium, vt propria iubeat arma figurari, poteſtatẽ quoniam hoc demonſtrat Cancer. *var. reſolut. lib.3. cap.*13. *num.*344. *fol.* 237. An Baro autem in caſtro ſibi in feudum dato, mandare poſſit, vt pegmata delineentur auita: vide Freccia *lib.*2. *author.* 47. Et quid poni in obſeruatione debeat, dum inſignia publicis explicentur

in

A in locis: volue de Ponte *de poteſt. Proregis tit* 10. §.1. *de inſignis, & armis*: copioſum vbi circa materiam inſtituit ſermonem.

Facultas trigeſimoſeptimo Baroni, qui merum habeat, mixtumque imperium, tributur, proprio vt in territorio ſubditos vſurarios, partis ad inſtantiam de tam ſordido crimine inſectatos cognoſcat, punitionemque cogant ſubire,
B ac bonorum publicationem ſibi acquirant. Maſtrill. *dicto lib. 4. cap. 16. n. 199.* Rouitus *in pragmatica 1. de vſur. nu. 21.* qui plures aduehit deciſiones, & DD. authoritates: atque præſertim Roland. *conſ. 78. num. 9. lib. 2.* Capic. *deciſ.* 130. *num.* 40. Surgens *de Neap. illuſtrat. cap.* 15. *nu.* 21. *verſic. quid autem in crimine vſura.*

Baronibus trigeſimo octauo minimè
C denegatur, proprios compellere ſubditos, vt liberè, abſolutèque hoſpitium Regijs præbeant officialibus, quo in caſu Magnam Curiam ipſorum tranſitum facere per Baronias accidat. Petrus de Gregorio *de conceſſ. feudor. parte 7. q. 6. verſ. poterit.* Intrigliol. *de feud. centur. 2. artic.* 83. *num.* 2. Vaſſallos adde quod valent adſtringere, vt perſonalia ſibi præſtent ſeruitia, cum ipſos, literarum
D cauſa Regiam ad Curiam, aliumue mittant, iniquo licèt ſint animo, ad locum idem de Gregorio *loco ſup. citat. num.* 3. Immo ad agrorum culturam cogunt, & ad equos, vecturæ cauſa, ducendos, publica non ſolum ſi hoc negotia, ipſius verum etiam, quæ priuata, requirant: cum congruæ tamen fiat ſolutio mercedis, nec Baro exceſſum talibus patret in ſeruitijs, grauamina ſubditis magis
E inferens, quàm propria perpeti facultas videatur: ſeruitij etenim præſtatio ex bona fide, ciuilique interpetrari forma debet. DD. penes de Greg. *loco citato in fine d. n.* 3.

Barones trigeſimonono, mero qui, mixtoque decorantur imperio poteſtatem ad illos condemnandos habet, qui crimina perpatrare non verentur, vt tàm ad certum, quàm perpetuum tempus remos in Regijs agant triremibus. F
Cancer. *variar. reſolut. lib. 2. tit. 2. n. 45.* per Text. *in l. 2. ff. de publicis iudicijs.* Bellug. *in ſpecul. Princip. rubr. 24. verſ. & primo videamus num.* 3. Ad beneplacitum attamen, huiuſmodi haud fermè ipſis tributur facultas: ſoli namque Principi hoc euenit conceſſum, ſtatutū; coquod tempus præfigi ab ipſis debes. Vincent. de Franch. *deciſ. 370. num. 12.* Capiblanc. *de Baronibus pragm. 7. nu. 17.* G
Non autem ad beneplacitum. Maſtrill. *deciſ.* 167. Quo in loco tali deciſionem illatam modo, quādam in condemnatione, refert, quæ à Barone per quinquennium, & vſque, ipſius ad beneplacitum fuerat effecta. Per Magnam enim Regiam Curiam, & Conſiliorium S. R. C. illa fuere verba (*ad beneplacitum*) deleta. Sed enim ad Barones ſimplicem qui, vel mixtum retineant imperium noſcere, an ipſis quoque inhæ- H
reat poteſtas, vt ab æquo declinantes Regias in triremes ad agendos iniiciāt remos? Et conſequenter an huius generis condemnatio merum, mixtumque ſpectet ad imperium? Quod circa, eſt equidem affirmandum, varias ſeſe inter, huius pro dubij reſolutione DD. commiſere ſententias: quorum in opinione habetur mero hanc inferre puni- I
tionem Imperio conuenire: inter quos excellentis ingenij Cancer. *variar. reſolut. cap. 2. de iuriſdictione omnium Iudicu num. 35. parte* 2. & veniunt tradita per Bellug. *in ſpeculo Principum rubric. 24. verſ. & primo videamus num.* 3. Horum autem vt confirmationem excipiat doctrina, eſt Text. *in l. illicitus, §. qui vniuerſas, ff. de officio Præſidis, l. capitalium quoque, ff. de pœnis.* Ad agitandos autem K
remos punitio, tàm ſi perpetuos quàm ſi certo conſtituta pro tempore fuerit, illa poſita pro pœna videtur, qua delinquentes ad effodienda condemnabantur metalla: vt probatum reliquit Clarus *in §. final. quæſt. 77. num.* 7. Paulus Grunutius *Teoremate 3. nu. 3. verſic. nec Ioannes de Imola.* Quo in loco, nec Ioannem de Imola ex Capicio *in deciſ.*

A 153. ductum, aut alios omnes, huiuſ-
modi, qui remigationem, ad metalla
pœnæ compararunt, de perpetuo con-
demnationis tempore loqui voluiſſe:
adde quod tali motos ex ratione: quo-
niam hi ad metalla pro punitione con-
ſtituti, catenarum, vinculorumque ſub
pondere preſſi miſerè gemebant; etiam
quia vt ſeruitia illi ex perſona præſta-
bant; ſic etiam remis iſti pertractandis,
B & quod peius eſt, catenas, æreaque
diicunt ligamina, quam probam duxiſ-
ſe conſpicitur opinionem Farinac. de
delictis, & pœnis quæſt. 19. *num.* 14. *par.* 1.
tom. 1. Contraria verò ex parte ſuam in
defenſionem ſuſcepiſſe doctrinam cer-
tum eſt doctiſſimum Fontanell. *de pact.
nuptialibus clauſ.* 4. *gloſ.* 14. *a num.* 57.
tom. 1. *fol. mihi* 361. Dum affirmat tem-
porariam de remigatione Regijs in tri-
C remibus pœnam haudequidem damna-
tioni ad metalla, at ſolummodo perpe-
tuam ſucceſſiſſe: quapropter hominem
hoc damnatum modo, pœnæ minimè
ſeruum effici acriter defendit: ex Bar-
toli doctrina *in l.* 2. *num.* 10. *ff. de public.
iudicijs*. Notatum verò Fontanella vo-
luit, eſſe præſupponendum, quod om-
nes capitales punitiones meri exiſtant
Imperij. per Text. *in l. edicto*, §. *rei au-
D tem capitalis, ff. de bonorum poſſeſſ. & l.
capitalium, ff. de pœnis*. Et conſequenti
forma quo in caſu quæſtio ſit, an puni-
tio aliqua capitalis exiſtat? vel ex ad-
uerſo idem eſſe, ac ſi poſceretur: an
merum, mixtumque ſpectet ad Impe-
rium? & huiuſmodi affirmat ex præſup-
poſito ductum ex Bartolo quæſitum an
publicum in opus damnationis pœna
capitalis dicatur, aut è contra? & re-
E ſponſum præbuiſſe adhibita perennem
inter, ac temporalem pœnã diſtinctio-
ne, vt prima ſcilicet capitalis habeatur,
nullo verum poſterior modo, illa ſit
damnationi ad metalla æquiparata, hæc
autem minimè, primæque per operam
pœnæ quilibet ſeruus efficiatur, ex ſe-
cunda vero neutiquam *l. quidam ſunt,
& l. capitalium, ff. de pœnis*: vbi Gloſ.
diſtinguentes: cuius diſtinctionem ge-
neris probam duxerunt Peregrin. de F
iure fiſci lib. 3. *titul.* 4. *de damnatis ad me-
tallum num.* 7. Thomas Cerdanus *in vi-
ſitatione carcerum cap.* 4. *num.* 10. quibus
videtur aſſentiri Peghiera *deciſ. crimin.*
16. *num.* 3. quapropter ex dictis, ac vt
ſunt tradita per Maſtril. *in lib.* 4. *cap.* 16.
de magiſtratib. num. 159. & ex Burgio
de modo procedendi ex abrupto centuria 1.
quæſt. 22. *num.* 249. *in fine*: deducimus:
Baroni, cui mixtum tribuatur tantum G
imperium, facultatem ineſſe, vt regias
in triremes, ſubditos, qui obſcura de
ſtirpe, ab æquo deflectentes ad remigã-
dum annorum quinque per ſpatium, &
infra mittant: nobili verò præclaros ſã-
guine in caſtrum quinquennij per cur-
ſum eijciant: & ita in obſeruatione po-
ni hoc affirmat in Regno. Maſtrill. *loco
citato*, qui ducit Cumiam *de ſyndicatu in
cap. de ſententijs num.* 46. *cum ſequent.* Hu- H
iuſmodi namque pœna pro delictis à
relegatione infra ducitur, quorum co-
gnitio merum, mixtumque ſpectat ad
imperium: vt pari forma, quæ in illa
debet inſligi punitio: vt habemus ex
Burgio *loco citato*. Exilij etiam circa pœ-
nam idem reputo affirmandum: nam ſi
perpetuo duret tempore mero dicitur
imperio conuenire, ſi ſtatuto inferatur,
ad mixtum intereſt; vt probatum vo- I
luere Maſtrill. *loco ſupra cit. nu.* 160. Fon-
tanel. *n.* 66.

Eadem quadrageſimo Baronũ præ-
betur, adiacenti in mari, potentiæ iu-
riſdictio, quam conceſſa retinent in
Baronia: vt explicauit Maſtrill. *dict. cap.*
16. *à num.* 62. *cum ſequent.* ex Bellugo
in ſpeculo Principum rubric. 30. Quo ete-
nim in caſu Baroniam Princeps cum
termino tribuit, contiguo etiam ſpatiũ K
in mari, omnemque iuriſdictionem da-
re etiam conſpicitur ex Freccie doctri-
na. *tit. quis dicatur Marchio num.* 3. Ip-
ſum tali de cauſa valent ius adſimili
exercere forma, vt & propria patrant
in ditione; & eo præcipuè in euentu
quo ſoliti fuerint illud adhibere: vt ſunt
ſcripta Bellughi *num.* 2. Aut expreſſim
in priuilegio ratione poſitum id fuerit:
hoc

Digitized by Google

A hoc autem in Triquetræ Regno talia
conceſſa Baronibus littora, quamuis
clarè in conceſſione de reſeruatis exi-
ſtant *per cap. Regis Alphonſi* 491. teſtatur
Maſtrill. *ſub num.* 167. Non denegari
etiam ipſis legimus penes eumdem
num. 169. Baronibus, vt proprijs valeāt
in feudis, turris, aut caſtri cum forta-
litio conſtructionem facere, vt ſuæ di-
ctionis, & vaſſallorum obtineri facilè
B tutamen poſſit, quod vigorem include-
re affirmat Boer. *deciſ.* 350. *num.* 4. &
Natta *conſ.* 576. *in fine.* Fabius de An-
na *conſ.* 72. & Rolandus *conſ.* 84. *nu.* 21.
parte 2. Nulla & ſi directò facultas ex
dominio deſcēdat: ſed ex aduerſo iſtud
accideret, ſi Principis ex pecunia, vel
limitropho effici in loco videatur ædifi-
catio: vnde caſtri dominus prohibitum
vaſſallo, aut cuilibet reddi poteſt, ſuis
C ne in terminis fortalitium è ſolo excita-
re, vel arcem velit. Soccoardus verò
citatus ex Fontanell. *clauſ.* 4. *gloſ.* 11. *n.* 9.
fol. mihi 267. qua hoc procedere formà
debeat explicatum fecit. Petra *de po-
teſtate Principis cap.* 8. *à num.* 9. vt pariter
permiſſum haudequidem priuato eſt, vt
alicuius in Ciuitatis confinio, proprio
etiam in allodio, aut in caſtri terminis,
cum illius inuito animo dominus ha-
D beatur, ædificia excitet; vt ſunt ſcrip-
ta Cancer. *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 13.
num. 14. *&* 15.

Permiſſum Baronibus quadrageſimo
primo ex poteſtate dicitur, vt delicta
publicis perpatrata in vijs cognoſcant.
Bald. *in l. ſi plures num.* 13. *C. de condict.
inſertis.* Alciatus *in cap. cum ſedem num.*
48. *de officio ordinarij.* Maſtrill. *de ma-
giſtrat. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 146. *&* 151.
E Qua firmat in parte, Barones, merum
quibus, mixtumque adhæret imperium
quædam in Regno, circa crimina co-
gnitionem verſare, publicis quæ com-
miſſa proprij territorij in vijs referun-
tur.

Facultatem denique Barones illo cō-
tinent in caſu, quo latronum ad infe-
ctationem conſtituti haudquaquam ex-
tent homines, ſubditos aliquod ad ſi-
gnum, quod præcedens ſit, congrega- F
re: illud autem ſequi certum infra ſpa-
tium vaſſalli compelluntur. Lucas de
Penna *in l. prima, C. ne ruſtici ad vllum
obſequium lib.* 11. Vbi aſſerit Baronibus
concedi, vt ſubditos ad arma cogant ſu-
menda, cum in latrones terror incuti,
aut exerceri vires debeant: ipſum verò
ſequitur Caſſan. *ſuper conſuetud. Burgun.
rubr. prima,* §. 4. *tit. de dotib. indirect. cir-
ca principium nu.* 11. *col.* 166. Capiblan. G
pragmat. 19. *num.* 62. Videri at enim hoc
in loco neceſſe; an Baroni liceat cen-
ſuarijs, vel emphiteuticarijs mandare
ſubditis, eoſque cogere, vt res, quas
poſſident, ad cognoſcendum, patefa-
ciant; punitionemque amiſſionis bono-
rum, vt iuſſa exequantur, imponere,
ac tandem contrauētionis in caſu illam
exigere? videndus erit Iacobus de San-
cto Georgio *in tract. feudor. in verbo di- H
cti vaſſalli in* 4. *&* 5. *col.* Plurima quo
in loco impoſitionis pœnarum circa
materiam ſingularia, quæ non rarò effi-
ciuntur à Baronibus, exponit: & num-
quid, & quando detrahi à delinquenti-
bus ipſæ poſſint.

DE
HIS, QVAE BARONIBVS QVOAD I
Iuriſdictionem ſunt vetita.

Cap. 2.

PRincipis quamuis Barones vices
gerere, ipſiuſque authoritate ſta-
tuere, iuſque dicere firmum ſit. Ma-
ſtrill. *deciſ.* 145. *num.* 4. Merumque licèt,
mixtumque ipſis imperium tribuatur, K
nec minus, quàm Princeps ipſe iuſtitię
adminiſtrationem ſubditis facere com-
pellantur; regendi eoquod in materia
Principis compræhenſi appellatione
cuncti habentur, qui ad regimen ſuſci-
piendum ſubordinati exiſtant: vt dixit
Vaſquez *in præfat. quæſt. illuſtr. nu.* 107.
Maſtrill. eſt doctrina *de magiſtrat. lib.* 6.
cap. 15. *num.* 11. *&* 12. Huiuſmodi ta-
men

Digitized by Google

A men eccedenter poteſtatem exercere
minimè decet; at ipſam inter æquitatis
cancellos retinere, iuriſque ſeruato, ac
ritus ordine conueniens eſt, vt proprias
moderentur actiones. grauamen autem
ſubditis inferre, quàm diligenter au-
fugiant, ne vel eorum priuati iuriſdi-
ctione ſint, vel ad faciendam Baroniæ
venditionem compellantur: notum nã-
que nobis redditur ex Maſtrill. *in conſil.*
B *vnico num.* 18. Non ſolum ad Baroniæ
venditionem ob in ſubditos crudelitatẽ
cogi Barones. per Text. *in §. ſed maior
aſperitas, inſtitut. de his, qui ſunt ſui, vel
alieni iuris.* Vrſill. ad Afflict. *in dec.* 267.
num. 17. Boſſius *in tit. de Principe n.* 57.
Feudi verum etiam dominio, ac iuriſdi-
ctione optimè quidem poſſe denudari.
Boer. *deciſ.* 304. Petrus de Gregorio *de
conceſſione feudor. part.* 8. *quæſt.* 16. *titul.*
C *de iure boni tractamenti*: vbi Maſtril. *in
addit.* Grammat. *deciſ.* 104. Freccia *de
ſubfeudis lib.* 2. *author.* 8. Roland. *conſ.* 18.
vol. 2. *& conſ.* 40. *vol.* 4. Menoch. *conſ.* 2.
num. 196. Giurba *conſ.* 66. *num.* 21. Nec
trinam præcedentem eſſe monitionem
conuenit, quo in caſu ad venditionem
ipſi compellantur: vt ex Boerij ſenten.
deciſ. 349. & Vrſill. loco præallegato
habemus; quod eo magis vigorem in
D Regno continet, quoniam firmata extat
conſtitutio, ex qua vetitum Baronibus
ſuos malè agere ſubditos: ipſaque le-
gis ſcriptæ monitio trinæ vim includit,
vt Follerius *ſuper conſtit. præſentes n.* 25.
fol. 113. Ad Principem atenim ſpectat
aliquo preſſos grauamine ſubleuare.
Borrell. *de Regis præſtantia cap.* 62. *num.*
117. Burſaticus *conſ.* 377. *ſub num.* 19.
Subditorum namque ipſe dicitur prote-
E ctor DD. penes Giurbam *conſ.* 66. *ſub
num.* 22. Tali de cauſa, ne in dicta
Barones cœcè irruant, non inutile du-
xi laborem, notum ipſis reddere, qui-
bus grauamina modis ſubditis inferri
poſſint, & quibus reſtrictionem in re-
bus ipſorum excipiat authoritas.

Et primo quidem limitationem in
eo ſortitur: quod proprijs impedimen-
tum ponere vaſſallis Barones haud fer-
mè valent, ne recurſum ad Principem F
faciant, vt ſuas ipſos contra, deferant
querelas. Hondcd. *conſil.* 105. *volum.* 1.
Sed ſi merum, mixtumque non demon-
ſtrent imperium, nullo prohibitum red-
dere modo poſſunt, vt Principem ſub-
diti, proprijs, aduerſus alios pro cauſis
adeant. Bouadill. *lib. politic.* 2. *cap.* 16.
nu. 81. Petrus de Gregorio *de conceſſio-
ne feudorum quæſt.* 2. *num.* 14. Boerius
deciſ. 114. Nec obſtaculum ipſis inijce- G
re ne Magnam ad Curiam permiſſis ap-
pellationes porrigerent in caſibus. Lu-
cas de Penna *in l. vnica in fine. C. vt ne-
mo ſuſcipiat ruſtic. ad ſuum patrocinium
lib.* 11. Bouadill. *dicto cap.* 16. *num.* 80.
& 107. Maſtrill. *loco citato num.* 83. Quo
enim in caſu vetitum vaſſallis Baro effi-
cit, Regiam ne ad Curiam pro ipſorum
eant querelis læſæ perpatratur crimen
maieſtatis, ſi Regiæ in præiudicium iu- H
riſdictionis, ac etiam dignitatis id fue-
rit perpatratum. Giurba *conſ.* 69. *n.* 23.
Paris de Puteo *in tract. ſyndicatus, verſ.
de exceſſibus Prælatorum erga ſubdit. verſ.
an Baro num.* 1. *in fine.* Hondedeus *conſ.*
105. *num.* 6. *&* 74. *vol.* 1. *argum.* Text.
in l. cuiuſquam, ff. ad legem Iuliam Maieſt.
Intrigliol. *de feud. centur.* 2. *artic.* 79. *nu.*
29. *fol.* 327. Pragmaticam etiam in Re-
gno 70. retinemus, *ſub tit. quæ tertia eſt,* I
per quam nullo permittitur Baroni mo-
do, vt vaſſallorum appellationibus obi-
cem ponant, omiſſo etiam medio ad
Magnam Regiam Curiam: adde quod
vetitum ex ea redditur, ne reuiſionis
beneficium tribuant; cum punitio ſit, vt
proprio careant iure: ſed ſi officialibus
facultatem dederint, aut alijs, pœna
venit, vt publicationem bona ſubeant,
quod illam excipere interpetrationem k
debet, quæ in calce dictæ pragmaticæ
notatur cum declarationibus *per capit.*
457. 493. & 528. *Regis Alphonſi.* Sed
ſi cum ſubditorum cognoſcunt cauſas,
conſtitutum à Principe pro expeditione
vltra temporis ſpatium prorogare litem
velint, illas, dum finem minimè ſuſci-
piunt, cognoſcere Princeps valet, quo
in euentu nulla permittitur Baroni for-

ma,

A ma, vt remiſſionem poſcat. Maſtrill. *de-*
ciſ. 147. *nu.* 20.
Limitationem ſecundo Baronum fa-
cultas Regni patitur per pragmat. 48.
ſub titulo ne guidatica nimirum, vel aſſe-
curationes bannitis, vel forindicatis au-
deant prabere, quacumque licet dignitate,
authoritate praclari ſint: vel titulo: *Nam*
ſi hoc neutiquam obſeruent vnciarum duo
millia ſoluere, Principiſque ſubire indigna-
B *tionem pro pœna debent*: Huius atenim
iræ comminatio nil aliud dicit, quàm
quod feudi ſpoliari dominio ille cogi-
tur. Zaſius *de feudis parte* 10. *titul. de*
amiſſione feudi num. 41. Rebuff. *in decla-*
rat. form. noua prouiſionis fol. 157. Intri-
gliolus *de feudis centur...quæſt.* 98. *nu.*
200. *& conſ.* 11. *num.* 2. per Textum
in cap. 1. *§. porro*, & ibi Bald. *titul. qua*
fuerit prima cauſa benefic. amittendi, &
C alij penes doctiſſimum Marium Giurbã
conſ. 32. *num.* 3. & videatur pro intelli-
gentia à Ponte *de poteſtate Proreg. tit.* 1.
§. 4. *à n.* 57. *cum ſeq.*
Adſtrictam tertio Baronum conſpi-
cimus poteſtatem, circa procedendi ex
abrupto modum, mero quamuis, mix-
toque decorati videantur imperio; ex
doctrina Marij Burgi *de modo procedendi*
ex abrupto quæſt. 53. Ballus *tit. de quæſt.*
D *quæſt.* 19. *num.* 2. Muta *ſuper pragmatic.*
tit. 27. *num.* 15. *& ſuper cap.* 54. *Regis Al-*
phonſi num. 9. Maſtrill. *deciſ.* 261. *nu.* 71.
Iuris etenim ordine, rituſque ſeruato
Barones mero clari, mixtoque imperio
procedere compelluntur: vnde cum ex
abrupto quidquam facere, ſupra legem
indicẽt omiſſo iuris ordine poteſtatem;
ſupremum hac de cauſa pertinere ad
Principem firmum eſt. Burg. *quæſt.* 17.
E *num.* 10. Caualcanus *de bracchio Regio*
parte prima num. 38. Excellentiſſimi qua
de re Proreges hanc proprijs tribuere
facultatem literis ſunt ſoliti, quæ iuxta
formam in ipſis habitam, obſeruationẽ
ſortiuntur; vt pari modo impunitatis
præbere actum nulla valent ratione.
Maſtril. *de magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 16. *num.*
221. Merlinus *controuerſ. forenſ. cap.* 38.
num. 8. Qui ſermonem facit partis etiã
ſi remiſſio interſit: allegatque Tapplam F
ad cap. Regni miſericordiam, & iudicium
ſub titul. de abolitione lib. 5. *iur. Reg. n.* 21.
& ſequent. Grauaminis adde quod vi
ſubditorum de cauſis habere cognitio-
nem non poteſt. Maſtrill. *loco citato nu.*
260. Ballus *quæſt.* 27. *nu.* 20. Capiblanc.
de Baronib. pragm. 3. *n.* 4. Guid. Pap *deciſ.*
440. & 567.
Prohibitum quarto Baronibus, qui-
bus merum, mixtumque tributum fue- G
rit imperium, extat, vt dilationes, mo-
ratoriaſque debitoribus concedant, ſu-
premi eum in Principis arbitrio perma-
neat. Giurba *conſ.* 76. *num.* 5. Maſtrill.
deciſ. 16. *num.* 1. *& ſequent. & de magi-*
ſtrat. lib. 3. *cap.* 4. *num.* 434. ad Textum
in l. quoties, & l. vniuerſa, C. de precib.
Imperat. offer. Quod vigorem etiam in-
cludit, ſi debitor ceperit in iudicio eſſe
conuentus: vt ait Maſtrill, *loco ſup. citato.* H
Hac de cauſa obſeruatio in Regno ha-
betur, vt literæ ab Eccleſia, & Magnę
Regiæ Curiæ Tribunali obtineantur,
quibus inferiores excipiunt facultatem
officiales, vt ſeruatis ſeruandis, ad mi-
ſerabile ceſſionis bonorum refugium, &
quinquennalem admittant debitores ad
dilationem. propterea bonorum ceſſio-
nem nulla Barones forma quærant ſub-
ditis tribuere, cum ipſorum poteſtatis
natura hoc neutiquam permittat: vt I
eſt ſententia Cumiæ *ſuper ritu cap.* 95.
num. 30. Muta *ſuper pragmat. tit. de dilat.*
num. 11. *& tit. de ceſſione bonorum num.* 1.
Quo affirmat in loco, talique modo nos
obſeruationem in Regno haberi aſſeri-
mus; vt ſolus Princeps, ac Magna Re-
gia Curia bonorum ducant debitores in
ceſſionem. Addas haudequidem per-
mitti; vt ſuſpenſorum cadauera ad Ec- K
cleſiaſtico humandum in loco, conſan-
guineis præbeãt: puniti namque corpus
etiam poſt funus, Principis etiam in
confiſcationem tranſit per Text. *in l. fin.*
ff. de cadaueribus punitor. Illam etiam
punitionem, quæ delinquentem poſt
lethum manet ſoli Principi permiſſum
remittere. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 3.
cap. 4. *n.* 200.

Neu-

Digitized by Google

A Neutiquam Baronum quinto poteſtas extenſionem patitur, vt de in integrum reſtitutione, quæ petitur ex gratia, conceſſionem faciant: Muta *ſuper cap. 456. Regis Alphonſi num.* 88. *tom.5. & ſuper cap. Regis Martini* 57. *num.* 83. *tom.3.* Capiblanc. *de Baronibus prag. 6. num.40.* Caſtill. *deciſ.11.num.17.& ſeq.* Eoquod ipſam, cum gratias inter adnumeretur, Barones elargiri ſunt inhabiles; legitimationis quemadmodum B in gratia euenit; nam cum de reſeruatis in ſupremæ ſignum Principis potentiæ ſit, in generali, meri, mixtique imperij delegatione haud tranſitum facit. Bouadill. *lib. 2. politic. cap. 16. num.165.* Maſtrill. *de magiſtrat. lib.3. cap.10.n.81.* Gomez *ad legem quartam Tauri num.10.* Afflictus *in cap. vnico, tit. quæ ſint regalia.* Capiblanc. *de Baron.* Decius *conſil.* C 88. *vol. 2.*

Prohibitum ſexto Baronibus, qui mero, mixtoque præfulgeant imperio dicitur, vt Notariorum creationem faciant: *ex pragmatica 4. tit. de offic. Notariorum, & ex conſtitut. Regn. in locis demanij noſtri, tit. de Iudicibus, & Notar.* & commune circa ius eſt Textus §. *ſi verò Prætor, Authen. de tabellion.* Paris de Puteo *de ſyndicatu, titul. de exceſſibus* D *Baronum cap. 1. num.7.* Muta *ſuper capit. 256. & 456. Regis Alphonſi, & ſuper pragmat. tit. de officio Notariorum nu.40.* Maſtrill. *de magiſtrat. cap.17. nu.14. lib.4.* Taliter vt, qui aliquam proprium quoad officium, incidunt in falſitatem, nullo modo ex Baronibus: ſed per Magnã Regiam Curiam punitionem excipiunt. Muta *loco citato num* 41. Qui huiuſmodi cauſam in cuiuſdam Notarij Illuſ. Marchionis Ieracenſis ſubditi perſona, ſic E proceſſiſſe affirmat, ſeſe propria remittens *in deciſ. quæ* 102.

Denegatur ſeptimo Baronibus poteſtas, qua nouæ imponi gabellæ poſſunt; iſtud namque ius ad ſolius arbitrium Principis ſupremæ in ſignum poteſtatis attinet, ac de regalijs exiſtit: vt alibi explicatum: Nouar. *de grauamin. vaſſall. lib.2. grauam. 186. num. 8.* Quo ampliationem in loco inſpicimus F conſtitutam: quod ſcilicet, feudi quãuis in conceſſione illa poſita clauſula fuiſſet *Cum collectis*, hoc etenim interpetrari de illis debet, iuſto, quæ titulo, aut legitima temporis præſcriptione, conceſſionis è ſpatio fuerint acquiſitæ. Capiblanc. *de Baronibus pragm. 1. n.87.* Muta *ſuper cap.456. Regis Alphonſi n.84.* Anton. de Ballis *lib.5. ſuper pragmat. 3. tit.26. num.4.* Riccius *collect. deciſ.900.* G Maſtrill. *de magiſtrat. lib.4. cap.16. n.268.* Petrus de Gregorio *de conceſſ. feudorum parte 7. quæſt.7. num.1.* Nec etiam ipſis facultas conceditur, vt delicta ex Medicis, ac Pharmacopæis, propria quoad munera perpetrata cognoſcant: ipſorum nam cognitio ſpectabilem ad Regni Archiatrum pertinere videtur, ex vi priuilegij Regis Martini in anno 1397. & in anno 1403. & Regis Ferdinandi in anno 1505. & Caroli, & Ioannæ 1520. & 1532. H Cum nullum ponat obicem Iulij Clari ſententia *in §. homicidium num.* 13. Qua refert in parte Medicis, ac Chirurgis, qui à recto deflexerint punitionem ex Mediolanenſi Senatu ductum.

Efficaciam octauo nullam Baronum continet poteſtas, propriumque amittit merum, mixtumque imperium vigorem, I ſi de eorum agatur cognitione, qui prædam fuerint in mari paſſi: huiuſmodi namque ius in generali meri, mixtique imperij cõceſſione haudequidem tribuitur, cum in reſeruatis ad Regiæ ſignum Maieſtatis recenſeantur, prout diſpoſitio habetur Textus quoad tranſmiſſionem, *de offic. deleg.* Antonius Bellonus *conſ.14. à num. 28.* Nouar. *deciſ.* 38. Fuluius Conſtantinus *in l. vnica, C.* K *de claſſicis lib.11.* Miſingerius *decad. 11. reſponſ.1. num.162.* Petrus de Gregorio *de conceſſione feudor. quæſt. 12. parte 8.* Cancer. *variar. reſolut. cap. 13. nu.236. lib. 3.* quod etiam probatum exiſtit à Gloſ. *in l. quoties, in verbo competentia, C. de naufragijs lib. 11.* Quo ſtatuitur in loco, cunctarum, quæ accidere in mari, tàm ciuili, quàm criminali modo

firmum

A firmum eſt Prouinciæ ad Præſidem co-
gnitionem ſpectare: & ex eo quia Pro-
rex Prouinciæ ſolns dicitur Præſul: tali
de cauſa ipſi, non verò Baroni, qui me-
rum demonſtret, mixtumque imperiũ
huiuſmodi conuenire ius non eſt ambi-
guum: quod & idem ſuis probatum
voluit dictum Capiblanc. *de Baronibus*
pragmat.8. *num*.145. qui ex Frecciæ do-
ctrina ad nos tranſmiſit; nullam pror-
ſus Baronem illis continere in delictis
B iuriſdictionem: dẽpto quod meri, mix-
tique conceſſio imperij vna cum rega-
lijs fuiſſet allata, eo nam in caſu per
centum millia paſſuum ſpatium iuriſdi-
ctionem in pelago poſſunt adhibere: vt
lata firmat ratione Fontanell. *de pactis*
nuptialib. clauſ.4. *Gloſ*.11. *num*.91. Affe-
rius *de officio, & iure fiſci Gloſ*.2. §.1. &
2. Ramirez *de poteſtate Principis* §.30.
num.20. Oſaſcus *deciſ*.155. & alij, quos
C adducit idem Ramirez. Qui autem
contraria ſunt in ſententia intelligi va-
lent; vt verba inſtituant tali poſſe Ba-
rones vti poteſtate, ex baliſtæ iactu à
maris litore: at clarum redditur, ex
cap... vbi loquitur de ſpatio per baliſtę
iactum ab æquoris litore, vt conſpicuè
videtur ex *eiuſdem capit. rubric.* ibi: *Per*
iactum baliſta in litore maris. Muta verò
ſuper capit. Regis Alphonſi 491. *vel* 493.
D *in num*.5. Prætoris affirmat Felicis Vr-
bis Panormi Curiam de criminalibus
in mari commiſſis ſolitam eſſe cogni-
tionem exercere.

Interdictum, nono, Baronibus dici-
tur, vt congregationem ſeſe inter, cum
Principis non interſit facultas, inſtituãt,
quemadmodum eſt opinio Anton. de
Ball. *lib*.4. *quæſt*. 2. *num*. 69. Maſtrill.
de magiſtrat.lib.4. *cap*.13. *num*.217. Ta-
E liter vt, quo in caſu in Regno Comitia
celebrantur, Proregis ex ordine in
vnum Barones conueniunt; vt in diem
habetur obſeruatio: ſcripſitque Bal.
loco citato num. 82. Adde quod nec ad
Regem mittere Legatum illis permitti-
tur: vt ex *cap. Regis Ioannis* 64. conſtat.
Muta *ſuper cap. Regis Martini* 10. *n*.89.
in fine. Proregis abſque eoquod facul-
tas intercedat. Capiblanc. *de Baronibus* F
pragmat.10. *num*.60. Petr. de Gregorio
de conceſſione feudor. parte 8. *quæſt*. 16.
num.2. Maſtrill. *de magiſtrat. lib*. 4. *cap*.
13. *num*.16. Quod ex aduerſo accidit,
ſi eis tributum hoc fuerit priuilegium:
tali quoniam in euentu ea, de quibus
per priuilegium fit diſpoſitio debent
obſeruationem ſortiri: Giurba *conſil*.
69.

Vetitum decimo Baronibus, qui me-
ro, mixtoque decorentur imperio, vt G
realis, aut perſonalis faciant immuni-
tatis conceſſionem: vt ſcripſit Maſtril.
lib.3. *cap*.10. *num*.127. Capiblanc. *de*
Baronibus pragmat.8. *num*.140. Peregr.
de iure fiſci lib. 6. *tit*. 5. Bellugus *in ſpe-*
culo Princip. rubr. 46. *num*. 7. Nouar.
de grauamin. grauamin. 382. Qui am-
pliationem ex doctrina intulit, tali quã-
uis in actu vaſſallorum interueniret cõ-
ſenſus: nam ſi Proregis, & collateralis H
facultas Concilij adeſſet, vim retineret.
Abb. Glorit. *parte* 2. *num*.10. *& ſequen*.
Atenim quo in euentu alicui tributam
voluerit Baro immunitatem, aliorum
quamuis in præiudicium nil retineret
efficaciæ. per Text. *in l. euacuatis*, & ibi
poſt Gloſ. Bartol. C. *de Decurion.lib*.10.
Barullus *in l. in fraudem*, C. *de annonis,*
& trib. lib.10. Propriuin tamen in de-
trimentum id agere valet Caſſaneus *in* I
conſuetud. Burgund. rubric. de ma, ins
mortis rubrica 10. §. 18. *num*. 17. *fol*.
1219.

Vltimam vndecimo eoquod teſtato-
rum voluntati commutationem inferre
ſupremum ſpectare ad Principem fir-
mum eſt: vt ſcripſit Peregrin. *de fidei-*
commiſſ. artic. 24. Marta *de iuriſdictione*
parte 4. *centur*.1. *caſu* 74. *num*.15. The- K
ſaur. *deciſ*.170. Maſtrill. *de magiſtratib.*
lib.4. *num*.267. Huiuſmodi propterea
vidui exiſtunt Barones poteſtate. Vaſ-
quez *de ſucceſſione creati lib*.1. *de teſtam.*
poten. num.29. Petra *de fideicomm.quæ*.8.
Spino *in ſpeculo teſtamentor.par*.2.*nu*.24.
Quemadmodum nec ipſis permittitur,
vt actum ad proceſſum nullum ſanan-
dum, conficiant. Capiblanc. *de Baron.*

*pragmat.*8.*num.*139. Nouarius *grauam.* A 299. Alexand. *conſ.* 123. *vol.*2. Vt etiã ad teſtamentum condendum inhabilẽ, aptum reddere haud fermè poſſunt:hoc etenim ſolius munus Principis habetur. Nouar. *grauam.*366. *lib.*1.Theſaur. *deciſ.* 87. Adde quod nec præbere authoritatem valent, vt emancipationem infans obtineat, cum hoc Principis reſcriptum in actu debeat intereſſe. *l. iubemus*, *C. de emancipatione liberorum.* Pa- B ſqualius *de viribus patr. poteſtat. cap.* 1. *num.*3. *parte prima.* Nouar.*grauam.*488. *lib.* 1. Pari autem ratione, qui duodecim grauentur liberis, tribuere immunitatem, ipſis prohibetur. Nouar. *grauam.*70.*lib.*2. Vidimus verò haberi obſeruationem, tales vt immunitates ſuas ab Excellentia, & Regij Patrimonij Tribunali expeditionem excipiant, & ſic Neapolis effici aſſerunt in Regno G nonnulli Partenopæi, ex Bald. *in l. vacantia*, *C. de Decurion. lib.* 10. Quibus accedit, nec recentis erectionem facere terræ, cum Regalibus vetitum literis exiſtat, nec dirutæ denuo ædificium excitare illos poſſe, Principis niſi adeſſe licentia videatur. Afflictus *dec.* 265. *num.* 10. de Ponte *de poteſtate Proregis tit.de diuerſ.promiſ.* Maſtrill.*lib.*4. *cap.*16. *n.* 84. *de magiſtr.*

D Repelluntur Barones duodecimo, vt proprios impediant ſubditos, ſuæ nec extra Baroniæ terminos, alienos ad culturam agros deſumant, & ad ſationem, cum propriæ dictionis campi negligãtur: Anton. de Ballis *lib.*4. *quæſt.*2. *num.* 60. & extat diſpoſitio Pragmaticæ Regni æditæ tempore moderaminis Illuſt. Marchionis de los Veles Proregis meritiſſimi anno 1646. vbi poſt alia. *Ordi-* E *namo, & expreſſè comandamo, che neſſuno Titulato, e Barone di Vaſſalli di qualſiuoglia dignità, ſeſſo, ſtato, grado, e conditione che ſia, poſſa accollare per forza terre di loro Stati, e feghi alli loro vaſſalli così Borgeſi, come di qualſiuoglia altro eſercitio ad effetto di ſeminarli; e che ne meno poſſano prohibirli direttamente, ò indirettamente di poter ſeminare, ò coltiuare fuora delle Terre, ò Feghi di eſſi Baroni, ma* F *ciò dependa dalla mera, e libera volontà loro, e che ſia di commune accordio, aſſoluendo Noi eſſi vaſſalli dalla vbbidienza di ſimili ordini, priuando li Titolati, e Baroni della giuriſditione, che pretendeſſero hauere contro detti vaſſalli, per l'oſſeruanza di detti ordini, &c.* Vt æquali forma compellere vaſſallos nequeunt, ad tribuendum ſuis aut amicis, aut ſeruis hoſpitium, & quo in caſu vaſſallagij hoc poſitum in cõceſſione fuiſſet illam G ſuſcipere interpetrationem debent, quæ paucorum veniat dierum ſpatium. Crauett. *conſ.*308. *num.* 1. *cum ſequentibus.* Ioannes Andreas *ad Speculat.tit.de feud.* §. *quoniam, colum antepenult. verſ.& nota quod vaſſallis.* Burgos de Paz *conſ.*3. *num.*97. *l.*2. *C. de metator. & epidemat. lib.*12. *l. vnica*, *C. de tractor. & ſtat. eadem lib.* Bouadill. *in lib. politic.*12. *c.*16. *num.*116. *in fine.* Quo etiam in loco adH uehit coniecturas, quibus valeat deduci an ex metu, vel mera facultate hoſpitia præſtentur. Nouar. *grauam.* 98. *parte* 2.*fol.*172. Adde quod nec aliquo adſtringi modo ſubditi poſſunt, vt Baroni, tàm de ruſticis locationem, quàm de vrbanis faciant prædijs. Capiblanco *de Baronibus pragmat.* 1. *num.*330. *tom.* 1. Maſtrill. *de magiſtrat.lib.*4. *cap.*18. *num.* K 65. Rationi enim diſſentaneum conſpicitur, vt propria ciuis cum familia ad ſua tranſitum faciat habitatione ſuamque deſerere inuito animo rem cogatur. Nouar. *de grauam. vaſſallor grauamin.*31. *num.*4. *vol.*28. *fol.*81. Propriam eoquod neceſſitatem alienæ anteponi oportet. argum. Tex. *in l. eadem*, *C. locati & cap. propter ſterilitatem, eodem.*

Non diſſimili, decimotertio, modo propriis inſtituere nundinas in terris K omni exemptas grauamine Baronibus interdicitur, niſi ſpecialis Regis veniat aſſenſus; prohibitio autem pro Regiæ Secretiæ intereſſe, injicitur, aut gabellarum: atenim ſi de proprio Baronum tractatur præiudicio, hoc perpatrare ipſis haudequidem vetitum cenſeo, ad ſpectantia ad ſe, remittere iura valeant

exci-

A excitor authoritate de Ponte *tit. 10. de*
diuerſis prouiſionibus, *cap. de mercaturis,*
ſeu nundinis. Quo permiſſum in loco
Baronibus extat, vt mercatum, cum
nulla interſit, vel immunitas, vel pri-
uilegium, conſtituant: ex Baldi doctri-
na *in l. vnica*, *C. de nundinis*. Caſtald.
de Imperat. quæſt. 110. *priuil.* 101. Ac ta-
li ratione ſibi tantum intuliſſe præiudi-
cium conſpiciuntur: ad tradita per Cã-
B cer. *lib. 3. cap. 13. num. 91.* Hoc autem
non denegatur, ſi alteri, vel terræ de-
trimentum, vel ciuitati non ſit addu-
ctum. De Ponte *loco citato nu. 3.* Pru-
dentius verò ſeſe gererent, ſi faculta-
tem pro nundinarum conſtitutione im-
petrarent: hoc namque ad ſupremam
Principis authoritatem attinere vide-
tur, ſtudiorum quemadmodum, aut pu-
blicæ quæ ſint, ſcolarum erectio ad eũ-
dem ſpectat. vnde cum ipſius haud cõ-
C currat voluntas id agere Barones repel-
luntur. de Ponte *loco citato num. 12.* vbi
in num. ſequen. quæſitum facit: an ſtu-
diorum nundinarumque de priuilegio
per non vſum fiat amiſſio? & an qua-
draginta, vel eo plus, annorum præ-
ſcriptio verborum vi perennitatem de-
monſtrantium ſublata conſpiciatur?

Nulla decimoquarto præbetur Ba-
D ronibus poteſtas, vt proprijs bannitos
in Baronijs ſecurè permanere, cum de
eo non ſint ignari, ſinant. vnde huiuſ-
modi in caſu habetur diſpoſitio Prag-
maticæ 3. *tit. de receptione bannit. tom. 1.*
Vt qui dominium, vel in ſtatu exerceãt,
vel in feudo, conuincti bannitis recep-
taculum tribuiſſe, iacturam de illis fa-
ciant: atenim interpetratiua qui forma
id egiſſe videantur, deportationis pœ-
nam ſuſcipiant, vel mille florenorum
E ſummam ſoluant. Giorba *conſ. 27. n. 4.*
Vbi ſub examine ponit, quibus colligi
ex indicijs poſſit illo in actu Baronis in-
terueniſſe ſcientiã, & ſic Baroniæ amiſ-
ſionem haberi? at ſi antiqua illa fuiſ-
ſet, proximiori ad inueſtituram conue-
niens haudequidem peſſum abibit: vt
idem aſſeruit, & DD. per eum allati
num. 26. Maſtrill. *decif. 219. par. 3.* Quo

autem ſpatio Baronis perdurans vita
F exiſtit, de Baroniæ ſibi fructibus acqui-
ſitionem Fiſcus facit. Peregrin. *de iure*
Fiſci lib. 5. tit. 1. ſub num. 15. Ex quo
argumentum pro fiſco, agnatos contra,
deſcendit; dum explicat, delinquentis
in vita, velut ex cauſa ab eodem factæ
alienationis fructuum ſuſcipi commo-
ditatem à fiſco. Afflictus *deciſ. 282. nu.*
14. Angelus *de maleficijs, in verbo. & bo-*
na eius publicamus ad finem. Bellarmin.
G *deciſ. 725.* Quo affert in loco; quod vti
ex pœna, quæ nocuo inducitur inſon-
ti neutiquam aufertur afflictio, pari for-
ma inde prolabens emolumentum ad
nullius vtile, qui offenſam non ſit per-
peſſus, debet pertinere: ſed ad Princi-
pem. & hac de cauſa fiſcale aduehi ad
ærarium neceſſe eſt.

Minimè debitor valet decimoquin-
H to Baro, ſi alienum acciderit ob æs pro-
priam perturbari dictionem in affictu
prælationum quærere: prout eſt ſenten-
tia Rebuff. *ad conſtitut. Galliæ tract. de*
ſequeſtro, ſeu communis: artic. 1. gloſa 4.
tom. 3. Qua habetur in parte: neutiquã
ſequeſtrata prætendentes ius in re ad
licitandum in locatione admiſſos: ini-
quum etenim conſpicitur, vt ad pro-
pria licitandum bona debitor audiatur;
I ſeſe aduerſus namque præſumptionem
excipit, vt nec ſatisfactionem in futu-
rum creditoribus valeat, vt æquali, de
præterito, ratione fecit. Thor. *in com-*
pendia deciſ. Neapol. parte 3. verſ. Baro.
Vbi eius generis deciſionem affirmat
depromptam.

Prohibitum decimoſexto habetur in
Regni conſtitutione *rubr.* 21. quæ inci-
pit: *Comite*. Illo in caſu, quo Baro, vi-
uentibus, & filijs, & nepotibus, ad quos
K Baroniæ ſpectat ſucceſſio, hac decedit
ex vita: ipſos ex dominij hominibus
poſſe, cum Regiæ abſint literæ, fideli-
tatis expoſcere iuramentum: nã ſi con-
trarium facere auſi fuerint iacturam de
Baronia pro pœnam debent ſubire, tàm
quoad feuda, quàm omnia & mobilia,
& ſtabilia circum bona Regio applicã-
da fiſco: rationem ducit Afflictus ſuper

A camdem conſtitutionem *num.*5. Sacra-
mentum quoniã recipere aliquod præ-
bet ſuperioritatis ſignum, ac præemi-
nentiæ, quæ haberi dominatoris abſque
Regis licentia non poteſt: huiuſmodi
autem inijcere prohibitionem Baronis
in ſucceſſores haud iniquè viſus eſt
Rex: feudalium namque directum con-
tinet dominium rerum, & vti talis pro-
pria & moderator, & arbitrer exiſtit in
B re: per Text. *in l. re mandata, C. mãdati.*
Hoc tamen exemptionem è vetito, qua-
ternata quibus inhæreant feuda, ſimpli-
ces obtinent feudatarij: in illis præſer-
tim, quæ pœnalia exiſtunt, nam circa
ea neutiquam fieri extenſionem decet.
Maſtrill: *deciſ.* 219. *num.* 32. Vt æquali
modo iſtis minimè conceſſum feudata-
rijs adiutorium exiſtit ex Grammatici
doctrina *conſ.* 68. ratio habetur: Regni
C eoquod conſtitutio, quàm plurium:
Hoc Baronibus tribui præfigit; quorum
ſub nomine qui ſimplices ſunt feudata-
rij non compræhenduntur, quod firma-
tum voluit *in deciſ.* 104.

Incongruum decimoſeptimo Baro-
nibus dicitur ex Maſtrill. ſententia *de
magiſtratib. lib.*4.*cap.*18. *num.*37. *&* 39.
Proprijs interdicere vaſſallis, ne de pro-
prijs venditionem faciant rebus, vino
D ſcilicet, tritico, ac reliquis, niſi priùs
quæ Baronum venalia ſunt, vendantur:
vt placuit Capiblanc. *de Baronib. prag-
matica* 1. *num.* 163. Quo affirmat in lo-
co, nec etiam poſſe pro aliquo tempo-
ris ſpatio venditionem, vel bonorum
extractionem prohiberi, vt multi effi-
ciunt (dicit ille) Barones, qui cum
pœnalia depromãt ædicta vaſſallos ter-
rent, ne vina licitentur, aut frumenta,
E animaliaue ad macellum ducãt, niſi ea,
quę de Baronum ſunt dominio alij mer-
centur: vnde ipſomet tempore, & à
venditione repellunt, & ad emendum
cogunt, quod magnam ſapere tyranni-
dem affirmat Petra *de poteſtate Principis
cap.*5. *num.* 122. *& ſequent. & cap.*6. *n.*28.
Fontanella tamen parte propriùs citan-
dã quoad ſingulum anni menſem Baro-
nibus aſſerit conceſſum, vt tales pro-
mere conſtitutiones valeant, vt 8. vult F
in num. Quo autem euentu aliqua in
Baronia de vetitis conſuetudo inueni-
retur, ipſam equidem nec perſonas, nec
Eccleſiaſtica firmum eſt bona compræ-
hendere. per Text. *in cap. final. de im-
munit. Eccleſ.* Carolus de Graſſis *de effect.
clericat. effect.* 2. *num.* 310. Diana *reſolut.
moral. tom.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 53. *de im-
munitat. eccleſiaſt.* Fontanell. *dec.* 141. *n.* 2.
num. 18. G

Denegatur decimo octauo Baroni-
bus, vt proprios compellant ſubditos,
ne aliud ad molendinum, aut, ad co-
quendum panem, ad furnum, niſi ad
ſuum, pergant: quod & de torculari, &
de trappeto intelligi, cæteriſque debet.
Rolandus *conſ.* 22. *num.* 6. Bartol. *conſil.*
410. *lib.* 5. Brunus *conſ.* 56. Nacta *conſil.*
106. Franciſcus Marcus *deciſ.* 123. Pa-
ris de Puteo *in tract. de ſyndicatu titul. de
de exceſſibus Baron. num:* 19. Huiuſmodi H
atenim concluſio ampliationem penes
infra ducendos reperiſſe conſpicitur. vt
vigorem etiã illo includat in caſu, quo
longiſſimum per temporis curſum, ceu
per annorum mille, ſubditi ad domini
accedere furnum fuerint ſoliti, & hoc
habuerint ius anteceſſores: iſtud nam
cum ad facultatem attineat nullam ſor-
tiri præſcriptionem valet: Ripa *in l. quo
minus num.* 131. *ff. de flumin.* Neuizan. I
conſ. 43. *num.* 19. Petrus Iacobus *in ſua
praxi titul. de furno num.* 5. Nacta *conſil.*
106. *num.* 9. Gabrielis *in titul. de præſcrip.
concluſ.* 10. Qua in parte maiorem id in-
cludere aſſerit efficaciam, cum facultas
publica exiſtit. Rolandus *conſ.* 52. *num.*
29. *lib.* 3. facit Text. *in l. viam, ff. de via
publica.* Beltrand. *conſ.* 234. *lib.* 3. Per
neglectum namque vſum perficiendo
facultas de actu minimè aufertur. Bar- K
tolus *in dicta l. quo minus num.* 27. Soc-
cinus *in terminis conſ.* 272. *lib.* 2. Exten-
ſionem hoc etiam excipit directo quod
minimè domino, aut Principi licitum
habeatur, vt conſilium dedit Brunus
conſ. 131. Quod ea intelligi forma de-
bet, cum ius aliquo ſubditis modo quę-
ſitum videretur, nam illud Principi
equi-

A æquidem tollere non permittitur. *cap.*
quæ in Eccleſiarum. vbi Canoniſtæ de
conſtitut. DD. *in l. Princeps, ff. de legib.*
aliter hoc aduerſaretur Textui *in dicta*
l. quo minus. Qua Imperatori, ac Sena-
tui affirmatur in parte hanc ineſſe po-
teſtatem, qua in illis etiam facere pro-
hibitiones valeant, quæ meræ conueni-
re facultati conſpiciuntur. quod Baro-
nes aduerſus ampliatur, proprijs etiamſi
B ipſi, emolumenti aliquid ſuſcipiant ex
furnis: vt voluit Beltrand. *conſ.29.lib.5.*
extenſio etiam affertur, vt nec indire-
cta Baro poſſit ratione priuatorum fur-
nis præiudicium inducere, cum ſuis
nimirū præcipiat piſtoribus, quod ſub-
ditis grato panem animo coquant, &
ſeruitia illum præſtent ad effectum: hoc
quoniam ædictum, velut ambitioſum,
& aliorum iuribus, qui furnos poſſi-
C deant, contrarium; detrimentumque
aduehens nullum continere vigorem
firmum eſt. Oſaſcus *deciſ.* 17. Nacta
*conſ.*106. *num.*2. His autem obedientiā
præſtare vexationibus, velut illis, quæ
maximam ſapiunt iniquitatem, minimè
ſubditi compelluntur, fidelitatis, quam-
quam aduincti Sacramento permaneāt.
Paris de Puteo *loco citato nu.* 17. Berous
*conſ.*81. *num.*18. *&* 30. Soccinus Iunior
D *conſ.*98. *num.*12. *&* 17. Beltrand. *conſil.*
35. *num.* 3. *ad finem*. Vnde Baronum
proclamātibus ſeſe tali opponere in ca-
ſu vaſſallis opus non eſt. Si ex Barone
verò illa conficiantur, & obedientiam
ſubditi præſtare abnegabunt in quaſi
poſſeſſione libertatis perſiſtunt. Crauet.
*conſ.*659. *num.*7. Bertazol. *conſil.* 419.
num. 8.

Limitationem autem talia ſortiuntur.
E Primo, quo in caſu, cum domini ædi-
ta prohibitio fuiſſet, haud fermè ſeſe
ſubditi oppoſuiſſent, ac ad iuſſa parati
per longiſſimum temporis curſum ex-
titerint. Faber *in §. aquè num.* 20. *in in-*
ſtitut. de actionibus. Rolandus à Valle
*conſil.*22. *vol.*2. Guidon Papa *deciſ.*298.
Ioann. Andreas, & Abbas *in cap. ſigni-*
ficante de appellat. Boer. *deciſ.* 125. Et
ſufficientiam hoc haberi in negotio aſ-

ſerunt DD. ſi maiorem vetitum in par- F
tem diffluxiſſe conſpiciatur. per Boer.
dicta deciſ. 125. *num.* 5. Nam ſi vnum
contra fuerit elicita nocumentum alijs
nullum adducit. vt non diſpari forma
vigorem continebit, ſi extra iudicij li-
mites iniectam illam fuiſſe certum ſit.
Capic. *dicta deciſ.* 19. *num.* 26. Iaſon
*in dicta l. quo minus num.*31. Quo etiam
affirmat in loco, vim adeſſe, huiuſmo-
di ſi prohibitioni obedientiam pacis ob G
tranquillitatem fuiſſe præſtitam non ſit
ambiguum. Nacta *conſ.*125. *num.*1. *&*
*conſ.*522. *num.*4. *lib.*3. Capic. *loco ſupr.*
*citat. num.*25. Vt autem, poſtquam fa-
cta prohibitio fuerit, ſtatui præſcriptio
valeat, ſex luſtrorum interuenire ſpa-
tium oportet. Guidon Papa *deciſ.* 171.
*num.*5. Nacta *conſ.*522. *num.*1. Brunus
*conſ.*56. Ioſeph Ludouiſius *deciſ. Peruſia*
106. *num.*5. Quæ verò tribui ratio va-
leret: hæc. Eoquod poſtquam ædita H
prohibitio ſubditis actio, dominum ad-
uerſus, eſt conceſſa, vt tollere inhibi-
tionem velit; ſupremum nam poſtea re-
curſum facere ad Rectorem ipſis per-
mittitur: vt in ſimili de venatione dixit
Iacobinus *in §. cum venationibus num.*2.
in fine, verſ. cautela etiam. Huius autem
actio generis querelas nimirum inferē-
di elapſo annorum triginta ſpatio & I
iacturam, & præſcriptionem perpetitur.
l. omnes, & l. ſicut, §. ea autem actiones.
C. de præſcript. triginta, vel quadraginta
annor. Quod ita intelligi neceſſe, vt ad
ſilentium nec metu, nec alia fuerint
cauſa impulſi. Nacta *conſ.*106. *num.*12.
violenti nam ex actu nulla præſcriptio-
nis fit acquiſitio. Gabriel. *lib.*5. *concluſ.*
tit. de præſcription. concluſ. 1. *num.* 11.
Crauett. *conſ.*86. *num.*7. Huic verò præ-
ſtari mandato cuncta ex vniuerſitate k
obedientiam conuenit, haud per duos,
vel plus eo particulares. & hoc vigorē
in caſu haberi puto, ſi palam confectæ
neutiquam per illud ſeſe oppoſuiſſet
tempus vniuerſitas per ea, quæ ſcripſit
Capic. *dicta deciſ.* 209. *num.* 28. Onus
vero, vt probatio afferatur Baroni in-
cumbere certum eſt. per Textum *in l.*
ab

Digitized by Google

A *ab ea de probation.* Crauett. *conſ.* 461. *n.* 6. Beltrandus *conſ.* 329. *num.* 2. *&* 234. *lib.* 3. *num.* 5. Adſtricta ſecundo exiſtūt: ſtatuto, quod huiuſmodi de iure facta in inueſtitura conſpiciatur conceſſio. Iaſon. *conſ.* 161. *lib.* 2. Guidon Papa *quæſt.* 298. *lib.* 2. Quod verum Theſaurus reputauit, ſi vna cum multiplicatis, & antiquis inueſtituris, & nouis eo cōfectis modo à Principe ſexaginta ſpatium annorum, & vltra concurrere

B videatur, & continuus ad Baronalia pergendi molendina venire; ac tali aſſerit forma Pedemontani ſententiam Senatus fuiſſe *in deciſ.* 16. *num.* 9. Limitationem tertio idem affert Theſaurus, ſi ad æmulationem noui erectio furnum efficeretur. Adſtrictio quarto adducitur, ſi huiuſmodi ius, quo prohibitio dilabitur, ex iniecto prædeceſſorum pacto

C fuiſſe acquiſitum ambiguum non ſit: allegat Afflict. *in deciſ.* 588. *num.* 2. Quod & idem dicit procedere, ſi furnorum facultas tributa Principis priuilegio vna cum iure illam inijcere prohibitionem fuiſſet. Boer. *deciſ.* 125. *col.* 2. Capic. *deciſ.* 209. *num.* 30. Limitationem quinto intulit Boer. authorit. *dict. deciſ.* 125. *col.* 3. Si patriæ cum interſit conſuetudo tales furnos proprios Barones

D poſſidere cum facultate talia promendi vetita firmum ſit. Sexta, publicis ex molendinis ſurgit reſtrictio, & in furnis. Septima tandem venit, quo Barones in caſu cum ſubditis pactum inieciſſent, vt licitum ipſis haberetur, publicos continere furnos, ac etiam molendina, quoniam & ſi expreſſo non prohibitum ſit modo, ne ad alia poſſint molendina ire, id attamen hac interpre-

E tationem excipere ratione debet: & ita iudicium è Senatu illatum aſſerit, huiuſque ducit cauſam limitationis.

Prohibitum decimonono Baronibus, illis etiam, qui mixtumque retinent Imperium, dicitur: vt, cum à Rege facultatem haud obtinuerint proprias muris circumdare terras velint: vt firmatum fuit ex Capiblanci *de Baronib. pragm.* 8. *n.* 294. Borell. *de poteſtate Regis cap.* 37. Cui probationē rei adduxere per Tex- F tum *in l. ſacra, §. muros, ff. de rer. diuiſ.* Quo vetita mœniorum videtur refectio ſi è Principe minimè licētia deſcendat: vt etiam interdicitur quidquam illis addere, aut ſupponere: ipſius autem verba hæc. *Muros autem municipales nec reficere licet, ſine Principis, vel Præſidis authoritate, nec aliquid eis coniungere, vel ſupponere.* Ex quibus equidem valet deduci minimè ædificare licitum Baro- G nibus, ſi reficere non permittitur: nam iſtud minus exiſtit, quàm illud Gloſſ. *in dicto §. muros, verſ. nec reficere,* eſt etiam Textus *in l. nemo Iudicum, C. de operibus publicis.* vbi Archadius, & Honorius Præfecto Prætorio Theodoſio ſcribentes mandatum inijciunt; ne ipſorum aliquis, cum propria non interueniat authoritas, quidquam operis æſtiment incipiendum: clarum ergo H redditur id etiam nulla ex Prorege habita licentia, effici poſſe: extat pariter Text. *in l. omnes Prouinciarum, C. eodem.* vbi Gloſ. *in verbo omnes.* Conſtituit ex neceſſario, quo in caſu contributionem incolæ faciunt, vt muros erigant, aut reficiant, Principis requiri poteſtatem neceſſe, aut Præſidis: vnde ſi hoc illis denegatur, multo magis vetitum Baronibus dicitur. Maſtrill. autem *de magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 169. Contra- I ria libuit in ſententia permanere. dum aſſerit Baronem, qui merum, mixtumque poſſideat imperium, directi licèt domini facultas haud intercedat, nouis poſſe terras muris circumuincire: quæ autem in caſu (cum neceſſaria præcedant) murorum fieri ædificatio debet Baroni, ciuibuſque, oneris huius grauamen communi pertinere de iure firmum eſt: ac etiam ad illos, qui terras K in territorio poſſideant, in eo quamuis habitationem non habeant. Caſſaneus *conſuetud. Burgund. rubrica prima, ait des iuſtices* §. 4. *num.* 10. *col.* 106. *argument. dicta l. omnes* 2. *C. de operibus public.* Guid. Papæ *deciſ.* 372. & ibi Ronchius *in addiction.* Iaſon *in l. diuortio, §. impenſa, ff. ſoluto matrimon.* Caſſan. *in conſuet.* Burg.

A *Burgund. rubr. 1. §. 4. in princip. post n. 9.* Nactā *conſ.* 183. Cancer. *lib. 3. cap. 13. num. 53. de iuribus caſtrorum.* Numquid verò ſit Baronibus conceſſum, vt ſubditos ad vehendam compellat contributionem, vt propria reſtaurentur & caſtra, & molendina? Reſponſio habetur eſſe prohibitum: adeſt authoritas Caſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. des iuſtices rubric. 1. §. 4. num. 9.* poſt Iacobū
B Rebuffum *in l. 1. C. de ciuibus Vrb. Alexandria.*

DE HIS, QVAE BARONIBVS

Circa feudalia ſunt interdicta.

Cap. 3.

C ET ſi propria quilibet in re moderator exiſtat, & arbitrer. *l. in re mandata, C. mandati.* Plena tamen Baronibus poteſtas in illis, quæ ad ipſorum iuriſdictionem ſpectant tribui minimè videtur, dempto quod primus id efficeret acquiſitor, vt infra inſpiciemus: & vt ad ea pertractandum deſcendam, quæ præſenti promittuntur in
D *capit. noſcere primum oportet, quid feudum exiſtat?* Et omnis quamquam periculū includat definitio. *l. omnis definitio, ff. de re iudicata.* Tali de cauſa plures afferā traditas ex Doctoribus definitiones, vt de meliori quilibet, ipſas inter, electionem faciat: & quæ primaè illa eſt, quam deſumunt DD. *ex cap. unico, §. in primis, verſic. beneſic. tit. quibus cauſis feud. amittantur.* Quod ſcilicet beneuola exiſtat
E actio gaudium capientibus afferens, & ſuſcipiens in id retribuendo, quod prona, & ſponte ſua parata facit: ipſam communiter amplectuntur Summiſtæ: hanc Soccinus *conſ. 166. in princip. vol. 2. & conſ. 66. in 3. vol.* Secunda quod beneuola, nec nō immobilis rei, vel æquipollentis conceſſio exiſtat, cum vtilis translatio dominij ſimul cum emolumento ſub fidelitate, & honeſti exhibitione ſeruitij habeatur: ipſam affert F
Ioannes Rainaudus *in compendio feudali in princip.* Benedict. *in repet. cap. Rainutius, in verbo vxorem num. 54. extra de teſtamentis.* Caſſan, *in conſuetud. Burgun. in rubr. des fiedz.* Tertiā claudit Aquiēſis *rubr. de diſtinctione, & inuentione feudi*; quo in loco definiuit; illud rei habilis conceſſionem pro fidelitate haberi. Quarta deſcendit ex Hoſtienſe, & Oſorio *in §. 1. in ſumma*; qui aſſerunt, G
quod alicuius beneficium rei interueniente inueſtitura ſit; taliter alij conceſſæ, aut datæ, vt dominium penes concedentem remaneret, cuius occaſione recipiēs in illo eius ſucceſſor tribuenti dominio dicitur, de quo, aut quo vſque feudi expoſcit natura, & diuerſarum ſecundum qualitates regionum obligatur, quibus iam deficientibus ſcripto adſtringitur iuri. Quinta ex Af- H
flicto ducitur in *proœmio feudorum n. 38.* quam excepiſſe dicit ex Textu *cap. 1. §. fin. quibus ex cauſis feuda amittantur*: ac talis exiſtit; quod feudum ſit beneficium ex beneuolentia tributum, proprietate ex domino retenta, & vſufructu in ſuſcipientem, ipſiuſque ſucceſſores, ſiue maſculos, ſiue fœminas, ſi circa hoc aptitudinem retineant, translato, certum ſiue, aut ex aduerſo videa- I
tur ſeruitium: quam ſequutus fuit Frāciſcus Curtius *in tract. feudorum parte 1. cap. 6.* & eruditiſſimus Petrus de Gregorio *ſyntagm. iuris lib. 6. cap. 2. num. 3.* Et hæc nouiſſima tot inter feudalem magis demonſtrari ſubſtantiam firmum eſt, vt ipſius ab examine ipsūmet apud Gregor. clarè poſſumus cognoſcere; cum definitionem autem attulerim, feudi nomen indagare non negligam; K
Et

Feudum à fide, vel fidelitate propriā excipit ethymologiam, & communis eſt DD. ſententia; fidelitas etenim cōſtantia eſt, & quæ re vera præſtat, quod ſpopondit: fides namque actiuè aſſenſus, animique affectio, qua quis fidit alicui, habetur, paſſiuè autem illa, ob quam cuiquam fiditur; vnde, & dicto-

rum,

Digitized by Google

A rum, & ſtatutorum conſtantia videtur,
& veritas, ac tale ſuſcipit nomen, quia,
circa quod promiſſum iniijcitur, id fit
iuxta Ciceronis ſententiam *lib. officio.* 1.
Iuramentum adductæ interponitur fi-
dei, & ligius efficitur homo, quod eum
vtroque ligato Rex pollice, fidei, & im-
perio ſuiſque vinciat, obnoxiumque
conſtituat.

Multæ feudorum occurrere diuiſio-
B nes poſſunt; quas inter prima eſt: quod
Eccleſiaſticum aliud, ſæculare quod-
dam exiſtat: illud triplici haberi forma
valet, quod ab Eccleſia ſcilicet præbea-
tur, quod ipſi affertur, vel quod ex
Clerico, non velut ab Eccleſia ſuſcipia-
tur, vel detur, & de hoc ſermonem in-
ſtituit. Text. *in cap. in vno, de Clerico,
qui inueſtituram accepit, cap. 1. qui feuda
dare poſſunt.* Aluarot. *in ſua diuiſione*,
C & Iaſon *in 11. in prælud. feud.*

Hoc, nimirum ſæculare eſt, quod è
ſæculari Principe, aut domino tribua-
tur. §. *Marchio, qui feuda dare poſſunt.*
Velut ſi Catholicus Iberiæ Dominator
in aliquem, aut Marchiæ inueſtituram,
aut Comitatus intuliſſet, de quo feudi
genere maior feudorum libri pars ver-
ba facit, & plus quam circa Eccleſiaſti-
cum: vt probauit Bald. *in prælud. feudor.
D in vlt. diuiſ.*

Secunda in partitione quoddam re-
gale aduenit, aliud autem minimè. Pri-
mum exiſtit, quod immediatè Regis,
vel Imperatoris, aut alius recognoſci-
tur è poteſtate, qui ſub ſuperiore neu-
tiquam permaneat: vt tenet *in tract. de
feudis*. Curtius *in prima parte quæſt.* 8.
col. 2. Poſterius eſt quod ab inferioribus,
Principi, Imperatori, aut Regi excipia-
E tur, vel à Principe, ſed in dignitate
conſiſtere non videatur, cum aliquem
inueſtiat ipſe de plebe. *cap. vno, qui feu-
da dare poſſunt, & rubr. quis dicatur Dux,
Comes, aut Marchio.*

Tertia feudorum ſpecies eſt, quod
feudum aliud nobilitatem includat, ali-
quod minus nobile ſit, nonnullum ali-
qualiter nobile habeatur, alterum ean-
dem ignobile. Primum eſt quod, cum
ex Pontifice, vel Imperatore detur, aut F
Rege nobili poſſeſſorem ornat decore.
cap. 1. quis dicatur Dux. Secundum quod
è Duce, vel Marchione, Comiteue, alij
tribuitur, & conceſſionarius Valuaſoris
excipit nomen: vt notauit Ioan. Andreas
in addict. ad Speculat. in tit. de præſcript.
Tertium illo exiſtit in caſu, quo à Du-
ce, Marchione, Comite, alijſque feu-
dum ſuſcipientes, alteri concedunt, &
minores appellantur hic Valuaſores; vt G
communiter Doctores ſcripſerunt, &
præcipuè Aluarod. *in ſecunda diuiſione.*
Vltimum denique conſtituitur, cum è
minoribus, minimiſque affertur Val-
uaſoribus. *dicto cap. vno, qui feuda dare
poſſunt.* vbi Bartol. *in* §. *Marchio ad nos
transmiſit*: ruſticis permiſſum, vt alicui
conceſſionem in feudum faciant ſuarũ,
dummodo quod rerum adminiſtratio-
nem retineant. §. *noui, per quos fiat in- H
neſtitura.*

Quarta includitur in diuiſione Pa-
ternum quoddam, antiquum aliud, nõ-
nullum nouum primum eſt, de quo pa-
ter acquiſitionem, aliquiſue aſcendens
communis agnationis quartum vſque
ad gradum, fecit Text. *in cap. vno de
ſucceſſ. fratrum & gradum ſucceſ. de feud.*
quod eſt melius de iure iuxta doctrinã
Alexand. *in conſ. 3. vol.* 1. Qua vero for- I
ma probationem excipiat, & quæ in
hoc ſint comprænhenſæ feudo perſonæ
declarauit. Bald. *in* §. *hoc quoque de
ſucceſſ. feudor.* Illas nimirum venire in-
cluſas, quæ patrem ſupra exiſtunt, per-
ſonas, auum nempè, proauum, abauum,
atauumque vnde paterni nomen amit-
tit, & antiquum nuncupatur; promiſcuè
licèt iſtæ deſumantur voces, vtpotè pa-
ternum, & antiquum eamdem retinen- K
tia naturam pro feudo ex aliquo aſcen-
dente communis agnationis, patre, quæ-
ſito, deſumantur: *cap.* 1. & §. *hoc quoque*,
& ibi Bald. *de ſucceſſ. feudor.* do Gregor.
ſyntag. iuris dicto lib. 6. num. 19. Cui ſe-
cundum nouum ſcilicet ſeſe opponit,
quod tunc venit, quando fuerit recen-
tèr de illo facta acquiſitio, ac ipſum in
perſona inueſtiti principium ſortiatur,
nec

A nec è progenitorum ſucceſſione ſit dilapſum. *cap. 1. quot teſtes ſunt neceſſarij ad probandam nouam inueſtituram*: nec noui excipere titulū illud poteſt, quod paternum dicitur; cum facta refutatio propria in vita de illo fuerit, & filijs inducta conceſſio. *§. 3. de vaſſalli decrepita ætate*: quidquid autem de paterno, & antiquo explicamus feudo, circa maternum, & antiquum intelligitur, B nam hoc eſt quod ex quacunque de ſuperioribus fœmina communi de agnatione fuerit acquiſitum: vt habetur in *tit. de feudo fœminino*, & apud Beltrand. & Aluarot. *illum in ſupra iſtum in 7. diuiſione*. Animaduertere attamen oportet, quod explicauit Giurba *deciſ.* 111. *num.* 27. Nouum affirmans feudū cum antiquo, ſi Regis adſit conſenſus, permutatum antiqui naturam indui, & ipſum noui, quo ducit in loco Penna *in l.* C *prima, col. de imponen. lucr. ad ſer.* Iserniam, & Afflict. *cap. 1. num.* 10. *de vaſſall. decrep. ætat.* de Ponte *de pot. Proreg. tit.* 1. *§.* 2. *n.* 10.

Quinta præſefert diuiſio: quod maſculeum aliud, fœmineum quoddam exiſtat; illud eſt, quod ad mares attinere claret, ac ad fœminas non commigrat. *§. hoc autem, qui feuda dare poſſunt.* D Additur enim fœminis ſucceſſionem nō præberi illo præterquam in caſu, quo in defectum maſculi abeant: & ſi facta de illis mentio fuerit. *cap. vno, de feudo fœminino.* Iaſon *in verbo, & fœminis*, & Petrus de Ferra *in 3. diuiſione*. Id autem fœmininum appellatur, aut fœmineum eo quod tranſire ad fœminas videtur.

Sexto in ordine aliud propriam continens naturam, improprium alterum E compræhenditur: Primum ſimplex, rectum, purum, cum quædam adnexa generationis è principio, aut inueſtituræ qualitas feudi habeatur natura: vt eſt Text. *in rubr. de feudo non habente propriam naturam, & §. præterea, quid ſit inueſtitura?* Poſterius, tributum cum conditione feudum exiſtit, vt certum ad ſeruitium, ſtatutamque ex pacto rem, ſit conceſſum. *§. ſi, quid ſit inueſtitura?* A

Septimum genus, & reale, & perſonale amplectitur, & perſonaliſſimum, illud nominatur, quod, tam dantis ex parte, quam eius, qui recipit, tranſitū ad hæredes facit. *§. cum vero Conradus, tit. qui feudum dare poſſunt cap. vno, de duobus fratribus.* Sibi nam in hoc, hæredibuſque ſuis conſultum voluiſſe dominum præſumitur. *dicto cap.* 1. *de duobus fratribus, l. ſi pactum, ff. de probation.* G Alexand. *conſ.* 204. *num.* 2. Perſonale appellatur, quod per alicuius vitæ ſpatium tributum, & recipientis haudequidem, ſed potius dantis ad hæredes cōmigrare videtur; vt guardiæ feudum eſt, & Caſtaldiæ, *cap. 1. de feudo guardiæ.* & vt declarat Iaſon *in 6. deciſ.* Vltimū tandem illud eſt, quod neque dantis, neque recipientis ex parte progredi ad hæredes certum eſt. *cap. 1. quis dicatur* H *Dux*. Exemplum afferunt in ſolidata DD. quemadmodum ſi nobili in paupertate cōſtituto annua præbeatur prouiſio, eo ſolidata in caſu illa dicitur. *l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis ita, ff. de verborum obligat. l. pomum, ff. de ſeruitut.* Bald. & Aluarot. ille *in 6. diuiſione*. hic *in decima*.

In octauam veniunt ſpeciem aliud I iurabile, nonnullum non iurabile feudum: illud eſt pro quo iuramentum ad fidelitatem domino affertur, vt omni regulariter fit in feudo. *cap. vno, de noua forma fidelit.* Hoc quando illo conceſſum extat pacto, vt fidelitas neutiquam iuramento confirmetur. *§. nulla, tit. per quos fiat inueſtitura, & cap. vno, in princip. de capit.* & huic equidē feudi nomen haud K tribuerem, cum nullo ſuper ipſum fidelitas cadat modo.

Nonam aliud ligium in diuiſionem accedit, aliquod non ligium. Primum habetur, quando iuramento fidelitas omnem aduerſus Orbis hominem, nullo dempto, confirmatur, nec ex alio tribuitur, niſi ex Principe, qui ſub ſuperiore non permaneat, vt Imperator, Hiſpaniarum Rex eſt, & Galliæ: *cap. per*

Digitized by Google

A *venerabil. qui filij ſint legitimi* : & ligius
homo, quaſi ei ligatus, ac ſubditus, le-
galitatem Regi debens dicitur. Gloſa
in Clemen. Paſtoral. & ibi Cardinalis de
re iudicata: quemadmodum hoc in Tri-
quetre Regno cuncta ex Rege conceſſa
nobilia nominari, & ligia valent feuda.
Intrigliol. *de feudis centur. 1. quæſt. 45.*
num. 19. Poſterius ideſt non ligium il-
lud eſſe affirmamus, fidelitatis quando
B in iuramento priori exceptio fit de do-
mino: vt in *tit. hic finitur lex in fine, &*
§ finali de prohibita feudi alienatione per
Federicum.

Annale decima feudum includit, &
perpetuum diuiſio: Illud eſt, quod ſta-
tim, poſtquam anni tranſactus fuerit
curſus, poteſt auferri, cuius adinſtar
Caſtaldiæ, & guardiæ feudum exiſtit,
quodque mercedis in locum alicui tri-
C buitur. *cap. 1. de feudo guardia*. Hoc id
eſt, quod in perenni tribuitur ſpatio.
cap. 1. §. cum vero Conradus, qui feudum
dare poſſunt. Quod autem ſimplex eſt,
perpetuum nominamus. *cap. 1. in fine*
titul. quibus cauſis feudum amit.

In vndecima occurrit ſpecie aliud
diuiſibile, quoddam indiuiſibile, &
omnecumque regulariter feudum pati
diuiſionem poteſt, cum nonnulla exci-
D piantur, vt Regnum, Ducatus, Mar-
chia, & Comitatus, ſicuti eſt ſententia
Aluarot *nona in diuiſione in proœmio.* per
Text. *in cap. vnico, ſi de feudo defuncti*
contentio. capit. Imperialem, §. præterea
Ducatus, de prohibita feudi alienation. per
Fideric. Propterea in iſtis, quæ indiui-
ſibilia ſunt Primogenitus ſucceſſionem
obtinet. *cap. licet*, & ibi Doctores *de vo-*
to. Decius *conſ. 389. num. 6.* Reliquis
E autem filijs appanagium, ideſt legiti-
ma, non diuiſionis, at prouiſionis me-
dio aduehi debet, & hoc dignitatem
circa, non autem quoad adminiſtratio-
nem oportet, nam diuerſè accideret,
dum inconueniens non eſſet ab aliquo
Ciuitatem hanc fratre dirigi, ex alio il-
lam. Benedict. *in repetit. cap. Raynutius,*
in verbo eodem teſtamento, num. 186. de
teſtam.

Partitur duodecimo feudum in ſim- F
plex, & purum, ac in condictionatum,
& non rectum. Illud eſt, quod ſtatuta
minimè ſeruitia retinet. *§. penult. quid*
ſit inueſtitura. Hoc quando in conceſſio-
ne præfixum inuenitur ſeruitium, ſci-
licet de aſſociando, de filia in matrimo-
nium collocanda, de ſeruitijs domino
in menſa prę́ſtandis, & quoquam alio
certè agendo. *§. final. de capit. qui cur.*
vend. cap. 1. de not. feudor. G

Decimumtertium feudorum genus
francum aliud, non francum quoddam
includit. Primum eſt, quo in caſu vaſ-
ſallus immunis à ſeruitijs habetur, &
nullum dare compellitur: ex maleficijs
tamen in tacendo fraudem conſiſtenti-
bus exemptus non eſt, cum ſcilicet in-
ſidias domino, quas ipſum contra è
quolibet conſtrui noſcit, aperire non
ſatagit, aut cum exemptum facit, quod H
non eſt, quo felloniam committere in
caſu dicimus, & feudo priuari talem
debere: *cap. vno, quibus modis feudum*
amittatur. Poſterius quo in caſu aliquod
inhæreret ſeruitium domino præſtandū,
prout regulariter efficitur, vt in feudorū
videtur libro.

Decimaquarta ſpecies quoddam
omnes tranſitorium ad hæredes feudū
includit, aliud minimè: illud quodli- I
bet regularitèr feudum exiſtit: æquali
namque forma omnes commigrare in
deſcendentes conſpicitur: *cap. 1. §. 1.*
ibi, *quod hodie, tit. qui feudum dare poſſ.*
quod fuit apud Iaſonem explicatum *in*
præludio feudor. col. final. num. 128. Hoc
non ad omnes, at ad Primogenitum
tranſit: vt Siciliæ, Franciæ, Angliæque
Regnum habetur: quod, cum Primo-
genitus ſuperſtes ſit, alijs neutiquam K
præbetur: ſed quo in caſu dictum in in-
ueſtitura fuerit: *Tibi, & liberis, vel hæ-*
redibus ex tuo corpore deſcendentibus: feu-
dum ex pacto, & prouidentia vocatur:
Afflictus *rubr. 17. §. quod ſibi, tit. de eo,*
qui ſibi, & hæredibus num. 2. fol. 342.
Quo etiam in loco verba declarat, ſi
fuerit conſtitutum: *tibi, & hæredibus*:
an tale hæreditarium ſit feudum, & eius

aſſerit

A afferit generis haberi: per Andreas do-
ctrinam *in cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſ.
feudor. & in cap. 1. de alienat. feudi pater-
ni.* At ſi abſolutè *tibi, & heredibus.* fue-
rit poſitum, ex pacto, & prouidentia,
feudum eſſe indicat, vbi ea rationes pro
ſententia vehic circa materiam viden-
das.

Decima quinta contineri in diuiſio-
ne corporale, atque incorporale ambi-
B güum non eſt; illud exiſtit, quod in mo-
bilibus, & tactum obuijs permanet in
rebus: hoc decimalibus, aut iuriſdictio-
nalibus, ſimilibuſque adeſt vt guardiæ,
& caſtaldiæ eſt feudum. *cap. unico in fine
de feud. cog.*

Decimo ſexto habetur in genere,
aliud de camera feudum, aliud, de
Cauena quam probatum diuiſionem
videmus *in cap. unico in fine de feud. cogn.*
C & primum DD. illud eſſe ſtatuunt,
quod ex Principe nobili cuidam in de-
cem de camera tribuendis, communi
vbi reperitur Theſaurus, tribuitur, &
ſingulis hoc recipi annis conuenit. Po-
ſterius eſt quo Princeps in caſu decem
frumenti, aut, vini ſextaria ex cauena,
deſumenda concedit: is autem locus
eſt, in quo frumentum, aut vinum, &
huiuſmodi aſſeruari res videntur, ac di-
D ſtribui: vt dicit Aluarot in proœmio *feu-
dor. 17. diuiſ.* & Bald. *in cap. unico de
not. feudor.*

Decima ſeptima feudorum ſpecies
aliud guardiæ, caſtaldiæ nonnullum, &
alterum, quod tribuitur pro mercede
includit. Primum eſt, quod illo affertur
in caſu, quo cum aliquod Princeps cui-
que ad cuſtodiam caſtrum deſignit, feu-
dum pro mercede afferat, vel annexum
E illud guardia retineat: vt declaratum
fuit ex DD. *in cap. unico de feudo guar-
dia.* Poſterius eſt quod Procurationis
ergo præbetur; nam Caſtaldus is nomi-
natur, cui domini fuerit ad gubernatio-
nem tributa Glo. *in verbo, ſi verò Ca-
ſtaldi, in cap. unico, de feudo guardiæ, & in
l. fin. C. quod cum eo, in verbo, ſeruo.* Ter-
tium denique eſt quod toleratos ob la-
bores pro mercede conceſſum euenit
alicui: ita tenet Aluarot. *in dicto cap.* F
unico de feudo guard.

Decima octaua feudorum diuiſio,
aliud de Curte, quoddam extra Curte
recipit, quam ſectionem hauriunt ex
Tex. *in cap. unico de capit. qui Curiam
vendit.* Quo in loco tunc in Curte feudū
vocatur, quo totius dominium villæ,
poſſeſſionemque taliter quis habet; vt
omnes illius ruſtici, & coloni cunctos
Domini fructus, redditusque colligen- G
tes ad ipſius adducunt ædes: ea perma-
nentes in parte, ac Domus illa Curia;
ſeu Domini Curtis appellari ſueuit; hac
de cauſa ſi ex domino circa vnum man-
ſum de dicta villa facta conceſſio fuiſ-
ſet, quod ſtalidum per idioma terræ
quantitatem denotat, quæ duorum
opera boum ad ſinguli labores anni
ſufficiens eſt, aut permiſſum è Domino
eſſet, vt dicta de curte ſtatutam excipe- H
ret ſummam, & domino cæteri affer-
rentur fructus; eo vaſſallus in caſu in
curte dicitur; vt ponit idem Aluarot.
in proœmio feudor. 14. diuiſ. extra cur-
tem; feudum appellatur, quando totius
villæ dominium in domini haud ineſſet
arbitrio: ſed maiori poſſeſſiones ex par-
te ruſticorum aliorumue in facultate
permanerent, cùm modicum quid do-
minus, duas nimirum, aut tres haberet I
poſſeſſiones: & tunc minimè oportet,
vt domicilium ibi coſtructum exiſtat;
eoquod ſi tales in feudum poſſeſſiones
tribueret, extra curtem vaſſallum ha-
bere diceretur. *cap. unico. §. penult. &
fin. quibus modis feudum amittatur.*

Decima nona in feudorum diuiſione
aduocatiæ aliud, de tabula, ſeu quater-
nata non nullum adeſt feudum: Primū,
nominant DD. quando alicui fiſci ad- K
uocato, vt debita exoluantur ſtipendia
feudum quodquam eſt annexum, quod
etiam in Iudicatura, Procuratia, Nota-
ria, alioque munere, quod ſocietur feu-
dum, venit: probarunt dicta *ex cap. uni-
co, §. quidque aduocat. de pace tenenda.*
Aluarot. *in proœmio feudor. in 18. diuiſ.
& in tit. de feudo guardiæ* Iaſon *in colum.
penult. in prælud. feudor.*

A Poſterius, de Tabula nimirum, aut quaternata illo exiſtere dicunt in caſu quo Regis ad collationem, vel Domini pertinet, vel eſt in cameræ, quaternis conſcriptum Andreas de Iſern. *in cap. 1. tit. de controuerſ. inueſtitura apud pares terminanda*; Aluarot. *loco cit. diuiſ. 21.* quem ſequitur Lucas de Penna *l. 1. C. de vend. rerum fiſcalium lib. 11.*

Vltimum tandem genus aliud emp-
B titium includit, vel mercenarium, de quo ſcilicet pecuniæ opera fiat acquiſitio Curt. *conſ. 50.* Quoddam æditale, quod vnicuique vaſſalli qui hæreſſit, cuius repræſentet perſonam omagij videatur onus ſubijſſe, tribuitur. Speculat. *in tit. de feud. in §. quoniam verſ. 27.* Nonnullum denique decretale, quod quaſi à domino decretum dicitur, eo quod cum vitales vaſsallus auras deſer-
C uerit, ipſius ſiue filius, ſiue hæres poſcere inueſtituram, & fidelitatis præſtare iuramenrum compellitur, quemadmodum dominus ipſum in vaſſallum recipere tenetur: vnde recipiendi in actu ſibi jus in feudo conſpicitur decernere, & ea decretale de cauſa nuncupatur Iaſon *in prælud. feudor. in fine.*

Cum feudorum igitur cognitæ diuiſiones fuerint, ipſam ad inueſtituræ for-
D mam deuenire ac pacta neceſſe, ex quibus potius, quàm communi ex iure dependentiam feudi excipit natura Paponius *conſ. 1. num. 27.* Oſaſcus *conſ. 57. num. 9.* Naturales ita vt extra limites feudum inueſtituræ opera deduci eſt in placitis Hondedei *conſ. 70. nu. 11. vol. 1.* Rouit. *ad pragm. Regni Neapolis rubr. de feudis num. 16.* Oſaſcus *conſ. 23. num. 5. & deciſ. 23. num. 21. & 20.* Feudi cum radicem inueſtituræ præſeferat. Afflict.
E *deciſ. 295. num. 5.* Gratia. *diſcept. 724. num. 10.* Roſantel. *de feudis cap. 1. concluſ. 12. & cap. 6. concluſ. 69. num. 7.* Rolandi. *conſ. 67. num. 1.* Ipſius propterea tenorem eſſe animaduertendum voluerunt. Surdus *conſ. 384. num. 52.* Raudenſis *conſ. 26. num. 5. vol. 1.* Feudorum quamuis inueſtituræ ordo iuri aduerſum exiſteret. Bolognet. *conſ. 4. nu. 130.*

Schrader. *de feudis parte 4. cap. 2. n. 28.* F
Petrus de Gregor. *de ſucceſ. feudor. parte 3. quæſt. 1. in princip.* Oſaſcus *conſ. 42. num. 26.* ex quibus doctiſſimus Giurba in præludio 5. *feudor.* quæſtionem in medium attulit: An licitum ſit feudi formam in augmentum ferre, in diminutionem ducere, alteratam efficere, vel mutatam velle? & quibus huiuſmodi facultas conuenire perſonis dicatur. Et primum in Principe iuris aduehit regu- G
lam quod, cum inuito ſine vaſſalli animo, eorum in præiudicium, qui primæuam fuerint ad inueſtituram vocati, nullo feudi forma tranſmutare modo permiſſum eſt: ex Iſerniæ doctrina *in conſtit. honorem in princip. rubr. 39. lib.* per Tex. *in cap. 1. de alienat. feudor. paternor. & cap. 1. de natur. feudi.* Cumia *in cap. ſi aliquem verbo, antiquis nu. 143.* Intrigol. *de feud. centur. 2. artic. 2. num.* H
352. & Petrus de Gregor. *de conceſ. feudor. parte 3. quæſt. 4. num. 1.* Pari etiam ratione nec feudi qualitas ipſorum in præiudicium Regis è facultate alterari quidem poteſt. Decian. *conſ. 24. nu. 13. vol. 1.* Menoch. *conſ. 103. num. 56.* Clarus §. *feudum quæſt. 41.* Intrigol. *centur. 1. quæſt. 10. num. 35. cum ſequ.* Vt nec ſucceſſionum euoluere iura, vel diminuta reddere ipſi conceditur. Peregr. I
conſ. 4. nu. 11. vol. 4. Menoch. *conſ. 443. à num. 75.* Quo ſi aliquo id effectum caſu fuerit ex Principe perpetratum ex errore fuiſſe reputari neceſſe ſcriptum eſt ab Alexan. *conſ. 9. num. 12. vol. 5.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 92.* Petro de Gregor. *parte 3. quæſt. 10.* Giurba *loco citato nu. 39.* Qui ſecunda conſtituit in ampliatione. Quod ſi nouum fieri feudū debet, neutiquam valeat dominus, alte- K
rius in præiudicium formam antiquo præfixam tēpore, immutare: & eo quod ex Alphonſi Regis *cap. huius Regni 456.* Poſitus tenor fuit, qui antea in Regno non apparebat, cuique feudo ſic. *Pro te hæredibus tuis de tuo corpore legitimè deſcendentibus, ita quod viuant iure francorum, vt maſculus præferatur fœminæ, & maior natu minori.* Tali de cauſa Giurba pla-

A placuit: haudquaquam decens, vt poteſtatis etiam de plenitudine prædictam ſubuertere formam vocatorum in præiudicium valeat; quod multo magis Baroni vaſſallo vetitum exiſtit. Menoch. *conſ.* 986. *num.* 21. *& conſ.* 331. plures autem loco Giurba *citato*, & ampliationes ducit, & declarationes, Regiam quas ad facultatem ſpectare dubium non eſt. vnde cum de ipſa in præſenti B nulla inſtituatur tractatio: eoquod de Baronis tantum authoritate, quam circa feudalia retinet verba facere contenderim, propterea ad ipſos deſcendo. Et primus habetur caſus: An hoc committere Baro poſſit, ſi proprium tantum inſurgere præiudicium videatur? Et hoc aſſeruit Giurba *in num.* 25. euentu feudi formam, cuiuſcumque videatur generis, ipſius, mutationem excipere, C in præiudicium, non veterari. Cumia *dicta Gloſ. antiquis num.* 166. Et de ipſo etiam, cum vitæ Baro trahere ſpatium conſpiciatur, alienationem facere ipſi prohibitum non dicitur. Rouitus *in ſupra citata pragmatica de feudis nu.* 40. Andreas de Iſern. *cap.* 1. §. *hoc quoque de ſucceſſ. feudor.*

Poſterior ſerie caſus occurrit, & eſt, neutiquam Baroni permiſſum, vt in D Domini præiudicium immutatam feudi naturam, cum ipſius non interueniat conſenſus, velit; deteriorem namque domini conditionem reddere vaſſallus haud valet. Cumia *loco ſupra citato num.* 167. Paris de Puteo *de reintegr. feudor. cap.* 97. *num.* 2. Quod alio accideret modo, ſi meliorem Domini conditionem aduehi in gradum conſter: nam id efficere, inuitus licèt ſit dominus, valet E Becc. *conſ.* 107. Puteus *dicto cap.* 97. *num.* 3.

Circa illud verò, quod ſucceſſorum pertinet ad præiudicium, dico: ſi hæreditarium extet feudum, mutationem excipere, vel reſtrictionem è Baronibus, ita vt ex pacto, & prouidentia euadat, cum ipſius coarctetur forma, poſſet potius enim eamdem Principis formam adhiberi, quàm inuſitatam inferri certū eſt. Giurba *deciſ.* 108. *in fin. nu.* 86. In- F trigl. *de feud. centur.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 18. Milanen. *deciſ.* 8. *nu.* 10. *parte prima.* Feudorum autem inueſtituræ extenſionem aduehere, iure quidem optimo primo acquiſitori, cum Regius adſit conſenſus, ſucceſſorum licèt in præiudicium. Petrus de Gregor. *de ſucceſſ. feudor. parte* 3. *quæſt.* 5. *num.* 1. *&* 2. Illa etiam ſi circumuallatum clauſula feudum exiſtat, quæ Francorum apponi G ex iure ſolet. Intrigliol. *deciſ.* 16. *num.* 9. Cannet. *ſuper cap. volentes*, §. *& non erit otioſa num.* 83. Giurba *in ſupradicta deciſ. num.* 18. ex quibus deducit idem Giurba *in dicto præl∣ud.* 5. *num.* 29. permiſſum haberi; vt hæreditarium fideicommiſſo feudum reddatur ſubiectum. Peregr. *de fideicommiſ. artic.* 6. *num.* 18. *& conſ.* 5. *num.* 24. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt* 192. *num.* 10. Melior eoquod effici ſemper H feudi conditio poteſt; vt ſuperius fuit explicatum.

Feudi addas hæreditarij formam, quo in caſu cum agnatis fiat conuentio, & aliam à ſe ipſa, & alteratam reddere non interdictum eſſe. Intrigliol. *centur.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 79. Capicius *deciſ.* 64. *num.* 8. Cannet. *in dicto cap. volentes.* §. *at non erit inutile num.* 81. Giurba *dicto prælud. num.* 30. qui ex Cannet. *deciſ.* 1. I *num.* 17. *&* 30. Agnatorum affirmat nomine filios etiam venire.

Sed enim ſi antiquum videatur feudum, ſucceſſorum haudquidem licèt in detrimentum Baroni, vt, vel eius perturbet formam, vel cum diuerſum ſucceſſionis reddat ordinem filijs præiudicium adducat. Shraderius *conſ.* 1. *n.* 68. Milaneſ. *in ſæpè cit. deciſ.* 8. *à num.* 4. *parte* 1. Cumia *in dicta Glo. antiquis n.* 174. K Afflict. *deciſ.* 240. *à num.* 7. Petrus de Gregor. *de conceſ. feudor. parte* 3. *quæſt.* 6. & Intrigl. *centur.* 2. *artic.* 7. *num.* 41. Quo ſcriptum in loco reliquit, nulla poſſe feudatarium ratione feudi ex pacta, & prouidentia formam agnatorum euoluere in præiudicium: at ſeſe aduerſùs valere allegat Petrum de Gregor. *in dicta quæſt.* 6. *verſ. inſero.* Dempto

quod

A quod ex agnatis conſenſum deſcendiſſe
compertum ſit : eoquod ipſorum in
præiudicium valorem ineſſe mutationi
voluit per Tex. *in cap 1. de alienat. feudi*
paterni. Aut allodialibus quidquam de
bonis filio, vel agnato dari ſategiſſet vt
compenſationem præiudicium ſortire-
tur, ex formæ mutatione, cum Regis
haud interueniret conſenſus, allatum;
vel niſi feudum fuiſſet francum ad allo-
B dium conceſſum, aut etiam ſi feudi for-
ma ex conſuetudine, tanto ex tempo-
rum curſu firmata, cuius principij me-
moria haud ferme ſit, mutationem fue-
rit ſortita: vt de omnibus ſuas reliquere
ſententias DD. apud eumdem Intrigl.
à num.43. cum ſeq; & Petrus de Gregor.
Cumia, & alij in locis *ſupra citatis.* Qua
de cauſa debebit cum Giurba *dici in di-*
cto pralud. num. 31. circa medium. Ma-
C ſculis, & fœminis antiquo feudum ex
tempore ad ſucceſſionem conſtitutum;
ad illos tantum reſtringi nullo modo
poſſe: ez Zaſij doctrina *de feud. parte 6.*
num.22. & 23. Minoch. *conſ.148.num.*
32. Pariſ. *conſ.9. nu. 27.* Dec. *conſ. 193.*
num.3. Vt pari forma, quod fuerit ſolũ
pro maribus relictum ſeſe ad mulieres
traducere haud valet. Decius *conſ. 185.*
num 3. Tuſcus *littera F. concluſ. 110. nu.*
D 16. Firmum namque habetur, cum nul-
la contradictionis vmbra ex aduerſo in-
ſurgat, minimè parentis ex arbitrio: ſed
concedentis, feudi effici ad vocatos
translationem. Borel. in ſumma *deciſ.*
tit.34. de feudis num. 337. Ruinus *conſ.*
149. num.14. in 1. Valenzuola *conſ.69.*
num.154. & 162. & alij quos hac pro
opinione ducit *loco ſupra cit. num. 31.* in
fine Giurba: Tali de re ex neceſſario
E agnatorũ intercedere affirmauit opor-
tere. Giurba *loco cit. num. 35.* & Petrus
de Gregor. *in ſupradicta quaſt. 6. & 10.*
Intrigliol. *dicto artic. 7. num. 42.* Qui &
tacitè adeſſe ac expreſsè, effecta etiam
poſtquam fuerit mutatio, valet; Cum
de feudis parte 4. num.137. & 138. Giur-
ba *loco cit. nu.36.*

Quo autem in caſu ex pacto, & proui-
uidentia feudum, nouumque videatur
exiſtere Giurbæ in placitis *num.40.* ha- F
betur primo non vetitum acquiſitori, vt
illius formæ, & augmentum adducere,
& alterationem inferre, & diminutionẽ
valeat aduehere; quamquam Regis
haud interſcedere voluntatem, ſtatutum
ſit Petrus de Gregorio *part. 3. quaſt. 7.*
verſ. ego autem: vbi teſtatur: hanc eſſe
communem ſententiam. Cumia *in cap.*
ſi aliquem, Gloſ. antiquis num.249. Can-
net. *in cap. ſolentes, §. at non erit, num.81.* G
fol. 133. Adde quod iure quidem opti-
mo primo permiſſum acquiſitori, vt in-
uito licèt fiſcus, aut nepos animo exi-
ſtat, alienationem ex ſucceſſore de feu-
do faciat: vt affirmatunt Milanenſ. *de-*
ciſ. 8. num. 40. & 42. parte 1. Clarus
§. feudum, quaſt. 41. Nacta *conſ. 475.*
& alij penes Giurbam *in dicto num. 40.*
circa medium. Francorum quamquam
iuris clauſula feudo inhærere videatur: H
nullis eoquod retinaculis primus impe-
dimentum inuenire acquiſitor poteſt, ac
nouum etiam, quia feudum agnatos
retinet nullos. Corſet. *conſ. 7. num. 3.*
Giurba *num.41.* Quod aliter accideret,
ſi pro Barone, ipſiuſque filijs facta de
feudo fuerit conceſſio: tali eoquod in
caſu vocatorum præiudicium, quorum
contemplatione quæſitum dicitur feu-
dum, cum illata de ipſorum nomine I
fuerit expreſſio; feudi nequaquam for-
ma ſortiri alterationem debet. Intrigl.
de feudis centur. 2. art. 1. num.63. ſump-
to argumento *a lege finali, C. de vſufru-*
ctu. Hondedeus *conſ.90. num.8.* Giurb.
num.44. qui *in num. 45.* Idem affirmat
efficaciam nouo; iure antiqui conceſſo
includere in feudo: in eo nam Baro
haud filiorum in præiudicium quidquã
valet perpetrare: cum & antiqui natu-
ram ſibi per omnia acquiſiuerit, & effe- K
ctum. Petrus de Gregorio *de conceſſione*
feudorum part. 5. quaſt. 3. Intrigl. *centur. 1.*
quaſt. 24. Roland. *conſ. 60. num. 9. & 16.*
lib. 1. Afflict. *in cap. 1. n. 56. de alien. feudi*
paterni.

Hæreditario autem in feudo ex Re-
ge poſſe, at vaſſallo mutationem indu-
ci minimè verius eſt dicere. Giurba
nu.47.

A *num.* 47. Qui feudum circa de pacto, & prouidétia huiuſmodi attulit diſtinctionem. Et primo, ſi de Regis agatur præiudicio: feudi dominum, qui mutatæ aſſenſum formæ præſtaret, ſibi præiudicium inferre 48. dixit *in num.* eoquod poſt factum receſſum facere à feudi forma, cum eiuſdem ſit dominus; & acquiſitor feudi vaſſallus voluntatis, licèt: ſi quidquam de receſſu, vel mutatione agatur, aut alteratione. Freccia
B *de ſubfeudis lib.* 2. *quæſt.* 38. *num.* 4. Cannet. *deciſ.* 1. *num.* 19. Secundo de feudatarij tractati poteſt præiudicio, & tali decere illum in caſu, vt ſi Regis interueniat facultas aliam à ſe ipſa feudi reddat formam voluerunt Cumia in ſæpè *citata Gloſa antiquis num.* 110. Petrus de Gregorio *dicta parte* 3. *quæſt.* 6. Giurba *dicto præludio* 5. *nu.* 51. qui in 52. *nu.* nullam habere vim declarauit, ſi feudi
C capta ex errore inueſtitura fuerit; vaſſallus etenim ſibi fingens conceſſionis haud ineſſe formam, ſi inueſtitura pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus, proprio deſcendentibus ex corpore fuerit obtenta, taliter vt Francorum iure vitam ducant ex Alphonſi *cap.* 456. & Caroli 246. Originalem feudi formã antiquo minimè remouet è ſtatu Cumia *in dicta Gloſa antiquis num.* 211. Alio eoquod
D habita modo inueſtitura, quàm originalis exiſtat, ex errore facta præſumitur. Coſta *conſ.* 55. *num.* 2. Menochius *conſil.* 103. *num.* 61. Nacta *conſ.* 322. Petrus de Gregorio *dicta par.* 3. *quæſt.* 10. Cumia *dicta Gloſa antiquis nu.* 212. Taliter vt erroneæ reuocationem inferre ipſi permiſſum exiſtere voluerit Rauden. *conſ.* 2. *num.* 331. *vol.* 2. Giurba
E *num.* 53. *in fine*. Supradictæ qui declarationi aliam adduxit: quod ſcilicet nullum aſſertum hoc demonſtret illo in caſu vigorem, quo tanti alterata temporis ſpatio originalis forma feudi haberetur, vt hominum excedere memoriam conſpiciatur: eo namque in euentu poſteriori vim inhærere iudicauit, ductus authoritate Petri de Gregorio, Intrigliol. & Cumiæ in locis per ipſummet in ſupradicto *num* 54. allatis; F
aut etiam ſi primæ de feudi inueſtitura facta videatur amiſſio, vltimæ quoniam incumbere, putauit Baronem debere *ſub num.* 55. Tuſcus *littera F. concl.* 108. *num.* 12. Aut poſterior niſi inueſtitura in concedentis præiudicium domini reſultare conſpiceretur, aut ſecundæ noua pacta inueſtituræ, & certa, & vaſſalli, qui recipit, & Regis, qui dat licentiam inijciantur; & denique niſi feudi G
formæ, quæ mutationem excipit, omnium, ad quos pertinet conſenſus adhibeatur. Rolandus *conſ.* 67 *n.* 6. *vol.* 1. Petrus de Gregorio *dicta par.* 3. *quæſt.* 10. *num.* 8. de quibus omnibus idem Giurba *loco citato à num.* 56. *vſque ad* 59. diſſeruit.

Tertio autem huius diſtinctionis in caſu: ſi de ſucceſſoris actum ſit præiudicio, aliam inferre diſtinctionem iudicauit; aut nouum, ſcilicet, feudum ſit, H
vel antiquum: & illo affirmat in euentu primo permiſſum acquiſitori, vt feudi formam ſucceſſorum valeat in præiudicium immutare: quod magis ſuum oſtendet valorem, cum Regis aderit conſenſus. Cumia *dicta Gloſa antiquis num.* 214. De nouo eoquod feudo, qui acquiſitionem facit, filijs, cæteriſque valet præiudicium deſcendentibus inferre cum Regis tamen voluntas interſit. Corſet. *conſ.* 9. *num.* 22. Alexander I
conſil. 18. *num.* 5. *vol.* 5. Pernus *conſ.* 12. Cephal. *conſ.* 608. *num.* 34. Etiam ſi feudi formæ ducatur extenſio, cum hic ſit adhibitus in ſucceſſorum præiudiciũ conſenſus. Petrus de Gregorio *de conceſſione feud. parte* 3. *quæſt.* 5. Intrigliol. *deciſ.* 16. *num.* 9. Francus *deciſ.* 268. *n.* 5. Feudi licèt in forma clauſula Francorum iuris contineatur. Milanen. *deciſ.* 8. K
num. 28. *cum ſequent. part.* 1. Cannet. *in cap. volentes*, §. *at cum erit*, *n.* 83. Pernus *conſ.* 25.

Quo autem in caſu antiquum feudũ eſſe demonſtretur, feudatario, quamuis Regis adueniat facultas, feudi formam, ſucceſſorum in præiudicium extenſam reddere vetitum dicitur. Petrus de Gregorio

A quod ex agnatis conſenſum deſcendiſſe compertum ſit: eoquod ipſorum in præiudicium valorem ineſſe mutationi voluit per Tex. *in cap. 1. de alienat. feudi paterni.* Aut allodialibus quidquam de bonis filio, vel agnato dari ſategiſſet vt compenſationem præiudicium ſortiretur, ex formæ mutatione, cum Regis haud interueniret conſenſus, allatum; vel niſi feudum fuiſſet francum ad allo-
B dium conceſſum, aut etiam ſi feudi forma ex conſuetudine, tanto ex temporum curſu firmata, cuius principij memoria haud ferme ſit, mutationem fuerit ſortita: vt de omnibus ſuas reliquere ſententias DD. apud eumdem Intrigl. *à num. 43. cum ſeq.* & Petrus de Gregor. Cumia, & alij in locis *ſupra citatis.* Qua de cauſa debebit cum Giurba *dici in dicto prælud. num. 31. circa medium.* Ma-
C ſculis, & fœminis antiquo feudum ex tempore ad ſucceſſionem conſtitutum; ad illos tantum reſtringi nullo modo poſſe: ez Zaſij doctrina *de feud. parte 6. num. 22. & 23.* Minoch. *conſ. 148. num. 32.* Pariſ. *conſ. 9. nu. 27.* Dec. *conſ. 193. num. 3.* Vt pari forma, quod fuerit ſolũ pro maribus relictum ſeſe ad mulieres traducere haud valet. Decius *conſ. 185. num 3.* Tuſcus *littera F. concluſ. 110. nu.*
D 16. Firmum namque habetur, cum nulla contradictionis vmbra ex aduerſo inſurgat, minimè parentis ex arbitrio: ſed concedentis, feudi effici ad vocatos translationem. Borel. in ſumma *deciſ. tit. 34. de feudis num. 337.* Ruinus *conſ. 149. num. 14. in 1.* Valenzuola *conſ. 69. num. 154. & 162.* & alij quos hac pro opinione ducit *loco ſupra cit. num. 31.* in fine Giurba: Tali de re ex neceſſario
E agnatorũ intercedere affirmauit oportere. Giurba *loco cit. num. 35.* & Petrus de Gregor. *in ſupradicta quæſt. 6. & 10.* Intrigliol. *dicto artic. 7. num. 42.* Qui & tacitè adeſſe ac expreſsè, effecta etiam poſtquam fuerit mutatio, valet; Curtq *de feudis parte 4. nu. 137. & 138.* Giurba *loco cit. nu. 36.*

Quo autem in caſu ex pacto, & prouidentia feudum, nouumque videatur exiſtere Giurbæ in placitis *num. 40.* ha- F
betur primo non vetitum acquiſitori, vt illius formæ, & augmentum adducere, & alterationem inferre, & diminutionẽ valeat aduehere; quamquam Regis haud intercedere voluntatem, ſtatutum ſit Petrus de Gregorio *part. 3. quæſt. 7. verſ. ego autem*: vbi teſtatur: hanc eſſe communem ſententiam. Cumia *in cap. ſi aliquem, Gloſ. antiquis num. 249.* Can-
net. *in cap. ſolentes, §. at non erit, num. 81. fol. 133.* Adde quod iure quidem opti- G
mo primo permiſſum acquiſitori, vt inuito licèt fiſcus, aut nepos animo exiſtat, alienationem ex ſucceſſore de feudo faciat: vt affirmarunt Milanenſ. *deciſ. 8. num. 40. & 42. parte 1.* Clarus *§. feudum, quæſt. 41.* Nacta *conſ. 475.* & alij penes Giurbam *in dicto num. 40.* circa medium. Francorum quamquam iuris clauſula feudo inhærere videatur: H
nullis eoquod retinaculis primus impedimentum inuenire acquiſitor poteſt, ac nouum etiam, quia feudum agnatos retinet nullos. Corſet. *conſ. 7. num. 3.* Giurba *num. 41.* Quod aliter accideret, ſi pro Barone, ipſiuſque filijs facta de feudo fuerit conceſſio: tali eoquod in caſu vocatorum præiudicium, quorum contemplatione quæſitum dicitur feudum, cum illata de ipſorum nomine I
fuerit expreſſio; feudi nequaquam forma ſortiri alterationem debet. Intrigl. *de feudis centur. 2. art. 1. num. 63.* ſumpto argumento *à lege finali, C. de vſufructu.* Hondedeus *conſ. 90. num. 8.* Giurba *num. 44.* qui *in num. 45.* Idem affirmat efficaciam nouo iure antiqui conceſſo includere in feudo: in eo nam Baro haud filiorum in præiudicium quidquã valet perpetrare: cum & antiqui natu- K
ram ſibi per omnia acquiſiuerit, & effectum. Petrus de Gregorio *de conceſſione feudorum part. 5. quæſt. 3.* Intrigl. *centur. 1. quæſt. 24.* Roland. *conſ. 60. num. 5. & 16. vol. 1.* Afflict. *in cap. 1. n. 56. de alien. feudi paterni.*

Hæreditario autem in feudo ex Rege poſſe, at vaſſallo mutationem induci minimè veritus eſt dicere Giurba *nu. 47.*

A *num.* 47. Qui feudum circa de pacto,& prouidētia huiuſmodi attulit diſtinctionem. Et primo ſi de Regis agatur præiudicio: feudi dominum, qui mutatæ aſſenſum formæ præſtaret, ſibi præiudicium inferre 48. dixit *in num.* eoquod poſt factum receſſum facere à feudi forma, cum eiuſdem ſit dominus, & acquiſitor feudi vaſſallus voluntaris, licèt: ſi quidquam de receſſu, vel mutatione agatur, aut alteratione. Freccia *de ſubfeudis lib.* 2. *quæſt.* 38. *num.* 4. B Cannet. *deciſ.* 1. *num.* 19. Secundo de feudatarij tractari poteſt præiudicio, & tali decere illum in caſu, vt ſi Regis interueniat facultas aliam à ſe ipſa feudi reddat formam voluerunt Cumia in ſepè *citata Gloſa antiquis num.* 110. Petrus de Gregorio *dicta parte* 3. *quæſt.* 6. Giurba *dicto præludio* 5. *nu.* 51. qui in 52. *nu.* C nullam habere vim declarauit, ſi feudi capta ex errore inueſtitura fuerit; vaſſallus etenim ſibi fingens conceſſionis haud ineſſe formam, ſi inueſtitura pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus, proprio deſcendentibus ex corpore fuerit obtenta; taliter vt Francorum iure vitam ducant ex Alphonſi *cap.* 456. & Caroli 246. Originalem feudi formā antiquo minimè remouet è ſtatu Cumia *in dicta Gloſa antiquis num.* 211. Alio eoquod D habita modo inueſtitura, quàm originalis exiſtat, ex errore facta præſumitur. Coſta *conſ.* 55. *num.* 2. Menochius *conſil.* 103. *num.* 61. Nacta *conſ.* 322. Petrus de Gregorio *dicta par.* 3. *quæſt.* 10. Cumia *dicta Gloſa antiquis nu.* 212. Taliter vt erroneæ reuocationem inferre ipſi permiſſum exiſtere voluerit Raudenſ. *conſ.* 2. *num.* 331. *vol.* 2. Giurba *num.* 53. *in fine*. Supradictæ qui decla-E rationi aliam adduxit: quod ſcilicet nullum aſſertum hoc demonſtret illo in caſu vigorem, quo tanti alterata temporis ſpatio originalis forma feudi haberetur, vt hominum excedere memoriam conſpiciatur: eo namque in euentu poſteriori vim inhærere iudicauit, ductus authoritate Petri de Gregorio, Intrigliol. & Cumiæ in locis per ipſummet in ſupradicto *num.* 54. allatis; F aut etiam ſi primæ de feudi inueſtitura facta videatur amiſſio, vltimæ quoniam incumbere, putauit Baronem debere *ſub num.* 55. Tuſcus *littera* F. *concl.* 108. *num.* 12. Aut poſterior niſi inueſtitura in concedentis præiudicium domini reſultare conſpiceretur, aut ſecundæ noua pacta inueſtituræ; & certa,& vaſſalli, qui recipit, & Regis, qui dat licentiam inijciantur; & denique niſi feudi formæ, quæ mutationem excipit, omnium, ad quos pertinet conſenſus adhibeatur. Rolandus *conſ.* 67 *n.* 6. *vol.* 1. G Petrus de Gregorio *dicta par.* 3. *quæſ.* 10. *num.* 8. de quibus omnibus idem Giurba *loco citato à num.* 56. *vſque ad* 59. diſſeruit.

Tertio autem huius diſtinctionis in caſu: ſi de ſucceſſoris actum ſit præiudicio, aliam inferre diſtinctionem iudicauit; aut nouum, ſcilicet, feudum ſit, H vel antiquum: & illo affirmat in euentu primo permiſſum acquiſitori,vt feudi formam ſucceſſorum valeat in præiudicium immutare: quod magis ſuum oſtendet valorem, cum Regis aderit conſenſus. Cumia *dicta Gloſa antiquis num.* 214. De nouo eoquod feudo, qui acquiſitionem facit, filijs, cæteriſque valet præiudicium deſcendentibus in- I ferre cum Regis tamen voluntas interſit. Corſet. *conſ.* 9. *num.* 22. Alexander *conſil.* 18. *num.* 5. *vol.* 5. Pernus *conſ.* 12. Cephal. *conſ.* 608. *num.* 34. Etiam ſi feudi formæ ducatur extenſio, cum hic ſit adhibitus in ſucceſſorum præiudiciū conſenſus. Petrus de Gregorio *de conceſſione feud. parte* 3. *quæſt.* 5. Intrigliol. *deciſ.* 16. *num.* 9. Francus *deciſ.* 268. *n.* 5. Feudi licèt in forma clauſula Franco- k rum iuris contineatur. Milanen. *deciſ.* 8. *num.* 28. *cum ſequent. part.* 1. Cannet. *in cap. volentes*, §. *at cum erit*, *n.* 83. Pernus *conſ.* 25.

Quo autem in caſu antiquum feudū eſſe demonſtretur, feudatario, quamuis Regis adueniat facultas, feudi formam, ſucceſſorum in præiudicium extenſam reddere vetitum dicitur. Petrus de Gre-

gorio

A gorio *dicta quæſt.*5. Cannet. *in dicto cap. ſi aliquem, §.permittendum, num.*93.Cumia *in dicta Gloſa antiquis num.*143. Intrigliol. *dicta deciſ.* 16. *num.* 8. Baldus *in cap.*1. §. *ſi vero ad finem de ſucceſſ.frat.* Ponte *deciſ.*40.*num.*20. Laram vero reſtringere, inueſtituram poteſt. Alba *conſ.*568. *num.*9. Giurba *loco ſupra citato num.*60. *in fine.* qui 64. *in num.* declarationem infert; dempto quod nouam B in feudi forma qualitatem fuiſſe poſitam certum ſit: nam illo hæc in caſu toto in feudi corpore haudequidem trāſfunditur, & quamuis mutationem feudum nullam excipiat, nouam tamen ſeruari qualitatem neceſſe: Id vero, quod vel cum pacto adducitur, vel detrahitur, nouum conſtruit pactum, & obſeruari debet, ni antiquis per illud iuribus, quibus quæſitum ſpe ius fuerit, aliorum in præiudicium agnatorum, C deducatur. Giurba ibidem *num.*64. qui affert Cumiam *dicta Gloſ. antiquis n.* 14. & Afflict. *in conſtit. cum circa num.* 12. *rubr.*71.*lib.*1. Quo autem in caſu ex neceſſario ad mutandam feudi formam, Regis intereſſe conſenſus debet, haudequidem vigorem ille continebit, quem extinctus præbuit Dominator: ſed ex illo, qui vitam adhuc ducit, expoſci oportet: vt ſcriptum eſt à Petro de Gre- D gorio *de conceſſ. feud. part.* 3. *quæſt.* 8. *à num.*1. Intrigliol. *deciſ.*16. *num.*12. Cannet. *in cap. volentes*, §. *ſed neceſſaria nu.* 18. & cæteri penes eumdem Giurb. *in fine d.prælud.*5.

Prohibitum ſecundò Baronibus extat, vt primogenituræ ius à primogenito auferant, diminutionemue, aut alterationem inducant, vel aliquo modo in primogeniti præiudicium, aut inter E viuos, aut vltima in voluntate de illo diſpoſitionem facere iure. Valenzuol. *conſ.*69. *num.* 65. Tiraquell. *de primog. quæſt.* 23. *num.* 10. Afflict. *deciſ.* 112. Curtius *de feudis part.*4. *num.* 23. Huiuſmodi etenim beneficium neutiquam à patre deſcendere, ſed è legis arbitrio, ipſiuſque parentis progenitoribus certum eſt: vt dixit Giurba *de ſucceſſ. feud. cap.* 118. §. 2. *Gloſ.*3. *num.* 5. *fol.* 132. F Qua de cauſa nullo è Barone patris modo tolli valet. Milanenſ. *deciſ.*8.*n.*9. *parte* 1. Petrus de Gregorio *de conceſſione feudor. part.* 3. *quæſt.*6. Bald. *conſ.*360. *vol.*2. *& in l.* 1. *notabil.*3. *C. de fideicom. l. ſi arrogator*, §. *ſed & ſi impuberi*. Nec permiſſum ipſi eſt, vt alij ſucceſſionem, proximiore poſtpoſito, cui præſtari debet, relinquere poſſit. Cabedo *deciſ.* 76. *num.*9. *par.*2. Molina *de primogenit. lib.*3. *quæſt.*6. *num.*13. Abb. *in cap. intellect. de iureiurand. cap.* 1. *de ſucceſſ. feud.* G Qua de re cum Principis ex gratia fuerit ius primogenitis quæſitum nihil retinere vigoris ſuperueniens reuocatio, aut alienatio, vel poſtergatio conſpicitur ex ſententia Gammæ *deciſ.*227. Lanar. *conſ.*1. *num.* 12. Cabedo *deciſ.* 51. *num.*10. *parte* 2. Barbatiæ *in cap. Rainaldus de teſtamentis*. Valenzuol. *conſil.* 69. *num.*69. & hoc equidem primogenituræ ius ipſum non ſolum penes primo- H genitum debet permanere: ſed eius etiam progreſſum in deſcendentes facere. Taliter vt primogeniti filium defuncti, præponi patruo decet, quoties poſt aui, genitoriſque mortem in feudis obtinet, vel in Regno ſucceſſionem: vt de ſucceſſione Regum dixi; & addo Manricam *de tacitis lib.*23.*tit.*27. *à num.* 40. *vſque ad finem*. Pighera *deciſ.* 114. I *num.*8. Giurbam *de ſucceſſ.feudor. Gloſ.*3. §. 2. *num.* 24. Iure igitur optimo prohibitum Baronibus exiſtit, vt ex nouo ipſorum facto, Regis licèt voluntas interuenire videatur, aliam faciant diſpoſitionem, quàm vt filij, & agnati, ex inueſtituræ tenore, vel ex inteſtato, ſucceſſionem habeant: per Tex. *in cap.*1. *de ſucceſſione feud.* quo verba in loco de feudo, pacto, & prouidentia antiquo, K facit: *cap.*1. §. *Titius, ſi de feudo defuncti content.* Intrigl. *de feud. centur.*2. *artic.*5. *num.*425. Pernus autem *conſ.* 7. & 12. Freccia *de ſubfeud. lib.*2. *quæſt. ſuper eis, vt aliqua num.* 12. Talia putarunt nouo ſuam in feudo efficaciam retinere, & hac de cauſa reprehenſionem exceperunt ex Giurba *in dicto cap.* 118. *Gloſ.*3.

§. 2.

A §. 2. *num.* 26. Lex etenim, ipſiuſque prouidentiæ neutiquam vero teſtator feudum præbet: & quod ex lege ducitur, priuati minimè tolli per operam valet: ad quod additur, feudatarij ordinationem vim, vel permanentiam includere ex Text. *in cap. 1. de ſucceſſione feudorum.* Nulla vero forma, ſi deficiens domini aſſenſus extet: vt ſuppoſitionem facit Gloſ. *in cap. Imperialem de prohibi-*
B *ta feudi alienatione per Federicum.* At ſi neutiquam feudatario poteſtas adſit; eoquod ipſi, licèt conſenſus interueniat, futuris nocumentum agnatis inferre haud permiſſum. *cap. 1. de alienat. feudi paterni.* optimè igitur *in dicti 26. num. fine*, concluſionem aduehit: denegatū Baroni eſſe, vt cunctos gradatim ex pacto feudum ad filios ſpectans, vni ſolū tribuere velit. *cap. 2. de ſucceſſ. feudorum.*
C *& cap. 1. §. omnes filij. ſi de feudo defuncti contentio ſit.* Menoch. *conſ.* 270. *nu.* 33. Mantica *de tacitis lib.* 23. *tit.* 27. *num.* 13. Afflictus vero *in deciſ.* 119. *num.* 2. Ad nos tranſmiſit; quod illo in caſu, quo feuda, nimirum antiqua, in quibus Frācorum viuatur iure teſtator poſſideat, & alia, quàm iuris haberetur diſpoſitio, ſuam conſtitueret voluntatem ratione, cum feuda omnibus relinqueret filijs,
D huiuſmodi nullam præſefert vim ſtatutum, Francorum eoquod ius aduerſus inſurgit; quemadmodum è contra ſi antiqua patris in poſſeſſione feuda ſint, omnes in quibus filij ſucceſſionem excipere debeant, & ex illo diſpoſitum, vt ſoli, tribuerentur primogenito, quis hoc affirmabit vigoris quidquam continere? Sed etenim ſi proprio feuda in dominio tenens ſecundum iuris arbitrium ſuam exponit mentem, ſi neuti-
E quam in feudis Francorum iure viuitur, ſed communi feudorum: vt omnes ſcilicet filij in feudo ſucceſſionem obtineant, dempto quod in Comitatu, & Marchionatu, valida erit voluntas: hæc Afflicti ſententia eſt; è quibus claro conſpicitur modo, quæ Baronibus feudi circa diſpoſitionem, præbeatur authoritas.

Tertio licèt huius Regni Baronibus F
ex cap. volentes, à Federico præfixo feudorum poſſint, cum certæ adhibitæ fuerint conditiones, de alienatione quidquam agere; ſucceſſorum attamen ſi præiudicium reſultet, non ſolum alienationes facere, verum etiam nec oneribus illa ſubmittere, nec diſpoſitionē de eo excogitare, vnius licèt obuli valor ſit, haud ipſis permittitur. de Greg.
de conceſſione feudor. par. 3. *quæſt.* 6. *nu.* 3. G
Afflict. *deciſ.* 26. *num.* 6. Cannet. *in dicto cap. volentes*, §. *& non erit otioſa, num.* 17. *& §. & quia num.* 15. Menoch. *conſ.* 454. *num.* 27. Intrigliol. *de feud. centur. prima, quæſt.* 51. *num.* 44. Maſcard. *de probat. concluſ.* 767. *num.* 4. Feudi quoniam ius cum quæſitum ex primæ inueſtituræ tenore ſucceſſoribus ſit, optimè quidē auferri minimè à Barone poteſt, qui de primi inueſtiti ſucceſſoribus exiſtat: vt H
affirmauit Curtius Iunior *conſ.* 171. *nu.* 5. Id tamen maximè congruum habetur, vt huiuſmodi in feudis, quæ maioribus originem ex Baronibus excipiunt, nullum aliquo modo præiudicium filijs poſſit adduci; eoquod ad feuda paterno ipſos non venire ex facto: ſed antiquorum ex prouiſione certum eſt: ita dicit Andreas de Iſernia *cap. 1. §. quid ergo de inueſtitura de re aliena facta*; & I
iſtam eſſe valdè veritati affinem, & omnium approbatam calculis aſſeruit Soccinus Iunior *conſ.* 112. *num.* 1. *lib.* 2. Addens hoc pro indubitato ex DD. ſuſcipi eoquod Federicus *dicto in cap. volentes*, conſenſum tantum voluit remiſſum, nulla vero forma agnatorum præiudicium. Demas verò nouum quod feudum eſſet, conceſſum namque feudatario dicitur, vt quacumque licèt for- K
ma illud fuerit tributum, ac Francorū iuris haberetur clauſula: de illo alienationem, & propriæ vt voluntati libet, diſpoſitionem faciat. Pernus *in d. cap. volentes, in prima dictione, verſ. vnde in omne feudo.* Petrus de Gregorio *de conceſſione feudor. d. part.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 13. Nouum eoquod feudum nullos includere cognatos ambiguum non eſt: vt

A dixit idem de Gregorio *loco citato*. Tali
de cauſa certum ad perſonarum genus
illi poteſt reſtrictionem ſucceſſor infer-
re, ſi hæreditarium extet feudum, cum
nullum agnatis, quos neutiquam reti-
net, præiudicium aduehat: illa eoquod
ipſius videtur natura, vt pari alienatio-
nem valeat, agnatos etſi non deficere
firmum ſit, nulla etenim ipſis ex vin-
culo iniuria infertur, at magis ipſorum
B vocatio certa redditur; ſi Baro namque
alienationem in extranei perſonam cō-
mittere, & ipſis excluſionem dare non
repellitur, maiori vi certa ratione ip-
ſorum in ordinem ponere ſucceſſionem
poteſt: & quemadmodum querelas
agnati vehere in fideicommiſſum allo-
dialibus ſuper conſtitutum prohibetur,
pari etiam modo nec quidquam de illo
dicere permiſſum, quod in feudalibus
C præfigatur eamdem alienationis patiē-
tem naturam habentibus: ex quo con-
cluſionem attulit. Marius Giurba *deciſ.*
168. *ſub num.* 17. Cuilibet feudi hære-
ditarij conceſſum ſucceſſori, vt fidei
committere non vetetur, & plures effi-
cere illo ſubſtitutiones in feudo: haud-
equidem prohibeatur. Milanen. *dec.* 8.
parte prima. Cumia *in cap. ſi aliquem.*
Gloſ. antiquis num. 170. Petrus de Gre-
D gorio *de conceſſione feudor. part.* 2. *qu.* 10.
num. 45. *& part.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 8. Can-
net. *in cap. volentes*, §. 4. *num.* 42. 44. 53.
& 62. cum ſeq.

Interdictum quarto Baronibus exi-
ſtit, vt feudum, etiam per tranſactio-
nem in aliorum ducant manus. Iacob.
de Sancto Georg. *in inueſtit. feu. in ver-
bo, & cum pacto, il ſecondo num.* 8. Iacob.
Aluarot *in cap.* 1. §. *ſi vaſſallus il terzo,*
E ſi de feudo defuncti controuerſia. Bald.
in cap. 1. *de controuerſ. inueſtit. inter dom.
vaſſall. & alium de beneficijs*. Quod ſi for-
ſitan in conceſſione alienationem fa-
ciendi facultas inhæreret, illa equidē,
cum incolume domini ſit ius, debet
exerceri. Capic. *in inueſtit. feud in ver-
bo feudum col.* 6. *ampliat.* 16. Cum in Re-
gno etenim *Cap. volentes* diſpoſitio ad-
ſit, quælibet valorem tranſactio inclu-
dit; integrum ſi tamen feudum rema- F
net, quo in caſu alius à Rege aſſenſus
requiri opus non eſt, vt placuit Cannet.
in dicto cap. volentes §. *at non eſt omitten-
dum num.* 8. *fol.* 169. Petro de Gregor.
de conceſ. feudor. parte vltima quæſt. 16.
Sed autem ſi de feudi quota fuerit ven-
ditio effecta, Regium tunc adeſſe con-
ſenſum oportere ſcripſit Corſet. *conſ.* 14.
num. 6. *fol.* 115.

Prohibitum Quinto Baronibus dici- G
tur, vt de feudis, ipſius ſi domini longe
ſit conſenſus, excogitet permutationem:
quamuis domini conditio meliorem ex
illa in gradum adducatur. Nicolaus
Reuſner. *deciſ.* 1. *num.* 12. *lib.* 2. Aluarot.
*in dicto cap. Imperialem de prohibita feudi
alienat. per Federic.* Specul. *in tit. de feud.*
§. *quoniam verſ. Trigeſimo ſecundo quæ-
ritur*. Afflicto *autem de feudis rubr. de
vaſſallo, qui contra conſtitut.* Lotherij *fol.* H
529. Contraria permanere in ſententia
placuit, quam nonnullis comprobare
ſtuduit rationibus; vt æquali iudicandi
modo nec arbitrum, nec arbitratorem
aduerſus de feudo compromiſſum poſſe
quidquam ſtatuere dixit. Lanenſis *deciſ.*
1. *num.* 7. *lib.* 1. Roland. *conſ.* 22. *vol.* 4.
Curtius *in tract. de feudis parte* 4. *nu.* 49.
Bartol. Soccinus *conſ.* 87. *vol.* 3. Car-
dinal. Pariſ. *conſ.* 134. *num.* 11. *vol.* 4. I
Afflictus *cap.* 1. §. *ſi inter, tit. de lege Cor-
radini*: Iure igitur optimo *per cap. Regis
Caroli* 85. à diſpoſitione de cauſis inter
coniunctos compromittendis, paſſæ ex-
cluſionem feudales fuere. Adde quod
tale includere neceſſitatem domini con-
ſenſum, aliqui exiſtimarunt, vt ſi feudi
venditio cum pacto de retrouendendo
fuerit effecta, & domini interuenerit
voluntas; de feudo equidem hac vendi- K
to ratione fieri retrouenditio neuti-
quam poteſt, ſi haudquaquam denuo
dominus velit aſſentiri. Ludulphus
Schrader. *de feud. parte* 8. *cap.* 1. *nu.* 40.
vol. 1. Borel. *in ſum. deciſ. tit.* 34. *de feud.
num.* 15. licèt poſtmodum *num.* 33. con-
trariam defenderit opinionem.

Nulla ſexto Barones valent forma
de feudis, cum inuito dominus extat

ani-

A animo, renunciationem exagitare, vel ceſſionem. Afflictus *de feudis in 1. parte cap. notandum tit. de his qui feud. dare poſſunt num. 7. fol.* 26. Quo indictum ſeruitium in caſu, & purificata obligatio fuerit, eoquod tunc temporis neutiquã renunciatio duci per vaſſallum poteſt: Andreas de Iſernia *in cap. 1: §. fin. num. 24. tit. de capit. qui Curiam vener.* Cumia *de feudis in pralud. num. 199. fol. 33.* Aut ſpecificum minimè interuenire iuramentum videatur, vel quo in euentu
B intempeſtiua exiſtat renunciatio. Lanar. *in repet. feud. in præfat. cap. 1. tit. de vaſſal. decrepit. ætatis num. 46.* in fine: conſpicuum tamen eſt quod, quando incerto pro ſeruitio facta feudi conceſſio fuerit, eoquod non adhuc purificata inſpicitur obligatio, permiſſum, renunciationẽ inijcere dicitur: vt ſenſit Bald. *in prælud. feudor. col. 4. nu.* 12. per Tex.
C *in cap. 1. tit. de vaſſallis, qui contra conſtit.* Lotherij Mantica *de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 2. num. 19.* Gratian. *deciſ.* 87. *num.* 13. Giurba *in 2. pralud. feudor. n.* 7. Triplici, quod forma loco ſuperius allato ſortitum eſt à Lanario, dum id affirmat vigorem in vaſſallo lygij reſpectu feudi, lygio non autem in vaſſallo continere: & hanc vt in defenſionem ſuſciperet doctrinam attulit Martin.
D Laudenſ. *in cap. 1. num. 52. tit. de his qui feud. dare poſſunt.* Iacobinum *in tract. de homagio 1. col. in fine*, & Curtium *in 4. parte tract. feudor. verſ.* 31. Explicauit ſecundò, neutiquam vaſſallo conuenire, vt feudi poſtquam facta refutatio fuerit in antiqui memoriam dominij offenſam domino impingat. Petra de Poteſtate Principis *cap. 17. num. 39.* Borellus *de magiſtrat. cap. 9. lib. 9. num.* 60.
E Giurba *in 3. pralud. feudor. num.* 7. Tertio tandem aduertit, ne alterius refutatio in manibus, ipſius præterquam domini efficiatur: adducit Iacobin. *in ſua inueſtit. in verbo, & vno ex dictis vaſſal. num.* 29. Ne equidem Baroni, qui filiorum toleret grauamina de feudo refutationem facere permittitur: iuxta Camerarij doctrinam *in cap. Imperial. f.* 33. *litera. V. tit. de prohibita feudi alienat. per Federic.* Borel. *in ſumma deciſ. tit. de feud. num.* 417. Adde quod etiamſi Baroni è filijs exacerbato, paternum, vel F
auitum refutare domino feudum libuerit, vt formam, vel mutatam reddat, vel alteratam, nullo ipſi modo permittitur, vt hoc agnatis adducere præiudicium velit, quorum in fraudem cum domino colludere non licet. Milanen. *deciſ.* 8. *num. 11. parte 1.* Riminald. Iunior *conſ.* 572. *num.* 24. Giurba *in 5. pralud. feudor. num.* 34. Bald. *in cap. 1. in princip. num. 3. de alienat. feudi paterni*: Haud G
etenim ius agnatis quæſitum, & ex primæ forma inueſtituræ, & primi pacto acquirentis, & prouidentia dilabens, auferre vaſſallum decet. Quapropter dato, quod huiuſmodi feudi renunciatio efficaciam includat, maiori equidem permanere ſpatio haud poterit, quàm renunciantis extindi vita conſpiciatur; H
& ita cum huius caſus generis venit, agnatis attamen feudum illo aperitur modo, ac ſi nulla vaſſallum per Baronem illata renunciatio fuiſset. Clarus *in §. feudum quaſt. 34. in fine.* Roſantel. *de feu. cap. 9. concluſ. 52. num. 2.* Excipias tamen, ni proprium agnati conſenſum tacitè, vel expreſsè attuliſsent. Giurba *in dicto pralud. 5. à num. 3.* Intrigliol. *de feud. centur. 2. artic. 7. num.* 42. Petrus de I
Gregor. *de conceſ. feudor. parte 3. quaſt.* 6. & cæteri penes eumdem Giurb. *loco citato.*

Excandentias ſeptimò alijs in ſub feudum tribuere ſub pactis modo, & forma Baronibus denegatur, quàm infeudandi conſuetudo fuerit introducta. Capic. *in inueſt. feudor. in verbo feudum dant limit. 6. pag.* 155. Aluarot. & Bald. *in cap. 1. de his, qui feud. dare poſſunt*, per K
Text. *in cap. 1. §. profecto. de lege Corrad.* & eo ſub ſeruitio ſubinfeudare compelluntur, quod ſolitum, conſuetumque ſit; vt in conſtitutione conſtitutionem: Taliter vt quidquam de redditu remiſſum velle non poſſunt, vnius etiamſi ad gallinæ valorem aſcendat. Afflict. *deciſ. 32. num.* 8. Iſernia *in ſupra citata*

Digitized by Google

A *conſtit. in verbo , tranſactiones* Intrigliol.
de feud. centur. 2. *artic.*5. *num.*753. Vn-
de cum feudalis res, aut ipſummet feu-
dum in alius manus quocumque trans-
fertur ſub titulo primæuæ naturam con-
ceſſionis, quæ haud poteſt ſortiri muta-
tionem , reſpicit : inueſtituræ quoniam
tenor conſiderari vſque debet , feudi
quamuis aduetsùs natutam conſurgere
videatur: *cap.*1. §. *penul. tit. quid ſi inue-*
B *ſtitura* Cumia *in cap. ſi aliquem de ſucceſ.*
feudor. in verbo antiquis num. 186. *fol.*
345. Quo autem in caſu,vt inferri me-
lioratio debeat , excadentiæ iſtæ præ-
bentur,minimè penſionis inuehi ſolutio
in pecuniæ ſumma : ſed incerta fructuũ
parte conuenit Franc. *deciſ.*561. *num.*2.
DD. penes Giurbam *in deciſ.* 50. *num.*
16. Eoquod cum in augmentum tetræ
veniunt , fructus etiam augeri neceſſe
C eſt: vt conſiderauit Giurba *in dicto num.*
16. in fine.

Ita Baronibus Octauo feudi aliena-
tio vetita exiſtit , cum ſucceſſorum ſur-
gat præiudicium , vel iniquo ſit domi-
nus animo; vt neque petmiſſa repute-
tur , ſi fiat vt alieni ſolutio inijciatur
æris , quod ab ipſis pro cauſa non effi-
cienti famis etiam intuitu fuerit contra-
ctum Rolandus à Valle *conſ.*59. *nu.*14.
D *vol.* 4. Antonius Capic. *in inueſtit. feu-*
dor. alienatio column. 2. *verſ. amplia primo*
Iacobus de Santo Georgio *in verbo , ita*
*etiam, quod ipſi num.*17. *& verbo , & cum*
pacto il 2. *num.* 14. Afflict. *in cap.* 1. *in*
princip. tit. qualiter olim feudo alienare
poterant, & in conſtit. Regni ſi quis poſt
*litem num.*10. Adde quod nec de mini-
ma effici alienatio parte aliquo permit-
titur modo Nicolaus Reuſner *deciſ.* 1.
E *num.*30. *lib.*2. Alexander. *conſ.* 48. *co-*
lum. 3. *vol.*2. Contrariæ licèt defenſio-
nem ſententiæ ſuſceperint. Tho.Gram-
mat. *deciſ.*49. *num.*29. Pettus de bella
pertica *feud. tit.* 8. *num.* 8. Montan. *de*
iure feudor. lib. 4. *cap.* 5. *in fine.* Vt pari
forma nec donationem de illa perpa-
trare. *cap.*1. §. *de natura tit. qualiter olim*
feuda alienari poterant: vbi Hernia,Alua-
rot, & cæteri. Cardinalis Creſcent. *de-*
*ciſ.*1. *num.* 3. *de confirmat.* vtili, vel inu- F
tili Regius quamuis cum ſaluus eſset
aſsenſus facta alienatio videatur: eo-
quod fieri feudi reuocatio poteſt etiam
ſi completa poſtquam illa fuerit aſsen-
ſus ſubſequatur: Peregr. *conſ.*.8. *n.* 57.
Afflic. *deciſ.*335: *num.*11.& ibi Vrſillus
*num.*7. Antoni Capicius *deciſ.* 106. *ſub*
*num.*5.Imò nullam continere in aliena-
tione efficaciam DD. placuit , etiamſi
fuerit explicatum: vt in illum , cuius ſit G
alienatio in beneficium, vtile haudqua-
quam transeat dominium. Anton. Ca-
pic. *in inueſ. feudor.* §. *feudor. alienat.co-*
*lum.*5. *verſic. amplia decimo quarto* Bald.
*in cap. Imperialem col.*3. *verſ. quæro num-*
quid vaſſal. tit. de prohibita feudi aliena-
tione per Federicum. Exemptum quam-
uis,liberumque feudum exiſtere videa-
tur,eoquod ſemper domini adeſſe con-
ſenſum affitmarunt oportere. Capic.*loco* H
cit.ampliat. 7. Bald. *in prælud. feudor.nu.*
53. Roland. *conſ.*2. *num.*134. *vol. primo*
Longum etiam locationem perpattare
ad temporis ſpatium interdictum Baro-
nibus dicitur: vt eleganter ſctiptum ex
Bald. *in cap.* 1. §. *aut ſi libellatio , quibus*
modis feuda amit. quem ſequuntur com-
muniter DD. vt dicit Iacobi in verbo ,
& cum pacto de non alienando num. 15.
ptobatamque omnium ſententijs con- I
cluſionem affirmauit eſſe Curtius Iu-
nior *in* 4. *parte in vlt.cauſa amiſſionis feu-*
di in prima regula quæſt. 3. Locatio ete-
nim parum diſtans ab alienatione ex-
tat; & tali de cauſa cum prohibitum ſit
alienationem inijcere, pari etiam forma
cum ipſius nominetur ſpecies vetita re-
putatur Beltrand. *conſ.* 2. *num.* 4. *lib.* 2.
parte 2. Matth. de Afflict. *in dicto cap.*
*Imperialem n.*6. Iaſon. *in l. fin. nu.* 122.
C. de iure Emphiteu. k

Pignori Nono feudum dare, ac hip-
potecæ ſubiectum reddere , cum domi-
ni haud interueniat conſenſus , prohi-
bitum Baronibus habetur: per Tex. *in*
cap. imperialem de prohibit. feudi alienat.
*per Federic.*Et quamuis aliter dimidiam
vſque ad feudi partem minimè denega-
retur pignoratio , quemadmodum præ-
ſefert.

A ſſe *in cap.* 1. *in print. de alienat. feud. pater.*
Iſtis tamen temporibus indiſtincto mo-
do, & in totum vetari conſpicitur: &
hæc permanet in ſententia DD. vt ex-
plicat Aluarot. *in dicto cap.* 1. *in princip. num.* 2. *de alien. feud. patern.* ſimplicem
etſi per pignorationem, vel feudi hy-
pothecam in caducitatis pœnam haud
Baro incidat, ſi neutiquam procedere
ad traditionem voluerit: vt dixit Clar.
B *in §. feudum quæſt.* 31. *in fine.* Quo autẽ
in caſu proprium obligationi præſtare
non recuſauerit dominus conſenſum,
efficitur, vt ſi aliquo feudum in euentu
ad ipſum fuerit reuerſum, ipſe quidem
in obligatione ſit ad tribuendam credi-
toribus pecuniam, qui præuia domini
facultate contrahere viſi ſunt: vt eſt in
placitis Afflicti *in cap.* 1. *qui ſucceſſores teneantur in vſibus feudor.* Caccher. *dec.*
C *Pedem.* 156. *num.* 6. *&* 14. Zaſius *in epit. feudor. part.* 6. *num.* 27. *& par.* 9. *num.* 8.
& 39. Burſat. *conſ.* 80 *num.* 26. *& conſil.*
171. qui pluribus hoc rationibus oſtẽ-
dere confirmatum conatur.

In dotem decimo etiam feudum tri-
buere, vt cum viro matrimonij vinculo
filia collocetur, permiſſum non eſt, ſi
neutiquam domini adeſſe facultatem
certum ſit. per Text. *in cap.* 1. *§. donare,*
D qualiter olim feuda alienari poterant.
Zaſius *de feud. num.* 40. In dotem nam-
que prębere venditio reputatur, vel etiã
alienatio. *l. ſicut* 8. *§. ſed ſi permiſerit, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur*: Et alienatio fermè eſt, feudi eo-
quod & dominium, & poſſeſſio in ma-
riti manus ducitur. *l. doce ancillam, C. de rei vindicatione, l. prædium* 23. *C. de iure dotium, l. quamuis* 75. *in princip. ff. eodem.*
E Mulier autem, quæ vtile in feudo re-
tinet dominium ſui ipſius in dotem va-
let feudum conſtituere, dũmodo quod
duo concurrere conſpiciantur: Et pri-
mo equidem vt inæſtimatum pro dote
feudum tribuatur, deindè ne pactum.

Curtius Iunior *de feudis in* 4. *parte in princip. in prima regula quæſt.* 4. Et quã-
uis iſta duo dotante poſſent in patre
interuenire, differentia tamen occurrit;
eoquod filia pro dote feudum præbens F
de illo facere alienationem non vide-
tur; at ipſius tantum de feudi commo-
ditate, cuius alienationem vaſſallo non
denegari omnium confirmatur votis: vt
dixit Bald. *in cap.* 1. *aut ſi libellario, n.* 3.
in fine, quibus modis feudum amitt. Ruin.
conſ. 176. *num.* 1. *lib.* 1. Ipſa etiam frui
filia dicitur, matrimonij ex quo deſer-
uire oneribus certum ſit: ad quæ acce-
dit, quod licèt poſſeſſio vxoris penes G
arbitrium videatur permanere, mulieri
attamen dotalis dominium feudi adhæ-
rere controuerſum haud eſt: quod alio,
in genitore, qui dotem præbet, modo
accideret; ego tamen tutius iudico
vtroque domini conſenſum expoſcere
in caſu: prout fieri neceſſe putauit Al-
uarot *in §. donare,* quem refert Curtius
Iunior *in loco ſupra ducto.*

Proprium quamquam vndecimo Ba- H
rones in præiudicium, cùm domini ha-
beatur conſenſus, valeant ſeruitutem
in feudo apponere: ſi eius tamen, vel
agnatorum inſurgat præiudicium, hoc
haud ipſis conuenit: tali de re cum ca-
ſus occurrat, vt domino feudum ape-
riatur omne per vaſſalli operam impo-
ſitum extinctionem patitur onus: vt cõ-
munis eſt Feudiſtarum ſententia. Quod
idem procedit, ſi agnatorum veniat de- I
trimentum, qui ſuccedere debeat. Quis
enim dicat vaſſallum decere, vt ponat
onus, aut ſeruitutem in feudo, eorum
ſi præiudicium, qui primi ex acquiren-
tis prouidentia feudi obtinere ſucceſ-
ſionem expoſcunt, adeſſe clarum ſit?
Nemo hęc Alexandri ſententia *conſ.* 18.
ſub num. 5. *lib.* 5. quem refert Picus *in repetitione, §. Titia post num.* 99. Paris
conſ. 88. *num.* 40. *lib.* 2. Berous *quæſt.* 95. K
num. 1. qui hoc ex communi DD. do-
ctrina probari dixit: quod idem iudi-
carunt DD. vigorem continere, ſi vſuſ-
fructus feudali in re, alteri tribuenda
effici conſtitutionem cuiquam placue-
rit. Curtius *in dicta parte* 4. *quæſt.* 15.
Iacobus de Sancto Georgio *in ſua tract. feud. in verbo, ita etiam quod ipſi vaſſalli num.* 13. & nonnulli Feudiſtæ *in cap. Im-*
peria-

A *perialem, de prohibita feudi alienatione per Federicum*. Monz. *de amiſſione feudi num.* 132. Bocer. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 109. *cum ſequent.* At enim cum vſusfructus dominij ſit pars, iure quidem optimo prohibitum vaſſallo extat, vt nec vtili alienationem de dominio, nec eius partē faciat. Rolandus verò à Valle *conſ.* 59. *vol.* 2. Pinel. *ad legem primam parte* 3. *num.* 71. C. *de bonis maternis*. Contraria
B fuerunt in opinione: dum putarunt, licitum vaſſallis eſſe, vt cum domini, & agnatorum abſit præiudicium in ſe, vſquequo vitæ perduret ſpatium, conſtitutum velit vſumfructum. argumentā indè Rolandus aſſumit: quod qui vtile retinet dominium, ſeruitutem illius in bonis ſui apponere in præiudicium valet: vt in ſuperficiario patet *in l. prima*, §. *quod autem de ſuperfic.* & Gloſ. *inſtit.*
C *de vſufruct. in princip. & de emphiteuta*, ac alijs. Et aduerſæ vim affirmat illo in caſu opinioni adeſſe, quo directi de domini, & agnatorum tractetur præiudicio: At cum in ipſum Baronem, qui eum conſtituat, reſultare videatur, contrariam ſequi opinionem putauit oportere. Roland. *in fine d. conſ.* 59.

Duodecimo: eoquod ad Barones teſtamentaria ſcientia de diſpoſitionē
D habere pertinet: hac de re noſcere cōpelluntur, quo teſtamentum de feudo condere in caſu valeant, quo autē minimè, & hoc ad opus regulam habeant vniuerſalem, teſtatori minimè permiſſum: vt diſpoſitionem de feudo faciat: per Text. *in cap.* 1. *de ſucceſſione feudorum*. ibi: *nulla alienatione defuncti in feudo manente, vel valente*. Hanc verò communem exiſtere affirmauit re-
E gulam: Soccinus Iunior *conſ.* 72. *ſub num.* 40. *lib.* 1. Curtius Iunior *de feudis in parte* 4. *princip. in prima regula quæſt. penultim.* Vaſſallus etenim, cum maiori neutiquam ſpatio feudi ſortiatur dominium, quàm propria perdurare vitā poſſit: iure quidem optimo diuerſam facere diſpoſitionem repellitur, in eorū præiudicium, qui ex primi acquiſitoris prouidentia in feudi ſucceſſionem

vocantur, quàm æquum expoſcat. Hac F
igitur firmata regula: inueſtituræ progredi ad formam debemus, quæ contractus includit efficaciam. *cap.* 1. *verſ. propter tenorem inueſtituræ de duob. fratr.* Omnem autem feudi naturam inueſtituræ derogat tenor: vt *in dicto cap. de duobus fratribus*. Inueſtituræ quamuis forma feudi aduerſa naturæ habeatur. Decius *conſ.* 614. *col.* 1. Paris 2. *num.* 19. *vol.* 1. Curtius Senex *conſ.* 48. *col.* 7. *in* G
fine. Bald. *in dicto cap.* 1. §. *præterea, tit. quid ſit inueſtitura*. Quoniam primo, ſi merè hæreditarium feudum ſit, vt res allodialis, aut etiam hæreditaria complecti ſententiam debemus. Hortan. Piſtor. *lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 61. Gaillæ *obſeruat.* 154. *num.* 13. Henrici à Roſanthal. *in tract. feudor. cap.* 1. *concluſ.* 35. *cap.* 7. *concluſ.* 6. Boccer. *claſ.* 5. *diſp.* 18. *Theſ.* 34. *littera D. & in tract. de iure* H
ſuccedendi in feudis cap. 2. *quæſt.* 3. Teſtatori propterea de iſto, quod abſolutè hæreditarium, feudo ſui poteſt ad libitum diſpoſitionem facere, & cui placuerit, præbere; tale eoquod feudum propria alienationem patiens ex naturā extat, & commigrare quoſcumque valet extraneos licèt ad hæredes: nam nihil prohibitionem affert, vt de feudo etiam in ſpecie, ſuo vaſſallus in teſta- I
mento diſponat. Iaſon *in l.* 2. *&* 3. *col.* 1. *C. de iure emphiteutico*, & eſt Text. *in cap.* 1. *in principio, tit. de feudo non haben. propriam natur. feud.* Curtius Iunior qui cōmunem hanc eſſe opinionem affirmat *in dicta parte* 4. *in* 2. *regula, quæſt.* 5. *verſ. non obſtat fundamentum*.

Secundus in medium venire caſus videtur, ſi alicui de feudo, & quibus ille voluerit, fuerit facta conceſſio: vt K
eſt caſus in §. *feudum ex lege, tit.* 26 *ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dominum, & agnatos lib.* 2. Quando enim alienatio permittitur, haud hæredis prohibita extat inſtitutio. *l. ſi quis* 8. §. *ſertum* 2. *& §. vltim. C. de ſecundis nuptijs*. Iacob. de Sancto Georgio *in verbo, & quibuſcumque, num.* 3. *& in verbo feudum num.* 13. Roland. *conſ.* 3. *num.* 11. *vol.* 1. *&* *conſ.*

A *conſ.79. num. 30. vol. 2.* Qua de cauſa
talis Baro & venditionem facere,& do-
nationem inijcere,& alio modo,vt pro-
priæ placet voluntati alienationem cō-
mittere, domini licèt conſenſus haud
interueniat: vt dicit Gloſſa *in dict. § feu-
dum ex lege, in verbo amittitur*. hoc ete-
nim illud efficit verbum: *Cui dederit.*

Tertius, qui occurrit caſus eſt, quid
in mixto accidat feudo, quando ſcili-
B cet, pro ſe, filijs, hæredibuſque fuerit
illud tributum? vt dixit Petrus de Gre-
gorio *de conceſſione feudorum p.6. qu.11.*
contra Afflictum in *deciſ.*140. Cuius eſt
in ſententia huiuſmodi feudum hęredi-
tarium nominari: licèt *in cap. ex quibus
cauſis feud. amittan.* opinionem habeat
mixto pro feudo: vt etiam *in deciſ.*195.
verſ. non obſtat. Huic autem conceſſio-
ni hæreditaria ineſt pars, & ex pacto,&
C prouidentia alia, ex quo efficitur feu-
dū minimè filio concedi,excepto quod
hæres exiſtat; hæres vero, cum defun-
cti in factum inſurgere neutiquam poſ-
ſit, hac de cauſa Baronis continebit
diſpoſitio de feudo valorem: dum ip-
ſum per hæredem quidquam in eam
haud valeat agitari: benè tamen quod
ſi paternam filius legis, & inuentarij
beneficio hæreditatem adiuerit, ad ea
D tantum onera,ad quæ ſufficientiam hæ-
reditariæ continent vires, non autem
circa feudum obligatus dicitur, quod
alia, ſi indiſcretus habeatur hæres,for-
ma eueniret. Petrus de Gregorio *loco
ſupra cit. quæſt.2. part.6. in princip.* Sed
etenim quando liberi in defectum abi-
rent, & deſcendentes extraneum poſſe
à Barone in feudo inſtitui ſcriptum re-
liquit. Idem de Gregorio *dict. part. 6.*
E *quæſt. 3.* Quo aſſerit in loco haud ſim-
pliciter veritatem includere, quod hæ-
redis nomen noſtris hiſce temporibus
in Regno ad feudi ſucceſſionem valeat
ita dilatari ex diſpoſitione *dicti cap. vo-
lentes*; vt omnes ſub ſe compræhendat
ſucceſſores, communi quos de Roma-
norum iure poſſit includere: at hoc vim
dixit retinere ſecundum quid, cum fi-
nalis conſideretur ratio,communi quo-
niam de feudorum iure ipſorum in ſuc- F
ceſſione, prima liberorum, aliorumque
venientium cauſa infinitam vſque in ſe-
riem extenditur. per Text. *in cap. 1. in
princip. de grad. ſucceſſ. in feud. & dicti
cap. volentes*, diſpoſitio neutiquam di-
latationem ſortitur liberos, alioſque
ipſius feudatarij deſcendentes, pro-
prium vt eſt libitum, feudi à ſucceſſio-
ne excludendo; limitatiua ſed forma
& ſecundum quid,maiorem tribuendo, G
& facultatem, & licentiam, vt diſpo-
ſitionem ſuos non ſolum in liberos,ex-
traneos, verum etiam faciat in hære-
des. Id autem non principaliter, ac ex
ſe, at ſucceſſiuo efficitur ordine: qua
de cauſa liberorum ſuper exiſtentia
prædicta ſub conceſſionis forma,extra-
neis, vt ſucceſſionem obtineant,exclu-
ſionem infert: Hæc de Gregorio pro-
fert: quæ filiorum, agnatorumue quo- H
ad præiudicium ſuam oſtendunt effica-
ciam: ipſius autem domini in detrimē-
tum haudequidem conſideratur: an ex
pacto ſimpliciter, ac ex prouidentia
feudum ſit, vel mixtum, an nouum
aut antiquum: ſed quod (modo ſim-
pliciter abſolutèque hæreditarium non
exiſtat) omnis per Baronis teſtamentū
condentis volūtatem perpatrata diſpo-
ſitio nullius erit ponderis, & momenti I
ſi domini de præiudicio agatur: vt vo-
luit Clarus in §. *feudum, quæ.*50. *num.*2.
circa medium.

Quo autem in caſu ſtatutum per cō-
ceſſionem eſſet pro ſe, hæredibuſque
ſuis legitimis feudum concedi, tunc il-
li ſolummodo compræhenſi hæredes
dicuntur, qui ab inteſtato veniunt,neu-
tiquam vero quos teſtamentum vocat.
idem de Gregorio *dicta part. 6. quæſt.* K
13. Idem quoniam eſt proferre: tibi, &
legitimis hæredibus tuis, ac ſi diceret:
tibi, hæredibuſque tuis legitimè tuo
deſcendentibus ex corpore, & illo af-
firmat euentu ſanguinis occurrere hæ-
redes. Idem de Gregor. *loco cit.*

Quid vero in quarto dicendum ca-
ſu, cum alicui ſcilicet, pro ſe, hæredi-
buſque ſuis quibuſcumque facta de
feudo

Digitized by Google

A *venerabil. qui filij ſint legitimi* : & ligius
homo, quaſi ei ligatus, ac ſubditus, le-
galitatem Regi debens dicitur. Gloſa
in Clemen. Paſtoral. & ibi Cardinalis de
re iudicata: quemadmodum hoc in Tri-
quetre Regno cuncta ex Rege conceſſa
nobilia nominati, & ligia valent feuda.
Intrigliol. *de feudis centur.* 1. *quaeſt.* 45.
num. 19. Poſterius ideſt non ligium il-
lud eſſe affirmamus, fidelitatis quando
in iuramento priori exceptio fit de do-
B mino: vt in *tit. hic finitur lex in fine*, *&*
§ finali de prohibita feudi alienatione per
Federicum.

Annale decima feudum includit, &
perpetuum diuiſio: Illud eſt, quod ſta-
tim, poſtquam anni tranſactus fuerit
curſus, poteſt auferri, cuius adinſtar
Caſtaldiæ, & guardiæ feudum exiſtit,
quodque mercedis in locum alicui tri-
C buitur. *cap.* 1. *de feudo guardiæ*. Hoc id
eſt, quod in perenni tribuitur ſpatio.
cap. 1. *§. cum vero Conradus, qui feudum*
dare poſſunt. Quod autem ſimplex eſt,
perpetuum nominamus. *cap.* 1. *in fine*
titul. quibus cauſis feudum amit.

In vndecima occurrit ſpecie aliud
diuiſibile, quoddam indiuiſibile, &
omnecumque regulariter feudum pati
diuiſionem poteſt, cum nonnulla exci-
D piantur, vt Regnum, Ducatus, Mar-
chia, & Comitatus, ſicuti eſt ſententia
Aluarot *nona in diuiſione in proœmio.* per
Text. *in cap. vnico, ſi de feudo defuncti*
contentio. capit. Imperialem, §. præterea
Ducatus, de prohibita feudi alienation. per
Fideric. Propterea in iſtis, quæ indiui-
ſibilia ſunt Primogenitus ſucceſſionem
obtinet. *cap. licet*, & ibi Doctores *de vo-*
to. Decius *conſ.* 389. *num.* 6. Reliquis
E autem filijs appanagium, ideſt legiti-
ma, non diuiſionis, at prouiſionis me-
dio aduehi debet, & hoc dignitatem
circa, non autem quoad adminiſtratio-
nem oportet, nam diuerſè accideret,
dum inconueniens non eſſet ab aliquo
Ciuitatem hanc fratre dirigi, ex alio il-
lam. Benedict. *in repetit. cap. Raynutius,*
in verbo eodem teſtamento, num. 186. *de*
teſtam.

Partitur duodecimo feudum in ſim- F
plex, & purum, ac in condictionatum,
& non rectum. Illud eſt, quod ſtatuta
minimè ſeruitia retinet. *§. penult. quid*
ſit inueſtitura. Hoc quando in conceſſio-
ne præfixum inuenitur ſeruitium, ſci-
licet de aſſociando, de filia in matrimo-
nium collocanda, de ſeruitijs domino
in menſa præſtandis, & quoquam alio
certè agendo. *§. final. de capit. qui curr.*
vend. cap. 1. *de not. feudor.* G

Decimumtertium feudorum genus
francum aliud, non francum quoddam
includit. Primum eſt, quo in caſu vaſ-
ſallus immunis à ſeruitijs habetur, &
nullum dare compellitur: ex maleficijs
tamen in tacendo fraudem conſiſtenti-
bus exemptus non eſt, cum ſcilicet in-
ſidias domino, quas ipſum contra è
quolibet conſtrui noſcit, aperire non
ſatagit, aut cum exemptum facit, quod H
non eſt, quo felloniam committere in
caſu dicimus, & feudo priuari talem
debere: *cap. vno, quibus modis feudum*
amittatur. Poſterius quo in caſu aliquod
inhæreret ſeruitium domino præſtandũ,
prout regulariter efficitur, vt in feudorũ
videtur libro.

Decimaquarta ſpecies quoddam
omnes tranſitorium ad hæredes feudũ
includit, aliud minimè: illud quodli- I
bet regularitèr feudum exiſtit: æquali
namque forma omnes commigrare in
deſcendentes conſpicitur: *cap.* 1. *§.* 1.
ibi, *quod hodie, tit. qui feudum dare poſſ.*
quod fuit apud Iaſonem explicatum *in*
præludio feudor. col. final. num. 128. Hoc
non ad omnes, at ad Primogenitum
tranſit: vt Siciliæ, Franciæ, Angliæque
Regnum habetur: quod, cum Primo-
genitus ſuperſtes ſit, alijs neutiquam K
præbetur: ſed quo in caſu dictum in in-
ueſtitura fuerit: *Tibi, & liberis, vel hæ-*
redibus ex tuo corpore deſcendentibus: feu-
dum ex pacto, & prouidentia vocatur:
Afflictus *rubr.* 17. *§. quod ſibi, tit. de eo,*
qui ſibi, & hæredibus num. 2. *fol.* 342.
Quo etiam in loco verba declarat, ſi
fuerit conſtitutum: *tibi, & hæredibus*:
an tale hæreditarium ſit feudum, & eius

aſſerit

Digitized by Google

A aſſerit generis haberi: per Andream do-
ctrinam *in cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſ.
feudor. & in cap. 1. de alienat. feudi pater-
ni.* At ſi abſolutè *tibi, & heredibus.* fue-
rit poſitum, ex pacto, & prouidentia,
feudum eſſe iudicat, vbi ea rationes pro
ſententia vehit circa materiam viden-
das.

Decima quinta contineri in diuiſio-
ne corporale, atque incorporale ambi-
B guum non eſt; illud exiſtit, quod in mo-
bilibus, & tactum obuijs permanet in
rebus: hoc decimalibus, aut iuriſdictio-
nalibus, ſimilibuſque adeſt vt guardiæ,
& caſtaldiæ eſt feudum. *cap. vnico in fine
de feud. cog.*

Decimo ſexto habetur in genere,
aliud de camera feudum, aliud, de
Cauena quam probatum diuiſionem
videmus *in cap. vnico in fine de feud. cogn.*
C & primum DD. illud eſſe ſtatuunt,
quod ex Principe nobili cuidam in de-
cem de camera tribuendis, communi
vbi reperitur Theſaurus, tribuitur, &
ſingulis hoc recipi annis conuenit: Po-
ſterius eſt quo Princeps in caſu decem
frumenti, aut, vini ſextaria ex cauena,
deſumenda concedit: is autem locus
eſt, in quo frumentum, aut vinum, &
huiuſmodi aſſeruari res videntur, ac di-
D ſtribui: vt dicit Aluarot in proœmio *feu-
dor. 17. diuiſ.* & Bald. *in cap. vnico de
not. feudor.*

Decima ſeptima feudorum ſpecies
aliud guardiæ, caſtaldiæ nonnullum, &
alterum, quod tribuitur pro mercede
includit. Primum eſt, quod illo aſſertur
in caſu, quo cum aliquod Princeps cui-
que ad cuſtodiam caſtrum deſignit, feu-
dum pro mercede afferat, vel annexum
E illud guardia retineat: vt declaratum
fuit ex DD. *in cap. vnico de feudo guar-
diæ:* Poſterius eſt quod Procurationis
ergo præbetur; nam Caſtaldus is nomi-
natur, cui domini fuerit ad gubernatio-
nem tributa Glo. *in verbo, ſi verò Ca-
ſtaldi, in cap. vnico, de feudo guardiæ, & in
l. fin. C. quod cum eo, in verbo, ſeruo.* Ter-
tium denique eſt quod toleratos ob la-
bores pro mercede conceſſum euenit
alicui: ita tenet Aluarot. *in dicto cap.* F
vnico de feudo guard.

Decima octaua feudorum diuiſio,
aliud de Curte, quoddam extra Curte
recipit, quam ſectionem hauriunt ex
Tex. *in cap. vnico de capit. qui Curtam
vendit.* Quo in loco tunc in Curte feudũ
vocatur, quo totius dominium villæ,
poſſeſſionemque taliter quis habet, vt
omnes illius ruſtici, & coloni cunctos
Domini fructus, redditusſque colligen- G
tes ad ipſius adducunt ædes ea perma-
nentes in parte, ac Domus illa Curia,
ſeu Domini Curtis appellari ſueuit; hac
de cauſa ſi ex domino circa vnum man-
ſum de dicta villa facta conceſſio fuiſ-
ſet, quod ſtalidum per idioma terræ
quantitatem denotat, quæ duorum
opera boum ad ſinguli labores anni
ſufficiens eſt, aut permiſſum è Domino
eſſet, vt dicta de curte ſtatutam excipe- H
ret ſummam, & domino cæteri affer-
rentur fructus; eo vaſſallus in caſu in
curte dicitur; vt ponit idem Aluarot.
in proœmio feudor. 14. *diuiſ.* extra cur-
tem, feudum appellatur, quando totius
villæ dominium in domini haud ineſſet
arbitrio: ſed maiori poſſeſſiones ex par-
te ruſticorum aliorumue in facultate
permanerent, cum modicum quid do-
minus, duas nimirum, aut tres haberet I
poſſeſſiones: & tunc minimè oportet,
vt domicilium ibi coſtructum exiſtat;
eoquod ſi tales in feudum poſſeſſiones
tribueret, extra curtem vaſſallum ha-
bere diceretur. *cap. vnico. §. penult. &
fin. quibus modis feudum amittatur.*

Decima nona in feudorum diuiſione
aduocatiæ aliud, de tabula, ſeu quater-
nata non nullum adeſt feudum: Primũ
nominant DD. quando alicui fiſci ad- K
uocato, vt debita exoluantur ſtipendia
feudum quodquam eſt annexum, quod
etiam in Iudicatura, Procuratia, Nota-
ria, alioque munere, quod ſocietur feu-
dum, venit: probarunt dicta *ex cap. vni-
co, §. quidque aduocat. de pace tenenda.*
Aluarot. *in proœmio feudor. in 18. diuiſ.
& in tit. de feudo guardiæ* Iaſon *in colum.
penult. in prælud. feudor.*

A 1. Poſterius, de Tabula nimirum, aut
quaternata illo exiſtere dicunt in caſu
quo Regis ad collationem, vel Domini
pertinet, vel eſt in cameræ, quaternis
conſcriptum Andreas de Iſern. *in cap.
1. tit. de controuerſ. inueſtitura apud pares
terminanda*; Aluarot. *loco cit. diuiſ.* 21.
quem ſequitur Lucas de Penna *l.* 1. *C.
de vend. rerum fiſcalium lib.* 11.

2. Vltimum tandem genus aliud emp-
B titium includit, vel mercenarium, de
quo ſcilicet pecuniæ opera fiat acquiſi-
tio Curt. *conſ.* 50. Quoddam æditale,
quod vnicuique vaſſalli qui hæreſſit,
cuius repræſentet perſonam omagij vi-
deatur onus ſubijſſe, tribuitur. Specu-
lat. *in tit. de feud. in* §. *quoniam verſ.* 27.
Nonnullum denique decretale, quod
quaſi à domino decretum dicitur, eo-
quod cum vitales vaſſallus auras deſer-
C uerit, ipſius ſiue filius, ſiue hæres poſce-
re inueſtituram, & fidelitatis præſtare
iuramentum compellitur, quemadmo-
dum dominus ipſum in vaſſallum reci-
pere tenetur: vnde recipiendi in actu ſibi
ius in feudo conſpicitur decernere, &
ea decretale de cauſa nuncupatur Iaſon
in prælud. feudor. in fine.

Cum feudorum igitur cognitæ diui-
ſiones fuerint; ipſam ad inueſtituræ for-
D mam deuenire ac pacta neceſſe, ex qui-
bus potius, quàm communi ex iure de-
pendentiam feudi excipit natura Papo-
nius *conſ.* 1. *num.* 27. Oſaſcus *conſ.* 57.
num. 9. Naturales ita vt extra limites
feudum inueſtituræ opera deduci eſt in
placitis Hondedei *conſ.* 70. *nu.* 11. *vol.* 1.
Rouit. *ad pragm. Regni Neapolis rubr. de
feudis num.* 16. Oſaſcus *conſ.* 23. *num.* 5.
& deciſ. 23. *num.* 21. *&* 20. Feudi cum
radicem inueſtituræ præſeferat. Afflict.
E *deciſ.* 195. *num.* 5. Gratia. *diſcept.* 724.
num. 10. Roſantel. *de feudis cap.* 1. *con-
cluſ.* 12. *& cap.* 6. *concluſ.* 69. *num.* 7. Ro-
land. *conſ.* 67. *num.* 1. Ipſius propterea
tenorem eſſe animaduertendum volue-
runt. Surdus *conſ.* 384. *num.* 52. Rauden-
ſis *conſ.* 26. *num.* 5. *vol.* 1. Feudorum
quamuis inueſtituræ ordo iuri aduer-
ſum exiſteret. Bolognet. *conſ.* 4. *nu.* 130.
Schrader. *de feudis parte* 4. *cap.* 2. *n.* 28. F
Petrus de Gregor. *de ſucceſ. feudor. parte
3. quæſt.* 1. *in princip.* Oſaſcus *conſ.* 42.
num. 26. ex quibus doctiſſimus Giurba
in præludio 5. *feudor.* quæſtionem in
medium attulit: An licitum ſit feudi
formam in augmentum ferre, in dimi-
nutionem ducere, alteratam efficere, vel
mutatam velle? &, quibus huiuſmodi
faculta ſconuenire perſonis dicatur. Et
primum in Principe iuris aduehit regu- G
lam; quod, cum inuito ſine vaſſalli ani-
mo, eorum in præiudicium, qui primæ-
uam fuerint ad inueſtituram vocati,
nullo feudi forma tranſmutare modo
permiſſum eſt: ex Iſerniæ doctrina *in
conſtit. honorem in princip. rubr.* 39. *lib.*
per Tex. *in cap.* 1. *de alienat. feudor. pa-
ternor. & cap.* 1. *de natur. feudi.* Cumia
in cap. ſi aliquem verbo, antiquis nu. 143.
Intrigol. *de feud. centur.* 2. *artic.* 2. *num.* H
352. & Petrus de Gregor. *de conceſ. feu-
dor. parte* 3. *quæſt.* 4. *num.* 1. Pari etiam
ratione nec feudi qualitas ipſorum in
præiudicium Regis è facultate alterari
quidem poteſt. Decian. *conſ.* 24. *nu.* 13.
vol. 1. Menoch. *conſ.* 103. *num.* 56. Cla-
rus §. *feudum quæſt.* 41. Intrigol. *centur.*
1. *quæſt.* 10. *num.* 35. *cum ſequ.* Vt nec
ſucceſſionum euoluere iura, vel dimi-
nuta reddere ipſi conceditur. Peregr. I
conſ. 4. *nu.* 11. *vol.* 4. Menoch. *conſ.* 443.
à num. 75. Quo ſi aliquo id effectum
caſu fuerit ex Principe perpetratum ex
errore fuiſſe reputari neceſſe ſcriptum
eſt ab Alexan. *conſ.* 9. *num.* 12. *vol.* 5.
Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 92. Petro de
Gregor. *parte* 3. *quæſt.* 10. Giurba *loco
citato nu.* 39. Qui ſecunda conſtituit in
ampliatione. Quod ſi nouum fieri feudũ
debet, neutiquam valeat dominus, alte- K
rius in præiudicium formam antiquo
præfixam tẽpore, immutare: & eoquod
ex Alphonſi Regis *cap. huius Regni* 456.
Poſitus tenor fuit, qui antea in Regno
non apparebat, cuique feudo ſic. *Pro te
hæredibus tuis de tuo corpore legitimè de-
ſcendentibus, ita quod viuant iure franco-
rum, vt maſculus præferatur fœminæ, &
maior natu minori.* Tali de cauſa Giurba

pla-

A placuit: haudquaquam decens, vt pote-
ſtatis etiam de plenitudine prædictam
ſubuertere formam vocatorum in præ-
iudicium valeat; quod multo magis Ba-
roni vaſſallo vetitum exiſtit. Menoch.
conſ. 986. num. 21. *& conſ.* 331. plures
autem loco Giurba *citato;* & ampliatio-
nes ducit, & declarationes, Regiam
quas ad facultatem ſpectare dubium
non eſt. vnde cum de ipſa in præſenti
B nulla inſtituatur tractatio; eoquod de
Baronis tantum authoritate, quam cir-
ca feudalia retinet verba facere con-
tenderim, propterea ad ipſos deſcendo,
Et primus habetur caſus: An hoc com-
mittere Baro poſſit, ſi proprium tantum
inſurgere præiudicium videatur? Et
hoc aſſeruit Giurba *in num.* 25. euentu
feudi formam, cuiuſcumque videatur
generis, ipſius, mutationem excipere,
C in præiudicium, non veterari Cumia
dicta Gloſ. antiquis num. 166. Et de ipſo
etiam, cum vitæ Baro trahere ſpatium
conſpiciatur, alienationem facere ipſi
prohibitum non dicitur. Rouitus *in ſu-
pra citata pragmatica de feudis nu.*40. An-
dreas de Iſern. *cap.* 1. §. *hoc quoque de
ſucceſſ. feudor.*

Poſterior ſerie caſus occurrit, & eſt,
neutiquam Baroni permiſſum, vt in
D Domini præiudicium immutatam feudi
naturam, cum ipſius non interueniat
conſenſus, velit; deteriorem namque
domini conditionem reddere vaſſallus
haud valet. Cumia *loco ſupra citato num.*
167. Paris de Puteo *de reintegr. feudor.
cap.* 97. *num.* 2. Quod alio accideret mo-
do, ſi meliorem Domini conditionem
aduehi in gradum conſterit: nam id effi-
cere, inuitus licèt ſit dominus, valet
E Becc. *conſ.* 107. Puteus *dicto cap.* 97.
num. 3.

Circa illud verò, quod ſucceſſorum
pertinet ad præiudicium, dico: ſi hære-
ditarium extet feudum, mutationem
excipere, vel reſtrictionem è Baronibus,
ita vt ex pacto, & prouidentia euadat,
cum ipſius coarctetur forma, poſſe: po-
tius enim eamdem Principis formam
adhiberi, quàm inuſitatam inferri certū
eſt. Giurba *deciſ.* 108. *in fin. nu.*86. In- F
trigl. *de feud. centur.* 1. *quæſt.* 38. *num.*
18. Milanen. *deciſ.*8. *nu.* 10. *parte prima.*
Feudorum autem inueſtituræ extenſio-
nem aduehere, iure quidem optimo
primo acquiſitori, cum Regius adſit
conſenſus, ſucceſſorum licèt in præiu-
dicium. Petrus de Gregor. *de ſucceſſ. feu-
dor. parte* 3. *quæſt.* 5. *num.* 1. *&* 2. Illa
etiam ſi circumvallatum clauſula feu-
dum exiſtat, quæ Francorum apponi G
ex iure ſolet. Intrigliol. *deciſ.* 16. *num.* 9.
Cannet. *ſuper cap. volentes,* §. *& non erit
otioſa num.*83. Giurba *in ſupradicta deciſ.
num.* 18. ex quibus deducit idem Giur-
ba *in dicto prælud.* 5. *num.* 29. permiſſum
haberi, vt hæreditarium fideicommiſ-
ſo feudum reddatur ſubiectum Peregr.
de fideicommiſ. artic. 6. *num.* 18. *& conſ.* 5.
num. 24. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 192.
num. 10. Melior eoquod effici ſemper H
feudi conditio poteſt; vt ſuperius fuit
explicatum.

Feudi addas hæreditarij formam,
quo in caſu cum agnatis fiat conuentio,
& aliam à ſe ipſa, & alteratam reddere
non interdictum eſſe. Intrigliol. *centur.* 1.
quæſt. 38. *num.* 79. Capicius *deciſ.* 64.
num. 8. Cannet. *in dicto cap. volentes.* §.
at non erit inutile num. 81. Giurba *dicto
prælud. num.* 30. qui ex Cannet. *deciſ.* 1. I
num. 17. *&* 30. Agnatorum affirmat
nomine filios etiam venire.

Sed enim ſi antiquum videatur feu-
dum, ſucceſſorum haudequidem licèt
in detrimentum Baroni, vt, vel eius per-
turbet formam, vel cum diuerſum ſuc-
ceſſionis reddat ordinem filijs præiudi-
cium adducat. Shraderius *conſ.* 1. *n.* 68.
Milaneſ. *in ſapè cit. deciſ.* 8. *à num.* 4. *par-
te* 1. Cumia *in dicta Glo. antiquis n.* 174. K
Afflict. *deciſ.* 240. *à num.* 7. Petrus de
Gregor. *de conceſ. feudor. parte* 3. *quæſt.*
6. & Intrigl. *centur.* 2. *artic.* 7. *num.* 41.
Quo ſcriptum in loco reliquit, nullā
poſſe feudatarium ratione feudi ex pa-
cta, & prouidentia formam agnatorum
euoluere in præiudicium; at ſeſe aduer-
sùs valere; allegat Petrum de Gregor.
in dicta quæſt. 6. *verſ. inſuper.* Dempto
quod

A quod ex agnatis conſenſum deſcendiſſe
compertum ſit : eoquod ipſorum in
præiudicium valorem ineſſe mutationi
voluit per Tex. *in cap* 1. *de alienat. feudi*
paterni. Aut allodialibus quidquam de
bonis filio, vel agnato dari ſategiſſet vt
compenſationem præiudicium ſortire-
tur, ex formæ mutatione, cum Regis
haud interueniret conſenſus, allatum;
vel niſi feudum fuiſſet francum ad allo-
B dium conceſſum, aut etiam ſi feudi for-
ma ex conſuetudine, tanto ex tempo-
rum curſu firmata, cuius principij me-
moria haud ferme ſit, mutationem fue-
rit ſortita: vt de omnibus ſuas reliquere
ſententias DD. apud eumdem Intrigl.
*à num.*43. *cum ſeq*; & Petrus de Gregor.
Cumia, & alij in locis *ſupra citatis*. Qua
de cauſa debebit cum Giurba *dici in di-*
cto prælud. num. 31. *circa medium*. Ma-
C ſculis, & fœminis antiquo feudum ex
tempore ad ſucceſſionem conſtitutum;
ad illos tantum reſtringi nullo modo
poſſe: ez Zaſij doctrina *de feud. parte* 6.
num. 22. *&* 23. Minoch. *conſ.* 148. *num.*
32. Pariſ. *conſ.* 9. *nu.* 27. Dec. *conſ.* 193.
num. 3. Vt pari forma, quod fuerit ſolũ
pro maribus relictum ſeſe ad mulieres
traducere haud valet. Decius *conſ.* 185.
num 3. Tuſcus *littera F. concluſ.* 110. *nu.*
16. Firmum namque habetur, cum nul-
D la contradictionis vmbra ex aduerſo in-
ſurgat, minimè parentis ex arbitrio: ſed
concedentis, feudi effici ad vocatos
translationem. Borel. in ſumma *deciſ.*
tit. 34. *de feudis num.* 337. Ruinus *conſ.*
149. *num.* 14. *in* 1. Valenzuola *conſ.* 69.
num. 154. *&* 162. & alij quos hac pro
opinione ducit *loco ſupra cit. num.* 31. in
fine Giurba: Tali de re ex neceſſario
agnatorũ intercedere affirmauit opor-
E tere. Giurba *loco cit. num.* 35. & Petrus
de Gregor. *in ſupradicta quæſt.* 6. *&* 10.
Intrigliol. *dicto artic.* 7. *num.* 42. Qui &
tacitè adeſſe ac expreſsè, effecta etiam
poſtquam fuerit mutatio, valet; Curt.
de feudis parte 4. *nu.* 137. *&* 138. Giur-
ba *loco cit. nu.* 36.
Quo autem in caſu ex pacto, & pro-
uidentia feudũ, nouumque videatur

exiſtere Giurbæ in placitis *num.* 40. ha- F
betur primo non vetitum acquiſitori, vt
illius formæ, & augmentum adducere,
& alterationem inferre, & diminutionẽ
valeat aduehere; quamquam Regis
haud intercedere voluntatem, ſtatutum
ſit Petrus de Gregorio *part.* 3. *quæſt.* 7.
verſ. ego autem vbi teſtatur: hanc eſſe
communem ſententiam. Cumia *in cap.*
ſi aliquem, Gloſ. antiquis num. 249. Can-
net. *in cap. ſolentes*, §. *at non erit, num.* 81. G
fol. 133. Adde quod iure quidem opti-
mo primo permiſſum acquiſitori, vt in-
uito licèt fiſcus, aut nepos animo exi-
ſtat, alienationem ex ſucceſſore de feu-
do faciat: vt affirmarunt Milaneñ. *de-*
ciſ. 8. *num.* 40. *&* 42. *parte* 1. Clarus
§. *feudum, quæſt.* 41. Nacta *conſ.* 475.
& alij penes Giurbam *in dicto num.* 40.
circa medium. Francorum quamquam
iuris clauſula feudo inhærere videatur: H
nullis eoquod retinaculis primus impe-
dimentum inuenire acquiſitor poteſt, ac
nouum etiam, quia feudum agnatos
retinet nullos. Corſet. *conſ.* 7. *num.* 3.
Giurba *num.* 41. Quod aliter accideret,
ſi pro Barone, ipſiuſque filijs facta de
feudo fuerit conceſſio: tali eoquod in
caſu vocatorum præiudicium, quorum
contemplatione quæſitum dicitur feu-
dum, cum illata de ipſorum nomine I
fuerit expreſſio; feudi nequaquam for-
ma ſortiri alterationem debet. Intrigl.
de feudis centur. 2. *art.* 1. *num.* 63. ſump-
to argumento *a lege finali*, *C. de vſufru-*
ctu. Hondedeus *conſ.* 90. *num.* 8. Giurba
num. 44. qui *in num.* 45. Idem affirmat
efficaciam nouo, iure antiqui conceſſo
includere in feudo: in eo nam Baro
haud filiorum in præiudicium quidquã
valet perpetrare: cum & antiqui natu-
ram ſibi per omnia acquiſiuerit, & effe- k
ctum. Petrus de Gregorio *de conceſſione*
feudorum part. 5. *quæſt.* 3. Intrigl. *centur.* 1.
quæſt. 24. Roland. *conſ.* 60. *num.* 5. *&* 16.
vol. 1. Afflict. *in cap.* 1. *n.* 56. *de alien. feudi*
paterni.
Hæreditario autem in feudo ex Re-
ge poſſe, at vaſſallo mutationem indu-
ci minimè veritus eſt dicere Giurba
nu. 47.

A *num.47.* Qui feudum circa de pacto,&
prouidētia huiuſmodi attulit diſtinctio-
nem. Et primo,ſi de Regis agatur prę-
iudicio: feudi dominum, qui mutatæ
aſſenſum formæ præſtaret, ſibi præiu-
dicium inferre 48. dixit *in num.*eoquod
poſt factum receſſum facere à feudi
forma, cum eiuſdem ſit dominus, &
acquiſitor feudi vaſſallus voluntatis, li-
cēt: ſi quidquam de receſſu, vel mu-
B tatione agatur, aut alteratione. Frec-
cia *de ſubfeudis lib. 2. quaſt. 38. num.* 4.
Cannet. *deciſ.1. num.* 19. Secundo de
feudatarij tractari poteſt præiudicio, &
tali decere illum in caſu, vt ſi Regis in-
terueniat facultas aliam à ſe ipſa feudi
reddat formam voluerunt Cumia in ſę-
pè *citata Gloſa antiquis num.* 110. Petrus
de Gregorio *dicta parte 3.quaſt.6.*Giur-
ba *dicto præludio 5.nu.*51. qui in 52.*nu.*
C nullam habere vim declarauit, ſi feudi
capta ex errore inueſtitura fuerit; vaſ-
ſallus etenim ſibi fingens conceſſionis
haud ineſſe formam, ſi inueſtitura pro
ſe, ſuiſque ſucceſſoribus, proprio de-
ſcendentibus ex corpore fuerit obten-
ta; taliter vt Francorum iure vitam du-
cant ex Alphonſi *cap.* 456. & Caroli
246. Originalem feudi formā antiquo
minimè remouet è ſtatu Cumia *in dicta*
D *Gloſa antiquis num.* 211. Alio eoquod
habita modo inueſtitura, quàm origi-
nalis exiſtat, ex errore facta præſumi-
tur. Coſta *conſ.*55. *num.* 2. Menochius
*conſil.*103.*num.*61. Nacta *conſ.*322. Pe-
trus de Gregorio *dicta par. 3. quaſt.* 10.
Cumia *dicta Gloſa antiquis nu.*212. Tali-
ter vt erroneæ reuocationem inferre
ipſi permiſſum exiſtere voluerit Rau-
denſ. *conſ.2. num.* 331. *vol.* 2. Giurba
num. 53. *in fine*. Supradictæ qui decla-
E rationi aliam adduxit: quod ſcilicet
nullum aſſertum hoc demonſtret illo in
caſu vigorem, quo tanti alterata tem-
poris ſpatio originalis forma feudi ha-
beretur, vt hominum excedere memo-
riam conſpiciatur: eo namque in euen-
tu poſteriori vim inhærere iudicauit,
ductus authoritate Petri de Gregorio,
Intrigliol. & Cumiæ in locis per ip-
ſummet in ſupradicto *num.* 54. allatis; F
aut etiam ſi primæ de feudi inueſtitura
facta videatur amiſſio, vltimæ quoniam
incumbere, putauit Baronem debere
*ſub num.*55. Tuſcus *litera F. concl.* 108.
*num.*12. Aut poſterior niſi inueſtitura
in concedentis præiudicium domini re-
ſultare conſpiceretur, aut ſecundæ no-
ua pacta inueſtituræ, & certa,& vaſſal-
li, qui recipit, & Regis, qui dat licen-
tiam inijciantur; & denique niſi feudi G
formæ, quæ mutationem excipit, om-
nium, ad quos pertinet conſenſus ad-
hibeatur. Rolandus *conſ.67 n. 6. vol* 1.
Petrus de Gregorio *dicta par.3.quaſ.*10.
*num.*8. de quibus omnibus idem Giur-
ba *loco citato à num.*56. *vſque ad* 59.diſ-
ſeruit.

Tertio autem huius diſtinctionis in
caſu: ſi de ſucceſſoris actum ſit præiu-
dicio, aliam inferre diſtinctionem iudi- H
cauit; aut nouum, ſcilicet, feudum ſit,
vel antiquum: & illo affirmat in euen-
tu primo permiſſum acquiſitoti,vt feu-
di formam ſucceſſorum valeat in præ-
iudicium immutare: quod magis ſuum
oſtendet valorem, cum Regis aderit
conſenſus. Cumia *dicta Gloſa antiquis*
num. 214. De nouo eoquod feudo, qui
acquiſitionem facit; filijs, cæteriſque
valet præiudicium deſcendentibus in- I
ferre cum Regis tamen voluntas inter-
ſit. Corſet. *conſ. 9. num.*22. Alexander
*conſil.*18. *num.*5. *vol.*5. Pernus *conſ.* 12.
Cephal. *conſ.* 608. *num.* 34. Etiam ſi
feudi formæ ducatur extenſio, cum hic
ſit adhibitus in ſucceſſorum præiudiciū
conſenſus. Petrus de Gregorio *de con-*
*ceſſione feud. parte 3. quaſt.*5. Intrigliol.
*deciſ.*16. *num.*9. Francus *deciſ.*268. *n.*5.
Feudi licèt in forma clauſula Franco- k
rum iuris contineatur. Milanen.*deciſ.*8.
*num.*28. *cum ſequent. part.*1. Cannet. *in*
cap. volentes, §. *at cum erit*,*n.*83. Pernus
*conſ.*25.

Quo autem in caſu antiquum feudū
eſſe demonſtretur, feudatario,quamuis
Regis adueniat facultas,feudi formam,
ſucceſſorum in præiudicium extenſam
reddere vetitum dicitur. Petrus de Gre-
gorio

A gorio *dicta quaeſt.*5. Cannet. *in dicto cap.*
ſi aliquem, §.*permittendum*, *num.*93.Cu-
mia *in dicta Gloſa antiquis num.*143. In-
trigliol. *dicta deciſ.* 16. *num.* 8. Baldus
*in cap.*1. §. *ſi vero ad finem de ſucceſ.frat.*
Ponte *deciſ.*40.*num.*20. Latam vero re-
ſtringere, inueſtituram poteſt. Alba
*conſ.*568. *num.*9. Giurba *loco ſupra citato*
*num.*60. *in fine.* qui 64. *in num.* decla-
rationem infert; dempto quod nouam
B in feudi forma qualitatem fuiſſe poſi-
tam certum ſit: nam illo hæc in caſu to-
to in feudi corpore haudequidem trāſ-
funditur, & quamuis mutationem feu-
dum nullam excipiat, nouam tamen
ſeruari qualitatem neceſſe: Id vero,
quod vel cum pacto adducitur, vel de-
trahitur, nouum conſtruit pactum, &
obſeruari debet, ni antiquis per illud
iuribus, quibus quæſitum ſpe ius fue-
C rit, aliorum in præiudicium agnatorum,
deducatur. Giurba ibidem *num.*64.qui
affert Cumiam *dicta Gloſ.antiquis n.* 14.
& Afflict. *in conſtit. cum circa num.* 12.
*rubr.*71.*lib.*1. Quo autem in caſu ex ne-
ceſſario ad mutandam feudi formam
Regis intereſſe conſenſus debet, haud-
equidem vigorem ille continebit, quem
extinctus præbuit Dominator: ſed ex
illo, qui vitam adhuc ducit, expoſci
D oportet: vt ſcriptum eſt à Petro de Gre-
gorio *de conceſſ. feud. part.* 3. *quaeſt.* 8. *à*
*num.*1. Intrigliol. *deciſ.*16. *num.*12. Can-
net. *in cap. volentes*, §. *ſed neceſſaria nu.*
18. & cæteri penes eumdem Giurb. *in*
*fine d.præl ud.*5.

Prohibitum ſecundò Baronibus ex-
tat, vt primogenituræ ius à primoge-
nito auferant, diminutionemue, aut al-
terationem inducant, vel aliquo modo
in primogeniti præiudicium, aut inter
E viuos, aut vltima in voluntate de illo
diſpoſitionem facere iure. Valenzuol.
*conſ.*69. *num.* 65. Tiraquell. *de primog.*
quaeſt. 23. *num.* 10. Afflict. *deciſ.* 112.
Curtius *de feudis part.*4. *num.* 23. Hu-
iuſmodi etenim beneficium neutiquam
à patre deſcendere, ſed è legis arbitrio,
ipſiuſque parentis progenitoribus cer-
tum eſt: vt dixit Giurba *de ſucceſſ. feud.*
*cap.*118. §. 2. *Gloſ.*3. *num.* 5. *fol.* 132. F
Qua de cauſa nullo è Barone patre
modo tolli valet. Milanenſ. *deciſ.*8.*n.*9.
parte 1. Petrus de Gregorio *de conceſſio-*
ne feudor. part. 3. *quaeſt.*6. Bald. *conſ.*360.
*vol.*2. *& in l.* 1. *notabil.*3. *C. de fideicom.*
l. ſi arrogator, §. *ſed & ſi impuberi.* Nec
permiſſum ipſi eſt, vt alij ſucceſſionem,
proximiore poſtpoſito, cui præſtari de-
bet, relinquere poſſit. Cabedo *deciſ.*
76. *num.*9. *par.*2. Molina *de primogenit.* G
*lib.*3. *quaeſt.*6. *num.*13. Abb. *in cap. intel-*
lect. de iureiurand. cap. 1. *de ſucceſſ. feud.*
Qua de re cum Principis ex gratia fue-
rit ius primogenitis quæſitum nihil re-
tinere vigoris ſuperueniens reuocatio,
aut alienatio, vel poſtergatio conſpici-
tur ex ſententia Gammæ *deciſ.*227. La-
nar. *conſ.*1. *num.* 12. Cabedo *deciſ.* 51.
*num.*10. *parte* 2. Barbatiæ *in cap. Rainal-*
dus de teſtamentis. Valenzuol. *conſil.* 69.
*num.*69. & hoc equidem primogenitu- H
ræ ius ipſum non ſolum penes primo-
genitum debet permanere: ſed eius
etiam progreſſum in deſcendentes fa-
cere. Taliter vt primogeniti filium de-
functi, præponi patruo decet, quoties
poſt aui, genitoriſque mortem in feu-
dis obtinet, vel in Regno ſucceſſionem:
vt de ſucceſſione Regum dixi; & addo
Manticam *de tacitis lib.*23.*tit.*27. *à num.*
40. *vſque ad finem.* Pighera *deciſ.* 114. I
*num.*8. Giurbam *de ſucceſſ. feudor. Gloſ.*3.
§.2. *num.*24. Iure igitur optimo prohi-
bitum Baronibus exiſtit, vt ex nouo ip-
ſorum facto, Regis licèt voluntas in-
teruenire videatur, aliam faciant diſpo-
ſitionem, quàm vt filij, & agnati, ex
inueſtituræ tenore, vel ex inteſtato, ſuc-
ceſſionem habeant: per Tex. *in cap.*1. *de*
ſucceſſione feud. quo verba in loco de
feudo, pacto, & prouidentia antiquo, K
facit: *cap.*1. §.*Titius*, *ſi de feudo defuncti*
content. Intrigl. *de feud. centur.*2. *artic.*5.
*num.*425. Pernus autem *conſ.* 7. *&* 12.
Freccia *de ſubfeud. lib.*2. *quaeſt. ſuper eſt,*
vt aliqua num. 12. Talia putarunt nouo
ſuam in feudo efficaciam retinere, &
hac de cauſa reprehenſionem excepe-
runt ex Giurba *in dicto cap.*118. *Gloſ.*3.

§. 2.

Digitized by Google

A **§. 2. num. 26. Lex etenim, ipſiuſque**
prouidentia neutiquam vero teſtator
feudum præbet: & quod ex lege duci-
tur, priuati minimè tolli per operam,
valet: ad quod additur, feudatarij or-
dinationem vim, vel permanentiam in-
cludere ex Text. *in cap. 1. de ſucceſſione*
feudorum. Nulla vero forma, ſi deficiens
domini aſſenſus extet: vt ſuppoſitionem
facit Gloſ. *in cap. Imperialem. de prohibi-*
B *ta feudi alienatione. per Federicum.* At ſi
neutiquam feudatario poteſtas adſit;
eoquod ipſi, licèt conſenſus interueniat,
futuris nocumentum agnatis inferre
haud permiſſum. *cap. 1. de alienat. feudi*
paterni. optimè igitur *in dicti 26. num.*
fine, concluſionem aduehit: denegatũ
Baroni eſſe, vt cunctos gradatim ex pa-
cto feudum ad filios ſpectans, vni ſolũ
tribuere velit. *cap. 2. de ſucceſſ. feudorum.*
G *& cap. 1. §. omnes filij. ſi de feudo defuncti*
contentio ſit. Menoch. *conſ. 270. nu. 33.*
Mantica *de tacitis lib. 23. tit. 27. num. 13.*
Afflictus vero *in deciſ. 119. num. 2.* Ad
nos tranſmiſit; quod illo in caſu, quo
feuda, nimirum antiqua, in quibus Frã-
corum viuatur iure teſtator poſſideat, &
alia, quàm iuris haberetur diſpoſitio,
ſuam conſtitueret voluntatem ratione,
cum feuda omnibus relinqueret filijs,
D huiuſmodi nullam præſefert vim ſtatu-
tum, Francorum eoquod ius aduerſus
inſurgit; quemadmodum è contra ſi an-
tiqua patris in poſſeſſione feuda ſint,
omnes in quibus filij ſucceſſionem ex-
cipere debeant, & ex illo diſpoſitum,
vt ſoli, tribuerentur primogenito, quis
hoc affirmabit vigoris quidquam con-
tinere? Sed etenim ſi proprio feuda in
dominio tenens ſecundum iuris arbi-
E trium ſuam exponit mentem, ſi neuti-
quam in feudis Francorum iure viui-
tur, ſed communi feudorum: vt omnes
ſcilicet filij in feudo ſucceſſionem ob-
tineant, dempto quod in Comitatu, &
Marchionatu, valida erit voluntas: hæc
Afflicti ſententia eſt; è quibus claro
conſpicitur modo, quæ Baronibus feu-
di circa diſpoſitionem, præbeatur au-
thoritas.

Tertio licèt huius Regni Baronibus F
ex cap. volentes, à Federico præfixo feu-
dorum poſſint, cum certæ adhibitæ
fuerint conditiones, de alienatione
quidquam agere; ſucceſſorum attamen
ſi præiudicium reſultet, non ſolum alie-
nationes facere, verum etiam nec one-
ribus illa ſubmittere, nec diſpoſitionẽ
de eo excogitare, vnius licèt obuli va-
lor ſit, haud ipſis permittitur. de Greg.
de conceſſione feudor. par. 3. quæſt. 6. nu. 3. G
Afflict. *deciſ. 26. num. 6.* Cannet. *in dicto*
cap. volentes, §. & non erit otioſa, num. 17.
& §. & quia num. 15. Menoch. *conſ. 454.*
num. 17. Intrigliol. *de feud. centur. prima,*
quæſt. 51. num. 44. Maſcard. *de probat.*
concluſ. 767. num. 4. Feudi quoniam ius
cum quæſitum ex primæ inueſtituræ
tenore ſucceſſoribus ſit, optimè quidẽ
auferri minimè à Barone poteſt, qui de
primi inueſtiti ſucceſſoribus exiſtat: vt H
affirmauit Curtius Iunior *conſ. 171. nu. 3.*
Id tamen maximè congruum habetur,
vt huiuſmodi in feudis, quæ maioribus
originem ex Baronibus excipiunt, nul-
lum aliquo modo præiudicium filijs
poſſit adduci; eoquod ad feuda pater-
no ipſos non venire ex facto: ſed anti-
quorum ex prouiſione certum eſt: ita
dicit Andreas de Iſernia *cap. 1. §. quid er-*
go de inueſtitura de re aliena facta; & I
iſtam eſſe valdè veritati affinem, & om-
nium approbatam calculis aſſeruit Soc-
cinus Iunior *conſ. 112. num. 1. lib. 2.* Ad-
dens hoc pro indubitato ex DD. ſuſci-
pi eoquod Federicus *dicto in cap. volen-*
tes, conſenſum tantum voluit remiſſum,
nulla vero forma agnatorum præiudi-
cium. Demas verò nouum quod feu-
dum eſſet, conceſſum namque feuda-
tario dicitur, vt quacumque licèt for- K
ma illud fuerit tributum, ac Francorũ
iuris haberetur clauſula, de illo alie-
nationem, & propriæ vt voluntati libet,
diſpoſitionem faciat. Pernus *in d. cap.*
volentes, in prima dictione, verſ. vnde in
omne feudo. Petrus de Gregorio *de con-*
ceſſione feudor. d. part. 5. quæſt. 4. num. 13.
Nouum eoquod feudum nullos inclu-
dere cognatos ambiguum non eſt: vt

A dixit idem de Gregorio *loco citato*. Tali
de cauſa certum ad perſonarum genus
illi poteſt reſtrictionem ſucceſſor infer-
re, ſi hæredirarium extet feudum, cum
nullum agnatis, quos neutiquam reti-
net, præiudicium aduehat: illa eoquod
ipſius videtur natura, vt pati alienatio-
nem valeat, agnatos etſi non deficere
firmum ſit, nulla etenim ipſis ex vin-
culo iniuria infertur, at magis ipſorum
B vocatio certa redditur; ſi Baro namque
alienationem in extranei perſonam cõ-
mittere, & ipſis excluſionem dare non
repellitur, maiori vi certa ratione ip-
ſorum in ordinem ponere ſucceſſionem
poteſt: & quemadmodum querelas
agnati vehere in fideicommiſſum allo-
dialibus ſuper conſtitutum prohibetur,
pari etiam modo nec quidquam de illo
dicere permiſſum, quod in feudalibus
C præfigarur eamdem alienationis patiẽ-
tem naturam habentibus: ex quo con-
cluſionem attulit. Marius Giurba *deciſ.*
168. *ſub num.* 17. Cuilibet feudi hære-
ditarij conceſſum ſucceſſori, vt fidei
committere non vetetur, & plures effi-
cere illo ſubſtitutiones in feudo: haud-
equidem prohibeatur. Milanen. *dec.* 8.
parte prima. Cumia *in cap. ſi aliquem.
Gloſ. antiquis num.* 170. Petrus de Gre-
D gorio *de conceſſione feudor. part. 2. qu.* 10.
num. 45. *& part. 3. quæſt.* 5. *num.* 8. Can-
net. *in cap. volentes*, *§. 4. num.* 42. 44. 53.
& 62. cum ſeq.

Interdictum quarto Baronibus exi-
ſtit, vt feudum, etiam per tranſactio-
nem In aliorum ducant manus. Iacob.
de Sancto Georg. *in inueſtit. feu. in ver-
bo, & cum pacto, el ſecondo num.* 8. Iacob.
Aluarot *in cap.* 1. *§. ſi vaſſallus il terzo,*
E ſi de feudo defuncti controuerſia. Bald.
*in cap. 1. de controuerſ. inueſtit. inter dom.
vaſſall. & alium de beneficijs* Quod ſi for-
ſitan in conceſſione alienationem fa-
ciendi facultas inhæreret, illa equidẽ,
cum incolume domini ſit ius, debet
exerceri. Capic. *in inueſtit. feud in ver-
bo feudum col. 6. ampliat.* 16. Cum in Re-
gno etenim *Cap. volentes* diſpoſitio ad-
ſit, quælibet valorem tranſactio inclu-
dit; integrum ſi tamen feudum rema- F
net, quo in caſu alius à Rege aſſenſus
requiri opus non eſt, vt placuit Cannet.
*in dicto cap. volentes §. at non eſt omitten-
dum num.* 8. *fol.* 169. Petro de Gregor.
de conceſ. feudor. parte vltima quæſt. 16.
Sed autem ſi de feudi quota fuerit ven-
ditio effecta, Regium tunc adeſſe con-
ſenſum oportere ſcripſit Corſet. *conſ.* 14.
num. 6. fol. 115.

Prohibitum Quinto Baronibus dici- G
tur, vt de feudis, ipſius ſi domini longe
ſit conſenſus, excogitet permutationem:
quamuis domini conditio meliorem ex
illa in gradum adducatur. Nicolaus
Reuſner. *deciſ. 1. num. 12. lib.* 2. Aluarot.
*in dicto cap. Imperialem de prohibita feudi
alienat. per Federic.* Specul. *in tit. de feud.
§. quoniam verſ. Trigeſimo ſecundo quæ-
ritur*. Afflicto *autem de feudis rubr. de
vaſſallo, qui contra conſtitut.* Lotherij *fol.* H
529. Contraria permanere in ſententia
placuit, quam nonnullis comprobare
ſtuduit rationibus; vt æquali iudicanti
modo nec arbitrum, nec arbitratorem
aduerſus de feudo compromiſſum poſſe
quidquam ſtatuere dixit. Lanenſis *deciſ.
1. num. 7. lib.* 1. Roland. *conſ. 22. vol.* 4.
Curtius *in tract. de feudis parte 4. num.* 49.
Bartol. Soccinus *conſ.* 87. *vol.* 3. Car-
dinal. Pariſ. *conſ. 134. num. 11. vol.* 4. I
Afflictus *cap. 1. §. ſi inter, tit. de lege Cor-
radini*: Iure igitur optimo *per cap. Regis
Caroli* 85. à diſpoſitione de cauſis inter
coniunctos compromittendis, paſſæ ex-
cluſionem feudales fuere. Adde quod
tale includere neceſſitatem domini con-
ſenſum, aliqui exiſtimarunt, vt ſi feudi
venditio cum pacto de retrouendendo
fuerit effecta, & domini interuenerit
voluntas; de feudo equidem hac vendi- K
to ratione fieri retrouenditio neuti-
quam poteſt, ſi haudquaquam denuo
dominus velit aſſentiri. Ludulphus
Schrader. *de feud. parte 8. cap. 1. nu.* 40.
vol. 1. Borel. *in ſum. deciſ. tit. 34. de feud.
num.* 15. licèt poſtmodum *num.* 33. con-
trariam defenderit opinionem.

Nulla ſexto Barones valent forma
de feudis, cum inuito dominus extiſt

ani-

A animo, renunciationem exagitare, vel
ceſſionem. Afflictus *de feudis in* 1. *parte*
cap. notandum tit. de his qui feud. dare poſ-
*ſunt num.*7. *fol.* 26. Quo indictum ſer-
uitium in caſu, & purificata obligatio
fuerit, eoquod tunc temporis neutiquã
renunciatio duci per vaſſallum poteſt:
Andreas de Iſernia *in cap.* 1: §. *fin. num.*
24. *tit. de capit. qui Curiam vener.* Cu-
mia *de feudis in præl. num.* 199. *fol.* 33.
Aut ſpecificum minimè interuenire iu-
B ramentum videatur, vel quo in euentu
intempeſtiua exiſtat renunciatio. Lanar.
*in repet. feud. in præfat. cap.*1. *tit. de vaſ-*
*ſal. decrepit. ætatis num.*46. in fine: con-
ſpicuum tamen eſt quod, quando incer-
to pro ſeruitio facta feudi conceſſio
fuerit, eoquod non adhuc purificata
inſpicitur obligatio, permiſſum, renun-
ciationẽ inijcere dicitur: vt ſenſit Bald.
*in prælud. feudor. col.*4. *nu.* 12. per Tex.
C *in cap.* 1. *tit. de vaſſallis, qui contra con-*
ſtit. Lotherij Mantica *de tacit. & ambig.*
*lib.*23. *tit.*2. *num.*19. Gratian. *deciſ.* 87.
num. 13. Giurba *in* 2. *prælud. feudor. n.*7.
Triplici, quod forma loco ſuperius al-
lato ſortitum eſt à Lanario, dum id af-
firmat vigorem in vaſſalio lygij reſpe-
ctu feudi, lygio non autem in vaſſallo
continere: & hanc vt in defenſionem
ſuſciperet doctrinam attulit Martin.
D Laudenſ. *in cap.* 1. *num.*52. *tit. de his qui*
feud. dare poſſunt. Iacobinum *in tract. de*
homagio 1. *col. in fine*, & Curtium *in* 4.
parte tract. feudor. verſ. 31. Explicauit
ſecundò, neutiquam vaſſallo conueni-
re, vt feudi poſtquam facta refutatio
fuerit in antiqui memoriam dominij of-
fenſam domino impingat. Petra de Po-
teſtate Principis *cap.* 17. *num.*39. Borel-
lus *de magiſtrat. cap.* 9. *lib.* 9. *num.* 60.
E Giurba *in* 3. *prælud. feudor. num.*7. Ter-
tio tandem aduertit, ne alterius refuta-
tio in manibus, ipſius præterquam do-
mini efficiatur: adducit Iacobin. *in ſua*
inueſtit. in verbo, & vno ex dictis vaſſal.
*num.*29. Ne equidem Baroni, qui filio-
rum toleret grauamina de feudo refu-
tationem facere permittitur: iuxta Ca-
merarij doctrinam *in cap. Imperial. f.*33.
litera. V. tit. de prohibita feudi alienat. F
per Federic. Borel. *in ſumma deciſ. tit. de*
*feud. num.*417. Adde quod etiamſi Ba-
roni è filijs exacerbato, paternum, vel
auitum refutare domino feudum libue-
rit, vt formam, vel mutatam reddat, vel
alteratam, nullo ipſi modo permittitur,
vt hoc agnatis adducere præiudicium
velit, quorum in fraudem cum domino
colludere non licet. Milanen. *deciſ.* 8.
num. 11. *parte* 1. Riminald. Iunior *conſ.* G
572. *num.* 24. Giurba *in* 5. *prælud. feu-*
*dor. num.*34. Bald. *in cap.* 1. *in princip.*
num. 3. *de alienat. feudi paterni*: Haud
etenim ius agnatis quæſitum, & ex pri-
mæ forma inueſtituræ, & primi pacto
acquirentis, & prouidentia dilabens,
auferre vaſsallum decet. Quapropter
dato, quod huiuſmodi feudi renuncia-
tio efficaciam includat, maiori equidem
permanere ſpatio haud poterit, quàm H
renunciantis extindi vita conſpiciatur;
& ita cum huius caſus generis venit,
agnatis attamen feudum illo aperitur
modo, ac ſi nulla vaſsallum per Baro-
nem illata renunciatio fuiſset. Clarus
in §. *feudum quæſt.* 34. *in fine.* Roſantel.
*de feu. cap.*9. *concluſ.*52. *num.*2. Excipias
tamen, ni proprium agnati conſenſum
tacitè, vel expreſsè attuliſsent. Giurba
*in dicto prælud.*5. *à num.*3. Intrigliol. *de*
feud. centur. 2. *artic.*7. *num.*42. Petrus de I
Gregor.. *de conceſ. feudor. parte* 3. *quæſt.*
6. & cæteri penes eumdem Giurb. *loco*
citato.

Excandentias ſeptimò alijs in ſub
feudum tribuere ſub pactis modo, &
forma Baronibus denegatur, quàm in-
feudandi conſuetudo fuerit introducta.
Capic. *in inueſt. feudor. in verbo feudum*
*dant limit.*6. *pag.* 155. Aluarot. & Bald. K
in cap. 1. *de his, qui feud. dare poſſunt*, per
Text. *in cap.* 1. §. *profecto de lege Corrad.*
& eo ſub ſeruitio ſubinfeudare com-
pelluntur, quod ſolitum, conſuetumque
ſit; vt in conſtitutione conſtitutionem:
Taliter vt quidquam de redditu remiſ-
ſum velle non poſſunt, vnius etiamſi
ad gallinæ valorem aſcendat. Afflict.
*deciſ.*32. *num.* 8. Iſernia *in ſupra citata*

A *conſtit. in verbo, tranſactiones* Intrigliol. *de feud. centur. 2. artic. 5. num. 753.* Vnde cum feudalis res, aut ipſummet feudum in alius manus quocumque transfertur ſub titulo primæuæ naturam conceſſionis, quæ haud poteſt ſortiri mutationem, reſpicit: inueſtituræ quoniam tenor conſiderari vſque debet, feudi quamuis aduersùs naturam conſurgere videatur: *cap. 1. §. penul. tit. quid ſi inue-*
B *ſtitura* Cumia *in cap. ſi aliquem de ſucceſ. feudor. in verbo antiquis num. 186. fol. 345.* Quo autem in caſu, vt inferri melioratio debeat, excadentiæ iſtæ præbentur, minimè penſionis inuehi ſolutio in pecuniæ ſumma: ſed incerta fructuũ parte conuenit Franc. *deciſ. 561. num. 2.* DD. penes Giurbam *in deciſ. 50. num. 16.* Eoquod cum in augmentum terræ veniunt, fructus etiam augeri neceſſe eſt: vt conſiderauit Giurba *in dicto num.*
C *16.* in fine.

Ita Baronibus Octauo feudi alienatio vetita exiſtit, cum ſucceſſorum ſurgat præiudicium, vel iniquo ſit dominus animo; vt neque permiſſa reputetur, ſi fiat vt alieni ſolutio inijciatur æris, quod ab ipſis pro cauſa non efficienti famis etiam intuitu fuerit contractum Rolandus à Valle *conſ. 59. nu. 14.*
D *vol. 4.* Antonius Capic. *in inueſtit. feudor. alienatio colum. 2. verſ. amplia primo* Iacobus de Santo Georgio *in verbo, ita etiam, quod ipſi num. 17. & verbo, & cum pacto il 2. num. 14.* Afflict. *in cap. 1. in princip. tit. qualiter olim feudo alienare poterant, & in conſtit. Regni ſi quis poſt litem num. 10.* Adde quod nec de minima effici alienatio parte aliquo permittitur modo Nicolaus Reuſner *deciſ. 1.*
E *num. 30. lib. 2.* Alexander. *conſ. 48. colum. 3. vol. 2.* Contrariæ licèt defenſionem ſententiæ ſuſceperint. Tho. Grammat. *deciſ. 49. num. 29.* Petrus de bella pertica *feud. tit. 8. num. 8.* Monran. *de iure feudor. lib. 4. cap. 5. in fine.* Vt pari forma nec donationem de illa perpatrare. *cap. 1. §. de natura tit. qualiter olim feuda alienari poterant:* vbi Iſernia, Aluarot, & cæteri. Cardinalis Creſcent. *de-*
F *ciſ. 1. num. 3. de confirmat.* vtili, vel inutili Regius quamuis cum ſaluus eſset aſsenſus facta alienatio videatur: eoquod fieri feudi reuocatio poteſt etiam ſi completa poſtquam illa fuerit aſſenſus ſubſequatur: Peregr. *conſ. 8. n. 57.* Afflic. *deciſ. 335: num. 11.* & ibi Vrſillus *num. 7.* Antoni Capicius *deciſ. 106. ſub num. 5.* Imò nullam continere in alienatione efficaciam DD. placuit, etiamſi
G fuerit explicatum: vt in illum, cuius ſit alienatio in beneficium, vtile haudquaquam tranſeat dominium. Anton. Capic. *in inueſ. feudor. §. feudor. alienat. colum. 5. verſic. amplia decimo quarto* Bald. *in cap. Imperialem col. 3. verſ. quaro numquid vaſſal. tit. de prohibita feudi alienatione per Federicum.* Exemptum quamuis, liberumque feudum exiſtere videatur, eoquod ſemper domini adeſſe conſenſum affirmarunt oportere. Capic. *loco*
H *cit. ampliat. 7.* Bald. *in prælud. feudor. nu. 53.* Roland. *conſ. 2. num. 134. vol. primo* Longum etiam locationem perpatrare ad temporis ſpatium interdictum Baronibus dicitur: vt eleganter ſcriptum ex Bald. *in cap. 1. §. aut ſi libellatio, quibus modis feuda amit.* quem ſequuntur communiter DD. vt dicit Iacobi in verbo, *& cum pacto de non alienando num. 15.* probatamque omnium ſententijs con-
I cluſionem affirmauit eſſe Curtius Iunior *in 4. parte in vlt. cauſa amiſſionis feudi in prima regula quæſt. 3.* Locatio enim parum diſtans ab alienatione extat; & tali de cauſa cum prohibitum ſit alienationem inijcere, pari etiam forma cum ipſius nomine tur ſpecies vetita reputatur Beltrand. *conſ. 2. num. 4. lib. 2. parte 2.* Matth. de Afflict. *in dicto cap. Imperialem n. 6.* Iaſon. *in l. fin. nu. 122.*
K *C. de iure Emphiteu.*

Pignori Nono feudum dare, ac hipotecæ ſubiectum reddere, cum domini haud interueniat conſenſus, prohibitum Baronibus habetur: per Tex. *in cap. imperialem de prohibit. feudi alienat. per Federic.* Et quamuis aliter dimidiam vſque ad feudi partem minimè denegaretur pignoratio, quemadmodum præ-

ſefert.

A ſeſſerit *cap. 1. in princ. de alienat. feud. pater.*
Iſtis tamen temporibus indiſtinctò modo, & in totum vetari conſpicitur: & hæc permanet in ſententia DD. vt explicat Aluarot. *in dicto cap. 1. in princip. num. 2. de alien. feud. patern.* ſimplicem etſi per pignorationem, vel feudi hypothecam in caducitatis pœnam haud Baro incidat, ſi neutiquam procedere ad traditionem voluerit: vt dixit Clar.
B *in §. feudum quæſt. 31. in fine.* Quo autẽ in caſu proprium obligationi præſtare non recuſauerit dominus conſenſum, efficitur, vt ſi aliquo feudum in euentu ad ipſum fuerit reuerſum, ipſe quidem in obligatione ſit ad tribuendam creditoribus pecuniam, qui præuia domini facultate contrahere viſi ſunt: vt eſt in placitis Afflicti *in cap. 1. qui ſucceſſores teneantur in vſibus feudor.* Caccher. *dec.*
C *Pedem. 156. num. 6. & 14.* Zaſius *in epit. feudor. part. 6. num. 27. & par. 9. num. 8. & 39.* Burſat. *conſ. 80 num. 26. & conſil. 171.* qui pluribus hoc rationibus oſtẽdere confirmatum conatur.

In dotem decimo etiam feudum tribuere, vt cum viro matrimonij vinculo filia collocetur, permiſſum non eſt, ſi neutiquam domini adeſſe facultatem certum ſit. per Text. *in cap. 1. §. donare,*
D qualiter olim feuda alienari poterant. Zaſius *de feud. num. 40.* In dotem namque prębere venditio reputatur, vel etiã alienatio. *l. ſicut 8. §. ſed ſi permiſerit, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur*: Et alienatio fermè eſt, feudi eoquod & dominium, & poſſeſſio in mariti manus ducitur. *l. doce ancillam, C. de rei vindicatione, l. prædium 23. C. de iure dotium, l. quamuis 75. in princip. ff. eodem.*
E Mulier autem, quæ vtile in feudo retinet dominium ſui ipſius in dotem valet feudum conſtituere, dũmodo quod duo concurrere conſpiciantur: Et primo equidem vt inæſtimatum pro dote feudum tribuatur, deindè ne pactum

Curtius Iunior *de feudis in 4. parte in princip. in prima regula quæſt. 4.* Et quãtis iſta duo dotante poſſent in patre interuenire, differentia tamen occurrit; eoquod filia pro dote feudum præbens A
de illo facere alienationem non videtur; at ipſius tantum de feudi commoditate, cuius alienationem vaſſallo non denegari omnium confirmatur votis: vt dixit Bald. *in cap. 1. aut ſi libellario, n. 3. in fine, quibus modis feudum amitt.* Ruin. *conſ. 176. num. 1. lib. 17.* Ipſa etiam frui filia dicitur, matrimonij ex quo deſeruire oneribus certum ſit: ad quæ accedit, quod licèt poſſeſſio vxoris penes G
arbitrium videatur permanere, mulieri attamen dotalis dominium feudi adhærere controuerſum haud eſt: quod alio, in genitore, qui dotem præbet, modo accideret; ego tamen tutius iudico vtroque domini conſenſum expoſcere in caſu: prout fieri neceſſe putauit Aluarot *in §. donare,* quem refert Curtius Iunior *in loco ſupra ducto.*

Proprium quamquam vndecimo Ba- H
rones in præiudicium, cum domini habeatur conſenſus, valeant ſeruitutem in feudo apponere: ſi eius tamen, vel agnatorum inſurgat præiudicium, hos haud ipſis conuenit, tali de re cum caſus occurrat, vt domino feudum aperiatur omne per vaſſalli operam impoſitum extinctionem patitur onus: vt cõmunis eſt Feudiſtarum ſententia. Quod idem procedit, ſi agnatorum veniat de- I
trimentum, qui ſuccedere debeãt; Quis enim dicat vaſſallum decere, vt ponat onus, aut ſeruitutem in feudo, eorum ſi præiudicium, qui primi ex acquirentis prouidentia feudi obtinere ſucceſſionem expoſcunt, adeſſe clarum ſit. Nemo hęc Alexandri ſententia *conſ. 18. ſub num. 5. lib. 5.* quem refert Picus *in repetitione, §. Titia poſt num. 99.* Paris *conſ. 88. num. 4. lib. 2.* Berous *quæſt. 95.* K
num. 1. qui hoc ex communi DD. doctrina probari dixit: quod idem iudicarunt DD. vigorem continere, ſi vſusfructus feudali in re, alteri tribuenda efficit conſtitutionem cuiquam placuerit. Curtius *in dicta parte 4. quæſt. 15.* Iacobus de Sancto Georgio *in ſua tract. tit. in verbo, ita etiam quod ipſi vaſſalli num. 13.* & nonnulli Feudiſtæ *in cap. imperia-*

A *perialem, de prohibita feudi alienatione per*
Federicum. Monz. *de amiſſione feudi num.*
132. Bocer. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 109. *cum*
ſequent. At enim cum vſusfructus domi-
nij ſit pars, iure quidem optimo pro-
hibitum vaſſallo extat, vt nec vtili alie-
nationem de dominio, nec eius parte
faciat. Rolandus verò à Valle *conſ.* 59.
vol. 2. Pinel. *ad legem primam parte* 3.
num. 71. C. *de bonis maternis*. Contraria
B fuerunt in opinione: dum putarunt, li-
citum vaſſallis eſſe, vt cum domini, &
agnatorum abſit præiudicium in ſe, vſ-
quequo vitæ perduret ſpatium, conſti-
tutum velit vſumfructum. argumenta
indè Rolandus aſſumit: quod qui vtile
retinet dominium, ſeruitutem illius in
bonis ſui apponere in præiudicium va-
let: vt in ſuperficiario patet *in l. prima,*
§. *quod autem de ſuperfic.* & Gloſ. *inſtit.*
C *de vſufruct. in princip. & de emphiteuta,*
ac alijs. Et aduerſæ vim affirmat illo in
caſu opinioni adeſſe, quo directi de do-
mini, & agnatorum tractetur præiudi-
cio: At cum in ipſum Baronem, qui
eum conſtituat, reſultare videatur, con-
trariam ſequi opinionem putauit opor-
tere: Roland. *in fine d. conſ.* 59.

Duodecimo: eoquod ad Barones
teſtamentaria ſcientia de diſpoſitione
D habere pertinet: hac de re noſcere cõ-
pelluntur, quo teſtamentum de feudo
condere in caſu valeant, quo autem
minimè, & hoc ad opus regulam ha-
beant vniuerſalem, teſtatori minimè
permiſſum: vt diſpoſitionem de feudo
faciat. per Text. *in cap.* 1. *de ſucceſſione*
feudorum. ibi: *nulla alienatione defuncti*
in feudo manente, vel valente. Hanc ve-
rò communem exiſtere affirmauit re-
E gulam: Soccinus Iunior *conſ.* 72. *ſub*
num. 40. *lib.* 1. Curtius Iunior *de feudis*
in parte 4. *princip. in prima regula quæſt.*
penultim. Vaſſallus etenim, cum maiori
neutiquam ſpatio feudi ſortiatur domi-
nium, quàm propria perdurare vita
poſſit: iure quidem optimo diuerſam
facere diſpoſitionem repellitur, in eorũ
præiudicium, qui ex primi acquiſito-
ris prouidentia in feudi ſucceſſionem
vocantur, quàm æquum expoſcat. Hac F
igitur firmata regula: inueſtituræ pro-
gredi ad formam debemus, quæ con-
tractus includit efficaciam. *cap.* 1. *verſ.*
propter tenorem inueſtitura de duob. fratr.
Omnem autem feudi naturam inueſti-
turæ derogat tenor: vt *in dicto cap. de*
duobus fratribus. Inueſtituræ quamuis
forma feudi aduerſa naturæ habeatur.
Decius *conſ.* 614. *col.* 1. Paris 2. *num.* 19.
vol. 1. Curtius Senex *conſ.* 48. *col.* 7. *in* G
fine. Bald. *in dicto cap.* 1. §. *præterea, tit.*
quid ſit inueſtitura. Quoniam primo, ſi
merè hæreditarium feudum ſit, vt res
allodialis, aut etiam hæreditaria com-
plecti ſententiam debemus. Hortan.
Piſtor. *lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 61. Gaillæ
obſeruat. 154. *num.* 13. Henrici à Roſan-
thal. *in tract. feudor. cap.* 1. *concluſ.* 35.
cap. 7. *concluſ.* 6. Boccer. *claſ.* 5. *diſp.* 18.
Theſ. 34. *littera D. & in tract. de iure* H
ſuccedendi in feudis cap. 2. *quæſt.* 3. Teſta-
tori propterea de iſto, quod abſolutè
hæreditarium, feudo ſui poteſt ad li-
bitum diſpoſitionem facere, & cui pla-
cuerit, præbere; tale eoquod feudum
propria alienationem patiens ex natura
extat, & commigrare quoſcumque va-
let extraneos licèt ad hæredes: nam ni-
hil prohibitionem affert, vt de feudo
etiam in ſpecie, ſuo vaſſallus in teſta- I
mento diſponat. Iaſon *in l.* 2. *&* 3. *col.* 2.
C. *de iure emphiteutico*, & eſt Text. *in cap.*
1. *in principio, tit. de feudo non haben. pro-*
priam natur. feud. Curtius Iunior qui cõ-
munem hanc eſſe opinionem affirmat
in dicta parte 4. *in* 2. *regula, quæſt.* 5. *verſ.*
non obſtat fundamentum.

Secundus in medium venire caſus
videtur, ſi alicui de feudo, & quibus
ille voluerit, fuerit facta conceſſio: vt
eſt caſus in §. *feudum ex lege, tit.* 26 *ſi de* K
feudo defuncti contentio ſit inter dominum,
& agnatos lib. 2. Quando enim alienatio
permittitur, haud hæredis prohibita
extat inſtitutio. *l. ſi quis* 8. §. *certum* 2.
& §. *vltim. C. de ſecundis nuptijs.* Iacob.
de Sancto Georgio *in verbo, & quibuſ-*
cumque, num. 3. *& in verbo feudum num.*
13. Roland. *conſ.* 3. *num.* 11. *vol.* 1. *&*
conſ.

Digitized by Google

A *conſ. 79. num. 30. vol. 2.* Qua de cauſa
talis Baro & venditionem facere,& do-
nationem inijcere,& alio modo,vt pro-
priæ placet voluntati alienationem cō-
mittere, domini licèt conſenſus haud
interueniat: vt dicit Gloſa *in dict. §. feu-
dum ex lege, in verbo amittitur*. hoc ete-
nim illud efficit verbum: *Cui dederit.*

Tertius, qui occurrit caſus eſt, quid
in mixto accidat feudo, quando ſcili-
B cet, pro ſe, filijs, hæredibuſque fuerit
illud tributum? vt dixit Petrus de Gre-
gorio *de conceſſione feudorum p. 6. qu. 11.*
contra Afflictum in *decis. 140.* Cuius eſt
in ſententia huiuſmodi feudum heredi-
tarium nominari: licèt *in cap. ex quibus
cauſis feud. amittan.* opinionem habeat
mixto pro feudo: vt etiam *in decis. 195.
verſ. non obſtat.* Huic autem conceſſio-
ni hæreditaria ineſt pars, & ex pacto,&
C prouidentia alia, ex quo efficitur feu-
dū minimè filio concedi,excepto quod
hæres exiſtat; hæres vero, cum defun-
cti in factum inſurgere neutiquam poſ-
ſit, hac de cauſa Baronis continebit
diſpoſitio de feudo valorem: dum ip-
ſum per hæredem quidquam in eam
haud valeat agitari: benè tamen quod
ſi paternam filius legis, & inuentarij
beneficio hæreditatem adiuerit, ad ea
D tantum onera,ad quæ ſufficientiam hæ-
reditariæ continent vires, non autem
circa feudum obligatus dicitur, quod
alia, ſi indiſcretus habeatur hæres,for-
ma eueniret. Petrus de Gregorio *loco
ſupra cit. quæſt. 2. part. 6. in princip.* Sed
etenim quando liberi in defectum abi-
rent, & deſcendentes extraneum poſſe
à Barone in feudo inſtitui ſcriptum re-
liquit. Idem de Gregorio *dict. part. 6.
E quæſt. 3.* Quo aſſerit in loco haud ſim-
pliciter veritatem includere, quod hæ-
redis nomen noſtris hiſce temporibus
in Regno ad feudi ſucceſſionem valeat
ita dilatari ex diſpoſitione *dicti cap. vo-
lentes*; vt omnes ſub ſe comprehendat
ſucceſſores, communi quos de Roma-
norum iure poſſit includere: at hoc vim
dixit retinere ſecundum quid, cum fi-
nalis conſideretur ratio,communi quo-
niam de feudorum iure ipſorum in ſuc- F
ceſſione, prima liberorum, aliorumque
venientium cauſa infinitam vſque in ſe-
riem extenditur. per Text. *in cap. 1. in
princip. de grad. ſucceſſ. in feud. & dicti
cap. volentes*, diſpoſitio neutiquam di-
latationem ſortitur liberos, aliosque
ipſius feudatarij deſcendentes, pro-
prium vt eſt libitum, feudi à ſucceſſio-
ne excludendo; limitatiua ſed forma,
& ſecundum quid,maiorem tribuendo, G
& facultatem, & licentiam, vt diſpo-
ſitionem ſuos non ſolum in liberos,ex-
traneos, verum etiam faciat in hære-
des. Id autem non principaliter, ac ex
ſe; at ſucceſſiuo efficitur ordine: qua
de cauſa liberorum ſuper exiſtentia
prædicta ſub conceſſionis forma,extra-
neis, vt ſucceſſionem obtineant,exclu-
ſionem infert: Hæc de Gregorio pro-
fert: quæ filiorum, agnatorumue quo- H
ad præiudicium ſuam oſtendunt effica-
ciam: ipſius autem domini in detrimē-
tum haudequidem conſideratur: an ex
pacto ſimpliciter, ac ex prouidentia
feudum ſit, vel mixtum, an nouum
aut antiquum: ſed quod (modo ſim-
pliciter abſolutèque hæreditarium non
exiſtat) omnis per Baronis teſtamentū
condentis volūtatem perpatrata diſpo-
ſitio nullius erit ponderis, & momenti I
ſi domini de præiudicio agatur: vt vo-
luit Clarus in §. *feudum, quæ. 50. num. 2.*
circa medium.

Quo autem in caſu ſtatutum per cō-
ceſſionem eſſet pro ſe, hæredibuſque
ſuis legitimis feudum concedi, tunc il-
li ſolummodo comprehenſi hæredes
dicuntur, qui ab inteſtato veniunt,neu-
tiquam vero quos teſtamentum vocat.
idem de Gregorio *dicta part. 6. quæſt.* K
13. Idem quoniam eſt proferre: tibi, &
legitimis hæredibus tuis, ac ſi diceret:
tibi, hæredibuſque tuis legitimè tuo
deſcendentibus ex corpore, & illo af-
firmat euentu ſanguinis occurrere hæ-
redes. Idem de Gregor. *loco cit.*

Quid vero in quarto dicendum ca-
ſu, cum alicui ſcilicet, pro ſe, hæredi-
buſque ſuis quibuſcumque facta de

feudo

A feudo fuerit conceſſio, an diſpoſitionem
circa illud facere, ad extraneos Baroni
ſit permiſſum? Hac de conceſſionis for-
ma, ſcripta reliquit Petrus de Gregor.
de conc. feud. parte 6. qu. 8. Qua aſſerit in
parte huiſmodi conceſſionis formam
hæreditarium feudum reddere, & facul-
tatem feudatario tribuere, vt ipſius ad
ſucceſſionem hæredes omnes, qui Ro-
manorum iure ad bonorum Allodia-
B lium venire poſſint adeptionem, vocet
citat Bartol. & DD. *in l. Gallus §. ſi pa-
rente ff. de liberis, & poſthum.* Marianum
Soccin. *conſ. 19. col. 2. vol. 1.* Decium
conſ. 185. in princip. col. 2. Curtium *in
tract. de feudis in penult. quæſt. parte 5.
princip. & conſ. 1. in prima colum.* Soc-
cini enim Iunioris in aſſertis eſt *in conſ.
11. num. 5. vol. 2.* Vniuerſalis termini
quibuſcumque valore poteſtatem feuda-
C tario ineſſe, vt proprium de feudo fa-
ciat diſpoſitionem ad libitum, cui etiam
probationem attulit auctorit. Bald. *in
cap. Imperialem §. 1. col. 2. de prob. feudi
alien. per Federicum.* Vbi affirmat, quod
in quo caſu alicui feudum pro ſe, hære-
dibuſque ſuis quibuſcũque eſt conceſ-
ſum, talium efficacia verborum tria non
ſolum hæredum genera vult compræ-
henſa: *vt in inſtit. de hæred. qualit. &
differentia.* Legatarium verum etiam
D includi: eoquod ipſe aliquo hæres mo-
do nominatur. *l. id tempus §. 1. de vſuca-
pioni.* Iacob de Sexto Georg. *in ſua in-
neſtit. feudal. col. 5.* in verbo, *& non pacto,*
quod de ipſo feudo. Curtius Iunior *in
tract. feudor. in 4. parte in prima regula
alienation. nu. penult. colum. 5. verſ. quarto
ſignantur.* Afflictus *in §. donare num. 15.*
& huius in tutamen opinionis rectè fa-
E ciunt, quæ ſcripſit Alex. *in l. ſi patroni
in princip. col. penult. ff. ad Trebel.* Qui
ad nos transmiſit, quod quamuis feudũ
in fideicommiſſi reſtitutione haud ve-
niat, illud tamen nulla locum forma
obtineat quo in caſu pro ſe, hæredibuſ-
que ſuis quibuſcumque fuiſſet ductum:
Alexandrum ſequuti ſunt Iaſon *in l.
quadam §. nihil ff. de vendendo.* Curtius
conſ. 48. nu. 3. idem Iaſon *in vſibus feu-
dor. col. 16. verſ. tertio limita.* Afflict. *in
dicto §. donare num. 15. in cap. 1. tit. de
feudo non haben. propriam naturam feudi.* F
Tali de cauſa facultas Baroni adhæret,
vt quoſcumque extranei licèt exiſtant,
& ad quos propria id tranſire de natura
haudquaquam poteſtat, traducere illius
feudum generis valeat: quis autem non
videat feudi naturæ per verbum *quibuſ-
cumque* mutationem inferri? ita Curtius
Iunior *in conſ. 1. vol. 2.* vbi hanc veram G
communemque aſſeruit concluſionem
exiſtere: idem *conſ. 48. nu. 3.* Iaſon *conſ.
17. vol. 3. in princip. vol. 3.* Decius *conſ.
78. col. penult. in princip.* Alexan. *conſ. 7.
num. 8. vol. 7.* Gozadin. *conſ. 76. col. 2.*
Pariſ. *conſ. 71. num. 42. vol. 3.* Ripa *in l.
quæſitum, §. ſi quis, cum tutor ff. de priuil.
leg. creditor.* Vbi infit: quod, ſi pro ſe,
hæredibuſque ſuis, & quibus dederit
infeudatus: extraneis, & ita reputatur H
pro hæredibus iſta ſimplicia per verba
infeudatus, multo magis *per ſucceſſori-
bus quibuſcumque,* Iudicari infeudatus
debet. Alexan. & Iaſon *in dicta l. quæ-
dam, §. nihil ff. de edendo.* Ruinus *conſ.
16. verſ. quintus eſt vol. 1.* Afflict. *in di-
cto §. donare num. 15.* Curtius Iunior
*conſ. 40. in fine, & in tract. de feud. in 4.
parte verſ. penultimo quæro. col. 5. verſ. 4.
& in conſ. 173. col. finali.* Optimè tamen
Baro, ex quo circa feudum diſpoſitio I
emanat propriam habiles reſtringere
ad perſonas, quæ acquiſitionis de feudo
capaces exiſtant, facultatem compelli-
tur, prout declaratum voluit Decius
conſ. 192. ſiue 193. in princip. & ratio af-
fertur ex Maſtril. *in additioni. ad Petrum
de Gregor. dicta parte 6. quæſt. 7.* Illud
eoquod verbum *quibuſcumque* tàm feu-
di propter naturam, communis quàm K
ex regula iuris idoneas pati reſtrictio-
nem ad homines debet: vt tradit Spe-
cul. *in tit. de emphiteuſi §. nunc aliqua
de iure quæſt. 93. & probatur* per Tex. *in
l. 1. C. de ſacroſanctis Eccleſijs:* Contrariæ
verò defenſionem ſuſcipere ſententiæ
placuit Camerario *in cap. Imperialem fol.
29. littera A.* & alijs quos aduehit Tira-
quel. *de retract. §. 1. glo. 7. num. 22.* Vil-

lalob.

A Iaſob. qui de communi teſtatur. *commun. opin. littera F. num.* 20. Surdus *conſ.* 153. *vol.* 2. Decius ſibi aduerſus *conſ.* 490. *num.* 7. *verſ. ex quibus patet.* Nec obſtare adducta per Speculatorem. *affirmat loco citato* Maſtril. Quoniam in verbis ex lege prolatis cùm retinent; quod diuersè in homine accidit: ipſa verò, quē-admodum ſonant, accipi oportet, & præcipuè quo in caſu inepta, quæ eſt B perſona Baronis de agnatione haberetur, quorumcumque nam appellatione deſcendentium feudali in materia deſcendentes etiam fæminas venire certum eſt: ex Roland. *conſ.* 79. *in fine.*

Quinto licèt in dubium extet Baroni, hæredibuſque ſuis factam de feudo conceſſionem: illi tamen qui tali teſtamentum condit de feudo filium prætermittere, ac extraneum in hærede n inſtituere haud permittitur. vt dixit Petrus de C Gregor. *de conceſ. feudor. parte* 6. *quæſt.* 3. *num.* 4. qui allegat Petrum *conſ.* 25. Affirmantem, iniquiſſimum ſibi videri, vt quacumque data forma ſub ſe filios feudatarius dirigens, illos abſque pænæ metu, & cauſa præterire, ac ad extraneum tranſmittere, illumque in hæredem ſuſcipere poſſet, quoniam *cap. volentes* diſpoſitio ſui attenta ratione intelligi debet, vt fiat nimirum in extraneos, D cum in defectum ſanguinis abit, diſpoſitio, quam opinionem vt æquo magis congruam, & veritati conſentaneam, ſequutus fuit de Gregor. *loco cit. nu.* 5. Quod idem exiſtet, ac ſi conceſſio alicui ſuis ex ſucceſſoribus facta fuerit, nam non differt dicere Titio, & ſucceſſoribus ſuis, & Titio, & hæredibus ſuis. *idem dicta parte* 6. *qu.* 5.

E Feudi Sexto ad prælegatum deſcendo, vt notum Baronibus ſit; an ipſis cōueniat, vni ex filijs feudum prælegare: & tali modo, vt magis dilucide materia tractetur plures facere diuiſiones oportet; eoquod, aut feudum, quod prælegare deſiderat, hæreditarium eſt, aut ex aduerſo. Primo habemus in caſu Iaſonem *in l.* 2. *col. fin. C. de iure emphiteut.* Cuius eſt in placitis: Baroni minimè prohibitum, vt, domini quamuis volūtas, & filiorum non interueniat: vni de F illis cui voluerit, feudum valeat prælegare: quam ſententiam tenuit Rubeus *in conſ.* 18. Zaſius 8. *parte num.* 61. & 62. Curtius *in* 4. *parte cap. ex prædicta.* Domini licèt in ſpecie conſenſum minimè repellat. Corneus *in conſ.* 182. 6. *colum. lit. R. vol.* 3. Ductos autem differentia inrer doctores intercedit, ſimpliciter eo quod feudum reputat conceſſum Iaſon, ac ſi pro ſe, & filijs fuiſſet G hæredibusque conceſſum: hæreditariū vnde illud æxtimat eſſe; tale doctorum certamen diremptum videmus ex Petro de Gregor. *de conceſ. feudor. quæſt.* 1. *at in cap. Regis Caroli* 246. Tali de cauſa non inſiſto. Loffredo *autem in conſ.* 1. *num.* 146. *vſque ad num.* 150. Opinioni eſt neutiquam feudatarium decere, vt de feudo, ſi domini haud occurrat aſſenſus vni aſſignationem ex filijs faciat. H

Poſteriori in diſtinctionis membro, ſi feudum nempè hæreditarium non ſit, aliam adhibere diſtinctionem puto. Aut nouum ſcilicet circa feudum agatur: aut antiquum Iacobus Put. ex Bald. relatione *in l. item videndum* §. *nunc videamus ff. de petit. hæred.* Affirmat nullo Baronem poſſe modo, vni filiorum feudum velle prælegatum, cuius fuerunt I ſententiæ. Agriz. *in ſumma in* 2. *parte quibus modis feudum amittatur*, §. *verum licèt non poſſit.* Odofred. *in ſumma qui poſſunt in feud. ſuccedere.* Iſerhia *in cap.* 1. *verbo, nec in filiam de alien. feud. pater.* & *in cap.* 1. *num.* 8. *in addiction. verſ. quid ego, de natura*, & *ſucceſ. feudor.* Bald. *in l.* 1. *quæſt.* 9. *ff. de rerum diuiſione*, & *in cap.* 1. *nu.* 15. *an agnat.* dum aſſerit neutiquam vaſſallo conuenire, vt feudum K quærat alteri reliquere. Anna *conſ.* 37. *num.* 5. Carolus Ruin. *conſ.* 25. *num.* 13. *vol.* 1. Et quamquam allati ſimplici forma Doctores haud poſſe genitorem vni filiorum de feudo facere prælegationem affirment: hos attamen de antiquo verba inſtituiſſe dubium non eſt, cum rationis adſit diuerſitas, de qua in nouo fa-

A facta conſideratio fuit, prout in antiquo
tenet Baldus. *in cap. Imperialem nu. 15.*
de prohibita feudi alienat. per Fidericum
Alex. *conſ.* 106. *num.* 8. *vol.* 4. Decius
conſ. 139. *num.* 2. & Marianus Soccinus
conſ. 72. *num.* 34. hac permanet abſque
dubio in ſententia fundamentum hæc
ſortitur opinio ex Tex. *in cap. 1. de ſuc-*
ceſ. feudor. Ex quo recepimus æquali fi-
lijs forma ſucceſsionem præberi: *Nulla*
B *diſpoſitione in feudo valente, vel manente.*
Qua de cauſa Iſernia *in dicto cap.* aſſe-
rit, patri delegatum, vt conſtituat vni
filiorum feudi partes, alteri vero vnum
Aluarot *in dicto cap. 1. & in cap. 1. §. &*
quia vidimus col. 2. de his, qui feud. dare
poſſunt. Idem tenet Bald. *in l. liberti, li-*
bertaque num. 21. C. de oper. libertorum.
& in dicto §. & quia vidimus, in verbo
æqualiter: Feudatario eoquod patri non
C permiſſum, vt illum ſucceſſionis ordi-
nem, quem lex, aut etiam conſuetudo
ex pacto, & diſpoſitione, ac etiam cō-
cedentis prouidētia domini conſtituat,
perfringere, & ius ex inueſtitura ipſo-
rum in vita filijs ſub ſpe quæſitum læ-
dere nulla forma poſſit.

Contrariæ verò ſuſcipiunt doctrinæ
tutamen, quod ſcilicet Pater vni va-
leat feudum ex filijs aſſignare. Idem
D Bald. ſibi contrarius *in cap. 1. §. & quia*
vidimus num. 2. de his, qui feud. dare poſſ.
& Iſernia, etiam ſibi aduerſus *in cap. 1.*
§ omnes filij num. 2. ſi de feudo defunct.
milit. Paulus de Caſtro *in conſ.* 179. *in*
princip. vol. 1. col. 2. qui adductum *cap. 1.*
de feudi ſucceſſ. intelligit loqui, cum ex-
traneos inter ſit effecta diſpoſitio, quod
aliter euenit, ſi natos interſit: propte-
rea ſententiam habet patri conceſſum,
E vt diſpoſitionem facere filios inter, &
electionem de primogenito inijcere
poſſit: feudi autem haud vetari, niſi
extraneos circa, diſpoſitionem, & inter
coniunctos permitti affirmat. Oldrad.
in conſ. 270. quam tranſcribit Albericus
in l. ſi quis prioris in col. 2. verſ. prædicta
etiam faciunt. C. de ſecund. nupt.

Et nouo tandem de feudo loquimur:
& tali in caſu ſi ſimpliciter facta con-
ceſſio fuerit: Iaſonis, Zaſij, & Præpoſi- F
ti, qui ſupra ſententia eſt: ipſi permiſ-
ſum, vt cum domini aſſenſus interue-
niat, ſuum ſtatuat ad libitum: ſed ſi pro
ſe, filijſque ſuis, ac pro ſe, ac liberis fue-
rit in emphiteuſim tributum: Baldus
in authen. ſi quas ruinas num. 6. opinio-
nem profert, quod quo in caſu genitor
emphiteuſim pro ſe, ſuiſque filijs, ac
nepotibus ſuſcipit ab Eccleſia, valeat
filiorum alicui prælegare. Barbat. verò G
tàm in feudo, quàm in emphiteuſi hoc
firmum reddit *in conſ. 66. vol. 4. per totū.*
Corneus *conſ. 282. col. 6. litera R. & conſ.*
37. col. 4. litera L. vol. 3. Ruinus *conſ.* 34.
Quoad feudum ratio eſt; patris eoquod
factum nouo ſemper in feudo nocu-
mentum adducit, ſecundum Gloſam
in dicto cap. 1. §. hæc quoque de ſucceſſione
feud.

Huiuſmodi autem ſententiam, cum H
duo concurrant DD. amplecti non re-
ſpuunt, vt tàm in emphiteuſi, quàm
feudo procedat. Et primò quidem, vt
feudum, & emphiteuſis ex patris quę-
ſita ſit ære, & filij ſecundum quid in
poteſtate mortis reperiantur tempore
talem ſuſcipit, & declarationem, &
ſublimitationem: ex Baldi mente *in l. 1.*
in fine. per quas perſonas nobis acqui-
ritur. Curtius *in 4. parte, cap. ex prædi-* I
cta regula fol. 44. Corneus *conſ. 37. col. 4.*
lit. L. vol. 3. Gozadin. *in conſ. 75. num.*
14. Idem Corneus *conſ. 51. col. 1. liter. A.*
eodem vol.

Quam in doctrinam, quod ſcilicet
patri non permittatur, vt emphiteuſim
tali conceſſam forma vni præleget filio-
rum ſurgit. *Barbatia in cap. poſuit, col.*
penult. in fine, extra locat. Iaſon *in l. 2. fol.*
penult. & vlt. C. de iure emphit. Hoc mul- K
to magis affirmat vigorem in feudo in-
cludere: quod eſt de mente Bartoli in
l. iusiurand. §. ſi liberi, ff. de oper. libertor.
num. 6. Vbi aſſerit, quod ſi emphiteu-
ſim pro ſe, ſuiſque filijs legitimis ma-
ſculis, & fœminis ſucceſſionis accepe-
rit vi, vt paritèr fœminæ cum maſculis
veniant, illis, quæ haudquaquam vt
hæredes vocantur, minimè aliquod va-
leat

A leat præiudicium inferre, & ex eo dicit, quod illo in caſu vniuerſalis quo
hæres institutus eſt filius, & certa filiæres aſſignetur, ita vt plus expoſcere nõ
poſſit, non prohibitum illi eſt, ſuam in emphiteuſi portionem petere: & idem
in filio ſic inueſtito affirmat Angelus *in conſ.* 184. *col.* 2. Federicus de Senis
conſ. 228. *in fine*. Alexand. *conſ.* 106. *n.* 8. *vol.* 4. Quo explicat in loco, magis com-
B munem haberi ſententiam, quod pater filiorum facere in præiudicium diſpoſitionem haud poſſit. Idem Decius *in conſ.* 239. & ſpecialiter in feudo eſt mens ipſiusmet Alexandri *in l. apud Iulianum l. ſi quis alicui nu.* 4. *ff. de legatis* 1. Curtius Sen. *in conſ.* 25. *in* 2. *dubio n.* 4.

Hoc itaque in caſu placuit Lanario *in repetit. feudalib. dictum circa capit. primum de ſucceſ. feudi ſub num.* 103. *verſ.*
C *vos in articulo concludatis.* Neutiquam Patri conceſſum, vt aliam, quo ad filios, inijciat de feudo diſpoſitionem, quàm legis extet arbitrium, cum Regis abſit voluntas, vel indiuiduum exiſtat feudũ, in quo primogenito ſucceſſionem præberi ſit neceſſe, vt hoc ſunt feuda in Regno, vel diuiduum, cum omne vni ex filijs aſſignetur, vel æquales coficiantur partes, vel nouum, antiquumue, aut
D hæreditarium exiſtat; vel ex aduerſo vult imò antiquo in feudo, quod non hæreditarium Regis licèt adſit voluntas, diuerſam facere diſpoſitionem poſſe: per Tex. *in cap.* 1. *de alienat. feudi paterni*. Atenim eoquod diſpoſitio *cap. volentes* in Regno extat, per quod omnibus Regis conſenſus in alienationibus remiſſus videtur: hac de cauſa conceſſionis ſtandum eſſe formæ certum eſt: vt
E ſuperius explicaui.

Poteſtas verò Baronibus ineſt, vt legitima ex neceſſitatis cauſa, Francorum iure conceſſa in alienationem præbeant feuda: per Tex. *in conſtit. comiti: & in conſtit. fratribus*, vbi Afflictus, & reliqui: vt æquali modo ſucceſſorum valet ipſe in præiudicium Bullares ſuper eis cenſus velle conſtitutos: vt ſcripſit Intrigl. *de feud. centur.* 2. *artic.* 91 *num.* 920. *& de conſiliis quæſt.* 26. Milanenſ. *deciſ.* 8. *num.* 367. *lib.* 1. *& deciſ.* 7. *num.* 15. *&* 47. F
lib. 2. Et vt vitæ militiæ fiat ſolutio, dos de paragio præſtetur, & militare ſeruitium Regi congruum afferatur. Afflic. *in cap.* 1, *num.* 19. *tit. an agnatus, vel filius*. Crauet. *conſ.* 197. *num.* 1. Freccia *de ſubfeudis lib.* 2. *authorit.* 29. *num.* 10. Fabius de Anna *conſ.* 4. *num.* 23. *cum pluribus ſequentib.* Giurba *deciſ.* 24. *ſub num.* 26. Quemadmodum etiam, vt ad- G
uocatorum aggregetur ſalarium, Cumia *in cap. ſi aliquem in verbo, antiquis num.* 558. Petrus de Gregor. *de conceſ. feud. parte* 2. *quæſt.* 10. *num.* 19. Anna *ſing.* 203. Giurba *deciſ.* 108. *ſub nu.* 18. Dummodo tamen quæ fuerunt ſcripta ex eodem Giur. *loco cit. à num.* 20. Concurrere videantur, nec cum vera, finaliſque in defectum cauſa abeat, nullius actus valoris efficiatur. *cap. cum contingat de* H
reſcriptis. Peregr. *conſ.* 8. *num.* 4. *vol.* 1. Abb. *conſ.* 41. *vol.* 1. *cap. ſuſceptum de reſcriptis in* 6. Giurba *loco cit. ſub nu.* 22. ac etiam fiat, vt dotis veniat reſtitutio Cannet. *in dicto cap. volentes fol.* 88. *verſ. & cum ſuperius in materia* Nepita *ſuper conſuetud. Nobilis Vrbis Catanæ tit. de reſtit. dotium* 14. *num.* 97. Quid autem affirmandum, ſi illam Baro dotem fuerit confeſſus, de qua nullum antea pro- I
miſſum ſit iniectum? An huiuſmodi receptæ dotis confeſſio in feudo ſucceſſoribus valeat præiudicium inferre? Videndus erit Cannet. *in dicto cap. volentes, §. cum dos*: quo reſponſum in loco doctoribus, quorum ſententia eſt in obligatione ſucceſſores permanere, affert: inter ipſos autem fuit Blaſcus Lanza *in dicto cap. volentes*. Quo autem in caſu Baronis, qui reſtitutionem de feu- K
do facere compellitur, in poteſtate Allodialia ſint bona, prius equidem, circa hæc, debebit alienatio perpatrari, quàm de feudalibus, eoquod ad ipſa in illorum ſupplementum, & defectum deſcenditur, Soccinus *in l. Marcellus, §. res quæ num.* 20. *ff. ad Trebel.* Octauius Corſet. *inter conſilia diuerſorum* Petri de Luni 21. *ſub numero* 6.

Digitized by Google

A Decimo, plures quoniam exiſtere
neceſſitatis cauſæ valenr, ob quas Ba-
rones ſibi contendunt permitti, vr feu-
da, & bona fideicommiſſo In alienatio-
nem præbeant; propterea ſub examen
poni oportet neceſſitatis cauſas: vt no-
tum ſit quorum medio id extet conceſ-
ſum; regulariter enim, neceſſitate im-
pellente, directi cum domini haudqua-
quam requiratur voluntas, alienationē
B feuda pati minimè poſſunt. *cap. 1. §. ne-
ceſſitate, tit. qual ter feuda olim alienari po-
terant: cap. Imperialem, §. 1. de prohibita
feudi alienatione per Federicum*. Ac vt
omnibus concluſio ex Feudiſtis venit,
nulla feudatarijs conceditur forma, vti-
li vt alienationem de dominio perpa-
trare valeant: cum huiuſmodi per alie-
nationem, directi ius, debile reddi eſt
in DD. ſententia per Text. *in cap. 1. de
C prohibita feudi alienatione per Lotharium.*
Vt fraudes longè depellerentur, quæ
ſæpiùs anſam ad effingendas neceſſita-
tes portigebant: *dicto cap. Imperialem, §.
callidis, de prohibita feudi alienatione.* Feu-
di quamuis alienatio pro auxilijs dire-
cto afferendis domino efficeretur; eo-
quod ſi ipſius non interueniret facultas
nequaquam ante *cap. volentes*, permiſſa
exiſtebat, & ſi dominus illius licentiam
D generis præbere adſtringeretur: vt cla-
rè ſenſit Afflict. *deciſ. 265. num. 68.* cum
allata licitum ſit pro cauſa, vt omnis
efficiatur feudi alienatio. Baldus *in l. 2.
C. communia, de legatis*. Curtius Iunior
*in tract. feud. 4. parte princip. num. 65.
verſ. aliam limitationem.* Illorum autem
conſenſum, aut copiam, qui ſucceſſio-
nem obtinere in feudo debent, vt libe-
ra feudi alienatio ratione ex neceſſitatis
E effici cauſa non vetetur, haudequidem
neceſſarium reputarunt haberi Docto-
res, cum id neutiquam feudorum cau-
tum iure ſit, fideicommiſſi quemadmo-
dum in alienatione (cuius natura feu-
dali affinis) minimè fideicommiſſorum
expoſcitur conſenſus: vt ſenſit Baldus
*in dicto cap. 1. §. neceſſitate declarationem
inferens legi: cum fides ff. de fideicommiſſ.
libert.* Omnis etenim doli ſuſpicio, frau-
diſque ceſſare præſumptio cōſpicitur, ſi F
domini adeſſe voluntatem firmum ſit:
ſub conſideratione poſuit Text. *in dicto
§. callidis, de probibit. feud. alien. per Fe-
dericum cap.* 1. Eoquod nullo iudicare
modo conuenit directum voluiſſe do-
minum, in falſa fictæ neceſſitatis cauſa
conſenſum afferre.

Neceſſe igitur habetur, vt notum
ſit: Quid neceſſitas? Quotuplex, &
Qualis? Cuius ergo feudum, aut fi- G
deicommiſſum propria haud alienatio-
nem tolerantia ex natura, valeant alie-
nari. Neceſſitas igitur id eſt, quod ali-
ter ſeſe habere neutiquam poteſt: vt ex
Ariſtot. *lib. 4. Metaphyſ.* & à ceſſo no-
men excipit, quod idem eſt, ac ab ope-
ra vaco, vt penes Virgilium conſpi-
citur.

*Et ſi quid ceſſare potes requiſiſſe ſub
umbra.*

Duplici neceſſitatem forma eſſe ha- H
betur in placitis Ariſtot. *lib. 2. cap. 11.
tex. 12. de part. animalium*. Iuxta natu-
ram aliam, quæ ipſius prolabitur ex vi,
aliam ſecundum cauſam mouentem:
Metaphyſicorum tamen in libro, non-
nulla præbuiſſe neceſſitatum generaL
conſpicimus, quæ duo ad hæc membra
duci firmum eſt. Et primo aliud neceſ-
ſarium ſimpliciter eſſe, & quod alitèr I
ſeſe habere non poteſt; vt Deus, qui
ſimpliciter neceſſario nequit non exi-
ſtere: hoc intellexiſſe conſpicitur Mer-
curius Trimegiſtus *cap.* 14. qui ſic. *Ne-
ceſſitas omnium, quæ geruntur, ſemper ſi-
bi catenatis nexibus iuncta, hac eſt aut
effectrix rerum, vt ſummus Deus, aut ab
ipſo Deo, aut omnium cæleſtium, terrena-
rumque rerum formato diuina legis diſci-
plina: Imarmisin Græcè, & neceſſitas am- K
bæ ſibi inuicem indiuiduo glutino ſunt con-
nexæ, quarum prior Imarmisin rerum om-
nium parit initia; neceſſitas verò cogit ad
effectum, quæ ex illius primordio pendent:
has ordo ſequitur, ideſt contextus, & diſ-
poſitio temporis rerum perficiendarum.*

Secundum aliquid neceſſariū quod-
dam nominatur, & eſt, quod valet ali-
ter eſſe, at aliquod tamen præſuppoſito,
mi-

Digitized by Google

A minime poteſt : qua de cauſa ex Hip-
potheſi appellatur neceſſarium:& qua-
druplicitet iuxta cauſarum genera di-
uiditur : aliud ſcilicet ex cauſæ mate-
rialis Hippotheſi : vt eoquod gladius
ex ferro ſtructus, rubiginem propterea
contrahere videtur : formalis nonnullū
ex ſuppoſitione cauſæ : vt homo neceſ-
ſario debet riſibilis eſſe , quoniam ra-
tionalis , efficientis quoddam ex Hip-
B potheſi cauſæ : vt pluuia ſurſum eſt , &
grauis eſt naturæ , ea de re decidit; ali-
quod ex finis ſuppoſitione : vt vitam
ducere volenti neceſſarius habetur ci-
bus . Commoda iter forma conficere
optanti equus peraptus eſt, & ideo ne-
ceſſarium idem erit , atque vtile, & ac-
commodum ; noſtris verò è Iuriſcon-
ſultis dilucida magis de neceſſitatis ge-
neribus adducitur explanatio: & cæte-
C ros inter à Bald. *conſ.* 20. *lib.* quem ſe-
quutus fuit Boer. *deciſ.* 44. *num.* 27. Cra-
uett. *reſponſo pro genero num.* 34. & Cac-
cheran. *deciſ.* 167. *num.* 5. Aliam ſcili-
cet fatalem nominari : data opera non-
nullam , & ita culpabilem : legalem
aliquam : vltimam tandem Legis velut
ex diſpoſitione prouenientem , quam
dixit præciſam Crauetta eodem reſpō-
ſo pro genero Corolario 4.

D Er prima quidem ſpecies illa eſt,quę
incertè , & improuisè prolabitur, & ex
caſu originem ſortitur : vt cum quis in
latronum incidit manus, vel quidquam
ſimile accidit , quod humano prouide-
ri conſilio , nec vllo excipere obicem
modo poteſt . *L.* 2. *§. ſi eo tempore, ff. de
adminiſtrat. rer. Ciuit. pertin. l. qua for-
tunis, C. de pignoratit. actione.* Vnde cō-
ſequens fit ex hac iuſtam præberi cau-
E ſam : vt de feudo , aut fideicommiſſo
fiat alienatio , prout reſponſionem affe-
rens conſilium dedit. Bald. *in dicto con-
ſil.* 20. Soccinus Senex *in dicta l. Marcel-
lus, §. res, num. 6. ff. ad Trebell.* & pul-
chrè Tiraquell. *de legibus connubial. gloſ.
6. num.* 272. per Textum *in l. Dinus , §.
cauſa in fine , ff. de petitione hæredit. l. ſan-
cimus nomini in fine, C. de ſacroſanct. Ec-
cleſijs, cap. aurum 12. quæſt. 2. Authen. ſi
captiui, C. de Epiſcopis, & Clericis , Authen.* F
contra rogatus , C. ad Trebell. ibi : *Seu cap-
tiuorum redemptionis.* qui equidem Tex.
ex nouell. 108. *de reſtitut.* deſumptus eſt,
quo in loco . *Sed & ſi redemptione capti-
uorum.*

Poſterior, neceſſitatis ſpecies , natu-
ralis nimirum, eſt, quæ ortum ex natu-
ra excipit : vt eſt ſibi cibos procurare
vitam ducere : veſtes ſibi quærere : ſer-
uos habere : iam in præcipiti domum G
reficere:agros fertiles reddere : poſitas,
& collectas perſoluere : & gabellas , ac
tributa , & cætera . Soccinus *in dicta l.
Marcellus, §. res qua num.* 2. *ad Trebel.*
Crauett. *loco citato num.* 44. Huius ge-
neris ex cauſa iudicauit Menoch. *lib.* 2.
de arbitr. centur. 2. *caſu* 182. *num.* 26.
Aequum tribui motiuum, vt fideicom-
miſſa feuda , & alia , quæ naturam alie-
nationis impatientem retinent , ſublre H
venditionem cogantur,cui probatio rei
venit ex diſpoſitione *d. Authen. contra ro-
gatus ad Trebell.* ibi. *Vel ſi non habet, vn-
de ſibi faciat expenſas .* Rationeſque ad-
uehit à ſimilibus citata ductis in parte,
dempto quod qui tali conſtitutus eſt in
neceſſitate , cum alia in poſſeſſione bo-
na retineret , proprium ex quibus ſibi
victum poſſet comparare , vecordi con-
ſumpſiſſet cœcitate, quorum in conſer- I
uatione ſi ſtudium poſuiſſet , tempera-
tèque illis eſſet vſus talem equidem ad
inopiam , & egeſtatem , nullo deueniſ-
ſet modo . Qua de cauſa cum illa inſo-
lenter depopulaſſet , neceſſarij neuti-
quam victus ergo feuda , vel etiam fi-
deicommiſſa dare in alienationem po-
teſt : vt eſt doctrina Soccini *in dicta leg.
Marcellus, §. res qua num.* 3. Aut etiam
ſi neceſſitatis vltra causā alienatio fiat k
nam id vſque ad pretium perparrari ea
debet, quod vrgens expoſcit neceſſitas.
Idem Menoch. *dicto caſu* 182. *num.* 32.
ex Baldi ſententia *in conſ.* 332. *lib.* 1. *&
ſupra citato conſ.* 20. *in fine lib* 2. Hanc
autem opinionem amplexos fuiſſe affir-
mat Iaſon *in l. creditor num.* 3. *in tertia
limit. ff. ſi certum petatur .* Decium *in l. ſi
donatione num.* 17. *C. de collat.* cæteroſ-
que

A que ibi allatos DD. quod probationem dicit excipere ex *l. vltima, ff. de excitat. actione.* vbi. *Quare & ſi in ea cauſa fuerit nauis, vt refici deberet, multo tamen maior pecunia credita fuerit, quàm ad eam rem fuerit neceſſarium*. Eaque in parte doctrinas, & exempla, vt huius habeatur limitationis explanatio, ducit. Intrigliol. *centur. 2. artic. 7. num. 75.* Giurba *deciſ. 168. ſub num. 22.* Cannet. *ſuper cap. volentes, §. colligitur, qui eſt tertius ſub num.* B *14. fol. 32.*

Tertia neceſſitatis diuiſio, quam culpabilem, vel data opera ille appellauit, habetur, cum quis lauta, prodigalique vitam ducens forma cuncta cõſumpſit, & talem adductus in anguſtiam eſt, vt ad inopiam ruat: hanc verò propriè neceſſitatẽ haud exiſtere, at caſum, è quo in naturalem quis, vel fatalem venit neceſſitatem, placuit Menoch. *loco citato* C *num. 37.* Illamque nec æquam, nec excuſatione dignam reputauit, cum illi culpæ verti debeat: qui ſeſe in illam temere coniecit. per Text. *in l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria, ff. qui ſatisdare cogantur*. Quoniam cum proprio quis vitio ad actum directo, & ad caſum ſtatuto in neceſſitatem ire compellitur: iure quidem optimo nullius capax indicatur D auxilij: quapropter Baroni huic haud equidem feudi conceſſa, vel fideicommiſſi alienatio dicitur. Caſtren. *in l. etiã, §. vltim. ff. ſoluto matrimonio.* Decius *in cap. quæ in Eccleſiarum num. 30. verſ. ſecundus caſus*. Caccher. *deciſ. 168. num. 8. & 9.* Grauato etenim ab hærede, & alienatio bonorum, & dilapidatio illo præſumitur animo confecta, vt fideicommiſſum auerteret. Grauetta *in dicto reſponſo pro genero num. 53.* Cacchor. *loco* E *ſuprà citato num. 8.* Nacta *conſil. 115. n. 8. lib. primo.* Caſtrenſ. *in l. Titius num. 1. in fine, ff. ad Trebell.* Menoch. *loco cit. n. 40.* Quæ vero in re culpa nullo modo ad caſum videtur directa; certamen DD. inter exoritur: an fieri alienatio valeat? & videri poſſunt eumdem penes Menochium *à num 41.* Quo diffusè in loco ſub examine plures conſtituit caſus, ex quorum vi præberi facultas debeat, vel F ex aduerſo.

Vltima denique neceſſitatis ſpecies, legis ex diſpoſitione prolabitur, & tunc habetur: cum lex patrem iubet filiæ dotem præbere, domino ſeruitia præſtare, ac reliqua, forſitan, quæ feudi afferri ex inueſtitura ſit neceſſe, & hanc fermè præciſam vocauit Grauetta *loc. cit. num. 4.* & Caccher. *in dicta deciſione 167.* Iſtique putauit neceſſitati Menoch. *in* G *num. 68.* ſufficientem ineſſe efficaciam, vt ad feudorum alienationem, & fideicommiſſi conueniens ſit Baronibus deuenire: plurimas eo vehit in loco authoritates; vt hæc confirmationem ſortiatur opinio: id autem dilatari etiam placuit, ſi reſtitui dotem ſit neceſſe; vt ſuperius fuit explicatum.

Propterea Baronibus de feudo alienationem facere, vt alieno de ære non H efficienti pro causa, famis etiam contracto ſolutionem patrent prohibitum redditur. Roland. à Valle *conſ. 56. num. 14. vol. 4.* Anton. Capic. *in inueſtit. feud. §. feudor. alienat. col. 2. verſ. amplia primo.* Iacob. de Sancto Georgio *in inueſt. feudor. in verbo ita etiam quod ipſi nu. 17. & in verbo, & cum pacto il ſecondo n. 14.* Afflictus *in cap. 1. in princip. tit. qualiter olim feud. alien. poter. & in Conſtitutioni-* I *bus Regni, ſi quis poſt litem num. 10.* Vt æquali modo nec ipſius circa partem id efficere feudatario permittitur. Nicol. Reuſner *deciſ. 1. num. 30. lib. 2.* Alexand. *conſ. 48. col. 3. vol. 2.* Contraria licèt in opinione fuerit Thomas Gram. *dec. 49. num. 29.* Petrus de Bella *de feudis tit. 8. nu. 8.* Montanus *de iure feud. lib. 4. cap. 5. in fine.*

Feudum attamen capi, & ſi domini K haud interueniat conſenſus, iudicatæ in exequutione rei cum Baronis, vel feudatarij adhuc perdurãs vita exiſtat, poſſe nemini dubium. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed. 9. num. 261. & ſeq.* Albert. Brunus *in conſ. 37. n. 5.* Andreas de Iſernia, Martinus Laudenſis, Aluarot. & Præpoſitus *in cap. 1. §. quid erga de inueſtitura de re aliena facta*, quod excepit decla-

Digitized by Google

A declarationem ex Bruno *in d. conſil.* 27. *fine* 37. & Afflicto *in deciſ.* 26. *n.* 4. Tunc exequutionem in iudicati cauſa effici feudi in fructu, ac etiam commoditate, cum nihil feudatarij iu poſſeſſione habeatur.

Permiſſum etiam Baronibus, vt feudi alienationem, Regis & ſi, eiuſque domini directi haudquaquam adſit, cõſenſus, eſt in ſententia Ioannis Antonij
B Lanarij *conſ.* 8. *num.* 5. *vol.* 1. Ant. Capic. *deciſ.* 156. *num.* 11. Afflict. *in cap. Imperialem notabil.* 16. *num.* 5. Vt æquali modo quamuis domini longè ſit voluntas ruſticum alienationem valet feudum pati ex doctrina Capicij *deciſ.* 103. & Thomæ Grammatici *deciſ.* 75. *num.* 11. ſicut pariter ipſius in augmento feudi, accidit. Afflictus *deciſ.* 111. *num.* 5. & *deciſ.* 232. *num.* 6. & ante ipſum Iſernia
C *in cap.* 1. *tit. an ille, qui interfecit fratrem domini ſui*. Feudi verò circa fructus nullam inſtitui diſputationem oportet, cum illorum dominium Baronis in manu vſquequo ipſius vita ſuum deducat ſpatium, habeatur. Milanenſis *deciſ.* 5. *num.* 15. *lib.* 1. Afflictus *dicta deciſ.* 26. *num.* 5. & 6.

Atenim quę Regis explicata ſunt de conſenſu, nullum hoc in Triquetræ Regno locum excipiunt, vt eſt diſpoſitio
D *dicti cap. volentes*; ex quo euenit Comitibus, Baronibus, Nobilibuſque, in quorum facultate feuda perſiſtant, aut aliqua illorum pars, conceſſum, vt integro de feudo, aut quota, pignorationem facere, venditionem Inijcere, donationem perpatrare, permutationem committere poſſint, & vltimis in volũtatibus relinquere, legare, aut quouis
E alienationis nomine vnam tantum in perſonam, vel digniorem, aut paribus meritis, vel nobilitate decoratam trãſferre valeant, quocumque modo venditor extiterit, aut alienator; dempto tamen, quod hoc in Eccleſijs, Eccleſiaſticiſq; perſonis minimè fiat, & pretij decima, fiſco ſoluatur cum prælatione, vt certum infra tempus Rex anteponatur, & conſtitutum infra ſpatium fidelitatis iuramentum, & homagij adſeratur: de hoc autem ſcripta reliquit F
Cannet. & Maſtrill. *deciſ.* 86. *num.* 3. & 17.

D E
ONERIBVS, FEVDI RESPECTV
à Baronibus tolerandis.

G

Cap. 4.

TRiplici feuda neceſſari è pondere grauantur, quæ Barones æquo, perferre animo, aut iniquo adſtringuntur, & hæc: Militare ſeruitium: dos de paragio: & vita militia exiſtunt. Circa primum ſatis verborum feciſſe Regali mihi videtur in ſtatu, eo in capite, vbi: De obedientia, & fidelitate, H
& ſeruitijs Regibus præſtandis: quo etiam in loco de reliquis, vaſſallorum quæ opera Regum debent in obſequiũ afferri, nonnulla tetigi. vnde ad ſecũdum, vltimumque deſcendere onus operæ pretium putaui.

Et circa hoc primum aſſero: hanc de paragio dotem fœminę ob excluſionem ex feudi ſucceſſione, quæ præberi maſculo iam ſuperſtiti debeat, fuiſſe I
introductam. Vnde effectum eſt, vt fratris opera, qui ſibi feudum aſſumit, depulſa illinc fœmina propriarum iuxta facultatum vires, & filiorum iam viuẽtium numerum, dotis, ſecundum paragium, excipere ſummam debeat, vt ſcriptum reliquit Petrus de Gregorio *de dote de paragio*. Cautio autem in conſtitutione in aliquibus ponitur, ibi, *dummodo*, cum natalium nimirum qualitas K
conſideretur tàm viri, quàm mulieris, quoad dignitatem, & ea, quæ ſub conſideratione poſuit: dictus de Gregorio *in ſupradicto tractatu quæſt.* 20. *per totam*.

Ipſam verò legitimæ ſibi locum vindicaſſe, de paragio dotem, affirmarunt DD. penes ipſum de Gregorio *quæſt.* 2. Maſtrill. *deciſ.* 1. *num.* 8. Idem de Gregor. *de*

A que ibi allatos DD. quod probationem
dicit excipere ex *l. vltima, ff. de excitat.*
actione. vbi. *Quare & ſi in ea cauſa fuerit*
nauis, vt refici deberet, multo tamen ma-
ior pecunia credita fuerit, quàm ad eam
rem fuerit neceſſarium. Eaque in parte
doctrinas, & exempla, vt huius habea-
tur limitationis explanatio, ducit. Intri-
gliol. *centur. 2. artic. 7. num. 75.* Giurba
deciſ. 108. ſub num. 22. Cannet. *ſuper cap.*
B *volentes, §. colligitur, qui eſt tertius ſub num.*
14. fol. 37.

Tertia neceſſitatis diuiſio, quam cul-
pabilem, vel data opera ille appellauit,
habetur, cum quis lauta, prodigalique
vitam ducens forma cuncta cõſumpſit,
& talem adductus in anguſtiam eſt, vt
ad inopiam ruat: hanc verò propriè ne-
ceſſitatẽ haud exiſtere, at caſum, è quo
in naturalem quis, vel fatalem venit ne-
C ceſſitatem, placuit Menoch. *loco citato*
num. 37. Illamque nec æquam, nec ex-
cuſatione dignam reputauit, cum illi
culpæ verti debeat: qui ſeſe in illam
temere coniecit. per Text. *in l. ſi fide-*
iuſſor, §. ſi neceſſaria, ff. qui ſatisdare co-
gantur. Quoniam cum proprio quis vi-
tio ad actum directo, & ad caſum ſtatu-
to in neceſſitatem ire compellitur: iure
quidem optimo nullius capax iudicatur
D auxilij: quapropter Baroni huic haud-
equidem feudi conceſſa, vel fideicom-
miſſi alienatio dicitur. Caſtren. *in l. etiã,*
§. vltim., ff. ſoluto matrimonio. Decius *in*
cap. quæ in Eccleſiarum num. 30. verſ. ſe-
cundus caſus. Caccher. *deciſ. 168. num. 8.*
& 9. Grauato etenim ab hærede, & alie-
natiò bonorum, & dilapidatio illo præ-
ſumitur animo confecta, vt fideicom-
miſſum auerteret. Crauetta *in dicto re-*
E *ſponſo pro genero num. 53.* Caccher. *loco*
ſuprà citato num. 8. Natta *conſil. 115. n. 8.*
lib. primo. Caſtrenſ. *in l. Titius num. 1. in*
fine, ff. ad Trebell. Menoch. *loco cit. n. 40.*
Qua vero in re culpa nullo modo ad
caſum videtur directa; certamen DD.
inter exoritur: an fieri alienatio valeat?
& videri poſſunt eumdem penes Me-
nochium *à num. 41.* Quo diffuſè in loco
ſub examine plures conſtituit caſus, ex
quorum vi præberi facultas debeat, vel F
ex aduerſo.

Vltima denique neceſſitatis ſpecies,
legis ex diſpoſitione prolabitur. & tunc
habetur: cum lex patrem iubet filiæ
dotem præbere, domino ſeruitia præ-
ſtare, ac reliqua, forſitan, quæ feudi
afferri ex inueſtitura ſit neceſſe, & hanc
fermè præciſam vocauit Crauetta *loc. cit.*
num. 4. & Caccher. *in dicta deciſione 167.*
Iſtique putauit neceſſitati Menoch. *in* G
num. 68. ſufficientem ineſſe efficaciam,
vt ad feudorum alienationem, & fidei-
commiſſi conueniens ſit Baronibus de-
uenire: plurimas eo vehit in loco au-
thoritates; vt hæc confirmationem for-
tiatur opinio. id autem dilatari etiam
placuit, ſi reſtitui dotem ſit neceſſe; vt
ſuperius fuit explicatum.

Propterea Baronibus de feudo alie-
nationem facere, vt alieno de ære non H
efficienti pro causa, famis etiam con-
tracto ſolutionem patrent prohibitum
redditur. Roland. à Valle *conſ. 56. num.*
14. vol. 4. Anton. Capic. *in inueſtit. feud.*
§. feudor. alienat. col. 2. verſ. amplia pri-
mo. Iacob. de Sancto Georgio. *in inueſt.*
feudor. in verba ita etiam quod ipſi nu. 17.
& in verbo, & cum pacto il ſecondo n. 14.
Afflictus *in cap. 1. in princip. tit. qualiter*
olim feud. alien. poter. & in Conſtitutioni- I
bus Regni, ſi quis poſt litem num. 10. Vt
æquali modo nec ipſius circa partem id
efficere feudatario permittitur. Nicol.
Reuſner *deciſ. 1. num. 30. lib. 2.* Alexand.
conſ. 48. col. 3. vol. 2. Contraria licèt in
opinione fuerit Thomas Gram. *deciſ. 49.*
num. 29. Petrus de Bella *de feudis tit. 8.*
nu. 8. Montanus *de iure feud. lib. 4. cap. 5.*
in fine.

Feudum attamen capi, & ſi domini K
haud interueniat conſenſus, iudicatæ
in exequutione rei cum Baronis, vel
feudatarij adhuc perdurãs vita exiſtat;
poſſe nemini dubium. Menoch. *de re-*
cuper. poſſeſſ. remed. 9. num. 261. & ſeq.
Albert. Brunus *in conſ. 37. n. 1.* Andreas
de Iſernia, Martinus Laudenſis, Aluarot.
& Præpoſitus *in cap. 1. §. quid erga de in-*
ueſtitura de re aliena facta, quod excepit
decla-

A declarationem ex Brunò *in d. conſil.* 27. *fine* 37. & Afflicto *in deciſ.* 26. *n.* 4. Tunc exequutionem in iudicati cauſa effici feudi in fructu, ac etiam commoditate, cum nihil feudatarij in poſſeſſione habeatur.

Permiſſum etiam Baronibus, vt feudi alienationem, Regis & ſi, eiuſque domini directi haudquaquam adſit, cõſenſus, eſt in ſententia Ioannis Antonij B Lanarij *conſ.* 8. *num.* 5. *vol.* 1. Ant. Capic. *deciſ.* 156. *num.* 11. Affl. *in cap. Imperialem notabil.* 16. *num.* 5. Vt æquali modo quamuis domini longè ſit voluntas ruſticum alienationem valet feudum pati ex doctrina Capicij *deciſ.* 103. & Thomæ Grammatici *deciſ.* 75. *num.* 11. ſicut pariter ipſius in augmento feudi, accidit. Afflictus *deciſ.* 111. *num.* 5. & *deciſ.* 232. *num.* 6. & ante ipſum Iſernia C *in cap.* 1. *tit. an ille, qui interfecit fratrem domini ſui*. Feudi verò circa fructus nullam inſtitui diſputationem oportet, cum illorum dominium Baronis in manu vſquequo ipſius vita ſuum deducat ſpatium, habeatur. Milanenſis *deciſ.* 5. *num.* 15. *lib.* 1. Afflictus *dicta deciſ.* 26. *num.* 5. & 6.

Atenim quę Regis explicata ſunt de conſenſu, nullum hoc in Triquetræ Regno locum excipiunt, vt eſt diſpoſitio D *dicti cap. volentes*; ex quo euenit Comitibus, Baronibus, Nobilibuſque, in quorum facultate feuda perſiſtant, aut aliqua illorum pars, conceſſum, vt integro de feudo, aut quota, pignorationem facere, venditionem inijcere, donationem perpatrare, permutationem committere poſſint, & vltimis in volũtatibus relinquere, legare, aut quouis E alienationis nomine vnam tantum in perſonam, vel digniorem, aut paribus meritis, vel nobilitate decoratam trãſferre valeant, quocumque modo venditor extiterit, aut alienator; dempto tamen, quod hoc in Eccleſijs, Eccleſiaſticiſq; perſonis minimè fiat, & pretij decima, fiſco ſoluatur cum prælatione, vt certum infra tempus Rex anteponatur, & conſtitutum infra ſpatium fidelitatis iuramentum, & homagij adferatur: de hoc autem ſcripta reliquit F Cannet. & Maſtrill. *deciſ.* 86. *num.* 3. & 17.

DE ONERIBVS, FEVDI RESPECTV *à Baronibus tolerandis.*

Cap. 4.

G

TRiplici feuda neceſſati è pondere grauantur, quæ Barones æquo, perferre animo, aut iniquo adſtringuntur. & hæc: Militare ſeruitium: dos de paragio: & vita militia exiſtunt. Circa primum ſatis verborum feciſſe Regali mihi videtur in ſtatu, eo in capite, vbi: De obedientia, & fidelitate, H & ſeruitijs Regibus præſtandis: quo etiam in loco de reliquis, vaſſallorum quæ opera Regum debent in obſequiũ afferri, nonnulla tetigi. vnde ad ſecũdum, vltimumque deſcendere onus operæ pretium putaui.

Et circa hoc primum aſſero: hanc de paragio dotem fœminę ob excluſionem ex feudi ſucceſſione, quæ præberi maſculo iam ſuperſtiti debeat, fuiſſe I introductam. Vnde effectum eſt, vt fratris opera, qui ſibi feudum aſſumit, depulſa illinc fœmina propriarum iuxta facultatum vires, & filiorum iam viuĕtium numerum, dotis, ſecundum paragium, excipere ſummam debeat, vt ſcriptum reliquit Petrus de Gregorio *de dote de paragio*. Cautio autem in conſtitutione in aliquibus ponitur, ibi, *dummodo*, cum natalium nimirum qualitas K conſideretur tàm viri, quàm mulieris, quoad dignitatem, & ea, quæ ſub conſideratione poſuit: dictus de Gregorio *in ſupradicto tractatu quæſt.* 20. *per totam*.

Ipſam verò legitimæ ſibi locum vindicaſſe, de paragio dotem, affirmarunt DD. penes ipſum de Gregorio *quæſt.* 2. Maſtrill. *deciſ.* 1. *num.* 8. Idem de Gregor.

de

A *de conceſſ. feudor. part.4. quæſt.5. nu.58.*
Intrigliol. *de feud. centur.2. art.72. nu.6.*
Legitimæ propterea in ſimilitudinem
excipere taxam debet. Maſtril. *dec.107.*
num. 5. Vſque quo pars ab inteſtato
competens, cum nobilis fulgor generis
attendatur, vt parem ſibi in matrimo-
nium deligat. Andreas de Iſernia *in d.*
conſtitutione in aliquibus col.12. & ſequen.
verſ. nos dicimus. Petrus de Gregorio
B *de vita militia cap. 11. num. 6.* Quo ſta-
tuit in loco poſſe dotem de paragio, to-
tam vſque ad portionem, quæ filiæ ſit
conueniens, tribui vt æqualem, in vitæ
ſocium, aſſumat coniugem, benè ta-
men fœminæ, ipſiuſque viri, & digni-
tate, & nobilitate conſiderata, Ciuita-
tiſque in qua matrimonij ſit celebritas,
more non neglecto: vt idem *de conceſſ.*
feudor. part.4. quæſt.5. num. 6. Maſtrill.
decis.48. num. 2. Taliter vt dum huiuſ-
C modi de paragio dotis efficitur taxa
nullo poſtponi modo regionis conſue-
tudinem decet: ipſius namque ad vim
ſtandum eſſe non eſt in dubijs, & Iudi-
cis arbitrium in regulam adhibendum.
Cumia *in cap. ſi aliquem, in verbo mari-*
tata num.162. fol. 269. Petrus de Greg.
de dote de paragio quæſt.31. per totam. Vbi
explanatum reddit qua loci conſuetu-
do ratione debeat, dum huius taxa ge-
D netis ſit, conſiderari; tali de re affirmat
loco ſupra citato num. 17. Cumia. In quo
caſu conſtitui filiæ de paragio dotem
conueniat, ſi iam in matrimonio collo-
cata reperiatur tertiam vltra tertiæ ab
inteſtato ex feudo, allodiali tamquam
re, venientis, ſortiri quidquam nulla
debere forma: ſed ſi exiſtat in capillo,
ſi neutiquam tertiæ tertia ſufficientiam
retineat, totam præberi eodem modo
E tertiam oportet, ac ſi ſucceſſionem in
feudo, allodiali velut in re obtineat, vt
non imparem propriæ iuxta conditio-
nis qualitatem ſibi in maritum deſu-
mat: allegat Iſerniam *in conſtitut. in ali-*
quibus col. penult. & ſequente. & tali de
cauſa prudens ad Iudicis arbitrium ex-
tat remiſſum: vt ſcripſit Maſtril. *dec.107.*
in fine. Afflict. *in conſtit. in aliquibus n.12.*

Alexand. *conſ.83. lib.4.* Petrus de Gre- F
gorio *quæſt. 32. in fine.* Menoch. *conſil.*
293. num.5. verſ. quæ ſanè dos: & de
arbitrar. conſ.149. Afflictus *in cap. 1. nu.*
21. verſ. item relinquitur arbitrio Iudicis.
tit. ex quibus cauſis feud. amitt. dummo-
do quod minor haudequidem legitima
reputetur. Cumia *loco ſupra cit. nu.122.*
verſ. ſed licet. Ita vt filiæ, quæ dotem
legitima minorem exceperit portione
conceſſum eſſe, vt ad dotis de paragio G
ſupplementum agat minimè affirmare
dubitauit Petrus de Gregorio *in dicto*
tract. de conceſſ. feudor. part. 4. quæſt. 5.
num. 37. & in tractat. de dote de paragio
quæſt.33. Vel dotatam circa filiam tra-
ctetur, cui propriam pater ob pulchri-
tudinem, vel nobilis ſplendorem gene-
ris minus, quàm conueniens haberetur
pars, quam ſortiretur, ſi excluſionem
per marem non fuiſſet perpeſſa, dediſſe H
videatur: vt ſcripſit etiam Andreas de
Iſernia *in dicta conſtitut. in aliquib. col.12.*
verſ. item hac eſt ex gloſella quadam: vel
agatur de dote, quæ vltima fuerit in
voluntate à genitore tributa, & tunc in
quantitate, legitima quæ ſit minor par-
te, pro dote de paragio filiam inſtituiſ-
ſet hæredem: vel denique ſermo ſit de
dote, quæ taxam Iudicis excipete per
arbitrium debet, qui cum hoc patret I
nulla debet inferius, quàm legitima
ſit portio deſignare pretiũ forma, DD.
penes eumdem de Gregor. *d. quæſt.33.*
cum nullum ponat impedimentũ, quod
filia ſeſe dote contentam eſſet profeſſa,
& maius quoddam petere neutiquam
poſſit, eoquod his non obſtantibus iu-
dicauit dictus de Gregorio *ſub num.3.*
Filiæ permiſſum, vt prædictæ ſupple-
mentum dotis expoſcat: Modern. ci- K
tat *in tract. quod extant maſculi qu. 70.*
& 71. Dempto quod ſpeciali ipſa ra-
tione ſeſe dote dixerit contentam, nec
aliquem paterna firmarit ad bona re-
greſſum facturam; de quibus omnibus
idem de Gregorio *loco* proximè *citato,*
per ea, quæ habentur *in cap. quamuis de*
pactis in 6. & ſcripſit Iaſon *in repetit. in*
authent. nouiſſima in 3. col. verſ. vltra

eos,

Digitized by Google

A *eos, C. de inofficioſo teſtamento*. Cumia *de ſucceſſ. feud. in cap. ſi aliquem, in verbo maritata num.* 65. Quo autem in caſu dotis hæc de ſupplemento efficitur petitio, afferri fructus etiam debent, vt pariter in dote veniunt, in qua perceptos ex paterni funeris tempore tribui fructus neceſſe eſt, bona quamuis fide fuerint conſumpti, & eadem accepti, legitimæ ſicut in emolumentis ipſamet
B ratione perceptis euenit: ex doctrina Baldi *in l. non eſt ambiguum, C. familiæ herciſcundæ*, quem ſequitur Alexander *in conſ. 69. primo vol.* & affirmauit Petrus de Gregorio *in dicto tract. de dote de paragio quæſt. 26. à num.* 7. Dotis attamen fructus nubilis ex ætatis die præſtari opus non eſſe, non autem firmatum voluit Maſtrill. *in addit. in dicta quæſt.* 26. Et ſi alimenta in hoc tem-
C poris interuallo ſorori debeat frater ſubminiſtrare: adducit Alciat. *de præſumpt. in prima regula, præſump. 8. in fine.* Quo autem caſu à filiæ, nepotiſue ceſſionario de paragio dos petitur, neutiquam ex paterni, auitiue, aut illius, qui ad dotem compellebatur præſtandam funeris die debere afferri putarem: eo attamen è ſpatio, quo mors euenit ceſſionis vſque ad diem, & moræ deindè litis ex tempore: vt huius defenſionem
D ſententiæ ſuſcipiam me impellit authoritas Iacobi Cancerij *variar. reſol. tom. 1. cap. 3. tit. de legitima ſub num.* 60. præmittendo tamen dotem de paragio legitimæ ſibi locum vindicaſſe, ac eiſdem quibus hæc, priuilegijs decorari, vt iam ſuperiùs ex communi DD. conſenſu fuit explicatum.

Ipſe autem quæſtionem explicauit:
E Iuuenem aliquot, patris poſt mortem annis propriam pleno iure legitimam tribuiſſe amico: Hic vero ceſſionarius quindecim ferè per annorum ſpatium in ſilentio permanſit: illam poſtmodum expoſcit, & ſimul cum fructibus paterni ex lethi tempore poſtulauit; dubium illos, Cathaloniæ Senatus Patres inceſſit; an ciuili, & æquo ceſſionarius modo ſeſe inueheret? & prima quidem apparebat fronte iuſtitię conformem F reddi; in ius cedentis namque ceſſionarius ſucceſſionem venit, eidemque cedente reputatur cum perſona, omneque quod & cedenti præbetur, ius conſequitur: ex authoritatibus eo ductis in loco in *num.* 59. Cum hæc tamen haud obſtarent contrariâ reſponſum attulit ſententia: ceſſionis ſcilicet è ſpatio illud vſque ad tempus, quo petitio ſiat, fructus expoſci neutiquam poſſe, at paterni ſolum è funeris tempore vſque ad G illud ceſſionis: moræ deindè ex litis interuallo tribui debere: ratio, qua de cauſa communi fructus legitimæ de iure paterni è lethi ſpatio afferri oportet, eſt, quia legitimæ portio ſucceſſionis extitit, & ſic vniuerſale quid habetur, ac poteſt augmentum in fructibus excipere. *l. item veniunt, §. fructus, ff. de petit. hæredit.* Decian. *reſponſ. 79. nu.* 22. H & cæteri penes eundem *num.* 60. Ex quibus omnibus reſolutio adducitur, huiuſmodi fructus legitimæ haudequidem fictæ ratione moræ, aut regularis, vel debitarum pro legitima rerũ actione dominij, vel ſucceſſionis, aut hæreditatis, quæ augmentum excipit, intuitu duci, aliqui tamen vniuerſalis ergo iudicij, & filiorum aduehi fauore affirmant; cum plurimum iura ferant auxilij K filijs in legitima: vt teſtis extat Peregr. *de fideicommiſſ. artic. 36. num.* 76. & Maſtrill. *deciſ. 193. num.* 29. Quapropter cum nullum fauor iſte contineat vigorem, quo caſu donata extraneo fuerit legitima, fermè accidit, vt pro tempore, quo ceſſa in alicuius poteſtate permanſiſſe certum ſit, neutiquam tribui fructus debeant: quoniam vbi perſonæ conditio locum beneficio præbet, ſi ea ſubtrahitur, nullam etiam id includet ſubſiſtentiam. *l. quia tales, ff. ſolut. matrim.* Perſonæ eoquod ſimul cum mutatione rei ſtatus alicuius redditur, & natura. *l. vnica, C. de imp. lucra des lib. 1. & l. cum patronus, ff. de legatis 2.* Romanus *conſil.* 516. Taliter vt ſi legitimæ adhærens onus nullius reſpectu filij, cui imponitur ſit efficaciæ, vim tamen eius in præ-

Dd iudi-

A iudicium, cui accreſcere legitima videatur, includere firmum eſt, vt explicauit Surd. *conſ.* 541. *num.* 28. ex Alexand. authoritate ad Bartolum, & Angel. Quemadmodum eſt quo in euentu ad ſubſtitutum, aliamue perſonam ſimul cum grauamine quod filio inerat, tranſitum legitima facit; eoquod cum alium progreſſum ad hominem faciat legitimæ amittit nomen, & id non tantum locum habere conſpicitur, vbi filius repudiat, verum etiam cum renunciationem inijcit: vt explicatum fuit
B ex Alexand. ad Bartol. *in l. quoniam in prioribus, C. de inofficioſo teſtamen.* Vt pari modo iſta dos de paragio cum alteri in ceſſionem detur neutiquam debet dos amplius nominari: ſed adeo ſeſe habere, vt aliæ ipſius filij res ad ſimilitudinem legitimæ, ſunt Maſtrill. *deciſ.* 190. *num.* 29. Qui affirmat: poſtquam
C eſt incorporata filio; legitimam nullo decorari priuilegio certum eſſe, at circa ipſam, vt alijs de filij rebus, iudicium ferri, eoquod cum perſonale ſit legitimæ priuilegium, extinctionem cū perſona excipit: *l. priuil. ff. de regulis iuris.* propterea venit dotales, quæ marito præſtari, vxorique debent, vſuras ipſorum nullo modo tribui ceſſionarijs. Surdus *conſ.* 269. *num.* 10. *&* 32. *lib.* 2.
D *& in num.* 30. vbi aſſerit: Minimè illius naturam adeſſe, aut ius ſit in locum ſubrogatio, quo in caſu in ſubrogato illa in defectum abit qualitas, quæ in ſubrogante reperitur. Marſil. *ſing.* 553. Caſſan. *conſ.* 53. *num.* 36. Beccius *conſil.* 101. *num.* 59. Vnde ex ſupradictis teſtatur Cancer. *in fine dicti num.* 61. tali deciſionem fuiſſe Cathaloniæ ductam in Senatu. Nec prætereundum huiuſ-
E modi fructus haudquaquam dominij reſpectu, at ratione perſonæ præſtari, cum illius afferri non debeant intuitu; ſed eoquod ipſis tribui legitimam decet; vt in ſpecie concluſionem deprōpſit. Fabian. *in repetit. Authen. nouiſſimè, num.* 119. *C. de inofficioſo teſtamen.* Quo aſpicitur in loco tales filiæ fructus debitæ obiecto rei aduehi neceſſe; vt refert Menoch. *conſ.* 77. *ſub num.* 13. *vol.* 1. F
Mangil. *de imput. quaſt.* 9. *nu.* 41. ac interuenit fallacia.

Hæc atenim paragij dos tunc temporis non denegatur; cum ſuæ pater vitæ ſpatium vigeſimumquintum ductum à filia poſt annum, trahit; nam ad hoc neutiquam poteſt antea compelli: vt habemus è Saliceto *in l. qui liberos, ff. ſoluto matrimonio*, Iaſon *in authen. ſed ſi poteſt, in principio, C. de inoffic. teſtament.* G
Si genitoris verò in placitis ſit, dictum valet priuſquam tempus fuerit peractū, paragij dotem, vt virum ducat, præbere. Petrus de Gregorio *de dote de parag. quaſt.* 25. Qui argumenta eliciens ex legitima, quæ à parente ſi libeat aſſignari, cum adhuc permaneat in vita, permittitur: vt Iaſon *in l. cum quæritur in prima col. verſ. decimo limita, & in auth. nouiſſimè in* 3. *col. verſ. limita hoc notabile, C. de inofficioſo teſtamen.* Pari modo H
affirmat, quod, quamuis Baro dum vitales attrahit adhuc auras filię, de paragio dotem nulla compellatur forma tribuere, illam tamen haud repellitur, cum eam in matrimonio collocare præfixerit, conſtituere; ipſamque denique filiæ in legitimam mortis pro tempore imputare. *dicta l. quoniam nouella, C. de inofficioſo teſtamento*. Id namque geni- I
tor ex voluntate præuenit, quod dare poſt funus ex neceſſitate debet. Petrus de Gregorio *loco ſupra citato.* Patris autem ſequutum poſtquam fuerit lethū, ſi nubilis reperiatur ſoror ætatis, dotem ſucceſſor in Baronia frater afferre cogitur, cum nulla vel mora, vel dilatio poni valeat: vt eſt in placitis eiuſdem de Gregorio *ſub num.* 1. vt concluſit Bartol. *in l. Titia centum, §. Titio genero in penult. col. ff. de condit. & demonſtr.* K
Alexand. *conſ.* 55. *vltima in col. vol.* 2. Vt pari, in legitima, ratione, proceditur: eoquod ſtatim, ac vitales pater auras deſerit vlla ſine dilatione, nec non grauamine tribui oportet. *l. quoniam in prioribus, C. de inofficioſo teſtamen. Lcum quæritur, & in Authen. nouiſſima, C. eodē.* Nulli quamuis, matrimonij vinculo, ſe viro

A viro coniungere ſoror, ac honeſtè ſuam domi vitam ducere contenderet. Gregor. *in dicto tract. & quæſt. citatâ, & in quæſt.* 14. *per totam*. Andreas de Iſernia *in conſtitut. in aliquibus in 7.col.verſ.quid ſi frater*. Deteriori atenim in conditione, quàm matrimonium habeatur, eſſe minimè debet: vt pluribus ex authoritatibus confirmationem duxit Matth. de Afflict. *ibidem in* 12. *col. verſ. quinto*
B *quæritur*. Aduerſum autem accidit, ſi minus honeſtè illo ſoror in ſtatu permanere non erubeſceret: ex eo quia illo conceſſa virginibus, viduiſque fine fuerunt priuilegia, vt & caſtitate decoram, & pudico exornatam cultu vitam trahant: vt expreſsè declarauit Baldus *in l. his ſolis in fine*, *C. de reuocand. donation.*

Quò autem in caſu nubili Baronis
C defuncti filia in ætate paterni temporè funeris haud reperiatur, & ſi taxam de paragio dos illud excipere ante ſpatiū poſſit, ipſi tamen conſtituta nullo dos modo præbetur, & id vſque in tempus retardatur ſolutio, quoad matrimonij onera idoneam habeat puella ætatem Bartol. *in dicta l. Titia centum*, *§. Titio genero, col. penult.* Hoc autem de ſpatio ſtatutum nobis terminum demonſtrat.
D *dicta conſtitut. aliquibus in fine*: vbi. *Cum ad nubilem ætatem peruenerit, curabimus ſecundum paragium maritare*. Sed hoc dum interuallum habetur præſtari alimenta ſorori neceſſe eſt; quod niſi efficitur dotis iam non ſolutæ ipſi tribui fructus opus eſt: vt voluit idem de Gregorio *dicta quæſt.* 25. *num.*4. qui citatū affert Alexand. *conſ.*69. *vol.*1. de Gregorio autem declaratum reliquit nubilis, quando tempus ætatis adueniat. &
E iſtam equidem de paragio dotem paterno debere non ſolum ſuper feudo, verum etiam materno tribui, neminem latet. Petrus de Gregorio *quæſt.* 20. & Iſernia *in loco ſupra citato prima col. verſ. de parentum ſucceſſione*, *& verſ. ſuper verbo maritare*: quoniam quemadmodum materni non tantum à ſucceſſione feudi, & adhuc excluſionem fœmina fratris opera perpetitur, pari etiam F
forma veriſque per ſuam deſumere de paragio dotem debet. Maſtrill. *deciſ.* 1. *num.*2. vbi affirmat: hanc dotis ſummā illo debere maternum circa feudum aduehi, quo neutiquam in ſucceſſionem venire fœmina repellitur, Ioan. Franciſcus à Ponte *conſ.* 94. *num.*8. quo in loco tale aſſerit deciſionem illatam. Petrus de Gregorio *de dote de paragio dicta quæſt.*20. Hæc vero materno deſumpta G
ex feudo, minimè ſicut mera tribuitur dos, at legitima tamquam portio maternis excerpta de bonis affertur; quorum è ſucceſſione (paternis licèt è rebus dotem acceperit) paſſa excluſionem fuerit: tali probationem ſententiæ pluribus adduxit authoritatibus idem de Gregorio *quæſt.* 2. Tàm ſi nouum exiſtat feudum, quàm ſi antiquum, cum pater ab inteſtato hac ecedat ex aura, H
eoquod quando vitam genitor ab inteſtato relinquit Franchorum ſucceſſio iure præbetur. Petrus de Gregorio de *conceſſione feud. parte* 4. *quæſt.* 11. *nu.*6. *& in tractat. de dote de paragio quæſt.* 21. Maſtrill. *deciſ.*200. *num.*51. Demas tamen franco niſi de feudo iniecta conceſſio fuerit, & allodio. Petr. de Gregorio *in dicto tractat. quæſt.* 22. Sed enim difficilis eoquod caſus deciſionis viſus I
fuit; eum ad inueſtigandum ſub omniū conſideratione reliquit. Maſtrilli attamen *in deciſ.* 200. *à num.*45. contrariam reputauit verò magis affinem ſententiam, affirmans exindè franco paragium de feudo afferri neceſſe, eoquod cum legitima omnino tribui ſuper feudis debeat, pari modo haud veritus eſt aſſerere dotem non denegari, cum illius fuerit conſtituta loco; præcipuè cum K
excluſionis ratio, quæ huiuſmodi cauſa dotis, & vitæ militiæ fuit, attendatur: Qui vero contraria permanent in ſententia inde propriæ fundamentum opinionis quærunt, ex quo dictio (francum) ponitur dum idem reputant illam importare, ac liberum, & ita omni exemptum è ſeruitute ſed vigorem hoc illo contineret in onere, quod imponi

A ex nouo deberet, non autem quod legis ex diſpoſitione, ac iuris in corpore propria incluſum habetur è natura: dotis quemadmodum, & vitæ militiæ extat, non denegatur etiam iſta de paragio dos tàm ſi de feudo aſcendentium ex linea, nec non ſucceſſione, quàm ex tranſuerſalium proueniente: feudi namque à ſucceſſione francorum propter ius excluſio, ſicut locum obtinet, cum B de aſcendentibus tractatur, ita venit ſi de collateralium perſona verba faciamus: eoquod cum legis ratio generalis exiſtat, tota etiam lex eſſe generalis debebit, præcipuè cum æqualiter, & tranſuerſalium, & aſcendentium in ſucceſſione francorum ius locum ſibi deſumat Petrus de Gregorio *in dicto tract. quæſt.* 23. Cumia *cap. ſi aliquem, in verbo maritata quæſt.* 20. *num.* 431. Vincentius C de Franchis *deciſ.* 73. *& deciſ.* 87. Contrariæ ſed etenim tutamen ſententiæ placuit ſuſcipere Ioſepho Cumię *in cap. ſi aliquem, in verbo maritata à num.* 51. *fol. mihi* 304. Pluribus. quo in loco rationibus firmam ſuam reddidit doctrinam: quia per *Conſtit. Comitibus* diſpoſitio de feudo habetur, communi quod ex parente, nulla vero forma ex collateralibus deſcendat: reſponſum inde Petro de Gregorio præbet dicens: Il-D lius tunc opinioni vim ineſſe, quo in caſu, aut ſoror, aut amita collocari, propter excluſionem, in matrimonium debeat, & tali modo in his ſpecialiter, *cap. ſi aliquem*, arbitrium, generali non autem ratione deſumere ſibi locum videtur: ſpecialia namque vna quæ concurrere in perſona certum eſt, ad aliam pati extenſionem haudequidem valent, cum eadem minimè ratio procedat.

E Amatus atenim *2. in reſolut. per totam.* hanc attulit quæſtionem: An de paragio dotem tribui ex filio ſecundogenito, qui morti occubuerit, nepti, cum adhuc vitam ducat auus, oporteat? Et plures poſtquam pro vtraque authoritates parte, Doctorumque attulerit ſententias: affirmaritque anno 1605. in fauorem Ill. Ducis Terrænouæ aduerſus Dominam Margaritam de Abalos, & F D. Ferdinandum Franciſcum compromiſſaria illatum in cauſa iudicium aduerſa ponit ſe pro opinione; ex qua aſſerit, huiuſmodi tribui dotẽ nepti opus eſſe: videndus etiam Maſtrill. *in* 1. *deo.* qui *ſub num.* 6. Eamdem ſub examine ponit quæſtionem diſcutiens: an nepoti dos de paragio conueniat?

Hæc autem dos de feudo etiam præberi, quod alienationem tempore, quo G lethum pater ſubiuit, fuerit perpeſſum, omninò debet: ſi tale poſtquam ſequutum ſit funus, primogenito, ſententiæ vi conſpiciatur redintegratum, vt ſcriptum reliquit Francus *deciſ.* 61. *num.* 13. quoniam, tale quamuis feudum, quod alienationem ſubſtinet, in hæreditate neutiquam videretur, virtualiter attamen in illa exiſtebat, & realiter: nam & ſi redintegrationis ſententia validè, H poſtquam aduentarit mors, lata, nil de nouo adducit, at declaratum reddit: primogenitum in dominio haud ex præſenti permanſiſſe: ſed de præterito, cum iſtiuſmodi, & natura ſententiæ, & effectus habeantur: *l. ex diuerſo, §. ex diuerſo, ff. de rei vendit. l. ſicut, §. Ariſtot. ff. ſi ſeruit. vendic.* Francus *loco citato. vbi in num.* 16. Tali modo prolatum Sacrum per Neapolitanum Concilium fuiſſe L iudicium dicit, cum nullum ducta in primogeniti fauorem, poſuiſſent obicẽ: Petrus verò de Gregorio *in tract. de dotis paragio quæſt.* 24. Firmatum voluit, quod ſi taxæ tempore tertij non adhuc in facultate tale reperiatur feudum, neutiquam ſuper eo taxari dotem oporteat, at ſupplemento ſuper, poſtquam facta recuperatio fuit, luendi quamuis ius permaneret, quia nulla quoad illud effici conſideratio debet, cum dotis veniat K taxatio.

Sed ſi tempore, quo agitur recuperatum fuerit feudum; diſtinctionem attulit Gregorius ſub *num.* 7. Quod, vel huiuſmodi feudum proprio alienationẽ paſſum pro onere fuerit, & tali in caſu, cum pretij fiat deductio, de quo perpatrata primogeniti opera ſolutio ſit; cu-

ius

Digitized by Google

A ius induſtria recuperatio habita de feudo, tunc de eo, quod ſuperſit, dotis de paragio iniici taxam neceſſe eſt, habito tamen ipſo de feudo redemptionis cõputo: at ſi minimè hac fuerit alienationi pro cauſa datum: Idē affirmat, quod: vel ex filio recuperatio, iuris proprij vigore, deſcenderit, quia feudum ex pacto habebatur, & prouidentia, & diſcretus velut hæres feudi alienationem B voluerit reuocatam: cum nullius facta ſolutio pretij, & eo putauit de Gregorio in caſu totum circa feudum tribui de paragio dotem oportere, nulla commiſſa deductione niſi expenſarum, quæ, vt feudi haberetur recuperatio, interuenerint. Vel hæreditario, circa feudũ iure obtenta recuperatio ſit, hæreditarium eoquod illud exiſteret, & neceſſitas eum cogeret, vt defuncti ex quo C proceſſit alienatio, probationes de facto adueheret, cuius lucrum ex perſona conſequitur, cum nil inuentarij conſtructio in contrarium obſtet, illudque facta pretij, expenſarumque ſolutione ex pacto de retrouendendo recuperatur; & hoc affirmat idem in caſu, deducta pecunia, de qua factam ſolutionem ab extra hæreditarijs de vendicantis bonis certum eſt, de paragio taxari dotem de reſiduo debere. Maſtrill. *de-* D *ciſ.64.num.*10. qua aſſerit in parte recuperato feudo, & dotis augmentum, & retaxationem fieri: à Ponte *conſil.* 79. *num.*28. *&* 29. Taliter vt reditus, ſub conſideratione illo ponitur ex tempore, quo parentis ſequuta mors fuerit: haudquidem ex die, quo facta vendicatio ſi ex medio in augmentum ſpatio fructus veniſſe conſpiciantur: tale nam inE crementum recuperantis in beneficium filij, non in ſororis, vt dotis de paragio veniat computum cedit: emolumẽtum: per ea quæ Iaſon *in l. cumquæritur in* 1. *col. & in Authen. nouiſſima prima in col. C. de inofficioſo teſtament.* ſcripſit, & Petrus de Gregorio *loco citato ſub num.* 8. *propè finem*. Quod autem refutatarius dotem de paragio præſtare compellatur; æſtimauerunt DD. & præcipuè

Vincentius de Anna *in repetit. cap.* 1. *de vaſſallo decrepita ætatis num.* 226. *fol.*81. F Ex quo affirmatur: idem exiſtere refutationem, ac præuentio, & omnes vltimæ conditiones voluntatis retinere. Qua de cauſa releuium ſolui, & dotis de paragio, & vitæ militiæ neceſſe: inter viuos quamuis effecta refutatio fuerit. An verò è refutationis tempore, vel illius ex morte à quo refutatio perpatrata debeat afferri? Videantur quæ ad nos tranſmiſit Maſtril. *deciſ.*1. *à num.*10. G Et an feudum circa liberæ vice rei ſubrogatum? Maſtrill. *deciſ.*200. *à num.*13.

DE
VITA, ET MILITIA: EX BARONE
Fratribus tribuenda.

*Cap.*5. H

CVM verba de paragij dote vno feudi onere, fecerim, ad vitam, militiam, cum hæc ſit feudi etiam onus deſcendere non dubito; ita Andreas de Iſernia *in Conſtitutione Comitibus*, ſentit, *in* 2. *lectura in principio, & in conſtitut. in aliquibus in* 7. *col. verſ. quod ſi frater*, Petrus de Gregorio *de vita militia quæſt.*3. I *num.*1. Cannet. *in cap. volentes, fol.* 100. *verſ. eſt etiam onus feudi.*

Hæc autem ſecundisgenitis ſolui ex primogenito, qui ſucceſſionem fuerit ſortitus in feudo, debet. Maſtril. *deciſ.* 85. *num.* 14. Fabius de Anna *conſ.*6. *per totum*. Franc. *deciſ.* 20. Petrus de Gregorio *in tract. de vita militia quæſtione* 1. Surdus *de alimentis tit.* 1. *quæſt.* 27. *& tit.*8. *quæſt.* 93. Capicius *deciſ.*211. *n.* 1. *&* 2. Ipſa enim inſtituta fuit cauſa, eo K quod primogeniti per ſucceſſionem fratri excluſio infertur. Iſernia, Afflict. & alij *in conſtitut. Comitibus*. Cannetius *in cap. ſi aliquem, verſic. pariformiter n.*4. Capicius *dicta deciſ.* 211. *num.* 3. Petrus de Gregorio *dicta quæſtione prima, numero* 12. In quotidiani vel pro victus vſum, quem natu minoribus

Digitized by Google

A bus tribui neceſſe eſt, veniret tali apanagium de cauſa, Gallos apud nominari certum eſt: iuxta Ripæ ſententiam *in l. in quartam num.* 133.*ff. ad legem Falcidiam.* Tiraquel. *de iure primogenitorum quæſt.* 5. *num.* 4. Ipſum autem, vel potius vitam, & militiam Legitimæ non occupaſſe locum ex pluribus habemus DD. adductis à Mercuriali Merlino *de legitima lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 2. Quoniam ſi legi-B timæ vitæ militia locum ſibi deſumpſiſſet, conſequens videretur poſse ad hæredes etiam tranſmitti, nec vice alimẽtorum præberi: vt voluerunt Petrus de Gregor. *de vita militia quæſt.* 2. *num.* 8. Cumia *in cap. ſi aliquem, in verbo, maritata num.* 438. Surdus *de alimentis tit.* 5. *quæſt.* 1. *nu.* 31. & Afflictus *in deciſ.* 242. *num.* 5. Eoquod ſi pro alimentis afferretur, feudi neutiquam aduehi de fru-C ctibus deberet; ſed fuiſset affirmatum: vt alimenta Primogeniti ducantur expenſis, nec aliquo modo in comparationem cum paragio deſcenderet, quod mulieri excluſionem è ſtatuto perpeſſæ præbetur: vt voluerunt Ioannes Franciſcus de Ponte *conſ.* 89. *num.* 5. *&* 7. & Maſtril. ad Petrum de Gregor. *de vita, & militia quæſt.* 2. *ſub verbo, alimentorum, poſt medium*: eoquod pari forma; vt pa-D ragium fœminæ conſtitutum ad hæredes tranſitum faceret: at ipſa portio feudi eſt, quæ morte ſubit extinctionem, illius tali de cauſa onus habetur: vt placuit Camillo Borel. *in ſumma deciſ. tit.* 40. *num.* 13. *&* 14. Circa effectum autem comparationem cum alimentis excipit, quoniam vt ipſa finem, ſimul cum vita reperiunt. *l. cum hi* §. *modus ff. de tranſactio*: æquali vitæ militiæ ſolutio ratione terminum ſecundi geniti per E mortem excipit Cumia *in cap. ſi aliquem verbo maritata num.* 439. Nec aliquo progreſſum facere ad hæredes modo poteſt. Afflict. *deciſ.* 252. *nu.* 5. Freccia *de ſubfeudis* Surdus *de alimentis tit.* 5. *qu.* 1. *num.* 31. Merlinus *loco cit. nu.* 7.

Vitæ autem, & militiæ nomen excipit, qui alimentorum in vicem, vitæ pro ſubſtentatione tribuuntur: Iſernia *in conſtit. Comitibus col.* 1. *in* 2. *lect. in tit. de adiutorijs exigendis pro mil. fra. lib.* 3. F dicitque Petrus de Gregor. *in ſuprad. tract. ſub num.* 2. *quæſt.* 2. Et vita de per ſe pro alimentis ponitur, eoquod ſimul cum vita finem ſortitur *dicta l. cum hi* §. *modus ff de tranſactiõ.* Militia verò etiã apponitur, militare vt ſeruitium demonſtretur, quod his ſecundogenitus pro alimentis primogeniti expenſis, arma, & equos tribuentis præſtare is Regi com-G pellitur. Afflict. *deciſ.* 138. *&* *deciſ.* 252. de Gregor. *loco cit. n.* 4.

Primogenitus etenim ipſam vitam, et militiam fratribus, qui natu minores ſint, & excluſionem paſſi, eius, vel Frãtorum iuris, vel feudi indiuiduitatis per ſucceſſionem fuerint, tribuere cogitur. Petrus de Gregor. *quæſt.* 4. *in dicto tract. de vita, & militia.* Quod ampliationem ex ipſo excipit; vim nimirum non ſolũ H in feudis retinere, vtile in quibus dominium primogenito inſit, in regnis verum etiam in quibus Rex, directam qui habet poſſeſſionem vitam, & militiam reliquis ætate minoribus tribuere fratribus adſtringitur: & ſic dixiſſe aſſerit Hoſtienſem *in cap. licet, extra de voto,* & Herniam, & Afflictum *in locis ibi citatis.* ipſe de Gregor. *de dote de Paragio qu.* 4.

I Ampliationem ſecundo intulit: Huiuſmodi vitam, & militiam præſtari vlla abſque exceptione ſecudogenito oportere ex vi *conſtit. comitibus*, ibi: *Sine alicuius repulſa timore.* Afflict. *in dicta conſtit. in* 5. *&* 6. *col. in* 4. *notabili.* Addas quod ipſam circa cum ad huc pendens lis exiſtat ex primogenito alij præberi debet fratri pecunia, qua litis valeat expenſas in promptu habere: citat Afflictum *in loco citato verſ. decimo quæro, &* K *ſeſemet de Iudicijs cauſa feudor. qu.* 22.

Extendere tandem voluit, vt filijs etiam, fratribuſque diuitijs qui diſtenti conſpiciantur, afferri opus eſſe: Afflict. *deciſ.* 138. *num.* 4. Menoch. *conſ.* 411. *à num.* 3. *cum ſequ. lib.* 5. Ex altero quamtis tantum latere coniunctus ſecundogenitus exiſtat, nobis rationem idem de Gregor. *ſub num.* 6. *explicat.* Eoquod

qua

A quà ratione Primogenitus frater ex pri-
mogenituræ qualitate, siue ab vtro-
que, siue ab altero habeatur parente ſe-
cundogenito in feudi ſucceſſione ante-
ponitur: pari forma ſecundogenitum af-
firmat: feudi à parte excluſionem paſſũ
vitam, & militiam, eoquod ex feudo
pulſus, conſequi, tàm ſi ex vtroque,
quàm ab altero tantum proueniat, de-
bere: clericus licèt, vel aliquo Mona-
B chus in Monaſterio vitam ducat, quod
bonorum in commune retinere poſſeſ-
ſionem haud prohibeatur, pluribus ſi-
cuti rationibus firmatum reddidit: immò
hoc etiam procedit ſi ſpurius, naturaliſ-
ue tantum ſecundogenitus exiſtat fra-
ter. Maſtril. *decif. 85.* Intrigliol. *de feudis
quæſt. 57. num. 23.* Conetariam, & ſi de-
ſcendere in ſententiam placuerit Gan-
net. *in cap. ſi aliquem in verbo, & pari for-
C miter ſol. mihi 322.* Abi ipſo namque
efformata argumenta vim de paragio in
dote includere conſpicuum eſt: vt dixit
Maſtril. *in addictionib. ad Petrum de Gre-
gor. dicta quæſt. 4. lit. E.* Alimentorum
etenim reſpectu nullam naturalis inca-
pacitatem præſefert. Abbas *in cap. cum
haberet, de eo, qui adduxit in vxorem,
quam polluerit in adulterio.*

Dilatationem adhuc intulit vitam ni-
mirum, & militiam deberi: ſecundo-
D genitus etiam ſi frater mentecaptus à
natura, vel alio imperfectus modo ædi-
tus videatur: vt explicauit Iſernia in
cap. 1. in fine, col. 2. in vltimo notabili. Et
quod non ſolum primogeniti fratribus,
at nepotibus etiam præberi ſit neceſſe:
vt conſilium dedit Menochius *dict. conſ.
411. num. 3. & 4. cum ſequent. lib. 5.* Ac
fratribus, qui Hieroſolymitano vitam
ducãt in ordine Paris de Puteo, & Frã-
E cus adducti à Maſtrill. *in ſupradict. ad-
dictionibus liter. E. in fine, & in deciſ. 85.
num. 11.* Nullo autem cardinali modo
vitam, & militiam tribui decere affir-
mauit Bombacarius *in cap. qui Clericus,
num. 162. cum ſequent. tit. ſi de feudo de-
functi contentio.* At huic aduerſa opi-
nioni exiſtere illa videntur, quę ad nos
tranſmiſit Maſtrill. *in deciſ. 85. num. 11.*
Quo in loco, & Presbytero, & Hiero- F
ſolymitano militi vitam præſtari, & mi-
litiam opus eſſe declarauit; eoquod ſi
Cardinali vita, & militia denegatur,
fraternis quoniam ſeruitium Regi ex-
penſis præbere compellitur: deberet
hæc etiam in Sacerdote ratio, ac Hie-
roſolymitanæ adſcripto Religioni vim
habere: at quia ſubſtitui per operam,
hoc, ſecundogenitus perpatrare valet,
& conficere, vt de Clerico dixit Paris G
de Puteo *loco ſuperius allegato num. 11.*
& Vincentius de Franchis *deciſ. 20.* Er-
go in Cardinali etiam ſuam oportet ef-
ficaciam concluſioni adeſſe, qui hoc
poteſt ſeruitium, cum ſubſtitutus adhi-
beatur, afferre. Huius eſſe videtur opi-
nionis Camill. Borell. *in d. tit. 40. in ſũ-
ma deciſ. num. 26.*

Tranſuerſalibus autem nulla præbe-
ri vitam, & militiam forma, iudica ex H
patruo de fratre ſecundogenito nepoti,
voluere Maſtrill. *ſupradicta deciſione 85.
num. 22.* Gannet. *in cap. ſi aliquem, §. ſi
pulchra, & modeſta, num. 34. 35. & 44.*
quem refert, & ſequitur Fabius de An-
na *in conſ. 6. num. 17. & 29.* Andreas
de Iſernia *in dicta conſtitut. Comitibus, in
repetitione col. 4. verſ. item numquid,* &
ibidem Afflictus *num. 14.* Petrus de
Gregorio *de conceſſ. feudor. par. 7. quæ. 8.* I
num. 9. At quid, ſi, dum adhuc parentis
vita perdurat, ſuum obiret ſecundoge-
nitus diem relicto poſt ſe filio: an iſti
vita, & militia debeat nepoti afferri?
Vide Franch. *deciſ. 542. per tot.*

Vitam vero, & militiam poſſidentes,
pro illa, quam retinet portione, eadem-
que pro vita, & militia, neutiquam ad-
hoc ad ſolutionem eſſe obligatos aſſe-
runt. Matth. de Afflict. *deciſ. 154.* quam K
Idem *in cap. Imperialem, §. præterea Du-
catus, de prohibita feudi alienatione per
Federicum.* Primogenitorum in fauorem
ſententiam adduxerit: Primæ verò do-
ctrinæ vtramque illam in diſputationẽ
adducens pro parte, ſeſe in defenſio-
nem conſtituit, Sigiſmundus Loffredus
*in paraphraſi feudi in dicto cap. Imperia-
lem, §. ſimiliter,* probationemque ad-

ducit

A dicit Vincentius de Franchis *in dicta deciſ.* 20. *num.* 11. Veruntamen qui vitam, & militiam ſua demonſtrant in facultate, Regius ſi neutiquam intercedat conſenſus, compromiſſum circa eam fieri depellimur. Minadog. *deciſ.* 3. *num.* 1. Vincentius de Anna *in repetitione constitutionis. conſtitutionem diuæ memoriæ num.* 284. *cum ſequent.* Afflict. *deciſ.* 43. *num.* 2. *& deciſ.* 238. Maranta
B *in ſpeculo part.* 2. *act.* 2. *num.* 23. de quo illatam videmus limitationem penes Menadog. *in dicta deciſ.* 3. & eundem de Anna *num.* 183. Nullam habere vim quo in caſu de compromittenda quantitate vitæ, & militiæ agatur; quia incerta valet quantitas compromitti, argument. Textus *in l. & poſt rem de condict. indebiti*; & ſic concludit Anna. Senior *in dicta conſtitutione conſtitutionem diuæ memoriæ num.* 285.
C Vt autem vitæ, & militiæ taxa efficiatur ex tempore, quo feudatarius vitæ clauſit periodum conſiderandos fructus eſſe, teſtatur Andreas de Iſernia, *in dicta conſtitution. Comitibus*; vt voluit Ioannes Franciſcus de Ponte *in conſ.* 79. *num.* 2. Intrigliol. *de feudis queſt.* 31. *nu.* 267. Vincentius de Franchis *deciſ.* 8. *num.* 1. Paterni vero è funeris hora, cuius è ſuc-
D ceſſione data ſecundogenito fuit excluſio illam præberi certum eſt, à ſuccedente data ex teſtamento toto in feudo, prout eſt diſpoſitio *cap. Volentes*, quam ab inteſtato *per cap. ſi aliquem*. Petrus de Gregorio *de vita, & militia, queſtio.* 6. Quanta vero eſſe debeat declarauit idē Petr. de Gregorio *queſt.* 7. qui in 8. concluſionem intulit, feudalem vitæ, & militiæ cauſam exiſtere; quod fru-
E ctuum reſpectu hoc illum protuliſſe, non autem ipſius intuitu feudi firmum extat. Hiſce etenim temporibus in Regno ex Caroli *cap.* 112. Summaria circa illam forma, quemadmodum & alimentorum in cauſa proceditur. Maſtril. *in additioni dicta queſt.* 8. *litera A.* Quo autem in caſu inferri deciſionem oporteat, an debeant in ea feudalibus requiſita in cauſis interuenire? inſpice Maſtrill. *loco ſupra citato.* Quo vero iure F
vitæ, & militiæ fiat petitio: & an pro illa dari in alienationem feudum valeat, videnda ſunt, quæ ſcripſit Petrus de Gregor. *queſt.* 9. *&* 10. *& addict.* eiuſdem Maſtrill.

Præſenti autem in re id prætereundum haud æſtimo. Quod, ſi ſcilicet fratri promiſſum ſecundogenitus iniecerit, ſe vitam, & militiam feudalibus minimè petiturum ſuper bonis, ſi vitam G
frater ille cum letho permutet, nullo tale pactum ad fratrem alium, tranſitū faciat modo, qui ſucceſſionem in feudo obtinuerit; eoquod cum perſonale habeatur, nequaquam progreſſum ad alios ſortiri conſpicitur. *l. iuris gentium, §. pactorum*, vbi DD. *ff. de pactis, & tit. de eo qui ſecit finem agnationis in feudis.* Quod ex contrario eueniet, ſi ipſo expreſſa fuiſſet in pacto cauſa eius, vel H
ratio, nimirum ne diminutum reddatur feudum, aut extinguatur: huiuſmodi quia pactum reale eſt, ac progreſſum ad ſucceſſores faciens dicitur; vt colligimus ex dictis Bartoli *in leg.* 3. *§. opus, ff. de alienatione iudicij mutandi cauſa facta, & in l. final. ff. de oper. noui enunciat.* Quoniam & ſi onus vitam, & militiam tribuendi reale exiſtat, ipſumque reſpiciat feudum: vt *in conſtit. Regni, Comitibus*. Quoddam tamen I
illum pactum eſſe, quod perſonale ſit, realem circa obligationem confectum aſſerit Camil. Borel. *in ſumma deciſ. dicto titul.* 40. *num.* 5.

A
DE
OFFICIO BARONVM
Erga Dominum, & Vaſſallos; ſiue Subditos.
Cap. 6.

B NOnnulla venire officia, quę Baro-
nes, propria dominis præſtare
compelluntur ex conditione, ex plu-
rium monumentis Authorum accepi-
mus; de quibus aliqua in Regum Sta-
tu; *in cap. de obedientia, & auxilijs à Vaſ-
ſallis, Regibus, afferendis, ad agendum ſe-
legi.* Præſenti quapropter in capite, quę
illo defuerunt in loco aduehám, licèt
quidquam de ibi ſcriptis pertingere
C occurrat, vt maior Baronibus ſcientia
præbeatur, quæ in dominum facere
compellantur.

Et quod primo præſtare Barones of-
ficium erga domini perſonam cogun-
tur, eſt Iuramentum de Fidelitate inij-
cere, quam non ſolum vaſſallus feudi
reſpectu, ſed Burgenſaticus etiam de-
bet iuramento confirmare v. Iſernia *in
cap. 1. tit. qualiter vaſſallus iurare debet
fidelitatem*: ſub illo autem ſex compræ-
D hendi principalia protulit Afflict. *in de-
ciſ. 265. num. 39. vt excepit ex cap. 1.
de forma fidelitatis, & à cap. 1. de noua for-
ma fidelitatis, & ex decretis à cap. de for-
ma quaſt.* 22. Talique modo ad ea om-
nia Barones authumant compelli, quæ
fidelitatis contineri ſub iuramento fir-
mum eſt Alex. *conſ. 79. vol. 5. vol. 1.* Vn-
de liberorum quamuis, & franchum
tributum fuiſſet feudum, vt neque in-
E duci contrarietas valeat, fidelitatis atta-
men obligatus ad formam dicitur. Ol-
drad. *conſ.* 235. *num.* 2. Tuſcus *lit. F.
concluſ.* 113. *num.* 15. Et ex his Primum
extat, vt dominum ſeruare incolumen
ſtudeat, ne ſcilicet ipſius offenſionem,
corpori, ſui aliuſue per operam, inferat.
Imò curare debet, & propriam iuxta
potentiam, haud negligere, vt iniuriam
ex alio non recipiat; hoc autem non ſo- F
lum in Domino procedit, eius verum
etiam in filio, ac fratre vim retinet: vti
hoc per Iſerniam dilatatur *in cap. 1. de
forma fidelitatis.* Hoc atenim ſub verbo
incolumen concluſum haberi firmat Af-
flictus: quod nullam in dominium accu-
ſationem inuehat, aut ſeſe teſtem, cri-
minalem circa cauſam, ipſum aduerſus,
conſtituat, nec aliquod conſilij præ-
beat, vel facti patret, quibus vitæ, vel G
membri amiſſionem facere Dominus
adſtringatur, aut læſionem contume-
liamue recipiat; vel etiam de honore,
quo vel decoratur, vel ornabitur, iactu-
ram perpetiatur. Poſterius, quod venit
in iuramento, habetur, quod ſecreta
domini, cum originem ipſius exinde
aſſumat detrimentum, patefacere au-
deat, dicto namque in capitulo læſæ
crimen affirmaui Maieſtatis exiſtere. H
Quemadmodum, & Principis arcana,
hoſtibus, aut per ſignum, nuncium, li-
teraſue explicare, ipſi prohibetur per
Tex. *in l. 1. 2. & 3. ff. ad legem Iuliam
Maieſtatis*: Tertium iuramento robora-
tur; honeſtum ſe futurum: ne ſcilicet in
Domini æquitatem inſurgat: etiam
quod pudicitiam, erga vxorem, filias,
nurum, ſorores, aliaſque domini per-
ſonas intactam aſſeruare ſatagat: de I
quibus *in cap. 1. §. item fidelis tit. quibus
modis feuda amittantur.* Quartum, vt ſeſe
vtilẽ fore demonſtret: nimirum ne ali-
quod in domini bonis detrimentum ad-
uehat, vel negotijs, aut ſuum adhibeat
conſenſum, vt quidquam contra ipſum
committatur: adde quod, obſtaculum
ponere, auxiliumque compellitur ad-
ducere quo in caſu huius generis ali-
quod inſpiciat: vt latius ibi Andreas K
declarauit, & Tuſcus *lit. F. concluſ.* 116.
num. 30. Qua de cauſa cum Baroni ſit
notum aliquod in dominum infligendũ
ex inimico damnum in patrimonio, vel
parandas inſidias, aut malum fore, illi
patefacere compellitur: vt notatur *in
cap. 1. §. item ſi vaſſallus, & §. qui dela-
tor tit. quæ ſit prima cauſa benefic. amitten.
& in cap. 1. §. ſi à morte tit. de alienat.*

A *feudi paterni.* Quod oportet interpetrari,
ſi certiorem facere dominum poſſit §.
feudum quæſt. 57. *verſ. hac tamen cautu-*
ſio: At quo in caſu admonere illum
haud valuerat; ſed obſtaculum periculo
obijcere nullius dignus eſt excuſationis,
ſi neglexerit Clarus *dicto* §. *feudum qu.*
57. *num.* 2. Facilem, quintò, poſſibi-
lemque ſuam domino promittere ope-
ram, quando ſcilicet facilis habetur res,
B illam difficilem minimè reddere, aut
impoſſibilem. In prædictis, Denique,
auxilium, conſiliumque domino tribue-
re ſpondeat: eoquod à malo non ſolum
ſeſe vaſſallus abſtinere, bonum at etiam
in domini fauorem excogitare adſtrin-
gitur; vt dicitur in Tex. *in dicto cap.* 1.
de forma fidelitatis: proprium licèt
aduersùs parentem filium; aut fratrem
ſeſe inuehere ex neceſſitate Baro de-
C beat; Clarus *in* §. *feudum quæſt.* 21. *n.* 4.
verſic. ſed nunquid tenebitur.

Cogitur ſecundo vaſſallus opem Do-
mino afferre, quo ipſum contra com-
moueri arma certum ſit: vt in Tex. *in*
cap. 1. *in principio tit. quibus modis funda*
amittantur. Decet adiutorium Tertio,
& moderata præſidium forma tribui, ſi
euentu, inimicorum opera captiuitatis
in ſtatum domini adducta eſſet perſona,
D ſi militem etiam fratrem, patremue ef-
fici opus ſit, ſi emptionem terræ agita-
re velit, cum filia, vel ſoror in matrimo-
nium collocetur: & non ſolum adhæc,
linguam verum etiam in Domini reue-
rentiam, aut illius obſequium fratris
compeſcere tenetur; *cap.* 1. §. *item ſi fra-*
trem, quibus modis feud. amittan. Adſtrin-
guntur etiam Barones, qui alienationi
feudum cupiunt dare, conſenſum ex
Domino poſcere, ne vel ipſum contem-
E nere videantur, vel de feudo iacturam
ſubeant; hæc autem noſtris hiſce tem-
poribus extat in Regno facultas remiſ-
ſa. Accedit, quod nouam diruto ædifi-
cationem de caſtro incipere minimè
poſſunt, vel aliud erigere niſi domini
voluntas interſit, vt alio explicaui loco.
Domini etiam Baro iuſſis ſeſe obedien-
tem cogitur exhibere: nam ſi triplici
vocatus vice ire contumax recuſet, feu- F
di patitur amiſſionem, quod anni infra
ſpatium per moræ purgationem ſibi
vendicabit: per Tex. *in cap.* 1. *de milite*
vaſſallo, qui contumax eſt, & in conſtitut.
Regni: adictorum Afflictus *dicta deciſ.*
265. *num.* 93. Cunctorum item ad ob-
ſeruantiam Barones tenentur, quæ feu-
di ſpectare conſpiciuntur ad naturam:
vt in cap. 1. §. *ex eadem, de lege Conradi.*
Afflictus *num.* 101. Vnde vaſſallo conue- G
nit Dominum, vti talem verbis hono-
rare ac de ipſo cum reuerentia loqui: vt
dixit Bald. *in l.* 2. *in fine* §. *de opere liber-*
tor. Illumque eo vſque laudibus extol-
lere, quò ipſius poſſint vires, ac etiam
ei, ſi valeat, beneficia conferre: Afflict.
deciſ. 307. *num.* 4. Anania *in conſ.* 7. *nu.*
10. Nec relinquam è Baronibus exigi,
vt hoſpitia, Regis pro familia, præpa-
rent. Afflictus *loco citato* 111. Cumanus H
conſ. 161. *num.* 5. *verſic. ſequitur etiam.*

Barones nec non decet, in donatiuo-
rum adductione domini in perſonam
ſeſe contribuere: vt probatum volui
Lucas de Penna *in l. fin. col.* 3. *verſic.*
quarto ex his ſequitur. C. de fundo limitro-
pho lib. 11. Rouitus *in conſult. in mat. do-*
natiuorum num. 20, quæ in calce volu-
minis Conſilioſum impreſſa *fol. mihi*
503. Præcipuè cum de belli agitur ſub- I
ſidio, feudorum eoquod iuxta vires au-
xilium ferre coguntur. Bald. *conſ.* 311.
num. 2. *lib.* 3. Pecuniarum imò dare opē,
feudi ſi vltra redditus valet, cum ſuſci-
pitur turamen, debet. Cumanus *conſ.*
161. *num.* 5. *verſ. ſequitur etiam.* Vt pa-
ri forma dominium ad caſtra pergente
ſequi, aut ſi imponens habeatur, alium
mittere, adhoamque ſoluere adſtringi-
tur: Clarus *in* §. *feudum quæſt.* 22. DD. K
penes Tuſcum *lit. F. concluſ.* 116. *num.* 1.
Caueāt etiam Domini cum inimicis le-
gam inire, atque amicitiam Bald. *conſ.*
311. *lib.* 3. Cumanus *conſ.* 161. *in fine.*
verſic. ad decimum. Ioan. de Ananania,
conſ. 7. *num.* 15. Afflictus *dicta deciſ.* 265.
Quamuis fuerit explicatum; quod poſ-
ſit conuerſationem, & amicitias liberè
cum omnibus contrahere, cum ſaluum

ta-

Digitized by Google

A tamen fidelitatis exiſtat iuramentum; eoquod hoc intelligi de illa debet conuertatione, quæ illi neutiquam ſeſe cõtrariam demonſtret. Cumanus *dicto conſ.* 161. *verſic. nec obſtat.* & ligio præſertim in vaſsallo, qui omnem aduerſus perſonam fidelitatem dominiſo iuramento cõfirmat Baldus *dicto conſ.* 311. *verſ. ſecundo caſu lib.* 3. Compellitur Baro etiam proprij hoſtibus domini, legatiſque ac
B militibus tranſitum nullo permittere modo quo caſu ponere impedimentum valeret, belli ſi cauſa viam expoſcerent, Cumanus *dicto conſ.* 161. Vt pari etiam forma debet victualia denegare: quia ſi illa tribueret, auxilium, in iuramenti formam, domini præſtaret inimicis. Cumanus *loco citato verſ. ad ſecundum num.* 4.

Non ſolum autem Baro in Domini fauorem cogitur, vt offenſam contume-
C liamque repellat, ac ad iuuamen, feudi reſpectu, veniat, feudalibus nimirum bonis: cæteras verum etiam circa res non feudales, auxilium ducere, ad ipsũ ſpectat; eoquod cum eius obligatio perſonalis habeatur, & indiuiduam fidelitatis iuramentum contineat naturam, propterea cuncta reſpicere, & caſtra debet, ac bona. Ioan. de Anania *dicto conſ.* 7. vbi Bolognus *in apoſtilla num.* 16.
D *&* 17. Quo in loco franco extenſionem etiam in feudo fecit: hac de re ſi refutationem de illo iniecerit fidelitatis adhuc iuramento ipſum adſtringi ambiguum non eſt: vt voluit Anania *dicto conſ.* 7. & Bolognin. *loco cit. n.* 16.

In obligatione addas Baronem permanere; de illis recuperationem facere ſi vires tolerent, circa quã paſsus iacturam eſt Dominus Alex. *conſ.* 30. *num.*
E 18. *verſic. ad tertium lib.* 1. *allegat.* Tex. *in tit. de noua forma fidelitatis verſic. & ſi contigerit rem aliquam quam habes*: Vt æquali modo careeribus mancipatum priſtinæ dominium libertati reſtituere. *cap.* 1. §. *ſi delator tit. qua fuerit prima cauſa benefic. amitten.* Et hæc dicta quoad illa, quę agere Baronibus, erga dominos, conuenit. Nonnulla vero de ſubditis hic apponam: quoniam. F

Suæ non debent operæ feudatarij, vaſſallos circa, parcere: proprijs eoquod ipſi cum in Baronijs in Iudices fuerint conſtituti, tali de cauſa ſolertiorem adhibere vigilantiam, quàm cęteri ordinarij magiſtratus facere videãtur, ad ipſos attinẽt: vt explicauit Andreas *in cap. Imperialem* §. *fruitur n.* 40. *de prohibita feudi alienat. per Federicum.* Suis ideò in terris iuſtitiarios illos nominari neminem latet, Maſtril. *de magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 103. Qua de G re Iuſtitiam ſubditis adminiſtrare coguntur: eoquod ſi id agere minimè carauerint, tributa poſſunt iuriſdictione denudari. Andreas *in cap.* 1. §. *ſi hominem de pace tenenda*. Maſtril. *dicto lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 24. Sicut etiam in delictorum amantes, punitiones infligere ſubditos debent: cum nulla hoc negli- H gentia interueniat in negotio, taliter vt ſi hebetudinem præſeferant, quando inijci pænas in ſceleſtos oporteat; Principi locum præbeant, vt ſeſe in cognitione intromittat, & flagellum in crimінoſos adducat. Gamma. *deciſ.* 30. Brunus *conſ.* 31. *num.* 7. Cancer. *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 56. Maſtril. *dicto lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 225.

Humana etiam Barones forma ſeſe I vaſſallos erga gerere decet: quoniam ſi crudè in illos ſæuiant, iuriſdictionis iacturam valent ſubire. Curtius *conſ.* 137. Cancer. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 89. Peguera *deciſ.* 36. qua id intelligit, in parte procedere, ſi trina præcedens monitio fuiſſet Maſtril. *dicto cap.* 16. *num.* 239.

Monitos autem ipſos velim, vt vigilantiam adhibeant, ſuorum ne ab officialium iniquitate oppreſſionem ſubie- K cti perpetiantur: ex eo quia ſi nullam de hoc curam aſſumant, culpam conſpiciuntur contraxiſſe. Capiblanc. *in proœm. de Baronibus n.* 59. Maſtril. *de magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 15. *nu.* 13. Sicut vaſſallorum ſtudere emolumento proprium autem poſtponere coguntur. Maſtril. *loco cit. num.* 16. Qua de cauſa optimè Plato *in* 1. *ciuilium libro.* Sapiens inquit

A vit, ac virtutibus decoratus omni adeò
gubernium ſuſcipiet tempore, vt ſub-
ditorum haud negligat ſalutem: quem-
admodum,& nauclerus nautarum, na-
uiſque incolumen ſeruare integritatem
debet. Propterea Diuus Thomas ad
Barbantiæ Ducem; Terrarum Principes
ſuperni conſtitutos Numinis opera
fuiſse affirmat, non equidem, vt pro-
pria quærant commoda: ſed vt commu-
B dum,& populi vtilitatem confirment.

Tandem haudquaquam Baronibus
licet, vaſſallorum cauſas,ne cognoſcant
reſjcere, tali eoquod, cogi, vt ſuſcipiãt
cognitionum, valent. Curtius *de feudis
parte 7. num.* 14. Capic. *deciſ.* 162. *num.*
1. Maſtril.*dicto cap.* 16. *num.* 70. Vnde
permiſsum ipſis minimè dicicitur, vt
renunciationem inferant priuilegio,
ſubditorum cauſas cognoſcendi, cum
C illorum ſurgat præiudicium: vt plenè
ſcriptum ex de Franchis *deciſ.* 241. *per
totam.*

QVIBVS PRIVENTVR ex cauſis Feudo Barones.

Cap. 7.

D QVadruplici, & ſi forma in iactu-
râm feuda generaliter, quoad
feudatarios irruere, & finem
ſortiri valeant, & quatuor ita modis
perire domino, & ad eum poſſint de-
volui: vt ex Zaſio *in tract. feudorum par-
te* 10. *num.* 85. habetur. Refurationis
Primò,reſpectu; quo in euentu Feudum
Baro vult domino in caſibus permiſſis,
refutatum. Ex defectu, deinde, ſi ſcili-
E cet, aut clericalẽ deſumpſiſſet habitum:
aut ſeſe Religioni adſcriberet: vel con-
uerſus fieret: vel vſu linguæ, aut aurium
exercitio priuatus haberetur: vel alijs
tandem pro cauſis,feudi quibus illi poſ-
ſeſio aufertur. Si Tertio ſuum obijſſe
Feudatarius diem comperiatur. Et tan-
dem ipſius propter delicta, cum quid
nimirum, ex quo feudi poteſt priuatio-
nem ſubire, perpatrarit. Circa nouiſſi- F
mum tamen præſenti verba faciam in
capitulo, quoniam regulariter,cum nul-
la occurrit cauſa, feudi neutiquam poſ-
ſeſſione priuari Barones valent, poteſta-
tis etiam ſi plenitudo interueniat:ſecun-
dum Petrum de Bella Pertica *in tract. de
feudis tit. 9. rubr. quibus modis, & cauſis
feudum amittatur num.* 1. Clarus *in §. feu-
dum quaſt.* 59. Quo affirmat in loco hãq
ex communi acceptam ſententia opi- G
nionem. Cauſas propterea nonnullas,
quarum ergo denudari Feudi dominio
Barones poſſint, hic apponam, vt ea ſibi
nota reddant, quæ tanto ipſis ſunt detri-
mento.

Et quamuis vniuerſalis ex Lanatiõ
regula fuerit conſtituta *in repetit. feudi
tit. ſi vaſſallus feudo priuatur ſub num.* 3.
Vt omnes ingratitudinis cauſæ, quarum
intuitu reuocationem ex donante per- H
peti donatio non vetatur, cunctæque ex
quibus hæreditate ſpoliari filium con-
ceditur, & de iure validæ ad matrimo-
nij direptionem videntur, habiles etiam
ſint: vt feudi eripiatur Baroni dominiũ:
particulares attamen deſcendere ad ca-
ſus exopto: & quæ Princeps has inter
extat vaſſalli erga domini perſonam in-
gratitudo habetur,ob quam primò feu-
di amittere poſſeſſionem, de qua fuerat I
antea inueſtitus, feudatarius poteſt,
Curtius Iunior *in tract. feudor. parte* 4.
Circa principium; Poſterior venit, quo
vaſſallus in caſu dominum, ex quo feu-
dum recepit, iam in prælio armis cin-
ctum, non vita functum, nec lethaliter
Saucium, *de ſeruit. cap.* 1. *quibus modis
feudum amittatur*: Clarus *in §. feudum
quaſt.* 55. Mazz. *in tract. de feud. rubrica
ex quibus cauſis feudum amittatur nu.* 90.
& 94. Tertio illa occurrit cauſa, quam k
præbet Baro, ſi Venereo ſeſe cum Do-
mini vxore coitu miſcuiſſet. *cap.* 1. *§.* 1.
quibus modis feudum amit. vbi Bald.*n.* 17.
Curt. Iun. *in dicta parte* 4. *num.* 24. Qua
fert ampliationem in parte; licèt quid-
quam fuerit de concubitu pertentatum
non autem perfectum: aut ſi turpiter
manus in pectore apponens, luſus cum
illa

Digitized by Google

A illa inſtituerit: tàm ſi in vita dominus
permaneat, quàm ſi mortis rabiei con-
ceſſerit; muliere tamen viduitatis ſe
continente in ſtatu, aut annui infra ſpa-
tium luctus, aut poſt, vel ſi æqua ſit illa
voluntate, vel iniqua Mazz. *in dicta ru-
bric. num. 44. cum ſequent.* Clarus *in dicto*
§. feudum quæſt. 45. Quæ quartum oc-
cupat locum cauſa illa eſt, quam vaſ-
ſallus conficit, ſi libidineam cum nuru,
B filiaue, aut ex filia nepti domini rem
habere non erubeſcat. Curtius *loco cit.*
num. 62. Afflictus *deciſ.* 265. *num.* 58. *cap.*
1. *§.* 1. *quibus modis feudum amittatur.*
Quinta illo venit in caſu, quo cum do-
mini genitrice, quando ad ſecunda trã-
ſitum neutiquam fecerit vota, concu-
bitus exercuiſſet actum. Mazz. *in dicta*
rubr. num. 66. & Curtius *dicta parte* 4.
num. 30. Sexta tunc videtur, cum in-
G ſultum in domini perſonam inuehere
nullo dubitarit modo. Petrus de Bella
Pertica *in tract. feudor. tit.* 9. *num.* 9.
Curtius *num.* 31. *in loco ſupra citato*, &
Mazz. *in ſupradicta rubr. num.* 25. Sep-
tima occurrit, quando in domini ca-
ſtrum inſultus agitare, tàm ſi eò domi-
nus reperiatur in loco, ſiue ex aduerſo,
vaſſallus fuiſſet auſus. Ioann. Blanhc
in epitome feudi parte 2. *cap.* 2. *ſub num.* 2.
D Sonsbec. *in tract. de feudis part.* 12. *ſub*
num. 33. *cum ſequentibus. d. cap.* 1. *§. ſimi-*
liter, quibus modis feud. amittatur. cap. 1.
qua fuit prima cauſa benefic. amittendi.
Quæ octauo notatur cauſa ordine eſt,
ſi manus in domini perſonam iniceiſſe
conſpicitur. Zaſius *in tract. de feudis par.*
10. *num.* 39. Petrus de Bella Pertica
in eodem tract. titul. 9. *num.* 9. Mazz. in
ſupradicta rubr. num. 22. Alius quamuis
hoc perpatrare per operam firmum ſit.
E Aluarot *in §. porro qua fuerit prima cauſa*
benefic. amittendi. Et non ſolum hoc in
factis procedit, at etiam ſi deformes,
indecoraſque in dominum infligere in-
iurias ſeſe non abſtinuiſſet. *cap.* 1. *§. porro*
qua fuit prima cauſa benefic. amittendi.
Afflict. *in cap.* 1. *§. item ſi quis feudum,*
num. 87. *quibus modis feud. amitt.* Quem-
admodum ſi veneni, medio, gladijue

inſidias vitæ illius apparârit. Sonsbec. F
dicta parte 12. *ſub num.* 37. Afflict. *in di-*
cto §. item ſi quis feud. ſub num. 13. *fol.* 89.
cauſa 55. Nona illo adeſt cauſa in ope-
re, vt fuit alibi explicatum, quo cum
domini hoſtibus amicitias pangere in
illius & perniciem, & detrimentum
geſſierit. Clarus *in §. feudum quæſt.* 54.
Mazz. *in ſupradicta rubr. num.* 72. *&* 73.
quadam licèt ex re præſumptio veniret,
inimicitiam dominum inter, ac vaſſal- G
lum permanere, ex qua concludi ea
poſſit. Curtius *dicta parte* 4. *num.* 38.
Decimo cauſa loco venit, ſi de feudo,
aut ipſius parte, certa cum interſit ſciẽ-
tia, inficias vaſſallum ire non puduerit,
& prolato ſit conuinctus de mendacio.
Menoch. *de præſumpt. parte prima lib.* 3.
præſumpt. 91. *num.* 48. Clarus *in §. feu-*
dum, quæſt. 50. Benè tamen quod illa
priuatio accedit pro parte, inducta cir- H
ca quam fuerit negatio, neutiquam ve-
ro pro toto. Clarus *quæſt.* 52. *verſ. ſed*
quid. Gloſ. *in verbo ſcitntia*, *§. vaſſallus*
ſi feudum, tit. ſi de feudo defunct. controuer.
ſit inter dominum, & agnatum. Si aliquo
ſe crimine, vndecimo, ſordet, cuius ex
facto proditoris mereatur nomen, tàm
ſi id in dominum, quàm ſi priuatum
aduerſus fuerit commiſſum. Afflictus
deciſ. 265. *num.* 63. Curtius *dicta par.* 4. I
num. 43. Duodecima ſe in medium pro-
fert, ſi cum ad alias commigraſſet, vita
relicta, dominus oras, ipſius à ſucceſ-
ſore haudquaquam inueſtituræ obtine-
re renouationem curauerit. *cap. primo*
in principio, qua fuit prima cauſa benefic.
amitten. & ex cap. Regni Regis Alphonſi
452. *& Regis Ioann.* 12. Mazz. *loco citato*
num. 109 Sed enim hoc Siciliæ in Re-
gno alia reperitur pœna, redditus nam- K
que per anni ſpatium iacturam ſubeũt,
& ſi poſt huiuſmodi interuallum requi-
ſitus Baro trium infra curſum menſium,
nequaquam præſtare iuramentum ſtu-
duerit de feudo amiſſionem facere cõ-
pellitur: vt *ex cap. Regis Ioannis* 12. *&*
Regis Alphonſi 452. Cumia *de feudis in*
cap. ſi aliquem num. 48. *fol.* 118. Demas
tamen, ſi minori, quàm annorum qua-
tuor-

A tuordecim; ſpatio Baro natus exiſtat. *cap. §. prateres, de probibita feudi alienatione per Federicum.* Clarus *in §. feudum quaſt. 49. verſ. item ſcias.* Decimatertia eo apparet in euentu, quando nouus aut Baro, aut vaſſallus, quando vitam cum letho pręcedeceſſor commutarit, anni, ac diei infra curſum, inueſtituram haudequidem poſcit. *cap. 1. in principio tit. quæ fuerit prima cauſa benefic. amitten.*

B Clar. *in tract. feudor. parte 4. num. 45. verſ. 24.* Mozz. *in dicta rubr. num. 109.* Sonsbec. *in dicto tract. parte 12. num. 3.* Neapolitano verumtamen in Regno feudi minimè fit amiſſio, at duplici releuium ratione ſoluitur. Grag. *deciſ. 103. num. 224.* Et hoc in Sicaniæ Regno *ex cap. Regis Alphonſi num. 452.* Qui vno percipi anno redditus poſſunt in punitionis ſignum, in iacturam incidunt.

C Decimaquarta ſub aſpectu adeſt, cum vaſſallus in diſcrimine ſciat dominum conſtitui, tàm ſi perſonæ circa læſionem illud eueniret, quàm graue quoad bonum detrimentum, & aperire domino minimè curauerit. Clarus *in §. feudum, quaſt. 57. cap. 1. §. praterea, qua fuit prima cauſa benefic. amitten.* Sonsbec. *dicta parte 12. num. 15.* Si Iuſtitia decimoquinto vaſſallus domino facere admi-

D niſtrationem recuſauerit. Curtius *dicta parte 4. num. 60. cap. 1. §. illud autem nõ lateat, titul. qua fuit prima cauſa benefic. amitt.* vbi Aluarot declarationem affert. Tàm ſi verè, quàm fictè in contumacia elapſo anni curſu perſtitiſſet; vt pari forma, ſi conſtitutum domino ſeruitiũ, poſtquam fuerit interpellatus, præſtare minimè voluerit Gloſ. *in cap. 1. § praterea, qua fuit prima cauſa benef. amitten.*

E Petr. de Gregor. *de conceſſ. feudor. part. 8. quaſt. 5. verſ. 2.* quo etiam in loco voluit explicatum, vbi hæc remiſſa iudicetur pœna. Tunc originem decimaſexta ſortitur, quo domini delator in caſu vaſſallus extiterit, et aliquod indè non parui damnum ponderis in domini perſonam irrueril. Zaſius *de feudis par. 10. num. 40.* Mozz. *dicta rubr. nu. 33. cap. 1. §. item ſi delator, qua fuit prima cauſa benefic. amitten.* Intrigliolus *de feudis centuria 1. quaſt. 98. num. 123.* penes quem

F plures huiuſce limitationes cauſę inueniuntur. Decimaſeptima reſpicitur, ſi fideiubere Baroni pro eo placuerit, qui accuſationem in dominum inuehebat, vt appellationem proſequeretur, vel probatam redderet expoſtulationem. Curtius *loco citato num. 69.* Zaſius *dicta par. 10. num. 45.* Aluarot *in dicto §. item ſi delator col. 2.* Vt pari forma ſi accuſa-

G torem, aduerſus illum, vaſſallus impuliſſet. Zaſius *loco citato num. 48.* Gloſa *in dicto §. item ſi delator.* quemadmodum ſi teſtimonium contra ipſum attulerit, opem accuſatori tribuens. Aluarot *in d. § ſi delator, col. 2.* Curt. *loco cit. num. 71.* Sicut etiam quando, in ſuperiorem patrocinij quidquam præſtitiſſet. Afflictus *d. deciſ. 265. num. 45. & 46.* vbi Vrſill. *n. 48.* Gloſ. *in d. § item ſi delator.* Zaſius

H *dicto tit. 10. ſub num. 42. & 50.* contraria quamuis in ſententia permanere videatur. Curt. Iun. *d. par. 4. ſub n. 72.* Tàm ſi ſponte, quàm inuito aduocaſſe dicatur. Decimaoctaua inſurgit cum, adhibito vaſſallus dolo, ſuam contra dominum ſententiam adducere præſumpſerit. Petrus de Bella Pertica *in tract. fen. tit. 9. nu. 23.* Ioann. Ferrer. Mont. *in vſu feud. part. 4. cap. 1. col. penul. verſ. vaſſallus.*

I Decimanona oritur, ſi domini lænocinium vxori adduxerit, & aliquem peruentum eſſet ad actum, qui impudicitiam oleret. Curt. *dict. p. 4. n. 74.* Mozz. vbi ſupra *n. 76.* Vt æqualiter ſi carceribus iniecto libertatem domino haud dederit, cum habiles conſpicerentur vires adeſſe. *d. §. item ſi delator.* Clarus *in § feud. quaſt. 14.* Zaſius *loco cit. nu. 63.*

K Quemadmodum ſi domini ſecreta in intimo cordis penetral: haudquaquam reſeruauerit. *cap. 1. quibus modis feuda amittant.* Curt. *d par. 4. n. 76.* Plurimis quo in loco formis cauſam hanc reddidit explanatam. Afflict. *deciſ. 265.* vbi ſecretum illud affirmat exiſtere, quod quinque notum eſt hominibus. Vigeſimam aſpicimus cauſam, ſi mala in dominũ verba vaſſallus infligeret. Afflict.

in

A *in dicto* §. *ſimiliter. num. 4. quibus modis*
feuda amittantur. Ioannes Blauch, *in epi-*
tome feudi parte 2. cap. 1. num. 2. Vt etiã,
ſi hæretica inficiatur vaſſallus macula
Moaz. *vbi ſupra num. 47.* & Cur. *n. 155.*
Addas Baronem dominio priuari ſi do-
mini patefacere literas auſus fuerit,
cõtumeliosè circa illas ſe habens. Moz.
n. 88. Afflictus *dicta dec. 265. n. 61. & 99.*
Sicuti ſi filium, quando in domini per-
B ſonam delicta perpatrarit, eidem non
præſentauerit, aut à ſe non dimiſerit Za-
ſius *de feud. dicta parte 10. num. 57.* Af-
flict. *in dicto.* §. *ſi quis feudum. cauſa 37.*
Vigeſima prima tunc occurrit, cum fi-
delitatis contra ſacramentum vaſſallus
quidquam egerit; Afflictus *in dicto* §.
ſi quis feudum cauſa 17. quibus modis feu-
da amittantur. Clarus *in* §. *feudum quaſt.*
53. Vt pariter quo in caſu aliquod
C æquum Baroni ſuam comminans indi-
gnationem Princeps mandauerit, & il-
lud in contemptu vaſſallus habuerit,
feudi valet poſseſſione priuatus veni-
re. Iacobus à Sancto Germinia. *in tract.*
de feud. verſic. ſed an Princeps num. 5.
ſpeciali 9. & etiam ſi Monachorum in
cætu vitam ducere Baro inſtituat. Af-
flict. *in dicto* §. *item ſi quis feudum n. 37.*
Rol. *conſ. 23. num. 19. vol. 1.* Curt. *in*
D *tract. de feud. parte 2. tertiæ partis prin-*
cipalis quaſt. 10. num. 17. Clarus *in* §.
feudum quaſt. 78. Vigeſima ſecunda cõ-
ſurgit ſi prohibitionem in ſubditos in-
iecerit, ne ad Regem irent, vt delicto-
rum querelas ferrent. Afflict. *loco citato*
cauſa 23. Lucas de Penna *in l. 1. col. pen.*
verſic. comites quidem C. vt nemo ad ſuũ
patrocinium lib. 11. Suo etiam ſpoliari
dominio dignus eſt feudatarius, ſi re-
E bellis in dominum proprias excitare
vires attentauerit. Afflict. *in dicto* §. *ſi*
quis feudum num. 68. l. quisquis C. ad le-
gem Iuliam Maieſtatis Cannet. *in cap. ſi*
aliquem §. *adnotandum num. 4. fol. 213.*
Quemadmodum ſi illa minimè perfe-
cerint, quæ à domino addita ex pacto
in inueſtitura fuerint. Sonsbec. *in tract.*
de feud. parte 12. nu. 9. verſ. quinta con-
cluſio Intrigl. *dicta centur. 1. num. 204.*
quaſt. 98. fol. 565. & quoniam cum ali- F
menta denegare quis non dubitat, ne-
cem ferre videtur, hac de cauſa quando
Baro neutiquam ſubminiſtrare domino
illa voluerit, ſi ſit in neceſsitate conſti-
tutus feudi debet poſſeſſione priuari.
Bartol. *in tract. de alimen. num. 45. & in*
l. alimenta §. *imper. num. 2. ff. de liberis*
agnoſcen. Petrus de Bella Pertica *tit. nono*
rubr. qualiter feudum negligens deperdat;
quæ cauſa reſtrictionem ex Intrigliol. G
num. 206. recipit. Vbi dominus ipſius
vaſsalli ex facto, & culpa inopia fatiga-
retur, vel ſi valde opibus ſubditus ha-
beretur diſtentus, qui ex ipſius opulen-
tia feudi prolaberentur, his quamquam
caſibus Clarus *in* §. *feudum quaſt. 23.*
Compelli Baronem opus eſse affirmet,
vt alimenta præſtet, non vero, vt feudi
relinquat poſſeſſionem Curt. *in tract.*
feudor. parte 4. ſub num. 9. Vltima tandẽ H
cauſa eſt, ſæuo ſi ſuos in ſubditos ani-
mo ſeſe Vaſſallus gerat, Menoch. *de ar-*
bitr. Iudicum lib. 2. centur. 2. caſu. 88. nu.
3. Curtius Iun. *conſ. 132. num. 5.* quod
explicat Intrigl. *loco cit. à num. 208.* eue-
nire ſi domini præcedens fuerit moni-
tum: vt debita ſubiectos forma pertra-
ctet, aut expreſſo huiuſmodi pæna con-
ſtituta iure adeſset.

Cunctas atenim huius generis cau- I
ſas, cæteraſque adſimiles, quæ Afflictũ
penes *dicto in* §. *ſi quis feudum.* leguntur,
felloniæ compræhenſas ſub nomine fir-
mum extat, propterea quidquam, circa
illam explicare maximum haud repu-
tabo pondus; eoquod felloniæ quamuis
vocabulum ſtrictè deſumptum, crimen
denotet, aut delictum, latè attamen ac-
ceptum, & propriè quemcumque ſigni-
ficat errorem, qui feudorum ſit in libro K
contentus. qua de re idem extat fello-
nia, ac defectus, & deceptio, quæ à fal-
lo ex præterito componitur. Vnde om-
ne feudatarij in ſe factum retinet adne-
xum, quod illum feudi poſseſsione ſpo-
liari dignum reddat, talis autem opera
feudorum, culpa, nuncupatur in libro.
cap. 1. de feudo ſine culpa non omittendo, &
in cap. ſancimus, quo tempore miles: & alio
in

A in loco nunc Ingratitudinis ſibi vocem aſſumit: *vt in cap. 1. ex quibus cauſis feudum amittatur* i modo fellonię nomen excipit: *vt in cap. 1. de vaſſallo, qui contra conſtit. Lotharij.* Nunc infidelitatis vocem ſortitur: *vt in cap. 1. in fine de alienat. feudi paterni.* Addas vaſſalli non ſolum operas, quarū cauſa feudi amittere poſſeſſionem valeat. Iniquum verum eriam Domini factum directo ex B quo ipſe priuari dominio poſſit, ſub ſe concluſas retinere: *vt in cap. 1. §. domino, ſi de feudo defuncti militiſ.* Ex his ergo DD. quæſtionem in genere, medio proferunt in conſeſſu: an ſcilicet ex fellonia feudum in domini manus, filij, aut agnatorū deuoluatur? Et quæſiti priuſquam ad extricationem deſcendant: ſtatuere deſiderant; duplici felloniam nota oſtendi, contractùs aliam, delicti nōnullam, iuxta quam tradidit Baldus di-C ſtinctionem *in cap. 1. de feudo non habente propriam naturam feudi: & in prælud. feudor. in vlt. feudi diuiſione: nec non in conſ. 291. num. 7. vol. 2. & in cap. ſi cautionum 72. de fide inſtrumentorum.* Martinus Laudenſ. *in dicto cap. 1. de feudo non habente propriam naturam feudi.* Qua explicat in parte: Primam illam eſse, quo in caſu ſeruitium ex contractu præfixum, adferre vaſſallus denegat: Poſte-D riorem quando maleficio ſe fœdare vaſſallus minimè veretur.

Fellonię alteram ponunt diuiſionem, aliquā ſcilicet feudi reſpicere dominū, quamdam ex aduerſo: vt habetur in Tex. *cap. 1. §. deniqe tit. quæ ſit 1. cauſa benefic. amitten:* Hoſtienſis *in ſumma in tit. de feudis verſ. quibus modis col. 2.* Huius demonſtrant exempla, quando vel frati ſimul cum ſanguine vitam eri-E pit, aut in genitoris corpore manus temerare impius non pauet; *vt in dicto §. denique.* vbi Bald. & Iſernia *in tit. ſi vaſſalus feudo priuetur, cui deferatur.* Illius declarationem ex infraſcriptis notam reddunt.

Aliam ſtatuere diſtinctionem conſpicitur. Salicetus *in l. 2. num. 5. C. de libertis, & eorum liber.* cum differentiam adducat: an feudi fiat communi ex delicto amiſſio cuius pœna, bonorum exi- F ſtat publicatio, vel feudali ex crimine, quod feudorum aduerſùs leges, conſuetudineſque perpatratum? vt declarat Imola *in cap. 2. col. 2. num. 23. extra de feudis.* Qui Saliceti quamuis concluſionem aduersùs ſe conſtituat, factam attamen probam æxtimat diſtinctionē, qua de cauſa præmiſſæ declaratio infertur diſtinctioni; aut dominium fellonia reſpicit, vel ex aduerſo, vt id videa- G tur feudali procedere in delicto, quod feudorum ſit contra leges, conſuetudineſque commiſſum.

Ducitur alia ex ipſis diuiſio; aliam nimirum in omittendo, alteram in committendo haberi, & hanc eſt amplexus Curtius *in tract. feudor. in prima parte quæſt. 3. principali in fine.* vbi de eo verba facit valore: quid pacto inſit, perquod remiſsa venit fellonia? Inter illā H differentiam ponens, quæ in omittendo permanet, & quæ in committendo.

His igitur conſtitutis ad ſoluendum quæſtionis deueniunt nodum, quamuis vtrinque inter ſe pugnent doctorum ſententiæ. Propterea quadrifariam diuiſit Lanarlus ita: vel poſtquam feudi amiſſionem vaſſallus perpetitur, feuda- I tarij agnatos inter directumque dominum quæſtio exoritur, vel feudatarij ſecundo ex filijs, ac domino directo: aut feudatarij per agnatos vna ex parte, & illius filios ex altera prolabitur, vel mediatum denique inter dominium, & mediatum ſurgit.

Primum quoad caput diſtinctionem ducit, aſſerens; quod, aut nouo agitur de feudo, & eo dominium in caſu K agnatis præponi opus eſſe conſtituit: in illo namque ni deſcendentiam ex maſculo oſtendat, obtinere nemo ſucceſſionem poteſt. §. *& ſi clientulus de alienatione feudi.* Et fratri etiam illius à ſucceſſione infertur excluſio. Vel de antiquo tractamus, & tunc aliam adhibere diſtinctionem voluit; Aut verba de fellonia facimus, dominum haudquaquam re-

A reſpiciente : & illo in caſu ex agnatis dominum excluſionem perpeti proba-tum reliquit. *ex cap.* 1. §. *denique, qua ſit prima cauſa benefic. amitten. cap.* 1. *an ille qui interfecit fratrem domini ſui*: Et hoc tunc vigorem aſſerit continere, cũ propriam, iuxta feudorum naturam, communemque in feudis conſtitutam rationem ſe feudum oſtendit, ſecundũ quam tributa fuiſse in dubio feudi con-
B ceſſio præſumitur *cap.* 1. §. *præterea, quid ſit inueſtitura*: ſi hæreditarium tamen feudum exiſtat tunc agnatos depelli certum eſt, nulla quoniam differentia filios inter, & agnatos hæreditario videtur in feudo Iſernia *in cap.* 1. *verſ. licet, num.* 6. *tit. an agnatus*? Vel de fellonia minimè, dominium reſpiciente ſermonem inſtituimus, & hoc circa membrũ tres affirmat reperiri opiniones. Prima
C profert reuertere ad dominium debere feudum: hoc, vt modo ſuæ vltionem iniuriæ ſuſcipiat. Secunda firmat nullũ ex fellonia præiudicium in agnatos deſcendere, cum ad ipſos illata domino excluſione feudum venire opus ſit. Vltima conſtituit vt ad Dominum prolabatur, illiuſque in manibus, delinquentis donec perdurans eſt vita, permaneat, & poſtmodum in agnatorum
D poſſeſſionem progrediatur. Primæ in fauorem ſententiæ adducitur Gloſa *in cap.* 1. §. *ſi vaſſallus culpam, in verbo reuocabitur, tit. ſi de feudo defuncti militiſ*. ſic etiam Gloſ. *in cap.* 1. §. *denique in verbo ad proximos tit. qua ſit prima cauſa benefic. amitten.* & huiuſmodi opinionis; quod feudi nimirum poſseſsio ad dominum faciat regreſſum, ſeſe in tutamen poſuiſse dicit Hoſtienſem, Iacobũ de Beluiſo, Martinum, Laudenſem, in
E locis per Lanarium *num.* 14. ductis. Ipſeque lato probationem vexit modo Curtius *in* 5. *parte principali* Zaſius *de feudis parte* 10. *num.* 191. Curtius Senior *conſ.* 49. *num.* 29.

Poſterioris defenſionem doctrinæ quod in agnatorum facultatem deſcendat feudum, ſuſcipit Glo. *in cap.* 1. § *cum vero Conradus in verbo, frater tit. de his*

qui feudum dare poſſunt. Nulla aſſerens forma tribui agnatis excluſionem, quacumque licèt ex cauſa feudi iacturam Baro feciſſet: quam complectitur DD. F
ipſo ex Lanario citati; & reliquos inter eſt Abbas *in conſ.* 3. *num.* 2. Aluarot *in* §. *denique col.* 5. & nonnulli alij.

Tertiæ autem in fauorem opinionis, qua recepimus eo feudum in domini poſſeſſione ſpatio perſiſtere, delinquentis vſque quo vita ſuum trahat ſpa- G
tium, poſtquam verò ipſius finem curſus inuenerit, agnatorum peruenire in dominium, inquit adeſſe Afflictum, & Iſerniam in locis à Lanario explicatis *ſub num.* 15. & Hieronymum Crau. *ſub reſp.* 2.

Omnes etenim, quas attuli ſententias, more ſuo, non rudite, Lanarius tractat, tàm dum iurium conſiderat diſpoſitiones, quàm dum argumenta & Doctorum meditatur authoritates. Vn- H
de primam affirmat opinionem communi foueri ex voto, & vltra quod fulcimen excipiat ex Gloſæ authoritate, tantorum eſſe ſub diſputantium clypeo: Poſteriorem dicit paucorum ex calculis probum haberi, & ita circa Tertiæ validitatem, inſtituere quæſtionem haud voluit: quoniam tunc ſimm retineret vigorem quando ſecunda ex veritate non deflecteret. Qua propter I
ad alius deſcendere optauit examen; Quid nimirum doctores promant, dominum inter, & agnatum accidere, ſimpliciter quo in caſu feudũ non ſit inueſtitura effecta: & Primipilarem conſtituit defenſorem Baldum *in dicto* §. *denique*. Qui ſub conſideratione inueſtituræ ponit tenorem, proferens, quòd ſi de feudo tributa conceſſio fuerit ad dominum delinquentis tantum ius non verò aliorum ad quos ex propriæ vi K
perſonæ quodam ſeruato mortis properantis ordine hæreditatis neutiquam, verò per viam iuerit. *l.* 3. *ff. de interdictis, & relegatis*: & hoc eo præcipuè in caſu accidere inquit Baldus, quo Regalium adhærens feudo fuerit poſſeſſio: additque aliud indiſtinctè conuin-

A gere, quod ſcilicet ex iuris feudorum rigore cum crimen Regem aduerſus, Marchio committat, excluſione agnatis data, in illius manus Dominium reuertatur, eoquod hoc tacitè inueſtituræ certum eſt ineſſe. Quod pro expreſſo debet haberi. *l. cum quid ff. ſi certum petatur*. Ideò illam videtur opinionem defendere; agnatos nimirum è feudo, Baronis quod genero ſit tributum, per dominum eijci, at Laudenſis, Iacobinus,
B Decius, & Curtius, Baldi reſtringentes dicta efficaciam demonſtrare aſſeruerunt, cum genero conceſſa de illo fuerit poſſeſſio.

Sed enim quid agendum; ſi feudum ex inueſtituræ forma, Titio, ipſiuſque allatum ſit hæredibus cum deſcendere de vno ad alterum illud ſit neceſſe? Vel fuerit explicatum: omnibus principaliter concedo? Aut; cum filij habeantur,
G nepoteſque poſitum in inueſtitura ſit attentis ſingulorum meritis? Hoc Baldum pro dubio inueſtituræ in terminis cum vna ex his clauſulis Lanarius adnehit, qui videtur affirmare neutiquam ad dominium deuolui, ſi culpa, quæ ipſum reſpiciat perpatretur, vnius namque error alteri neutiquam afferre nocumentum debet: ita tenet Aluaroc *in dicto §. denique in 7. concluſ.* & ibi Præ-
D poſit. 3. *col.* Zaſius *de feud. parte 10. nu. 10.* Curtius *in ſimili tractatu 5. parte principali concluſ. 1. col. 1.* Præmiſſa tamen intelligit *num. 36.* Lanarius ſi in genere de fellonia domini ad perſonam pertinente agitur.

Secundum ad quæſtionis caput *in 42.* deuenit *num.* quo ſcilicet in caſu quæſtio filios inter, dominumque verſetur: adducit Glo. *in l. 2. C. de libertis,*
E *& eorum liberis*. Quo ſimpliciter in loco ſtatutum exiſtit, genitoris nequaquam ex fellonia filijs eripi feudum, eademque certum eſt fuiſſe in ſententia Glo. *in l. adoctiuum §. patronum, in verbo, innocens ff. de in ius vocando*. Quæ differit; inſidias quamuis domini in detrimentũ vaſſallus appoſuerit, ipſum tamen, haud verò filium feudi poſſeſſione donudari:

ibidem Lanat. hoc ſuper capite Dini afferet diſtinſionem *in cap. non debet. de reg. iur. in 6.* Paternum dum circa feudum aduehit differentiam. Illud ſcilicet ex parente quæſitum, in quo ipſius fellonia filio nocumento eſſe inquit, ac illud ex genere deſcenſum, in quo genitoris crimen, filio excluſionem haud tribuit. per Tex. *in l. 3. ff. de interdictis, & relegat.* Auito atenim in feudo, aliam poſuit diſtinctionem: vel ſcilicet conceptus, dum aui perdurans vita conſpicitur, ſit filius? & tunc Patris detrimentum attrahit factum, nam ſi, dum adhuc vitales auus ſpirat auras delicto ſe genitor fœdauerit nullum ducere damnum poteſt, cum debeat id non illius ex perſona, & ex auo amitti: vel cum morti auus occubuerit? & tunc parentis obſtat crimen ſi patris adiuerit hæreditatẽ, eoquod ſi illam repudiaſſet, filius in aui ſucceſſionem vocaretur, & aſſerit ex hoc filios, & deſcendentes ex fellonia dominum reſpiciente perpeti excluſionem: Hoc autem locum haudquaquam ſibi vendicat, cum genitor nil adhuc in feudo, poſſeſſionis retinet, iudicia vitalibus ſi auris auus fruatur: ratio habetur; eoquod cum de medio ſublata delinquentis fuerit perſona nepoti, qui aui in ſucceſſionem immediatè venit, nullum prolabitur detrimentum.

Nonnulli verò Doctores auitum inter feudum, & à genitore quæſitum minimè probam duxerunt diuiſionem, quod filius nimirum auito excluſionem perpetiatur ex feudo, ſi patris interueniat culpa, & dominus anteponatur. per Tex. *in cap. ſi vaſſallus tit. ſi de feudo defuncti militiſ.* Bald. *in l. 2. C. de libert. & eorum liber.* Qui argumentum ex Emphiteuſi ducit, & Cinus *in l. 2.* Petrus de Bella Pertica *in l. fin. C. eodem.* Cum diſtinctio feudum inter à patre quæſitũ ponatur, ac etiam auitum, Patris affirmantes indiſtinctè felloniam nocumentum filijs aduehere, dempto quod hæc expreſſa fuerint verba. *De tibi feudum vel tibi filijs, & liberis tuis*. Eoquod tunc filij ius retinent, non quoniam hæredes ſunt,

F
G
H
I
K

A ſum, expreſſæ at quoniam donationis veniunt iure: affert hac pro ſententia Lanarius Cinum, Baldum, Iacobum de Rauen. Paulum de Caſtro Curtiumque in locis ibi citatis Bartolus *in l. 3. nu.* 1. *ff. de interdict. & relegat.* hanc Cini, & Petri de Bella Pertica diſtinctionem amplectitur: inter feudum ſimpliciter conceſſum, & quod pro ſe liberiſque tributum, quo dominum in caſu fello-
B nia minimè reſpicit, vel quando quidquam ex patre haud fuerit perpatratū, quod aduerſus promiſſiones in feudo iniectas veniat: ex eo quia ſi domini ad perſonam fellonia ſpectat, vel promiſſa in feudo, tempore inueſtituræ conſtituta deturpat, feudatarium ex feudo, etiā pro ſe liberiſque ſuis datam expellit; excepto quod in ſui patris vita feudatatius, tempore, quo ſibi ius quæſitum
C non habebatur, delictum commiſiſſet: vt aduertit Speculator *in tit. de feud. §. fin. num. 2.* Anchar. *in cap. 2. extra de feudis.* Imò verò *in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus col. 2.* Alexan. *num. 29. ff. de damno infecto:* affirmat, vt feudum etiam liberis in dominio tributum filio auferatur, ſi è genitore fellonia, quæ dominum reſpicit, ſit perpatrata: vt pariter Baldus *in l. qui ſe patris col. 5. num. 7. C. vnde li-*
D *beri*: In filios ſuam videtur proferre doctrinam, non ſolum, ſcilicet, è feudo ſimpliciter conceſſo, verum etiam illo, quod alicui, & liberis ductum, exterminari: aſſerit enim, quod licèt, cum feudum pro ſe, liberiſque ſuis auus quæſiuerit, & ipſius quidquam filius, cuius cauſa feudi ruere poſſit de iure agere non dubitauerit: æquitas expoſcat, vt ſucceſſionem, haud patris, ſed aui ex
E perſona obtineat; feudorum attamen quo ad vſum adhiberi diſtinctio debet: vel, nimirum, vaſſallus crimen contra dominum egit? & eo in caſu ad ipſum, non autem ad feudatarij filios deſcendere feudi dominium certum eſt: genitoris eoquod propter culpam domini ex amicitia filius cadit; vel domini minimè vertit ad perſonam peccatum? & tunc excluſio filijs aduehitur, & prælatio tribuitur agnatis: nullam namque F
punitionem pater exciperet, ſi feudum proprij in facultatem filij tranſiret: eoquod quemadmodum de ſui ipſius cōmodis pater, pari forma de liberi emolumentis gaudet, nec meliori dominus qualitate prædituṁ ſortiretur vaſſallū. Quo autem in caſu Patri nominatim filijſque feudi aduecta conceſſio, non autem genitoris effectum contempla-
tione, vt filij, etiam eum vitales adhuc G
pater auras ducit, partem ſortiatur; & tunc ſi delicto ſuam deturpare integritatem parens voluerit, nullum filijs propria detrimentum affert in portione: ac tali fuiſſe mēte, Iſerniam *in tit. ſi vaſſallus feudo priuetur num.* 4. aſſerit Lanar. *num. 44.* circa finem: ipſe verò Iſerniæ promit dictum; quod nominatorum datum contemplatione filiorum feudum
conſideratur ſi dubium extat. Quod H
aliter euenit, cum neutiquam ſint nominati, ſed *Tity filys* eſſe prolatum: ex eo quia tunc patris contemplatione allatum præſumitur, & nocumentum illius delictum filijs aduehet: citat Curt. *in dicta 5. parte col. 3.* Iacob. *in ſua inueſtit. in verbo, dictique vaſſalli promiſerunt non committere felloniam num.* 84.

Tertium quoad caput: quo in caſu
filios inter, agnatoſque originem quæ- I
ſtio excipit. Tunc ſi feudi ob alienationem ſit amiſſio, communis cum attendatur opinio; quod minimè regreſſum faciat ad dominum, & Iſerniæ procedat ſententia; filius, vicinior eoquod agnatus extat, neutiquam agnatis poſtponitur: ſic Lanarij doctrina *ſub num.* 4. eſt. Sed enim vbi ex fellonia domini ad perſonam ſpectante feudi poſſeſſione
priuatus venit baro. Et eo in caſu cum k
illud præ oculis ponatur aſſertum, ex quo feudum reuertere ad dominum debet, excluſio tàm liberis infertur, quàm agnatis: at ſi nobis cum Iſernia eſſe libeat, qui affirmat feudum tribui domino minimè decere, filijs agnatos præferri quis negabit? Ex hoc generali accidit in articulo quoad felloniam, quæ domini ſine dubio contra perſonam, &

A directè ſurgat, ita ſucceſſiuè *num.* 55.
Lanarius. Si feudum tamen in iacturam
venit petita eoquod neutiquam fuerit
inueſtitura; vbi communem amplecta-
mur opinionem, ex qua clarum fit, quod
illa dominum reſpiciens culpa dicatur,
& proinde feudum in domini deſcen-
dat manus; affirmandum eſt, vtrumque
agnatum ſcilicet filiumque ex poſſeſ-
ſione depelli. Si verò Iserniæ tutemur
B iudicium, quod nequaquam ad domi-
num reuertatur, filijs excluſis agnatos
firmum eſt præponi. Hæc voluiſſe Lana-
rium *in dicto num.* 45. legimus, in fine:
quo aduertit in loco, cum exluſionem
dicat ex agnatis filios perpeti, quod ſi
aliquo in facto dominum filij eijciant,
multo magis, & agnatos arcebunt.

Quarto autem in principali capite;
vbi dum filij agnatique non interue-
C niunt, vel ſint, aut ex felloniæ qualitate,
vel feudi natura excluſi, quæſtio haud
equidem ipſos, inter, nec cum domino
verſetur: ſed immediato proueniat ex
domino, ac mediato, Barone ſcilicet,
qui ſub infeudationem fecit, & Regem,
qui feudum præbuit, ſi baronis feuda-
tarius quidquam committere ſit auſus
cuius ergo feudi poſſeſſionem amittat,
plures DD. opiniones in certamen de-
D ſcendunt, quas eumdem penes Lana-
rium quiſque valet inſpicere. Qui tot
poſtquam diſtinctiones adductæ limita-
tioneſque fuerint *in verſic. quid erga di-
cendum*: Primam aſſerit doctrinam, ex
qua profertur indiſtinctũ domino feudũ
applicari, veritati affinem haud exiſtge-
re; vt pariter ſecunda videtur, quæ cũ
confuſè affirmet Baroni aſſerri, com-
muni haud recipitur voto. Tertia eam-
E dem, ex qua habemus, feudum ad Re-
gem pertinere delinquentis vſque quò
vita perdurans extet, nullo procedit in
caſu, niſi quando feudum cum clauſula
quibus dederit. Sit conceſſum: vnde
vt perfectam ambagis reſolutionem ex-
cipias ad ipſum accede quia ſatis ex-
planatum reddidit dubium; cuius di-
cta, ne prolixitatem oleam, huc non
tranſcribo.

Meam attamen Laconiſmo vtens hîc F
apponere ſententiam velim, cum quæ-
ſtio de feudi reuerſione adſit, ac ex ſu-
perioribus adhibeatur diuiſio: an quis
feudi poſſeſſione ſpolietur, inflictæ in
dominum offenſę intuitu, vel alia ex
cauſa? Si commiſſam id contingat
propter ingratitudinem illius in manus
feudi redire dominium opus eſt §. *deni-
que fuit prima cauſa benefic. amitten.* Si
ſcilicet coitum cum illius exercuiſſet G
vxore *cap. ſimilis de feud. ſine culpa non
amitten.* Si feudi facta ſit alienatio, &
domini, minimè facultas interueniat:
quia eius poteſtatem in contemptum
habuiſſe conſpicitur, §. *fin. quæ fuit pri-
ma cauſa benefic. amitten.* Quo in caſu
felloniæ in dominum macula ſuam in-
fecerit fidem, §. 1. *an ille, qui interfece-
rit fratrem domini ſui.* Cum inueſtitu-
ram ab ipſo expoſcere neutiquam pro- H
curauerit, §. *præterea de prohibita feudi
alienat. per Federic.* Quod ſi plures ſint
domini gradatim, & nullam in ſupe-
rioris perſonam Baro iniuriam impege-
rit: haudquaquam ad offenſi domini
feudum venit dominum: ſed illius in
poteſtatem, ex quo fuerit ſuſceptum,
dempto quod, cum dominus fuerit ex
domino requiſitus ſatisfactionem, qui
adduxit offenſum postulare non ſtu- I
duerit, §. *illud quoque de prohibita feudi
alienat. per Federicum.* At ſi alia quis
priuari feudo cauſa videatur, diuerſo
illud modo deferri firmum eſt; eoquod
ſi poſſeſſorem (cum lethi viam adiue-
rit legitimo neutiquam relicto hærede
feudatarius) nullum retinet feudum, ad
domini prolabitur in poteſtatem. §. *item
ſi fuerint, quibus modis feudum amittatur.*
§. *fin.* Apud quem, vel quos contro-
uerſia feudi definiatur: aut etiam ſi vaſ- K
ſallo viduum extet, qui vlla præſtato
forma non poſſit obſequia §. *fin. tit. Epi-
ſcopi, vel Abbates.* Quo verò in caſu pa-
ternum alienationi, alterius, ex fratris
opera fuerit datum feudum, minimè il-
lius poſſeſſionem repetere dominus;
ſed proximior, ad quem feudi ſpectet
dominium, valet. §. *hoc quoque de fructi-
feu-*

A *Feudorum, ſi alterius generis dominus*, §. *ſi clientulus, de alienat. feudor.* Paternum vt æquali ratione feudum, quod fuerit ex filijs repudiatum agnatis non auferri omnium eſt in ſententijs *vt in* §. *fin. vt. an agnatus, vel filius defuncti repudiata hæreditatis poſſit retinere feudum*: Sed ſi graui feudum ex crimine, quod in aliū, quàm dominum fuerit perpatratum, ſit feudum vaſſallo adeptum. Iudica eo-
B quod homicidij reus humano in ſanguine dextram immerſerit, agnatis, neutiquam verò tribuitur domino, ſi paternum ſit. deciſum videtur *in* §. *denique quæ fuit principalis cauſa beneficium amittendi* §. 1. *an ille, qui interfecerit*, Filijs autem poſseſsio negatur, ni, cum agnati non habeantur, nouum obtineat ex domini facultate priuilegium, §. 1. *ſi vaſſallus feudo priuatur*. Variæ ſed enim his conſiderationes in locis interſunt,
C dum agnatorum circa admiſsionem graduum ſit computatio. Conſule tamen tali de confiſcatione Iacobum de Sancto Georgio *in tract. de feudis* §. *dictique vaſſalli num* 58. *cum ſequent.* ſcribit quoque Speculator *in tit. de feudis* F
verſ. 40. Feuda, quæ inferioris in patroni tutamine ſunt, alteriuſque quàm regis ſub dominio permanent, illi, haud verò fiſco præberi; excipias, quod læſæ non committatur Maieſtatis crimen. Faber etiam Iuridicum feudi ius ad clientis dominum regreſſum facere iudicat: cum hoc agitur de ſcelere. Authent. *bona damnatorum* C. *de bonis proſcriptis.* G

Reliquum autem eſſet, vt plura hic ſub conſideratione ponerem, quę feudi effici in confiſcatione oportet: ſed quoniam ſatis amplè tractantur ab Alexan. *ad l. ſi finita* §. *ſi de vectigalibus ff. de damno infecto num.* 26. *& ſeq.* & ſuccinctè penes Clarum, §. *feudum qu.* 84. Vbi per eleganter agit quibus in caſibus in feudo adſit confiſcatio, & quibus tribuatur. Hac de cauſa me nimium in H
verbis demonſtrare non cupio cum Baronum ſtatum (alia in medium allaturus) ſummam ad coronidem. Superni auxilio numinis duxerim: & hæc ſatis.

D

E

I

DE CONSVLTORVM SIVE ASSESSORVM STATV.

VT æquitatis inuia Principis, cæterorũque Officialium, qui nõ ſint Iuriſperiti, dirigantur opera, per quã idonei Conſultores, vel Aſſeſſores exiſtunt: id ſuis Alexander Imperator demonſtrat facinoribus, qui ſi illi longè haberentur, nec vllam ſtatutam volebat legem, nec graui quidquam de re pertractare eſt auſus: vt Lampridij monumenta ſunt. Qua de cauſa iure quidem optimo Catholicus Hiſpaniarum, ac Siciliæ Moderator, præterquam ordinarios conſtituerit, qui præeſſe in Tribunalibus debeãt, Conſiliarios: Proregi extraordinarium, vt adduceret conſilia, præfixi. Sapienter cognoſcens, quod qui cuncta è conſilio ductus agit, ſapientiæ opem ſuſcipit; conſilij etenim expers vis propria præcipitat mole: vt dixit Ramirez §. 8. *de abſoluta Principis poteſtate num. 3. fol. mihi* 79. Et ne amicitiæ vinculo, vel coniunctionis attractus ligamine, è recto deflecteret tramite, de extero ad huiuſmodi exercitium muneris, electio fit.

Conſilium etenim vtilibus eſt de rebus acquiſitiuus appetitus, iuxta Damaſceni aſſertionem *lib. 3. cap.* 33. Illum verò Conſiliarium, vel Conſultorem, Aſſeſſoremue appellamus, qui dictis exequutionem de rebus, & Principis negotijs ad tractationem, velut habilis eligitur, & eſt conſtitutus. Peraptè igitur ad rerum exequutionem, & Principis negotiorum ſtatutus habetur Illuſt. Don Sebaſtianus Laris, & Caxha, cuius de habilitate, ac ſedulitate nemo ſat dicere valet. Velox namque ingenium præſefert: grauem eloquio animum demonſtrat: plurium cognitione linguarum peritum ſeſe oſtendit: ſedula hiſtoriarum cognitione per egregiam explicat eruditionem: moralis Philoſophiæ luminibus, qua & virtutes luce auget, ac vitia fugat, decoratus extat: Politicæ fugator verſutiæ eſt, celebrio-

A ra peregrinatione ad loca nonnulla expertus, ita vt, & Principis, & viciniorum de rebus intelligentia præclarus, & proprij odio commodi, aſſentationiſque illuſtris, publicæque ſtudio rei, ac iuſtitiæ amore præfulgens, æqua erga cunctos beneuolentia egregius, beneficienti pectore non prętereundus, morum tandem ſuauitate, longaque rerum experientia, omnium ſeſe oculis reddat conſpicuum.

B Ipſius igitur eſt munus: omnia Proregi, quæ neceſſaria, in ſuæ Catholicæ Maieſtatis ſeruitium, commodumque totiuſque pro Regni Moderamine, Iuſtitiæque adminiſtratione videntur, cõſilio proponere, quæque Regium ad Patrimonium, Regnique ſpectare ad militiam certum eſt, haud negligere; talique de cauſa ſupremus velut Ma- C giſtratus primum, alios poſt Præſides, omnibus in conſilijs, alijſque publicis locum obtinet ſeſſionibus, tàm ſi præſens, quàm longè Prorex exiſtat: poteſt omnibus in ſacris conſilijs, cum in quibus de Iuſtitia tractatur, tùm quoad ſtatum, interuenire; in Magnæ Regiæ Curiæ etiam conſilio, vt pariter in Regio adeſt Patrimonio, tàm ſi conferenda fiat, quàm ſi fiſcalium, criminalium, D ciuilium, Patrimonialiumque cauſarũ, quæ Excellentiſſimo coram Prorege peraguntur, relatio habeatur. Aequali etiã forma in Sacræ Regiæ Conſcientiæ venit Conciſtorium, Patrimonialibus vbi de rebus agitur. Generalibus adde in carcerum viſitationibus, quæ Excellentiſſimo coram Prorege fiunt, & particularibus per Magnam Curiã, debet adeſſe; quemadmodum, ſi eandem per Curiam torturæ opus ſit reum E ſubiectari. Eadem occurrit in eo diſpoſitio, quando Referendarios, Regioſque audire Prorex Secretarios ſit ſolitus: vt æqualiter quo in caſu equeſtrium, pedeſtriumque auditores militum Proregi, Generali tanquam Capitaneo eorum referunt cauſas; accedit, quod in dictis & conſilijs, & locis conſultiuum ipſi votum præbetur, criminalibus præterquam, Palatinis, Patri- F A monialibuſue cauſis, ac omnibus, quæ Sacro agitantur in Concilio, deciſiuum, in quibus ipſi votum ineſt, vbi Iudex, non autem Fiſcalis debet, particulari ex Proregis mandato haberi. Propterea tamen cunctas Magiſter Notarius ſcripturas, proceſſuſque deciſiuum in quibus votum ipſi minimè denegatur, eius domum aduehere compellatur, ſi id ſibi neceſſarium fuerit viſum, alias G & ſi ſcripturas, proceſſuſque, niſi Proregis adueniat mandatum, cum ita decens exiſtere putauerit, ipſi tradi minimè licitum dicatur, Iurium autẽ haudquaquam perceptionem tribui conueniens eſt, ſi nominatus in cauſa Iudex neutiquam haberetur. Conſultoris tandem officium ſummam continet dignitatem, cum Principis, & aſſeſſor exiſtat, & Conſiliarius: vt placuit Cagnol. H *in l. diem functo, num. 16. ff. de officio aſſeſſor.*

Inde fit, quod omnibus, in quibus adeſſe Præſides aliquod ob impedimẽtum non poſſunt, cauſis, & interuenire Conſultor cogatur, aliorum vnio Iudicum (conſuetis dempto, quod in Tribunalibus effici neceſſitas poſcat) ipſiuſmet in Conſultoris domo ſtatuitur, ad quam accedere Iudices compelluntur, ex Regni Pragmaticæ diſpoſitione, I quæ taliter ſeſe explicat. *Y en quanto à las juntas, que ſe han de tener en ſu caſa la orden, que ſe dio el año paſſado de 84. en 7. de Março es llana, que quando acaeſciere hauer cauſas extraordinarias, y de iunta de meſcla de Iueçes, y que no ſe haya de tratar en el lugar acoſtumbrado delos tres Tribunales de la Gran Corte, Patrimonio, y Sacra Conſçiençia, y no entreuẽ- K ga en ellas Preſidente delos tres, que haya en eſſe Reyno, la iunta ſe haga en caſa del Conſultor, y aſſi. Ordinareys ſe cumpla, que en las cauſas, que tocaren à qualquier de ẽlas Tribunales, en que el dicho Conſultor fuere Iuez, vaya ello las vezes, que fuere neçeſſario iuntarſe y en otras iuntas, y negoçios extraordinarios, que huuiere, que no tocaren a los dichos Tribunales los dichos*

Iueçes

A *Iuçes hayan de yr à caſa del dicho Conſultor ſegun por el dicho capitulo ſe diçe, y diſpone. De Santo Lorenço à 16. de Agoſto 1595. YO EL REY.* Regij æquali modo in Patrimonij Tribunali, ſi Præſes neutiquam interſit Conſultorem præſidere certum eſt, cum illa, vt Regij protector Patrimonij proponat, quæ committi exequutioni debeant, Præſidis quamuis locum in capite occupare repellatur, & cum ipſe non adeſt, ex Ra-
B tionalibus magiſtris antiquior hoc ſuſcipit: & præteritis quamquam temporibus communi conſiliariorum in ſcamno ſedem haberet, ac ſpectabilis, alij ſicut Conſiliarij oſtenderet titulum Catholicæ tamen Maieſtatis ex mandato, ſupremi conſiderata officij qualitate, ac negotiorum conditione, Proregis in aſpectu tradita fuit. Quemadmodum & permiſsa Præſidi, ſella, quæ magnam
C Prorege coram, dignitatem confert, & etiam ex Pragmaticæ ſtatuto, in titulorum materia, tempore regiminis Comitis Albæ Aliſtæ Illuſtris traditum fuiſse honorem clarum eſt, vtrumque licèt Conſultori Sabaudo antea fuerit ex Rege denegatum. Accedit, quod Regio è ſtatuto cum Illuſtribus Præſidibus in criminalium reuiſionibus cauſarum, ac Regij Patrimonij fiſcum inter, ac pri-
D uatum infert iudicium. ſolus etiam Iudex habetur, ſi de competentijs Regijs in Tribunalibus diſſidcatur, quæ cuncta Maſtrillus *diſſerit de magiſtrat. lib. 5. cap. 7. per totum.* Vbi autem Præſidis officio conſultor fungitur propriam adit ſedem, non verò Præſidis ſellam, vt in ſimili dixit Farinac. *deciſ.* 288. *parte 1. in ſelectis.*

E Atenim, vt Illuſtrem inter Preſidem, & Conſultorem euitentur diſsentiones vrbanitatis quoad modum, infraſcripta Inuictiſſimus Iberiæ Moderator Carolus Secundus, & Maria Anna Mater Regina Gubernatrix ſtatuere in cõtentionibus habitis inter Illuſtrem Regentem D. Horatium la Torre Magnæ Regiæ Curiæ Præſidem, & Illuſtrem D. D. Petrum Guerrero Conſultorem ſic

El Rey, y la Reyna Gouernadora Illuſtre Duque de Alburquerque primo gentilombre de la Camara del Conſejo de eſtado theniente General de la Mar Virrey Lugar teneinte, y Capitan General del Reyno de Sicilia. Haſſe viſto vueſtra carta de primero de Nouembre paſado, en que me days quenta de la competençia, que el dia ocho de Octubre anteçedente ſe hauia ſuſcitado entre el Regente Don Oratio de la Torre Preſidente dela Gran Corte, y el Conſultor D. Pedro Guerrero, entrando eſte en el Tribunal dela Gran Corte ala conferenda de cauſas fiſcales, y conſeruandoſe ſentado, en ſu ſilla el Regente Preſidente dejando de reciuir al Conſultor con la corteſia, que diçe ſe ha accoſtumbrado con ſus anteceſores, y habiendoſe tenido preſente todos los papeles, y informes que accompañan vueſtra carta he pareçido deçiros la nouedad, que me ha hecho, y lo que hè extrañado eſta controuerſia, no hauiendo notiçia que por lo paſſado ſe haya ſuſcitado por ninguno de los que han ſeruido eſtas pueſtos entre los quales ſiempre ſe ha obſeruado la corriſpondençia en las corteſias à ſatisfaçion de entrambas, y conforme al decoro de ſu occupaçion, y grado, y porque entre Miniſtros de tal ſupoçicion es neceſſario atazar qualquier motibo de diſcordia, y ouiar otras ſemejantes; os ordeno, y mando los llameys, y deys a entender eſto por quanto eſtimare ſe conſerben con la union, que combiene à my ſeruicio, y en quanto à lo partitolar de ſu competencia he reſuelto para poner regla fixa, en el trattamiento de ambos, que de à qui adelante ſiempre que el Conſultor entre e nel Tribunal dela Gran Corte hagà la corteſia, que es coſtumbre, y de razon, ala qual correſponda el Tribunal poniendoſe en piè come haſta à qui, y el Preſidente ſe quiterà ſolo el ſombrero, y eſpeterà ſentado à quel Conſultor paſſe à tomar ſu ſilla y quando lleue à ella ſe lebanterà el Preſidente de ſuya poniendoſe en piè, y ſe hazeran cortecia reciproca, y luego ſe ſenterà el Preſidente, y immediatamente el Conſultor, deſpues de haber ſalutado los miniſtros de el Tribunal, que ſaran los que en el vltimo lugar han de ſentarſe, y las vezes, en que el Pre-

F G H I K

A *el Preſidente viniere al Tribunal eſtando*
ya los Miniſtros, y Conſulton en el, en tal
caſo el Preſidente al entrar ſe quiterà el
ſombrero, y harà corteſia al Tribunal; y
todos los Miniſtros de el, y tambien el Con-
ſultor ſe pondran en piè eſperando à ſi a que
el Preſidente haya tomado ſu ſilla, y eſtan-
do en ella antes de ſentarſe ſaluderà en pri-
mer lugar al Conſultor, y luego a los demas
Miniſtros, que le han de correſponder en
B *la deuida forma, y ſe ſentarian por la orden*
arriba dicha, y en quanto a los demas Mi-
niſtros de qualquier esfera, ò claſſe, que ſean
ſe continuarà la obſeruançia, y eſtilo, que
haſta à quì ha habido, y porque al tiempo
de trattarſe de eſta materia ſe ha viſto vn
memorial de Don Felippe Guerrero en nõ-
bre de ſu padre Don Pedro Guerrero, en
que ſuplica, que en aſençia del dicho Con-
ſultor ningun Miniſtro del Tribunal de la
C *Gran Corte pueda occupar ſu ſilla, como ſe*
ha praticado haſta à qui atẽto à que el Pre-
ſidente D. Oratio innouando en eſto hizo ſe
ſentarſe en ella, el Iuez Ebdomadario no
obſtante la replica, que hizo, y la que tam-
bien hizo D. Placido Daynotto he tenido
por bien de mandaros deys las ordenes cõ-
benientes para que de aqui adelante en los
dias de conferenda de cauſas fiſcales ſe deze
vaçia la ſilla del Conſultor, ſin innouar en
eſto, como es eſtilo, y lo miſmo ſe obſeruerà
D *en los demas dias ſi fuere coſtumbre: y en*
caſo, que contra eſta mi reſoluçion, ò en al-
guna parte de ella haya que repreſentar me
informareys dello con vueſtro pareçer, pero
ſin ſoſpender la execuçion deſta mi real or-
den, mentras yo no la mandare alterar, pues
aſſi combiene a mi ſeruiçio, y que ſe obſerbe
en eſta conformidad aora, y en lo venide-
ro, y para ſu cumplimiento dareis las orde-
nes, que combengan, y fueran neçeſſarias;
E *que aſſi proçede de mi real voluntad. De*
Madrid a 30. de Diziembre de 1669.
YO LA REYNA. con rubrica del Preſid.
Curate Secret. vidit Gallarati Reg. vidit
Velaſco Reg. vidit Torre Reg. vidit Ioppu-
lus Reg. vidit Marcianus Reg. Præſentata
Panor. die 3. Martij 1670.

DE HIS, QVAE PERFECTVM *Conſtituunt Conſultorem.* F

Cap. I.

CONſiliariorum nonnulla de quali-
tatibus à me conſcripta in prima G
belli capitulo, in quo de conſilij ne-
ceſſitate in belli, & ſtatus ſumma fue-
re; præſenti hac de cauſa in loco, quæ
ibi præterire viſus ſum, pertractabo; &
quoniam cõſilium ſui ipſius non ſolum
deliberatio habetur, ſed etiam cũ alijs
inueſtigando, inquiſitionem, electio-
nemque faciendo verſatur; propterea
qui conſilia, vt Conſultor iſte, depro-
munt, Dei excuti formidine, ac veri- H
tatem ardenti proſequi pectore cogun-
tur; vt Exodi patet *cap.* 18. ibi: *Prouide*
ex omni plebe viros potentes, & timentes
Deum, in quibus ſit veritas, & qui ode-
runt auaritiam. Et huiuſmodi hac de
re debet Conſultor haberi, vt æternam
in obliuionem haud immittat ſalutem.
Can. ſancimus 1. *quaſt.* 7. *Can. ſanctum eſt*
de conſecrat. diſtinct. 4. In conſilijs ete-
nim Chriſti primo conſilium quæri ne-
ceſſe eſt; quis namque maiorem Chri- I
ſto prudentiam demonſtrat? eoquod
ipſe eſt, qui ex abſcondito conſilia
præbet, vt dicitur in Eccleſ. *cap.* 39. Et
quomodo eis erit in Conſiliarium Chri-
ſtus, qui eius immò pectoris non inclu-
dunt penetrali mandatum? vt *in capit.*
iudices, & in cap. in grauibus, & cap. qui
ſine 3. *quaſt.* 7. Quocumque quoniam
Conſultor tempore ſupernum rogare
Numen adſtringitur, vt æquum ſibi K
conſilium infundere non dedignetur; ex
eo quia Deus propè vocantes ipſum
adeſt: vt legimus *in Pſalm.* 44. *& in* 1.
Iacobi. Si quis ſapientia indiget poſtulet à
Deo.

Quam neceſſaria ſecundo moralis
Philoſophiæ cognitio Conſultori ha-
beatur Sophocles in ædipo demonſtrat.

A *Improbam in mentem bona conſilia non cadere.* Ex ipſo recepimus, & explicauit Seneca *epiſtol.* 90 ita: *Huius enim opus eſt, de diuinis, humaniſque verum inuenire; ab hac nunquam recedit Iuſtitia, Pietas, Religio, & omnis alius comitatus virtutum conſertarum, & inter ſe cohærentium.* Et *in epiſt.* 16. *Innumerabilia accidunt ſingulis horis, quæ conſilium exigunt, quod ab hac petendum eſt.* Probis igitur B Conſultor moribus ſit: vt monitum Ambroſij habetur *in lib. offic.* 2. *cap.* 12. ita. *Quis enim in cœno fontem requirat? Quis de turbida aqua potum petat? Quis vtilem iudicet cauſæ alienæ, quam videt inutilem vitæ ſuæ? Quomodo potes eum iudicare conſilij ſuperiorem, quem videas moribus inferiorem?* Qua verò effici forma valet, vt qui ſceleribus deturpatam, & voluptatibus infectam demonſtrat C vitam, quidquam viro dignum vel conſilio præponere, vel agere? Quapropter qui dare conſilium adſtringitur alienam ex vitiorum labe procul tenere prudentiam adſtringitur: eoquod nil fœdum in ipſam ruit: ideo Afflictus in *Conſtitut. Regni rubr.* 45. *lib.* 1. *de ſeruando indem. num.* 50. ſcriptum reliquit. Conſultorem illum eſſe, qui vitam ratione præteritos per annorum curſus traduxerit, vt aliquo turpitudinem de D vitio minimè præſeferat, at ex anteacte ſpatio vitæ perfectum velut exemplum conſtituatur, cum Ariſtotele ad Alexandrum concluſione illata; quod qui cauſa ſibi ipſi perditionis exiſtit leuiori alijs forma ruinæ tribuat impulſum.

Pernеceſſariè tertio in Conſultore legalis requiritur ſcientia: vt magnam ſcilicet in ipſa peritiam poſſideat, certũ eſt enim legum ignarum illa negaturũ, E quæ ſtatuta veritatis ergo fuere. Nullo qua de cauſa modo conuinci in illis valet, vt in *Authen. de tabellion.* §. *nos antẽ.* Si quidem hac ornatus facultate Conſultor, haudquaquam (vt ſæpiùs nonnulli) quod affectuum ſuggerit impetus, vt, quidquid lex, verumque ipſum exigit, Principi perſuadere curat: æquitatem ipſe et enim veneratur; boni iuſtique profiteri notitiam minimè dubitat, F æquum vult ab iniquo ſeparatum, & licitum ſegregat ab illicito. *l.* 1. *ff. de iuſtitiâ, & iure.* Quale namque prudentiæ regimen in tot negotiorum amfractibus proprio depromet ore omni expoliatus doctrina, cunctos cum ex ignorantia genitrice, velut filios produci errores dubium non ſit. *cap.* 1. 38. *diſtinct.* Legum propterea ſcientiam neutiquam debet à ſe Conſultor repellere. G *cap. ſi ergo in fine* 8. *quæſt.* 1. Ne cum oſtendat literarum defectus cæco ſimilis reddatur. *cap. poſt translationem* §. *item ſi quis de renunciat.* Afflictus *loco ſupra cit.* Omni ergo erit ille dote ornatus, qui & iura continens, & leges contraria poterit euitare: vt dixit Plaut. in *Epidic.*

Sed enim quid circa eloquentiam mihi verborum erit? cum illa peculiaris ſit dos Conſultoris; H nam præclarè non ſolum ſentire, prudenterque conueniens eſt ipſi intelligere, rectè verum etiam, quæ ſenſerit, & aptè ad perſuadendum explicare; propterea penes Priſcos, vt Quintilianus refert, quo magis quiſque pollens in dicendo erat, eo in Principum animo ſatis gratiæ, apud Patres authoritatis, & notitiæ plus penes plebem ſibi comparabat; illos ete- I nim non præteribat, & eleganti auditorum pectora oratione irretiri, & profluenti, ordinatoque mentes allici eloquio, ita vt & ornata dicendi vis trahere vel ſaxa poſſit: vt idem *in Epiſtol. Arria. lib.* 3. Certet igitur, prout vires ſuppetunt, ſeſe facundia Conſultor armare, cum benè maiorem eloquentia efficaciam fortitudine præſeferat: vnde Alciatus *Emblemate* 180. ſic de Her- K cule.

Arcum læua tenet, rigidam fert dextera clauam,
Contegit, & nemeus corpora nuda Leo,
Herculis hæc igitur facies? non conuenit illud,
Quod vetus, & ſenio tempora cana gerit:

Quid

A *Quid quod lingua illi leuibus traiecta catenis*
Queis fiſſa faciles allicis aure viros?
Anne quod Alcidem lingua non robore Gallis
Præſtantem populis iura dediſſe ferunt?
Cedunt arma togæ, & quamuis duriſſima corda
Eloquio pollens ad ſua vota trahat?

B Placuit quinto *dicto in lib. 1. rubr. 45. de ſeruando indem. num.* 52. Afflicto vt Iuſtitiæ Conſultor aſſecla exiſtat: nam qui iniquus habetur, pari qua reliquis forma, ſibi prouidet, temporalium ne tantam bonorum auiditatem demonſtrent: at de ſtipendijs à Rege conſtitutis ſit contentus, ſi tranſgreditur enim ex munere depellitur; vt *in authen. de mandatis Principum, §. Principum*. Om-
C nium namque radix malorum cupiditas exiſtit; vt *in Authen. Iudices ſine quoque ſuffragio*. Exoculata nec non temeraria animi moderatrix habetur, cuius nullo tempore ſitis valet expleri: ſecundum Cicer. 1. *de inuent.*

Vigili ſexto curare diligentia Conſultor compellitur, vt ebrietatem fugiat, & luxuriam abhorreat: vt dicit Ambroſius *lib. 2. de officijs.* At caſtitate
D ornatus continentia, & ſobrietate ſit, *cap. vinolentiam 35. diſtinct.* Conſcientiæ namque tenebras, rationi ſepulchrum luxuria parat. *cap. ſanè 45. qu. 1.* Qua de cauſa rectè Ariſtoteles conſiliũ Alexandro præbuit; ne vino indulgentem, & ebrietatis amatorem nuncium quoque mitteret.

Vt veritatis amans, & à mendacio procul ſeptimo abeat, *cap. bona 12. qu. 2.* Suum propterea conſilium haudequi-
E dem debebit Conſultor à veritate deuium; ſed & iuſtum, & æquitate decorum præbere. *cap. non licet 11. quæ. 3.* & caueat, ne ſimulationem complectatur: qui etenim adulationem ſectatur Conſultor, minimè talis, ſed hoſtis accipit nomen, at Principis nuncupatur deceptor, proditioniſque vocatur eſca. *cap. Clericus diſtinct. 46.* Adulatoris enim maius nocumentum lingua, quàm ho- F
micidæ gladius affert: vt Auguſt. *ſuper Pſal. 49. Dauidicum*: quapropter conſilium *in Pſal. 33.* Conſultor ſequatur, vt ſuam longè à malo arceat linguam, & labijs prohibeat ſuis, ne mendacium audeat loqui.

Solertiam octauo laudibus extulit Afflictus; ſummo namque dignam eſtimauit negligentiam vituperio: quę quidem duplici conſiderari forma poteſt. G
Primo, vt eſt requiſitæ omiſſio ipſo in opere externo, & illam ſic virtutem contra venit, in qua ipſe verſetur; deindè vt neceſſariæ in intellectus actu, ex quo & ſtimulatur voluntas, & dirigitur, & externæ ad exequutionem vires excitantur, diligentiæ habetur omiſſio, & tali modo prudentiæ extat contraria; qui ergo ſeſe negligentiæ committit in culpa eſt, *§. penult. inſtitut. quibus modis* H
tollitur obligatio. Et Conſultori, ex quo nullam adhiberi videmus ad opera induſtriam, optimè quidem valet honorarium detrahi. ſecundum Angelum *in l. vacantia in verbo Præſes, C. de bonis vacantibus lib.* 10. Afflictus *num. 55. in fine.*

Iracundiæ nono audaciam, & celeritatem repellendam affirmauit. Afflic. *ſub num.* 56. Feſtinatio etenim & ira I
contraria ſunt conſilio; vbi namque furor eo intellectus ex loco ſplendor abeſt: vt notata *in l. 1. C. vnde vi*, iuxta Baldi doctrinam, *in cap. clerici de vita, & honeſtate clericorum*. quàm peſſimi autem ſint iracundię effectus inde oſtẽditur; ſupernæ quoniam ſimilitudo corrumpitur imaginis, dum in iacturam manſuetudo abit, vt Diui Gregorij aſſertum habetur: ſapientia namq; adeò
amittitur, vt quidquid, quo ordine, K
quibus modis agendum haud cognoſcatur: intelligentiæ quoniam fulgorẽ ira ſubtrahit, cum mentis commouens tranquillitatem, confuſionem aduehat; vt idem Gregor. *lib. moral.* 5. affirmat: æquitatem ira pellit: eoquod dum exagitatus intellectus, iudicium abſque ratione exaſperat, quidquid furor ſug-

A gerit optimum reputat Conſultor: ipſius enim opera inſontes non rarò ad crimen impellit: quia du m iuſto iraſcitur, aliena coercere peccata deſiderans grauiora ex ipſo committi peccata certum eſt.

Nonnullas tandem Afflictus *à nu. 6.* notatas voluit Conſultoris qualitates. Opus nimirum eſſe: vt honeſtatis decorum, maturitatis graue, ſuo pro Marte B conſeruet, riſum procul eijciat, orioſa non proferat verba, votum iuxta legum dictamina præbeat, cum proprios in ſana non autem corrupta pedes firmet conſcientia, & vigili caueat ſtudio, ne amicitiæ vinculum, immicitiæ diſſidia, dominationis, libido amoris propenſio, timoris formido, aut odij calor æquum ab ordine ſuo ſenſum deturbent: qui enim dubijs conſilium tribuunt de re- C bus, ex odio procul eſſe proprio coguntur ex munere. Animaduerrat etiam, ne ſociorum, qui conſiliarij, opiniones (abſit) veritatem contra votum adferunt, & doctrinas, ſeſe à iuſto abire adſtringant: & patientia obarmatus alieno potius emolumento quàm ſuæ cõſilium voluntati tribuat; humaniorem, ſi in dubijs verſetur, tutioremque ſeligat viam, & diligenter ſtudeat, ne id aduerſus, quod clarè affirmauit, venire D contendat, conſumationis dempto, quod ante actum in meliorem conſilium velit ſtatum reuocare; quoniam, quæ in continenti fiunt ineſſe videntur, & quæ in continenti efficiuntur, ſuſpicione carent: *vt in Auth. de aqua dotis, §. ſi autem col. 7.* Sapientis etenim animi eſt in aptiorem ſuum mutare propoſitum: *vt in §. 1. Auth. de nuptijs.* Adde quod id E agere ex interuallo ipſi permittitur ſi optima vel ratione impellitur, aut lege: *l. Diui ff. de iure patronatus:* ſæpius namque Prætor variationem haudquaquam abhorret *l. nonnunquam ff. de coll. bonorum*: aliter minimè auditur *l. cum hic ff. de tranſactionibus l. qui falſa ff. de teſtibus:* Additionator ad ſpeculatorem *rubr. de requiſitione conſ. ỹ, in verbo, ſimilia lib. 2. parte 2. fol. 768. litera A.* Tuſcus *litera C. concluſ. 771. num. 9.* F

Omnibus atenim conſtat Aſſeſſorum inuentum officium, vt ipſorum ex peritia legum ignaris ordinariam retinentibus iuriſdictionem Iudicibus auxilium afferretur. *tot. tit. ff. & C. de offic. Aſſeſſor. Authen. de Iudicibus in princip.* Menochius *de arbitr. caſu 253. nu. 1.* Quemadmodum, & delegatum habentibus: vt fuit in placitis Bartholi *in Auth. de Iudic. §. ſi quis autem num. 2.* Cum legum etiam inſcij conſtitui Iudices poſſint: vt voluere Scaccia *de ſententia, & re iudicata glo. 3. parte 2.* per Tex. *in l. certi iuris*, & ibi DD. *C. de iudi:* Aliqua G dummodo tamen prudentia decorati extent Maſtril. *de magiſtrat. lib. 2. cap. 3. num. 39.* Legalis quoniam in Iudice ſcientiæ defectus excipit ab Aſſeſſore ſuplementum Purpuratus *in rubr. de officio Aſſeſſoris num. 5.* Iura propterea nequaquam diſpoſitionem eliciunt, vt H doctoratus, & inſignia, & gradus in Iudice, at cauſarum inueniatur peritia Scaccia *dicta Glo. 3. quæſt. 2. num. 10.* Cum Iuriſconſultos excipere Aſſeſſores, & eligere valeant *l. 1. & l. liceat C. de Aſſeſ. & domeſt.* Cagnolus *in l. diem functo nu. 20. C. eodem* Menochius *de Arbitrar. caſu 253. num. 6.* Canoniſtæ *in cap. cum ab omni de vita, & honeſtate clericor.* Iudici adde quod, electus poſt L quàm fuerit, Aſſeſſorem Superior conſtituere poteſt, ac deputare Cagnolus *loco citato num. 21.* Purpuratus *dicta rubr. num. 71.* Qui proprium ſolummodò conſilium tribuere compellitur, non autem Iudicium inferre, cum nulla præbeatur Aſſeſſori Iuriſdictio. Cagnolus *loco citato num. 16.* Viuius *opin. 55 1. n. 12.* Scaccia *de iudicijs cap. 14. num. 5.* Lon- K gò, & ſi modo Iudicis excipiant nomen: vt voluit Decius *in l. omnes ff. de offic. Aſſeſſor.* Iuriſdictionem attamen ſtatuti vi concedi permiſſum eſſe nemo negat: vt ſcripſit Bartol. *in l. præcipimus §. quod ſi à Duce C. de Appellationibus* Addentes ad Marcum *quæſt. 290. in verbo Aſſeſſores.* Quemadmodum ſi tribuatur Conſultor, vt collega, & officij particeps

A ceps, fuiſſet. Scaccia *de ſententia, & re iudicata Glo.* 13. *poſt num.* 46. Nullum quoniam dubium occurrit, permiſſum Principi eſſe, vt Iudicum augeat numerum, cum ad nutum ab ipſo magiſtratus creari certum ſit Maſtril. *de magiſtr. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 31. Theſaurus *deciſ.* 1.

Quod cæteros verò ad Conſiliarios pertinet, ex eo quia Conſultor, aut etiã conſiliarius alio vocatur ſub nomine
B Aſſeſſor. Speculat. *rubr. de aſſeſſ. lib.* 1. *parte* 1. *num.* 1. §. *aſſeſſor fol.* 102. Quo in loco illum appellat Aſſeſſorem, quem ille, cui ad iudicandum facultas ineſt, ſibi aſſociatur, vt in cauſarum aſſiſtat cognitione, & ipſum ad rectè inferendam cauſæ deciſionem, erudiat. *l.* 1. *C. de Aſſeſſoribus.* Qui alio Conſiliarius titulo nuncupatur. Propterea de Aſſeſſoris, ac Conſiliarij officio hic, opportuno veluti
C in loco, quidquam attingere haud equidem laborioſum putabo.

Et notatum inter cætera, primùm volo, quod regulariter minimè Iudex compellitur, vt alieno cauſam tribuat conſilio diſcutiendam; imò ſi eam commiſerit, reuocationem, prout ipſius eſt libitum, valet adducere. Bald. *conſ.* 170. *lib.* 3. Dempto, quod adhuc iuuenta floridus eſset, vel nullam legum habe-
D ret peritiam: hoc eoquod in caſu Conſultoris cogitur ſibi electionem facere. Albertus de Rampo. *tract. de conſilijs habendis in principio.* Illiuſque totis amplecti viribus conſilium. Decius *in cap.* 2. *num.* 17. *verſic. ex quo infertur.* Vbi dicit eſse notabile de Iudicijs. Excipias tamen, ni Iuriſconſultus, qui aſſumpſerit Aſſeſſorem extet; tunc etenim ipſius poteſt è conſilio declinare. Scaccia *de ſentent. & re iudicata glo.* 13. *num.* 10.
E Iuriſperitus etenim rigoroſum conſilij rationes ad examen cogitur vocare, authoritateſque inſpicere: an ſibi expediens habeatur id exequutioni tradere. Vantica *de nullit. & defectu iuriſdict. nu.* 155. Taliter vt, cum iniquum, aut clarè præſeferens iniuſtitiam conſilium, ſit, nullo illud ſequi modo adſtringitur. Viuius *opin.* 711. *n.* 6. Riccius *coll.* 4188.

verſic. quod verum parte 9. Fontanel. *de* F
pactis nuptiali. clauſ. 4. *glo.* 10. *parte* 1. *poſt num.* 164. Marcus *quæſt.* 291. *num.* 4. *& queſt.* 295. *nu.* 3. *parte* 2.

Secundo habetur, quod ille, de qua facta electio fuerit Conſultor, vt conſilium ferat, ſi ſubditus eſt, Iudicis opera impellatur. Albertus de Ramp. *in dicto tract. de conſil. habendis inter tract.* Bartol. *num.* 3. *verſic. ſi autem Iudex.* Idem voluit *in l.* 1. §. *ſi plures verſ. quæro ſe-*
cundo. num. 9. *ff. de exequutoribus.* Excu- G
ſatio attamen Conſultori præbetur, ſi poſtquam munus acceptauerit, aliquod ſuperueniſſe impedimentum clarè pateat. Bartol. *in ſupl. ad dictum tract. verſic. ſed quid ſi Conſultor.* Alium hac de cauſa illius loco neceſſe eſt conſtitui. Bartol. *loco ſupra citato*, quod ſi cauſa, circa quam ferri Conſilium oporteat
maximi ſit ponderis, & non exiguam H
aduehat difficultatem, haud ferme denegatur, vt alium ad ſui opem in ſocium petat conſultorem; cum ſolus conſiliũ tribuere nequaquam velit, conſultor. Albertus *in loco ſupra citato num.* 5. *verſic. ſed quid ſi conſultor.*

Tertio venit, quod ad reſarcienda parti damna Conſultor in obligatione permanet, iniuſtum vbi tribuerit conſilium, ex dolo, Romanus *conſ.* 228. *in*
fine; vbi Apoſtilla in verbo, obligatus I
eſt; Nec aliquo permittitur conſultori aut Iudici modo, commiſſa poſtquam Conſilio cauſa fuerit, vt aliquas admittat exceptiones; imò nec etiam inſtrumenta, inſtructa quoniam cauſa dicitur, informationes licèt formato valeat ex proceſſu audire. Angelus Aretinus *conſ.* 55. *num.* 10. *& ſequenti. verſic. propterea,* vbi latè.

Occurrit Quarto, quod Conſultoris K
inter officium, & exequutoris diſcrimen intercedit: hac de re, qui conſiliũ tribuendi retinet facultatem exequi nulla forma valet; vnde ſi quidquam exequutioni tradat, haud inerit actis validitas, cum alius ſibi contra legem vſurpet munus, quod alienæ commiſſũ fuit induſtriæ. Oldrad. *conſ.* 209. *nu.* 10.

ver-

A *verſic. debet ergo.* Suum quamuis conſenium exequutores præſtiterint. quo in caſu conſilium tribuendi poteſtatem demonſtrans illorum exiſteret ſuperior; ex reuerentia etenim ipſi videntur indulſiſſe: ſatis autem eſse, quod ipſe neutiquam exequi, ſed conſilium afferre debuerit. Oldrad. *dicto conſ.* 209. *n.* 11. *verſic. non obſtat.*

Quinto inſurgit, quod nulla Conſultori cauſæ præbetur cognitio; ipſius B propterea in aſpectu minimè iura produci neceſſe eſt, vbi concluſum in cauſa fuerit: quod aliter eueniet, ſi nequaquam fuerit concluſum: clara quoniam inſtrumenta edi cum iuramento poſsũt, quod recenter ad producentis occurerint notitiam. Baldus *conſ.* 309. *num.* 2. *verſ. modo venio lib.* 2. Circa expenſas autem, & melioramenta perpetuam rei, de qua tractatur, ad vtilitatem perpatra- C ta, excipi valet, etiam poſtquam fuerit cauſa Conſultori, vt præbeat conſilium tradita. Huiuſmodi namque exceptionem admitti decens eſſe etiam in exequutione affirmauit Bald. *in dicto conſ.* 309. *in fine verſic. ſuper quarto lib.* 2.

Sexto adeſt, quod Conſulroris conſilium omnibus ſuper, ad conſilium tribuendum è Iudice miſsis, præbetur; aliter ſi ſuper parte aſſeratur, & ſuper D eo ſententia fuerit adducta, nullum retinebit vigorem conſilium, ac etiam ſententia, vel ſaltem opus erit, vt reſcindatur. Baldus *conſ.* 481. *vertente queſtione in fine verſic. ſed ſequitur lib.* 1. Quod equidem conſultoris conſilium illas dari quoad res debet, circa quas expoſcitur: nam ſi extra, quæ petuntur fuerit allatum, haudequidem tale ſectare conſilium Iudex adſtringitur Baldus E *conſ.* 246. commiſſus fuit *dicto lib.* 2. Quo aſſerit in loco; quod ſi fuerit articulus commiſſus an plena fuerit forma probationem ſortitus, & explicatum ex Conſultore ſit ſemiplenè fuiſse probatum, at differri iuramentum decreuo, quoniam extra petita conſilium præbuit, illud propterea ſequi Arbitrer minimè cogitur, eoquod ſolummodo reſponſum dare Conſultor tenetur, an F fuerit plenè, vel ex aduerſo probatum, & conuenit omnia Conſultori eſſe acta tranſmiſſa, nam aliter ſectari neutiquam conſilium cogitur, ſi haud fuerint inſpecta ex Conſultore acta. Bald. *conſ.* 226. *viſis instrumentis, & conſilio ſequenti lib.* 2. vim tamen conſilio ineſſe, ex quo, *abſoluo, ad abſoluendum fuerit deprompium, & ad condemnandum condemno*: eſt in placitis Fulgoſij *conſ.* G 13. *circa primum num.* 2. Vt pari modo efficaciam includere ſententiam ad ſapientis conſilium ductam, ſi ſcilicet valorem præſefert conſilium voluit, Fulgoſ. *loco citato num.* 2. *verſ. ad ſecundum.*

Septimo eſt in cauſa, quod, cum datum fuerit conſilium, illud cogitur Iudex aſſumere, ac partibus, quæ citatæ ſint, vel abſentes, aperire, iuxta, quod, H vel abſolutum dimittere, vel condemnatum punire quemquam debet. Albertus de Rampo. *in tract. de conſilijs habendis inter tract. Bartoli folio* 181. *n.* 9. *verſic. non quaro.* Et expreſſa quamuis Iudex forma dicere abſoluo, cogatur, vel condemno quemadmodum in conſilio, ſi explicaret tamen; ſententiam profero: ſicuti in conſilio tacitè conſpicitur relationis medio aſseruiſse condemno, aut etiam abſoluo, quod ſuffi- I ciens eſt: tutius licèt exiſtat; expreſſa ponere verba. Idem Albert. *in dicto tract. num.* 9. *verſic. ſed ponamus.* Cuiuſmodi equidem conſilium legi Iudicis opera, vel arbitri neceſſe eſt, priuſquam iuxta conſilium ſententia inferatur: nam ſi ſententiam, priuſquam fuerit apertum conſilium, adducat, nullam illa vim includeret, Arbitratoris quamuis in lau- K de aduerſum eueniret; vt voluit Lanfrancus de Oriano *tract. de arbitr. in vltima parte quaſt.* 40. Demas tamen, ni labi ſententiam Iudex conſpiceret, eo quod tunc valet ſententiam adducere, Abſoluo, aut, condemno, pronuncians, quemadmodum in conſilio, quod tribui debebit: per ea quæ tradunt Iacobus Butr. *in l. hac ſententia C. de ſententia*

A *tia ſine tert. quaeſ.* quem ſequitur Bald. *in §. cum Lex C. de ſententijs , & interlocutorijs , & conſ.* 229. *lib.* 1. & venit Decius *conſ.* 517. *nu.* 1. Iſtud namque penpartari ex neceſſitate certum eſt , quod ex contrario euenit , ſi nulla interſit neceſſitas.

Octauo affirmo , quod cum pendens adhuc extet conſilium , vt pote quia commiſſa fuerit Conſultoris ad conſiliũ cauſa , hoc inſtantia currat ſpatio , co-
B quod nequaquam dicitur ſuſpenſa, Maranta *in praxi in quinta parte num.* 41. *verſ. decimo octauo limita* Bartol. *in l.* 1. *in* 2. *notab. C. de relat.* Nec etiam quando Iudicis quieſcit officium , cum cauſa è Conſilio pendens ſit. Maranta *loco citato* Angel. *in l.* 1. *C. de relat.* Commiſſio etenim ſapientis facta conſilio haud quaquam de illis eſt , quæ ſuſpenſam
C Iudicis reddunt iuriſdictionem , at recuſationis potius , ac etiam ſimilis Appellationi habetur Alex. *conſ.* 238. *ponderatis num.* 8. *verſic. non enim eſt opportunum lib.* 6. Adde quod, ſi ſtatutum ſapientis conſilio cauſam tradi mandet,è ſola petitione Iudicis ſuſpendi Iuriſdictionem quemadmodum ex appellatione,ſi congrua ſit habetur in placitis Romani *conſ.* 235. *quoad primum num.* 10. *verſic. quoad octauum.*

D Explico , Nono, quod ſpiritualis Conſultor Iudicis, iudica Epiſcopi , vel alterius eſſe laicus poteſt : Conſultor etenim, nec iudicium ferr, nec aliquam adhibet Iuriſdictionem , & conſilium tantum affert: per Tex. *in l. ſi alia C. de ingen. & manumiſ. in verſic. ſi tractatam cum peritioribus habuiſſes , facile cognoſceres* : quoniam cum conſilium tribuat
E propriè neutiquam iudicium ferre dicitur;ac tali adeſſe obſeruationem conſpicimus : optimè tamen , quod nequaquam nominari in ſententia , veluti iudicium aduehens, valet; non eſt enim in ſententijs Iudex , quæ per poteſtatem afferuntur, at velut Conſultor. *l.* 1. *ff. de officio aſſeſſ. r.* & ibi Bartolus. Vt æquali ratione ſæcularium Conſultor eſſe Clericus poteſt Conſultoris quoniam officium haudequidem publicum extat. *l.* 4. *C. de aſſeſſor.* Sanguinis dempto , F
quod in cauſa Conſultor ſit prohibitum namque ideſt *extra ne Cleric. vel Monac.* Speculator *de Aſſeſ.* §. *debet. nu. fin.*

Decimò profero quod, & ſi à Iudice Conſultoris fiat electio, vt ſuperius fuit explicatum , ſecurius tamen habeatur , vt , cum partium adſit aſſenſus, deſumatur, *cap. non ſane* 14. *quæſt.* 5. Ne ex partibus aliqua illum valeat poſtmodũ G
recuſare , vt dixit Fuluius Pacianus *de probat. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 3. & 53. Et huiuſmodi , quod in caſu minime neceſſaria dicitur ſuſpicionis cauſæ probatio, leue quoniam circa præiudicium agitur. Iacobus de Laurentio *de Iudice ſuſpecta cap.* 4. *num.* 1. *cum ſequentibus* Barboſa *in cap. poſtremum num.* 14. *de Appellationibus* Farinac. *in fragm. in verbo, Iudex num.* 718. Aut etiam ne ſuſpecto ſub Iudice litem agere compel- H
latur. *argum.* Tex. *in cap. ſuper quæſtion.* §. *verum , de officio delegati cap.* 3. 11. *quæſt.* 1. *cap. ſtatuam,* §. *aſſeſſorem de reſcriptis in* 6. Qui etenim ſit ex ipſo ſemel electus, nullo improbari modo, niſi interſit cauſa, valet. *l. nemo C. de aſſeſſoribus cap. horrendus* 32. *quæſt.* 5. *l. honor* §. *fin. ff. de muneribus , & honoribus cap. dilectiſſimi* 8. *quæſt.* 2. Suſpectorum hac I
de cauſa, vel non, tribui tabula per partem debet , doctorum : at ſi concordes minimè partes reddantur electionem facere , quemadmodum videatur expedire , Iudici conuenit, *argum. cap. cum ſpeciali, extra de appellatio.* Inuitæ licèt ille fuerint, in inuitum namque iudiciũ infertur. *l. inter ſtipulantem ff. de verborum obligat.* Et ſi Iudex, ex quo deuenit electio, circa ipſius teneatur factum *l.* 1. K
C. de Aſſeſſ. de quibus omnibus differit Speculator *de Aſſeſ.* §. *eligitur per totum.*

Occurrit Vndecimo , quod Conſultores illi, quorum ſit ex publico electio ordinarij nuncupantur Iudices : ſecundum Odofredi ſententiam , & iura per eum adducta. At , ſi ex poteſtate conſtituantur , delegatos ipſos haberi certum

Digitized by Google

A tum eſt: allegat citatus *l. à Iudice C. de Iudicijs l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict. l. diem functo ff. de offic. aſſeſ.* Addictio. ad Speculat. *dicto tit. de aſſeſ. §. officium.*

Firmum duodecimo eſt, quod Aſſeſſoris teſtimonio nulla ea præbetur in cauſa fides; in qua functus Aſſeſſoris munere fuerit: *cap. ſtatuendum 2. quæſtione 6.* & ibi Gloſa *in verbo vel cognitor*. Capell. Tholoſ. *deciſ. 143.* & lariſſime Addictionatores *in cap. cum dilecti*
B *de electione*. Speculat. *in tit. de teſtibus, §. 1. verſ. item ponitur.* Cynus *in l. nec in arbitr. circa finem. ff. de arbitr.* Vt pari etiam forma nec Aduocato, in qua poſſit Aſſeſſor eſſe, cauſa. Speculator *de Aduocato, §. item, verſic. quod fuit Aſſeſſor.* Taliter vt ſi aſſeſſorem cogitur ſibi Iudex aſſumere; illum neutiquam accipere debet, qui Aduocatus in Aduerſarij cauſa fuerit, ſuper qua ferri
C conſilium oporteat. *cap. perſonas de teſtibus.* Sacra Epiſcoporum Congregatio 1587. facta 2. Iunij 127. Cui ampliationem doctrinæ intulit Maſcard. *de probat. concluſ. 145. in fine.* Quod nec Aſſeſſoris ſententiæ, cauſam circa, lata, in qua fuerit Aſſeſſor, efficacia inſit. citat Speculator *in titul. de Aſſeſſoribus, §. final.*

Adeſt decimotertio; quod vbi Con-
D ſultores inter, ſeu Aſſeſſores diſcordiæ occurrant opinionum; dum conſilium præbent, tertium adſtringitur Iudex accipere: *cap. ſuſpicionis extra de officio delegati*. At ſi doloſè hoc patrent, & diſſimulari diffidia ſtudeant: vt ſe exonerent, & partium fugiant indignationem, vt tertius aſſumatur; eo Iudex in caſu ſub pœna illos explicare compel-
E lat; an reddi concordes valeant? ac, ſi neceſſitas poſcat, excommunicationis infligat pœnam; ſi Eccleſiaſticus, vel ferre iuramentum, circa hoc, illos adſtringat, ſi ſæcularis eſt Iudex. Specul. *de requiſit. conſil. lib. 2. par. 2. fol. 266.* & ibi Addictionator.

Addo decimoquarto, quod Iudex, qui nullo conſilium in pretio habet, tenetur, ſi per imprudentiam, cauſam

lædit, aut dolum. Speculator. *de requiſitione conſilij num. 12. lib. 2. parte 2.* qui F
citat *l. filiusfamilias, ff. de iudicijs, §. 1. inſtit. de iniurijs cap. 1. extra de conſanguinitate, & affinitate.* Qui, litis in æſtimationem, excipere pœnam debet. *cap. cum externi, extra de re iudicata in 6. l. 1. & 2. C. de pœnis iudic. qui malè iudicauit, l. 1. ff. de calumniatoribus, l. 2. ff. de condiction. ob turpem cauſam*: Ex quo affirmatur etiam ſecundum Canonum diſ- G
poſitionem; Iudicem, cuius iniqua ſententia reuocationem ſubiuerit, pœnam quatuor perpeti in caſibus: ſi nimirum ex odio, vel cupiditate, ex gratia, vel timore illam pronunciauerit.

Statutum decimoquinto eſt; quod, electos decet Conſiliarios fideli animo, & vtriuſque in fauorem partis conſiliũ
dare, qui ſi fuerint de dolo conuincti, H
& iniqua conſilium tribuiſſe mente pateat, de dolo tenentur; aliter punitionem excipient. *l. conſilij non fraudulenti, ff. de regulis iuris, cap. ſanè, extra, de renunciatione, l. Conſiliarius, C. de ſucceſſi.* & illum aduerſus, qui iniuſtum præbeat conſilium, dicit Speculator *loc. citato ſub num.* 4. Agi poſſe, quanti intereſt alicuius conſilium datum neutiquã
fuiſſe: quod ſi fortè ſoluendo non ſit, I
priſtinum debet ad ius litigator reſtitui. *l. fin. ff. de eo per quem factum erit.* Quodque illum in Conſiliarium, qui fraudulentus extet excommunicationis infligi pœnam permittitur, at enim de iuſto nemo obligatur conſilio. *l. conſilij, ff. de regulis iuris.* At ſi per imprudentiam falſum tribuiſſe conſilium videatur, nullam meret excuſationem, im-
mò pœnam cogitur ſubire. *l. fin. ff. de* K
varijs, & extraordinarijs cognitionibus, & inſtit. in principio, tit. de obligat. quæ ex quaſi maleficio. Imprudentiam etenim culpæ annumerari neminem latet. *§. imperitia: inſtitut. ad legem Aquileam*; quæ circa ſcripſit Speculator *loco cit.*

Decimo ſexto noto; quod ſuſpectus, quemadmodũ, & Iudex, allegari Conſultor poteſt. Albertus de Ramp. *nu.* 8. *verſ.*


A *verſ. octauo quæro.* Ac etiam conſilij de
iniquitate ſibis non verò ter allati, dici
valet. Bartol. *in d. ſupplement. verſ. illud
quarò.* Vt pari forma illam circa ſen-
tentiam inſtitui appellationem conce-
ditur, quæ fuerit ex conſilio deprompta.
ta. Bartolus *verſ. ſed pone conſultorem.*
Demas tamen ni ducta priuſquam ſen-
tentia fuerit, conſilij ſit de inualiditate
declaratum, & confirmari conſilium
B clarum ſit: illo nam in caſu, haud fer-
mè permittitur lata appellari è ſenten-
tia, huiuſmodi vigore confirmationis
de conſilio factæ. Bartolus *loco citato in
fine.*

Decimoſeptimo venit, quod ſalarij
decet fieri ſolutionem Conſultori cum
cauſæ circa qualitates, laborum ſudo-
res, facundiæ vim conſideretur, & ab
illo qui petit, adduci conuenit. Gratia-
C nus *diſcept. 55. num. 44.* Menoch. *de
arbitr. caſu 228. num. 22.* Nacta *conſil.
573. num. 39.* Bartol. *in l. ſi poſtulaue-
rint num. 2. ff. ad legem Iuliam*, C. de
adulter. Ludouicus *deciſ. Peruſ. 74. nu. 2.*
Excipias ni conſuetudo habeatur, illud
ex vtraque ſolui parte. Purpur. *in ru-
bric. de officio aſſeſſor. num. 17.* At ſi nul-
lus petat, ſed Iudex, communi ære
ambæ id tribuere partes debent. Al-
D bertus *loco citato circa finem tract. verſic.
decimo quaro.* per Textum *in l. 4. §. 1.
ff. de finibus regendor.* Salicetus *in l. hæc
verba in 7. col. ff. ad legem Iuliam de
adulter.* Abbas *in repert. in verbo aſſeſſor.*
Gloſa *in cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem, in
verbo communiter.* Communiter etenim
gerere negotium clarè patet, quod tri-
bui ſalarium oportet, etiamſi concordes
partes euaſerint, & ſi ante habuerit,
neutiquam id reſtituere cogitur morti
E licèt datum antequam fuerit votum
occubuerit. *l. diem functo, ff. de officio
aſſeſſor.* Gloſ. *loco ſupra citato.* Conſul-
torem etenim præmiorum oportet ſpe
incitari. Gloſa *in verbo competit, C. de
aſſeſſoribus.* Quo autem in caſu delega-
to Aſſeſſor è Iudice ſumitur partes illi
ſalarium, è canonici diſpoſitione iuris
adſtringuntur præbere. *in cap. ſtatuimus,*
§. aſſeſſorem de reſcriptis. F
Vbi verò Magiſtratus aſſeſſorem eli-
gat proprijs illi ſalarium expenſis co-
gitur ſoluere. Maſtrill. *de Magiſtratib.
lib. 1. cap. 22. num. 16.* Abbas, & Do-
ctores *in cap. cum ab omni, de vita, &
honeſtat. Cleric.* Iudex etenim legum &
canonum conſcius eſſe debet, quod ſi
ignarus ſit de proprio tenetur dare.
Summa Angel. *in verbo Iudex num. 16.*
Hoc autem illo procedit in Iudice, qui G
ſcientiæ intuitu fuerit electus, qui cum
peritè iudicium ferre neſciat, non po-
teſt ad aſſeſſoris electionem partes cõ-
pellere. Io. *conſtit. in conſtit. reg. artic.
62. col. 7.* Quod non ſolum vim retinet,
ſi ſcientiæ reſpectu Iudicis fuerit con-
ſtitutus, & aſſeſſorem acceperit, iterum
etiam ſi cum ipſo eum ſeligat commu-
nitus, ni tamen contrarium ex conſue-
tudine accideret. Purpurat. *in rubr. de* H
officio aſſeſſor. n. 165. Hoc attamen limi-
tatur. Primo, vt dixi, cum ex alterius
ex litigantibus petitione illum Iudex
præfixerit. Decius *in l. in conſilium n. 5.
ff. de officio aſſeſſor.* Ioſ. Ludouiſ. *deciſ.
Peruſ. 74. num. 1.* Ac etiam ſi conſue-
tudo ſit, quod è partibus accipiat ſa-
larium Aſſeſſor. Purpur. *dicta rubr. ff.
de offic. aſſeſſor. num. 17.* Omni vnde in
caſu, quo Iudici conceditur, vt par- I
tes ad recipiendum Conſultorem co-
gat, permiſſum etiam eſt, vt ſalarium
ex illis hoc ad munus æqualiter coactè
ſumat. Io. *conſt. in conſtit. reg. dicto ar-
tic. 61. num. 7.* Partium licèt aliqua ſa-
pientis ęgrè conſilium acceperit, cum
vtraque ſuam ſalarij portionem dare
teneatur. Caſſan. *in conſuetud. Burgun.
tit. de droiet, rubric. 4. gloſ. 12. §. 7. n. 37.* K
Ex eo quia cum ambabus opem ferat
conſilium conueniens eſt, vt commu-
niter ſalarium tribuatur, ſi Iudex cau-
ſam ex officio Conſultori commiſerit.
Bartol. *in dicta l. poſtulauerit num. 2.* &
hoc in practica ſeruari Iaſon affirmat *in
l. Prætor, §. is etiam nu. 10.*

Præſenti denique in Conſultorum,
Aſſeſſorumue ſtatu illa venirent expo-
nenda, quæ Giurba diſſerit *conſ. 31.*

A Quod ſi Conſultor, ſiue Aſſeſſor voluntarius ſit electus de malè geſtis, qui electionem facit, haud verò Conſultor teneatur, at ſi neceſſarius ſit, vtpotè ipſe minimè verò Iudex, ſi quidquam illius conſilio malè egerit, obligatur, vt voluit Gloſa *in cap. hoc etiam, in verbo vel iniquo 2. quaſt. 6.* Menoch. *de arbit. quaſt. 23. num. 6.* & alij penes Giurbam *num. 11.* De Conſultoribus autem hic occurrit Rithmus. B

O Conſultores rectos ſumite mores
Publica priuatis, præponite commoda gratis,
Ne damnet veſtras animas Diuina Poteſtas.



D E

A F

DE IVDICVM STATV B G

LIBER TERTIVS

C H

CVM Regum ſpectet ad authoritatem ſubditis Iuſtitiam diſtribuere populis. *cap. regum 23. quæſtion. 5.* Et negotiorum eoquod ex magnitudine id per ſui ipſorum operã hauequidem valent perpatrare: ac quia ſoli pro recta iuſtitia adminiſtranda, D vbique perſonaliter intereſſe non poſſunt: eo magis ſi plura poſſideant Regna; vt conſiderauit Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 3. cap. 1. num.* 101. Iudices tali de cauſa, ſeu Magiſtratus voluere conſtitutos: vt eo exoneratos grauamine illos reddant, qui gentibus ipſis præficiant: vt latè Fontanel. *deciſ. 1. num. 19.* ſcripſit: Addas, opus eſſe ipſorum ne diminuta Maieſtas, perenni rerum tra-E ctatione, videretur, miniſtros præfigere, qui iuſtitiam vnicuique adminiſtrarent, & æqui, boniquue notitiam profitentes, iuſtum ab iniuſto diuiderent, & licitum ſepararent ab illicito: vt explicauit Vlpianus *in l. 1. ff. de iuſtitia, & iure*. Ciuilis etenim ſapientia, cum res maximam demonſtrans ſanctitatem ſit. *l. 1. §. proinde, ff. de varijs, & extraordinarijs cognition.* Neceſſaria tali de re appellatur, & laude digna. *l. laudabile, C. de aduocatis diuerſorum iudiciorum.* Et ſacræ nomen Philoſophiæ, non ſimulatæ; ſed veræ ſortitur: *d. l. 1. §. 1. ff. de iuſtitia, & iure.* Cuius finis publica exiſtit vtilitas, & Reipublicæ habetur procuratio: vt *in proœm. inſtitut. §. fin. l. 3. in fine, C. qui ætate ſe excuſat.*

I Inuictiſſimus igitur Hiſpaniarum, & Sicaniæ Moderator iure quidem optimo ſupremos hoc in Regno Iudices nõ ſolum haberi curauit, qui Magna in Regia Curia iudicia proferant, indiſtinctis verum etiam in locis factum eſt, vt pacis conſeruatores incolæ ſuſciperent; quoniam haud conueniens dicitur, vt aliam ob iuſtitiæ remedium ad partem ſubditi pergerent: ſed in proprio reperirent, quod maximo debet K in Republica beneficio tribui; opera indè impendetur, vt qui gubernationem deſumunt, non probas tantum leges conſtituant, ſtudium verum etiam ponant, vt iuxta illas vitam homines ducant: quod facili obtinetur modo, ſingulãs ſi domeſtici in Ciuitates, & Oppida Iudices adducantur: & ita Rex Iudæ Ioſaphat laudibus extollitur, cun-

A ctis eoquod in ſuæ dictionis Ciuitatibus Iudices attulerit. Noſter autem Rex prudenter equidem ſe geſſit, cum, ne iuriſdictionum in concurſu interuenire confuſio poſſet, proprias, circa quas ſeſe verſarent, cauſas ſingulis præbuit Iudicibus, & criminales à ciuilibus ſeparatas exoptauit: indecens eoquod apparet, vt, qui ciuilia tractarent negotia, criminalia exagitarent; &, ne
B Iudices nimio curarum pondere depreſſi effractis conciderent viribus, ac res expeditionem haudquaquam ſortirentur, id effectum: vt conſiderauit Fontanell. *deciſ.* 282. *num.*8. Propterea noſtris hiſce temporibus nec in criminali ciuilis, nec in ciuili criminalis ſe Iudex cauſa immiſcet, & diſtinctam quælibet aulam in cauſarum retinet cognitionem. Hac de re nec mirum afferre hec in ordinarijs diuiſa iuriſdictio
C Iudicibus debet, cum & benè in ipſis cadere conſpiciatur facultatis reſtrictio cauſæ intuitu, loci ratione, perſonarū obiecto. Fontanell. *deciſ.*283. *num.*14. ſublimiori quamuis ornati dicantur dignitate, qui in criminalibus cauſis, quā qui ciuilibus obuoluuntur; criminales quia res magis amplæ, quàm ciuiles videntur: vt *in §. igitur in Authent. vt omnes obediant Iudic. prouinc. al.* Maio-
D reſque iſti Iudices nuncupantur, eiuſdem eoquod Principis repreſentāt perſonam: vt explicauit Fontanell. *deciſ.* 3. *num.*3. Ac etiam cum Præfecto Prætorio æquiparationem fecit, & ipſi parem Principi reddidit: cum illius demonſtrent potentiam; & magnus vocentur Magiſtratus. Fontanell. *loco citato nu.*3. Theſaur. *deciſ.* 2. Catholicæ namque Maieſtatis cuncti loco ſunt Conſilij tri-
E buti: vt notauit Maſtrill. *de magiſtratib. lib.*5. *cap.*8. ex Petro de Gregorio *de iudicijs cauſarum feudalium quæſtion.* 50. *verſic. tertio aduertendum*. In Præfecti autem Prætorio locum Magnam veniſſe Curiam affirmat. Maſtrilli *loco ſupra citato*. per Text. *in l. prima, C. de ſententijs Præfect. Prætor. Authent. quæ ſupplicatio, C. de precibus Imperator. offerend.* Ideò, vt aliorum caput Curiarum ex omni-
F bus ſectari Curijs inferioribus debet, vt declaratur in Scribentibus in proœmio noſtri ritus. Taliter vt quaternatis & cognitionem habent, & deciſionem inferunt de feudis, omnibus verſantur in cauſis, quæ allodiales, & qualibet in Regni parte agitentur, in qua fortè Magna moram Curia faciat: eadem quoniam in Ciuitate, vel Terra, in qua reſidentiam ipſius eſſe firmum extat, G
ordinario quolibet concurrit cum Magiſtratu, cum electio ſit actori tributa: quamuis cum ipſa illo recedat ex loco; quæ expeditionem non exceperunt, cauſæ, aut fuerint concluſæ, illius è Iudice loci concludi, & terminari valeant, at præuentio minimè repellatur: vt aſſerit Maſtrill. *loc. cit.*

Huiuſmodi etiam Iudices de omnibus primo in iudicio cauſis cognitionē H
habent, locorum de quibus ordinarij iuriſdictionis propter defectum non prouident; Principis nec non velut Curia Viduarum, Pupillorum, & Miſerabilium negotia perſonarum; ad quos attinet Principis electionem facere de foro, tractat; pari formā iudicia ordinariorum quoad appellationes Iudicū, ſeu Principis delegatorum infert; earū nec non circa reuiſionem, facta quo in I
caſu appellatio, agit: læſæ etiam Maieſtatis de crimine, omniumque de peccatis officialium condemnationem adducit: Principumque in delictis Ducū, Marchionemque ſe infert; taliter vt expreſsè affirmat Maſtrill. *loco cit. n.*16. Vniuerſali decoratur iuriſdictione merum, mixtumque oſtendit omnibus in feudalibus cauſis, allodialibuſque, ac etiam in illis, quæ ciuiles exiſtunt, & K
criminales, imperium. Primam propterea ſedem obtinet, maioremque cætera inter Tribunalia demonſtrat: Iudices tandem illis, qui & honore præfulgentes habentur, & dignitate celſiores exiſtūt. *§. nos autem de defenſ. Ciuit. Auth. col.* 3.

Quo autem in caſu iſtorum è ſententijs Iudicum appellatur conſtituti. Appella-

A pellationis etiam habentur, qui Sacræ
Regiæ Conſcientiæ, Conciſtoriales sũt
Iudices; ipſi verò ciuiles circa cauſas
verſantur, quæ appellationis via, reui-
ſioniſque, ac omni alio modo ex Ma-
gna Regia Curia, & Regij Tribunalis
Patrimonij priuatas inter perſonas, ac
ex Regia Monarchia, cunctiſque dele-
gatis Iudicibus deſcendunt. Et iſtud
quamuis Tribunal quoad illas maius
B ſit, qui habentur prouocatu, eorum, ex
quibus fit appellatio, reſpectu, ſupe-
rius eoquod ſemper ad Tribunal dire-
cta eſt prouocatio: *l.* 1. §. *ſi quis in ap-
pellatione, ff. de appellationibus*, §. *illud
videlicet. Authen. eodem*. Dignitatis at-
tamen intuitu longè Magna Regia Cu-
ria illud, authoritate, præeminentia, &
alijs antecellit prærogatiuis, quod haud
indecens reputauit eſſe Maſtrill. *dicto
C lib.* 5. *cap.* 5. Cum quis maiori præfulge-
re decore adminiſtrationis obiecto, &
minor dignitatis ergo eſſe poſſit, aut ex
aduerſo: & iſti omnes maiores æſtimẽ-
tur Iudices.

Quàm neceſſarius autem appellatio-
nis exiſtat vſus, nemo eſt qui minimè
diſcernat, Iudicum etenim vel iniqui-
tas, vel imperitia correctionem per ip-
ſius operam excipit, licèt ſæpiùs (quẽ-
D admodum in hominis errores animum
incidunt) optimè lata improba repute-
tur ſententia.

Dupliciter autem appellatio diuidi-
tur; alia namque iudicialis exiſtit: ex-
traiudicialis alia, in quas illa veniunt
membra, per quæ in quatuor appella-
tio partes ſeparatur. In anteiudicialem
ſcilicet, quæ litis ante conteſtationem
efficitur. Intraiudicialem quæ ante in-
dicium perpatratur: Iudicialem, quæ
E definitiua committitur è ſententia. &
Poſtiudicialem tandem, quæ fit exe-
quutioni adiecta. Illa verò extraiudi-
cialis dicitur appellatio, quæ, cũ cauſa
non ſit adhuc ad exordium perducta,
interponitur, citationiſque retinet effi-
caciam, ſi beneficiali agatur de cauſa,
vt ſcriptum ex Petro de Gregorio Tho-
loſano *lib.* 3. *ſintagm. iuris cap.* 2. *num.* 6.

Iudicialis, quæ res circa iam in iudiciũ F
aduectas, quacumque in iudicij parte
conficitur.

Regulam ſed enim Doctores tradũt,
poſſe ſcilicet omni appellationẽ è gra-
uamine fieri, ac ſententia, & quauis in
cauſa, dempto quod ſpecialis in iure
prohibitio adſit: ex interlocutoria quẽ-
admodum haud fermè conceditur, ſi
ineluctabile non inferatur detrimentũ
ex definitiua: vel definitiuæ nullam de- G
monſtraret vim. Speculator tamen ex
Tholoſano citato triginta profert caſus
vetita, in quibus appellatio videtur.
§. *quibus, tit. de appell.*

Quo verò in caſu legitima fuerit ef-
fecta ratione appellatio, Iudex à quo
ſit circa rem appellatum, haud poteſt
quidquam, ne mulctam & canonico
ſubiret iure, ac ciuili, perpatrare.

Illos atenim minores dicimus Iudi- H
ces, qui minimas, & cauſas cognoſcũt.
minimos vero, qui humiliora, & viliori
conditione, parique ponderis, & qua-
litatis negotia expediunt: quemadmo-
dum, qui Pedanei vocantur. *l. fin. C. de
pedaneis Iudicibus*. Propterea Iuriſperi-
ti, & Regum, Imperatorumque ſtatutis
reſponſum dedere; ſingulis territoria
Iudicibus conceſſa, nec propriam ex-
tra dictionem ius dicere valere. *l. fin. ff.* I
*de iuriſdictione omnium Iudicum l. pupil-
lus* 239. §. *territorium ff. de verbor. ſi-
gnific.* Qua de re iuriſdictionis cauſa il-
los cognoſcimus: ordinariorum quoniã
Iudicum æqualis haudequidem natura,
poteſtaſque videtur, & iuriſdictio, qui-
dam namque maius, aliud minus reti-
nent imperium: ipſius hac de re ad di-
uiſionem deſcendo. Alia namque Ma-
xima dicitur: & eo habetur in caſu, cũ K
de cauſis, vbi magnum interuenit præ-
iudicium, agitur: huiuſmodi liberales,
ſtatus, ingenuitatis, ac etiam libertini-
tatis habentur. §. *ſi præiudiciales inſtit. de
actionibus* Bartolus *in l. imperium. n.* 24.
ff. de iuriſdictione omnium Iudicum. & hæc
per delegationem præberi minimè po-
teſt: ſed magnos expeditionem per Iu-
dices ſortitur, & ab illis videtur, ſepa-
rata,

A rati, quæ Iudicis terminantur officio. *l. placet C. de pedaneis Iudicib.* Intrigl. *de feud. artic.*80. *num.*3. *centur.*2. Nonnulla maior exiſtit, quæ prolatæ per efficaciam ſententiæ, aliqua poteſt in actione corporis, ad cruciatus venire; Iudica quia aliquis neutiquam ſoluere poteſt, corporaliter in delicti pœnis luere compellitur. Bartol. *loco cit. num.*25. Et hæc fermè per delegationem concedi nequaquam
B conſpicitur, in corpus eo quod punitio delegati non facit tranſitum in Iudicis facultatem. *l. quicumque C. de ſeruis fugitiuis l. qui iniuriam ff. de iniurijs* Intrigl. *loco cit. num.*32. Magna verò illa eſt Iuriſdictio, cui trecentorum de aureorum ſumma permittitur cognitio, magnorumque arbitrio magiſtratuum conueniens dicitur. Nec aliqua per delegationem forma datur, niſi vel abſentiæ interſit cauſa: vel negotio-
C rum multiplicitas, id circa factum præbeat. Intrigliol. *loco citato num.*32. *vol.*2. *argum. §. iudicare in authen. de defenſor. ciuitat. l. placet, circa principium C. de pedaneis Iudicib.* Parua, quæ ſuam trecentorum infra ſummam aureorum cognitionem verſat. *l. imperium, in fine ff. de iuriſdict. omnium Iudicum.* Et in aliam conferri perſonam non denegatur. In-
D trigliol. *num.* 33. Minor autem facultas centum eſt aureorum cognitio *num.*34. Intrigl. Minima denique illa eſt, in qua ſi Iudiciarium ſeruare ordinem velimus plures adſunt litis expenſæ, quàm ſententiæ fructus. Intrigl. *loco ſupra citato.*

Poteſtas etiam in Iudice facultas, ius, dominiumque ſub conſideratione ponitur, quæ niſi interſint, veri cuiquam nomine iudicis afferre nobis redditur
E interdictum. Et, poteſtas vnicuique conueniens eſt; qui aliquam poteſt violentiam quouis adhibere in negotio, vel diſpoſitionem, quoad ipſum iniicere: iuxta Tex. *in l. poteſtatis, verbo ff. de verborum ſignificatione.* Ius ex eo quia non ſcientiam demonſtrat, ſed per poteſtatem, quæ ſimul cum æquo coniungitur, nil aliud, quàm iuſta nominatur authoritas. *cap. ius de verborum ſignificat.* F
Et ex lege, tàm ſi naturalis exiſtat, quàm poſitiua tribuitur, & iuſtæ propterea ſibi notam aſſumit; ex eo quia quod per leges minimè competit, neutiquam ius exiſtit, at iniuria. Dominium ius eſt, quæ effici perfectè circa rem diſpoſitio valet: niſi legis prohibitio interueniat. Titulus habetur cauſa, & ratio; qua originem ſibi dominium aſſumit.

Quapropter diuiſio iudices inter G
adeſt: alij namque Ordinarij nonnulli Delegati dicuntur. Primi ſunt qui, muneris velut ob naturam cauſarum Vniuerſitati, vel proprio iure, ſupremus ſi exiſtat Iudex; vel ex Principis beneficio, ſi ſubditus vitam ducat, praeficiuntur. Poſtremi, qui vices ex ordinario ſibi traditas, aut cauſarum ad vniuerſitatem, aut, vt ſpecialis terminum excipiat cauſa, exercent: ita ex Tex. *in l. ſolet cum ſequentibus ff. de iuriſdict. omnium* H
Iudicum.

Ordinarius atenim ſimplicem per cauſæ commiſſionem, quæ ſibi à Superioris facultate tribuitur, effici delegatus poteſt: vt firmauit Boer. *deciſ.* 151. *num.*7. & Viuius *comm. opinio. lib.* 1. *in verbo Iudex ordinarius:* Demas tamen niſi illud ſit cõmiſſum ordinario, quod propriam ſpectare ad iuriſdictionem I
conſpicitur: eo quoniam in caſu neutiquam delegatus, ac ordinarius æxtimabitur Iudex, & tunc excitata iuriſdictio videtur. Iaſon *in l. ius ciuile ff. de iuſt. & iure* DD. *in cap. licèt in corrigendis de officio ordinarij*. Boerius *loco citato num.* 60. cum alijs per Mandoſium *in forma 3. commiſſionum ad finem.* At ſi aliquo modo, cum quidquam vel ſit additum, vel deductum alterationem ordinarij K
excipit facultas, illum procul dubio delegatum nuncupari certum eſt; vt in locis ſupraductis explicauere Doctores; puta ſi dictum in commiſſione fuerit, nullo impediente ſtatuto: vt ex communi formauit Mandoſius *loco citato verſic. ſummariè in fine.* Hippolitus Riminaldus *conſ.* 32. *num.* 17. Aut etiam fuerit explicatum: vt ſummariè procedatur

datur

A datur ratione, & huiusmodi in limita-
tionis uſu complecti ſententiam debe-
mus. Boerij, & per conſequens Vdalij
quod. Vt melius deducitur Felinus in
cap. cum te col. 7. differentia quarta de re-
ſcriptis, quam Boetius ubi ſupra citat. eo
enim loco geminos aduehit caſus: Pri-
mum, quando ordinario mandatur, vt
certa conferat perſonæ, & tali etiam
delegatus nominari ordinarius debet;
B eoquod quamuis ſibi iure collatio exi-
ſtat conueniens, ipſius attamen, talis dũ
præbetur commiſſio, alterationem iu-
riſdictio perpetitur: quia cum ei id ex
alia confici præcipitur, arbitrium certũ
eſt auferri. Poſteriorem cum illud ordi-
nario committitur, quod propria per-
patrate cogebatur ex munere: iudica,
vt Iuſtitiæ in adminiſtrationem vigilans
ſit; & eo in caſu excitata dumtaxat vo-
catur iuriſdictio.

C Hæc autem reſtrictio quadruplici
ſortiri limitationem forma poteſt: vt
per Iaſonem *in dicta l. ius ciuile num.* 10.
ff. de iuſt. & iure. Et eo præcipuè in caſu
quo verbum, *delego*, ſit in commiſſione
conſtitutum; quoniam licèt nullo alte-
rata modo Iudicis extat facultas, dele-
gatus ipſe attamen efficitur: vt commu-
ni confirmat Curtius Iunior *in l. man-*
D *data num.* 5. *ff. de officio eius.* ſequitur
Villalob. *in lib. com. opinionum litera O.*
num. 13.

Limitationem ſecundò ſupradicta
ſuſcipit concluſio: ſi ſcilicet tali hæc re-
ſcripto verba ponerentur. *Authoritate*
noſtra cognoſcas, delegati nàm tunc natu-
ram ſibi deſumit. *cap. cum aliquis de re-*
ſcript. in 6. Romanus *conſ.* 285. *num.* 11.
Alex. *in l. more num.* 17. *ff. de iuridict.*
E *omnium Iudicum.* Boer. *dicta deciſ.* 151.
num. 5. *verſic. & precipuè quando manda-*
tur. Sed quid? quando per verbum
Precipio quidquam fuerit iniunctum:
vide Felin. *in eodem cap. cum te num.* 12.
verſ. quarta differentia de reſcriptis. Me-
noch. *de Arbitr. lib.* 1. *quaſt.* 12. *num.* 4.
Hæc autem poſterior reſtrictio ſortiri
ſublimitationem valet: tunc nimirum id
procedere, cum huius verba generis
principali ſit diſpoſitiuè conſtituta in F
parte, in qua explicetur. *Noſtra cogno-*
ſcas authoritate. Quod aliter euenit ſi fi-
nalibus commiſſionis affirmaretur clau-
ſulis; committendi ratum id fore, quod
ille ſua conficere authoritate prudenter
voluerit: ita Felinus *in dicto cap. licèt in*
corrigendis num. 7. *de officio ordinarij*,
quæ videtur ſublimitatio Romano pla-
cuiſſe *in præcit. conſ.* 285. *num.* 11. Dum
huiuſmodi aſſerit verba, id eſt: *cognoſcas* G
authoritate, dirigi omnino ad iudicem
opus eſſe.

Limitatio Tertio infertur: quando
ſcilicet verbum, *delego* in commiſſione
apponatur, vt ſuperius in primæ ſubli-
mitatione reſtrictionis fuit explicatum.
Hac de re ſi clauſula in mandato inter-
ueniat, *vt ſummariè*, vel *de plano pro-*
cedatur, eo in caſu delegati excipit fa-
cultatem ordinarius. Iaſon *in l. hoc edi-* H
cto, §. poſt operis num. 4. *ff. de noui operis*
nunciat. Villalob. *in lib. comm. opin. in*
verbo ordinarius num. 30. Quemadmo-
dum circa clauſulam ſummariè, & nihil
in contrarium ſtatutis obſtantibus, ha-
betur. *deciſ.* Rotæ coram D. Fabio *An-*
no 1548. in vna Bononienſi fideicom-
miſſi, de qua meminit Mandoſius *in di-*
cta commiſ. 3. *verſic. ſummariè in fine.*
Intelligi hoc attamen debet; hoc dictũ I
fuiſſe, cui ſui de natura ſummariè haud
equidem reperiri cauſam certum ſit.
Felinus *in dicto cap. licèt in corrigendis*
num. 4. *de offic. ordin.* aliàs ſecus.

Suam propterea Iudex adhibere
prudentiam in hoc ex munere cogitur,
vt non ſolum, quod ſua in poteſtate ſit,
ſed quid à ſe poſcatur, clauſis non me-
ditetur oculis, nec de illo tantum me-
minerit, quod permittatur, ſed de eo K
etiam, quod fuerit commiſſum: vt de-
claratum è ſplendentiſſimo eloquentiæ
iubare, facundiæ Patre Cicerone *in*
Oratione pro Rabirio Poſthumio excepi-
mus.

De

Digitized by Google

A
DE QVALITATIBVS
in Iudice requiſitis.
Cap. I.

IVdices atenim,quorum animus plurimas, & præclaras continere qualitates debent, quoddam ex eo quia
B velut ſydus in Aſtreæ Cælo poſiti conſpiciuntur,me impellunt, vt priuſquam aliò migrem , de ipſorum verba faciam conditionibus. Et ne ſub ſilentio monitum relinquam optimum , id ipſis proponere haud negligam : vt præ oculis nimirum illa ſubijciant, quæ multi ex errorum vmbris decepti tranſactis protulere ſæculis: quod ſcilicet onus proprijs ſub humeris poſitum prudentiæ
C ſubſtineāt fulcro, & conſcientiæ; & cæteris relictis, en Cicero 3. Officiorum qui,*cum iudici dicenda ſententia eſt meminerit ſe Deum habere teſtem*. Pro Cluentio etiam non ignari eſſe munus Iudicis affirmat, non obliuiſci humana ſeſe natura indutum , & cogitare ſibi tantum eſſe permiſſum , quod ipſius committitur fidei, nec ſub obliuione abſcondere, non ſolum ſibi poteſtatem,verum etiam
D & fidem non negatam: nam ipſius eſt in manu poſſe quem odio proſequatur abſoluere , & quem haud fermè diligat condemnare. Vnde non quæ ipſi libuerit, ſed quæ Lex mandet, & Religio præcipit , agere compellitur : conſideret, qua lege reus aduocetur,quem circa ſontem ſe verſet, quæ res, & quæſtio ſurgat : Id namque magnum hominis iudicium demonſtrat, ſi Lex in conſilio habeatur, fides inſit, Religio non de-
E ſideretur: ſi procul , vt ſtymphali portenta, Inuidia, Libido, Metus , longè abeant cupiditates , quæ pectoris candorem, & inficiunt,& adeò conturbent, vt & quietem rapiant, & integritatem euellant: Flocci mentis non pendant conſcientiam , quæ ab Excelſi Opificis induſtria nobis inſita,diuelli neutiquam valet. Nec reminiſcantur, & ad finem præcipiter dignitatem irruere, & plurima, quæ alios erga faſtitantur in ipſos F
dilabi. Ita Chriſtus Cæli oraculum, & ipſamet veritas loquitur. *in 6.* Matthæi *cap. verſ.39. Eadem quippe menſura, qua mēſi fueritis remetietur vobis.* Vigili ergo ſolertia iudices incumbant; vt ſeſe recte in omnibus gerant, & iniquitatis viam per quam ſtudioſè abhorreant, ne propria, in aliorum negotijs illata , iniuſtitia, & corporis excidium , & animæ ſæpius adducant : bonam ex eo quia G
menſuram, confertam, & coagitatam, & ſuper effluentem ſuum excipient in ſinum.

His tali modo: Vt Iudices in æquitatis incedant ſemita Dei primo , in timore permaneant: eoquod facilè à Iuſtitiæ regimine ſe deuios oſtendent , ſi non Deum in cauſis , at homines formident ; ipſi atenim in ſtatu alea pleno perſiſtunt , Cœleſtis niſi Moderatoris H
gratia , & timor fulcimen adferant: ſæpius quoniam Amor , non rarò Pauor, aliquoties Cupiditas , nonnunquam Ira , eorum proſternunt animam ; & ita extimulant , vt haud difficulter cogantur ex iuſto declinare. Vnde huius generis ſibi arma parare , quæ maximam includunt fortitudinem , non deſinant, cum ex iuſti fugiant defenſione , ſi hominum authoritas , non verò Dei Ma- I
ieſtas ipſorum exterrebit animum . ſic ſuam Diuus Ioann. Chriſoſt mentem in ſermone Sancti Ioannis Baptiſtæ explicauit. In Prouerbijs etiam legimus *cap.29. Qui timet hominem citò corruet, qui vero ſperat in Domino ſublenabitur. & cap. 14. In timore Domini fiducia fortitudinis.* Iudices igitur curent , vt cordis in Regia nil dominij odium retineat , fauor in tenebris lateat , formido catenata K
quieſcat, præmium ipſiuſque expectatio longè depulſa æquitatem non deturpent. *cap. 1. de re iudicata in 6.* Magis namque in ipſis Dei timor neceſſarius, quàm legum ſcientia , conſpicitur. Foro etenim affirmat nil maiorem includere in Republica vtilitatem poſſe, quā Iudices , qui & prudentia præditi , & pie-

A pietate par in omnibus iudicium pro-
mant: non ſufficit namque vt doctrinæ
ornentur fulgoribus, at opus etiam eſt,
vt & Dei timore concutiantur; propte-
rea Lactantius *de ira Dei cap. 2.* ad nos
tranſmiſit; Dei formidinem ſolam eſſe,
quæ hominum, ſeſe inter ſocietatem
adamantino vinciat ligamine, per quam
& vita ipſa regimen obtinet, in aug-
mentum venit, & moderationem ex-
cipit.

B Debet ſecundo in Iudicis conſtitu-
tionem loco iuriſprudentia interuenire,
Midæ quoniam aures, qui ea ſeſe pri-
uos demonſtrabant, Iudices, retinere
fingebant veteres, ad ſtolidorum nam-
que dedecus, nil aliud, quàm inſcitia
hæc requiritur: Quid verò commodi
Reipublicæ, ac emolumenti hæc ad-
ducat Sapientia explanatum nobis red-
C didit Cardinalis Aldobrandinus, qui:
vt facillimum habetur, affirmabat, ius
ipſum, ſi minimè iuriſperitia interſit in
tumultum conuertere: pari forma in-
gentem includit difficultatem ius dice-
re, niſi & de illo cognitio veniat. Plu-
rimas hac de re in ſpecies ius diuidi
certum eſt: eoquod aliud naturale di-
citur, quod omnium commune habe-
tur nationum operibus: cunctis quia in
D locis naturæ dictamine non verò conſti-
tutione præfixa exiſtunt aliqua, ex ipſis
autem rerum principijs originem de-
ſumpſit. Ciuile aliud, quod ſocialis ad
emolumẽtum vitæ ſpectare ambiguum
non eſt, vt ad libertatem, & ad quali-
tatem, tàm iuxta proportionem, quàm
ſecundum numerum ſufficientiam in-
cludat: vt ex Ariſtot. *lib. 5. Ethic.* ha-
bemus. Et id eſt, quod vnuſquiſque
E aut Populus, aut Ciuitas ſibi vel diuina,
vel humana conſtituit ex cauſa: vt ex
Inſtituta declaratur. Ius gentium quod-
dam, & ſedium occupatio, ædificiorũ
ſtructura, locorum munitio, belli tur-
bolentia, inimicorum captiuitas, ſerui-
tutum miſeriæ, poſtliminia, & non vio-
landi Religio legati eſt. Id autem, ius
gentium exindè nuncupatur, ipſum
quoniam ferè omnes adhibent gentes:
vt ex Inſtituta Clarum redditur. F

Quædam etiam iuris præbetur diui-
ſio. Nam aliud reſpectu finis in publi-
cum diſtinguitur: nonnullum in priua-
tum. Primum ita vocatur, Reipublicæ
quia ad ſtatum attinet. Poſterius, ſingu-
lorum quoniam emolumentum reſpi-
cit. Illud ex Romani vſu populi de-
ſumptum: hoc ex naturæ præceptis, &
ex recta partim humanæ naturæ dicta-
mine, ac vſurpatione (& tunc ius gen- G
tium dicitur) ciuilibus tandem ortum
cognoſcit ex inſtitutis.

In ſcriptum iuxta formæ modum ius
partitur, ad quod & conſtitutiones re-
duci, & reſcripta firmum eſt, & non
ſcriptum, quod & inueteratis, & recep-
tis hominum moribus cõſtituitur, vt eſt
conſuetudo. Sua in generalitate iuxta
materiam etiam, efficientemque cau-
ſam ius diuidi neminem latet: nam & H
ciuile venit, & canonicum. Illud, quod
Imperatores: hoc, quod Romanos An-
tiſtites proprios cognoſcit in Authores;
veritate autem clariſſimum extat, am-
pla iuris materiam ratione dilatari: vel
ad perſonas ſcilicet, quibus ius reddi-
tur, & quarum eſt ex cauſa præfixum:
vel ad res, circa quas: vel ad opera,
per quę redditur.

Iudici atenim, qui hac nullam ha- I
bet cognitionem de ſcientia, nil affert,
vt maximè vnicuique quod ſuum eſt,
tribuere deſideret, eoquod integra quã-
uis adſit voluntas, poteſt attamen in er-
rorem incidere, veroque id auferre do-
mino, quod ipſius haudequidem atti-
net ad poſſeſſionem, ac alteri, ad quem
neutiquam intereſt, tribuere: aſſerit
enim Bouadill. *in lib. 1. cap. 6. politic. n.* 1.
quod maiorem in Iudice inſcitia vehit k
ignominiam, quàm in milite pugnan-
tium inter arma pectoris pauor: nam
hic aliorum emendari fortitudine va-
let, illa nullius reſarciri opera poteſt,
niſi, & ignoti adſit ſcientia. Iure igitur
optimo in quibus, & iuriſprudentiæ
deſideratur peritia, Iudicis haberi ho-
norem haudquaquam permittitur, vt
Aſtreæ ſocietas euellitur: in Authent.

A
DE QVALITATIBVS *in Iudice requiſitis.*

Cap. 1.

IVdices atenim, quorum animus plu-
rimas, & præclaras continere qua-
litates debent, quoddam ex eo quia
B velut ſydus in Aſtreæ Cælo poſiti con-
ſpiciuntur, me impellunt, vt priuſquam
aliò migrem, de ipſorum verba faciam
conditionibus. Et ne ſub ſilentio moni-
tum relinquam optimum, id ipſis pro-
ponere haud negligam: vt præ oculis
nimirum illa ſubijciant, quæ multi ex
errorum vmbris decepti tranſactis pro-
tulere ſæculis: quod ſcilicet onus pro-
prijs ſub humeris poſitum prudentiæ
ſubſtineāt fulcro, & conſcientiæ; & cæ-
C teris relictis, en Cicero 3. Officiorum
qui, *cum iudici dicenda ſententia eſt memi-
nerit ſe Deum habere teſtem.* Pro Clu en-
tio etiam non ignari eſſe munus Iudicis
affirmat, non obliuiſci: humana ſeſe na-
tura indutum, & cogitare ſibi tantum
eſſe permiſſum, quod ipſius committi-
tur fidei, nec ſub obliuione abſcondere,
non ſolum ſibi poteſtatem, verum etiam
D & fidem non negatam: nam ipſius eſt in
manu poſſe quem odio proſequatur
abſoluere, & quem haud fermè diligat
comdemnare. Vnde non quæ ipſi libue-
rit, ſed quæ Lex mandet, & Religio
præcipit, agere compellitur: conſide-
ret, qua lege reus aduocetur, quem cir-
ca ſontem ſe verſet, quæ res, & quæſtio
ſurgat: Id namque magnum hominis
iudicium demonſtrat, ſi Lex in conſilio
E habeatur, fides interſit, Religio non de-
ſideretur: ſi procul, vt ſtymphali por-
tenta, Inuidia, Libido, Metus, longè
abeant cupiditates, quæ pectoris can-
dorem, & inficiunt, & adeò conturbent,
vt & quietem rapiant, & integritatem
euellant: Flocci mentis non pendant
conſcientiam, quæ ab Eccelſi Opificis
induſtria nobis inſita, diuelli neutiquam
valet. Nec reminiſcantur, & ad finem
præcipiter dignitatem irruere, & pluri- F
ma, quæ alios erga factitantur in ipſos
dilabi. Ita Chriſtus Cæli oraculum, &
ipſamet veritas loquitur. *in 6.* Matthæi
*cap. verſ. 39. Eadem quippe menſura, qua
mēſi fueritis remetietur vobis.* Vigili ergo
ſolertia iudices incumbant; vt ſeſe re-
ctè in omnibus gerant, & iniquitatis
viam per quam ſtudioſè abhorreant, ne
propria, in aliorum negotijs illata, In-
iuſtitia, & corporis excidium; & animæ G
ſæpius adducant: bonam ex eo quia
menſuram, confertam, & coagitatam,
& ſuper effluentem ſuum excipient in
ſinum.

His tali modo. Vt Iudices in æqui-
tatis incedant ſemita Dei primo, in ti-
more permaneant: eoquod facilè à Iu-
ſtitiæ regimine ſe deuios oſtendent, ſi
non Deum in cauſis, at homines for-
mident; ipſi atenim in ſtatu alea pleno H
perſiſtunt, Cœleſtis niſi Moderatoris
gratia, & timor fulcimen adferant: ſæ-
pius quoniam Amor, non rarò Pauor,
aliquoties Cupiditas, nonnunquam
Ira, eorum proſternunt animam; & ita
extimulant, vt haud difficulter cogan-
tur ex iuſto declinare: Vnde huius ge-
neris ſibi arma parare, quæ maximam
includunt fortitudinem, non deſinant,
cum ex iuſti fugiant defenſione, ſi ho- I
minum authoritas, non verò Dei Ma-
ieſtas ipſorum exterrebit animum. ſic
ſuam Diuus Ioann. Chriſoſt mentem
in ſermone Sancti Ioannis Baptiſtæ ex-
plicauit. In Prouerbijs etiam legimus
*cap. 29. Qui timet hominem citò corruet qui
vero ſperat in Domino ſublenabitur. & cap.
14. In timore Domini fiducia fortitudinis.*
Iudices igitur curent, vt cordis in Re-
gia nil dominij odium retineat, fauor K
in tenebris lateat, formido catenata
quieſcat; præmium ipſiuſque expecta-
ctio longè depulſa æquitatem non de-
turpent. *cap. 1. de re iudicata in 6.* Magis
namque in ipſis Dei timor neceſſarius,
quàm legum ſcientia, conſpicitur: Fer-
ro etenim affirmat nil maiorem inclu-
dere in Republica vtilitatem poſſe, quā
Iudices, qui & prudentia præditi, &
pie-

Digitized by Google

A pietate par in omnibus iudicium promant: non ſufficit namque vt doctrinæ ornentur fulgoribus, at opus etiam eſt, vt & Dei timore concutiantur; propterea Lactantius *de ira Dei cap.* 2. ad nos tranſmiſit; Dei formidinem ſolam eſſe, quæ hominum, ſeſe inter ſocietatem adamantino vinciat ligamine, per quam & vita ipſa regimen obtinet, in augmentum venit, & moderationem excipit.

B Debet ſecundo in Iudicis conſtitutionem loco iuriſprudentia interuenire, Midæ quoniam aures, qui ea ſeſe priuos demonſtrabant, Iudices, retinere fingebant veteres, ad ſtolidorum namque dedecus, nil aliud, quàm inſcitia hæc requiritur: Quid verò commodi Reipublicæ, ac emolumenti hæc adducat Sapientia explanatum nobis reddidit Cardinalis Aldobrandinus, qui:
C vt facillimum habetur, affirmabat, ius ipſum, ſi minimè iuriſperitia interſit in tumultum conuertere: pari forma ingentem includit difficultatem ius dicere, niſi & de illo cognitio veniat. Plurimas hac de re in ſpecies ius diuidi certum eſt: eoquod aliud naturale dicitur, quod omnium commune habetur nationum operibus: cunctis quia in
D locis naturæ dictamine non verò conſtitutione præfixa exiſtunt aliqua, ex ipſis autem rerum principijs originem deſumpſit. Ciuile aliud, quod ſocialis ad emolumẽtum vitæ ſpectare ambiguum non eſt, vt ad libertatem, & ad qualitatem, tàm iuxta proportionem, quàm ſecundum numerum ſufficientiam includat: vt ex Ariſtot. *lib.* 5. *Ethic.* habemus. Et id eſt, quod vnuſquiſque
E aut Populus, aut Ciuitas ſibi vel diuina, vel humana conſtituit ex cauſa: vt ex Inſtituta declaratur. Ius gentium quoddam, & ſedium occupatio, ædificiorũ ſtructura, locorum munitio, belli turbolentia, inimicorum captiuitas, ſeruitutum miſeriæ, poſtliminia, & non violandi Religio legati eſt. Id autem, ius gentium exindè nuncupatur, ipſum quoniam ferè omnes adhibent gentes: vt ex Inſtituta Clarum redditur. F

Quædam etiam iuris præbetur diuiſio. Nam aliud reſpectu finis in publicum diſtinguitur: nonnullum in priuatum. Primum ita vocatur, Reipublicæ quia ad ſtatum attinet. Poſterius, ſingulorum quoniam emolumentum reſpicit. Illud ex Romani vſu populi deſumptum: hoc ex naturæ præceptis, & ex recta partim humanæ naturæ dictamine, ac vſurpatione (& tunc ius gentium dicitur) ciuilibus tandem ortum G
cognoſcit ex inſtitutis.

In ſcriptum iuxta formæ modum ius partitur, ad quod & conſtitutiones reduci, & reſcripta firmum eſt, & non ſcriptum, quod & inueteratis, & receptis hominum moribus cõſtituitur, vt eſt conſuetudo. Sua in generalitate iuxta materiam etiam, efficientemque cauſam ius diuidi neminem latet: nam &
ciuile venit, & canonicum. Illud, quod H
Imperatores: hoc, quod Romanos Antiſtites proprios cognoſcit in Authores; veritate autem clariſſimum extat, ampla iuris materiam ratione dilatari: vel ad perſonas ſcilicet, quibus ius redditur, & quarum eſt ex cauſa præfixum: vel ad res, circa quas: vel ad opera, per quę redditur.

Iudici atenim, qui hac nullam habet cognitionem de ſcientia, nil affert, I
vt maximè vnicuique quod ſuum eſt, tribuere deſideret, eoquod integra quãuis adſit volunras, poteſt attamen in errorem incidere, veroque id auferre domino, quod ipſius haudequidem attinet ad poſſeſſionem, ac alteri, ad quem neutiquam intereſt, tribuere: aſſerit enim Bouadill. *in lib.* 1. *cap.* 6. *politic. n.* 1. quod maiorem in Iudice inſcitia vehit k
ignominiam, quàm in milite pugnantium inter arma pectoris pauor: nam hic aliorum emendari fortitudine valet, illa nullius reſarciri opera poteſt, niſi, & ignoti adſit ſcientia. Iure igitur optimo in quibus, & iuriſprudentiæ deſideratur peritia, Iudicis haberi honorem haudquaquam permittitur, vt Aſtreæ ſocietas euellitur: in Authent.

de Iudicibus nouel. 82. §. *illi*, *cap. Statuimus* 20. *distinct.* 2. Quid maius etenim opprobrium noſtris præponitur mentibus, quàm, cum ex ſe, quod ex iuſtitia requiratur, minimè diſcernere, aut aliorum expoſcere opem, vt de iudicandi honeſtate iacturam non faciant? Quiſque maximam non dixerit in Republica ignominiam illos ad cognoſcēdas præficere cauſas, qui proprio Marte eius, quod ſit agendum, haud conſcij ſint? & concluſis permittere oculis, vt qui ad dirimendas conſtituuntur lites, reliquorum, cum inferre iudicia debent, auxilium efflagitent? Inde Terentianum apponere dictum nobis liceret.

Quid cum illis agas qui neque ius, neque bonum, atque æquum ſciunt?
Melius, peius, proſit, obſit, ſi nil videt, niſi quod lubet?

Cum his ſufficientes adminiſtret vires pro ratione voluntas.

Hac fit ex cauſa quemcumque, qui aliquod ſeſe ad munus exponit, vnde veriſimiliter & damna prouenire in rebus poſſent, & in perſonis, & neceſſariam haud poſſidet ſcientiam, lethalis reum eſſe criminis: ſed ſi notabile ſequutum fuerit detrimentum, ad rei cōpellitur, reſtitutione: ſtatutum eſt in *cap. non eſt ſine culpa de regul. iuris in 6. argum. cap. fin. de iniurys, & damno dato.* Nauar. *in cap. inter verba* 11. *quæ.* 3. *concluſ.* 18.

Propterea Iudex tàm ſi ſæcularis exiſtat, quàm Eccleſiaſticus, vel Ordinarius, aut Delegatus, qui nullam in ſe demonſtrat ſapientiam, quæ, vt benè proprium adminiſtretur munus, ſit requiſita, vel adhibita hoc patret ex ſciētia, craſſa vel ex ignauia, & ſupina eueniat, cum id animaduertere compellatur: ad reſtitutionem cogitur, ſi varia prolabantur in detrimenta, quæ originem ex tali oſtendunt ignorantia · ita docet Sanctus Antoninus *part. 2. titul. 3. cap. 6. circa medium.* Nauar. *Manual. cap. 25. num. 12. & 33. num. 15.* Reginaldus *in praxi fori pænitential. lib. 25. cap. 54. ſect. 5. n. 657.* ſed ex doctrina D. Thomæ 2. 2. *quæſt. 76. artic.* 2. Hac de cauſa optimè quidem, tàm communi, quàm Regia prohibitum eſt lege, ne Conſiliarij, & Magiſtratus idiotæ ſint, ſed Iuriſperiti: ad Text. *in l. neminem la* 1. §. *Iuriſperitos, C. de aduocat. diuerſ. Iudic. l. 2. C. de poſtuland.* §. *illi autem, Authen. de Iudicibus, & in Authen. vt nulli Iudic.* §. *ſimiliter, inſtit. de excuſatione tutorum.* & Regni noſtri de iure habetur *cap. ſub Alphonſo Rege* 412. & ipſummet affirmarum ex Petro de Gregorio Tholoſ. *ſintag. iuris parte 3. lib. 47. cap.* 10. Simanc. *de Republica lib. 9. cap.* 10. Auila *cap. 1. prætor. verbo Tierra, nu. 5.* Burg. de Paz *in l. 2. Taur. num.* 53. Doctor Mart. *in tract. de Tribunal. vrb. cap. 6. num. 6. Vnuſquiſque enim* (inquit *lib. 1. Ethic. cap.* 3. Ariſtot. *ea rectè iudicat, quæ cognoſcit, atque eorum bonus eſt. Vnamquamque igitur rem benè iudicat, qui ea eruditus eſt*: & ipſius Præceptor *lib. vlt. de legibus*: ibi: *Futurus Iudex operam dare debet, vt legum conſtitutiones, ante omnia diſcat, & mente firmiter teneat.* Ea de re Tholoſan. *loco citato num. 9. & ſeq.* affirmat; ex literarum ignaro ea facilè negari, quæ circa veritatem fuere conſtituta, & quoad iſta ſuperari neutiquā valere: ad Textum *in* §. *ſuos autem, in Authen. de Tabell.* & Text. *in l. 2.* §. *poſt hoc,* Quintus Mutius *ff. de orig. iuris*: vbi: *Turpe eſſe Patritio, & nobili, & cauſas oranti ius, in quo verſaretur, ignorare.*

Tertia, quæ non minus, quàm allatæ, laudibus extollitur, eſt: vt faciles ſe ad audienda præbeant negotia, ex eo quia nihil poteſt intereſſe, quod ægriùs penes litigantes feratur, quàm inauditis dimitti querelis: optimum namque dicitur, vt prius ſint auditi, & poſtmodum recta ducatur deciſio. Qua de re maximam circa hoc adſtringūtur Principes vigilantiam adhibere, ac opportunum conſtituere remedium, vt Iudices ad res audiendas faciles exiſtant: ex eo quia tanta penes Iudices noſtris hiſce temporibus, in quibuſdam Italiæ

par-

A partibus arrogantia eſt, vt ſeſe ſuper
omnes non ſolum tanquam Iudices, at
etiam velut aliorum doctiſſimi ſeſe
euehant, cum nimis propria ſint in
ſcientia confiſi: iuxta illud Eccleſ. 7.
*Suæque ſapientiæ innituntur, qui vix pa-
tiuntur alloqui*. Quod, ſi nonnunquam
ſecum alloquia permittant conferri: vel
paruum tẽporis interuallum ad id con-
ſtituant, quod nec ſufficiens ad nego-
B tiorum explicationem eſt: vel cum per
vias grauiter incedant alias circa res
propriam applicantes intentionem, il-
lorum de miſerijs nil pertractant. Quẽ-
admodum & aliqui habentur, qui ex
barbaro, tyrannoque furore, (vt Tytij
verbis vtar, quem Petrus de Gregorio
ſintag. iuris par. 3. lib. 5. cap. 1. num. 18.
Eorum, qui lites agunt, Aduocatorum-
que verba in dicendi feruore interrum-
C punt, cum iura exponi recuſent, & de-
fenſiones ab illis neutiquam velint au-
dire: Immò ſi ad eorum accedas do-
mum, ecce adamantino concludantur
clathro, qui aurea non niſi bipenni po-
teſt effringi: cum aduerſa extet Lex
Theodoſiana in C. *lib. 1. tit. 6.* Qua pro-
hibitum redditur, ne venalia Iudicis
ſint verba: vel ingreſſus argento re-
dempti: vel ipſa viſio cum pretio ſit.
D Nonnulli, vt breuitas in ſermonibus
adhibeatur, præcipere haudequidem
erubeſcunt, vt ſub variarum colore oc-
cupationum malè ſanum contegãt ani-
mum, & exindè malè de negotijs agi-
tur: impoſſibilis eoquod res habetur,
vt quæ longo explicari ſermone requi-
runt breui verborum inuolucro decla-
rentur, cum confuſa potius reddatur.
ideò explanatio, quam aliquo dilucida
E modo. inde tot iniquitate deformes
adferuntur ſententiæ, gentium tot præ-
cipitium euenit, & plurium iniuſtè hæ-
reditatum bona videntur. Et (heu) de-
ploranda ſæculi miſeria! Iudicum nul-
lus & minima conſpicitur punitione af-
fligi, nec dignitate ſpoliari; nihil nam-
que interuenire dubij poteſt, quin, ſi
proprio negligentiam adhibeat Iudex
in munere excipere punitionem coga-
tur, vt probat Intrigliolus *in cap. excom-* F
municamus, in verbo neglexerit de hæred.
Clarus *in §. fin. quæſt. 73. verſ. item Iu-
dex.* Iudicis autem qui iuſtitiæ in admi-
niſtratione ſolertiam minimè adhibet,
pœna, indeterminatis arbitraria exiſtit
in caſibus; vt pari modo illius, qui ex
imperitiæ audacia iudicium protulit.
Ruinus *conſil. 12. lib. 5. Gloſ. in l. argen-
tarius, §. fin. in verbo de Iudice, ff. de edẽ-
do.* Alexand. *in l. 4. §. in eum nu. 3. cum* G
ſequentibus, ff. de damno infecto. Quo au-
tem in caſu negligentia ſuam ex impe-
ritia originem cognoſcet, circa illam
condemnationem ſubibit partem, quę
læſis cõpetens exiſtit perſonis: vt ęquali
forma in illo euenit, qui propter impe-
ritiam peſſimum adduxit iudiciũ. Alex.
loco citato num. 4. Menoch. *de arbitrarijs
caſ. 341. num.* 3. Sed enim quando quis
adhibita ex negligentia mortem am- H
plecti cogitur æſtimauit. Idem Menoc.
de arbitrar. Iudicum: officij iacturam
facere opus eſſe, probationem ducit
per Textum *in l. ſi quos, C. de offic. Præf.
Orien.* Boerius *quæſt. 153. num. 20.* Ca-
pitali immò punitione vitam ſæpiùs cõ-
pellitur amittere, vt explicatum fuit
ex Homodeo *de ſyndicatu num. 69. cum
ſequenti.* Puteus *eodem tractatu, in verbo
negligentia*. Menoch. *de recuper. poſſeſſ.* I
*remed. 7. quæſt. 5. & de arbitr. loco ſupra
citato à num. 6.* Alij etiam huius circa
defectum qualitatis adeſſe caſus valẽt,
qui ad tercẽtorum accedere numerum
videntur, & cum de illis agat Gomez
Hiſpan. *ad regulam Cancellariæ de trienn.
poſſeſſ. poſt quæſtionem* 28. & Bartolus
*in l. vltima in fine, ff. de varijs, & extra-
ordinarijs præſcriptionibus*: hac de re ip-
ſos in citatis conſiderandos locis relin- K
quo.

Integrum quarto quoad munera
præferre animum Iudices debent: nil
namque maiorem adducere in Repu-
blica perniciem videtur, quàm Iudices
qui ſibi dona ſuſcipiunt, &, vt explica-
tum ab Heſiodo fuit; munerum ſint
voratores; in exemplum nobis veniunt
Samuelis filij, qui donorum ergo pro-

Digitized by Google

A prij ordinem iudicij ſubuertentes, & ſe,
& Reipublicæ tranquillitatem in præci-
pitium adduxere, de quibus Petrus
Damianus *lib. 2. epiſtolarum epiſt. 2.* &
in ordine 23. ſic. *Filij Samuelis nullum
aliud crimen habuiſſe legũtur, niſi quia mu-
nera dilexerunt, iudicium peruertentes.*
Nullo proptereà modo ſibi munera Iu-
dices debent aſſumere: duo ex eo quia
mala exindè prolabi certum eſt: primũ
B ſcilicet, vt cæcis, ſeſe in negotijs ge-
rant oculis: poſterius vt linguam ſilen-
tio pœnitus obuoluant, ſi peccata quæ-
rat arguere. Vtrumque in Exodi lege
23. num. 8. olim explicabatur: *Nec ac-
cipies inquit Deus munera, quæ etiam ex-
cæcant prudentes, & ſubuertunt verba iu-
ſtorum.* & Deuter. 16. *num.* 19. *Non ac-
cipies perſonam, nec munera: quia mune-
ra excæcant oculos Sapientum, & mutant
verba iuſtorum.* Qua de cauſa clarum
C nobis redditur duas, maximaſque vir-
tutes, proferendis ſapientiam in iudi-
cijs, & ducendis iuſtitiam in ſententijs,
in corruptionem adduci, ſi munerum
interſit affluentia. Ideò rectè Salamon
Eccleſ. 20. *num.* 31. *Xenia, & dona ex-
cæcant oculos Iudicum, & quaſi mutus in
ore auertit correctiones eorum*; domum-
que nominatur à Ianſenio: *Quaſi fræ-
num in ore*: Et quis tali præcluditur vm-
D bra, vt victoriam, honoremque illis
præberi non videat, qui munera præ-
beat? Pauper etenim dum quid offerat
in iudicio non habet, non ſolum audi-
ri contemnitur: ſed etiam, veritatem
aduerſus, conculcatur. *cap. pauper in
quaſt.* 3. Et meritò Arbiter Satyricus
ita:

*Quid faciant leges, vbi ſola pecunia
regnat,*
E *Aut ſibi paupertas vincere nulla
poteſt.*

Nil namque tantam præſefert ſanctita-
tem, aut fortitudinem, vt pecuniæ ab
efficacia deijci minimè valeat. Vnde il-
lud Oraculi poſſumus afferre Philippo
Macedoni, allatum dictum:

*Haſtis pugna argentatis, atque omnia
vinces.*

Nefandiſsima ergo impudentia, & ma- F
ximi res dedecoris nominatur, eam ſibi
accipere aurum ob rem, de qua ferri
iudicium ſit neceſse, & pretio addictã
demonſtrare cum Religione fidem: vt
fuit ex Cicerone contra Verrem expli-
catum.

Nil agitur aduehere miri debet, ſi
execrandum Barattariæ crimen æqui-
parationem fuerit cum læſæ Maieſtatis
crimine ſortitum: vt voluit Baldus *in* G
authent. nouo iure num. 2. *in fine C. de
de penis iudic. malè iudicant*: cum, & no-
cumentum etiam filio adducat. Amo-
deus *de ſyndic. num.* 167. *in fine princip.*
Pariſ. *in verbo, correctio cap.* 2. *num.* 1. *&*
2. Baiardus ad Clarũ, §. *final. quaſt.* 23.
num. 19. Decianus *tract. crimin. lib.* 8.
cap 36. *num.* 1. Simoniæ illud etiam
comparari crimini firmum eſt. Addas,
& veram ex tali iudice perparrari Ba- H
rattariam; vt affirmatum ex Glo. *in cap.
videntes* 1. *quaſt.* 3. Maſcardus *de probat.
lib.* 1. *concluſ.* 164. *num.* 10. Huiuſmodi
autem ſcelus capitales recenſeri cauſas
inter habemus ex Paride *in tract. de
ſynd. in dicto verbo barattaria num.* 4.
Maſcard. *concluſ.* 453. *num.* 1. Marſil. *in
lege Cornel. num.* 2. *in fine ff. de ſica-
rijs.*

Accedit, quod talis reus peccati aſ-
ſaſſinij excipit nomen. Decian. *dicto lib.* I
8. *cap.* 33. *num.* 10. Grammat. *conſ.* 35.
num. 8. Virgin. Boccac. *in tract. de pactis
parte* 2. *num.* 18. *& parte* 3. *num.* 92. *in
fine*. Quo affirmat in loco, & furtum ex
illo committi, qui aliquod vt Iuſtitiæ
adminiſtrationem faceret ſibi recepit:
nec aliqui deſiderantur, qui tale cum
ſacrilegio ſcelus æquale reddiderunt:
ſacrilegium ex eo quia ex Iudice vide-
mus perparrari, ſuam cum percutiat K
animam, ſecundum Collectum *in cap. ſa-
cro num.* 33. *de ſententia excommunicatio-
nis* Boccacius *in tract. de pace parte* 2.
num. 39. Taliter, vt nullo permiſſum
eſt Iudici modo, vt indemnitatem illo
recipiat in caſu. quo iniqua circa deci-
ſionem teneretur Bouadil. *lib.* 2. *cap.* 11.
politic. num. 57. ſi cum indemnitas præ-
ce-

A cedens habeatur iniuſtum propriè
ſcienda iudicium inualide, vt declaratum
fuit ex Docian. *in tract. crimin. lib.* 8.
*cap.*40. *num.* 12. Quod aliter eueniret
certum eſt, ſi tantum de indemnitate
factum promiſſum fuerit.

Quia de cauſa iure quidem optimo
plurimas in repetundarum, & Baratta-
riæ crimine conſtitutas fuiſſe pœnas
ambiguum non eſt, quas adducit Fari-
B nac. *de varijs, ac diuerſis crimin. quæſt.* 111.
*artic.*2. *per totum*. Huc autem ex alio
transferre loco rigoroſum æquiſſimum-
que Cambyſis iudicium Iubet, qui (vti-
nam huiuſce temporis impijs eueniat
iudicibus) pellem Iudici munerum è
ſtimulis ad iniquam dilapſo ſententiam
euelli mandauit, ſedemque illa præ-
cingi, ſub qua filius ferre iudicia de-
bebat, vt hic è ſupplicij atrocitate com-
C motus ſeſe integrè in negotiorum tra-
ctatione gereret; Inde Romani duode-
cim lege tabularum hoc ex acceptis
donis contractum ſcelus morte præci-
piebant expiari. Addas, & è Cælo ſa-
cra per monumenta minas deſcendere,
nam penes Iſaiam 5. *num.* 23. ita *Væ*
qui iuſtificatis impium pro muneribus, &
iuſtitiam iuſti aufertis ab eo.& Deuteron.
*cap.*27. *num.*25. Maledicta in tales infli-
D guntur Iudices, ibi enim. *Maledictus qui*
accepit munera, vt percutiat animam ſan-
guinis innocentis, & dicet omnis populus
Amen.

Atenim ſi ducta illam circa pecu-
niam, quæ à propria ex voluntate; dan-
tibus ſuſcipitur, vigorem includunt, quã
in Iudices punitionem videbimus con-
ſtitutam ſi fuluam auri maſſam timoris
excutiat ſtimulo? Hoc namque in euen-
E tu ad ſuſceptæ non ſolum reſtitutionem
ſummæ, violenterque formidinis medio
extortæ Iudex compellitur. per Tex. *in*
l. fin. ff. de concuſſionibus; ibi *ablatum hu-*
iuſmodi terrore reſtitui Præſes Prouinciæ
iubet. l. quod deuitand. C. de condit. ob tur-
pem cauſam. Criminali at etiam con-
gruam negotio ſubire pœnam cogantur,
vt legimus per Tex. *in l.* 1. *ff. de concuſ-*
ſionibus dicta l. quod euitandi C. de condict.
ob turpem cauſam. Paris de Puteo *tract.* F
de ſyndic. in verbo Iudex cap. 7. Gramm.
conſ. 51. *nu.* 15. *in fine.* Farinac. *de va-*
rijs, ac diuerſis criminib. dicta quæſt. 111.
*artic.*3. Taliter, vt ſi concuſſione arrep-
ta in Iudicis manus pecunia peruenerit,
illum equidem, & publici, & infamis
reum criminis reddat: vt dixit Teſtai *al-*
legat. 7. *num.* 160. Et eo non denega-
tur in caſu fiſco, vt principali agat ra-
tione. Quod alia euenire forma ipſe G
reputauit ſi argentum ille ſibi neutiquã
recepiſſet, eoquod priuatum haberetur
delictum, & infamiam haudequidem
irrogaret. *l.*2. & ibi Glo. *ff. de concuſ-*
ſionibus Gabrielis *conſ.* 171. *in princip.*
*lib.*2. Barattariæ vero, & concuſſionis
circa materiam verba facit Giurba
*conſ.*72. per totum quem vide: nam eo
in loco per quàm doctè ſub examine
tali neceſſarias delicto probationes po- H
nit.

Quod autem conſcientiæ pertinere
ad forum poteſt, habe. Opus eſſe vt iu-
dices caueant, ne pecuniarum opera
vnius cauſæ, ante alias, quæ tranſacti
obiecto temporis, finem excipere de-
bebant, expeditionem aduehant: vt di-
xit Paulus Layman *in Theol. mor. lib.* 3.
*ſect.*5. *tract.*4. *cap.*4. *num.*9. Qui fugien-
dum affirmat, ne talia vna cum iniuſto I
alterius damno coniuncta efficiantur; ſi-
cuti ſi oblati ſibi cauſa muneris vnius
cauſæ citius expeditionem, alijs poſtha-
bitis, qui longiores perſtitere per moras
adferat: quo autem in caſu temporis in
paritate cauſæ exiſtant, & expeditionis,
conceſſum voluit Layman. Naturalis
intuitu iuris ex iudice neutiquam con-
demnationem excipi: tunc namque nul-
lam adducit iniuriam, ſed tamen in mu-
neris gratiam nouam contrahit obliga- K
tionem, vt ipſius, ante alias, cauſam
expediat, quod vinculum nullo dignũ
pretio conſpicitur: notatum attamen ex
Diana *parte* 3. *tract.* 5. *reſol.* 45. cum
Leſſio *lib.* 2. *cap.*14. *dub.*9. *num.* 64. Iu-
dici ex rigore, & cum ſcandalum non
interueniat, & iuſtitiæ non adſit pericu-
lum, eſſe permiſſum, vt accipere mu-

ne-

Digitized by Google

A nera poſſit, nec ad reſtitutionem quoad illa compelli, quæ à litigantium liberalitate obtinuit, ſi tributa muneris inſtar illo videantur fine, vt maiorem in cauſa diligentiam adhibeat: vel quemadmodum verba facit Molina *de iuſtitia, & iure tom.* 1. *tract.* 2. *diſput.* 88. *num.* 6. Si priuſquam expeditionem ſortiatur negotium, ad ipſum fuerit munus miſſum, vt ex diligentia, & in eius fauorem, qui donum affert, iuſtitiæ intra limites finē B habeat negotium: Pari non vetitum forma explicauit Diana *loco citato reſol.* 55. Iudici, qui ex opinionum diuerſitate, vtriuslibet ſequi opinionis valet ſententias, altera ſibi capere quidquam ex parte, vt illius iudicium inferat in auxilium, & nequaquam ad reſtitutionem cogi; cum poſitiuum attamen excludatur ius, ſi hoc prohibitam ipſius demõſtraret exequutionem negotij: interdi-C ctum namque ex legis vi, ſcandali propter periculum, & iudicis ad Auaritiam propenſionis hoc exiſtit: ſecurius autem mihi videtur affirmandum: cum Tamner. *in* 2. 2. *Diui Thomæ quæſt.* 6. *diſput.* 4. *diſtinct.* 10. *num.* 290. Naturali hanc neutiquam de iure prohibitionem efficaciam continere, vt perductas ab eo rationes conſpici valet, taliter, vt naturale quamuis ius conſidere-D tur, non vituperandam affirmat actionē: Diana *in fine dicta reſolut.* 55. Vt ſibi iudex quidquam ſibi pro ſententia probabilem mixta opinionem, illa, quæ probabilior, relicta, proferenda ſuſcipiat: ipſe namque iudicium adducere probabiliorem ſecundum ſententiam compellitur: ſed ex probabili doctrinā aduehere, quo in caſu, circa ius, non verò factum quæſtio interuenit. Non E denegatur etiam Iudici, vt id retineat, quod fuerit ad æquum depromendum iudicium ex mera dantis liberalitate tributum: vt placuit Dianæ *parte* 3. *tract.* 6. *reſol.* 4. Quo in loco citat Suarez ex quo Sayrus, Molina, & alij vehuntur: ſed verò videndus eſt Nauar. *Manual. cap.* 25. *num.* 12. *fol.* 726. Curtius eſt aſſertum peccati reum eſſe iudicem, qui aliquod ſumat, vt æquè iudicet, donum F ipſius eo quod attinet ad munus, vt grato ſententiam ferant animo, & negotia ocyus expediant. Vnde cum pecuniam accipiant, vt optimè, vel iniquè decidant, vel omiſſionem, aut moram circa ſententiam ponant, mortali ſeſe labe Iudices fœdant, quamuis hoc ex litigantium munere perpatretur. Eccleſiaſtici verò Iudices ſtatûs, cum id operis agant, excommunicationem ſubeunt, G ſicuti determinauit Clemens 8. *in conſtit.* 10. *pag.* 8. *to.* 3. *Bullar. comm.* Reginald. *in praxi fore pænitentia. lib.* 25. *num.* 659. Molina *de iuſtitia, & iure tract.* 2. *diſp.* 22. Graffius *deciſ. aut. lib.* 2. *cap.* 123. *num.* 11. Homobonus *de ſtatutis cap.* 3. *num.* 6. Muta *ſuper pragm. Regni tit. ne officiales munera accipiant tit.* 13. *num.* 7. *fol.* 165. Qua aſſerit in parte tales, qui aurum etiam cum iuſtam proferant H ſententiam, accipiunt, corruptos nuncupari Iudices: allegat Boſſium *tit. de official. corrupt. num.* 1. & cæteros, qui videri poſſunt, doctores.

Iure igitur optimo plures per Pragmaticæ ſanctiones ſtatutum venit, æditum ex Ferdinando Rege anno 1482. & Rege Carolo, & Ioan. Anno 1150. Nullis ſcilicet Regni officialibus, tàm qui præſentes ſint, quàm qui futuri, & I quacumque authoritate, & iuriſdictione, ac præeminentia polleant, vel palam, vel occultè, tàm ex directo, quàm indirecto modo conuenire, vt quidquā ex quolibet, pro quapiam opera laboribuſque ſuis accipiant, proprium vltra, & conſtitutum ſalarium; illiſque exceptis emolumentis iuribuſque, quæ Regni ſunt præfixa per Pandectas: ſed ſi extra illud, pecuniarum ſibi ſummam, K auri, argentiue pretium, iocalium, munerumque pompam, vel alia huius generis bona, cùm ſi mobilia, tum ex aduerſo ſint, niſi eſculenta videantur, & poculenta, etiam ſi vnius vnciæ ſuperare valorem certum ſit, aut ſæpius, quàm ſemel auſus fuerit pro vnius anni ſpatio ſuſcipere ipſo iure officij priuationem incurrat, ac illius nonuplum rei,

& ſub

Digitized by Google

A & ſubornationis, qua ſuam corrupit in-
tegritatem, proprijs tribuere de bonis
ſtatim compellitur; Regia extat etiam
prohibitio *in § 4. pragm. 2. tit. de officio
Iudicum magnæ Regiæ Curiæ:* Ex qua mi-
nimè conceditur; vt Iudices, illi præ-
cipuè, qui delegati exiſtunt, aliud ſibi
deſumere à partibus emolumentum
quærant; quod, & Magiſtri Notarij per
operam ſuſcepiſſe taxam firmum ſit, ibi
B autem his fere verbis diſpoſitio. *E por
quanto nos ſemos informados que muchas
vezes por las partes litigantes ſe dan à los
Iuezes mayormente delegados dineros por
viſion de ſcripturas, ò por las candelas ſin
ninguna taxa ò modificaçion, de que por in-
direcho ſe podria ſeguir fraude, o corruçion
del Iuez, ò hazer lo que nò deuen, dãdole ſu
eſte color mas de lo deuido: ſtatuymos, pro-
ueymos, y mandamos, que aſsì como en la
Gran Corte ſe coſtuma taxar la dichas
C candelas, ò viſion de actos, y ſcripturas, que
de aqui adelante ningun Iuez aſsì de nue-
ſtra Corte, como qualquier otro delegado
pueda tomar en vna vez mas de tres tari-
nes, que primero no ſea taxado por el Mae-
ſtre Notaro, ò Sacra Regia conſcientia, lo
que le pareciere deuerſe dar por viſion de
tales ſcripturas, qual ſe ha contenido en el
dorſo dellas, y ningun Iuez ſea oſado de to-
mar ſino lo que le ſerà aſsì taxado; y ſi mas
D tomarè, ò ſe ſia la taxa reçiuirè mas de tres
tarines, que ſea banido lo de mas por ſubor-
naçion aſsì en el Iuez que lo riçinerè, co-
mo en la parte, que lo dierè.*

Sed enim ad vos ò Iudices verba
conuerto, ſermonem dirigo, vt Salo-
moniaci imitatores ſymboli habeami-
ni: porticum namque ipſe cedrinis ob-
uelauit à ſolo vſque ad ſummitatem
E texturis: ædiculam nec non, in qua ad
inferendas ſederent Iudices ſententias
non diſpari confecit opere: vt Regum
3. cap. 7. num. 7. & 8. conſtat. Clarum
namque vobis reddere contendit, quẽ-
admodum, & nullam Cedrus, corrup-
tionis maculam contrahit, veſtrum ita,
& animum propriam ſeruare integrita-
tem debere. An muneribus veſtram fœ-
dari æquitatem permittatis? Expellite

ſolerti vigilantia tot gloriæ impedimẽ- F
ta, tàm infames aufugite ſcopulos, ſyr-
teſque ita inſidas declinare ſtudeatis: ſi
domini habitationem in tabernaculo
retinere, & in ſancto ipſius monte mo-
ram facere deſideratis: ipſe namque
nulla ſuper innocentem munera acce-
pit: vt in Pſalmo *14. num. 15.* vide-
tur.

Quod ſi tàm ſapientis figuram Iudi-
cis amplecti dedignamini, Ethnicorum G
ad normam vos moderari non negliga-
tis: integrorum etenim illi Iudicum ſi-
mulacra reciſis depingere bracchijs,
auulſis effingere oculis conſueuerant:
vt nobis clarè demonſtrarent, ex Plu-
tarchi ſententia, Diodori Siculi, Cle-
mentis Romani, Diui Baſilij, aliorum-
que truncis non ſolum exiſtere mani-
bus ad munerum captum, abreptis ve-
rum etiam oculis ad illorum intuitum
Iudices haberi opus eſſe. Quoniam qui H
manus in dona inijciunt praui præda
ſunt affectus, qui ſolis expetunt oculis
cæcis obuoluuntur tenebris: iuxta il-
lud: *Terra data eſt in manu impij, & vul-
tum Iudicum eius operit.*

Quæ, quinto, debet in Iudice quali-
tas interuenire eſt, ne perſonarum ex-
ceptionem faciant: ex hac enim cauſa
in aliquod deſcendere malum poteſt,
hominum namque in iudicio reſpicere I
qualitates nulla in ſe includere quali-
tatem ambiguum nõ eſt; explicat enim
in libro de Iudice Plato: quo in loco
ius dicentem hortatur, vt, quando iudi-
cia profert, ſub conſideratione ponat,
eodem in ſe modo agendum, quo & ip-
ſe circa alios perpatrare ſtudebit: opus
Iudici eſſe, per forti prudentiam liga-
mine cum poteſtate vincire, ne alicu-
ius fraude in errorem ductus ignarè ſe K
gerat: iuſtitiam, vt vnicuique quod ſuũ
eſt diſtribuere minimè obliuiſcantur,
Fortitudinem tandem, vt inconcuſſum
retinens animum, nec ex mæſto delin-
quentium vultu, lacrymiſque, nec ex
ditiorum minis, nec pauperum è miſe-
rijs iuſtitiæ à via pedem auertere coga-
tur; in Deuteronomio etenim clarè cõ-
ſpi-

Digitized by Google

A ſpicimus, Iudici conueniens, haberi:
adamantinam in afflictorũ aſpectu mẽ-
tem conſeruare, cum ita humilis circa
hominis negotia, quemadmodum & in
Procerum debeat rebus videri: Dei
quoniam iudicium eſt. adeſt in Leuiti-
co etiam ad Iudices monitum; ne pau-
peris commoueantur perſona, poten-
tiſue ob viri authoritatem aliquid cõ-
mittant; ſed æqua omnium res lance
B perpendant: adſimilis eſt loco huic *cap.*
nec omiſſum 23. quæſt.4. ibi: *Nec paupe-*
ri in cauſa iniuſta miſericors ſis. Exem-
plum è ſupremo Cœlorum Moderato-
re nobis tribuitur, qui nullam deflectit,
quæ æqua non ſit, in partem: Regum
non excitatur authoritate: pauperum
non concutitur ærumnis: dum ipſum
nec diademata commouent nec lacera
pellicit ad miſericordiam lacerna. Eo-
C quod & pari modo ſe tàm in purpuris,
ac thiaris, quàm in ſordido amictu, vi-
lique petaſo viros aſpiciat.

Huiuſmodi autem perſonarum ac-
ceptio, quæ Proſopolipſia è Græcis di-
citur eo adeſt in caſu, quo, cum recto
diſtributio fieri oculo debeat, nullo
cauſa modo: ſed perſonæ qualitates,
quæ ad rem nihil faciunt, in conſide-
rationem vocantur: Hoc arenim vitium
D præcipua, iuris in diſtributione intereſt,
forma, dum Iudici adhæret ad ius par-
tibus dicendum, conſtituto: vt eſt do-
ctrina Diui Thomæ *quæſt. 63. artic. 4.*
Et commutatiuæ licèt ſit opus iuſtitiæ,
ius dicere: proprium eoquod pertine-
re ad munus conſpicitur. Ipſius atta-
men in ſimilitudinem venit, quatenus
duos inter efficitur; Ius quoniam ſuo
bonum quoddam extat modo, quod
E partibus diſtribui ſit neceſſe. Vnde ſi
dum in hac verſatur Iudex diſtributio-
ne, aliquid exceptis cauſæ meritis, co-
gnoſcere ſatagat, de perſonarum ac-
ceptionis vitio ſe reum demõſtrat. Ad-
uertat igitur ne in Dei cadat manus, ſi
æqua deflectat à via; ſacra namque mo-
numenta clarè de hoc verba facere
conſpiciuntur.

Et plures quamuis extenſionem ad
caſus ſortiri vitium hoc valeat; quando F
beneficia nimirum conferuntur, cum
electio fit, & ad illa perſona ducitur, ſi
præberi officia ſæcularia, ſi diſtribui
honores deceat, ſi reuerentiam exhibe-
ri contingat: nobis attamen, his alio-
rum calamo ad pertractandum relictis;
ille ſermo inſtituendus hac in parte, de
genere, quod ſurgere in ius dicẽdi oc-
caſione à Iudicis facultate poteſt, quod
maximè execratus eſt Moyſes, & vt for- G
tioribus aduerſus illud ſui Iudices po-
puli armis præmuniret, Dei adduxit
exemplum, ita: *Deus Dominus veſter,*
Deus Deorum, & Dominus Dominantiũ,
Deus magnus, potens, & terribilis, qui per-
ſonam non accipit, nec munera. Qua de
cauſa Rex Ioſaphat in hoc noſtrum
magiſtratum inſtruens: non eſt, inquit,
apud Deum iniquitas, nec perſonarum
acceptio. Si Deus igitur aliquem per H
gratiæ lumen aſſumat, alterum verò in
peccatorum deſerat tenebris perſona-
rum committere acceptionem affirma-
bimus? duplex etenim vt affirmat D.
Thomas *2.2. quæſt. 63.* diſtributio exi-
ſtit. Alia, quæ iuſtitiæ pertinere ad na-
turam videtur: cum quis nimirum id
alicui dat, quod afferre ex æquitate
compellitur. Alia quæ liberalitatis in-
tereſſe ad condictiones conſpicitur; & I
ad hãc gratuita munerum collatio ſpe-
ctat, nec in ipſa locum perſonarum ac-
ceptio nullum poteſt ſortiri: ex eo quia
ex proprio, quantum, & quod vult, po-
teſt tribuere: iuxta illud Matthæi 20.
Non licet mihi quod volo facere?

Vt ad inſtitutum autem regreſſum
faciam, ciuilia etiam interſunt iura, quæ
de ſupradictis Iudices volunt monitos:
Textus etenim *in l. obſeruandum, ff. de* k
officio Præſidis: ipſos certiores facit, vt
diligentes proprij in actu muneris ha-
beantur, ne illorum animos aut miſeri
lacrymæ, aut pauperis commoueant
calamitates, neque conſtantiam: nam-
que neque rectum id Iudicem oſtendit,
cuius vultus pectoris detegit tumultus.
Baldus *in §. publici latrones de pace tenen-*
da, & eius violatoribus: ſic enim Deus,
ad

Digitized by Google

A ad Samuelem in 1. Regum *cap. 16. anteq.* dixit: *Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ eius, quoniam abieci eũ, nec iuxta intuitum hominis ego iudico.* Moſtrum igitur Iudices eſt, ferream habere conſtantiam; nec mœſti facies, ſorditie, refertus habitus, vultus ſupplex demiſſaq; ſupercilia, verborum humilitas ab inſtituto retrahat; femineas ipſi quidem lacrymulas ad nutum, vt ita dicã, B in promptu retinent. Vnde memoriæ fixa teneatis, quæ Chriſtus ad nos trãſmiſit: *Nolite ſecundum faciem iudicare.* Dubio autem quò negotium permanet in re, plus erga viduas, pupilli, pauperis, peregrini, & cæterorum, qui miſerabiles, cauſam fauoris oſtendere illis minimè denegatur, vt fuit explicatum ex Bouadill. *lib. 2. cap. 2. num. 62. fol. 320. polit.*

C Obſeruare ſexto vigili cogitur ſtudio Iudex, ne quidquam vel maiori ſeueritate, aut clementia, vel remiſſiori conſtituat æquitate, quàm cauſæ poſcere conditionem firmum ſit: vt Marcellus *in l. reſpiciendum 11. de pœnis*, dixit. Nulla enim ſortina aut lenitatis medio, vel rigoris quærenda gloriæ ſublimitas eſt, at conſiderato, vt rerum poſtulat qualitas, ſtabiliri iudicio debet: optimè tamen quod leuioris in momenti re D procliuiorem ad benignitatis dulcedinem habere animum Iudici conuenit: in grauiori verò legum aſperitatem quodam clementiæ ſopiri moderamine ad ipſum attinet. Taliter vt, cum prudenter delictorum perpendatur frequentia neceſſe eſt, vt punitionis ſub acerbitate crimen expiet delinquens: per Textum *in l. prima, ff. de abigeis*: ex eo quia ſingularum, qui verſari cauſarum in iudi- E cijs coguntur, communes rerum rationes inter ſe accommodare ſcienter debent, cum oporteat præſentibus leges circumſtantijs adnecti. Bald. *in l. unica, in princip. num. 8. C. de cad. tollendis.* Iaſon *in l. ex toro, §. ſi ita legatum nu. 30. ff. de legatis. 1.* Quapropter ad maximũ ſæpius conducit emolumentum, vt leges è ſeueritate in miſericordiam declinent. Vnde Alphonſus de Caſtro *de lege pœnali lib. 1. cap. 6. fol. 103. litera B.* F Cum poſitiuo ceram voluit iure comparatam: quoniam ſi pietate ſint circũſtantiæ dignæ, benignitatem amplecti Iudex, propriamque leuem reddere circa quod lex mandat, ſententiam cogitur: At ex aduerſo ages, ſi delicti natura crudeliorem, quam poſitiuæ ſit in diſpoſitione legis iudicium adſtringitur, inferre, quemadmodum inter Politicos G Maximus Bouadill. *in lib. 2. cap. 4. fol. nu. 3.* præcipit.

Optimè igitur Diuus Gregorius trãſumptiuè *in cap. omnis 45. diſtinctione* ſcriptum reliquit: *Omnis qui iuſtè iudicat, ſtateram in manu geſtat, in vtroque penſa Iuſtitiam, & Miſericordiam portat: ſed per Iuſtitiam reddat peccati ſententiã; per Miſericordiam peccati temperat pœnã; ut iuſto libramine quædam per æquitatem* H *corrigat, quædam verò per miſerationem indulgeat.* Quidquid verò Iudex patrat, quod optimos parturiat effectus, ſuæ neutiquam ad induſtriæ operam ducat: ſed ad diuinum referat cultum, & gloriam tribuat: nam vt aſſerit Diuus idem *Valdè otioſum eſt D. Cloris ſtudium, ſi per hoc, quod ab illo in terris agitur cæleſte officium non agatur.* Nec verba Senecæ ad I Cæſarem ſunt prætereunda: nam: *Neque quiſquam te ad crudeles pœnas, aut acerba iudicia inducat, quibus Ciuitas vaſtatur magis, quàm corrigitur; ſed vt prauas artes à iuuentute prohibens ea vera clementia erit, pacem concordia ſtabiliuiſſe, neque barbara arte cædem cæde, & ſanguinem ſanguine expiandum.*

Impuros ſeptimo, Veneris affectus, lethale tamquam virus, è proprio expellere animo ad Iudicem pertinet: mẽ- K tis etenim rationem illa perturbat, cum nulla vehementer interuenire paſſio, quàm libidinis valeat vis; quippè cum iudicium amor euoluit, intellectum commouet, nec aliquid excogitari ſinit, quàm quod amatur; nonnè etenim 19. Eccleſ. legimus; è dulcibus mulierum lænocinijs propriæ de Sapientiæ ſolio doctos fuiſſe pulſos? Quid ergo ignarir

 euc-

A euenire cogitabimus? Appius Claudius nobis demonſtratur, qui Virginis amore coactus omne miſcuit fas, & nefas, inſeruit, vt dicitur, ſacra profanis, & iuſtitiæ infecit integritatem: vt in *l. 2. §. initium, ff. de origine iuris*. Efferus autem criminum libido, ſtimulus extat, quæ nullum tranquillo permanere affectum in ſtatu permittit: vt eſt ſententia Diui Ambroſij *in libro de Cain, & Abel*
B *cap. 5.* Nocturno quoniam in ſilentio ferventius accenditur æſtu, dici in ſerenitate fatigata debacchatur; quietem ſomni pellit ſoporem; & ex negotiorũ curis abducit, diſcurſus intellectui lumen ſubtrahit: conſilium prudenti aufert: amantium pectora inconcuſſa non relinquit: lapſos grauiori conculcat pondere: caſtis inſidias ponere haud-equidem negligit: obiecti dominio ma-
C iores excitat flammas; proprio maiora commouet incendia vſu: nullus in peccando modus interuenit: & inexplebilis criminum auiditas extingui nequiquam, niſi amantis interſit lethum, poteſt. Sapienter igitur officialis in mœchæ permanens coniunctione officij iacturã ſubit, & alia ineptus ad munera efficitur ex Nicolai VI. Pontificis ſtatuto: vt refert Farinac. *de delictis carnis quæſtion.* 137. *num.* 39. Baiardus ad Clarum *§.*
D *fornicatio num. 5.* Et hoc in Siciliæ Regno euenit: vt eſt relatum Maſtrill. *deciſ.* 191. Iudicem quemdam, qui ad meretricis accedens officij ſub prætextu, nulla quamuis eſſet violentia, domum, cum illa concubuit, condemnationem in perpetuum excepiſſe, ne officij adminiſtrationem exerceret, & exilij pœnam in quinquennij perpeſſum fuiſſe
E ſpatium. Et merito: nam quis non intelligat animæ non ſolum candorem, perſonæ verum etiam authoritatem ex luxuria maculari?

Maximò Iudices Octauo animi ardore ſe veritati debent adnecti, nullum namque pondus facultas, niſi, & verum adſit, continere videtur: vt dixit Diuus Auguſtinus *in ſermone de Aſſumptione*. Veritas etenim, & æquitas vnò, eodemque adnectuntur vinculo, dũ Eſdræ F
lib. 3. cap. 4. Veritati dicit haud incongruum, vt perſonas accipiat, & differenter ſe gerat: nam & quæ recta ſunt perficere, tàm circa iuſtos, quàm circa iniquos ſtudet, omnes ipſius in operibus benignitate digni redduntur, eius in iudicio iniuſtum minimè reperitur, at fortitudo regum, poteſtas adeſt, & Maieſtas. Horum penes Ariſtotelem *in moral. 5.* mentio fit: Qui maximo afficiendos vituperio illos dicit, qui falſa G
fingere non dubitant: illud autem, qui diſſimulantur, quod re vera eſt, illud efficiunt diminutum. Iudex propterea, qui rem ſua demonſtrare quærit ex conditione, & Regitori narrat, audiri facile debet: domini quoniam animus mendacis oderit linguam, vt in Prouerbijs conſpicimus. Ipſum ex eo quia verum (illius cauſæ conſiderantur circumſtantiæ) cõ- H
plecti Iudex, & cuncta vocare ſub examen cogitur. *cap. 15. verſic. caueat de pœnitentia diſtinct. 6.* Optimi quoniam iudicis habetur munus ex obſcuritatibus tenebris veritatem ſegregare, ac ex erroribus euellere: iuxta Baldi doctrinam *in cap. 1. col. fin. ff. de officio iudicum per Tex.* quem notabilem eſſe dicit *in l. 2. C. de abolitionibus, & l. quoties C. de naufragijs lib. 11.* Auiles *in cap. 5. ſyndicatus glo. trahant Platea in dicta l. quoties num. 2.* I
Eoquod quo magis ſub trutina res permanet, eo fulgidiores emittit radios veritas, cui velut Iuſtitiæ matri iudex incumbere cogitur. Bouadil. *in lib. 1. cap. 3. Polit. ſub num. 30.*

Vanas expellere Nono ſuperbiæ auras, tumidam arrogantiæ contumaciam, inanes ambitionis perſuaſiones, lethalis velut hoſtis retia fugere debet: nam quo K
enim in caſu iudicis in ſimul conueniũt ſuperbia cum conditione dum, & proprijs retinet poteſtatem in manibus, ancipitem æquitati habebit aduerſarium; quia vt Eccleſiaſticus ait: *initium omnis peccati eſt ſuperbia; qui tenuerit illam adimplebitur maledictis, & ſubuertit eum in finem.* Omni autem vitio peior eſt ſuperbia: vel ex eo quia ortum excipit à per-

A perſonis: vel iuſtitiæ quoniam de opere ac virtutis ſurgere certum eſt: minus etenim ipſius culpa apparet culpa, cum vitioſa exiſtat elatio inferiores deſpiciens perſonas in maioribus permanet, ſæpius etiam ſibi circa pares dominiũ aſſumere ſatagit. Huius verò vitij deformitatem vno complectar verbo: ſuperbia ſcilicet cunctorum, & Reginam, & radicem eſſe criminum. De ipſa loqui ſacra non prætermiſit pagina, quod
B omnis initium peccati ipſa ſit. Capitalia inde vitia ſeptem oriuntur. Inanis hoc eſt Gloria, liuida Inuidia, Furibunda Ira, verſipellis Triſtitia, aurum ſitiens Auaritia, inexplebilis ventris Ingluuies, & nullo fatigabilis tempore Luxuria. Vnde vt hæc omnia tanquam portenta euitentur, ipſorum etiam genitricem humilitati contrariam eijci oportet. Arrogantiæ verum medio ſibi plura, quàm
C retineat Iudex, tribuere conſpicitur, & alijs præſtantiori ſeſe præditum conditione, aut ſcientia, vel nobilitate, aut virtute, aliaque re, quæ hominum reuerentiam exigat exiſtimare. Hæc autẽ maximo extingui ſtudio debet, eoquod cum ſuperbiam in parentem cognoſcat modeſtiæ aduerſa exiſtit: nam, & eã cæteris excellentiorem, ſe quis reputans quos ſub ſe videt, in contemptu
D habere neutiquam erubeſcit: *vt in cap. 1. diſtinct. 47.* ſtatuitur.

Ambitionis denique actus è ſtimulis ſubliori decorari honore, pretumidiori euehi laude, quàm fiat, auidè optat, quæ cum natales à ſuperbia excipiat effræne obſequij deſiderium adfert. Et exinde certum eſt prolabi ambitioſos omnes è ſuperbiæ aura extolli;
E ac è conuerſo, cum ad ſuperbiam ſe ambitio, vt propriam illius paſſionem, & non diſparem affectum dirigat. Notum propterea Iudici vellem, quod vbi ſuperbia, eo etiam in loco contumelia reperiatur, & vbi humilitas, ibi etiam ſapientia adeſt. Quemadmodum in 11. Prouerb. legimus capite.

Ad iudices Decimo ſpectat, vt propria ſicut poteſt induſtria tolerare, & ingenij perpeti vires, ſtudium ponat, eã in enucleando difficultatis amphractu; F
& allegata, & iam probationibus confirmata conſideret: vt habetur *in l. illicitas, §. veritas, de officio præſidis cap. iudices 3. quæſt. 7.* Viuius *deciſ.* 178. Contrariæ quamuis opinionis ignarus haud equidem ſit. Nauar. *conſ. 6. nu.* 11. DD. penes eundem Viuium *loco ſupra citato* Cum nullo facti probationibus ex officio ſupplementum adducere modo ſit
ipſis conceſsum, in iure licet ſupplere, G
quæ ipſorum, & aduocatis deſunt, & clientibus poſſint. *l. 1. vt quæ deſunt aduocat. ind. part. ſupplicat. l. eum quem temerè ff. de iudicijs:* litis etenim capita, & quæſtiones reddere diuiſa debent, ſeſe inter rationes, & litigantium conferre reſponſa, & ſeparationem exigentiã partire. Petrus de Gregor. *ſyntag. iuris lib. 50. cap. 1. num. 12.* Additur etiam, H
legis quemadmodum natura eſt, promi ſententiam opus eſſe; ex eo quia tali præceptum habetur forma per Tex. *in l. nemo C. de ſententia, & interlocut. omniũ iudicum cap. 1. & cap. ne iniuriatis de conſtit. cap. pura 3. quæſt. 9. §. quia verò Authent. de iudicijs.* Petrus de Gregor. *loco ſupra citato num. 13.* quapropter cum Poeta dicendum.

Non niſi librata dirimat ſententia litem I
Parte quod ex vtraque conueniat examin cauſam.

Nam in eorum fide, quæ probata ex actis veniunt propria non autem ex cõſcientia proferre Iudex ſententiam debet. Oſaſc. *deciſ. 1. num. 39.* Glo. *in l. ſiue noſtrum in verbo, quanti. ff. de in litem iurando. in cap. ſi quis §. incerto 30. quæſt. 5. in verbo credenda:* Eoquod poſthabita conſcientia ſecundum acta, & proba- K
ta iudicium confici oportet. Purpuratus. *in l. 1. num. 153. ff. de officio eius, cui mãdata eſt iuriſdictio.* Marſilius *ſingul.* 266. Etiamſi ipſi de veritate alio modo cognitio veniret. Clarus §. *fin. quæſt. 66. verſ. ſciat.*

Nonnulli attamen Principi, & Senatui, qui ſola facti veritate conſiderata,

Digitized by Google

A procedunt, conueniens eſse reputarunt,
vt iuxta conſcientiam iudicent, quemadmodum,& ſuam Deus proferret ſententiam: inter quos eſt Bartol. *in l. vnica num.* 4. C. *vt quæ deſunt aduocat. par. iud. ſuppl.* Grammat. *deciſ.* 62. *num.* 31. Rolandus à Valle *conſ.* 70. *num.* 20. *lib.* 1. Maſtril. *de magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 40. vbi plures citat Cyriac. *controuerſ.* 349. *num.* 34. Hanc autem extenſionem
B reprobat Oſaſc. *dicta deciſ.* 1. *num.* 43. *&* *deciſ.* 79. *num.* 44. æſtimans malè verba feciſſe Guidon. Papa, & concluſionem infert; Nulla permiſſum eſſe Senatui ratione, vt iudicia ducant ex illis, quæ præter acta venire ad ipſorum cognitionem conſpiciuntur; ipſum verò ſequutus fuit Anton. Sola *in Conſtit. Sabaud. tit. de modo, & forma ſupplic. glo.* 2. *num.* 9. Cuius opinio eſt omnes Iudices
C ſupremos in errorem incidere putantes è ſui facultate ſola facti perſpecta veritate iudicium proferre nō denegatum affirmatque Senatum compelli, vt ſententiam ſecundum iudicata ferat,& approbata: robur ducit Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 47. Et ſi vſque Iuſtitiam ſibi præ oculis ponere Iudices debent. *l. quod ſi Epheſi*, §. *fin. ff. de eo, quod certo loco. l. placuit*, C. *de iudicijs.*
D Id attamen de æquitate à iure informata conuenit intelligi. Gaill. *obſeru.* 42. *num.* 2. *lib.* 1. *cap. ex parte de officio deleg.* Non enim iuſtitia dicitur: ſed iniquitas potius quo Iudex in caſu cum iuris formam in contemptu habeat, æquitatem ſequi dedignatur Abb. *in dicto cap. ex parte num.* 3. Et æquitatem, quæ non ex iure ſcripta: ſed ex motu, animique affectione ſcriptum contra ius inſurgit,
E ſectandam minimè eſſe tradunt Bartolus, Salicetus, & cæteri DD. *in l.* 1. C. *de legibus, & in l. placuit* C. *de Iudicijs.* Nam ſi hoc procederetur modo nil in noſtro certum, aut perenne eſſet iure. Mynſinger. *obſeruat.* 63. *num.* 4. *centur.* 6. Et quod nec Principi, nec ſupremo illius magiſtratui congruum ſit, vt proprium ſecundum arbitrium ex æquo iudicent, & bono: ſed ex eo tantum, quod

fundamentum in iure habet. placuit F
Gail. *obſeruat.* 42. *num.* 2. Cum nullum clauſula impedimentum ponat. *Sola facti veritate inſpecta.* Quoniā haudequidem poteſtatem Iudici præbet, vt legitimæ abſque eoquod probationes interſint, valeant iudicare: ſed tantum, vt leuioribus fidem probationibus, & non omnino concludentibus poſsint adhibere. Menoch. *conſ.* 361. *num.* 17. *& de Arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 40. Natta, G
conſ. 142. *num.* 16. Rolandus à Valle, *conſ.* 7. *num.* 3. *lib.* 3. An autem licitum ſenatori dicatur, qui aduerſus acta, & approbata cognitionem ex certa habeat ſcientia è voto abſtineri quæris? Negatum eſt in ciuilibus è Caſtil. *deciſ.* 94. *num.* 9.

Omni vndecimo ſolertia euitare Iudices coguntur, ne proprium, antequam ſententia ducatur, votum patefaciant; H
& animi pandant receſſus: ex eo quia, tali præterquam ex cauſa poſſunt recuſari, falſi etiam obnoxios illos voluere doctores, & inter alios Seſſe *deciſ.* 151. *num.* 54. Decianus *conſ.* 26. *num.* 9. *vol.* 1. Qui hoc affirmat illo etiam in caſu, habere, ſuam quo intentionem haudequidem expreſsè at aliquod exibuiſſent indicium, quo animi detegi motus viderentur: adducit Tex. *in l. obſeruandum*, ibi: *cuius animi motum*: *de officio* I
Præſidis: quem ſequitur Alex. Ambroſin. *deciſ. Peruſ.* 50. *num.* 7. & alij ex doctiſſimo Giurba *deciſ.* 54. *num.* 3. allati Gratian. *diſcept. foren.* 100. *num.* 57. *lib.* 1.

Obſeruantia verò ſtatutum reddidit, vt omnibus fere in Italiæ Tribunalibus facultas iudicibus concedatur, ad motiuum ducendum, ac liberè doctrinam K
tribuendam, partibuſque propalandum. quod ipſi pro Iuſtitiæ regimine, & cauſarum diſcuſſione haberi neceſſe appareat, abſque eoquod valeant ſub prætextu, quod proprium explicauerint votum, animumque pro ſuſpectis allegari: ſingulos namque in dies videmus liberam Tribonalium Iudicibus viam aperiri, vt colloquia cum Doctoribus

in-

A inſtituant, ne veritas in tenebris deliteſcat; immò, vt mihi eſt in ſententia, probus neutiquam reputari ille debet Iudex, qui dum informat, linguam ſilentio conſecrat, nec facilè quod ſentiat, explicare contendit, aut etiam difficultatis motiuum non facit, vt rectum ſuos emittat ſplendores: Iudicem enim qui taciturnitati deditus eſt, vitioſum, quemadmodum, & mutum dixit Fontanel. *decif.9. num.* 15. B Proprio quoniā hic ſatisfactionem haud excogitat muneris, illi ex eo quia ſe aduerſum demonſtrat; quo Iudices inter, & Aduocatos cauſarum circa merita introducta colloquia fuere; non dedecens namque habetur, & de iure dicitur permiſſum, vt qui aliquo iudicium ferre de negotio coguntur, poſſint, & debeant plenè cum partibus ratione illius quoad circumſtantias diſcurrere, & quid in C opinione ſit, explanare, vt magis & veritatis candor, & iuſtitiæ integritas perpendatur, & manifeſtè refulgeat, quin aliter euenire interdum aſpiceremus, vt cauſarum præterquam conſideraretur natura deciſio circa ipſam duceretur: aſſerit enim *decif.54. num.7.* Giurba. Ea neutiquam repelli decere Iudicem ex cauſa, ſui eoquod ſententiam animi de D monſtrauit, voti namque nullam adducit integritati mutationem, declarare, quid Iudex, antequam ſuam proferat, in mente conſtituerit. Dempto quod probatum ſit, id ex Iudice peractum, vt alterius æquitatem partis redderet diminutam, ſed enim haudequidem ita mordicus ſuo pedem figere in motiuo Iudici conuenit, vt quaſi definitiuo, ac reſolutiuo, informantem aduerſus par E tem ſe conſtituat modo, vt aduertit Fōtanella *decif.9. ſub nu.* 21.

Peraptum duodecimò Iudici eſt, vt ſuum moderetur animum, & iram cōpeſcat, ne iniurioſa in ſubditos verba proferat, & malè ſe in ipſos gerat, ſi iniuriarum à ſe pellere actionem contendit: per Textum *in l. prima, §. iniuriam autem, verſ. quoties manus infertur, & in l. lex Cornelia, §.1. in verſ. pulſatus, & verberatus, & in l. non ſolum in* F *principio de iniurijs*: quemadmodum etiam per huius Regni conſtitutionem, *eos in rubr. de inſur. curial. illat.* decernitur. Nam officij priuationem ſubit, ac tertiæ bonorum partis iacturam perpetitur: vt poſt Puteum, & Cumiam, illum *in verbo Iudices cap.6.* iſtum *in capit.9. num.*20. tenet Caſtiglia *decif.*180. *num.*66. Quod in quocumque retinet G efficaciam magiſtratu; eoquod fuere officiales conſtituti, vt ſubditis emolumento ſint, non verò detrimentum vehant; vt iuſtitiæ habeantur Sacerdotes, non iniuriarum exiſtant authores; bonum æquumque complectantur, & illicita repellant; quemadmodum ſcriptū fuit ex Giurba *conſ.38. num.2.* per Tex. *in l. prima in principio ff. de iuſtit. & iure. l.2. §. poſt originem, ff. de iuſtitia, & iure. l. meminerit, C. unde vi,* Borellus *conſil.* H 24. *num.* 24. Diligenter igitur aduertant, vt ſibi ſubiectos optimè tractent: iuxta quod aduertit Ramirez *de lege Regia §. 7. num.* 14. Borellus *loco citato num.* 7.

Iudices decimotertio compelluntur, patienter cum aduocatis verſari: per Textum *in l. nec quicquam, §. circa de officio Proconſulis*, ibi: *Circa aduocatos patientem eſſe Proconſulem oportet, ſed cum* I *ingenio contemptibilis videatur*. Iacobus Benn. *de priuileg. Iuriſconſult. par.3. priuileg.* 59. Gratianus *diſcept.* 538. *ex nu.* 64. *lib.* 3. Quo in locō id aduertitur præcipuè accidere, cum iuuentute florentes Iudices ſint, & nobilitate præditi, ac virtute clari aduocati. Bouadill. *lib.3. cap.14. num.*60. Et præſertim quo in caſu longum per temporis ſpatium in aduocatione ſeſe verſarint; nam ip K ſos velut neceſſarios, ſibi coadiutores debent conſiderare; cum vel expediri, vel pertractari cauſas oporteat, ex eo quia ipſi ex aduocatis proueniunt; & effici mandantur: *in §. vetus, in Authen. de Iudicibus*: ibi: *Ex Aduocatis itaque iſti Iudices præponantur.* Fontanel. *decif.* 155. *num.* 5. In quorum ſocietate ſępiùs haberi decet, ſi cauſis conueniat deciſionem

A nem inferri. Fontanell. *deciſ.* 154. *num.* 24. & 25.

Ad Iudices decimoquarto illa pertinet in obſeruatione ponere, quæ ipſorum de muneris ſunt natura, & propterea *in tit.* 2. *Pragmat.* Ipſis norma tribuitur, quemadmodum circa officij res ſeſe gerere cogantur, & mandatur. Primo, vt Regiam quæ ad Curiam cauſæ attineant, ſub examen vocentur, conferantur, & prouiſionem in Palatio B excipiant, vbi Prorex moram facit, aut quo in loco Magna Regia Curia perſiſtit, aut qua in Parte Prorex conſtituerit; alioquin nullam retinebit validitatem, quidquid ex aduerſo fuerit depromptum: vt ex Pragmat. Regis Ferdinandi ædita in anno 1485. ſub die 18. Iunij. Vigilantiſſimus etenim Rex ex eo forſitan ad hoc ſtimulum habuit, C quod ex Nonio Marcello *de ſermone Latino* fuit explicatum: antiquo nimirum tempore obſeruari, vt loca, in quibus ius diceretur, fuerint præfixa: fiebat enim, vt in diuerſis aliquando, prout neceſſitas expoſtulabat, locis ius diceretur; qua de cauſa, & Prætoribus, vt forum indicerent, congruum erat vt pars, in qua iudicia proferrentur, & conuentus vocabatur, eſſet ſtatuta. Legimus nec non in Deuteronom. *cap.* 16. D & penes Zacchar. *cap.* 8. *verſ.* 16. Cauſas in Ciuitatis portis Iudæos egiſſe: nam, *Veritatem, & iudicium iudicate in portis veſtris.* Huiuſmodi loca nos apud Tribunalia nuncupantur: quemadmodum & penes Romanos hoc habitum, nomẽ cum certi Tribubus Iudices fuerint ad ſummariam litium deciſionem conceſſi; quapropter in quibus iusdicebant, partes, Tribunalia, vocatas, in E dubium haud retrahitur: ex eo quia ne ſub dio, vt præterito agebatur æuo, cauſæ pertractarentur; factum eſt, vt id ad opus tributa ſint palatia: cum decens nulla eſſet forma diei expectare ſerenitatem, cum iudicium iam vrgere conſpiceretur, & ne populum formidinis quidquam inuaderet, vel merus: vt Baldi authoritate, & Caſſanei dixit Muta *ſuper dictam pragmaticam ſub nu.* 1. *circa ſinẽ fol.* 20. Iure igitur optimo ſi aliquid F huiuſmodi contra pragmaticæ diſpoſitionem fuerit conſtitutum, nullam includit validitatem. Auendagn. *de exequend. mandat. cap.* 20. *in principio.* DD. penes Mutam *loco citato num.* 4. Taliter vt nec prouidenda, neque conferenda in alio, quàm in palatio, effici loco valent: ex eo quia prouidenda, & pariter ſententia ordinario debet ex Iudice G ſtatuta proferri in parte: ſecundũ Gloſ. *in l. penult.* vbi Bartol. *col.* 2. & Guglel. de Cuneo *ff. de iuſtitia, & iure.* Idem Bartol. *in l. prima, C. de ſentent. ex breui recit.* & *in l. cum ſententiam in primo notab. C. de ſententijs, & interloquutor. omnium Iudicum.* Muta ibidem *ſub num.* 4. propè finem. Iudices etenim Tribunalis maioris in loco, & ius ibi reddere coguntur. *L. penult. ff. de iuſtitia, & iure.* H Vantica *de nullitate, & defectu iuriſdict. num.* 110. Maranta *part.* 8. *tit. de deciſ. Iudic. num.* 71. Quidquid enim fieri penes Tribunal oportet, minimè alibi eſt perpatrandum: vt ſcriptis tradidit Bald. *conſ.* 118. *lib.* 2. plures qua in parte interueniunt limitationes, quæ videri ſi eſt in placitis, à quolibet poſſunt.

Nulla decimoquinto forma Iudicibus permittitur, vt proprio dum perdurant in officio in alius venire patro- I cinium valeant: vt æqualiter ventum illis extat ſpondere ſe, poſtquam illud finem exceperit, tutamen paraturos. Quæris tamen an Magna Regia Curia poſſit, dum in munere perſiſtit, alieno tractare negotia nomine puta tutorio, vel alio? videndus eſt Abrut. *de ſeruit. perſonal. parte prima num.* 494. Qua negatiuam in parte, circa hoc reſolutionem protulit: nam aliquo licèt in caſu K Magnæ Regiæ Curiæ à Iudicibus huiuſmodi quidquam agi viſum eſt, id attamen Proregis eſt è diſpoſitione cõfectum: extat etiam pragmaticæ 2. diſpoſitio §. 1. *tit.* 8. *rubric. officiales Regij ne poſtulent pro alijs:* vbi hæc legimus. *Mandamos, y ordenamos, que los Iuezes de la Gran Corte no auoguan por ninguno, y*

que

A *que aſſi ſe aya continuadamente guardado, que ny directa, ny indirectamente tacita por quanto durante el Juzgado de la Senado Cierto ny abogaren en nada, y porque con dicha ſeguir, que ſemejante lo de ſer pleita, no conſintiendo abogar en alguna cauſa ni prouiſion el tiempo que ſea ſu oficio del Juzgado, y haziendolo el contrario no ſe pudria traher inconueniente. Por tanto por los preſentes capitulos prouetemos, y mandamos que aſſi miſmo ſean prohibidos dichos* B *Iuezes que mientras ſe hallaran en el oficio tan poco puedan prometter, ny paſſar de abogar alguna cauſa, ny accettan por entonces la dicha prouocation, y dar ſe de ella, y que ſe lo contrario hizieren incorran en las miſmas penas que incorrerian ſi ſe teniendo el Juzgado abogaſſen.* Et huic equidem pragmaticæ nequiquam Proregis inferri diſpẽſationem licenat quo in caſu talis è negotio exigeretur. in- C dulgentia, ad ſuam Catholicam Maieſtatem debet quiſque recurrere. Sed enim ſi conceſſio quoad hoc tribuatur; altercatio ſurgit, an Conſiliarius, qui aduocati perſonam gerat, antiquum debeat, vel recentem occupare locum? Et talem interfuiſſe contentionem videmus inter Vincentium de Franchis, & Ioannem Felicem de Scalileo, qui Regij Conſiliarij decoratus dignitate D obtinuerat, vt Illuſtris Ducis Sueſſæ, Regium aduerſus fiſcum, cauſam ageret; inde pugnatum an ipſum de Franchis collegam huius tempore aduocationis in ſede præcederet, vel poſt ipſum, alioſque Conſiliarios locum ſibi aſſumere cogeretur? Negatiuum ſuo pro Marte reſponſum acri vi defendiſſe Vincentium legimus *in deciſ. 138. per totam*: ex eo quia dictus de Scalileo E haudquaquam vti Conſiliarius, at inſtar aduocati veniebat; & inferiorem ea de re omnibus, ipſi tribui decens fuerat ſedem. per Text. *in cap. 1. de priuileg. in 6. in fine.* Qua dicitur in parte, quod ſi geminio Monachus in Monaſterio vitam ducat, alio, quod ex ordinarij ſit exemptum iuriſdictione, altero autem minimè; & aliquo tempore in poſſeſſiori reperiatur, nullo fruitur prioris Monaſterij priuilegio. & per Text. F *in cap. ſi collationis de appellat. in 6.* Vbi de Epiſcopo diſſeritur, qui cum Canonicatum præſeferat (quemadmodum ſi Principis Conſiliarius Rotæ Auditor haberetur, vel Rectoris) in loco alijs communi ſederet, & maiori neutiquam hic prærogatiua debet. Et hæc veniunt exempla quæ ſimul cum alijs, vt ſuæ tamen opinionis aſſumeret, in Regij G terminis Conſiliarij qui Senatum vt informationem veluti aduocatus de ſui æquitate clientuli damnus ingrediatur, adducta ſunt ex eodem de Franch. *loco ſupra citato.* Cum aliud ferat Caſſaneus *in Catal. gloriæ mundi par. 7. conſider. 37.* Et eſt quod fiſci Aduocatus, quamuis alios in loco præcedat, id tamen efficitur, quo in cœtu Regias inter ipſos agere cauſas debeat, nam aliud acci- H deret, ſi propria, vel alienæ tractaret negotia perſonæ: ipſemet aliaque referre latiſſimo exempla calamo Felic. Centerol. *in tract. de præcedentia ex nu. 19. cum ſequentibus.* Nonnullorum verò in ſententia extat, quod non ea de re ſua priuari loco dignitatis Conſiliarium conueniens ſit; ex eo quia non velut Iudex, Conſiliarius, aut Senator aulam adiret: ſed Aduocati gerens vi- I ces, vt ſui de clientuli iuſtitia informaret: Senatoriam quoniam authoritatem ex propria diſſolutionem pati vetuſtate haud poſſe certum eſt; nec ex tam parui cauſæ momenti, qualis eſt, in aulam alium propter finem, quàm ſuo requiritur ex officio, accedere, debet in contemptum venire: hanc ferre viſus eſt rationem Aloyſius Riccius *in addict. ad Franch. in cit. deciſ. 38.* Præcipuè K ſi hoc Senator in caſu, cui ducta, circa hoc, diſpenſatio, voluntatum minimè ad actum, ſed, ex Regis mandato inuiſum progrederetur, nam firmum eſt ipſum iniquo animo ob ſui diminutione honoris, illud efficere. Quamuis autè de Franchis opinio ex rigore veritati propinquior, & magis tuta, ea propter exempla, quæ ipſius in defenſionem

alla-

A allata, & argumenta videatur. Vrbanitatis attamen reſpectu, quæ ſummis collegas inter locum obtinet, minimè optimum factu reputauit Fontanell. in *deciſ. 207. num. 42.* Vt in ipſis, quoad ſedem quæ tribui collegæ deberet, etiã ſi vti aduocatus veniret; eo modo, quo fuit explicatum, dubium inſurgeret, aut difficultas orirętur; nàm id nil aliud eſſet, quàm occaſionem inuidis præbere, vt eius illuderent ordinis fulgo-

B rem.

Iudicis decimoſexto muneri conuenit, vt priuſquam cauſas votent, ſeſe inter diſcuſſionem faciant: an partium aduocati fuerint ad ſufficientiam audi- tę, vnde cum ſuas explicauerint illi motiuas nequaquam retardari cauſarũ expeditio valet, eoquod minimè permittitur audientiam recuſari. Muta in *pragmat. 8. de officio Iudic. Magnæ Regiæ*

C *Curiæ ſub num. 5.* At ex eo quia ſi quouis Iudex in negotio, & ſi dilucidum ſit, aduocati audire rationes haud vellet, poteſt velut ſuſpectus recuſari. Muta *loco ſupra citato* dempto quod aduocatos recuſari neceſſe haberetur ex iure; vt nefandi accidere in crimine, ambiguum non eſt; prout loquuntur Doctores penes Caſtigl. *deciſ. 155. num.* Bald. *in authen. ſed nouo iure, C. de ſeruis*

D *fugitiuis.* Menoch. *de arbitr. caſu 186. num. 14.* Taliter vt ſi Iudici videretur, quod aliqua iuris allegationes cauſa poſtularet negotiorum, ne expeditio, quæ in prouidenda permanent in longius temporis protraheretur ſpatium, valet ad ſe, dum ibi moram facit partium aduocatos appellare, procuratoreſque, & ſi ita, cum illas intellexerit allegationes, remanſerit reſolutus cau-

E ſam tunc votare non denegatur; & illi abſque eo quod dilatio interueniat, expeditionem afferre. Muta *loco ſupra citat. num. 4.* Cum enim ſeſe inter diſputationes aduocati miſcent, veram ad cauſæ cognitionem deſcenditur, & veritatis ad cognitionem deuenitur; ex eo quia Iudex omnibus æquitatem vijs perquirere proprio compellitur ex officio,

Bartol. *in l. penult. §. ad crimen. col. 3. verſic. ſed primo quæro, ff. de publicis iudicijs.* F
Cabal. *reſolut. criminal. centur. 1. caſu 60. num. 13.* Eo autem in ſpatio, quo vota fuerint allata, & quodam Iudices ſuſpenſo permanent decidendi modo, illa neutiquam alijs explicari permittitur: vt dixit Muta *loco citato num. 9. & 20.* Immò velut arcana hęc ſub pectore cõtineri oportet, vt idem Muta *in 540. Regis Alphonſi cap.* & mandat *pragmat. 5.* G
per Text. *in l. obſeruandum in fine, ff. de officio Præſidis. l. vbi, C. de falſis.* Quo autem in caſu votorum interſit diſparitas, tunc id notum reddere Magiſter Notarius cogitur, ad hoc vt omni hoc cognoſci tempore valeat, & ſuum inde Iudicum vnuſquiſque, proprium vt eſt votum, debet ſententiam proferre: vt dixerunt D D. penes Mutam *in d. pragmatica 8. notabil. 9. num. 26.* Sed ſi vota H
inæquali conſpiciantur numero; ſtandum maioris ſtandum eſt in placitis Theſauri *deciſ. 1. num. 2.* Cum nullum ponat impedimentum, quod in minori numero ætate prouecti permaneant.

At quando votorum concurrere paritas videtur in Magna Regia Curia actum obſeruari firmum eſt, vt iuſtitiæ Præſes ingrediatur: quemadmodum & cæteris interuenit in Tribunalibus, I
vbi mandatum ſolet Prorex edere, vt actus ſeruatur, ac tali modo ſententiam pro ea pronunciari parte neminem latet, cuius in fauorem Præſes ipſe concurrit. Rouitus *in pragmatica 1. num. 21. tit. de cauſis decidendis.* Idem etiam accideret, ſi Prorex nonnunquam adeſſet: vt teſtatur Maſtrill. *de magiſtrat. capo 8. num. 35. lib. 5. parte 2. fol. 186.* Quando tamen hæc in Præſide non adeſt præeminentia, cum votorum venit paritas: K
affirmat Rouitus *loco citato.* Effici relationem Proregi oportet, vt valeat nes adiunctis prouidere, & vigorem includere aſſerit, quo in euentu Præſes in votando concurrit; at cum ipſe minimè hoc ad opus venit, haudquaquam ad Proregem recurrere decet, at Præſes ipſe, quos voluerit, adiunctis ſuper

impo-

A imponit; vt dicit Franch. deciſ. 252. n. 6. Quo ampliationem in loco facit, efficaciam ineſſe, cum circa definitiua tractatur, quod aliter, quoad incidentia, ſuccedere, in quibus Præſidi vnum addendi facultas conceditur. Rouitus *dicto num. 2. in fine.* Et quoad rem apta ſunt ea, quæ per Franchum adducuntur *deciſ. 513. part. 3.* Vbi aſſerit, quod ſi paritas in votis ſit, & noui interue-
B niant Iudices, adiuncti de illis tantum coguntur votare, quæ temporis in proceſſu, quo primi votauere Iudices, aderant: rationem affert Muta *ſub num. 28.* Dati ex eo quia ob differentiam fuere; nec equidem circa incidentia, & quæ ſuperueniunt, votata poſtquam fuerit cauſa ferre iudicium, niſi ex Excellentiſſimo mandetur Proreges, debent.

Oportet decimoſeptimo, vt Iudices
C omnibus ſeſe ab animi affectibus expoliare ſtudeant: ipſorum ex eo quia ab efficacia recti hominum ſenſus perturbationem in ſe excipiunt: vt dixit Maſtrill. *lib. 2. cap. 2. à num. 57.* authoritate Senecæ *epiſtol. 60.* & Philo. *lib. de Iudice,* ac Simancæ *de Republ. lib. 6. cap. 5.* Sacræ quoniam leges omnium id ab obſequio requirunt, vt ex omni paſſionis tumultu ſerenum quiſque pectus con-
D ſeruare non prætereant; qua de cauſa optimè quidem in Palatio, vbi Ratiſbonæ adeſt Curia huiuſmodi marmoreo exaratam in lapide inſcriptionem aſpicis.

Quiſquis Senator Curiam officij cauſa ingrederis,
Ante hoc oſtium priuatos affectus abijcito
Iram, vim, odium, amicitiam, adulationem,
E *Reipublica perſonam, & curam ſubijcito.*
Nam vt alijs æquus, aut iniquus fueris,
Ita quoque Dei iudicium expectabis, & ſuſtinebis.

Nam, cum binas anima humana, tàm Platonis, quàm Ariſtotelis iuxta doctrinam fuerit ſortita partes, rationalem aliam, ex aduerſo alteram; inde ſequitur, quod quemadmodum prima ex parte omnis & honore dignus, & laude diffluit; ſenſus pari etiam forma ex poſteriori, vnuſquiſque originem affectus excipit, qui modo ex Philoſophis affectionis nomen, nunc perturbationis, ſæpius morbi deſumit. Neoterici autem paſſionem illum nuncupant, & appetitum. Quomodocumque autem ſe res habeat, vituperio ſemper Iudices afficiendi, ſi proprio illum in animo includant: ex eo quia multa huiuſmodi affectus adducunt impedimenta, & cætera inter ad veritatis cognitionem obicem ponunt: vt eleganter Boetius *de Philoſophica conſolatione lib. 1.* expreſſit: ita.

Nubibus atris
Candida nullum H
Fundere poſſunt
Sydera lumen.
Si mare voluens
Turbidus Auſter
Vitrea dudum
Parque ſerenis
Vnda diebus
Mox reſoluto
Sordida cæno
Viſibus obſtat I
Quiſque vagatur
Montibus altis
Defluus amnis
Sæpè reſiſtit
Rupe ſoluti
Obice ſaxi.
Tu quoque ſi vis
Lumine claro
Cernere verum,
Tramite recto K
Carpere callem
Gaudia pelle
Pelle timorem
Spemque fugato,
Nec dolor adſit
Nubila mens eſt
Victaque frænis
Hæc vbi regnant.

A Neceſſarium ergo in muneris principio Iudici bus reputatur, vt affectus omnes ex amicitia deſcendentes, repellant: quoniã ſi iudicium in familiares afferre contigerit, magno proſternentur dolore, vel iniuſtitiam haudquaquam ſæpiùs euitare poterunt. In quo Amaſim Aegyptiorum Regem pro exemplo habent, qui cum Polycrati Samiorum Tyranno cuncta ex animi ſententia ſuccedere vidiſſet, ius amicitiæ ei renun-
B ciauit, ne aliquando ex graui illius infortunio, quod impendere videbatur grauiſſima profligari mæſtitia cogeretur: vt refert Sabin. *lib* 4. *cap*.8.

Decimo octauo aufugere Iudices extrema debent, ne aliena ſcilicet allata circa ſui ipſius perſonam, iudicia, ſermoneſque magni ducant valoris, vel nullius reputent momenti: Regis nam-
C que proprium eſt, cum optima perpatraris, malè de te audire, quemadmodum Alexandri habebatur ſententiæ, & ignauiæ criminationi animum non intendant, ſicuti & Fabius actitabat, cum pugnæ declinare periculum ſatageret, ſic affirmans: *Eſſem ego verè formidoloſus, ſi leuium, veritus obtrectationem à meorum ratione diſcedere conciliorum.* Ex eo quia nemo bonum ſe doctorem præfert, niſi & docilis habeatur: vt Diu.
D Cyprianus explicat.

Sed quid in ebrietatis vitio decimonono dicam? An ſe illi dedant Iudices? Horrendum. Pedem ita indè auertere velut ipſa debent ex morte. Ipſi enim cum ſuo, de non leuis ponderis rebus, in officio deliberationem faciant, ex Lyei vi mẽtis aciem haudequidem obtuſam præferre decet. Propterea prudenter Athenienſes: vt dicit Marc. An-
E tonius Surg. *de Neapol. illuſtr. cap.* 17. Magiſtratui adminiſtrationis tempore Baccho indulgere prohibitum reddebant: vt Aegyptiorum etiam de Rege ſcripſit Alexand. ab Alexan. *lib.3.cap.*9. DD. penes Maſtrill. *lib.*2. *cap.*2.*à num.* 67. Sed his neglectis. An tam peſſimũ non inculcent ſacræ paginæ vitium, & deteſtantur? velutque informe nobis proponunt monſtrum, ex quo plurima F
originem ſuſcipiunt mala. Primo habemus vini amatores ad ſtellatas Olympi ſedes minimè admitti. *Iſa.* 5.1. *Cor.*6. Mentis ſplendorem ex vuarum ſucco effici obſcurum, & intellectus acutiem diſtrahi: vt Prouerb. 23. Eccleſ.19. Iſa. Libidinis voracitati eſcam tribui, & pabulum. Prouerb. 10. Epheſ. cap. 5. Corporis vires enerues reddi, ac infirmas. Prouerb. 11. Bonorum ſummam G
peſſum dari. Ibidem cap.25. Diſcordiæ tumultus in omnium commoueri corde. Ibidem. cap. 20. & 23. Eccleſiaſt. cap. 31. Arcana multorum curioſitati, fieri manifeſta. Prouerb. 3. Abac. 2. Multiſque ſuam certum eſt illud efficaciam effectibus oſtendere cum animi ſpeculum habeatur. Vetitum propterea Dominus Aaroni merum, & quidquid in ebrietatem poſſet hominem H
impellere, voluit, ſi in tabernaculum ingredi opus eſſet, cum diceret: *Non bibes tu, & filij tui in teſtimonij intrabitis tabernaculum, ne moriamini*, vt Leuitic. 10. Et non inſcitè mulier illa Philippũ ad ſobrietatem incitauit, ſe affirmans illum non cognoſcere in Regem Philippum, qui ebrius pro tribunali ſedere non erubeſceret: ita ebrietate capti Iudices, rei dicuntur non autem Iu- I
dices.

Oportet etiam, vt cum ſobrietate modeſtia interueniat; nam per ipſius modetamen omnes frænum cupiditates excipiunt: vt ex Ciceronis ſententia, *lib.3. Rhetor.nouor.* Ipſius nobis ſummiſtæ definitionem explicant, quod virtus ſit, qua intra ſui ſtatus, ingenij, & fortunæ modum, ac limites quiſque ſe cõtinet, ei iuxta D. Thomæ doctrinam, K
2. 2. *quæſt.* 160. Multæ ſuperueniunt virtutes; Humilitas nimirum, quæ animum è nimio ſublimitatis deſiderium, compeſcit: Studioſitas, quæ curioſæ feruorem cognitionis limitatum efficit: Morum nec non moderatio, quæ cultum non ſolum geſtuſque omnes comprimit motum etiam, & vltra defectũ, occupationẽ, exceſſumque ſiſtit. Qua-

prop-

A propter vigili curare ſtudio Iudices coguntur, ne loca, & conuerſationes, ludoſque, qui haudquaquam prohibiti, complectantur: vt ſcripſit Bonadil. lib. 1. politic. cap. 3. num. 40. Vt publicis etiã à ſpectaculis ſe abſtineant: ſic poſt multos affirmauit Maſtrill. dicto lib. 2. cap. 1. de magiſtrat. num. 72. Quemadmodum, & honeſto veſtes cultu debet adhibere: Platonis è præcepto lib. 7. de Repub. Maſtrill. loco ſupra citato num. 76. Cum
B præ oculis Alphonſi Aragonum Regis ponatur exemplum, qui morum ſplendore potius, & authoritate ſe Regem ſubditis demonſtrare deſiderans, quàm purpurei decore amictus, & diadematis, veſtibus, corporiſque habitus tantam voluit moderationem adduci, vti legimus ex monumentis Antonij Panormitæ lib. de geſtis eiuſdem 1. Vt parũ
C diſcriminis ipſius inter indumenta, & populi fuiſſe viſum fuerit.

Vltima tandem, & præneceſſaria, quæ interuenire qualitas in Iudice debet, cauſarum habetur expeditio.

Cauſarum namque expeditio vtriq; emolumento parti eſt, cum ad ipſas pertineat lites, quanto celerius agi valeat, dirimi. l. properan. C. de Iud. Bart. in l. vnica, §. hoc igitur num. 22. C. de no-
D uo Codice faciendo. Iudici autem conuenit litium coarctare diſpendia. cap. diſpendia, de reſcriptis in 6. l. fin. C. de Iud. Peregrinorumque negotia ſummariè, & abſque ſcriptis pertractari per ipſum debent. Nouar. quæſt. forenſ. 20. num. 5. Exterorum quemadmodum in cauſis, ac forenſium ſummariò procedi opus eſt, cum longè repellantur dilationes; vt voluit Rebuff. tit. de anticip. artic. 1.
E gloſ. vna num. 3. Taliter vt iniuſtè ſeſe gerere dicuntur, & proceſſum Iudices retardare, ſi procedere ordinatè ipſis placeat: talis eſt ſententia Andr. de Iſer. in proœm. feudor. Demas tamen ſi mora ex defectu cauſæ cognitionis occurrat: lata quoniam ſententia, cauſæ abſque eoquod habeatur cognitio, nullum retinet vigorem. Cranet. conſ. 592. n. 32. Gloſa in cap. cum Bertoldus de ſententia, & re iudicata. l. 1. in ſtipulatione, C. de ſententiam & interlocut. omnium iud. l. 2. C. F de ſent. ex breui recit.

Sed quid criminales cauſæ? Magnã optant alacritatem. l. vn. & fin. C. de tacit. ſuccreorum, & præeminentiæ reſpectu, quæ ipſis ineſt, ciuilium, ipſorum expeditio anteponenda cauſarum expeditioni eſt. l. ſi quando, C. de ordin. Iudic. Roland. à Valle conſ. 30. num. 51. lib. 2. Marant. conſ. 8. num. 1. Etiamſi nil commune cũ criminali ciuilis haberet cauſa, & ex aduerſo: vt ſenſit Bartolus in G l. fundum Titianum num. 4. ff. de except. criminale nam iudicium ciuili extat validius. Angelus §. præiudicialis num. 3. inſtit. de action. & cuiuſdam intuitu præeminentiæ ciuilibus maiores cauſæ dicuntur criminales. Scaccia de ſenten. & re iudicata. gloſ. 14. quæſt. 19. nu. 6. Bartol. in l. per minorem, ff. de iudic. Maio- H ris etiam nominantur fauoris, cum publicam reſpiciant vindictam, & tanquã tales ocyus oportet ipſas expediri. Baldus in authen. generaliter num. 2. C. de Epiſcop. & Cleric. Et Iudicum eſſe diligentia debet, vt, ſi nulla ex reo, vel accuſatore rationabilis expoſcatur dilatio, criminalium vrgeant notionem cauſarum moris haud expectatis. l. nouerint, C. vt inter tert. temp. crimin. quæſt. I termin. vnde hoc facit carmen illud.

Tollite quæſo moras nocuit differre paratis.

Sed quid de nonnullis dicam, qui hac in conditione pigri tale ſeſe munere indignos demonſtrant, cum ea, quæ boni Iudicis ſint, parum curent, ſi ad ipſum lites intereſt dirimere. l. properandum, C. de iudicijs, l. quidem, ff. ſi certum petatur. Viuius deciſ. 178. nu. 11. K Verba deficiunt, & lingua iam hæſitans; quã verſetur in parte neſcit: an ex cœlo miſeris expoſcat opem, vel iacula tàm deſides mittat in Iudices? In omni namque euentu fraudes repellere, ac litibus occurrere ipſis incumbit, cap. cum ceſſante, & ibi DD. de appellat. Quintilian. Mandoſ. conſ. 66. volum. 1. Viuius loco citato num. 8. cum ſequent.

A Atenim vnde tanti cauſa mali? Illos
Deus, Rexque præfecere, vt & omni
deſtitutos auxilio adiuuarent, & cala-
mitatibus oppreſſos ſublevarent, non
vt lento gradu æuiterni cauſarum in
expeditione haberentur: vt dixit poſt
Burg. de Paz Maſtrill. *de magiſt. lib. 2. cap. 2. num.* 85. Et Diuinæ ſpecimen Iu-
ſtitiæ demonſtrarent. Quid agunt? è
recto declinant tramite, & dum in lon-
B gas litigantium negotia, moras diſtra-
hunt, ægros contorquent animos, &
dum ſublimitatem affectant, veritatem,
vti pernicioſi obſcurare non verentur.
Maſtrill. *loco citato num.* 86. per Textum
in l. penult. C. ad Trebell. l. ſi ſeruum, §. ſequitur, & §. quia, vbi Iaſon *ff. de ver-
bor. obligat.* Bouadil. *lib. politic. 1. cap. 6. num.* 16. Heu tamen (deplorabiles
ærumnæ) quot apparatus damnorum
in aſpectum veniunt? Quot circumſpi-
C cio mærores, bonorum, quę ab aduer-
ſarij diſtracta potentia ob amiſſionem?
Dormiunt in profundo deiecti ſopore
Iudices, & nil proprium curantes ſym-
bolum pro cita cauſarum expeditione
haud vires excitant. Veſtrum ò qui
æquum profitemini, Schemma Virgo,
quem Leo vigil committatur, Aſtrea
eſt: ille cum ſomnum non amet, cele-
D ri oculorum acie demonſtrat ignitam
quæ ineſſe vobis debet in tractandis &
ditiorum, & pauperum negotijs, ala-
critatem: iſta recta æquum iudicium
trutina, demonſtrat bendis circum lu-
ces alligata indifferens quacumque in
parte pectus aperit: Hoc munus expo-
ſtulat veſtrum: hoc rigorosè cœlorum
exquirit Numen: dum tot, & menſium,
& annorum ſæpiſſimè, leuis quamquã
E ſit cauſa, ſpatium conſumere non du-
bitatis. Agite, nocturnam (voluntariã
potius dicam) ex mente pellite pigri-
tiem: an lacrymas non elicerent tot in-
iuſtè ab aduerſarijs fatigatorum miſe-
riæ? dum vel ex tempore deuicti pro-
prij curam deſerunt negotij: vel con-
traria cum parte non rarò ad conuen-
tiones deueniunt, quæ dum ex defeſſo
dilabuntur animo, & proprium reſul-
tant in dedecus, & rei familiaris in
F detrimentum aſſurgunt. Pudet me in
verecundiæ veſtræ, pigeat vos tantæ
impudentiæ. At contra tot negotiorum
forſitan demonſtrabitis cateruam, quæ
dum circum premunt, expeditioni af-
ferunt impedimentum: ſed enim quem
latet vos ea citò expedire, quæ maxi-
mæ ſunt prouiſionis, minimæ prætteri-
re? ac pauperum, quorum primo tra-
G ctanda eſt cauſa, quàm diuitum. *Gloſ. in cap. in primis 2. quæſt. 1.* Vinius *deciſ.* 222. *num.* 5. Veſtræ quidem non indul-
geo excuſationi. Quid namque opus
in leuiſſima cauſa tot menſes? quid tot
requiruntur anni? dum ingens licèt
aggrauet moles citò ad coronidẽ per-
duci valent: Cœli cauete minas: ho-
minum ſi verba non timetis.

H *DE*

IVDICIBVS DELEGATIS,

Et Subdelegatis in genere.

Cap. 2.

DElegatos illos nuncupamus Iudi-
ces, qui Superioris ex manda-
to aliquam exercent iuriſdictionem. Et
I certæ iudicialem cauſæ cognitionem
retinent, & delegantis repræſentare
vices conſpiciuntur, nec quidquam in
facultate ex proprio retinent, at extrin-
ſecè habent. *L. & licet, ff. de officio eius cuius mãdata eſt iuriſdictio, cap. ſanè quia, & cap. cum olim, extra de officio deleg.*

Duplici hi autem forma poſſunt cõ-
ſtitui. Primo ex Principis, & Romani
K poteſtate Antiſtitis: *cap. ſuper quæſtionẽ, §. 1. & §. eius ergo, extra, de officio, & po-
teſtate Iudicis delegati, l. 1. in fine, ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio.* De-
indè ex cuiuslibet ordinarij, qui prima-
rius, arbitrio: *cap. paſtoralis, de officio ordinarij, cap. dilecti filij prior, extra, de appellat.* Certum eoquod illud eſt: quẽ-
cumque ordinaria præditũ iuriſdictio-
ne, illam poſſe alijs tribuere, & ad hoc
quem-

A quemquam conſtituere. *l. ſoles, ff. de iuriſdict. omn. Iudicum, l. à Iudice, C. de iudicijs, l. in cenſarum, C. qui pro ſua iuriſdict. Iudic.*

Qui verò ex alio, quàm ex Principe delegatus efficitur, cauſam haudquaquam poteſt ſubdelegare. *dicta l. à Iudice C. de Iudicijs cap. ſuper quæſtionem §. 1. extra, de officio delegati.* Et huiuſmodi homo pedanei nomen excipit Iudicis,
B *§. illud coll. 5. Authent. vt defuncti, ſeu funera eorum.* Vnde illum, cui delegare neutiquam permittitur, facultatis nil, ſi deleget, concedere certum eſt. Glo. *in cap. quod ſedem Apoſtolicam, in verbo, committere.* & ibi Abbas *de officio ordinarij.* Ex eo quia, qui delegatus è Iudice inſtituitur, cum nullam ex propria vi, poteſtatem retineat, à ſubdelegatione repellitur. *l. fin. ff. de offic. eius, cui mandata. dicta l. à iudice C. de iudic.*
C *l. more maiorum ff. de iuriſdict. omnium Iudicum dicto cap. ſuper quæſtionem, §. ſi vero de offic. delegati.* Cauſarum dempto, quod pro vniuerſitate ipſe mittatur: tali nam in caſu is poteſt in quibuſdam alium præfigere ſubdelegatum. *l. 1. §. fin. & l. ſi prætor ff. de iuriſdict. omnium iudicum.* Vt pariter, qui ex Principe vices excipit, aut Proconſule, patrare
D valet. *l. 1. & l. Imperium, §. fin. ff. de iuriſdict. omnium Iudicum dicta l. à Iudice C. de Iudic.* Aequali ſicut forma commiſſarius, aut delegatus, è Senatus conſenſu inſtitutus realis cauſam exequutionis alio committendæ loco non repellitur, vt alium prefigat, ſi Regiæ, vel Cancellariæ interuenire literæ videantur, quibus ſubdelegato, authoritas è Principe tribuitur. *l. legatus, & l. legatis*
E *ff. de officio Proconſulis l. cum prætor. ff. de Iud.*

Ille verò ſubdelegatus nuncupatur, qui cauſam, vel aliquid, circa negotij media ex delegato; ſecundo mandatur loco: Pontifex enim ita ſe explicat. *in cap. ſuper quæſtionum, §. intentionis, extra, de officio, & poteſtate Iudicis delegati.* ***Intentionis igitur noſtræ fuit, ſicut ex tenore conſtitutionis præmiſſæ, poteſt liquido de-*** *prehendi quod, vt Iudicialis authoritas liberiùs valeat exerceri, delegatus à nobis licitè poſſit: & principium, & finem, & medium cauſæ ſibi commiſſæ, non ſolum coniunctim: ſed etiam diuiſim alij delegare: non* F *obſtante, quod dicitur, quod Iudex debet cognoſcere per ſe ipſum in principio, in medio, & in fine, vt eſt in dicta Authent. vt defuncti, ſeu funera eorum, §. illud, & §. ſequen. coll. 5. & Authen. de exhib. & introd. §. ſi vero coll. 5. Authent. ad hæc C.* G *de iudic.* Iſtud autem, ductarum ex diſpoſitione legum efficit, vt coram ſe Iudex litem ab initio ſatagat conteſtari, & ſuo ferat ſententiam ex iudicio, & media ſuis commiſſa conſiliarijs velit: ipſe tamen ſemel cauſam in medio cōſideret ſpatio. Iuſta Canonũs verò alia præponitur ratio: *vt in dicto cap. ſuper quæſtionum, §. intentionis.* Proprijs ex eo quia non ſolum Conſiliarijs, cuiuſcum-
H que verum etiam valet illa Iudex mandare: *vt in cap. paſtoralis de offic. delegati.* Et medij ſimul cum examine principiũ conceditur, & finem alij tradere ad inueſtigandum.

Huiuſmodi autem effectus delegationis ijdem ſunt, ac Iudicis, vt, & ordo, & Iudicij reliqua interſint, & condemnare, vel exequi eo delegatus compellitur modo, quo ſuæ, & delegationi I præſcribitur, & mandato, cui eius ſolerter obſeruare fines conuenit, *l. diligenter ff. mandat. §. is qui exitis.* eodem Iaſon *in l. tranſactionis placitum C. de tranſactionibus cap. cum dilecta, de reſcriptis.* Qua de cauſa neceſſarium habetur, vt mandati adſint literæ: nam abſque illis, nulla erit poteſtati fides præſtanda *l. vnica C. de mandat. Princip. l. 4. §. ſin autem C. de arbitr. l. vnica, ne liceat in* K *vna, eademque cauſa ter appellare. cap. cum à nobis de teſtibus.* Et ideò, cum facultatis haudquaquam literas præſentauerit proprium neutiquam exercere officium illi permittitur. Anna *allegat. 24. num. 2.* Francus *deciſ. 286. cap. ſuper eo de appellation.* Giurba *obſeruat. 30. nu. 1.*

Ipſius atenim officium, & poteſtas, tributis è literis facile colligi ueminem la-

A cum hac deceſſerit, re integra, ſubdelegatus ab aura , ſibi iuriſdictionem poteſt iterum ſumere, vt dixit Caſtil. *lib. 2. controuerſ. cap. 29. num.* 3. Et ideò ex contraria parte cum delegatus, aut ſubdelegatus commiſſam cæpere facultatem demonſtrare, ſic efficaciter illam ſibi adnexere, vt ſuam tanquam effecerint, nec quoad illam, vel à delegante, aut ſubdelegante pati reuocationem poſſint. Et adde,
B quod neque illis lethi vi occumbentibus tradita expirat poteſtas, *vt in cap. delegatus de offic. & poteſt. Iudicis delegati* Caſtil. *dicto cap. 29. num. cum ſequenti.* Ea de cauſa notatum doctores volunt, quod illo ſuam delegata facultas efficaciam amittat in caſu, quo, cum res in propria perſiſtat integritate, delegatus ſuorum periodum concludat dierum, vt per Sanchez *de matrimon. lib. 8. diſp.*
C 28. *num.* 40. Incepta verò quoad negotia neutiquam ex concedentis funere commiſſa videtur poteſtas expirare. vt per Fr. Emm. *quaeſt. regul.65. artic.6. vbi artic. 9.* reſolutum reliquit: minimè vltra quinquennij ſpatium Conſeruatoris iuriſdictionem, quæ iam pertractantur, circa negotia, perdurare: dixit etiam Sanchez *de matrimo. lib. 7. diſput.*
D 28. *num.39. & 40.* Quod ipſo iure delegati poteſtas nullo modo ſuam amittit vim, ſi delegati vita in terminum offenderit: ſed exceptionis ope. Et ideò ſi aduerſa neutiquam pars excipiat, valorem ab illo perpatrata continebunt.

Regulam conſtituit Barboſa *in l: cum prætor, §. 1. num. 33. ff. de iud.* Ad cognoſcendam nempè delegatam poteſtatem: quo ſcilicet in caſu clarum ex
E verbis redditur, quemquam non officij ſed concedentis authoritate cognoſcere: vt in principio de Iudicum ſtatu etiam fuit explicatum.

Sed enim ſi Delegatus ſub hac alteri cauſam forma committit; quoties ſe in abſentia fore acciderit, vel donec reuocationem poteſtati æxtimauerit inferenda, & vitales deſerit auras, ſubdelegati iuriſdictio, cum adhiberi cæperit in iacturam nulla abit forma: ſed F
propriam continet, vt antea, vim. Accedit, quod ſi appellationem effici contingerit, ad ſubdelegantem, ſi quidquã in ſubdelegatione ſibi voluerit reſeruatum, neutiquam verò ad primum recurrere delegantem quiſque debet: vt ſcripſerunt DD. penes Barboſam *in coll. DD. ſuper cap. ſi delegatus 7. de officio, & poteſt. Iudicis delegati num. 1. qui in num. 20.* Scriptum ad nos tranſmiſit, G
quod, quamuis delegatio ex delegantis abſentia confecta ſubito expiret ſi reuerſus fuerit delegatus: id attamen non intelligendum ſi regreſsum delegans feciſſet, velut qui ſtatim ad iter reuerti denuo cogeretur; illo namque in caſu haud expirat, tanquam ſi reditum egiſſe minimè videatur: vt ſunt ſcripta Tiraquel. *in tract. de iudic. in rebus exigen. verſic. ſeptuageſimo quinto.* H

Poteſtas delegato ineſt Iudici, vt interlocutoriæ, ordinarij ad ſimilitudinẽ Iudicis reuocationem ducat: ita dicit Maſtril. *deciſ. 178. num. 3. authoritate* Surdi *conſ. 167. num. 2. lib. 2.* Ripæ *in l. quod iuſſit num. 9. de re iudicata*, & Præpoſiti *in cap. cum ceſſante num. 5. de Appellationibus*. De ſententia verò, quæ iam lata, nil detrahi, aut diminui eius I
per operam, vel immutari poſſe certum eſt: latum eoquod per Iudicium Iudicis amplius perſonam haud præfefert demas tamen, ſi peritorum in arte per informationem ducta conſpicitur ſententia, & per alios, qui peritiores, certus Iudex de illius falſitate redderetur: ex eo quia tali conceſſum eſt in accidenti, vt illi reuocationem aduehat: ſecundum doctrinam Felini *in cap. literis de officio delegati*, quem refert, & ſequitur Ioannes Valer. *de differen. vtriuſque fori in verbo Iudex num. 3.* Rota coram Reuerendo P. Danozetto *deciſ. 631. nu.8. parte 2. nouiſ.* notat Cherubinus *in compend. Bullar. ſcol. 2. conſtit. 69. Pij V. tom. 2. pag. 54.* K

Certum autem redditur, omnes Principi cauſas, cuiuſcumque ſint ge-

ne-

Digitized by Google

A neris delegare conceſſum: vt poſt mul-
tos concluſum reliquit. Clarus §. *finali*
*quæſt.*45. Ordinarij atenim Iudices cō-
muni quamuis de iure huiuſmodi va-
leant cauſas alteri committere ; vt aſſe-
runt Doctores penes Farinac. *in fragm.*
litera D. num. 67. Contrarium tamen
in obſeruatione poni de conſuetudine
firmum eſt : vt 69. dicit *in num.* Cum
talia conſpiciamus è Iudicum facultate
B negotia vltimi vſque ad punitionem
ſupplicij tribui per dies, allegat Tuſc.
*litera D. concluſ.*146. Clar. *dicta quæ.*41.
in fine. Cagnol. *in l. nemo poteſt gladij*
*num.*7. *ff. de regul. iuris* : & ita quo in
caſu aliquo impedimentum excipiunt
ordinarij obice, abſentia puta, & infir-
mitate, criminales poſſunt per ſui ipſo-
rum operam cauſas cognoſcere, ac ip-
ſas ſubdelegare : vt probatum voluit
C Text. *in l.*1. §. 1. vbi Gloſ. & Doctores
ff. de officio eius. Farinac. *loco cit. num.*78.
vbique *num.* 73. ampliationem affert
vigorem habere, ſi proprio minimè lia-
beatur ægritudo in pectore at filios af-
fligat, vxorem, aut de ſuis quemquam:
& circa abſentiam, intelligi neceſſariā
putauerit : vt aſſerit Curtius *in dict. l.* 1.
*num.*18. *&* 68. *ff. de officio eius.*

7 Qui autē vices è Principe aſſumunt,
D ſibi commiſſas nulla forma cauſas poſ-
ſunt ſubdelegare, vt affirmarunt DD.
penes eundem Farinac. *loco citato n.*82.
Decian. *tract. crimin. lib.*4. *rubric. de de-*
*legato cap.*25. *ſub num.*2. Menoch. *de ar-*
*bitrar. lib.*1. *quæſt.* 54. Et multò magis
hæc denegari poteſtas debet, ſi Prin-
cipis circa inferiorem agatur: vt eſt do-
ctrina Couarr. *variarum reſolut. lib.*3. *cap.*
20. *num.*10. Clarus §. *fin. dicta quæſt.*41.
E *num.*2. Quæ reſtrictionem pati conclu-
ſio viſa fuit. Farinac. *num.* 84. vt mini-
mè vim habeat in illo, qui à Legato è
latere qui Proconſulis æquiparationem
cum legato ſuſcipit.

Quæ verò vel non delegentur expli-
catum eſt à Tuſco *litera D. concluſ.* 145.
& 146. *cum ſequen.* qui delegati è Prin-
cipe 148. reliquit. *in concluſ.* Illi affir-
mans, cui ſuam Princeps poteſtatem
conceſſam eſſe, vt cauſam valeat alteri F
præbere, etiam ſi merum, mixtumque
ſpectare ad imperium conſpiciatur. *l.*
C. qui pro ſua iuriſdictione. Bartol. & alij
*in l.*1. *ff. de officio eius.* Immò tàm ſui per
operam, quàm per ſubſtituti criminali
cognoſcere de crimine, ac negotio
quod ſibi fuerit demandatum, haud-
quaquam prohibetur iuxta diſpoſitio-
nem Iuris Canonici *cap. venerabili de*
officio delegati. Federicus de Senis *conſil.* G
116. Huiuſmodi autem Iudex quocū-
que ſuperior eſt in cauſa ſuæ commiſſæ
facultati ordinario. Federicus de Se-
nis *loco ſupra citato num.* 2. Cuius nullo
modo retractari ſententia, vel reuiſioni
ſubijci minimè permittitur ; dempto
quod partes delegantem adire Princi-
pem velint ex Baldi, & aliorum ſenten-
tia *in l. ſi vt proponis la prima, C. quomodo*
& quando iud. Felin. *in cap. quoniam*, Ab- H
bas *de officio delegati.* Decius *conſ.* 699.
*num.*13. Rota *in nouiſſ. deciſ.*341. quod
extenſionem excipit à Decio, & Felino
in cap. ex tenore, de reſcriptis. Vt vigorē
etiam in illa retineat cauſa, quæ con-
nexionem cum illa habeat, aut depen-
dentiam, quæ fuerit præcipuè manda-
ta, nam ipſe ſuum exequutioni iudiciū
tradit : vt dixit Bartol. *in l. à Diuo Pio in*
principio, *ff. de re iudicata*. vbi affert I
Text. *in l. fin. C. de iudicijs, & cap. ſigni-*
ficaſti, de officio delegati, eum quo tran-
ſeunt Angelus, Imola, & Alexander in
dicta l. à Diuo Pio: dummodo quod anni
per ſpatium nō autem poſt hoc ſit per-
patratum. Roman. *conſ.* 260. *in fine*.
Imola *conſ.*197. *num.* 3. Et huic effica-
ciam haud Romana ineſſe Rota affir-
mauit Aegydius Bellarminus *conſil.*18.
num. 11. *in fine*, *&* 12. Nullus ex eo K
quia delegatus abſque eo quod noua
interueniat commiſſio ſuam exequi ſē-
tentiam valet ; ſed enim his à Principe
delegatus ordinibus, juriſque poſitiui
normis hauequidem adſtringitur : quo
in caſu Principis velut delegatus iudi-
cium infert : ex eo quia tanquam Prin-
ceps ipſe ſe verſare, ac procedere neu-
tiquam repellitur *cap. noſtra*. & ibi Ca-

noniſtæ

A noniſtæ *de ſepulturis*. Quod ſi opus erit, vt ab ipſo appelletur ad delegantis facultatem, non autem alius efficietur appellatio. *l. prima, ff. qui, & à quo appellatur, l. Imperator, §. 1. ff. de appellat.* Gloſa *in l. præcipimus, §. hæc ſi, C. eodem*.

Hic verò ex Principe delegatur quo in caſu procedendi ſummariè, ac ſine iudicij figura facultatem poſſidens, alteri negotium committit; ſummariam B etiam circa cognitionem illam demonſtrat ſubdelegatam: ex eo quia qui facere ſubdelegationem poteſt, quoad cuncta id perpatrare non arcetur; nam cum ſibi aliquid ſubdelegatus minimè reſeruat, omnium reſpectu hoc factum conſpicitur. Caſtrenſ. *conſ. 66. num. 3. verſ. ex quibus infertur lib.* 1. Nulla tamen ratione ipſi conceditur, vt iuriſdictionis alij mandet articulum. Gloſa C *in Authen. de defenſorib. Ciuitatum propè finem.* Innocentius *in cap. cum Bertoldus de re iudicata*, ducti ex Abbat. *conſil. 61. num. 2. verſ. ſecundo dicta ſententia, §. hoc prohibemus, verſ. ante quod, Authen. de tollat.* Federic. de Senis *conſil. 216. in principio.*

Ex Principis atenim, vel è Romani poteſtate Antiſtitis delegatus, vbi alicuius delicti reus exiſtat ordinario è lo- D ci delicti Iudice punitionem excipere compellitur, cum nullum ponat impedimentum, quod ordinario quouis maior habeatur Iudice delegatus. *l. & ſi prætor, ff. de officio eius*, & in maiorem minor non oſtendat imperium. *l. nam magiſtratus, ff. de arbitr.* Ex eo quia delicti reſpectu, quilibet loci, in quo crimen perpatrauit, ſubditus extat; per E Text. *in Authen. ſi qua in Prouincia, C. vbi de crimine agi oportet*. Quicumque etenim in ſcelera irruens, maior licèt quomodocumque habeatur, commiſſi obiecto delicti minor, & reputari debet, & dici: ex Angeli doctrina *in l. ſi vacantia, nu.* 105. *verſ. ſed quæro Iudex maior, C. de bonis vacantibus lib.* 10. Gratianus *diſcept.* 111. *num.* 67. Et hoc non ſolum vim retinet, ſi quidquam ſuæ extra delegationis officium malè egerit: ſi ſcilicet alicui necem adduxerit, F vel vulnus, &c. Verum etiam ſi in ipſo crimen patret negotio; cum nimirum iudicium inferat, vel è contra, ius minimè reddat, ſua videatur iuriſdictione abuti; aut illius extra limites progrediatur, vel proprias tractet lites; eo quoniam in euentu pro damnis, & intereſſe perpeſſis ordinarij debet in Iudicis aſpectu conueniri: vt voluit Bella Pertica *in dicta Authen. ſi qua in Prouincia, col. penultima in fine. verſ. pone delegatus à Papa*. Cinus ibidem *num.* 15. & G Baldus *num.* 10. Capel. Tholoſ. *qu.* 424. vbi Auffer. *in addiction.* Quo tamen in loco Ioannis Andreę authoritate ab ipſo allati addit: ſe nullo poſſe induci modo, vt credat, quod delegatus, cum adhùc ſe coram lis dependeat, valeat in ordinarij iudicio, ſaltem vt delegata ſibi in cauſa impedimentum ponat, H conueniri. Maranta *diſput.* 1. *num.* 35. Cabal. *reſolut. crimin. tom.* 1. *cap.* 53. *n.* 3. *& ſequent.*

Farinaceo etiã criminalibus in fragmentis *parte* 2. *num.* 976. placuit: quod ordinarij non ſolum ex Iudicis ſententia delegatus excipere punitionẽ poſſit, ſi delictum perpatrare fuerit auſus; ipſius verum etiam aſſeſſores, alijque I valeant, ſi minimè conuenientia quærant ſalaria extorquere coram illo conueniri, vt non niſi decentem ſibi ſummam ſuſcipiant: magnis namque correctionem inferre ſalarijs ordinarius nõ repellitur: vt in *Authent. vt iudices ſine quoque ſuffragio, §. volumus circa finem, & Authen. de iudic. §. nullo, & §. ne autem*: ita Cinus *in dicta Authent. ſi qua in prouincia num.* 15. *verſ. & dubitatur ſemel de facto*: quem ſequitur Petrus Ca- K ball. *dicto caſu* 53. *poſt num.* 3. Subditque idem Farinac. *in num.* 977. Delegato non ſolum punitionem ordinario ex Iudice afferri: ſi tradita ſibi ad cognoſcendum in cauſa erroris quidquam patret: ſed poſſe ab illo, quocumque voluerit tempore impedimentum poni, ſi aliquid ex æquitate deuium committere

A tere contendat. Aufrer. *in Capel. Toloſ. dicta deciſ. 424. verſic. & quod ordinarius poſſit reſiſtere*. Gigas *in conſ. 163. in fine.* Gloſa *in cap. ex literis de off. deleg.*

Plurimas autem delegatum aduer-
ſus Iudicem opponi recuſationes de-
cere firmum eſt. & generali forma illæ
omnes, quæ ordinario ducuntur, &
ſpeciali modo repellitur, quod impe-
trantis exiſtat dominus. *cap. cauſam quæ,*
B *extra de officio delegat. cap. ex traſmiſſa de
foro compet.*

Secundò quod ſe ipſum impetrare
videatur, aut aliorum impetrati opera
procurauerit. *l. quæ omnia, ff. de procur.
l. vnica, C. ne quis in ſua cauſa*. Et ea de
re obſeruari Calliſtratus mandat; ne is
dari Iudex debeat, quem litigantium
alter nominatim expoſcit: hoc etenim
iniqui affirmat haberi exempli Adria-
C nus aſſerit: dempto quod hoc ex Prin-
cipe, qui petiti ad verecundiam Iudi-
cis reſpiciens, illum permiſerit. *l. ob-
ſeruandum 47. ff de iudicijs. cap. inſtante,
extra, de officio delegati.* Petrus de Greg.
ſyntag. iuris lib. 47. cap. 22. ſub num. 13.
Vnde multò magis nec præberi is de-
bet, qui ſua delegationem in perſona
effici procurauerit: eoquod qui ſe in-
gerit ſuſpectus redditur. *l. vxori §. 1. ad
legem Cornel. de falſis. dicta l. quæ omnia*
D *ff. de procuratoribus, l. ſi quemquam, C. de.
Epiſcop. & Cleric.* Si vnius tertio Iudex
habeatur, quemadmodum te aduerſus
Titium impetraui, & me tu Meuium
contra petijſti, hic me recuſauit, me
eoquod in cauſa Iudex in Titium ha-
beris, ac te pellit Titius: ex eo quia
tuus in Meuij cauſa exiſto, reciproci
enim Iudices ſe reddunt ſuſpectos. *l.
properandum, C de iudic.*

E Nonnullæ etiam delegatos aduer-
ſus Iudices adduci poſſe certum eſt ex-
ceptiones; & quidem quod terminus
ſit eorum iuriſdictioni allatus, & multis
efficitur modis; nempè quod deprōpta
fuerit, & tradita exequutioni ſententia.
*cap. ex literis, & cap. venerabili extra de
off. delegati. l. iudex ff. de re iudicata*. Le-
gitima etiam quo in caſu ſit appellatio
confecta. *cap. vt debitus, extra de appell.* F
Vt pariter, ſi prouiſionis literis nullam
ineſſe vim Iudex affirmet. *cap. ſignifican-
tibus extra de off. deleg.* quemadmodum
& per recuſationem legitimo eius cau-
ſa modo probata: *cap. licet extra de foro
competenti, cap. ſuſpicionis de offic delegati.
cap. legitima de appellat.* Cum nec non vi-
tales, proprio cui nomine ſcriptum fue- G
rat Iudex auras deſerit. *cap. quoniam
Abb. extra de off. deleg.* Quo etiam in ca-
ſu vitam cum morte, ille, quem aduer-
ſus facta ſit impetratio, re integra, com-
mutat. *cap. ſignificātibus, extra de reſcript.*
Vt pariter, vbi mandans, re integra
vita ſit functus. *cap. gratum, & cap. licet,
extra de offic. delegat.* æqualiter etiam, ſi
re integra impetrator morti occubue-
rit: *§. rectè, inſtitut. mandati.* Addas etiā H
ſi ille, ad quem directum eſſe manda-
tum videatur, naturæ neceſſitati cedat.
*l. penult. ff. quæ ſententiam ſine diſpoſitione
reſcinditur. l. ſi deceſſerit, ff. qui ſatisdare
cogantur.* Vt etiam ſecundas per literas,
quæ circa primas expreſſam faciant
mentionem. *cap. cæterum, extra, qui ſa-
tiſdare cogantur*: ſicuti remiſſionis ergo
quoad cauſam, aut ex relatione, vel cō-
ſultationem confectam. *cap. licet, extra,* I
de offic. delegat. l. prima, C. de relat. Si alla-
ta reuocatio fuerit mandato, vel ſi cau-
ſæ reuocatione delegans dediſſet. *l. cum
prætor, & l. iudicium ſoluitur, ff. de iudicijs.
cap. Eccleſiaſtica, extra de conſtitut. §. rectè,
inſtitut. de mandat.* Cum ex datis vnus
coniudicum mortuus ſit, nec appoſita
illa ſit clauſula: *Quod ſi non omnes, vel
quod ſi non ambo; cap. vno extra de off. de-
legati.* quo in euentu conſtituta minimè
clauſula ſit: *quod ſi omnes*: ſi perennem K
in iuris, ac facti abeat impoſſibilitatem.
*cap. ſciſcitatus, extra, de reſcriptis. cap. ad
probandum de re iudicata.* Triennij ſi per
ſpatium perduraſſe inſtantia conſpicia-
tur. *l. properandum, C. de iudic.* Si litis
conteſtatio concorditer in ordinarij aſ-
pectu ſit perpatrata, delegati quamuis
per operam efficiatur, citatio: tacito
namque modo illata dicitur renuncia-
tio: vt ſi diuerſas delegati duo ſenten-

tias

A tias promant. *cap. final. extra de iudicijs.* Vbi ad inuicem ſeſe delegatos abſoluiſſe comperiatur. *cap. 1. extra de mut. petit. cap. quærebã, extra de ſimonia.* Quãdo tandem acceptilatio, pactum, de non petendo, & rei peremptio interſit, quibus etiam cauſis ſententiam arbitri proferre, neutiquam compelluntur, niſi litigantium aliquis velit adeſſe. *l. non diſtinguemus, ff. de arbitris, cap. ex parte,* B *§. ſumma, § item non eſt cogendus, extra, de arbitris, cap. exceptionis perempt. extra delictis conteſtatione lib. 6.* Et hæc circa finitæ delegati facultatis fine dicta.

Plurimæ occurrunt, delegatum cõtra exceptiones, quas ad duas ſupra viginti accedere firmum eſt. Et primo, cum aliquæ in dignitatis honore, vel Eccleſia, Cathredali, aut venerabili Collegiato, ſit conſtitutus. *cap. præſenti* C *extra, de reſcriptis, cap. de cauſis, de off. delegati, l. 2. ff. de iudicijs.* Secundo quod nequaquam illi, poſtquam ſequuta prædeceſſoris ſui mors fuerit, ad quẽ proprio ſit ſcriptum nomine, cognoſcere permittitur. *cap. quoniam de off. delegati.* Tertio ſi certum ſit, illum, tàm ſi malam, quàm ſi æquam pronunciauerit, ſententiam ſuo functum munere fuiſſe. *cap. 1. extra de ſequeſt. poſſeſſ.* Quo in caſu quarto tributa ad tempus iuriſdictio D iam ad ſuum properaſſe finem videatur. *l. cum dies, § inter, ff. de arbitr. l. 2. de indic. cap. de cauſis, de offic. delegati.* Si certam quinto circa rem data ipſi fuerit poteſtas: de alijs ex eo quia cognoſcere negotijs haudequidẽ poteſt. *l. 1. & l. ſi de proprietate, C. ſi à non competente iudice, cap. cum olim extra de off. delegat.* Sexto, quod cum plures ad cauſam Iudices veniant nihil prorſus agere, ſi non E adſint alij, valet, cum illi ſeſe excuſarint: *cap. prudentiam, extra de off. delegat.* Septimo, cum in reſcripto defectum reperiri, clarum ſit: vt dixit Speculat. *de impugnatione reſcripti*, Si multis octauo criminibus fœdatus conſpiciatur. *cap. in grauibus 3. quæſt. 7.* Quo in euentu nono ipſe à Pontificis legato ſe miſſum affirmet, nec illi iuriſdictionem oſtendat inhærere. Argum. *cap. cum in iure* F *extra de officio delegati. l. vnica de mandatis Princip.* Quando in ordinarij cauſa decimo, pendet in iudicio. *dicto cap. vt debitus extra de appellat. dicto cap. gratum, de officio delegati.* Si eius commiſſum induſtriæ vndecimo mandatum reuocationem fuerit perpeſſum. *cap. cum noſtrum extra, de appellation. l. iudicium, ff. de iudicijs, cap. in noſtra de procuratorib.* Quod minimè ipſi duodecimo poſtquã G elapſum anni ſpatium fuerit, conceſſum dicitur, vt illum poſſit abſoluere, quem ligare prius voluerat. *cap. quærenti*, & ibi Gloſſa *de officio delegati*. Quod illa decimotertio ipſe fuerit cum clauſula tributus: *Ea quæ de bonis*: vel cum illa; *Quidquid poſt iter arreptum*: vel cum illa; *Quidquid poſt litem motam*: Et ipſe inquirere non autem iudiciario cognoſcere ordine contendit. Eiuſdem iuris H eſt illa clauſula; *Mandamus quatenus conuocatis, qui vocandi fuerint ſuper propoſitis veritatem inquiras. cap. exhibitas, extra de iudicijs.* Quo decimoquarto in caſu aliquam calumniæ ergo protulerit in qualibet cauſa ſententiam: ex eo quia iure quidem poteſt in ſuſpectum haberi. *cap. mandata de præſumpt.* Si decimoquinto iniunctum ipſi fuerit, vt exequutioni res perſonaliter tradatur: nam I partium etiam ſi conſenſus interueniat, id alijs neutiquam valet committere curæ: *cap. fin. de officio delegati.* Quando decimoſexto alius, quàm ex Principe delegati perſonam repreſentat. *l. à iudice, C. de re iudicata, cap. cum cauſa de appellat.* Quod criminali decimoſeptimo in cauſa, quæ merum ſpectare ad Imperium certum ſit, ab alio, quàm ex Principe ſit delegatus; id enim effici K neutiquam permittitur. *l. nec quidquam §. omnia, ff. de officio Proconſulis, l. omnia, ff. de regulis iuris.* Quo decimooctauo in caſu liberalis exiſtat cauſa, quæ nullo delegari modo conceditur. *l. non placet, C. de pedaneis Iudic.* Cum illa decimonono, quæ commiſſa fuerit, cauſa, delegantis ad iuriſdictionem attineat. *l. vnica, C. qui pro ſua iuriſdictione, l. fin. C. vbi, & ad quẽ*

Digitized by Google

A Si mandatum vigeſimo literis incluſum nulla demonſtrare forma ſtuduerit. *l. vnica C. de mandatis Princip. cap. cum in iure, extra, de officio delegati.* Si vigeſimo primo inquiſitio, Eccleſiæ, aut perſonæ prouiſio, vel etiam abſolutio, & huiuſmodi cæteri, ſibi fuerint tradita, quæ alterius præbere fidei ipſe nulla poteſt forma. *cap. extra de officio delegati.* Denique quando ſuam terminaſſe vitam Delegatus videatur, cum minimè ſit
B illa traditum clauſula negotium, *quod ſi non ambo.*

DE IVDICIBVS

Conſeruatoribus.

Cap. 3.

C Atenim conſeruatores quid circa Iudices? An delegati ipſi etiam? Fermè. Dati namque ſunt, vt alicuius manifeſtas aduerſus iniurias violentiaſque defenſionem ſuſcipiant, cum iudiciali neutiquam indagatione vtantur. *cap. ſtatuimus de officio delegati in 6.* Silueſter *in ſumma, in verbo, conſeruator num.* 1. Laurentius de Perijnis *in conſtitut. ſui ordinis minim. tom.* 2. *conſtit. Gre-*
D *gor. XV. num.* 2. Miranda *in manuali prælator. tom.* 2. *quæſt.* 47. *artic.* 1. Petrus de Gregor. *ſyntag. iuris lib.* 47. *cap.* 22. *num.* 26. Molina *de iuſt. & iure tom.* 6. *diſput.* 29. *num.* 2. Conſeruator qua de cauſa Iudex priuſquam ad aliquid deſcedat ſummariè compellitur examen conſtituere: an illata iniuria, & de qua tractetur, violentia, exiſtat notoria? poſteaque debet circa id probationes re-
E cipere, vt propriam firmare iuriſdictionem valeat; taliter, vt ſi eiuſmodi illa ſit, ſuam exercere iuriſdictionem, ſi ex aduerſo incompetentem ſe pronunciare, cogitur. Gail. *lib.* 1. *obſeruat.* 34. *n.* 3. Barboſa *in l. ſi quis ex aliena num.* 112. *&* 118. *ff. de iudicijs.* Ita vt nullo conuenit conſeruatori modo, vt contra iniurias, illataſque poſſit quidquam agere violentias, ſi ipſi nequaquam conſtet, quod manifeſtæ veniant, ac notoriæ, & conſequenter ſi notorij qualitates cognitæ F non ſit: vt ſcriptum eſt *loco citato* è Silueſtro *num.* 30. Molina *tract.* 5. *diſput.* 29. *num.* 2. Riccius *deciſ.* 258. *parte* 2. Qui vndecimo affirmat in numero conſeruatoribus nullam Iudicibus facultatem concedi, vt ſimplicem, ſed qualificatam, in tutamen ſuſcipiant iniuriam. At ſi res in dubio ſit caſu: an manifeſta fuerit iniuria, & violentia manifeſta? G conuenit, ſummariè quoad teſtes vocare, & probationes aſſumere, vt propriam fundare iuriſdictionem poſſit. Mendo. à Caſtro *parte* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. *verſ. vnde ſi inueniat.* Barboſa *Allegat* 106. *parte* 3. Qui, vt aliquorum manifeſtas aduerſus iniurias defenſionē ſuſcipiant, Eccleſiaſticas circa perſonas, & ſæculares iuriſdictionem habent: ex reg. Tex. *in cap ſit generale, &* H *in cap. conqueſtus*: cum ibi notatis de foro competenti. Nulla namque ſæculari ducitur iniuria, vel præiudicium poteſtati. Iuxta doctrinam Cabed. *in cap.* 18. *num.* 6. *lib.* 3. *diuerſ. iuris* Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.* 3. *verſic. nec minus aduerſatur.* Addas, quod ſæculare non vetatur, ad proprium exercendum ius, vt bracchium inuocet. Ceual. *comm. opinion. to.* 4. *quæſt.* 897. *num.* 718. *cum* I *ſequenti.* Azor. *inſtit. mor. lib.* 5. *cap.* 34. *quæſt.* 10. Gloſa *in cap.* 1. *de officio, & poteſt. iudicis delegati, in verbo inuocare.* Barboſa *alleg.* 106. *num.* 308. Tàm ſi huius facultas generis auxilij poſcendi fuerit tributa, vel ex aduerſo ex diſpoſitione quam habet regula *in cap.* 1. *de officio ordinarij, & cap. adminiſtratores num.* 5. *quæſt.* 5. *cum ſimilibus.* Quo etiam in loco Eccleſiaſticis bracchium ſæcularis K. petendi conceſſio data, vim in delegatis includit: Iuxta Tex. *in cap. vt officium* §. *compeſcendi. num.* 3. Abb. *num.* 8. *& alij in cap. ſignificati, de officio Iudicis delegati.* Couar. *quæſt. pract. cap.* 10. *num.* 1. Nauar. *in cap. cum contingat remed.* 1. *à num.* 1. *de reſcriptis.* Menoch. *de retinenda remed.* 3. *num.* 390. Mandoſius *in regula* 17. Cancel. *quæſt.* 2. *num.* 12. Barboſa

A boſa *lacerſitato num.* 39. Conſeruatori ergo Iudici competens eſt, vt ſuam in ciuitatibus, & diœceſi ſibi conſtitutis iuriſdictionem exerceat. *cap. fin. §. vices de officio delegati in 6.* Sed enim extra Ciuitates, Diœceſemque in quibus fuerit præfixus, nec ad ſuum, vnius, vltra dietæ ſpatium ex earumdem fine, trahere quemquam ad iudicium valet: vt notarunt Ioan. Andreas, & Dominic. *in cap. hac conſtitut. de officio iudicis dele-*
B *gati*, & ibi Barboſa *num.* 13. Dempto quod diuerſum aliquid in conſeruatoriæ tenore bullæ extet permiſſum. Barboſa *num.* 14. Molina *diſput.* 29. *nu.* 4. Hi autem illatis non ſolum, & manifeſtis pro iniurijs: ſed pro illis etiam quæ erunt adducendæ, procedere neutiquã repelluntur. Miranda *in Manuali Prælat. to.* 2. *quaſt.* 47. *artic.* 2. *concluſ.* 4. Molina *diſput.* 29. *num.* 2. *verſ. poteſt* Gloſa
C *in cap.* 1. *de officio delegati in* 6. vbi Franch. *num.* 7. Dominicus *num.* 13. Azorius *inſtit. moral. parte* 2. *lib.* 3. *cap.* 34. *quaſt.* 7. Quod ſi impedimentum excipiunt, ordinarios aduerſus Legatos natos, & à latere, qui eis in conſeruatorijs ſeſe opponunt, iuriſdictionem valent exercere Ancharanus *conſ.* 132. *nu.* 7. *verſ. ex prædictis* Tuſcus *litera* C. *concluſ.*
D 760. *num.* 2. Barboſa *allegat.* 106. *num.* 5.

Ordo atenim, & forma quibus Conſeruatori Epiſcopos contra procedere conceditur ſtatuta extant. *in cap. quia Pontificali* 2. *de officio, & poteſtate iudicis delegati.* Quibus non ſtatim ex principio excommunicatio adducenda: Sed cum modeſtiæ ſeruentur, ac reuerentiæ leges, quæ ipſorum competunt dignitati
E prius coercendi ſunt pœnis, quas *dicto in cap. extra ordinem in Tex.* videmus præſcriptas; Et poſtea, ſi neceſſitas expoſtulauerit Eccleſiaſticæ fulmen cenſuræ poteſt in ipſos infligi: vt notatum ex DD. *in ſupradicto cap. & in cap. ſane il ſecondo, verſ. ita quod, tit. eodem* Silueſter *in ſumma in verbo, conſeruator nu.* 4. *verſ. dice* Azor. *inſtit. morali parte* 2. *lib.* 5. *cap.* 34. *quaſt.* 42. Id autem locum in conſecratis non ſolum, in electis at etiã, & confirmatis retinet Epiſcopis: vt poſt F Ioannem Andream benè cognoſcunt Franchus *num.* 2. Dominicus *num.* 1. *cap. quia Pontificali, comprobatas.* Priuilegium eoquod Epiſcopis, reuerentiæ cauſa, dignitatis ergo, & Epiſcopalis officij non autem ordinis ratione præſtandæ, tribuitur: *vt in dicto patet cap.* vbi *Pontificali dignitate præditis, ob reuerentiam ſacri officij, quod exercent.*

Electione autem euectus, & canonicè confirmatus, nulla verò forma conſecratus Epiſcopus, quamuis, quæ ad G Epiſcopalem pertinent ordinem Epiſcopi neutiquam ſub nomine ſint comprehenſi: ex multis à Felino *in cap. eam te num.* 1. *de reſcriptis, allatis.* Omnia tamen, quæ ad Epiſcopi Iuriſdictionem ſpectare ac officium, videantur, valent, exercere, ſi non ſint ordini adnexa iuxta Tex. *in cap. tranſmiſſam* 15. *& cap.* H *noſtr.* vbi Gloſa *de electione.* Ac ſimpliciter proinde ſibi Epiſcopi nomen ſuſcipit. Clement. 1. iuncta Glo. *in verbo, Epiſcopus, de foro competenti.* Clementina 2. *vbi Gloſa in verbo Epiſcopi, de reſcriptis.* Felinus *in dicto cap. eam te nu.* 5. Azorius *inſtit. moral. parte* 2. *lib.* 3. *cap.* 29. *quaſt.* 5.

Propterea *ex dicto cap.* quia Pontificali, diſpoſitione, Epiſcopos aduersùs I proceditur. Primò, cum ipſis in Eccleſiam ingreſſus vetitus reddatur, aut ſacerdotale interdictum dicatur miniſterium, ſuſpenſi deinde ab officio ſint cõſtituti, Eccleſiaſtica poſtmodum profligati cenſura ingemant, niſi alia confici negotium ratione opus fuerit: de quibus omnibus ſcripta reliquit Barboſa *in dicto cap. quia Pontificali.*

Conſeruatorum autem iuriſdictio K nullam pro criminalibus, & mixtis, extenſionem patitur, pro ciuilibus ex eo quia tantum conceſſa reſpicitur: ex Tridentini diſpoſitione Concilij *ſeſſ.* 14. *de reformat. cap.* 5. Diana *parte* 3. *tract.* 1. *reſolut.* 20. Ceuallos *commu. contra com. tom.* 4. *quaſt.* 897. *nu.* 711. Sed enim in illis, quæ ciuilia ſunt, negotijs

Digitized by Google

A gotijs actori haudquaquam Religioſo
licitum dicitur, vt aduerſarios ad ſui
conſeruatoris Iudicis trahat Tribunal.
Guttierez. *pract.quæſt. lib. 3. quæſt. 9. à
num. & lib. 4. quæſt.63. per totum.* Ce-
ual. *loco citato.* Mendoza à Caſtro *in
praxi Luſitana parte 2. lib.2. cap. 5. num.
30. in fine.* Ludouicus Miranda *in dicto
manuali Prælator. quæſt. 47. artic. 7. con-
cluſ. 5. & 6.* Concil. Trident. *loco ſupra
B citato.* Nec aliquo Conſeruatoris facul-
tas modo ternæ vltra dietæ ſpatium di-
latari valet ex Gregorij 13. diſpoſitio-
ne, & propriam compelluntur electio-
nem locum ordinario notam reddere,
ac cæteris ad quos ipſorum ampliatur
poteſtas ex Aldani doctrina *in compen-
dio canonic. reſolut. lib. 4. tit. 8. num.* 11.
Vbi ſic fuiſſe reſolutum aſſerit ſub die
11. *Iuly* 1620. Barboſa *in coll. Conc.
C Triden. cap. 5. ſub num. 3.*

Nemo autem eſſe Conſeruator po-
teſt, niſi perſona indignitate conſtituta:
ſed adde Cathedralium Canonicos è
ſummorum Pontificum Sixti IV. Pij V.
& Gregorij XIII. priuilegio. Non ve-
nit tamen Epiſcopi Vicarius; qui Præ-
lati quamquam nomine ornetur in Ec-
cleſia vero nullam retinet dignitatem.
Vnde conſeruatoris obtinere titulum,
D haudequidem valet; nam, & ſi honorē
huiuſmodi Prælatus oſtendat, dignita-
tem atenim, perſonatumue in Eccleſia
non demonſtrat. Menoch. *conſ.* 51. *nu.*
23. Abb. *in cap. de multa num.* 23. *de
præbendis.* Barboſa *allegat.* 106. *num.* 13.
parte 3. Vt eadem hoc ex munere Prio-
res, Guardiani, & Religionum ſuperio-
res forma depelluntur: ex decreto Sa-
cræ Congregationis ſub die Octobris
E 1617. vt refert Barboſa *de poteſt. Epiſco-
pi allegat.* 106. *num.* 15. Titulares autem
Prothonotarij optimè quidem Conſer-
uatoris excipere ſibi officium poſſunt:
ex dubitatione Sacræ Congreg. Concil.
de anno 1630. Barbo. *coll. Apoſt. deciſ.*
617. *num.* 18.

Qui verò, & quales à Religionibus
eligendi, eſſe conſeruatores debeant
ſtatutum fuit ex Clemente VIII. *conſtit.*
13. quæ incipit: **Sanctiſſimus Anno** F
1592. ac è Bonifacio VIII. in conſtitu-
tione, quæ habet: *Statutum* nec non à
Gregorio XV. *conſtit. 9. quæ ſic: Sanctiſ-
ſimus Anno* 1621. 20. *Nouembris.* Et ſu-
ſcipi à Religione quæ ipſos nulla reſi-
neat forma non prohibentur, Priuile-
giorum per communicationem cum
illis, quæ ipſos equidem habent: ſtante
diſpoſitione *cap. fin. de officio delegati in
6.* Barboſa *Apoſtol. deciſ. collect.* 216. G
num. 11. Ni tamen Prior, aut Guardia-
nus, vel quauis ornatus regulari mune-
re ſit: terminatum id fuit à Sacra Con-
gregatione Epiſcoporum, & Regular.
in Turriana 8. *Octobr.* 1617. penes Gi-
uantem *in Emanuali Epiſcopor. in verbo,
conſeruatores;* Nec aliqua Conſeruatoris
electionem facere forma regulares va-
lent, prout habetur conſtitutio Grego-
rij XV. ſi primis quatuor menſibus in H
illa præfixis non elegerunt: vt ſtatuit
Sacra Congreg. Concil. in Neapolita-
na 18. Septemb. 1627. Teſte Nouario
in verbo, Conſeruatores num. 8. Barboſa
loco citato num. 13. *qui* 14. *in num.* Epi-
ſcopis aſſerit; illorumque poteſtatem
Vicarijs in eſſe Regularium, vt Conſer-
uatores conſtituant: ex diſpoſitione Sa-
cræ Congregationis Concilij 23. Octo-
bris 1623. quam refert de Peyrinis *de* I
priuilegijs Regularium to. 3. in add. cap. 11.
num. 17. *fol.* 477. *& in* 17. *num.* Singu-
lis affirmat Regulares in Diæceſibus, in
quibus Monaſteria, conuentus, aut etiā
domus permanent, ad conſeruatorum
electionem compelli. Prout diſpoſuit
Sacra Congr. Concil. 15. *Aprilis* 1628.
& 1633. Ioan. Maria Nouar. *loco citata
num.* 3. Lazana *in ſumma quæſt. regul.
to. 2. cap.* 10. *num. finali.*

Tridentino atenim ex Concilio Vni- k
uerſitatum, Collegiorum, locorumque
ſunt excepti Conſeruatores: vt etiam
ſcripſit Anguian. *lib. 3. controuerſ.* 33. *num.*
5. *&* 6. Barboſa *ſuper dictum Concilium
in fine.*

Iudices autem Apoſtolica in quouis
negotio è ſede conſtituti, ſi in altero
minimè iure Doctoratus gradum præ-

ſeſe-

A ſeferant, aſſeſſorem, qui neutiquam ſu-
ſpectus partibus exiſtat, deſumere cō-
pelluntur. Barboſa *allegat.* 106. *ſub nu.*
15. Nam aliter nullam prolata retine-
bit efficaciam ſententia ex Bulla Leo-
nis Decimi in Concil. Lateran. Barbo-
ſa *loco proximè citato*. Et hoc agere ab
illis, vel ab eorum altera requiſiti de-
bent, cum illius iuxta relationem ad-
ducere iudicium cogantur: ex Bulla
Leonis Decimi, quæ incipit: *regimine*,
B teſte Ricc. *in praxi cauſ. delegat dec.* 619:
Text. *in cap. final. de officio delegati in* 6.
Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 25. *de reformat.*
cap. 10. Bonacina *de cenſuris extra Bull.*
diſput. 2. quaſt. 2. pract. 35. num 6. Azor.
dicta parte 2. lib. 3. cap. 11. verſ. decimo-
ſexto quaro. Barboſa *allegat.* 107. *nu.* 55.
& 58. qui geminas etiam affert de Cō-
ſeruatoribus deciſiones depromptas à
Gregorio Decimoquinto, & Vrbano
C Octauo, & poſt eum Theſaurus *de pœ-*
nis Eccleſiaſticis cap. 1. parte 2. Qua vero
ſeruari forma oporteat practicam, vt
arbitrorum, ſi Conſeruatorem inter, &
ordinarium adſit, electio fiat: vide Ce-
uall. *dicta quaſt.* 897. *num.* 741. Mendoz.
de Caſtro *in praxi Luſitana parte 2. lib. 2.*
cap. 3. num. 28. Vbi addit, quo in caſu
ex illis aliquis, arbitri velit electionem
D facere: recurſum haberi ad Regem,
Tridentini tamquam protectorem Cō-
cilij, vt arbitros aſſumat, recurſum
poſſe.

Optimè tamen reijci, velut ſuſpectus
conſeruator valet: ex diſpoſitione di-
cti decreti Concilij Tridentini: vt tenet
Ceual. *comm. contra commun. dicto tom.* 4.
quaſt. 897. *num.* 779. & Barboſa *in dict.*
cap. 5. Concilij Tridentini num. 9. & alle-
E *gation.* 106. *num.* 35. Qui communis
terminos iuris, dum iudicium affert,
ſeruare compellitur: nam tributa quam-
uis illi fuerit facultas, vt cauſas, quæ iu-
ris expoſcunt indagationem, & notoriæ
veniunt, & manifeſtæ, cognoſcat: cum
iuſtitiæ attamen fiat exequutio, illum
coguntur ſecundum iuris ordinem ſe
continere, qui ſimilibus ſequitur in cau-
ſis, propria etenim defenſio nemini va-
let denegari: ita ex Text. *in cap. ad no-* F
ſtram il terzo, vbi Gloſa, *in. verbo, obſer-*
uandas, de iureiurando. Frat. Emmanuel
quaſt. regal. tom. 1. quaſt. 65. num. 18. Et
hoc neutiquam in caſu alios, Epiſcopa-
lis præterquam Curiæ ſumere Notarios,
qui ſui taxam ſequantur ordinarij, de-
bent, ſi minores autem exiſtunt, diſpo-
ſitio venit: ex Bulla Gregor. 13. ex Ga-
uant. *in Manuali Epiſcop. verbo conſerua-*
tores, num 34. Qui etiam affirmat neque G
Procuratores, neque Aduocatos, qui
cauſas penes ipſos pertractent, reti-
neri, nec verbo deſignari, nec alia deno-
tari forma, vel domi in contubernio ha-
beri decet.

Et quamuis conſeruatores, priuſquā
ſeſe in cauſa verſentur, nullo commiſ-
ſoriales oſtendere literas Epiſcopo loci
modo cogantur: debent attamen, ſi ab
eis expoſcatur, illas demonſtrare, vt
fraudes, ac etiam ſcandala repellantur. H
Immò ſi quemquam in munere delictū
perpatrarint, vel iniuſtè ſe gererent, cō-
ueniri ex ipſis valent, & ab ipſis impe-
dimentum excipere: ita Farinacius in
fragm. parte 2. litera F. num. 974. Men-
doza à Caſtro *in dict. praxi Luſitana p. 2.*
lib. 2. cap. 3. num. 9. & alij per Barboſam
de poteſtate Epiſcopi, allegatione 106. *nu-*
mer. 37.

Conſeruatorum verò è ſententia re- I
cuſatio admiſſa eſt, & appellatio iuxta
DD. opinionem *in cap. Romana, iuxta*
Gloſ. in verbo mandatur, §. *ſi autem de*
appellat. in 6. Couar. *in dicto cap. 23. n.* 5.
verſic. ſecunda concluſio. vbi alias ducit
Barboſa *dicta allegat.* 106. *num.* 32. *&*
ſequenti.

Sed enim qui ſibi tributum extimu-
lare conſeruatorem audent, vt ſeſe in
illis intromittat, quæ apertam minimè K
continent violentiam, iniuriamue, ac
altiorem exigunt indaginem, excom-
municationis ſubire pœnam compellū-
tur: Pontificis reſeruatæ facultati: at
per Gamb. *de caſibus reſeruatis cap.* 10.
num. 6. in principio. Filiucius *tractat.* 14.
num. 53. *& num.* 58. Barboſa *de poteſtate*
Epiſcopi parte 3. allegat. 50. *num.* 205. *&*
in

Digitized by Google

A *in cap. vltimo num. 20. de officio, & poteſtate Iudicis delegati fol. mihi* 104.

Et quilibet quamquam Summi delegatus Pontificis in totum facere ſubdelegationem valeat: per Textum in *cap. ſi pro debilitate, & cap. ſuper quæſtionum, de officio, & poteſtate Iudicis delegat.* & vt alio fuit explicatum loco. Conſeruatoribus attamen, dempto quoad citationes, & ſententiarum ſtatuta, conB ceditur, aut literarum vbi ex beneficio permiſſum id ipſis conſpiciatur: vt dixit Petrus de Gregorio *ſintag. iuris lib. 47. cap. 22. num. 27.* Doctores penes Barboſam *in dicto cap. vltimo de officio, & poteſt. Iudicis delegati.* Molina *in ſæpè cit. quæſt. 29. num. 5. tract. 5.* Azorius *dicta par. 2. lib. 5. cap. 34. quæſt. 9.* Barboſa *dicta allegatione* 106. *num.* 45. Tali namque in conſeruatorum electione perpatrata ob C perſonæ induſtriam conſpicitur actio: vt tradit ipſe de Gregorio *loco citato n.* 27. Vel ſi vt eius reſtrictionem perpetiatur facultas, vt quo minus effici poſſit, præiudicium ordinarijs adducatur: ſecundum doctrinam Bellarmin. *in dicto cap. fin. num.* 4. Barboſa *loco citato in fin. dict. num. 16. & alleg. 106. n. 46.*

Vigilanter autem animaduertere Conſeruatores coguntur, ne propriæ D limites iuriſdictionis excedant: ex eo quia, ſi aduerſum quidquam perpatrarint per vnius ſpatium anni ſuſpenſionem ex munere ſubeunt: vt aduertit Miranda *in manuali Epiſcoporum quæ. 47. artic. 9. concluſ.* 1. Barboſa *allegation.* 50. *num.* 205. Quod intelligit *in allegat.* 106. *num.* 47. Conſeruatores circa, ſi è ſcientia quidquam agant: namque minimè ſufficiens habetur, vt delictum percraſE ſam, iuris, affectatamque ignorantiam committitur: ſed requiritur, vt ex verſutiæ culpa, & graui ex crimine delinquat: allegat Suarez *tom. 5. de cenſuris, diſput. 31. ſect. 3. num.* 17. Filiuccium *quæſt. morali* 17. *num.* 118. Bonacinam *de cenſuris extra bullam diſput. 2. quæſ. 2. punct. 36. nu.* 16. Quælibet etenim, quæ ſit craſſa, ignauia, ex pœna excuſationem, haudquaquam verò ex culpa ducit, quo lex in caſu punitionem infligens, verbum, *ſcienter*, adhibet. Na- F rrarta *in manuali cap. 27. n. 141.*

Huiuſmodi autem ſuſpenſio, quamuis è verborum generalitate ſequeſtrationem, non tantum ex muneris exercitio: ſed ex clericali etiam includat officio: prout eſt Suarez *tom. 5. diſp. 26. ſect. 1. à num.* 3. Suſpenſionem attamen ex beneficio importat: vt idem Suarez *diſput. 31. num.* 17. Moneta *de conſeruatoribus cap. 7. quæſt. 12. num.* 561. Bo- G nacina *dicta pract. 36. num.* 8. Barboſa namque *in dicto num.* 48. aſſerit: quod & ſi à iure, vel etiam ex hominis diſpoſitione ab officio præciſè imponatur ſuſpenſio, ſi aliud tamen haudquaquã ſit additum minimè beneficium circa illa includitur: per Textum *in cap. inter in princip. de purgatione canonica.* Suarez *dicta diſputat. 26. ſect. 3. à num.* 4. Henriquez *in ſumma lib. 13. cap. 32. §. 3.* licèt H etiam ſuſpenſionem ab officio interuenire inferat Gloſa *in verbo officio, in dict. cap. vltra, de officio deleg.* vt dixit Barboſ. *dicto n.* 48.

Extinctum verò, Conſeruatoris aſpicitur officium, & in nihilum quoad negotia non incæpta abit, ſi eius, ex quo habita conceſſio, mors adueniat; in his etenim, quæ iam incoata inueniuntur, I integra neutiquam videtur, res, ac ſequutum poſtquam fuerit Pontificis, ex quo facta conceſſio, lethum, perdurans eſt: vt ex *cap. vltimo de offic. Iudic. deleg.* Mandoſ. *de reſignatione gratia, tit. de conſeruatoria, verſ. addi deberet in fine*; Miranda *dicta quæſt. 47. artic. 6.* Azorius *inſtitut. moral. cap. 34. quæſt.* 14. quo etiam in loco tunc affirmat cæpta reputari negotia, ſi citatio, vel iudicialis ali- K quis actus ſit incoatus. Moneta de *conſeruat. dicto cap. 10. quæſt. 6. num.* 32. Bonacina *in ſæpè ducto puncto 36. num. 7. verſ. obijcies.*

Cæptas ſed enim circum cauſas, quo tempus in euentu ſtatuitur: vt exinde terminum conſeruatoria excipiat, ſunt verba Concilij Tridentini *ſeſſ. 13. de reformat. cap.* 5. & ibi: *Conſeruatoria quæ*

non

A *non ſunt Religionum, & ſimiles illi cæptæ,*
quinquennio terminantur. Iuriſdictio, cũ
huius ſpatium temporis fuerit elapſum
incæptas etiam quoad res, ad finẽ ruit
vigore illius clauſulæ: *Pro futuro quin-*
quennio. Nam aliter, ſi hæc ſit omiſſa,
cæpta ſaltem circa negotia perpetuo
duratura dicitur iuriſdictio. Laurentius
de Peyrinis *in formulario regularium lit.*
C.cap.20.n.2. Barboſa *ſapè cit. alleg.106.*
ſub n.51.

B Hác autem in parte anſam mihi pręberi
aſpicio, dum quoad conſeruatores
verba facio Iudices: vt etiam de Regij
Patrimonij Conſeruatores officio ſermonem
inſtituam; nam & ſi locus hic
non poſcat, vt de eo ſeparatim agam,
quidquam tamen obiter notatum volo
ex Maſtrill. *in lib. 5. cap. 9. à num. 107.*
Ipſe autem, & Cæſaris quæſtor, & Pro-
C curator valet, Regiuſque ſæcularis Cõ-
ſiliarius, ad Moderatoris beneplacitum,
nominatur. Neminem verò, præterquã
Regem, Proregemque ſuum cognoſcere
in ſuperiorem conſpicitur, omnibuſque
in cauſis, cunctiſque in negotijs,
quæ Regium ad Fiſcum, & Patrimoniũ
pertinere certum eſt, interuenit; vnde
omnes fiſcales inter cauſas, tàm quæ
ciuiles extent, quàm criminales conferendas
D adeſt, vt & guidatica, ſaluas
guardias, & criminales obſignare cauſas
debeat; ſeſe etiam cunctis in patrimonialibus
verſat negotijs, ſuum quẽadmodum
& cęteri laici rationales magiſtri,
votum adferens, omnibus ſubſcriptionem
prouiſionibus, ac literis,
quę Regij per Tribunal Patrimonij expediuntur,
ponit. Qua de cauſa, ſi ipſe
nequaquam interuenit, nullo emptio-
E nes, aut pro Regia prouiſiones Camera
effici modo poſſunt, cum in omnibus
ſtipendiorum ſolutionibus, quæ Regali
efficiuntur, de pecunia, ipſum oporteat
intereſſe. Et ipſo procul ex eius
Proconſeruatore ipſius per arbitrium
electum, id agitur. Hoc autem in officio
introitum, & pecuniarum Regiæ,
notatum habetur exitum, quæ ad Theſaurarij
manus peruenerint, Cameræ.
Quocumque addas etiam menſe pro F
rebus, quæ ad Regias pertinent Fiſcalias
conferendam conuocari: in ipſa
verò Fiſci Patronus, & Procuratores
MagnæRegiæ Curię Fiſcales Regij Locumtenens
Theſaurarij Fiſcalium velut
Collector, adeſt. Ipſe autem ſedem in
capite menſæ, ſicuti & cæteris Præſides
in Tribunalibus obtinet; & omnia è Rege
demiſſa priuilegia, literaſque recognoſcit,
quæ neutiquam in Regno exe- G
quutioni traduntur, niſi & prius Excellentiſſimi
de mandato Proregis ab ipſo
fuerint cognita. Vnde hoc acto exequutoriæ
veniunt conceſſæ, ex diſpoſitione
pragmaticæ *7. de officio Conſeruatoris*. Ipſius
ſub reuiſionem cuiuslibet in menſis
ſpatio commiſſiones ad exactionem
Regia faciendum pro Curia datæ cadunt:
rationemque à Commiſſarijs illarum
circa exequutionem expoſcit, H
extraordinariæ propterea pecuniæ in
Theſaurarij peruenturæ poteſtatem ipſius
adnotantur in officio; ex cuius ordine
à Notarijs contractus depromuntur,
vt Iurium Regiæ conuenientium
Curiæ ab ipſis taxam excipiant. Criminalibus
etiam notam de cauſis retinet,
& illam, cum Fiſcalibus conſilium de
negotijs habetur, ſecum adferre neceſſe
eſt: omnibus notam de accuſationi- I
bus, quæ fuerint in Magna Regia Curia
propoſitæ habet, partium etiam deſiſtentia
in margine adnotatur: cum
idem quoad condemnationes, ac etiam
compoſitiones, ſi acciderit, eas fieri,
agat. Quemadmodũ fideiuſſiones cunctas
illarumque compoſitiones, cancellationeſque
ſe penes retinet, vt omnium
criminalibus inuentariorum exemplum
de cauſis, & bannorum, foriudicatio- K
numque notam poſſidet, ipſiuſque libri
cum Magnæ Regiæ Curiæ Notatio,
quolibet conferuntur in menſe, fideiuſſionum
necnon, & inuentariorum, quæ
per Ciuitatum, Terrarumque per Capitaneos
facta, oſtendit, librum, in quo
adnotata & arma, & caſtellorum, arciumque
Regni habentur munitiones
conficit, & quocumque anno ſuam cer-

A tiorem reddere maieſtatem de onerum Regię Curiæ redditus Cameræ, ac emolumenta ſoluendorum ſumma compellitur : Apodixaſque à bancherijs tribuendas obſignat, vt pariter extractionum facultates, quæ per Magiſtri officium Portulani ſunt perpatrandæ, denotat. Notamentum etiam omnes circa, de introitibus, exitibuſque Magiſtri Portulani, & Secreti, computorum informationes in libris faciunt, quæ ad
B Magiſtrorum ſolent officium Rationalium traduci, cuius abſque præſentia, nullę confici compoſitiones poſſunt: aliquæ etiam Conſeruatori tribuuntur inſtructiones, quæ diſpoſitæ habentur, ac ordinatæ *in ſecundo tomo de offic. Conſeruatoris*: & illas neutiquam in præſenti afferre, vt breuitatem ſequar, optimum reputo.

C

D E

ARBITRIS, ET COMPROMISSARIIS

Iudicibus.

Cap. 4.

CVM nec veram Ordinarij, delegatamue retinere arbitri poteſtatẽ
D conſpiciantur: ſed ipſorum facultas, tertia quædam ſpecies, commiſſæ potius iuriſdictioni æquiparata, quàm ordinariæ ſecundum Marantæ ſententiam in 4. *diſtinct. 6. num. 22.* & vt tenuit Baldus *in conſ. 90. & 460. vol. 3.* Barboſa *in cap. 26. de arbitris 11. num. 4. de officio Iudic. deleg.* ordinarijs tali de cauſa cum quidquam de Iudicibus diſſeruerim delegatis, ad arbitros deuenire per quam
E aptum iudicaui. Huiuſmodi namque Iudicibus congruum exiſtere ęſtimatur, cum ambarum quæſtiones partium audiant, ac reſponſa, illas ad concordiam ſi aliquam id valeat per induſtriam perpatrari, ducant : ſed ſerenari ſi res minimè poteſt litem iudicio dirimere cõpelluntur. *cap. 1. de mutuis petitionibus, cap. ſi primates 5. quæſt. 2.*

Arbitrer atenim, qui etiam compromiſſarius nominatur, ille habetur, qui F
ex compromiſſo, ideſt communi partiũ conſenſu, ac litigantium electione, commiſſam ſibi quoad cauſam, cognitionẽ verſat, nullamque propriam, delegatamque retinere iuriſdictionem dicitur habere. *l. prima, ff. de arbitr.* Ipſius attamen ex diſcordibus electio partibus deſcendit, vt ſua litem tranquillet ſententia; ex eo autem haud ſit appellatio, G
ipſo quoniam iure nullam illius vim includit iudicium: ſed pœnæ agit metus, vt illi ſint obtemperantes; quod in compromiſſario, non autem in iuris arbitro militare firmum eſt. *cap. peruenit 11. quæſt. 1. l. fin. C. de iudic.*

Triplicem arbitrorum eſſe ſpeciem, neminem latet: nam quidam exiſtunt arbitri, de quibus partium ex voluntate conficitur electio, & eius ſub facul- H
tate, alicuius ſtipulatione punitionis inducitur compromiſſio, ita Speculator *de arbitris §. 1. in principio*. Paris *conſil. 45. num. 84. vol. 1.* Arbitratores nonnulli nuncupantur, qui amicabiles velut litium compoſitores interueniunt, & diſſenſionem extinguere de facto magis, quàm ex iure poſſunt, nec aliquem iuris obſeruare ordinem cogantur, de his verò maximè agitur *in l. ſi ſocietatem* I
§. arbitrorum, ff. pro ſocio, & in l. ſi quis arbitratu, ff. de verbor. obligationib. Quidam tandem iuris arbitri nominantur, qui legis, aut ſtatuti neceſſitate deligũtur: illo quemadmodum in caſu, quo & in ſuſpectum Iudex allegatur, ex iuris vi, vt de ſuſpicione cognoſcat, arbiter tribuitur. *l. finali,* cum ibi notatis, *C. de iudicijs, & delegatis,* hi æquiparantur Iudicibus, vt notatur *in dicta l. fin.* & per k
Felin *in cap. fin. de re iudicata. l. arbitro, ff. qui ſatisdare cogantur, l. finali, ff. à quibus appell. licet*, Molina *de iuſtit. & iure tract. 5. diſputat. 23. num. 10. & diſputat. 31. num. 2.* Barboſa *in collect. Doctorum in cap. de arbitr. 11. de officio, & poteſtate Iudicis delegati*. Sicuti etiam occurrunt arbitri, de quibus è ſtatuti forma electionem facere ſit neceſſe: vt diſponitur

per

A per *cap. Regis Caroli* 85. Hos quoniam iuris nuncupari arbitros omnibus patet: ſecundum Abba. *in cap. cum dilectus col.* 7. *de arbitr.* Maranta *p.* 4. *diſtinct.* 14. *ſub num.* 3.

Diſcrimen autem ex Doctorum arbitrum inter conſtituitur, & arbitratorem: nam illum dicunt, quem partes conſtituunt, vt litem, quæſtionemque perſcrutet; & hic Iudicis authoritati
B æquiparatus iuris obſeruare ordinem, & ſi compromiſſum fuerit negotium, cogitur. *l.* 1. & ibi Bartolus *ff. de recepti arbitris.* Speculator *in dicto* §. 1. *verſ. & eſt etiam*. Arbitrator autem cum fauorabilis quidam ſerenator extet, & de facto potius litem dirimere, quàm iure cogatur; tali de cauſa, cum nullam iuris formam ſeruet, cauſam pertractet. Bartolus, & cæteri Doctores *in l. ſi quis*
C *arbitratu, ff. de verborum obligationibus, & in l. ſocietatem,* §. *arbitrorum, ff. pro ſocio.* Abb. *in cap. Quintauallis de iureiur.* Speculator *loco citato, in verſ. arbitrator.* Huiuſque arbitramentum generis quædam nominatur tranſactio: ſecundum Bartoli doctrinam *in dicta lege ſi quis arbitratu*. Alexand. *conſil.* 82. *in fine vol.* 1.

Differentia iuris autem arbitrum in-
D ter, & illum, qui ſimplex eſt, & ex concordi partium voluntate ſit electus, haberi quis neget? cum conſtet ex authoritate Marantæ *parte* 4. *diſtin.* 6. *num.* 20. *verſic. ſecundo principaliter quæro.* Et quo in caſu coram iſto negotium agi res poſtulat, nullum reconuentio locũ obtinet; nam cum vtriuſque conſenſus partis ipſius concurrat in electione, haudquaquã vim ipſius in aſpectu ob-
E tinet, diſpoſitio Text. *in l. cum Papinianus, C. de ſententijs,* per Tex. *in cap. cum dilectus de arbitris,* & ibi Abbas. At ſi illius in poteſtate cauſa permaneat, ſtatuti eoquod ex neceſſitate, vt totam quietet litem præfigitur, tribui reconuentionem poſſe aſſeruit. Maranta *loco citato*, ex authoritate Abb. *in dicto cap. cum dilectus*. Cum nihil obſtet quam cõtrariam defendere opinionem videatur. Idem Abbas *in cap. de mut. pet. refe-* F
rendo, & Speculator *in tit. de recuſat.* §. *effectum, col.* 5. *verſ. ſed numquid.* Vero quoniam propinquiorem primam dixit doctrinam Maranta Speculatoris affirmans dictum eò procedere in euentu, quo iuris arbiter ad certum deprecatus veniat articulum; veluti vt Iudicis cognoſcere ſuſpicionem non dedignetur: quia tunc verum eſt, renun-
ciationi locum ipſo coram haud præ- G
beri, cum aduerſum in iuris arbitro totam conſtituto ad cauſam accidat: vt etiam tenuit Felinus *in cap. fin. col. penul. de re iudicata*. Rationem verò ductam conſpicimus ex Maranta: quia ibi ex neceſſitate arbitri deſumuntur, & iuriſdictiones ſibi ex lege collatam demonſtrant: actor enim coram ipſo velut in Iudicis aſpectu litem agere compellitur: aduehit doctrinam Iaſonis *in l. eſt* H
receptum col. fin. ff. de iuriſdictione omniũ Iudic. Soccin. *in d. cap. ex literis de mut. pet. num.* 26. *in fine*.

Hi autem iuris arbitri genuini tamquam Iudices haudequidẽ iuriſdictione priuantur, & ipſorum firma dicitur ſententia, iudicati afferens actionem, & iudicatæ exceptionem rei adducens; qua de re appellari ab ipſis permiſſum cognoſcimus: ex Text. *in l. arbiter* 9. *ff.* I
qui ſatiſdare cogantur, l. finali, ff. à quibus appell. non licet. l. ex conſenſu 23. *ff. de appellat.* DD. *in cap. paſtoralis de reſcript.* Butrius *in dict. cap. Quintauallis num.* 38. *de iureiurand.* Maranta *part.* 6. *tit. de appel. num.* 292. Scaccia *in ſimili titulo qu.* 17. *num.* 5. *limit.* 13. & huius concluſionem generis ſtatuti ex diſpoſitione præfixis DD. admittunt in arbitris. Blanc. *de compromiſſ. quæſt.* 10. *num.* 10. Gloſa k
in cap. à Iudicibus 2. *quæſt.* 6. *verſ. vel etiã.* Bartol. *in l. in diem proferre,* §. *ſtari, ff. de arbitr.* Ceuall. *commun. contra commun. tom.* 3. *quæſt.* 840. *num.* 23. Barboſ. *in coll. DD. in cap.* 26. *ab arbit. ff. de offic. & poteſt. delegati.*

Arbitratoris atenim ſententiæ minus obtemperandum, habet in placitis Speculator *in dicto* §. *primo ſub num.* 3. ſi ex

Nn 2 æqui-

Digitized by Google

A æquitate deuia videatur; cum tamen recti ad viri iudicium remiſſum id eſſe debeat: vt *in dicta l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſocio, dicto cap. Quintavallis, extra, de iureiurando, l. vnde ſi Nerua, ff. pro ſocio*. Taliter vt nulla denegari ad ſuperiorem recurſus poſſit: per Text. *in l. penult. ff. pro ſocio*. Speculat. *loco ſupra citato*. Quo affirmat in loco, quod ſi nullam arbitri ſententia iuſtitiā
B præſeferat, Superioris perpetitur ex authoritate, quemadmodum & arbitratoris iudicium, reuocationem. Vnde iure quidem optimo anno 1617. cuiuſdam de Perillo MagnaRegia Curia petitionem haud repulit, vt aduerſus quēdam de Durante, laudi, ſeu ſtipulati minuti ad boni arbitrium viri efficeretur reductio: vt deciſum teſtatur Muta *deciſ. 95. in fine*. per quam fuit prolatū:
C dictum de Perillo minimè eſſe eijciendum. Vnde ſi quid inualiditatem reuiſionem, aut laudi iniquitatem circa obijcere aliquis poteſt, & nil adducit, talem in contemptu habuiſſe actionem dicitur. Bartolus *conſ. 149. lib. 1.* Vantica *de nullitate, tit. quibus modis ſententia null. num. 7. cum ſequentibus*. Muta *dicta deciſ. 95. num. 13*, Iuris eoquod ordinem arbitri, ſeruare, iuſtitiæ integri-
D tatem arbitratores coguntur; itavt, quēadmodum horum ſententia, cum nullus fuerit ſeruatus ordo, prompta, deturpata conſpicitur, pari forma illorum iudicium ni per æquitatis tramitem eatur, perpeti reuocationem debet: ita Ioann. Andreas ad Speculat. *in §. primo, verſ. viri litera I. circa medium*.

Exceptionem verò arbitrorum aduerſus ſententiam præberi vniuerſalis
E præterquam veniat regula, eſt in aſſertis. Tholoſan. *ſyntag. iuris lib. 47. cap. 39. num. 27. cum ſequentibus*. Si certis nimirum ex cauſis manifeſtè arbiter inimicum ſeſe demonſtrarit, antequam prolata ſententia fuerit, & conuentus etiam teſtationibus habeatur ne ſuum eliceret iudicium. *l. non diſtinguemus, §. cum quidem arbiter, l. recep. arbitris, l. apertiſſimi, C. de iudicijs*. Si ſurdis etiā ſit auribus, aut euidens illorum adſit F gratia, ex quibus fuit impetratus, doli aduerſa pars afferre nō prohibetur exceptionem, & futuri è clauſula ducitur compromiſſio, quæ plenè arbitrium conſtituit. *l. 3. C. de recep. arbitris, l. ita demum 36. ff. eodem*. Conſtitutam quo in loco rationem aſpicimus: at ſi enormis ipſius in ſentētia læſio interueniat, in eam abſque punitionis metu agere licitum affirmauit, Tholoſan. *loco ſupra* G *citato circa finem*. Vnde retractari ſententiam doli per exceptionem, pœnæ contra petitionem oportet, denegata licet appellatio veniat. *dicta l. non diſtinguemus, §. cum quidem arbiter, ff. de recepis arbit.* Abb. *in cap. 2. & cap. per tuas de arbitris*. Concluſum adde quod penes cunctos habemus, quod cū nullum ponat impedimentum iurata renūciatio, non habendum ſcilicet prolatū H in iudicium ad boni arbitrium viri recurſum, poſſit regreſſus hic alius ad mentem effici: quod & periurij abſque formidine perpatrare cuiquam conueniens eſſe habetur in placitis: Florian. *conſ. 6. num. 3.* & idipſum tenuiſſe conſpicitur. Rouitus *in 2. Regni Neapolis Pragmatica de arbitris num. 16.* qui citat Cauantem *in dicta pragmatica 2. num. 3.* qui contraria perſiſtit in opinione. Ac I tali recuperari modo Iudicis per ſententiam, dolus, qui adfuerit in conſilio, debet, iuxta doctrinam Cyni *in l. cum antea, C. de arbitris*. Cappell. Tholoſan. *deciſ. 267.* An verò iniqui ex cauſa laudi de dolo arbitros contra tribuatur actio? vide Ioſeph Ludouiſ. *deciſ. Lucenſ. 30. vſque ad num. 9.* Qua enim committi forma poteſt, vt futuri fiat remiſſio doli? *l. iuris gentium 7. §. & ge-* K *neraliter, l. ſi vnus 28. §. illud nulla pactione, ff. de pactis*. Huiuſmodi quoniam pactum integros contra mores inſurgeret, ad delicta eoquod hominum extimularet animos. *l. alia lege, §. eleganter, ff. ſoluto matrimonio, l. conuenire, ff. de pact. dotalibus*. Nec obligationem exindè à iuramento poni aſſeruit Tholoſ. *loco cit. num. 28. in fine, ex regula non eſt obligato-*

rium

Digitized by Google

A *rium, in 6. Liuris gentium*, §. *generaliter*, *ff. de pactis cap. inter catera* 22. *quaſt.* 4. *cap. quanto de regulis iuris cap.* 1. *de conſuetudine in 6.* &, hoc, in dolo conſilio admiſſo ſine controuerſia ex communi DD. conſenſu ſtatuitur.

Quæſitum atenim Tholoſanus *ſub num.* 29. inſtituit. An doli prætextu, re ipſa, perpatrati, integri ad arbitrium viri Iudicisue. Arbitrum contra læſio-
B nem in cauſa excipiens valeat recurſum obtinere? Ac pro reſponſo habemus: quod, ſi ex illo fuiſſet regreſſui ad boni mentem hominis renunciatio illata, neutiquam, magna etiamſi ducta læſio, conqueri quiſquam poſſit: aliquid namque operari renunciationis verba debent. *cap. ſi papa de priuil. in 6. l. ſi quando de legatis* 1. Sed ſi maxima, & enormis illa perſiſtat, eoquod in du-
C bio aſpicitur excepta *l. omnes*, §. *Lucius*, *ff. qua in fraud. creditor.* ad æqui iudiciũ viri pati reductionem, vel appellationis via emendari arbitrium haud prohibetur. Toloſa: *loco citato num.* 29. *in fine*.

Quæſtionem etiam Rouitus *loco ſupra citato* affert: An communi fatalia de iure fuerint ad huius laudi reductionis boni ad ſententiam hominis, petitionem, introducta? Eoque DD. in loco
D ducit, qui huiuſce ſuſcipiunt tutamen doctrinæ, qua integri ad mentem viri fieri reductionem; triginta infra ſpatiũ annorum poſse dicitur: quos inter eſt Afflictus *deciſ.* 132. Theſaurus *quaſt. forenſi* 82. Facchineus *controuerſ. iuris lib.* 8. *cap.* 95. qui etiam *in cap.* 96. declaratum reliquit. An ex Iudicis ſententia, qui optimi ad opinionem hominis laudum reducit ſit appellatio conceſſa? & ex aduerſo: an ex Iudicis decreto, qui
E Arbitrorum laudum exequutioni committat, cum nihil petita obſtet ad incorrupti iudicium viri reductio, appellari non vetetur? Declarationem vehit Barz. *deciſ.* 8. *num.* 20. *& ſequen.* Affirmatiuam ducens concluſionem. At vtrum hoc licitum ſit in caſu plures, quàm vnica, facere appellationem per vices? differit Alex. *conſ.* 160. *vol.* 3. vt refert idem Rouitus *num.* 20. F

Exequutioni verò tradendum eſſe laudum, licèt pro nullo allegetur, dum tamen illata per pactum nullitati fuerit renunciatio, voluit. Anna *ſingul.* 299. Qui omni affirmat ſe vidiſſe tempore laudi exequutionem haud moram pati: & ſic deciſum fuiſſe in anno 1574. refert. Thomas autem de Minadois 19. *in deciſione* nullo aſſerit exequi modo. Laudum oportere cum inualidum ſit, G quamuis pactum; quod circa inualiditatem adduci nihil valeat, intereſſe certum ſit. Adde à Rouito *dicta pragm.* 2. *num.* 5. *Paradoxon depromi*: quod ſi nimirum, ante laudum, in ſpecie, conſtitutus procurator ſit, ad emologandum, hoc eſt latum poſtquam fuerit laudum, confirmandum, hæc ipſius haudquaquam, ius reductionem petendi, ad boni arbitrium viri, excedat confirmatio: vt notabiliter tradit Bartol. *conſ.* 119. H *&* 138. *vol.* 4. Ioſeph Seſſe *de inhibitionibus cap.* 2. §. 3. *poſt num.* 40.

Quod limitationem eodem ex Rouito *num.* 6. excipit, quo in caſu incompromiſſo, arbitrandi liberam iuxta voluntatem, aut ſimpliciter tributa poteſtas fuerit: illa quoniam clauſula propriam, exemptamque importare voluntatem, non autem ratione definitam certum eſt. Et hac de cauſa minimè in- I tegri ad arbitrium hominis peti reductionem poſſe reputauit: Abbatem citat *in cap.* 1. *num.* 4. extra de his, quæ fiunt à minori parte capituli, qui ducit Tex. *in l. fidei commiſſa*, §. *ſi fideicommiſſum verſic. quamquam ff. de leg.* 3. & faciunt ad rem dicta ex Decio *in l. captatoria* 5. *num.* 7. C. *de teſt. milit.* cum afferat, quod qui liberam continet voluntatem iniquo iuſtum poſtponere non repelli- k tur: quod intelligi voluit Antonius Gabrielis *lib.* 2. *com. opinion. tit. de ſententijs fol. mihi* 241. *num.* 9. Laudi vbi nullitas, in eo conſiſtere aſpicitur, circa quod facere diſpoſitionem partes valeant: vt ex Doctoribus ibi citatis conſtat. Quod ex contrario accidit, ſi compromiſſi aduerſus formam latum fuerit laudum: ex

A eo quia minimè in pacti vim, partis etiã ſi interueniat conſenſus poterit valere, Brunus *tract. de form. inſt. de poten. & effect. forma limit.* 28. quem citat Gabriel. *loco dicto num.* 10. Menoch. *conſ.* 1. *num.* 270. *vol.* 1. Franciſcus Burſaticus *conſ.* 176. *num.* 64. *vol.* 2.

Quod autem arbitrorum ſpectare ad poteſtatem videtur, compromiſſi deſcendit ex verbis, quibus, cum non re-
B pugnent, rebus, erit ſtandum. *l. non diſtinguemus* §. *de officio l. cum dies*, §. *plenum*, *ff. de arbitris* Corneus *conſ.* 168. *vol.* 1. & 196. *vol.* 3. Octauianus Caccher. *deciſ.* 39. *num.* 5. At hæc è Seneca de maiori quam Iudices facultate arbitrorum explicata *in lib.* 3. *de beneficijs cap.* 7. *in quinto* habemus. *Ideò melior videtur cauſa bona, ſi ad Iudicem, quàm arbitrum mittitur: quia illum formula includit, & certos, quos non excedat, termi-*
C *nos, ponit, huic libera, & nulla ſtricta vinculis religio, & detrahere aliquid poteſt, & adycere, & ſententiam ſuam, non prout lex, & Iuſtitia ſuadet: ſed prout humanitas, aut miſericordia impulit, regere.* Arbitrorum antiquitùs vſum fuiſſe firmum eſt. Ageſipolis vnde Spartanorum Moderator, Athenienſes, Iuſtitiæ nomine, propriam quoad litem arbitros conſtituit, cum illi Megarenſes delegiſſent,
D turpe aſſerens futurum, ſi meliori Megarenſibus cognitum modo, quod eſſet æquum redderetur, quàm illis, qui ſeſe Græcorum Duces præſtitiſſent, ac rectores. Declarans etiam quàm propriæ fideret cauſæ, & quàm exiguum hoſtiũ haberet metum: vt Plutarchus *in Laconicis Apophteg. refert.* Arbitros quoque Ptolomæus Aegypti Rex, & Macedonum Alexander, adhibuere, cum mul-
E tis, qui viciniores, in contemptum reiectis, Peloidam Thebanum in ſuis arbitrum controuerſijs conſtituerint, maioris eius integritatem animi, valoris, quàm aliorum, & vires, & Regna, ducentes, vt Fulgoſius *lib.* 2. *cap.* 5. *teſtis eſt.* Idem fuiſſe obſeruatum ex Venetiarum Duce, ac Philippo Mediolani Dominatore omnibus patet, qui ſuos

inter fœderatos; Franciſcum Sfortiam F
Mediolanenſem arbitrum fecere, cum illius non minus fidei crederent, quàm antea militarem eius virtutem fecerant, prolatæ vnde ſententiæ pars vtraque iudicio ſtetit: vt ex Fulgoſio *loco citato* conſtat. Illuſtre etiam nobis exemplum proponitur ex Caſtellæ, ac Luſitaniæ Regibus, qui iniecto ſeſe inter fœdere, illud non prius vim habiturum affirmarunt, Pariſienſis quàm Senatus id G
ſanciret: vt refert Bodinus *methodi hiſtorici cap.* 6.

Cum hæc igitur, & alia emolumenti in cauſarum compromiſſione, interueniant exempla huius è petione Regni Galliarum Alcides Carolus V. Imperator 85. *per capitulum conſtituit:* Vt coniunctas inter perſonas ad quartum incluſiuè ciuili de iure gradum, omnium fiat compromiſſio cauſarum, præterquã ſi feudales illæ haberentur, & ſententia H
fuerit exequutioni commiſſa: illos autẽ aduerſus contumaces, qui ad compromittendam retinenter deueniant, arbitri per loci ordinarium fit electio, & quo in caſu diſcordiæ ab ipſis ortum deſumerent, Tertius Excellentiſſimo apponitur ex Prorege, vel, cum ipſe abſens eſt, ab ipſomet, loci ordinario neutri ſuſpectus parti eligi quiſquam debet: terminum autem Imperator ad I
compromiſſas, infra ſpatium ſex menſium concluſum poſtquam fuerit negotium, expediendas cauſas præfigit, & ſi alia ſe Iudices gererent forma in centũ punitionem vnciarum inciderent. Procedendi addas modum ex ipſo aduehi, vt de iure, non autem agant de facto; cum verò deciſionem duci neceſſitas poſtulet, ex iure ſolum procedit; com- K
promiſſi atenim inſtrumentum omnibus, & clauſulis, & pactis, quæ ſolent ex Notarijs in Regno apponi, opus eſt celebrari. Cuius ſtatutum generis quã excelſas contineat qualitates, & quot ducat beneficia, nemo, niſi Liberide cæcior non videat: ipſius namque per operam, & Iudiciorum ſtrepitus, & odia repelluntur, rixæ, ſumptus, ac expen-

Digitized by Google

A penſa longè arceantur, diſſenſionum ſerenantur procellæ, ac litium tranquilli redduntur turbines: vt dixerunt Cartarius *deciſ. Genuenſ.* 25. *num.* 4. Petrus Dueña *regula* 36. Ioſeph Ludouic. *deciſ.* 47. *num.* 1. Iacobinus de Sancto Georg. *in l. prima num.* 7. *ff. de tranſaction.* Faber *in ſuo Codice lib.* 2. *tit.* 35. *deſin.* 7. *nu.* 4. *parte* 1.

Et hoc equidem ex capitulo occa-B ſionem mihi video præberi, vt nonnulla, quæ poſſunt in diem occurrere, hic exponere haud negligam. Et vt primò de illis dicam, qui ad compromittendum compelluntur; deindè circa quas valeat fieri compromiſſio cauſas, at ex aduerſo; & quibus tandem compromitti perſonis poſſit, Et

Quoad primum aſſero dicti regulariter è capituli tenore omnes quarto C coniunctas in gradu perſonas ad propriarum litium, cauſarumque compromiſſionem cogi, in quarum numero compræhenſas etiam mulieres haberi certum eſt: vt voluit Tiraquel. *de retr. conſang.* §. 1. *gloſ.* 9. *num.* 198. Alexand. *conſil.* 125. *num.* 9. *vol.* 7. Lanfranchus *de arbitris parte* 4. *quæſt.* 3. §. *Gloſ.* 3. *nu.* 14. Cum nihil ſtatutum illud afferat impedimenti, ex quo fœminæ contra-D here, ſi conſanguineorum, coniunctorumque haud interueniat conſenſus, prohibentur. Blancus *de compromiſſis quæſt.* 3. *num.* 37. Bernardus Pard. *de exequutione inſtrumenti parte* 2. *declarat.* 18. *num.* 87. Carauita *in pragmatic. filiorumfamilias num.* 39. dummodo tamen, quod minimè iuramentum negligatur. Ioann. Baptiſta Villalob. *in comm. opin. cap. ſtatutum num.* 99. Lambertengus E *de contractibus mulierum in fine quæſt.* 2. *num.* 99. vbi plures adducit. Permiſſum autem eſſe, vt ſtatutarium hoc compromiſſum, ſtatuti etiã ſolemnitas haudquaquam adſit, eſt in placitis: Ioannes Paulus Tholoſanus *in deciſione nouiſſima*. Romanus *deciſ.* 867. *num.* 5. *lib.* 3. *vol.* 3.

Filio ſed enim familias, cum prohibens interueniat ſtatutum: ne ſi patris abſit voluntas, contrahat, haud conceſſum haberi, vt iniiciat compromiſ- F ſionem, voluit Paulus de Caſtro *conſil.* 465. *col.* 1. *vol.* 1. & Tiraquell. *de legib. connubialibus gloſ.* 5. *num.* 202. quo ita, dicit in loco ſententiam habuiſſe Lanfranch. de Orian. *de arbitr. par.* 5. *quæſ.* 5. & ſequutus fuit Borellus *de compromiſſ.* §. 1. *gloſ.* 3. *n.* 16. *cum ſequen.*

Nullam verò mihi differentiã vtrumque inter caſum mulieris nimirum, ac filijfamilias conſtitui videtur, ſtatuta- G rium ex eo quia compromiſſum minimè ex voluntatis placito; ſed ex neceſſitatis vi deſcendit: vt dixit Ancharan. *conſil.* 159. *num.* 1. Cumia *ſuper ritu cap.* 49. *num.* 2. Hippolytus Riminald. *conſ.* 384. *num.* 45. Gail. *conſil.* 109. *num.* 6. *vol.* 1. Alciatus Parad. *lib.* 5. *cap.* 19. Et conſequenti forma, ſi alterius remitti ſolemnitates ſtatuti, quod propinquorum in contractis conſenſum expoſcit, H ſtatutarij fauore compromiſſi circa fæminarum perſonas nemo negat: ita etiã in filio familias procedere hoc debet; ni tamen affirmare velimus, quod prima in ſtatutario, vel ex neceſſitatis vigore prolapſo efficaciam retineat opinio in compromiſſo, quod nulla ſtatuti ſolemnitate confici poſſe per plures demonſtrat. Idem Paulus Toloſan. *dicta deciſ. Romana* 867. *num.* 5. *lib.* 3. *volum.* 3. I Et quoad filiumfamilias poſterior voluntario de compromiſſo verba faciat; & hac poſſunt ex diſtinctione doctrina ſeruari, atque in concordem adduci, ſenſum, & ſpeciali ratione, quoniam filiofamilias, patris licèt voluntas, è ſtatuto requiſita longè ſit, haud vetari, vt iniiciat compromiſſum, affirmauit Bald. *in l. hac conſultiſſima, C. qui teſtam. facere poſſunt*: Alexand. *conſ.* 29. *vol.* 1. Ma- K ranta *in ſpeculo parte* 2. *ſect.* 2. *num.* 10. Nonnulli autem aduersè veniunt Doctores, qui paternum adeſſe illo in caſu conſenſum voluere: ducentes Baldi opinionem *in l. non ſolum, §. neceſſitate, C. de bonis quæ liberis*.

Quamquam verò pupilli & minores compromittere à ſtatuti forma cõpellan-

A lantur : vt ſcriptum è Surdo *deciſ. Man-*
tuan.49. ſub num.3. & Menoch. *de ar-*
bitrar. caſu 171. num. 44. & conſil. 100.
num.133. vol.1. Rolandus *conſil.57. nu.*
33. vol.2. Anna *ſingul.* 115. Id attamen
intelligere oportet, quod tale dum agi-
tur compromiſſum , tutoris Iudiciſque
interuenire authoritatem ſit neceſſe: vt
dixerunt Bartol. *in l. nulli , ff. de tranſa-*
ctionibus . Alexand. *conſil.139. num.15.*
vol.7. Octauius Simoncel. *de decret. mi-*
B *nor. lib.2. tit.6. inſpect. 8. num. 71 cum*
ſequentibus . Cardin. Butr. *deciſ.* 105.
num.4. lib.1. Marcus Antonius Blancus
in tractatu de compromiſſ. quaſt. 3. num.
30. Baldus *in l. praſes , C. de tranſactio-*
nibus .

Quo autem in caſu ceſſionarius one-
roſa ceſſionem ex cauſa excepit, ſi è no-
ſtri forma ſtatuti ad faciendam cogi
compromiſſionem debebat, neutiquam
C ad hanc poterit adſtringi : huiuſmodi
namque exceptio illius eſt naturæ , vt
minimè rei , ſed perſonæ ſit affixa . Vn-
de ſingularem non cadit in ſucceſſorē:
vt voluerunt Afflictus *deciſ. 74. num. 2.*
Maranta *dicta part.2. act.2. num.24.* ex
Baldi, & Angeli doctrina *in l. ſi quis rem*
ff. de procuratoribus . Quæ mihi opinio
per quam veritati propinqua videtur,
D cum nullum Decij doctrina obicem po-
nat *in conſil.59. num. 4.* quem ſequitur
Hippolyt. de Marſilia *ſingul.* 467. quæ
incipit : *viget ſtatutum in fine* , quos re-
tulit Vrſillus ad Afflictum *in dicta deciſ.*
74. num. 2. Iſtæ quoniam exceptiones,
quæ perſonales, perſonæ intuitu, haud-
quaquam illam egrediuntur . Qua de
cauſa & ſi faciendam cedens ad com-
promiſſionem cogeretur , id attamen
E ceſſionarij ad perſonam tranſitum non
facit , tum eò magis , Decij eoquod, ac
Hippolyti opinio vigorem poſſet in cō-
ceſſione continere , quæ lucratiua effi-
ceretur ex cauſa : indiſtinctè namque
prima , in oneroſa, vim includit ſenten-
tia : vt eſt de mente ipſiuſmet Decij in
dicto conſil.59. num.9. & faciunt ſcripta
ex Carolo de Graſſis *in tract. de except.*
25. nu.30. & ſeq.

Laudatus autem Author, & vocatus, F
ſi proprius habetur cōſanguineus, cum
quo litem agit , ipſius quamuis conſan-
guineus , qui laudauit ipſum , non exi-
ſtat, compromittere cogitur : vt ex Bar-
tolo, Oriano, & Maranta dixit Borellus
de compromiſſis §.1. *gloſ.3. num.312.* ſed
vide Rouitum *pragmat. prima de arbitris*
num. 7.

Speciali autem ex mandato , aut ex
libera Procuratorem poteſtate inijcere G
compromiſſionem valere placuit . Ma-
rant. *parte 4. diſtinct. 14. num.4.* Boer.
deciſ.283. num.16. Petrus de Gregorio
Tholoſan. *ſyntag. iuris lib. 47. cap. 39.*
num. 13. Soccinus Senior *conſil.* 18.
num. 37. vol. 1. Lanfranch. de Orian.
in tractatu de arbitris , §. iuxta pollicitum,
col.2.

Vbi verò plures inſimul habentur
Mercatores , vni tantum in reliquorum H
præiudicium ; compromittere, cum ip-
ſorum quilibet in ſolidum actionē haud
retineat , minimè conceſſum voluit Ia-
cobinus de Sancto Georgio *in l. ſi vnus*
num.3. & 5. ff. de pactis, & Velaſc. *con-*
ſult. 143. num.5. in quo limitationem
poni voluit idem Iacobinus , & Velaſc.
in locis ſupra citatis , pluribus in argen-
tarijs , vel credendi reis ; eoquod ipſo-
rum vnum facere compromiſſionē poſ- I
ſe reputarunt.

Noſtri ſed enim an vigore ſtatuti
facere compromiſſum clerici adſtrin-
gantur ? negauit Amonus *dialogo 26.*
affirmauit tamen Capicius *deciſione 66.*
ſed videndus eſt Baldus *conſ. 3. vol. 6.*
Naturales ſub huius diſpoſitione ſtatu-
ti comprahenſos venire fratres dixit
Ancharanus *conſ.* 187, quem ſequitur
Felinus *in proœmio decretalis in principio* K
num.7. Sed contraria fuit in ſententia
Gratian. *conſ.145. num.9. vol.2.* Caſtenſis
in pragm.1. Regni Neapolis, de arbit. verſ.
coniunctus.

Habe tamen , quod nemo regulari-
ter ad compromiſſionis iniectionē gra-
dus vltra perſonaſque , quæ habentur
in ſtatuto incluſæ , cogi valet : vt voluit
Vitius *deciſ.57. num.10.* Magon. *deciſ.*
Luc-

A *Lucenſ.* 73. *num.* 2. Menoch. *conſ.* 479.
num. 22. *vol.* 5. Alexand. *conſ.* 60. *vol.* 3.
verſic. hoc præſuppoſito, vol. 2. Maranta
parte 2. *act.* 2. *num.* 20. *l. ſi dictum*, §. *ſi*
compromiſſero, ff. de euictionibus. Quod
limitationem excipit, vt ad compro-
miſſionem partes ſi iam vrgens adſit
cauſa, Princeps cogat, ſi ardua exiſtat,
magnates inter lis, vt, & ſcandala re-
pellantur, & tráquillo permaneat quies
B in ſtatu: aut, ſi diu cauſa indeciſa, in-
dubiaue ſit lance, aliquoue perſiſtat in
amphractu: vt Decius *conſ.* 445. Ma-
rianus Soccinus Senior *conſ.* 4. *volum.* 1.
Bartholomæus Soccinus *conſil.* 622. *vol.*
2. Afflict. *deciſ.* 149. *n.* 6. *cum ſequen.* & ibi
Vrſillus *n.* 8.

Quas autem circa res fieri in arbi-
tros valeat compromiſſum, vel ex ad-
uerſo, iſta occurrunt: cum autem con-
C ſtituatur, vt omni generaliter compro-
mitti in arbitros in controuerſia poſſit:
cap. fin. de tranſaction. vbi: *In his ſuper*
quibus, ius non inuenitur expreſſum, pro-
cedas æquitate ſeruata in humaniorem par-
tem declinando. Prohibitum vero eſt, vt
ſuper beneficio, vel pecunia ad illud
ſpectante compromiſſio efficiatur. *cap.* 2.
de arbitris, cap. niſi eſſent viri probi, de
probandis: & pari forma compromitti
D circa electionem haud fermè poſſit, ex
diſpoſitione Text. *in cap. dilectus* 32.
cap. cum in iure 33, *de electione*: vt etiam
circa decimas: *cap. cum apoſtolica, de his,*
quæ fiunt à Prælatis ſine periculo: vt æqua-
liter de his, in quibus nullo priuatis
modo, Iudicis permittitur è foro decli-
nare, aut in alios earum iuriſdictionem
transferre, neutiquam licitum eſt: ar-
bitro namque ex delato ſibi arbitrio
E minimè iuriſdictionem, ſed tantum no-
titiam tribui firmum eſt. *l.* 1. *C. de arbit.*
l. ait prætor, de re iudicata. Priuatorum
verò conſenſus neutiquam Iudicis illi
præbet facultatem, qui nulli præemi-
net iudicio, nec iudicatæ authoritas rei
illius tribuitur ſtatuto. *l. priuatorum* 3.
& l. fin. C. de iuriſdictione omn. um Iudic.
dempto quod de eo, cui præficeretur,
eſſet extenſio. *l. prima, C. eodem, & l.* 1.
ff. de iudicijs. Nec alia etiam, quæ ſpi- F
ritualis ſit, cauſa, valet in laicum com-
promitti. *cap. contingit*, vbi Gloſa, &
Abbas *de arbitris*. Hoſtienſis *in ſumma*
de arbitris, §. *de qua re*. Guidon Papa
deciſ. 69. *ſub num.* 2. Petrus de Gregor.
ſyntagm. iuris lib. 47. *cap.* 39. *ſub nu.* 11.
Lelius Zanch. *de priuileg. Eccleſiæ priuil.*
83. *num.* 13. Quod limitationem ex Do-
ctoribus illo excipit in caſu, quo laico
inſimul cum clerico, ſuperioris autho- G
ritate compromiſſa videretur cauſa.
Alexand. *conſil.* 91. *col.* 2. *verſic. nec etiam,*
vol. 2. Bartholomæus Soccinus *conſ.* 168.
col. 3. *vol.* 2. Text. *in cap. per tuas*, & DD.
in dicto cap. contingit, de arbitris. Cuius
equidem facultas generis ex Romano
non ſolum Antiſtite, Archiepiſcopis
tribui, Epiſcopiſque valet, quibuſcum-
que verum etiam ordinarijs delegatiſ-
que Iudicibus non denegatur. Guidon H
Papa *deciſ.* 69. Innocent. *in dicto capit.*
contingit. Vt etiam laicum limitatio af-
fertur arbitratorem circa: ipſi namque
ſpiritualis compromitti cauſa poteſt.
Speculator *in titul. de arbitris*, §. *reſtat*
num. 2. *verſ. item de ſententia*. Ioannes
Baptiſta Ferrettus *conſ.* 326. *nu.* 5. Ale-
xander *dict. conſ.* 92. Contrariȩ ſed enim
tutamen ſententiæ ſuſcipiendum repu-
to, dum ſeſe verò propinquiorem de- I
monſtrat: ſiſus authoritate Ludouici
Romani *conſil.* 299. & Abb. *in dict. cap.*
contingit num. 1. *in fine*, ac Textus ex-
preſſi *in cap. decernimus de iudicijs*: quo
habetur in loco, de illis, quæ ſpiritua-
lia exiſtere cognoſcimus, fieri laicorum
ex iudicio, neutiquam diſpoſitionem
concedi, qua de re patens redditur, ſpi-
rituali compromiſſum inijcere laicis de
negotio minimè conueniens eſſe, tàm K
ſi arbitri, quàm ſi arbitratores ipſi ve-
niant.

Beneficialis verò poſſeſſorij de cauſa
fieri compromiſſum in laicis, haud ve-
tari voluit Guidon Papa *deciſ.* 69. *nu.* 2.
quemadmodum circa litem, quæ de
fructibus è ſpiritualibus qui proueniūt
rebus eſt, ac expenſis quoad illos ero-
gatis, agi hoc valet. Hoſtienſis *in dict.*

A §. *reſtat num.* 2. Matrimonialis verum
cauſa nullo compromitti modo in ſæ-
culari permittitur: *cap. cauſa reſtitutio-
nis, §. fin. & cap. vltimo de tranſactionib.*
Huiuſmodi namque negotium per di-
ſcretos, Eccleſiaſticoſque pertractari
Iudices opus eſt: iuxta diſpoſitionem
Concilij Tridentini *ſeſſ. 24. de Sacram.
matrimonij, cap. fin. cap. tua nos de ſpon-
ſalibus*. Vt etiam liberalem hoc cauſam
circa nulla conceditur effici ratione.
B *cap. cauſa reſtitutionis de reſtitutione in in-
tegrum l. non diſtinguemus, §. de liberali,
de receptis arbitris*. Illa verò liberalis
dicitur cauſa, quæ libertatis ſpectare ad
ſtatum conſpicitur, ac liberale exindè
iudicium nominatur.

Vſurarum autem negotium cum &
ſpirituale habeatur, & eccleſiaſticum
in laicos compromitti nequaquam po-
teſt arbitros: vt tenet Lupus *allegat.* 54.
C Hoc verò nullum ſibi vendicat locum,
ſi de lucri ceſſantis, emergentiſque dã-
ni verba faciamus intereſſe. Bertazol.
ad Parıem *conſ. 2. litera C. vol.* 1. Lupus
loco citato. Innocentius *in cap. 1. de vſur.*
Nec quo in caſu de vſurarum quanti-
tate res ſit: tunc namque huius cogni-
tio generis laicum penes Iudicem, arbi-
trumque exagitari minimè prohibetur.
Philippus Franchus *in dicto cap. 1. de
D vſuris in 6.* Lanfranchus de Orianis in
ſæpè citato *tract. de arbitris, §. compro-
miſſum, verſ. ego puto.*

Criminalibus adde in cauſis minimè
compromiſſum venire, cum famoſum
in ipſis delictum interſit. *dicto cap. cauſa
de in integrum reſtitutione, dicta l. non di-
ſtinguemus, §. Iulianus de receptis arbitr.*
Aut etiam publicam adeſſe vindictam,
punitionemue fiſco applicandam opor-
E teat; ipſius ex eo quia remiſſionem fa-
cere partes poſſe quis affirmabit? Glo-
ſa *in l. ad Senatum Conſul. Silleanum*: ex
aduerſo eſt. Famoſum at ſi crimen haud
videatur, vel ciuili res tractetur ordine
iniject quoad ipſum compromiſſum va-
lere certum eſt. Iudicis qua de re, de
illo, è ſententia infamiam non irrogari
neminem latet. *l. quid ergo, §. ex compro-
miſſo, de his, qui notantur infamia*. Cri- F
minali accedit in cauſa ſeſe verſare ar-
bitros non repelli, ſi de pecuniario diſ-
ſidentium intereſſe actio occurrat: vt
notatum ex Maſſuerio *in praxi tit. de
arbitris, §. 11.*

Nulla ſed enim forma reſtitutionis
in integrum de cauſa fieri compromiſ-
ſum in arbitros licitum eſſe habemus
ex Textu *in l. fin. C. vbi, & apud quem.*
Maſſuer. *de arbitris num.* 2. Marc. Mant. G
conſil. 36. num. 11. Marcus Antonius
Nacta *conſil. 66. num. 27. vol. 1.* Menoc.
conſil. 479. num. 35. vol. 5. Demas tamẽ
ni id ex caſu accideret. Petrus de Gre-
gorio *ſyntagm. iuris in ſapè citato lib. 47.
cap. 39. num. 12.* Corneus *conſil. 3 98. lit. K.
la ſeconda vol. 1.* Aut illius exiſteret fa-
cultatis arbitrator, vt de reſtitutione in
integrum cognoſceret. Oddus *de reſti-
tutione in integrum quaeſt. 32. artic. 10. ſub* H
num. 92. Bartolus, Fulgoſius, & Salicet.
in l. fin. C. vbi, & apud quem. Permiſ-
ſum autem arbitro eſſe illum, quem re-
ſtitui in integrum oporteat, pronuncia-
re: vt voluerunt Sforza *dicta quaeſt. 32.
artic. 9. ſub num.* 84. Accurſius *in dict. l.
fin. in verbo compromiſſarius*, vbi Bartol.
C. vbi, & apud quem. Homodeus *con-
ſil.* 45.

Minori autem permiſſum facultate I
habetur, vt de his, quæ legitimi ſen-
tentia Iudicis ſopita videantur, aut de
dubijs, ea quæ deſcendunt è ſententia,
& poſſunt illam peruertere compro-
miſſum inſtituat: *cap. expoſita 11. de ar-
bitris, l. cum fideicommiſſum 7. ff. de con-
feſſis*: quæ diſtinctionem adducit: vt ne-
que lata poſtquam fuerit ſententia, ex
qua non ſit appellatio facta, vigorem
contineat tranſactio: quæ etenim res in
tranſactione interuenire requiritur, am- K
bigua nequaquam conſpicitur. *l. ſi cau-
ſa; C. de tranſactionibus, l. etiam poſt rem,
ff. eodem, l. eleganter, §. ſi poſt, ff. de condi-
ctionib. indebit.* At ſi ſententiæ circa in-
terpetrationem res verſatur, illum ex
quo fuit deprompta, oportet adire: nam
illius, ad quem condere ſpectat, inter-
petrationem elicere, intereſt. *cap. inter*

alia

A *alia de ſententia excommunicat. l. fin. C. de*
legibus.
Spolij verò de cauſa, quæ, cum vio-
lentia interſit, criminalis nuncupatur,
minimè inſtitui compromiſſum valet, vt è
ſententia Afflicti *deciſ.* 84. Vt etiam ne-
que clara iuris quæſtio, vbi nulla cade-
re obſcuritas poſſit, vel quæ apertis
oſtenditur libris; quo in caſu compro-
miſſum effici mandans habetur ſtatutū.
Andreas Barbatica *conſil.* 42. *n.* 5. *vol.* 2.
B Aldobrandinus *conſil.* 12. *num.* 42. *vol.* 1.
Rolandus à Valle *conſil.* 22. *nu.* 39. *vol.* 3.
Decius *conſil.* 461. *ſub num.* 5. Baldus
in l. voluntas, C. de fideicommiſſis. Per-
miſſum tamen eſt, cum dubia iuris quę-
ſtio perſiſtat in lance, quæ facti æqui-
parata videtur obſcuritati. Rolandus
loco citato num. 39. Bald. *in l. cum proponas,*
C. de rebus creditis. Gabrielis *conſ.* 84. *nu.*
13. *vol.* 2.
C Vbi autem ſtatutum interuenit, vt
cauſarum, quoad conſanguineos, fiat
compromiſſum, quemadmodum in Re-
gno eſt; ſi quiſquam ex his compromiſ-
ſum poſtulet, & aduerſa pars minimè
compromitti cauſam poſſe affirmet, ef-
fici compromiſſum hoc ſuper incidenti
neceſſe eſt. Bartolus *in l. ſi quis in ſcri-*
bendo in prima lectura num. 5. *verſ. quod*
eſt vtile ſcire, C. de pactis. Marcus An-
D tonius Blancus *de compromiſſo quæſt.* 4.
num. 21. quem ſequitur Hieronymus
Gabrielis *conſ.* 84. *num.* 14. *vol.* 2. Dene-
gatur atenim compromiſſum, quo ſen-
tentia in caſu iudicatam in rem tranſe-
gerit. ex Baldi doctrina *in l. poſt rem ff.*
de tranſactionibus, & in l. elegantur, §. ſi
quis poſt, ff. de condictione indebiti. Alex.
in l. ſi diuerſa num. 4. *& in l. ſi cauſa co-*
gnita num. 7. *C. de tranſactionibus, & in*
E *conſil.* 22. *col.* 1. *verſ. moueor. vol.* 1. *&*
conſil. 94. *col.* 2. *verſic. nec etiam, vol.* 2.
Petrus Ancharanus *conſil.* 183. *col. prima*
verſ. tertio principaliter. Viuius *dec.* 131.
num. 6. Surdus *deciſ.* 185. *num.* 9. *cum ſe-*
quentibus. quamplurimis limitatam for-
mis concluſionem vidimus è Borello
de compromiſſ. & arbitr. à nu. 133. *vſque*
ad 139.

Vbi verò liquida interſunt inſtrumē- F
ta neutiquam fieri compromiſſum vale-
re aſſerit Borell. *num.* 139. Qua de cau-
ſa ex Bartoli doctrina *in l. poſt rem n.* 2.
ff. de tranſactionibus, & in proœmio Codi-
cis num. 6. Affirmandum nullo hic modo
ſtatuto compromittendis de cauſis lo-
cum tribui, vt diount Doctores penes
Borellum, & ipſe quoque *num.* 140.
Quod vigorem ipſe aſſerit continere, ſi
nullum ex aduerſo inſtrumentum du- G
ceretur: ex eo quia ſi quidquam in il-
lud aliquo opponi cauſa poſſet, ex qua
obſcurum redderetur; tunc ipſo nihil
impedimenti afferēte compromiſſo lo-
cum dari aſſeruit Marianus Soccinus
Senior *conſ.* 4. *num.* 1. *vol.* 1. Surdus
conſil. 252. *num.* 21. *vol.* 2. *& conſ.* 451.
num. 50. *volum.* 3. Cartarius *deciſ.* 76.
num. 3.
Alimentorum atenim in cauſa effici H
neutiquam compromiſſionem decere,
habetur in votis. DD. penes Borellum
num. 147. qui *in num.* 148. id intelligit
efficaciam includere, ſi in arbitrum nō
verò arbitratorem fiat: eo quod cum
iudiciorum ſint ad formam arbitria
conſtituta, idem eſſet, cauſam per il-
la pertractare, ac Iudice coram ſeſe
gerere.

Reliquum autem eſt, vt videamus I
quibus compromitti perſonis valeat, &
regulariter eſt dicendum: quoſcunque
id in arbitros perpatrari conceſſum eſ-
ſe, cum nulla interſit conſideratio, an
cui arbitrium traditur famæ integritas
adhæreat, vel ſcelera dedecus adferāt.
cap. infames 2. *§. cognitores* 3. *quæſt.* 7.
l. pedius 7. *ff. de receptis arbitris.* neque
ſui ſi iuris ſit, vel eligentis in poteſtate K
perſiſtat: optimè namque genitoris in
cauſa, cum ſuum aduerſarius præſtet
conſenſum, arbiter eſſe quilibet non
repellitur. *cap. infames, §. filius* 3. *quæ.* 7.
l. quia etiam, de receptis arbitris. Specul.
de arbitro, & arbitratore, §. 2. *num.* 7.
Nec ſi libertinus habeatur, vel inge-
nuus. *dicto cap. infames, §. ſeruus magi-*
ſtratus: vel priuatam, alteriuſue quali-
tatis perſonam gerat, *l.* 4. *&* 5. *ff. de*

A *receptis arbitris*. Expreſſo ni arbiter iure
vetetur conſtitui: ædictum quoniam ar-
bitros circa certas hoc è munere per-
ſonas eijciens venit. vnde illos certum
eſt permittere, quod in prohibitione
haud compræhendit. *l. ſi pupill. & l. non*
diſtinguemus, §. ſi ſeruus de receptis arbit.
arcentur autem ſerui. *dicto cap. infames,*
§. ſeruus 3. quaſt. 7. dicta l. pædius de re-
ceptis arbitris. Speculator *loco cit. num. 3.*
B Si compromiſſi verò, ac ſententiæ in
ſtatu pro libero habitus ſeruus fuerit,
vigorem ipſius inhęrere ſentētiæ haud-
equidem dubitamus. per Textum in
l. Barbatius Philippus ff. de officio Prætor.
l. prima, C. de teſtamentis, cap. conſultatio
de iure patronatus, cap. Apoſtolica de Cle-
rico excommunicato miniſtrante: vt pari
mulieri forma id interdicitur. *cap. dile-*
cti 4. de arbitris l. fin. C. eodem. Specul.
C *loco citato num. 1.* Dempto quod talem
præſeferat poteſtatem, vt ex iudicando
neutiquam repellatur. *cap. vereor 8. q. 1.*
Aut niſi loci aliud conſuetudo permit-
tat, perſonæque diuerſum quidquam
exigat excellentia. *cap. cum deuotiſſima*
12. quæſt. 2. Speculator *dicto num. 1.* Ex
omnibus etenim, quæ ciuilia ſunt, offi-
cijs remotæ dicuntur mulieres. *d. cap.*
dilecti 4. de arbitris, l. fœmina, ff. de regul.
D *iuris, l. cum prætor, de iudicijs*. Ex ami-
co tamen animo, vt bonum, & æquitas
ſurgat, id equidem valent prouidere.
dicto cap. dilecti. l. contra, ff. de verborum
obligat. Sicuti 1529. Anno Sabaudiæ
Dux Margarita, & Angolismenſis Dux
Aloyſia ſeſe Carolum Quintum Impe-
ratorem inter, & Franciſcum Galliæ
Moderatorē prudenter geſſerunt. Pro-
hibitum etiam excommunicatis id ha-
E betur. Speculator *loco ſupra citato ſub*
num. 5. Cum arbitria iudiciorum ad ſi-
militudinem fuiſſe redacta certum ſit.
l. prima, ff. de receptis arbitris: & quem-
admodum haudequidem ſententiæ vim
ineſſe, ex manifeſto deprompta excom-
municato affirmamus per Textum in
cap. ad probandum 24. de ſententia, & re
iudicata, cap. exceptionem de exceptionibus.
Pari forma nec vigorem includere lau-
dum eſt aſſerendum, dempto quod ille F
occulta excommunicationem forma
fuerit perpeſſus, cum nemo ipſum re-
pellere cogatur. *cap. unico vt Eccleſia-*
ſtica beneficia ſine diminutione conferan-
tur, argument. Text. *in l. ſi putator, ff.*
ad legem Aquileam. Simili etiam forma
neutiquam in arbitros eligi Monachi
valent, ni & ſuperioris licentia inter-
ueniat, & Monaſterij adſit vtilitas. Gui-
don Papa *deciſ. 363.* Speculator *loco cit.* G
Gloſa *in l. pædius*, & ibi Bartol. *ff. de ar-*
bitris, cap. Monachi 16. quæſt. 1. An au-
tem mente capti, pupilli, ſurdis auri-
bus, aut lingua impediti, vel etiam va-
letudinarij arbitri valeant haberi? Petr.
de Gregorio *ſyntagm. iuris vniuerſi, lib.*
47. cap. 39. ſub num. 23. & Borellus *de*
compromiſſis, §. 2. Gloſ. 4. num. 23. cum
pluribus ſequentibus. Speculator *loco cit.*
num. 3. qui in *num. 6.* quæſitum facit. H
An fieri compromiſſum in ordinarium,
rem circa poſſit, in qua Iudex extat? vt
etiam videndus eſt Borellus *de compro-*
miſſis, & arbitris, num. 173. in ſumma
deciſionum. Qui ſub examen ponit, quo
Iudex ordinarius in caſu arbitri perſo-
nam gerere non repellatur.

Cum illæ autem eliguntur perſonæ,
quę iuris arbitri, vel ſtatuti ex forma
exiſtere conſpiciuntur neutiquam illius I
grauamen oneris poſſunt recuſare, ac
compromiſſum accipere adſtringuntur.
Rolandus à Valle *conſil. 45. numer. 56.*
vol. 1. Viuius *deciſ. 57. nu. 5. cum ſequent.*
Baldus *in l. prima, §. quamuis, ff. vbi pu-*
pill. educari debet. Camill. Borell. *loc. ſupr.*
citato num. 46. Id attamen intelligendū
aduertit minimè vim habere, ſi huiuſ-
modi extimeſcerent electi detrimentū:
hoc namque ſuſcipere non cogentur, K
niſi omni eos ex detrimento indemnes
ſeruare fuerit per partem conſtitutum:
adduxit DD. *in l. apud Iulianum, ff. ad*
Trebellianum, Viuium *dicta deciſ. 57.*
num. 9. Qui ſuam poſteaquam protule-
rint ſententiam, illius haud habebun-
tur exequutores; huius autem ex arbi-
tro ſententiæ committi exequutio non
poteſt: ſed ordinarium, rei ſcilicet ad
Iudi-

A Iudiceiñ ſpectat: vt voluit Canoerius in variar. reſolut. lib. 1. cap. 21. num. 16. Ceuallos comm. contra commun. quæſt. 633. num. 13. Rolandus conſil. 24. vol. 4. à n. 7. Theſaurus deciſ. 14. num. 5. Barboſa in collect. DD. in l. cum antea S. C. de receptis arbitris. num. 8.

Temporis atenim, vel diei in compromiſſo conſtituti poſt lapſum expirare arbitrium firmum eſt. l. ſi cum dies, & B l. arbiter ex compromiſſ. ff. de recept. arbit. Si arbitri deindè mors, vel alterius litigantium ſequatur, ni fuerit, vt hæredi ſucceſſio detur, explicatum l. non diſtinguemus, & l. arbiter calendis, ff. eodem. Prætoris in aſpectu tertio, ſi ſui adducat arbiter excuſationem, quod pluribus facere in caſibus poteſt, terminum excepit. l. licet autem, & l. ſequent. ff. eodem. Sanguineas quarto per inimicitias, ac infamiam, quæ reſultare à facto cō- C ſpicitur. dicta l. non diſtinguemus, §. cum quidam, ff. eodem. Si in Magiſtratus quinto ſit euectus dignitatem: aut eoquod Conſul habeatur: aut Prætoris demonſtret decus: ſententiam namque dicere neutiquam cogitur. l. 3. ff. eodem. Per diem ſexto, aut, quod ſequatur, funus, acceptilationemue ex iudicio, aut etiam de non petendo pacto: vel rei D tranſactione, peremptioneue: aut, quod ſuperueniens exiſtat, ſacerdotio. dicta l. non diſtinguemus, §. compromiſſo, ff. eod. cap. ex parte, §. ſacerdotio, extra, eodem; de quibus vide Speculatorem de arbitr. Per bonorum ceſſionem ſeptimo alterius opera perpatratam. l. item ſi vnus, ff. eodem. Tutoris octauo per aduentum. l. ſi compromiſſum, ff. eodem. ſi triennij iam curſum finiuerit ſpatium, vt affir- E matum loco cit. è Speculatore.

Plurimæ tandem arbitros contra valēt exceptiones adduci. Et primo equidem ex eo quia de ipſo, in talem effici electio haud poſſet, cum ex iure prohibitio veniret, vt ſuperiùs fuit explicatum. Finem quoniam ſecundo ipſius facultas: vt eſt dictum exceperit. Quia tertio fieri de re compromiſſo minimè permittatur, nec facere compromiſſum perſonæ conueniat, eoquod quarto fue- F rit compromiſſum abſque pœna confectum, vel ſine eoquod punitionis vicem gerit: qua de cauſa vim non includere nos non præterit. l. litigantes, §. 2. ff. eodē. l. penultima, §. altera, C. eodem, cap. per tuas, extra, eodem. Quod nullam quinto fuerit compromiſſio obſeruationem ſortita. l. quod tamen, ff. eodem. Si tertij ad mentem arbitri ſexto collata pronunciatio conſpiciatur. l. item ſi vnus, §. item Pom- G ponius, §. ſequenti, ff. eodem. Pronunciatum ſeptimo, quando fuerit poſteaquā lapſus compromiſſi dies fit, nec erat explicatum, vt diem valeret arbiter prorogare. l. arbiter ex compromiſſo, & dicta l. non diſtinguemus, §. dies, & §. fin. ff. eodem, l. finali, C. eodem. Si diei octauo prorogatio haudequidem legitima extiterit, quod partium ſcilicet abſque conſenſu: vel quoquam huiuſmodi ſit H perpatratum. l. arbiter ita, ff. eodem cap. de cauſis, extra, eodem. Per nuncium atenim, vel epiſtolā effici prorogatio neutiquam repellitur. l. diem, ff. eodem. Nono, quod manifeſta illius exiſtat turpitudo, ſi pecuniam ſcilicet, vt altera pronunciaret arbiter ex parte, ſuſceperit. l. item ſi vnus, & l. qualem, ff. eodem. quod aduerſè accidit, ſi illam aſſumpſerit, vt tantum pronunciaret. l. 8. & I l. ſed & ſi ſeruum, §. ſunt alij, ff. eodem. Si capitales decimo inimicitiæ, factiue infamia, vel ætas, aut etiam valetudo, propriarumue impedimentum occupationum, vel aliquod Reipublicæ cauſa negotium veniat, vel aliqua interſit incommoditas: illo etenim in caſu haudquaquam pronunciare arbiter cogeretur. l. licet, & l. ſequenti, & l. non diſtinguemus, §. cum quidam, ff. eodem. Quod K vndecimo pœnam pars fuerit ex parte ſtipulata, itaut arbitrio minimè ſtaretur. l. diem, §. final. & l. ſi cum dies, §. penult. ff. eodem. Neque etiam punitione fuerit compromiſſum circumſeptum, quo neutiquam in caſu ad pœnam agitur: ſed ad intereſſe. l. diem, §. fin. ff. eod. Si pœnæ duodecimo fuerit facta ſolutio, qua de cauſa ſtare arbitro neceſſe

non

Digitized by Google

A non videtur: ex eo quia expirauerit; &
ſi poſco, quod laudatum habetur nequaquam
exigere pœnam valeo, dempto quod ex aduerſo fuerit actum; & explicatum: vt dixit Speculator *loco citato*.
Cum nudo fuerit perpatratum pacto;
quod minimè vigorem habet quàm in
caſu, quod è litigatoribus, de non petendo, quod tribui debet, ſi obrempe-
rantes non ſint arbitrio, ſit conſtitutum.
B *l. litigatores, §. interdum, ff. eodem.* Quod
arbitres duodecimo neutiquam in ſe
compromiſſum ſuſcipit, quare nullum
includit valorem: vt explicauit Speculator. Si circa id decimoquinto allatum
fuerit laudum, de quo factum haud ſit
compromiſſum. *l. ſi cum dies, §. plenum,
& l. non diſtinguemus, § officio, ff. eodem.*
Quod vna tantum decimoſexto de re,
pronunciare non dubitauerit, cum fuerit attamen explicatum, vt ſingulam
C tantum cunctis ſententiam de controuerſijs proferat: *dicto §. officio.* Si plures
decimoſeptimo arbitri fuerint conſtituti, & ex vno, vel duobus iudicium depromatur: nullam quapropter vim demonſtrat, ſi id neutiquam fuerit actum.
vt *in dicta l. non diſtinguemus, §. tamen
in plures, & l. item ſi vnus, §. item ſi plures, ff. eodem.* Quod compromiſſi decimo octauo finis, cum compromittentis
D irruerit lethum, venerit, antequam
confici arbitrium valeat; dempto quod
de vtroq. ſucceſſuro herede fuerit actũ,
vt etiam ſi arbitri funus occurrat: vt ſuperius. Si ex contrario decimonono
doli minimè appoſita fuerit cauſa, vnde
plena effectum non fuit arbitrium forma. *l. ita dem. in fine, ff. eodem.* Quod
nullo vigeſimo permittatur modo, vt
mulctet, niſi hoc actum perſpicitur. *l. 2.*
E *in fine, ff. de iudicijs.* Si feriati vigeſimo
primo illud in diei curſu pronunciare
arbiter non ſit veritus. *l. Pomponius, &
l. ſi feriatus, C. eodem.* Quo in caſu vigeſimoſecundo, vt compromiſſionem ſeſe inter facerent, partes impulerit: vt
dixit Speculator loco ducto. Si alibi
vigeſimotertio, quàm illo pronunciauerit in loco, in quo facta videatur compromiſſio, vel qui fuerit conſtitutus, vt F
in ipſo id ederetur: *l. ſi cum dies, §. ſi
arbiter, ff eodem.* Si non habita litigantium interuentu fuerit ſententiam prolata, nullum quæ de cauſa valorẽ oſtendit: niſi expreſſa fuerit actum forma.
dicta l. diem, §. proindè, ff. eodem. Et tandem ipſo compromiſſum iure haud ſibi
aſſumere validitatem, quæ generalis
nominatur exceptio. *l. non dubium, Cod.
leg.* Qua verò recta concipi debeat cõ- G
promiſſum ratione, ac eius quoad formam, inſpice Speculatorem *dicto tit. de
arbitris, §. vt autem compromiſſum.*

Cum innumeri atenim (vt ita dicam)
Iudices veniunt, qui peculiare ſuſcipiunt nomen, infra de aliquorum ſtatu
verba facere non inuiſum reputabo
pondus.

DE IVDICVM H

Recuſatione.

Cap. 5.

CVM aleę plenum opus ſit ſuſpecto
corã Iudice litem agere: per Textum *in l. apertiſſimi,* & ibi Gloſa *in verbo libello, C. de iudicijs, cap. cum inter, de
exception.* vbi Amatus *deciſ.* 14. *num.* 15. I
Giurba *deciſ.* 48. *num.* 1. Huiuſmodi
quoniam ſub Iudice triſtiſſimi ortum
excipiunt euentus, vt notarunt Crauetta *conſ.* 132. *num.* 25. Amatus *loco ſupra
citato.* Doctoreſque penes Giurbam
loco ſuperius ducto: & plurimæ licèt
cauſæ habeantur, quarum vi in ſuſpectum valeat Iudex allegari, quas explicauit Maranta *de ordine iudic. part. 6.
verſic. & quomodo appellatur ex num.* 24. K
qui quadraginta demonſtrauit, Caualcanus autem *deciſ.* 28. *parte* 2. *num.* 114.
Alphabetico recuſandi Iudicem quatuor ſupra octuaginta cauſas ordine adduxit; cum viginti oſtenderit Carolus
Graſſia *in exceptione* 24. & 40. Romano
conſil. 261. Farinac. *in fragm. part.* 2. *vol.*
num. 685. Ipſe tamen quoſdam hoc in
loco aduehan; & propterea priuſquam

ad

A ad illos deueniam ſtatutum volo: tàm ex municipalis, quàm ciuilis diſpoſitione iuris conceſſum haberi, vt Iudicis fiat recuſatio; at ſufficiens tantum extet, vt pars, quæ ſuſpectum alleget Iudicem, iuramento aſſertum confirmet ex diſpoſitione *dicta l. apertiſſimè, C. de iudicijs*. Municipali atenim de iure, quod conuenit cum canonico, debet
B in ſcriptis Iudicum effici recuſatio: vt in Pragmat. *3. tit. de recuſatione Iudicum num.* 1. ibi: *Non ſi poſſano proponere, nè allegare, eccetto per ſupplicatione ſottoſcritta per le parti recuſanti*. Illæ dummodo quod occurrant cauſæ, quæ ſufficientē retineant efficaciam, vt Iudicis fiat recuſatio, & probatæ habeantur, vt ibidem extat diſpoſitio. *Debbia hauer prouato la cauſa legitima di ſuſpicione*. Cauſę
C dempto quod probatio ſcandalum adducens occurreret, quoniam tunc fieri ad Principis facultatē, recurſum opus eſt, cuius in aſpectu cum facta fides fuerit, mandatum eliciet, vt alteri ſit cauſa commiſſa, & quod ex Iudicibus aliquis in cauſa ſeſe verſari neutiquam audeat: vt teſtatur Giurba *dicta dec.* 48. *num.* 6. Et quoniam ſuſpiciones, ac etiā Iudicum recuſationes, quæ nullius ex-
D tant momēti nullo proponi modo conuenit; at ex iudicij maturitate, ac prudenti conſideratione afferri decet; ne cum inutilis res ponderis, & ad nihil facientes adducant ſuſpiciones, recuſationeſque è nō ſuſpectis ſibi ſuſpectos, ac etiam licet non inimicos extimendos tamen illos reddant, quos in propria Iudices cauſa oporteat habere; ſolent namque indignatione Iudices ex-
E tuti, quo in caſu in ſuſpectos quiſque ipſos alleget. Giurba *loco citato num.* 2. per Text. *in cap. ſuſpicionis de officio delegati, in verbo, forſan prouocatus*: fœdiſſimos nam ex hoc certum eſt euentus inſurgere. Giurba, & Doctores *locis ſupra citatis*. Antonius Sola *ad decr. Sabaud. titul.* 10. *de recuſatione Glo.* 1. *n.* 2. Termini hac de cauſa ſit conſtitutio in *dicta pragmatica* 3. Vnius nimirum menſis, qui minimè ſortiri prorogationem

valeat: vel infra, Iudicis prout arbi- F
trium exiſtit ex adductæ ſupplicationis die, in qua ſuſpicionis cauſæ probatio fuerit facta, & aliorum decem infra dierum curſum, qui immediatè ſequantur, debet agere, vt pro ſuſpecto Iudex declaretur: nam ſi huiuſmodi elapſus fuerit terminus, ipſo iure, ac etiam facto, abſque eoquod nulla alia interſit ſententia, vel etiam interlocutoria, quę
declaratoria ſit, intelligi debet (recu- G
ſatus Iudex) pro non ſuſpecto, & qui recuſationem fecerit, nec probatam illam oſtenderit, vt ſuperiùs, in conſtitutam eo in loco punitionem incurrit, quemadmodum illo accidit in caſu, in quo fuerit declaratio illata ſuſpectum haudquaquam Iudicem haberi.

Huiuſmodi etiam in Pragmatica diſpoſitio apponitur, ne Iudex, qui fuerit in ſuſpectum allegatus ſeſe conſulto
reddere ſuſpectum, inimicitiæ præter- H
quam in caſu, ac etiam parentelæ à iure diſpoſito in gradu valeat: aut vbi Iudex hic eadem aduocatus in cauſa fuerit, quæ poſſit ex actis elueſcere, quod ſi alias ob cauſas, quæ ſint à iure permiſſæ pro ſuſpecto ſit demonſtratus, nequaquam ipſi licitum: vel decens dicitur, vt ſeſe ſuſpectum oſtendat, ac red-
dat, cum pœnam, quæ ibi venit conſti- I
tuta, ſubire cogatur; regulariter namque nullo permiſſum eſt Iudici modo, vt propria ex authoritate iudicandi ſe abſtineat ex munere, Iudicis etenim officium, & ex neceſſitatis vi, & ex voluntatis exercetur placito: vt dixit Maſtril. *deciſ.* 151. *num.* 20. *parte* 2. Caſtil. *deciſ.* 94. *ex num.* 1. Quo affirmat in loco Iudici nequaquam congruum eſſe, vt proprio recedere ab officio velit, ita eo-
quod, ex iure, iniuſtitiæ reus exiſteret, k
& peccati non diffugeret maculam, ad omnium quemadmodum reſtitutionem damnorum ex coſcientia compelleretur, prout communis, & Theologorū, & Canoniſtarum ſententia explicat: cunctis namque indifferenter iuſtitiæ indifferenter diſtributionem facere cogitur. *cap. ex tenore, de foro compet.* Fa-

ber

A ber in ſuo Codice *lib. 3. tit. 4.* ne quis in cauſa ſua: quæ adeò veritate clara eſſe dixit Fontanel. *deciſ. 1. num. 9.* Vt ſi oppoſitio non fiat in filij cauſa patri neutiquam, vel ex aduerſo, & fratri in fratris lite Iudicem eſſe prohibetur: vt diſponitur per Tex. *in l. quin etiam ff. de receptis arbitris*, *l. in priuatis*, *de iudicijs*; Hiperbolica licèt forma in aſſertum reputet Fontanella; nemo quoniam habetur, qui contraria quamuis pars conti-
B ceat dictis, abſque rubore in cauſis interuenire contendat.

Clarum igitur eſt minimè Iudici licitum, vt à cauſarum ſtudeat deciſione aufugere, & ſua ſeſe ſuſpectum reddat ex voluntate, partis ſine querela. dêpto quod in caſibus, quæ ſint in dicta contenti Pragmatica: inimicitiæ ſcilicet in caſu, ac parentelæ in gradu à iure præfixo, aut vbi eadem in cauſa, qui Iudex
C haberi debet, aduocatus extitiſſet.

Quod vero ad inimicitiam pertinet, hæc ſunt in cauſa: ipſam ſcilicet procul dubio ex principalioribus vnam cauſis exiſtere, qua recuſari Iudex valeat: quæ etiam *in cap. 32. nu. 31.* Deuteron. exarata reperitur; dum ibi habetur. *Quis enim coram Iudice inimico litigabit, & ſub eo?* Cauſam etenim inimici tribuere ſub arbitrio, idem habetur, ac aliquem
D compellere, vt iniuſtitiam committat: vt ſcriptum reliquit Bartolus *in tract. qui ſint rebelles*, *in verbo*, *nulli liberorum.* Leui quapropter etiam, quæ probari poſſit, ex inimicitia æquam tribui cauſam, vt iudicis repellatur opera, teſtatur deciſum fuiſſe in conciſtorio Anno 1597. Maſtril. *dicta deciſ. 151. num. 46.* Hoc autem in caſu Iudicis intereſſe arbitrium debet, vt, cum facti, perſonæ-
E que attendatur qualitati Iudicium inſerat, cum quæ adducitur inimicitia ſufficientem retineat vigorem, vt proprio Iudex ex officio depellatur: vt docet Menoch. *de arbitr. caſu 110. per totum*, & Carolus de Graſsis *de exceptionibus*, *excep. 24. num. 34.*

Huiuſmodi atenim inimicitiæ cauſa proprium ſortitur effectum, ſi partem inter, ac Iudicem, fratreſque ac ſorores F
deſcendentes, & aſcendentes in infinitum fuerit contracta. quod ex aduerſo accidit, ſi hoc alios circa gradus fiat; vt teſtatur Maſtrilli *loco citato num. 48.* ex diſpoſit. Pragm. 4. quo explicatur in loco, cuiuſmodi inimicitiæ cauſa validam includat efficaciam, vt Iudex recuſetur, & ad quod Iudicis conſanguineos extenſionem id excipiat, cum prohibitum ſit, ne è ſimulata Iudex cauſa G
reijciatur, vt etiam nec ex cauſis, quæ ortum ex actis circa Iuſtitiæ adminiſtrationem ſuſceperint, id licitum eſt. Cum etiam neque ſi illæ, quas Iudex contra recuſantem protulerit, ſententiæ reuocationem per appellationis opem ſubiuerint, aut quod ex ipſo accuſatus in ſyndicatu Iudex fuerit.

Sed etenim ſi ex inimicitiæ cauſa modis ſuperius adductis contracta hæc H
inſurgunt, quid erit in aſſertis maximâ quoad amicitiam ex cuius vinculo fortius, quàm ex affinitatis vehementia ligantur animi? An huiuſmodi valeat Iudex ex cauſa, ex iudicandi munere depelli? Hanc diſcutit quæſtionē Fontanella *in deciſ. 15.* vbi *num. 1.* aſſerit; quod ex amicitiæ vinculo, quæ fuerit cum litigantium altero contracta permiſſum habetur, vt ille in ſuſpectum I
allegetur, ſi vehemens illa conſpiciatur; ex amicitia etenim coniunctus eodem reputatur loco ac ſi affinitatis ligamine arctaretur ex authoritate Caroli de Graſ. *dicta excep. 24. ex num. 60. & in tract. de amicitia*, *poſito poſt tractatum de effect. cleric. ex num. 63. & num. 298.* Et iure quidem optimo, peculiari quoniam in opinione mutua radices excipit beneuolentia, ex quo euenit, vt alienas K
quiſque complectatur qualitates, quēadmodum ſui ipſius diligit perſonam, & communi quadam forma cum illo tractet, quem exanimo amat; qua de re accidit, vt quæ amico bona occurrunt, gaudio, quæ peſſima vniuſcuiuſque pectus afficiant triſtitia: ex amore autem ſuſpicio ita munus Iudici prohibet, quēadmodum ex odio *cap. quatuor modis 11. quæſt.*

A *quæſt.*3. Muta *in Pragm. Regni de recuſat. Iudicium ampliat.*12. *num.* 40. *& optimè in num.*49. *ampliat.*14. ex amicitiæ vinculo, ac familiaritatis arctitudine, qua Iudex aduerſariæ ligatur parti, alteri facultatem conceſſit, vt illum recuſet; ſicut etiam ſi nimium fauorem aduersè litiganti oſtenderet: idem Muta *num.* 59. ex doctrina Decij *conſ.* 256. *num.*4. à Ponte *conſ.* 141. *col.* 2. Quem
B non exiguum eſſe debere fauorem voluerunt DD. penes eumdem Muta *nu.* 59. circa medium. quod ex aduerſo accidit, ſi æqualem Iudex coniunctionem, amicitiamque; vel affectum vtrique oſtenderet parti, par etenim affectio nullam afferre ſuſpicionis vmbram videtur. Menoch. *de arbitr. caſu* 152. *lib.* 2. *cent.* 2. Muta *loco citato num.* 21.

Circa parentelam verò, vel conſan-
C guinitatem, principales vnde ortum excipere cauſæ ſolent, vt iudicum recuſatio fiat; *cap. abſens* 2. *quæſt.* 8. & Imperator *in l. lex Cornelia, de iniurijs* Milanenſis *deciſ.*16. *parte* 1. Claro conſtat modo nullos in aptos conſtitui Iudices poſſe, vt conſanguineorum cauſas terminent, & affinium cum præſumpta iuris veniat affectio quo, & conſanguineorum res, & affinium quilibet proſequitur, & hæc fermè ob allatam
D recuſatio cauſam ſucceſſionis iuxta naturam, & quo vſque producatur amor ſortiri regulam debet Muta *loco citato num* 18. *in fine* Farinac. *verò in fragm. dicta parte* 2. *num.* 831. Varias aduehit ſcribentium opiniones; quidam etenim ſeptimum vſque ad gradum extenſionem faciunt; ad decimum alij protrahunt; & ad ſeptimum vltra decimum nonnulli dilatant, quo in caſu ea-
E dem de domo, ac maſculea ſtirpe, de qua litigans habetur, Iudex exiſtit. alij verò ad quartum ſeſe gradum reſtringunt, cum nolint illum vltra gradum procedere neutiquam, tàm conſanguinitatis, quàm affinitatis reſpectu ſuſpicionem poſſe, quos inter Milanenſis *deciſ.* 16. *ex num.* 9. Maſtril. *deciſ.* 251. *num.*3. *&* 35. quibuſdam verò placuit,

minimè ſecundum traſcendere gradum F
licitum haberi, putantes: quod niſi Iudex aut conſangnineus, vel affinis in ſecundo non exiſtat gradu recuſari nequaquam valeat; & ipſos inter eſt Thorus *in compend. deciſ. Neap. in verbo, ſuſpitio officialis*: nos atenim decet, vt noſtratium opinionibus in caſuum occurſu innitamur.

Perquiri atenim oportet; an huiuſmodi computatio gradus conſanguini-
tatis, affinitatiſque in materia, iuxta G
canonici diſpoſitionem iuris, facienda ſit, vel ciuilis? & cum illæ omittantur opiniones, quæ acerrimè defendunt, canonici ſecundum iuris exigentiam iſtud committendum, vera, communiſque occurrit ſententia: quòd huius cõputatio generis ciuilis ex decreto iuris effici debeat, canonica quoniam diſpoſitio circa illas venit computationes,
quæ in matrimonij contractione, in re- H
liquis non autem diſpoſitionibus, ac etiam Eccleſiæ in terris, ſucceſſionibus adueniunt: vt dixit Couarruuias *ad* 4. *decret.parte* 2. *cap.*6. §. 6. *num.* 8. Pariſ. *conſ.* 66. *num.*2. *lib.*2. Sanchez *de matrimonio lib.* 7. *diſput.*50. *num.* 8. Alijſque addit in contractibus, actibuſque qui ſimiles ſint, matrimonia præter, quamlibet opus eſſe proprio ſeruari computa-
tionem in foro, ſeculari nimirum in fo- I
ro ciuilem, in Eccleſiaſtico canonicam. Gratianus *diſcept. forenſ.* 77. *num.*1. ex quo ratio adducitur: Ciuilis quoniam iuris computatio, & prima, & naturalis exiſtit: cum per illos procedat gradus, per quos canonicum haudquaquã ius progreditur, vt per ſaltus incedit; affirmat propterea, cum nuptiarum ſolum in caſu hæc fuerit adducta, regulæ
quoad alia ſtandum eſſe; quo autem K
dubium habetur, qualiter graduum facienda computatio, ſi quando id neutiquam fuerit explicatum, ciuile opus eſt, vt ſecundum ius efficiatur non autẽ canonicum: vt probatum reliquit Marta *de ſucceſſione legali parte* 3. *quæſt. artic.* 2. *num.* 22. & huius in terminis opinionis tenuere Vincentius de Anna *ſin-*

A *gul.*397.Viuius *deciſ.*319. *num.*19.& ex
noſtris Milanenſis *in dicta deciſ.*16.*n.*40
parte prima. Plures quo in loco deciſio-
nes ciuili pro iure, canonicum aduer-
ſus adducuntur: vbi autem graduum
paritas, litigantes inter occurrit, huic
nullum ineſſe ſuſpicioni vigorem pla-
cuit Muta *in dicta Pragmatica.* æqualem
etenim per affectionem ſuſpicio aufer-
tur. Gratian. *diſcept.* 100. *l. non ſolum,*
B *§. de nouo ff. de ritu nuptiarum.* Muta
loco cit.

Vbi autem diſſolutionem affinitas
ſubit, cum vxoris ſequuta mors fuerit,
ex qua illa proueniebat, ceſſare quidem
ſuſpiciones ſcimus; quoniam cum affi-
nitatis diſſoluta iam cauſa eſſet, & ipſa
euaneſcit affinitas. Qua de re omnis
abit affectus, qui originem poterat ex-
indè accipere. Milanenſis *dicta dec.* 16.
C *ex num.*14. *parte prima.* plures quo in
loco Doctores aduehit Cartar. *dec. Ge-
nuenſ.* 23. Amor etenim cum affinitatis
vinculum abſit, ſolui conſpicitur Seſſe
*deciſ.*414. *num.* 20. *vol.* 4. Viuius *deciſ.*
181. *&* 376. *per totam.* Qua ſignanter
in parte demonſtratur: quod vbi fuerit
affinitas diſſoluta, neutiquam Socrus
nominari Socrus valet, & ſi olim talis
fuerit, nec Gener dicitur Gener, quam-
D uis quondam extiterit, ad nihil facien-
te conſideratione: an filij remanſerint?
ipſorum quoniam ſuperexiſtentia nullū
affert impedimentum, quin diſſolutio
affinitati videatur adducta: vt deciſum
fuiſſe teſtatur Milanenſis *dicta deciſ.*16.
num. 16. *&* 17. Seſſe *dicta deciſ.* 414.
*num.*25. Carolus de Graſſis *except.* 24.
num. 49. Quo autem in caſu probari
valeat, eumdem haberi effectum, qui
ſemper venire præſumitur, cum filij
E exiſtant, quod ſi non occurrat, illorum,
qui erant affines, intuitu, filiorum ta-
men reſpectu, ac fauore illorum efficia-
tur; negari namque minimè poteſt,
quin ipſi inuicem conſanguinei, & alij
ſucceſſibiles dicantur: vt aduertit Mi-
lanenſ. *loco cit.*

Spiritualem atenim circa cognatio-
nem dicendum puto: quod Iudex in
compatris cauſa poſſit, velut ſuſpectus F
recuſari: vt eſt Doctorum ſententia pe-
nes Mutam *num.* 53. Quo in loco tali
deciſionem allatam aſſerit forma per
ſe, ſuumque collegam in Magna Regia
Curia, & in ſuſpectum declaratum
D.Caſtaldum Fimia Iudicem collegam
in compatris Ioannis Baptiſtæ Dyno
cauſa fuiſſe: vt æquali ratione iudicatū
in Cataloniæ Senatu affirmat Fontanel.
*deciſ.*15. *num.*24. & in Senatu Tholoſa- G
no teſtatur Maynar.*deciſ.*89.*lib.*1. viden-
dus etiam Carolus de Graſſis in ſæpè
citata exceptione 24. *ex num.* 66. Ex quo
habemus in ſpirituali hoc patre, ac fi-
lio, confeſſario nimirum, ac pœniten-
te vigorem continere. vt explicatum
ex Fontanel.*loco cit.n.*23.

Huiuſmodi etiā ex Pragmaticæ tertiæ
diſpoſitione Iudicis conceditur recuſa-
tio, quo in caſu illa in cauſa, de qua H
inferri deciſionem oporteat, aduocati
exercuiſſet munus, & aliquis de hoc in
medium actus occurreret: cui conſonat
Text. *in l. qui praeſt, ff. de iuriſdictione
omnium Iudicum, & l. fin.C.de aſſeſſorib.*
Maſtrill. *dict.deciſ.*151. *num.*53. Ex par-
te licèt fuerit approbationem ſortitus
Fontanell. *deciſ.*10.*num.*21. Qua ratio-
nem in loco præbet; indecens ſcilicet
reputari quod vnus, idemque conſcrip- I
tus, ac in proceſſu firmatus, primò vt
alicuius prætenſionē partis defendens,
& poſtmodum velut Iudex reperiatur:
ſemper quoniā præſumptio adeſt cauſæ
affectionem Iudici ineſſe, in qua tan-
quam aduocatus interfuit: vt clarè col-
ligitur ex diſpoſitione *dict. leg. fin. C.de
aſſeſſoribus*: vbi: *Affectionis ſua, vel ad-
uocationis memor incorrupti Iudicis nō poſ-
ſit nomen praeferre.* Addas quod exten-
ſionem facit Farinaceus *in fragm.par.*2. K
*num.*849. Etiamſi eadem Conſultor, vel
Aſſeſſor in cauſa fuiſſet. *l. Prator, ff. de
iuriſdictione omnium Iudicum, l.quiſquis,
C.de poſtulando, l.nemo, C.de aſſeſſoribus.*
Allata verò legis verba clarè firmum
reddunt, quæ ſuperiùs citata in Prag-
matica habentur diſpoſita, ex qua talis
approbatur ſuſpicio, ſi prima quæ de-
ciden-

A cidenda ſit, aduocatus in cauſa fuiſſet, cum ex aduerſo accidat, ſi alijs ſeſe in cauſis ab illa diuerſis geſſerit. Vincenç. de Franchis *deciſ.* 87. *num.* 78. Farinac. *loco citato num.* 852. qui declarat in *num.* 753. Capitalis dempto quod fuiſſet cauſa, vel famoſa: aliaue, niſi adnexa veniret cauſa, & ab illa, in qua fuerit aduocatus, dependens: vt in *num.* 854. aſſerit.

B Duobus etenim inconuenientibus origo daretur, ſi eadem, in qua fuit aduocatus cauſa, quiſquam Iudex eſſet. Primum eſt, quod ſi clientis in fauorem ſuam proferat ſententiam, in cuius opem conſilium dedit, ſuſpicio naſcitur, illum potiùs affectionis ſtimulo, quàm Iuſtitiæ rectitudine motum; aliud quod ſi aduerſarij in auxilium ſententiam adducat, ſuſpicio aduenit, quod malus, fictuſque fuerit aduocatus: ita
C colligitur ex Textu *in l. eos, C. de appell.* Speculat. *tit. de aſſeſſore, §. fin.* Alexan. *in l. ſolet, ff. de iuriſdictione omn. Iudicum.* Cuiuſmodi equidem inconuenientia euitari à quocũque neceſſe eſt, ne ſcandali origo detur in populo: vt notant Doctores penes Bonacinam *de peccatis, diſput. 2. quaeſt. 4. parte 2. §. vnico, num.* 12. Quod limitationem ex Doctoribus illo excipit in caſu, quo verè omnis ceſſa-
D ret malè ordinatus affectus, & iniuſtitiæ non occurreret præſumptio: tunc namque paſſiuum potius ſcãdalum haberetur, quàm actiuum, & ad id non compellitur obſtaculum Iudex ponere: vt benè notat Diana *part. 3. tract. 5. reſolut.* 46. & alij per eum ducti: quibus addo Cordubam *in ſumma quaeſt.* 259.

E Quæſitum verò facies; an lata illo ex Iudice ſententia, qui eadem fuerit Aduocatus in cauſa, validitatem contineat? & reſponſum puto afferendum cum Guazzino *lib. 2. defenſ. 2. cap.* 21. *num.* 7. *in defenſa animarum fol.* 257. Quod, ſi de illo facta recuſatio ſit, aut aperto cognoſcatur iniuſtitia modo, haudequidem efficaciam includet: at ſi æquè ducta, nec aliquid illius circa vigorem fuerit oppoſitum vim fermè demonſtrabit; magnum namque Iudici præiudicium afferretur, ſi declaratum veniret, deprompram minimè ſententiam validam exiſtere; aliquorum & ſi habeatur ſententia, quod neutiquam in delegato illa Iudice ſubſiſtere poſſit: ad tradita per Sanchez *conſul. moral. lib.* 5. *cap. vnico dub.* 26. *num.* 2. quo alios in loco Authores adducit. F

An autem repelli ab ipſamet parte, G
cuius in fauorem fuerit Aduocatus, Iudex valeat, & ita ex clientis reſponſum præbet. Maſtrill. *dicta deciſ.* 151. *à n.* 35. quod non authoritate Gloſſæ *in cap. dilecto, in verbo recuſaſtis, de teſtibus,* & Felin. *in cap. irrefragabili num* 4. *de offic. ordinarij,* rationem aſſignauit Maſtrill. *num.* 36. Ad illam eoquod minimè pertinet, & cauſæ quamuis cognouerit, adſtringitur tamen, ac debet ſecundum H
acta, & etiam probata deciſionem inferre, non verò iuxta quam habet conſcientiam, & quoad ea, de quibus, vt Iudex, non verò tanquam priuatus, cognitionem retineat. Marius Giurba *deciſ.* 99. Hac quo in loco ratione deciſum affirmat, cum reuocatio Magnæ Regiæ Curiæ fuerit ſententiæ illata anno 1621. & ita exequutio fuerit habita. videnda erit quoque eiuſdem *obſer.* 95. I
vbi *num.* 20. quæſitum facit, num, quandò vnius ex litigantibus Aduocatus fuerit in illius cauſæ Iudicem electus, valeat ab illo recuſari, cuius Aduocatus ſit habitus? & affirmatiua reſolutionem forma ducit in *num.* 20. Proponit an ex proprio recuſari cliente poſſit? & ibi refert huius deciſionem quæſiti, ad quem me, & Lectorem remitto: eſt etiam videndus §. 23. *pragmatica edita* K
ſub regimine Illuſtris Ducis Sermonetæ, per quam diſponitur: *La ſoſpettione delli Giudici non ſi poſſa allegare, ne proporre da parte di quel litigante, donde prouiene la cauſa della ſoſpettione per parentela, inimicitia, ò ſimile: poſſa benſi la parte contraria dare vn termine, per far dichiarare ſe lo vuole per ſoſpetto, ò no:* & ita prædicta ex diſpoſitione §. *ceſſant*, quæ

A diſcurrit Giurba *dict. deciſione* 99. *&* 95.
Hac etiam diſpoſitio habetur in Pragmatica de recuſatione Iudicum,
quod poſtquam ſeſe Iudices in cauſa verſari cæperint, illius nequeunt pro
expeditione in ſuſpectos allegari, nouæ niſi cauſa emergeret ſuſpicionis: quod
declarauit Maſtril. *in ſæpè cit. deciſ.* 151. *num.* 67. Minimè ſufficere, quod partis
id ad notitiam de nouo peruenerit, at
B quod collatam poſt cauſam nouum exceperit ortum; nam ſi contrarium affirmemus nullum excipiet ſibi Pragmatica locum, cauſarum quoniã pro dilatatione, ſemper litigantes effingerent nouam, cauſa iam collata, ſuſpicionis cauſam occurriſse, & hæc affirmat confirmationem habere: quoniam regulariter proponi de iure ſuſpicio nequit, niſi litis antequam facta conteſtatio fuerit: ad
C Tex. *in l. apertiſſimi C. de re iudicata l. fin. C. de exceptioni:* & DD. penes Maſtrill. *num.* 68. Quo autem in caſu recuſantis ad cognitionẽ, ex poſt facto perueniret, quamuis, ex ante, ortum fuerit ſortita, tunc equidem proponi ad ſententiam vſque excluſiuè poſſe, eſt in placitis Maſtrilli, & DD. *in num.* 69. allatorum, & iſto inferre iuramentum in euentu debet, ſuſpicionis cauſam de
D recenti aduenisſe; cuncta enim, quæ animus continent, probationem ex iuramento excipiunt: Fontanel. *deciſ.* 17. *num.* 10.

Vbi verò iudex, qui pro ſuſpecto fuerit propoſitus, & vti talis haud fuerit, at habilis declaratus, nulla fermè ratione alijs poteſt ex capitibus recuſari: vt voluerunt Muta *deciſ.* 15. & Caſtil. *deciſ.* 131. *to.* 1. Verba egregio de Conſiliario D. Antonio Ferrero facientes, quem
E cum quadam pro ſuſpecto in cauſa pars allegaſset, & per definitiuam tanquam idoneum declararint; partem aduerſus, quæ alia recuſationum capita ducebat, fuit deciſum; cum nullus litium haberetur finis, ſi aditum cuiquam daremus, vt reliquas; altera reprobata, recuſationes proponeret, & iterum pro non ſuſpecto declaratum Iudicem, ſuſpectum
demonſtrare contendat, ipſiuſque perſiſteret in manu, quolibet nouum ex capite iudicium efformare, quod recta in iuſtitiæ adminiſtratione ſummum adduceret præiudicium: ac tandem primæ quoniam per propoſitionem recuſationis, cum ſeſe ad illam adſtringat, ac eam ſolum adferat, omnibus alijs recuſationum capitibus putatur intuliſse. F

Iudico tamen cum Fontanella *deciſ.* 29. *num.* 3. quod, ſi ſuſpicionis recuſationiſque de nouo, cauſa interueniret, vel quæ de præterito eſset, ac recenter ad recuſantis occurreret notitiam, nec aliqua poſset culpa, vel negligentia imputari recuſanti. Qua de re illam antea cum alijs non propoſuerit? admitti debeat: ex pluribus allegatis per Mutam *deciſ.* 15. *num.* 7. *&* 8. Edita verò G
pragmatica ſub regimine Illuſt. Ducis Sermonetæ anno 1662. 11. Decembris H
§. 32. vbi hæc: *La parte, che conſentera in vn Giudice ſoſpetto per cauſa d'inimicitia, ò parentela, non poſſa doppo recuſarlo nell'altre cauſe, ma s'intenda hauer renunciato à tale ſoſpettione, fuorche non naſceſſe cauſa noua di recuſatione doppo detto cõſentimento.* Suſpectum enim in Iudicem conſentiens, recuſationi conſpicitur renunciare: illa namque ex taciturnitate I
aduehi conſenſus videtur, qui ſufficiẽs in iudicijs extat, quod equidem ſilentium irreuocabilem operari conſenſum certum eſt, quodque velut in iudicijs contrahitur: & vbi actus (inquit Magretti *obſeruat. prima in dicto* §.) in alterius, ipſo iure fauorem tendit, intelligi oportet, ſi ab ipſo fiat oppoſitio, cum declaretur, ſibi competenti, vti exceptione velle: allegat Giurbam *deciſ.* 99. k
num. 3. *&* 4. Carolum de Graſſis in ſæpè *citata exceptione* 24. per Text. *in cap. inter monaſterium de re iudicata.* Debet recuſantis igitur petitio interuenire, quo in caſu actus quilibet, alterius tendens in auxilium intelligendus ſit parte opponente: vt ſupra dixi *l. vniuerſa de precibus Imperator. offerendis.* Gratianus *diſcep.* 100. DD. penes Giurbam *obſeru.* 95. *ſub n.* 7.

Quæ-

A Quæſitum facit Maſtrillus *in nu.* 49. An Fiſci Patronus, qui in criminali inquiſiti cauſa adeſt, valeat effectus Iudex in ſuſpectum allegari? & affirmatiuo per ipſum determinatum fuiſſe modo aſſerit, cum V. I. D. Antonio de Neapoli eius collegæ fuiſſet recuſatio illata, qui ante Fiſci defendebat partes, inquiſitum contra: recuſantem, ipſius quoniam effectus inimicus fuerat; citat
B Gloſam *in l. ſi pecunia in principio, in verbo reparetur, ff. de condictiõn.* cauſa data Paridem de Puteo *de ſyndicatu, in verbo ſuſpicio num.* 5. Et de Fiſci Aduocato Regij Patrimonij, qui Excellentiſſimi ex Proregis iuſſu Terræ Francæuillę partes in demanij cauſa tutabatur, & cum ipſe poſtmodum ad Pręſidis Sacri Regij Conciſtorij officium fuiſſet aſſumptus, in quo inferri articulorum
C deciſio deberet, ac inſtantiam dictæ Viſcomes terræ faceret, vt ab ipſomet Præſide, ac Iudicibus adueheretur deciſio, quamuis ille aduerſarius extiterit, dum fiſci fouebat partes: huiuſmodi attamen Terræ Procurator expoſcit, vt dictus in ſuſpectum allegaretur Præſes, non obſtante quod vti Fiſci Patronus partes dictæ fauentes terræ tutatus eſſet, & cum cauſæ facta in Conciſtorij Tribunali fuiſſet diſcuſſio, deciſum fuit,
D quod Præſes in illa ſeſe non auderet in cauſa verſari: vt eſt Giurbæ relatum *dicta obſeru.* 95. *ſub n.* 22.

DE HIS, QVAE IVDICIBVS

Interlocutorias, definitiuaſque circa ſententias permittuntur.

E *Cap. 6.*

NE ignotum nobis ſit, quæ iudiciaria quoad ſententias, habeatur facultas, ſcire prius neceſſe eſt: quid interlocutoria extet ſententia: quidque definitiua. Vnde primam affirmamus illam eſſe, quam principium cauſæ inter, ac finem Iudex aliquo ſuper incidenti, emergentique profert, nec principalem determinat controuerſiam: vt F
dixit Speculator *tit. de ſententia, §. ſpecies num.* 1. Surdus *conſ.* 167. *num.* 1. Text. *in l. ex ſtipulatione, C. de ſent. & interlocutionum omnium Iudicum.* Maranta *in ſpecul. part. 6. verſ. & demum ſ. rtur nu.* 24. Gloſ. *in Clemen. 1. in verbo definitiua, de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct.* & largo modo, pro omni aſſumitur verbo, quod in iudicio ex Iudice depromitur, cum ad litis cauſã G
non rarò pertineat. *§. omne Auth. de litig.* Si tale attamen verbum cauſæ habeatur de actis, Scaccia *de ſent. & re iud. Gloſa* 14. *quæſt.* 4. *n.* 4. Et illam propterea interlocutoriam nominamus ſententiã, quæ circa iuris articulum, non verò definitiuè fuerit adducta. Baldus *in cap. ſeu nobis num.* 1. *de appel.* Vt pari forma, quo in caſu geminæ allatæ ſententiæ fuerint, & poſterior pro primæ ſtet exe- H
quutione, interlocutoria nominatur ſecunda, quemadmodum ſi Iudex aſſerat: Caium condemno, vt decem faciat reſtitutionem, & ſi minimè reſtituat, ad quadruplum: vt ſcripſit Felinus *in rub. de ſent. & re iudicata num.* 2. Scaccia *dicta Gloſa* 14. *quæſt.* 5. *num.* 37. Et ita præcedentis quamquam circa exequutionem ſententia definitiuæ includat vigorem, interlocutoria tamen reputatur: I
vt ſcriptum ex DD. *in l. ab exequutione, C. quorum appell. non recip.* Maranta *dicta parte 6. num.* 25. Vt æquali modo ſententia quoad poſſeſſorium incidenter intentatum lata, interlocutoris nuncupaur. Maranta *num.* 37. Scaccia *dicta Gloſa* 14. *quæſt.* 4. *num.* 33. Nonnulli verò, cum faciant diſtinctionem, affirmant; quod ſi plenariè, quoad poſſeſſorium fuerit adducta ſententia, definitiua nominatur, cum nullam poſt ſe ex- k
pectet ſententiam; quo autem in caſu circa poſſeſſorium ſummariè ſit illata, interlocutoria dicitur: vt voluere Roſtius *de manutenend. obſeruat.* 2. *num.* 39. *& obſeruat.* 106. *num.* 63. Menochius *remed. vltim. de retinenda poſſeſſ. nu.* 46. Scaccia *dicta Gloſa* 14. *quæſt.* 44. *num.* 33. Gailla *obſer.* 7. *n.* 6. *lib.* 1.

Illam

A Illam atenim definitiuam appella-
mus ſententiam, quæ iudiciariæ finem
cauſæ ducit: diſcrimen autem definiti-
uam inter, ac interlocutoriam occurrit;
ex eo quia ex prima efficitur, quod ſta-
tim ac Iudex profert ſententiam talis
eſſe deſinit, nec reuocationem ipſi va-
let inducere. *l. Paulus, l. prima, l. Iudex,*
l. actorum, ff. de re iudicata. Quod ex
contrario accidit, ſi lata ſit interlocu-
B toria, quoniam adhuc Iudex habetur,
illique poris eſt reuocationem inferre,
tàm ſi ordinarius exiſtat Iudex, quàm
delegatus. Surdus *conſil.* 167. *num.* 2.
& quidquam ex Iudice mandatum cō-
trarij via imperij tollere ipſi permiſſum
eſt, ac remittere: *cap. cum ceſſante de*
appellation. l. quod iuſſit, ff. de re iudicata.
cap. à Iudice de appellat. conceſſumque
Iudici habetur, vt in parte reuocatio-
C nem interlocuroriæ adducat, & aliam
depromat: vt ſcripſit Surdus *conſ.* 288.
num. 20. Scaccia *dicta Gloſa* 14. *quæ.* 17.
num. 10. Dempto quod interlocutoria
exiſtat, incidens per quam, vel emer-
gens deciſa quæſtio fuerit: vt voluit
Ioann. Vaud. *variarum quæſtion. lib.* 1.
quæſt. 40. *num.* 3. Cui equidem opinio-
ni haudquaquam ſeſe adnexit. Azor.
in cap. cum ceſſante de appellatione. Qui
D intelligit Iudici neutiquam denegari,
vt ſuæ reuocationem inferat interlocu-
toriæ, incidentis quo in caſu, aut emer-
gentis fiat deciſio. Papienſ. *in Gloſ. nos*
Bernardinus num. 6. Quæ fermè ſenten-
tia omnibus tàm Canoniſtis, quàm Iu-
riſconſultis Doctoribus proba dueitur,
illique multis limitationem modis po-
ſitam legimus penes Iaſonem *in dicta l.*
quod iuſſit. Et primo, integra quo in
E caſu res minimè habetur, nempè facta
poſtquam exequutio fuerit. Bero *con-*
ſil. 7. *num.* 10. *lib.* 1. Bartolus *in l. prima.*
§. quod ſi ſit, num. 4. *ff. de Prætor. ſtipul.*
Ciriac. *controuerſ.* 223. *num.* 3. Secundo,
ſi geminata interlocutoria fuerit; vtpo-
tè ſi bis appellatum, & ſemper confir-
mationem obtinuerit. Iaſon. *dict. l. quod*
iuſſit, num. 10. Maranta *in ſpeculo part.* 6.
tit. de ſententia num. 9. Surdus *conſ.* 167.
num. 12. Si interlocutoria tertio fuerit F
partium de conſenſu lata; quoniam tūc
haud valet per Iudicem, cum altera ſit
inuita pars reuocari, congrua, dempto
quod cauſa interueniat. Iaſon *loco ſupr.*
citato, verſ. quinto. Surdus *loco citato nu.*
14. *cap. ſignificante de appel.* Si definitiuæ
quarto vim interlocutoria includeret,
nec alia expectaretur ſententia. Surdus
conſil. 288. *num.* 2. Cyriacus *dicta con-*
trouerſ. 223. *num.* 1. DD. *in dict. l. quod* G
iuſſit. Myſinger. *obſeruat.* 88. *num.* 3.
Quæ verò interlocutoriæ adeo ſe ha-
beant, vt nullo modo ab eodem poſſint
Iudice emendari, ſcripſerunt Guido
Papa *quæſt.* 75. Maranta *parte* 6. *art.* 3.
Felinus *in rubric. de re iudicata*. Rebuff.
de ſent. exequut. art. 10. *gloſ.* 1.

Iudici atenim conuenit, vt reuoca-
tionis patientem decem infra dierum
curſum partis ad inſtantiam reuocent H
interlocutoriam, cum, hoc, illo tranſa-
cto ſpatio, agere nequaquam deceat:
vt voluit Bartol. *in dicta l. quod iuſſit, per*
authent. hodie, C. de appellat. & authent.
quæ ſupplicatio, C. de precib. Imperat. offer.
Nam dictum poſtquam tempus fuerit
elapſum ius, quoad partem facit. Me-
nochius *de recuperand. remed.* 1. *nu.* 168.
Surdus *conſil.* 167. *num.* 11. Bartol. *in l.*
ab arbitro num. 2. *ff. qui ſatisdare cogatur.* I
Qui autem appellationem, quoad in-
terlocutoriam minimè facit, illam ap-
probare, eique conſenſum videtur præ-
bere. Magon. *deciſ. Florent.* 131. *nu.* 2.
Bartolus, & Iaſon *in dicta l. ab arbitro,*
ff. qui ſatisdare cogantur. Ipſum verò quo-
ad Iudicem ſi velit interlocutoriæ re-
uocationem, mutationemque adduce-
re, vel quidquam illi addere, ex offi- K
cio id poteſt, definitiuam vſque ad ſen-
tentiam peragere. Surdus *in dicto conſ.*
288. *num.* 12. Bero *conſ.* 19. *num.* 23.
lib. 3. Canoniſtæ *in cap. ceſſante de appel.*
Bartolus *in dicta l. quod iuſſit num.* 11.
Quoniam in quantum attinet ad Iudi-
cem ipſum, haudequidem in iudicatam
tranſitum in rem interlocutoria facit
Bero *dicto conſil.* 19. *num.* 24. Surdus
conſil. 167. *num.* 3. Hac de cauſa quoties
deco-

A decorum perſuadeat huiuſmodi cogitur ſententiæ reuocationem inferre, à parte licèt hoc peti neutiquam valeat. Crauet. *conſil.*23. *num.*8. Cephal.*conſil.* 506. *num.*7. Iaſon *in dicta l. quod iuſſit num.*46. Alexand.*conſil.* 119. *lib.*3. Cum decem attamen elapſi dies fuerint nequaquam Iudex compellitur, ſi ipſi non placeat, reuocationem ex officio inferre; niſi à parte impetrata in inte-
B grum reſtitutione. Bartol. *in l.cum circà num.*1. *C. ſi minor ſe maio.* dixerit. Iudici enim non conuenit, vt ſuam reuocet ſententiam, querelas dempto quod pars inferat ſeſe fuiſſe grauatam; quo in caſu partem ſolummodo, non vero Iudicem interlocutoria grauet; vt ex doctrina Daunod *in praxi ciuil.cap.* 146. *num.*9. Quoniam cum in illis ſimus, quę
C priuatam reſpiciunt vtilitatem propriū nequaquam Iudex, officium adſtringitur impertire: ni tamen hoc à parte poſcatur. *l.*3. *§.hoc autem iudicium, ff. de damno infecto*. Capic. *deciſ.*10. *num.*25. Scaccia *de Iudic. quæſt.*32. *nu.* 12. Iaſon F
in dicta l. ſi ab arbitro num. 2. *in fine, ff. qui ſatisdare cogantur*. Vbi autem pars querelam promit, Iudici eſt permiſſum, vt, integra quamuis res non exiſtat, interlocutoriam ex officio reuocet: cum id ex cauſa, & ex cauſæ cognitione patret. Mangon. *deciſ.*131. *num.*5. Bartol. *in dicta l. quod iuſſit poſt num.*12. & non ſolum hoc procedit, ſi ſemel fuerit: ſed etiam ſi bis confirmata, ab eodem po- G
teſt Iudice fieri reuocatio; vt voluit Bimius *conſ.*70. *num.* 21. Licitum immò Iudici habetur interlocutoriam, de qua facta ſit appellatio, etiamſi ea pendat, reuocare. Scaccia *de ſententia, & re indicata gloſ.*14. *quæſt.*17. *num.* 101. Si minimè tamen definitiuæ includat vim; nam aduerſum accidit in illa, quæ definitiuæ præſefert efficaciam, nec aliam H
poſt ſe expectare ſententiam videtur. Maranta *dicta parte* 6. *tit.de ſenten.n.*46. Alexand. *in dicta l. quod iuſſit, ff. de re indicata.*

D E

A F

DE ADVOCATORVM STATV.

B G

C ET ſi tertio de Republica libro Iuriſcõſultos haudequidē probos reputauerit Plato, deformè ęſtimans, ac magnum ducēs imperitię argumentum eas vehi in anguſtias, Ciuium animos, & aduectitio quodam, & mutuato ex alijs, D veluti legum caritate, vtantur iure; ac indicium malè conſtitutæ affirmās Reipublicæ haberi, ſi plurimi Iuriſperiti in illa reperiantur, qui totum vitæ tempus in foro conſumere ſtudeant; nonnullos verò certum eſt adeſſe, qui licèt ſine iure ſint, velut Iuriſconſulti viuere contendunt: quod de Vngharis refert Viuius *lib. 7. de cauſis corruptarum artiũ.* Cuſpinianus autem è Federico Tertio haudequidem Iuriſconſultos dilexiſſe E refert; cum affirmaret, iuris æquitatem ex ipſis in perturbationem trahi, & iuſtitiæ ſplendorem fœdum reddi. Hoc attamen de integris neutiquam Iuriſperitis, at de inutiliter verboſis rabulis, dodonæiſque æribus reputa affirmandum: hi namque vile hominum genus exiſtunt: vt ait Noldenſ. *de ſtat. nobil. ciuium cap. 22. num. 66.* quos Bartolus in

l. inter quæſt. Princip. C. de ſumma Trinit. H Curiarum quo in loco huiuſmodi homines appellari affirmat, ciuiumque deuoratores; & Plato *lib. 1. de legib.* pecuniæ ipſos accipitres, ac peſtilens virorum genus nominauit Coctonius *lib. 5. controuerſ. num. 92. cap. 3.* Cum aliquot autem hi iuris formulas memoriæ tradiderint, vniuerſam fori turbare tranquillitatem contendunt, ſuos eruſcant clientulos, & exhauſtos reddunt, I dum litium ſemina emittunt, & alunt potiùs, quàm extingunt: Hoc autem in loco de verbis verbo facio, qui meritò Sacerdotum ſibi nomen excipiunt, dum & æquũ venerantur, & boni profitentur notitiam, iuſtum volunt ab iniquo ſeparatum, licitumque diuidere ab illicito non extimeſcunt, hominumque animos non ſolum pœnarum formidine, præmij verum etiam lenocinijs in- K tegros efficere ſtudent, veram non autem obſcuro tectam velamine Philoſophiam ſectantur. Qua de cauſa horum domos *3. orat.* Cicer. ciuitatis nuncupare oracula non dubitauit: priſcis nãque temporibus, Iuriſperitos non ſolum quid ciuili agerent in re veteres conſulebant: quodcumque at etiam circa officium, negotiumue illos adibant.

Sine

Digitized by Google

A fine iuriſconſultis verò) Ariſtot. Politic.
3. 8. affirmauit: Ciuitatis regimen haud
equidem felici, ſerenoque incedere mo-
deramine poſſe: de iuſtis, quoniam, cō-
modiſque iudicium reddere non negli-
gunt. & fermè quemadmodum corpo-
rum ægritudines medicorum ſortiuntur
inuentis remedium, pari animorum im-
manitas formam legum ſcientiam mitis
redditur, prudentia. Vnde, & omni di-
B gni laude, & Reipubl. non depellendi
ex gremio iuriſconſulti erunt, cùm &
legum cuſtodes exiſtant, ac interpretes:
quorum opera non minus dicitur ne-
ceſſaria, quàm ſi patriam proprij corpo-
ris ærumnis, ac prætio, parentesque in-
columes ſeruarent: militi enim abſimi-
les non habentur, cum, ſicut hi armis,
hoſtium ex violentia, ita ipſi legibus, ex
rapacium verſutia ciues defendunt.
Guidon Papa *deciſ.* 88. *num.* 2. *& deciſ.*
C 388. *num.* 1. Petrus de Gregor. *ſyntag.*
iuris lib. 19. *cap.* 1. Tiraquel. *de nobil. cap.*
29. *num.* 12. *l. Aduocati* 14. *C. de aduo-*
catis diuerſ. iudiciorum vbi, *Aduocati, qui*
dirimunt ambigua facta cauſarum, ſuæque
defenſionis viribus ſæpe publicis in rebus,
ac priuatis lapſa erigunt, fatigata reparant,
non minus prouident humano generi, quàm
ſi prælijs, atque vulneribus patriam, paren-
tesque ſaluarent; nec enim ſolos noſtro im-
D *perio militare credimus illos, qui gladijs,*
clypeis, & thoracibus nituntur: ſed etiam
aduocatos: militant namque cauſarum pa-
troni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine
laborantium ſpem, & vitam, & poſteros de-
fendunt.

Non immeritò igitur Camillus Bo-
rellus *in deciſ. ſumma tit.* 67. Aduocatos,
cauſarum Patronos, Rhethores, velut
E Synonimè nominauit, ac Oratores quis
[illegible] vulgariè quieſcet, vt
omnia, quæ Oratori præbentur, Rheto-
ri aduocatos pertinere non fateatur? ſūt
Ariſtot. *Rhetoric.* 1. *cap.* 1. dicat. Neceſ-
ſarium Oratorum vſum in veritatis, Iu-
ſtitiæque tutamine, æquitatis nec non in
cuſtodia eſſe: vt idem Ariſtot. *in Præfat.*
Rhetor. ad Alex. Cum, & auxilium gra-
uitate ſua ſupplici ducant, & profligatos
afflictorum animos ſubleuent: vt Cicero A
1. *Orat.* Nec alia interuenire ratio dum
regitur multitudo, poteſt, quàm ſi ad
parandam quietem Orationis adhibea-
tur præſidium. Plutarchus *in præceptis*
Reip. gerendæ. Quemadmodum etenim
ſerpentes quibusdam magicæ artis ca-
piuntur illecebris, inſolentium homi-
num barbaries, feritaſque eloquij dul-
cedine mitis redditur, ac ſuauitate: ſicut
ſcripſit Bodinus *lib.* 4. *cap. vltim.* his Iu- G
ſtiniani adaptantur verba *in l. reſtituen-*
dæ C. de aduocat. diuerſor. Iudic. vbi cla-
riſſima eloquentiæ lumina dixit aduo-
catos.

Nulla verò forma in Oratorum cō-
putari numero illi debēt, qui verborum
tantum ſplendorem Orationi tribuunt,
& ornatum, cum & veritatis inde ful-
crum abſit, & Iuſtitiæ, qui ea vtuntur
lege, vt omnem mendacijs legem obuo-
luant Iudicumque animos mellitis ca- H
piant dictis, cum eo magis ab æquitatis
recedant via, quo amplius dicendi ful-
gores euibrant: vt Platonis *in Antiocho*
eſt ſententia. Huius autem, qui decep-
tores, Aduocatos generis plurimos eſſe
non eſt in dubijs, ita vt plures veniant
aduocati, quàm teſtes: vt dixit Borellus
loco citato num. 4. de quibus ſcripſit Ber-
nardus ad Eugenium *de conſiderat. lib.* 1.
aſſerens. *Miror quemadmodum religioſæ* I
aures tuæ audire ſuſtinent huiuſmodi di-
ſputationes aduocatorum, & pugnas ver-
borum, quæ magis ad ſubuerſionem profi-
ciant veritatis. Corrige prauum morem, &
præcide linguas vaniloquas, & labia doloſa
claude. Quod vtinam obſeruate haud
neglexeritis, ò Iudices: nam ita peſſimo
res non haberentur in ſtatu, cum tot in
foris conſpiciantur iniquitates: quoniam
minimè aduocari debent ad munus illi K
aduehi, qui publicam diſputationem, &
rigoroſum non ſubiuerint examen: vt
dixit Cardinal. Creſcenti. *in deciſ.* 8. *nu-*
mer. 7. *de præbendis.* Nec præteriri lau-
dandum antiquorum morem decens
eſſet: qui tanquam de militum numero
nonnullos ex aduocatorum ſeligebant
turba quorum nomina in albo reſpicie-

A bantur exarata. Vnde qui, & ibi non
exiſtebant conſtituti nulla in Prætorio,
patrocinij ergo ſuas exponere cauſas
permittebantur, alijs licèt in locis poſ-
ſent. Qua de cauſa penes Alexandriæ
Præfectum Auguſtalem, Ducemque
Aegyptium Leonis, & Antemij Cæſa-
rum tempore, quinquaginta præfixos
de ipſis videmus. *in l. petionem* 13. *C.
de Aduocatis diuerſorum Iudiciorum.* Cen-
B tum ſæpius vltra quinquaginta tribu-
tos. *in l. cum aduocatus* 8. *C. eodem.* quem-
admodum, & Illuſtris Prætorio apud
Præfectum ipſummet non latet numerū
fuiſſe ſtatutum. *in l. fin. C. eodem.* Ro-
mani verò in Prætorij Præfecturâ ſexa-
ginta ſupra quatuor non excedere con-
ſpicimus aduocatos. *l. poſt duos* 15. *l. ad
ſimilitudinem* 16. *C. eadem.* Gratian. *di-
ſcept. forenſ. to. 1. cap.* 184. *num.* 18. Quo
affirmat in loco exiguum tranſacto
C tempore aduocatorum fuiſſe nume-
rum, & quos in illo adſcribi ſupremo
placuerat, temporis ad ſpatium, non au-
tem perpetuo tributos; quamuis inde,
cum & iuriſperiti non haberentur, pe-
renniter perduraſſent. Cuiacius *obſeru.*
16. *cap.* 22. Triquetræ autem in Tribu-
nalibus maior ex aduocatis numerus
quàm ex libris conſtituitur, plures pa-
troni in medium, quàm patres addu-
D cuntur.

Et priuſquam ad priuatos deſcen-
dam patronos de fiſcali aduocato, ſiue
patrono ſermonem inſtituere non præ-
teribo.

DE FISCI ADVOCATIS,

ſiue Patronis.

E ### *Cap.* 1.

DVobus certum eſt in Tribunali-
bus Fiſci exiſtere patronum: aliū
ſcilicet in Magnæ Regiæ Curiæ, Patri-
monij alterum in Tribunali: qua de
cauſa Generaliſs ille, ſpecialis iſte habe-
tur, qui Patrimonialibus curam de ne-
gotijs gerit, & illi poſtponitur. Ambo
tamen cunctos præcedunt Aduocatos, F
quamuis antiquiores exiſtant: vt nota-
tum ex Maſtril. & DD. per eum ductis
in loco infra citando Caſſan. *in catal. glo-
ria mundi parte 7. conſiderat.* 33. Id au-
tem Franchus *deciſ.* 188. *num.* 5. vigo-
rem intelligit continere, ſi fiſci aduoca-
tus, fiſcales in patrocinium cauſas deſu-
mat; nàm contrarium euenire firmum
eſt, ſi priuata negotia, ſua nimirum, vel
aliena habeantur. Quo verum in caſu G
impedimentum ipſos inter occurrit, ſi
abſentia ſcilicet, ægritudo, aut lethum
veniat, alter ſocij ſibi vices aſſumit, am-
bo toga exornati incedunt, & ſpectabi-
lis titulum obtinent, Principiſque fun-
guntur munere, ab beneplacitum, cum
nil obſtet. *l. ſancimus* 12. *C. de aduocatis
diuerſ. Iudic.* Nec, magna niſi adſit cau-
ſa, illos ab officio ſuſpendi permiſſum
eſt: de quibus omnibus ſcriptum ex H
Maſtril. *de magiſtrat. lib.* 5. *cap.* 9. *parte*
2. *à num.* 63. Salarium ex Moderatoris
præfixum liberalitate ducentarum, &
quinquaginta adonciarum ſummam,
cuiuslibet illis tribuitur in anni curſu.
Quâ de re ſi cæpto vitæ claudunt perio-
dum anno, integrum pro temporis
exordio tranſmitti ad hæredes oportet.
Barboſa *in Coll. in l. poſt duos C. de aduoc.
diuerſ. iudic. & in l. petitionem num.* 9. *C.*
I *eodem,* & DD. ibi citati. Aliorum prop-
terea patrocinari cauſas illis minimè
conceditur *ex diſpoſit. cap.* 80. *&* 431.
ſub Alphonſo Rege, *& cap.* 114. ſub
Rege Ferdinando, *&* 83. ſub Carolo
extatque pragmatica vnica *tit.* 7. Quod
communis etiam ex diſpoſitione iuris
explicatum legimus *in l. penultima Glo.*
& ibi Bald. *C. ne fiſci, vel Reſpub.* Ca-
K ſtrenſ. *in l.* 1. *C. eodem.* Dempto, quod
miſerabilium negotia perſonarum exi-
ſtant. *rit. in cap. Regis Alphonſi* 236. Pe-
regrinus *de iure fiſci lib.* 1. *tit.* 1.

Huiuſmodi ſed enim de Fiſci Patro-
nis per ſuam Catholicam Maieſta-
tem. Efficitur electio iuxta Tex. *in l.* 1.
ff. de officio Procurat. Cæſaris, ex præ-
ſtantioribus aduocatis. *l. huius,* vbi Bal-
dus *C. de aduocatis diuerſ. iudiciorum*

A Barboſa *in collect. DD. in dicta l. binos, num.3.* Peregrin. *de iure fiſci lib. 7. tit.2. num.12. in principio*: qui noſtris autem hiſce temporibus huius regimen muneris in facultate retinent, ſunt Spectabiles Domini Placidus Daynottus, & Carolus la Lomia; quorum Primus in Magna Regia Curia Criminali, poſterior in Regio Patrimonij Fiſci Aduocati officium exercet; B qui ſuo magnam in munere vigilantiam præſeferunt, & nullas alios contra, ſtudēt calūnias commouere: iuxta Text. diſpoſitionem *in l. decreto 3. C. de aduoc. Fiſci.* Non inſcij enim ſunt calumnias, tàm in agendo proprijs repellere ab operibus, quàm in excipiendo, quoad Reipublicæ, ac ſummi negotiâ Moderatoris: vt notatum ex Doctoribus penes C Barboſ. *in dicta l.3.* Surdus *deciſ.*18.*n.*4. Petrus de Gregorio *ſyntag. iuris lib. 49. cap.7. num.1. in fine, & num.* 12. Peregrinus *de iure fiſci dicta l.7. titul. 2. nu.7.* ſic Conſtantinus Imperator *in l.5. C. de aduocat. fiſci* ſtatuit. *Fiſci Aduocatus pœnas metuens caueat, ne fiſcalia commoda occultat, neue vllo negotio exiſtente fiſci nomine priuatis audeat calūmnias commouere.* Hi omnibus, quæ fiſcales, in cauſis interueniunt, D cum fiſcalia in patrocinium iura ſuſcipiant: taliter, vt ſententia, quę fuerit fiſcum aduerſus, quocumque in Tribunali, cum ipſe abſit, deprompta, nullam præſefert validitatem: per Text. *in l. non intelligitur, §. diuus, l. ſi fiſcus, ff. de iure fiſci, l.2. C. ſi aduerſus fiſcum l. fin. C. de aduocat. fiſci.* Et hanc Fiſci Patronum inter, & priuatorum haberi aduocatos affirmat eſſe differētiā. Barb. *in d.* E *l. rationales vltima, C. de aduocat. fiſci ſub num.4.* Quod priuati ſcilicet cauſa valeat ſub examine poni, etiamſi abſens aduocatus ſit, & prolata vigorem continet ſententia; fiſcalis verò cauſa, cum fiſci longè ſit aduocatus nec diſcuti, nec circa ſe aliquam excipere ſententiam poteſt. Baldus, & Salicetus *in l. velamento, C. de poſtulando.* Fiſci dempto quod edita in fauorem fuiſſet, propriū quia priuilegium ipſi nequaquam debet detrimento eſſe. *l. pupillus, ff. de arbitris, l. acta, §. fin. ff. de re iudicata.* F In fiſci enim emolumentum ſententia, non verò in damnum ducta, efficaciam continet. *l. poſthumus, §. fin. ff. de inoff. teſt. l. denunciaſſe, §. fin. ff. de adulter.* Peregrin. *loco ſupra citato ſub num. 3.* Fontan. *deciſ. 358. num. 3.*

Cum Fiſci verò patroni tàm ciuilibus conueniuntur in cauſis, quàm criminalibus omni è ſportularum ſolutione immunes exiſtunt: G vt ſcripſere Cuiacius *lib. 3. obſeruat. 1.* Donellus *comment. iur. ciuilis lib. 18. cap. 5. col. 1. verſ. aduocator. fiſci.* Barboſa *in collect. DD. in l. per hanc legem 7. num. fin. C. de aduocat. diuerſor. Iudic.*

Fiſci autem Aduocati in facultate fiſcalibus inſimul cum Procuratoribus omnium librum bannitorum, qui Regni tranſmittuntur per Capitaneos, cōtinet: H vt in *pragmatica prima de officio aduocatorum, & procuratorum fiſcalium*: & poſtquam iniunctiones fuerint ad inferendam deciſionem, pangendaſque allegationes, fiſcalibus datæ Procuratoribus cauſam in Magna Regia Curia conſuero allegare, publicoque adſtringitur in loco: vt ipſius audiantur allegationes, & partium reſponſum dare per aduocatos poſſit. I Dempto quod cum maximi ſit cauſa momenti ſecreta peragi ratione debent: eo nam in caſu Illuſtris arbitrio Præſidis, ac Magnæ Regiæ Curiæ extat remiſſum: vt in *pragmatica* 1. §. 1. Muta ſuper dictam pragmaticam *tit. 5. tom. 1. ſub nu. 4.* Sed ſi poſitum conſpiciatur impedimētum, aliorum octo ſpatium ipſi dierū ad allegationem faciendam tribuitur, impedimenti poſtquam ſublata cauſa fuerit: K partium atenim informationes, aut fiſci neutiquam ſe penes valent continere, ſi dierum quindecim vltra ſpatiū tempus excedat, ni ſpecialis Proregis interueniat permiſſio: vt *in* §. 10. *ex d. prag.* 3. habetur.

Per quam aptè vero proponi hoc quæſitum in loco valet; an ſcilicet Fiſci Patroni, Fiſcaleſue Aduocati allegari

A pro ſuſpectis poſſint? Et reſponſum adducunt Doctores, dum priuatorum ex Aduocatis argumentum eliciunt: quod ſcilicet quemadmodum petente Iudex parte non vetatur aduocatum repellere, ac debet, ne ipſam aduerſus, aduocet, patrociniumque ferat in cauſis, maxima vbi excitaretur, aduocatum inter, & partem, in quam aduocare non deſiſtit, inimicitia, æmulationis ex præſumptione, quæ ſolet ortum ex inimi-
B cis excipere. ſicut etiam in totum, ac vniuerſaliter non prohibetur alicui Iudex interdictum reddere, ne quibuſdã, omnibuſque in negotijs aduocet, vel ferre patrocinium contendat. *l. prima, & fin. C. de poſtulando, l. puta, ff. eodem.* Vt non diſſimiliter putarunt euenire, quod particularibus inimicitiarum in cauſis id inhibere non arceatur: vt ex pluribus probauit Velaſcus *conſult.* 124. vt æqua-
C liter quod quemquam odio proſequẽs aduocatus neutiquam poſſit ipſum aduerſus cuiuſdam ſuſcipere defenſionẽ: vt teſtatur Cabedo *deciſ.* 214. *num.* 10. *parte prima.* Borell. *in ſumma deciſionum tit.* 55. *num.* 98. Ludouicus Poſthius *de manutenendo, obſeruat.* 92. *num.* 10. Qua de cauſa ſi in ſimplici hoc accidit aduocato, quare idem in Fiſci Patrono vigorem non continebit? vt argumen-
D tatur Maſtrill. *deciſ.* 214. Adde quod eruditiſſimus Fontanell. *in deciſ.* 30. *n.* 6. Maiori putauit ratione in ſuſpectum allegari Fiſci Patronum, priuatos, quàm aduocatos decens eſſe, cum, nequaquã iſti cauſarum in deciſione interſint, nec tanta ipſi adhæreat authoritas, quanta illis ineſt, vt ſuam Iudices ad opinionẽ trahant: incongruum nec non habetur, vt aduerſarij in deciſione cauſæ inimi-
E cus adſit, ac Iudicum priuſquam votent, intentiones percipiat. Vnde ſi aduerſæ ad fauorem cauſæ Iudices videat inclinari: vel cum ipſorum exploraſſet vota, expeditioni impedimentum adduceret, Fiſci Patronus, quibus, ex induſtria poſſet modis: vel ſcilicet, cum recuſationes illos contra quos inimico aſpexit fauorabiles, opponat: vel pro-

ceſſum accipiat, aut dilationem, vt probatio veniat: vel cum denuo petat: vel omnino nolens, aut difficili cum Iudicibus forma vlterius conueniens, alioue modo, cum nil pro Iudicibus bona impedimentum ducat præſumptio, aut integritas. F

Quod extenſionem excipit ex eodem Fontanell. à *num.* 14. Quo in caſu Fiſci Patronus pro particularibus cauſas ageret: ſi Fiſci Patronum etiam partis G haberi contigerit Aduocatum, cum qua Fiſcus concurrere videretur, aut etiam priuatiuè, prout eſſe minimè valet, partis aduocatus non exiſtat; adeſſe ipſe tamen cogitur, quemadmodum ſæpiùs effici, aliquod ob fiſci intereſſe, & ipſo inſtantiam aduehit cum priuato, ſi huiuſmodi fiſci patronum priuatę conſanguineum partis eſſe euenerit. Abſurdũ namque reputauit, vt iſti ad exercen- H dum Aduocati fiſcalis officium admitterentur: Fiſcalis etenim Aduocati, inimici, vel alterius in cauſis perſonæ intereſſentia, occurrere per quam ſuſpicio valeret, æſtimari per quam ſuſpecta debet: Et Fiſci quamuis Aduocatus votum præbeat nullum: Fontanella tamen talem iudicauit per præſentiam plura originem deſumere damna, ita iuris veniente diſpoſitione, quod cau- I ſæ haudquaquam illi permittatur intereſſe, qui ſuſpectus in illa dicatur, & ſi votum non ferat: ex authoritate Capicij *deciſ.* 138. *num.* 5. Et eo magis nominari ſuſpectum poſſe FiſciPatronum, & allegari, ſi votum ipſi concederetur in cauſa, vel duplex exercere non dubitaret officium: placuit Fontanella *num.* 7. Cum nil aliorum obſtet opinio, qui aſſerũt diuiſionem pati poteſtatem k valere: nempè quod illa, quam ad Iudicis pertinere munus clarum ſit, repellatur, quæ verò Aduocati Fiſcalis ad officium ſpectet, nequaquam; deteriorem quoniam adduceretur in ſtatum recuſantis negotium: ex rationibus ibi ex eodem ductis *loco ſupra citato*, ad quem, ſi neceſſitas vrget, recurrere oportet.

His

Digitized by Google

A His atenim poſthabitis Sicanio Re-
gis extat pragmatica in Regno edita
die 13. Nouembris 1642. in qua ſic:
Y que en quanto a las recuſaçiones, que ſe
propuſieren de los Abogados Fiſcales de los
dichos Tribunales eſteys muy aduertido de
no admitirlas: eſpeçialmente en los negoçios
ciuiles, ſin que las cauſas ſean muy juſtas,
y releuantes, por los daños, que reſultan
de lo contrario a la buena adminiſtracion
B *de la Iuſtiçia, y entereſe de mi real hazien-*
da, ſiendo conbeniente, y neceſſario que los
Abogados Fiſcales por mi entreuengan, y
agan ſus inſtanſias con toda independençia,
y autoridad en lo que perteneçe à ſus ofiçios,
y que quando las cauſas fueren de la quali-
dad, que ſe ha conferido commitays el co-
noçimiento deſto a los Preſidentes, y Con-
ſultor, paraque ſe vea en juſtiçia ſe ſean
baſtantes, paraque guardando en todo el
C *tenor de la Prematica terçera en el Titulo*
de Recuſationibus Iudicum, determinen lo
que fuere de juſtiçia, y que deſpues de de-
terminadas las cauſas por los dichos Preſi-
dentes, y Conſultor, y publicado las ſenten-
çias, auiſen aquì de la reſoluçion, por que
lo quiero tener entendido con aduertençia,
que no ſe ha de ſuſpender el exerciçio de
ſus ofiçios a los Abogados Fiſcales, haſta
que ſean declarados ſuſpechoſos: en cuya
D *conformidad os encargo, y mando lo pon-*
gays en execuçion, y que hagays que eſta
orden ſe executorie, y regiſtre en los libros
de los dichos Tribunales, paraque ſe oſerue
inuiolablemente en todo tiempo auiſandome
del reçibo deſta, y de hauerſe executoria-
do, y regiſtrado. De Zaragoza à 13. de
Nouiembre 1642. YO EL REY.

Omnes accedit fiſcalem Aduocatum
cauſas circa, quæ Regem aduerſus ſint
E commotę, conteſtationem facere obli-
gatum haberi, nec permittitur, vt illas
non ſoluti ſub prætextu ſalarij derelin-
quat: vt ſcriptum ex Barboſa *in collect.*
DD. in l. cum te 1. C. de Aduocatis fiſci.
Atenim dubium inſurgit: vtrum omnes
conteſtare lites, quæ in Principis con-
ſurgunt commodum, adſtringatur? &
an prius facultas quemadmodum in
agendo, ita etiam in dandis limita-
tionem excipiat reſponſis? F

Huic plurimis, quæ doctiſſimæ re-
ſponſum quęſito rationibus affert Ioan-
nes Graſſia à Saauedra *de Hiſp. nobilit.*
Gloſ. 3. §. 1. Vnicuique affirmans Fiſci
Aduocatos libello, poſſe, & cogi re-
ſponſionem vniuerſaliter dare, cum Re-
gem aduerſus porrigatur, ciuilemque
contineat actionem; cui probationem
rei ducere contendit, non ſolum cum
ſtatutariam eius legem vehat, ciuilis G
verum etiam cum afferat diſpoſitionē,
vt Fiſci Aduocatus Fiſcalibus in cauſis,
priuatiſque Regis negotijs aſſiſtere cō-
pellatur; dummòdo quod ipſius ad Re-
gis rem ſpectare videantur, & illius
ſuſcipi tutamen oporteat: per Textum
in l. fin. C. de aduocatis fiſci. ibi: *Rationa-*
les priuatæ rei cauſis, vel ſacris ærarijs
Præſidentes examen præſente Fiſci Aduo-
cato ſuſcipiant: item per Text. *in Clemen.* H
de Procuratoribus: vbi. *Non potes poſtea*
recuſare defenſionem illius, immò cogi po-
teris ipſum defendere in omnibus cauſis, &
negotijs, ad quæ prædicta inſtrumenta, ſeu
literæ ſe extendunt, cum per hæc ad omnia
tuum præſtitiſſe videaris aſſenſum. Vt
æqualiter ex eo quia ni omnis defen-
ſionem cauſæ deberet ille deſumere, le-
gitimus & aduocatus haud eſſet, & pro-
curator, prout habetur diſpoſitio. Tex.
in dicta Clement. 1. accedit, de Procurator. I
ibi: *Qui ad agendum, & reſpondendum*
plenam habent poteſtatem. Accedit quod
ſi ad agendum ſolum conſtitutus habe-
retur, ſufficiens haudequidem, vel ido-
neus exiſteret procurator: vt in *dicta*
Clement. cap. conſtitutus, litem eorum,
§. actor, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomin.
vt ſi detur ad agendum defendat neceſ-
ſariò: eoquod etiam fiſci procurator, vt K
pariter aduocatus, nec in defenſionem
venirent, nec agere ipſis permitteretur:
l. mutus, §. pœna, ff. de procuratoribus, vbi
inquit Iuriſconſultus: *Pœna Procurato-*
ris, non defendentis eſt, vt denegetur ei
actio. Regis igitur in fauorem omne de-
ſcendere ad tutamen debent: nam ſi
alio facerent modo, neutiquam in agē-
do faciles ipſi aures præberi eſſet ne-
ceſſe:

A ceſſe: qui namque mandatum ad agendum retinent reconuentionis, valēt dominium in cauſa tueri; & debent: citat Abb. *in cap. conſtitutus de procuratoribus. §. primo, verſ. ſed pone*, & ibi *in addict.* Ioannes Andreas. Et quia denique ſūma inſurgeret in cauſis iniquitas, ſi propoſitis Fiſci Patronus actionibus Regē aduerſus nullum adducere compelletur reſponſum: ſuam quoniam plurimi iacturam facerent de iure, & ſatius il-

B lud dicerent: Regem interpellare de mandato, cum libera ipſe forma ſuum per Fiſcalem Procuratorem, Aduocatumque agere non prohibeatur: Regis etenim voluntas naturali valdè rationi, ac naturæ legibus apta debet haberi: allegat Decium *conſil.64.num.7.* Iaſonem *in l. ex facto num.5. ff. de vulgari, & in l. iuſtitia, ff. de iuſtitia, & iure*. Cum idem affirmet Graſſia non pauci eſſe

C iniquitatem ponderis, qua Iuſtitiæ perturbaretur & ordo, & æquitas, ſi alio ſeſe gererent modo. *Authen. de non eligendo ſecundo nubentes, §. illud quoque dudum, in authent. de æqualitate dotis*. Quod non exiguum in Rege dedecus, afferre, ac magnam excipere reprehenſionem deberet. Zaſius *conſ. 13. lib. 2 num. 26.*

D Quæſitum facit etiam Graſſia *loco ſupra citato*. Permiſſum an Fiſci patrono ſit, vt ex lite iam cæpta deſiſtat ſi malam in illa fidem conſpiciat reperiri, & iniquæ ſe cauſæ patrocinium ſuſcipere, ac iniuſtitiam declinare cognoſcat? Reſponſum habetur, poſſe; tam ſi actores vices quàm rei gerat: cognita namque mala fide terminum inueniſſe negotium affirmauit; taliter, ſi Fiſci non ſit ad fauorem æquitas, liti fiſcalis cedere ad-

E uocatus compellitur: vt colligitur ex traditis per Fontanel. *deciſ. 85. ſub nu. 3. & num.23.* & eiuſdem fuiſſe opinionis legimus eximium Iuriſconſultum D. Philippum Camerata, & Poyo in ſuis reſponſionibus deciſiuis *reſponſ. 2. num. 30.* qui verba concluſionis eiuſdē Graſſi refert tamquam notanda, ibi, *itaque peſſimè deciſum eſſet ſi ea lege, nempè (11. tit. 13. lib. 2 Recopil.) teneretur fiſcalis aduocatus proſequi eas lites, quas cenſet iniuſtas, quia faceret contra conſcientiam, & læderet ius naturale, & diuinum.* F

Fiſcalis attamen aduocatus Regis vbi præiudicium reſpicit, ſeſe illi compellitur opponere Fontanel. *deciſ. 358. num.6.* Taliter, vt Michael Solon æxtimauerit fiſci Aduocatum teneri, vt illi omne reficiat, ex pæna, quæ iam amiſſa, detrimentum, ſi ipſius nullam de G cauſa gereret curam, vel infidè ſeſe habuerit: proprio namque ex officio fiſci commodis prouidere cogitur. Leſſius verò *de iuſt. & iure lib. 2. cap.31. dub.8. num.51.* Ex contrario putauit fundamento illius haud munus eſſe, curam impendere, vt mulctis, & confiſcationibus diues fiſcus reddatur, at vt legum ſeruetur integritas, & illarum punitionem violatores excipiant; vnde dixit, quod fiſci aduocatus neutiquam te- H neatur cauſam proſequi, vt rei fiſcus adipiſcatur bona & propterea ipſum ad reſtitutionem non adſtringi. certum eſt, cauſæ licèt proſequutionem omittat; præcipuè, quo in caſu propinquum ad bona ius non retineat, ni damnatio, vel criminis ſit ſequuta declaratio. An autem votum Fiſcali in cauſis aduocato præbeatur? Vide Fontanel. *deciſ.556. num.12.* Ipſe verò debet in cauſis inte- I reſſe, ac ſuum affert votum in quibus nec actor, nec reus: ſed tertius habetur oppoſitor. Idem *deciſ.557. nu.14.* Cauſæ hic ſolum in deciſione vocari mandatur, vt eſt ipſiuſmet ſententia *in deciſ. 558. num.4.* Quo enim in caſu votum illi præbetur neutiquam appellat pro fiſco idem ibidem *num.5.* Nec eo quod minimè votauerit vt *num. 5.* aſſerit. Ipſi K verò in definitiuis concedi votum placuit DD. penes eundem *deciſ. 558. num. 6.* Vbi autem quæſtio exoritur: an citari fiſcalis debeat aduocatus? vocandus equidem eſt ſic *num. 8. & 15.* Si tamen ſuum in cauſis votum dare haudquaquam voluerit proceditur, vtique eo nolente ibidem *num.10.* ſed priuſquam

fiat

A *fuit dictatio*, auditur. *num.* 16.

Aliquo verum Fiſci patronus modo cogi non poteſt, ſe aduerſus ſuoſque defenſionem afferre, ſecundum ea, quæ ſcripſit Barboſa *in toll. DD. in l. petitionem* 13. *num.* 6. Peregr. *de iure fiſci lib.* 7. *tit.* 2. *num.* 8. *vbi num.* 9. Addit, quod ſi huiuſmodi fiſci patronus propriam filiorum, parentumque cauſas, aut pupillorum, quos habet in tutela in de-
B fenſionem haberet, contra fiſcum agere nulla prohiberetur forma. per Tex. *in l. penult. & fin. ff. de poſtulando.* In Regno tamen Pragmaticæ adſunt, per quas aduocato vetitum redditur, ne patrocinium ducere audeant, nec conſilium dare, vel allegationes facere, cum non exigui pœnæ veniant momenti; atenim generali eoquod Pragmaticæ ratione verba inſtituunt, id generaliter intelligi
C opus eſt: vt ipſius nimirum cauſas etiam, ſuorum includat parentum, & eo magis quo in euentu res in fiſcum gereretur: quoniam cum Fiſci exiſtat aduocatus, ac ſtipendium ex Rege obtineat, haudequidem, ſi diſpoſitio non adſit, ipſi permittitur, vt ipſum contra alterius extet aduocatus. *l.* 1. *de aduocat. fiſci.* Priuatorum quamquam Caraulta *ſuper ritu* 18. *ſub num.* 8. aſſerat: Demp-
D to, quod cauſa, quæ fiſcum aduerſus agitur, propria eſſet, vel filij, parentum, aut, quos in tutela retinet, pupillorum: Nam duplicis in punitionem patrocinij, quemadmodum, & cæteri ordinarij aduocati, incurreret. Limitatio autem conſtituitur, quod hæc minimè vim retineat Pragmatica, ſi pauperum circa cauſas, ſocietatum, mendicantium, hoſpitalium, miſerabiliumque perſonarum
E pertractet: plum ex eo quia opus committunt, Principiſque munus exequuntur, parteſque ſi lites pro illis agitent, & legitimas ipſorum tueantur cauſas: ipſe quoniam Princeps miſerabilium neutiquam patrocinium perſonarum valent repellere: inquit enim Conſtantinus *in l. quamquam Imper. C. inter pupill. & vid. Si pupilli, vel vidua, alijque fortunæ inuidia miſerabiles iudicium noſtræ ſerenitatis*

exorauerit, præſertim cum alicuius potentiam perhorreſcunt, cogantur eorum aduerſarij ex omni noſtro (etiam omiſſis proprijs iudicibus) ſui copiam facere. Toleſan. *loco citato ſub num.* 15. F

Et eoquod Patronus ſua præfulget dignitate ſpecialibus decoratur priuilegijs, & primò quidem adminiſtrationis quoniam reſpectu acquiſitum ſalarium caſtrenſe velut peculium nominatur. *l. fori C. de aduocat. diuerſ. iudic.* & vt explicatum fuit ex Palat. *in repetit. rubricæ de donationibus inter virum, & vxorem,* §. 62. *num.* 18. *ad finem.* Co- G hortalium ſecundo, quod ex conditione liber eſt. *l. cum aduocato* 8. & ibi Barboſa *num.* 1. *C. de aduoc. diuerſ. Iudic.* Et tali modo curiali ex conditione, vel altera, quæ vilior, habebitur iam ſolutus Peregrinus *loco ſupra citato num.* 15. *dicta l. cum aduocatio C. de aduoc. diuerſ. iudic.* Spectabiliſque titulo ſibi decus excipit H prout *in* §. *verus in Auth. de Iudicibus l. fin. de decurionibus lib.* 10. hiſce verò têporibus Illuſtriſſimi demonſtrant titulum, forſitan moti authoritate Caſſan. *in catal. gloria mundi parte* 7. *conſid.* 35. tanquam Regij conſiliarij *l. quiſquis C. ad legem Iuliam Maieſtatis*: & Principis habentur de latere *l. Iuriſperitos, ff. de excuſat. tutorum* quos principalis propterea latus illuſtrat. *l.* 1. *C. de præpoſ. habend.* Perſonalibus etiam exemptionem I à muneribus habent, præterquam arbitrandi circa officium, conſulendi, ac etiam iudicandi. *l. ſancimus* 6. *C. de aduoc. diuerſ. iudic.* Sacro etiam ſtallum in concilio cæteris inſimul cum Regijs cõſiliarijs obtinet, nec ipſi eorumque hæredes alia iniquo animo ad publica cõpellantur munera, ni ſpecialis interueniat Regis authoritas. Barboſa *in l. petitiones* 5. *ſub num.* 5. *C. de aduocat. diuerſ. Iudic.* Nec aliquo Fiſci Patroni K modo cum Curiam deſeruerint, cui fuerint præfixi, alio facere moram in loco poſſunt, Iudicij eoquod extra locum vidiuere nentiquam, & abſque punitione ipſi permittitur. *l. per hanc legem* 7. *C. eodem.* vbi, *hoc etiam pronunciandum*

Digitized by Google

A *dum cenſemus, ne quis ex his in alijs degat regionibus relicta obſeruatione glorificatæ tuæ ſedis.*

Rationales etenim Magiſtri nulla cauſas ratione, quæ regium pertinent ad patrimonium, valet expedire, ſi fiſcalis haud quaquam interſit aduocati præſentia. *l. fin. C. de aduoc. fiſci l. ſi fiſcus 7. de iure fiſci l. 2. C. ſi aduerſus fiſcum.* Quod ſi fortè certum eſſet calumnioſè B fiſci patronum, & ſuæ ſub poteſtatis pretextu doloſè quemquam excruciare reum, vel etiam innocentem proſequi proprio condemnandus nomine damna reſarcire, ac vexati cogitur intereſſe, Guidon Papa *ſingul.* 821. Petrus de Gregor. *ſyntag. iuris lib. 49. cap. 7. ſub num.* 12. Et capitali ſæpius (addit) pœnæ interdum, ſi calumniæ crimen eo illatum pretextu illa dignum videatur. *l. vniuerſi, C. de calumniatoribus fiſci.*

C Fiſcalis etiam Regij Patrimonij aduocatus Apoſtolicas recognoſcit bullas, cuius ad relationem concedi executoriæ ſolent, videturque an retardari illæ debeant, vt ſummus certior fiat Pontifex, Regio quoties de intereſſe, vel tertij de præiudicio, aut ſubreptionis, obreptioniſque agatur de vitio; quibus de retardationis cauſis egregie doctis ſcripta tranſmiſit. D. Philippus Ca- D maraca iuris in peritia præclarus, & nemini ſecundus *in reſponſ.* 22. pertotam ad quem ſacram velut ad ancoram quiſque, recurrat: Fiſcali attamen ſit notum aduocato, quod Reipublicæ quo in caſu de Hoſtis ſit venditio, vel affictatio, vel Fiſci, ſi tertia de pluri fiat oblatio partis, huiuſmodi vendi, vel affictari offerentibus debet: hac namque læſionem in quantitate conſiſtere certum eſt: vt E dixit de Ponte *de poteſtate Proregis in regalibus impoſitionibus tit. 4. §. 5. num. 6. fol. 123.*

Fiſcalis valet priuati partes aduocatus in defenſionem ſuſcipere, ſi priuatus attamen velut aduocatus illarum tutamen deſumit, quibus fiſcus adhæret, vt deciſum fuiſſe Neapoli aſſeruit Rouitus in cauſa propria *in pragm.* 11. *num.* 5. *tit. de ſuſpicione officialium.* Adde quod Regij Patronum fiſcalem Patrimonij cauſarum, priuatos inter, deciſioni adeſſe neutiquam repellitur, ſi tali poſset fiſci intereſse ex deciſione prolabi: vt voluerunt Franch. *deciſ.* 177. *in fine*, quem ducit Aloyſius de Leo *in authen. nunc ſi hæres num. 6. C. de litigioſ.* Vt etiam ſimilem quo in caſu cum priuato cauſam agitaret: examinationi licèt intereſſe minimè debeat. Afflictus *in conſtit. quæſtiones*: Contraria quamuis perſiſtant in ſententia Petrus Cabal. *reſol. crimin. cent.* 2. *caſu* 168. *num.* 10. & Benintendi *concluſ.* 60. quæ omnia refert Thorus *in compend. deciſ. lit. A. fol.* 21. Ex quo affirmatur etiam Fiſcali neutiquam conceſſum Aduocato, vt ſaluum rebelli conductum, pro negotijs, quæ Regium ſpectant ad fiſcum, ni Regis interueniat mandatum: citat Afflictum *deciſ.* 4. Vincentium de Anna *ſingul.* 462. *in verbo ſaluus conductus.* Farinaceus *de carceratis quæſt.* 29. *num.* 98. de Ponte *de poteſtate Proregis rubric. de proviſionibus fiers ſolitis §. 4. num.* 5 2. cæteroſque penes ipſum.

Quæſitum autem facit Carauita ſuper Ritibus Magnæ Regiæ Curiæ Regni Neapolis *rit.* 17. *num.* 10. Proprijs numquid Archiepiſcopi, vel Epiſcopi in Curijs Aduocatum, Procuratoremue fiſcalem habeant? & ſub *num.* 13. reſponſum attulit: Quod, cum fiſcum non retineant, pari forma nec Aduocatum, Procuratoremue poſſunt aut Fiſcalem conſtituere: quemadmodum intelligi de Baronibus ipſi placet: Procuratoris licèt in fiſcalis locum Epiſcopalis procuratorem Curiam perligant Epiſcopi; vnde ipſis fiſcum haud tribui interpones Baldi authoritate, ac Salicetì *in rubr. C. de priuilegijs fiſci*: & Alexandri ad Bartolum *in l. prima quæſt.* 13. *C. de bonis vacantibus lib.* 19. & Afflicti *in præludijs conſtitut. Regni quæſt.* 15 *num.* 9. Qui ſoli affirmant vniuerſali Eccleſiæ fiſcum, nequaquam vero Epiſcopo præberi: interpetrantes Clementinam *necentes de hæreticis*, & Gloſ. *in cap. quia diuer-*

F

G

H

I

K

A *uerſitatem, in verſic. præter de conceſſione*
prebendæ. Quo in loco Eccleſię mentio
ſit circa fiſcum, ſi ea vniuerſalis exiſtat,
non autem particularis; & reſponſioné
aduehit Imolæ *in dicto cap. quia diuerſi-*
tatem num. 10. qui affirmat: Epiſcopo,
& cuilibet quaſi Epiſcopalem retinenti
iuriſdictionem fiſcum eſſe, reputari: ex
Felino *in cap. irrefragabili, §. cæterum*
num. 11. *in fine, de officio ordinarij*: quin
B aſſerit Epiſcopos generalis fiſcum ex
conſuetudine, quidquid ex contrario
communi de iure obtinere: nam viſum
fuit Carauitæ iſtos DD.. verba impro-
prio feciſſe modo; communis cum at-
tendatur obſeruantia: eoquod cum pro-
priè loquamur, Pontifex fiſcum, immò
cameram habet, quod de facto equidé
non de iure venit: conclusionem ideò
infert: fiſci haudequidem priuilegia
Cameræ dari; ex eo quia in iure diſpo-
C ſitio non reperitur; ita vt huiuſmodi
præeminentia fiſcum, & conſequenter
fiſcalem Procuratorem, Aduocatumque
habendi non, propriè, niſi & vniuerſali
Eccleſiæ ineſt, & Regem penes, inueni-
tur, ac Rempublicam, quæ ſuperiorem
nequaquam recognoſcat, & hæc Cara-
uitæ occurrunt è ſententia.

D *DE*

ADVOCATIS PARTICVLARIVM

Perſonarum.

Cap. 2.

PArticularium inter Aduocatos per-
ſonarum, proprium habent pau-
E peres conſtitutum ex Inuictiſſimo Hi-
ſpaniarum Rege, ipſiuſque arbitrio ele-
ctum, cum ſalarium ad vnciarum 160.
ſummam excipiat, togaque decoratus
incedat, quod mira præfulgens ſapien-
tia, diligentiaque munus exercet.

Præſcripta verò ipſi in officio habe-
tur inſtructio, qua ſeſe in illo verſare
debeat ratione, cum omnibus in carce-
rum viſitationibus, tàm quæ generales
extent, quàm particulares, interuenit, F
vt carceri iniectos in defenſionem aſſu-
mat; quemadmodum & publicis ad-
mittitur in audientijs, vt pauperum
Proregi petitiones deferat: vt teſtatur
Maſtrillus *de magiſtratibus lib. 5. capit. 8.*
num. fin. & in lib. 3. cap. 4. à num. 12. Om-
neſque in loco ipſius adnotatas voluit
obligationes. Et primo in cura illi cum
Procuratoribus, ſimul, Sollicitatoribuſ-
que eſſe oportet, vt liberatoria paupe- G
rum decreta exequutioni tradantur, ne
dilatio ex negligentia prouiſionem in
longum trahat; ac etiam vt ad exilium
damnatis terminus non denegetur, qui
vnius pro menſis ſpatio, aliquando ma-
ior, Iudicis nonnumquam decernitur
ex arbitrio, qui ipſomet à Magiſtro
Notario, die in actis adnotatur; ſata-
gunt pariter, vt, cum in defectum fi-
deiuſſiones abeant, exequi promiſſio ſub H
iniunctione debeat, quod ciuilibus car-
ceri traditi pro debitis ſub homagio
relaxentur, cuius fractura triennij, re-
migandi pro flagello ſpatium in puni-
tionem exigit; diligentiam nec non ad-
hibere compelluntur, vt ex Prorege,
ac Magiſtratibus aliqua fiat pecuniaria
condemnatio, quæ dictis applicari pro
cauſis, & carceri iniectorum pro neceſ-
ſitatibus valeat: & denique Maſtrillus I
concludit, vt Proregi denunciare, Ma-
giſtratibuſque proprio cogantur ex of-
ficio, quas, & carcerum cuſtodes, alij-
que Miniſtris extorſiones faciant, com-
poſitiones agant, aliaque in pauperes
carceri traditos grauamina patrent: ci-
tat Text. *in l. prima, ff. de cuſtodia reorū.*
l. fin. C. de erogatione militum annon. lib.
12. *cap. fin.* 12. *quæſt.* 2. Baldum, Puteū
de ſyndicatu. Azaued. *in locis per eum du-*
ctis. Et pauperum velut aduocatus cū K
omni cauſarum, circa pauperes ad ex-
peditionem ſedulitate incumbat; alio-
rum prohibetur patrocinium deſume-
re; quemadmodum aliquid ex grato
miſerorum animo recipere; cum, pœ-
na, officij priuatio, ſit; vt *in §. 7. prag.*
vnica, titul. de officio aduocati pauperum.
Quod ſi ob temperantem ſe huiuſmodi

A *dum cenſemus, ne quis ex his in alijs degat regionibus relicta obſeruatione glorificatæ tuæ ſedis.*

Rationales etenim Magiſtri nulla cauſas ratione, quæ regium pertinent ad patrimonium, valet expedire, ſi fiſcalis haud quaquam interſit aduocati præſentia. *l. fin. C. de aduoc. fiſci l. ſi fiſcus 7. de iure fiſci l. 2. C. ſi aduerſus fiſcum.* Quod ſi fortè certum eſſet calumnioſè
B fiſci patronum, & ſuæ ſub poteſtatis prætextu doloſè quemquam excruciare reum, vel etiam innocentem proſequi proprio condemnandus nomine damna reſarcire, ac vexati cogitur intereſſe, Guido Papa *ſingul.* 821. Petrus de Gregor. *ſyntag. iuris lib.* 49. *cap. 7. ſub num.* 12. Et capitali ſæpius (addit) pœna interdum, ſi calumniæ crimen eo illatum prætextu illa dignum videatur, *l. vniuerſi, C. de iure fiſci.*

C Fiſcalis etenim Regij Patrimonij aduocatus Apoſtolicas recognoſcit bullas, cuius ad relationem concedi executoriæ ſolent, videntque an retardari illæ debeant, vt ſummus certior fiat Pontifex, Regio quoties de intereſſe, vel tertij de præiudicio, aut ſubreptionis, obreptioniſque agatur de vitio; quibus de retardationis cauſis egregia doctis ſcripta tranſmiſit D. Philippus Camarata iuris in peritia præclarus, & nemini ſecundus *in reſponſ.* 22. petit etiam
D ad quem ſacram velut ad anchoram quiſque recurrat: Fiſcali attamen ſit notum aduocato, quod Reipublicæ qui in caſu de hoſtis ſit venditio, vel affictatio, vel Fiſci, ſi tertia vel pluri fiat oblatio partis, huiuſmodi vendi, vel affictari offerentibus debet: hanc namque læſionem in quantitate conſiſtere certum eſt: vt
E dixit de Ponte *de poteſtate Proregis, in regalibus impoſitionibus tit. 4. § 5. num.* *fol.* 123.

Fiſcalis valet priuati partes aduocatus in defenſionem ſuſcipere, ſi priuatus attamen velut aduocatus illarum tutamen deſumit, quibus fiſcus adhæret, vt deciſum fuiſſe Neapoli aſſeruit Rouitus in cauſa propria *in pragm.* 11. *num.* 5. *tit. de ſuſpicione officialium.* Adde quod Regij Patronum fiſcalem Patrimonij cauſarum, priuatos inter, deciſioni adeſſe neutiquam repellitur, ſi tali poſſet fiſci intereſſe ex deciſione prolabi: vt voluerunt Franch. *deciſ.* 177. *in fine*, quem ducit Aloyſius de Leo *in authen. nunc ſi hæres num. 6. C. de litigioſ.* Vt etiam ſimilem quo in caſu cum priuato cauſam agitaret: examinationi licèt intereſſe minimè debeat. Afflictus *in conſtit. quæſtiones*: Contraria quamuis perſiſtant in ſententia Petrus Cabal. *reſol. crimin. cent. 2. caſu* 168. *num.* 10. & Benintendi *concluſ.* 60. quæ omnia refert Thorus *in compend. deciſ. lit. A. fol.* 21. Ex quo affirmatur etiam Fiſcali neutiquam conceſſum Aduocato, vt ſaluum rebelli conductum, pro negotijs, quæ Regium ſpectant ad fiſcum, ni Regis interueniat mandatum; citat Afflictum *deciſ.* 4. Vincentium de Anna *ſingul.* 462. *in verbo ſaluus conductus*. Farinaceus *de carceratis quæſt.* 29. *num.* 98. de Ponte *de poteſtate Proregis, rubric. de proviſionibus fiert. ſo-lius §. 4. num.* 5. & cæteroſque penes ipſum.

Quæſitum autem facit Carauita ſuper Ritibus Magnæ Regiæ Curiæ Regni Neapolis *rit.* 17. *num.* 10. Proprijs numquid Archiepiſcopi, vel Epiſcopi in Curijs Aduocatum, Procuratoremue fiſcalem habeant? & ſub *num.* 13. reſponſum attulit: Quod, cum fiſcum non retineant, pari forma nec Aduocatum, Procuratoremue poſſunt aut Fiſcalem conſtituere: quemadmodum intelligi de Baronibus ipſi placet: Procuratoris licèt in fiſcalis locum Epiſcopalis procuratorem Curiam peragant Epiſcopi; vnde ipſis fiſcum haud tribui infert ex Baldi authoritate, at Salicetti *in rubr. C. de priuilegijs fiſci*, & Alexandri ad Bartolum *in l. prima quæ.* 13. *ff. de bonis vacantibus lib.* 9. & Afflicti *in prælud. conſtitut. Regni quæſt.* 15 *num.* 9. Qui ſoli affirmant vniuerſali Eccleſiæ fiſcum, nequaquam vero Epiſcopo præberi: interpretantes Clementinam *vo-lentes de hæreticis*, & Gloſ. in cap. quia di-

F G H I K

uer-

A *uerſitatem, in verſic. præter de conceſſione præbendæ*. Quo in loco Eccleſię mentio fit circa fiſcum, ſi ea vniuerſalis exiſtat, non autem particularis; & reſponſioně aduehit Imolæ *in dicto cap. quia diuerſitatem num.* 10. qui affirmat: Epiſcopo, & cuilibet quaſi Epiſcopalem retinenti iuriſdictionem fiſcum eſſe, reputari: ex Felino *in cap. irrefragabili, §. cæterum num.* 11. *in fine, de officio ordinarij*: quin
B aſſerit Epiſcopos generalis fiſcum ex conſuetudine, quidquid ex contrario communi de iure obtinere: nam viſum fuit Carauitæ iſtos DD. verba improprio feciſſe modo, communis cum attendatur obſeruantia: eoquod cum propriè loquamur, Pontifex fiſcum, immò cameram habet, quod de facto equidě non de iure venit: conclusionem ideò infert: fiſci haudequidem priuilegia Cameræ dari; ex eo quia in iure diſpo-
C ſitio non reperitur; ita vt huiuſmodi præeminentia fiſcum, & conſequenter fiſcalem Procuratorem, Aduocatumque habendi non, propriè, niſi & vniuerſali Eccleſiæ ineſt, & Regem penes, inuenitur, ac Rempublicam, quæ ſuperiorem nequaquam recognoſcat, & hæc Carauitæ occurrunt è ſententia.

D
DE ADVOCATIS PARTICVLARIVM Perſonarum.

Cap. 2.

PArticularium inter Aduocatos perſonarum, proprium habent pauperes conſtitutum ex Inuictiſſimo Hi-
E ſpaniarum Rege, ipſiuſque arbitrio electum, cum ſalarium ad vnciarum 160. ſummam excipiat, togaque decoratus incedat, quod mira præfulgens ſapientia, diligentiaque munus exercet.

Præſcripta verò ipſi in officio habetur inſtructio, qua ſeſe in illo verſare debeat ratione, cum omnibus in carcerum viſitationibus, tàm quæ generales extent, quàm particulares, interuenit, F
vt carceri iniectos in defenſionem aſſumat; quemadmodum & publicis admittitur in audientijs, vt pauperum Proregi petitiones deferat: vt teſtatur Maſtrillus *de magiſtratibus lib.* 5. *capit.* 8. *num.fin. & in lib.* 3. *cap.* 4. *à num.* 12. Omneſque in loco ipſius adnotatas voluit obligationes. Et primo in cura illi cum Procuratoribus, ſimul, Sollicitatoribuſque eſſe oportet, vt liberatoria paupe- G
rum decreta exequutioni tradantur, ne dilatio ex negligentia prouiſionem in longum trahat; ac etiam vt ad exilium damnatis terminus non denegetur, qui vnius pro menſis ſpatio, aliquando maior, Iudicis nonnumquam decernitur ex arbitrio, qui ipſomet à Magiſtro Notario, die in actis adnotatur; ſatagunt pariter, vt, cum in defectum fideiuſſiones abeant, exequi prouiſio ſub H
iniunctione debeat, quod ciuilibus carceri traditi pro debitis ſub homagio relaxentur, cuius fractura triennij, remigandi pro flagello ſpatium in punitionem exigit; diligentiam nec non adhibere compelluntur, vt ex Prorege, ac Magiſtratibus aliqua fiat pecuniaria condemnatio, quæ dictis applicari pro cauſis, & carceri iniectorum pro neceſſitatibus valeat: & denique Maſtrillus I
concludit, vt Proregi denunciare, Magiſtratibuſque proprio cogantur ex officio, quas, & carcerum cuſtodes, alijque Miniſtris extorſiones faciant, compoſitiones agant, aliaque in pauperes carceri traditos grauamina patrent: citat Text. *in l. prima, ff. de cuſtodia reorũ. l. fin. C. de erogatione militum annon. lib.* 12. *cap. fin.* 12. *quæſt.* 2. Baldum, Puteũ *de ſyndicatu*. Azaued. *in locis per eum ductis*. Et pauperum velut aduocatus eũ K
omni cauſarum, circa pauperes ad expeditionem ſedulitate incumbat, aliorum prohibetur patrocinium deſumere; quemadmodum aliquid ex grato miſerorum animo recipere; cum, pœna, officij priuatio, ſit; vt *in §.* 7. *pragi unica, titul. de officio aduocati pauperum.* Quod ſi ob temperamentum ſe huiuſmodi

A non præſtiterit ordinibus, & ſalarij ia-
cturam, & bonorum facient, & puni-
tionem ſubire cogetur, quæ Regis eſt
arbitrio remiſſa, cœterum de ſalario
ipſi non ſit ſolutio, ni fidem conſerua-
tor faciat omnem ex ipſo diligentiam
in muneris exercitio adhibitam: vt in
§. *fin.* habetur.

Hoc autem in loco neceſſe eſt vide-
re, qui pauperum ſuſcipiant nomen,
B pauperum quibus non ſolum Aduoca-
tus, alij verum etiam præſtare patroci-
nium compelluntur; hic verò, & Varro-
nis habetur ſententia, parua dicitur à
pecunia, vnde paupertas deuenit, vel
pauperies: egenum verò hominem,
inopemue Ebaion appellarunt Hebræi,
qui neceſſarias ſibi res, quibus indigẽs
eſt, exoptat: vt in *Pſalm.* 82. Ebaionim
etiam egeni à verbo Abah, quod *voluit*,
C denotare certum eſt, aù Iaab, & Taab,
quod *appetiuit*, demonſtrat, affine eſt:
deſiderant etenim pauperes, & com-
moda, quibus priui ſunt innumeris pro-
ſequuntur votis.

Et ſeptem quamuis bona conferat
paupertas: vt ex Diuo Thoma ſuper
Iſaiam 48. habemus: quod peccatorum
ſcilicet inde veniat cognitio, virtutum
deſcendat conſeruatio, cordis occurrat
D quies, deſiderij ſurgat impletio, ſpiri-
tualium habeatur dulcedo bonorum,
meritorum adſit exaltatio, & cœleſtis
dilabatur hæreditas: quem tamen in
Orbe reperies, qui eam complecti ge-
ſtiat? neminem aut paucos; cum & il-
lius neutiquam perpendant qualita-
tes, nec tàm ſublimes conſiderent ef-
fectus.

Triplex atenim aduenit in ſcriptura
E paupertas. Prima neque mala dicitur,
nec improba; ſed vtramuis traduci ad
partem valet. Poſterior & bonitate
prædita, & laudibus digna conſpicitur.
Tertia, quæ & vituperij capax habetur,
& commendatione expers: & hanc à ſe
repelli, per quam ſapiens Rex Salamon
à Deo poſcebat: ita: *Diuitias, & pau-
pertatem ne dederis mihi.* Ex eo quia
tàm ex diuitiarum affluentia, quàm mi-
ſeriarum ærumnis peccati ſolet præbe- F
ri materia; nam & vana ad ſuperbiam
aura diues attollitur, & ex defectu pau-
per ad querelas erumpit. At quis lau-
de refertam æſtimabit paupertatem, ſi
neceſſarijs careat virtutibus? de hac
Diuus Bernardus 68. *in Cantic.* Perniciẽ
quoniam paupertas affert, ſi meritorũ
adſit inopia: ad quod aſſero: illum pau-
perem nominari, quinquaginta qui au-
reos in bonis minimè retinet: per Text. G
in l. nonnulli, ff. de excuſat. Gloſa *in au-
then. praterea, C. vnde vir, & vxor.* ſed
Menochius *de arbitr. caſ.* 65. Hanc Iudi-
cis arbitrio, perſonarum iuxta qualita-
tes, cognitionem remiſit, motus Bar-
toli authoritate *in l. ſi conſtante num.* 14.
ff. ſoluto matrimonio. Decij *conſ.* 163. *n.* 5.
aliorumque qui ſibi adducuntur, DD.
in Pragmatica verò vnica §. 5. *de officio
Aduocati pauperum*, habemus: Illos pau- H
perum ſub nomen venire, quorum in
fauorem illata ea fuerit prouiſio: *Curet
Procurator pauperum*, aut, *Fiſcus aſſiſtat*,
vel *Omnia fiant gratis.* Pauperum autem
Aduocatus diuitum nequaquam pupil-
lorum gratis expeditionem cauſis ad-
ducere compellitur. Cumia *ſuper ritu
cap.* 81. *num.* 7. Illo nam in caſu nullo
miſerabilis modo nominatur. Roland.
à Valle *conſ.* 20. *n.* 15. *vol.* 2.

Reliquos poſt hæc ad priuatarum I
aduocatos perſonarum deuenio, qui-
bus, cum publicum inſit officium tri-
butum ob cauſam, vt auxilium illis fer-
ret, qui ſuum tueri ius parteſque de-
fendere neutiquam poſſent, hac de re
iſta Vlpianus attulit: nam Aduocatos
dixit, deſumere omnes penitùs debe-
mus, cum quoquo modo agendis pro-
priam impendant in cauſis operam: &
Auſonius *lib. variar.* 1. Illum nominat k
Aduocatum, qui ius ſuggerit, vel ſuam
amico præſentiam affert. Mos in iudi-
cijs atenim, tàm publicis habebatur,
quàm priuatis, vt omnes aduocarent
amici, quorum ex authoritate Iudicum
commouerentur animi. Pro Sextio in-
de Cicero: *Scio quod grauitas veſtra quid
aduocatio hæc poſtulet.* Qua de cauſa illa-

ta

A ta ex Nerone conſtitutio, vt cauſarum patroni ex nullo mercedis munerumque ſtimulo acti, iudicijs intereſſent: vt penes Alexand. ab Alexand. *dierum genialium lib. 3. cap. 5.* legimus. Plurimis propterea ſeſe laudibus dignum reddidit Cicero, cum ad patrocinium deſcendens nulla ſibi munera deſumeret, ac mercedem; & præcipuè cum ſeſe in Verrem inuexiſſet, nihil ſibi voluit ac-
B cipere; quo iam damnato, vt ſe Triquetra gratam oſtenderet, plurima ipſius in ædulitate miſit, ſuo licèt ille in vſu haud aliquid conuertere quæſiuiſſet; ſuam immò liberalitatem demonſtrauit, vt Siculorum leuaret annonam: vt ſcripſit Plutar. in Cicerone. Atenim quid circa Petri Philippi Cornei Peruſini Iuriſconſulti affirmabo? qui ſuam non ſolum operam amicis, affinibuſque
C impendebat, ciuibus vetum etiam in aduocationibus, patrocinijſque gratis offerebat: & quamuis quidquam pro redactis in ſcripta libelloſque reſponſis acciperet: id eorum ſibi ex voluntate deſumebat; deforme namque æſtimabat, operariorum ad inſtar ſibi mercedem accipere.

Hiſce verò temporibus effectum, vt non ſolum mercedem poſtulent, ingen-
D tem at etiam ſibi ſummam deſumant, & intermediatas aliquando per perſonas litis pactum inijciant de quota, & nonnulli quamquam ſeſe ab hac abſtineant: illius tamen, qui in Peruſia Ludouici tempore aduocatus, exemplum afferam, qui ſic eſt in re verſatus; lites agebat ruſticus quidam optimis præditus animi dotibus, at fortunæ tenuioris, vir, illum precatur, vt ſuam aduerſus anda-
E goniſtam tueri cauſam velit, qui opibus habebatur præfulgens; annuit aduocatus, horamque ipſi præfigit: vnde ruſticus alter obueniens maiorem pollicetur, quàm fecerat ille, mercedem, qua Doctor pellectus propriam illi promittit, in auxilium, induſtriam; propterea cum regreſſum primus feciſſet, quàm ſpoponderat opem negare minimè erubuit, cum aduerſatij ſe partes actutum dixerit; ſed tamen ad alium F
Compatrem, Aduocatum, tali mittit condemnatione: *Compater mi venerunt ad me duo capones pingues, ego pinguiorem capi, alterum vobis mitto: plumetur hic à parte veſtra; ego plumabo alterum.* quæ leguntur penes Fratrem Oliueriū Maillardum in explicatione Feriæ 1. Dominicæ Aduentus.

Huius hac re generis de hominibus verba facit Caſſiodorus, dum inquit: G
Hi ſunt, qui cauſas protendunt adhibiti, expediunt prætermiſſi, obliuiſcuntur locupletati. Hi ſunt, qui emunt lites, vendunt interceſſiones, deputant arbitros, iudicanda dictant, dictura connellunt, attrahunt, litigatores protrahunt, audiendos retrahunt tranſigentes. non inſcitè ideò Ouidius *lib. 1. Amorum.*

Turpe reor miſeros empta defendere lingua,
Quod faciunt magnas turpe Tribunal opes. H

Ipſos autem indignos reputauit Tholoſanus *ſyntagm. iuris lib. 49 cap. 8. n. 11.* vt Oratoris decorarentur titulo, cum ſuum turpi forma vendere minimè vereantur, & quamdam veluti agant vindemiam, omneſque auferre fructus exoptent; & lupis hi quidem æquiparati veniunt, eoquod ſyluas habitent, vt ſuā exerceant voracitatem; docti fermè, at I
legum Tyranni, extant coruis crudeliores: quia, quemadmodum illi, non, niſi extinctorum funera ſectantur, pari hi ratione viuorum bona ſcalpunt, animumque ſugunt, nec miſſuri cutem, niſi tanquam plena cruoris hirudo. Ac propterea, vt meliori pectora fallant ratione, togæ ſibi decus aſſumunt. Et K
iure quidem optimo apud Cornelium Tacitum *lib. 11, Annalium ſub num. 6.* habemus: *Ne fidem quippe integram manere, vbi magnitudo quæſtuum ſpectetur; quod ſi in nullius mercedem negotia tueantur, pauciora fore, nunc inimicitias, accuſationes, odia, & iniurias foueri, vt quomodo vis morborum pretia medentibus, ſic fori tabes pecuniam aduocatis ferat.*

Sæpius atenim corrumpi aduocato-

Digitized by Google

A rum animi pretio ſolent, ne verba quẽquam aduerſus faciant, & pecuniarum valore ſilentium, illorum demonſtrant in damnum, quotum ſuſcipere defenſionem cogantur, & eo fermè modo, quo ſe Mileſiorum erga legatos geſſit Demoſthenes: nam cum illi ad petendum venirent auxilium audacterque ipſe reſponſum dediſſet, nec eos ope dignos, nec Athenienſis ex re populi in defenſionem ſuſcipiendos, illi poſterũ
B iuere ad ipſum in diem, pecuniarumque afferentes, ſunt precati ne cauſam ageret contra: vnde poſtridie illum in medium lana collum, ceruiceſque circumuolutum prodijſſe ferunt, ac ſe dicere neutiquam poſſe affirmaſſe, quoniam angina torqueretur; quis attamen de populo reſponſionem attulit, non angina illum, ſed argentangina fatigari: quam equidem Demoſthenis verſutiam
C ex Critolao relatam, de Demade Rhetore Gracchus in oratione adducit: cum ita poſtmodum loquatur. *Vos Quirites ſi velletis ſapientia, atque virtute uti, & ſi queritis neminem noſtrum inuenietis ſine pretio huc prodire: omnes nos, qui verba facimus, aliquid petimus:* Sed quid mirum?

Cauſidicum rebar miſero dare verba clienti,
D *Non dare cauſidicus, vendere verba ſolet.*

Sed, non ex eo quia exceſſum commiſere Aduocati in capiendo, & improbi debent nominari, & ignaui, ac ſua defraudari debent mercede, at ſuſcipere ſibi poſſunt, vnde ad vitam neceſsaria ſortiantur, & ſubſidia deſumant, *l. ſi quis 9. C. de aduocat. diuerſ. Iudic.* vbi *& vnde ſibi vitæ ſubſidia com-*
E *parabat remeandi habeat facultatem*, vbi Barboſ. *in coll. DD. num. 2.* ex quo affirmatur, officia ex quibus vitæ comparantur ſubſidia, neutiquam eſſe adimenda, vel impedimento, ni grauis interueniat cauſa, ſuſpendenda: vt etiam Maſtrillus *de magiſtrat. lib. 1. cap. 27. per totum*. Pluribus vbi ampliationem ducit formis, *& 26. à num.* exceſſionem facit; muneris quamquam ad F
beneplacitum facta conceſſio fuerit, & clauſula *quoad placuerit* ſit adhibita; æqua namque niſi cauſa adſit, nullam poterit reuocationem pati, & 32. aſſerit *num.* quod minimè valet diminutionem ſubire, taliter, vt iuſta officialis abſque cauſa reuocatus, poſſeſſorijs opem excipit remedijs: vt ſcriptum reliquit *num. 33.* Barboſa *loco citato nu. 6.*
Nam vltra, quod huiuſmodi ſoleat infamiam ſuſpenſio aduehere, vitæ etiam G
aufert ſubſidia: inanis etenim aduocatorum partes fouet labor, quem nulla ſubleuant præmia; nec ſummum quidquam hoc reputauit Toloſanus *loco citato ſub num.* 12. Si pro beneficio, clientique allata defenſione: ac naturali inſtinctu, ſtimuliſque dictaminis ſuorum remunerationem ipſe ſudorum accipiat. *l. ſed, & ſi lege 28. §. conſuluit, ff.* H
de petit. hereditat. l. Attilius Regulus, de donationibus. Ac tali modo certum eſt licitum aduocato haberi, vt iuſti venditionem faciat patrocinij per Tex. *in cap. nam licèt 11. quæſt. 3. cap. non ſanè 14. quæſt. 5.* Cum nemo propriæ detrimento perſonæ. Alteri beneficium aduehere adſtringatur. *l. in commodato §. ſicut ff. commod. cap. precariè 10. quæſt. 2.* & hoc verum dicit eſſe Gloſa *in dicto cap.* I
non licèt 11. quæſt. 3. Si ſuum aduocatus, ni magni frontis ſudores librorumque ſtudia interſint, obire munus valeat; quoniam ſi dare extemplo reſponſum poſset, hanc gratis debet opem elargiri. Probatur attamen illum quidquam ſibi ex aliorum liberalitate deſumere, cum plurima, quæ honeſtè neutiquam petuntur, honeſtè accipiantur. *in l. 1. §. proinde in fine, ff. de extraordina-* k
rijs cognitionibus. & Tex. *in l. quiſquis, §. nemo C. de poſtulando*; ibi, *& nemo lex, ex his quos licebit accipere, vel decebit, aſpernatur habeat, quod ſibi ſemel, affici gratia libero arbitrio obtulerit litigator.* Proprium eoquod munus, haudequidem nociuum debet alicui haberi. *L. ſed ſi quis, ff. de teſtam.* Tali quoniam modo aut breui aduocati tempore famis tyrannide vitæ

perio-

A periodum concluderent, vel ſua conſu-
merent. Licitum igitur eſt honeſtum-
que, vt præſtanda honorarium ſumant
pro aduocatione, alia namque forma
fruſtra leges venirent, quæ filijs familias
aduocatis caſtrenſe velut retinere pe-
culium concedunt *l. fori tui 4.* vbi Bar-
boſa *in coll. num. 1. C. de aduocatis diuerſ.*
Iudic. Magis namque ad honorem quàm
alia tribuitur ex cauſa; nec illud quidē
B nuncupari merces valet, legalis eum
ſcientia, quæ iſta exigit, nullo vendi
precio poſſit. *l. 1. §. proinde. ff. de varijs,*
& extraordinarijs cognitionibus.

Solitis autem debent Aduocati mu-
neribus eſſe contenti, nec auri eos de-
cet auiditatem demonſtrare, liberales
imò potiùs animos oſtendant. Quemad-
modum, & ſupra relatus Corneus, &
Thomas morus Anglus extitere, qui
C cum vitæ congrua ſibi alimenta para-
ret, nulli amicorum vtrumque denega-
uit conſilium, magis illorum conſulens
emolumentis, quàm ſuis; pleriſque etiā,
vt componerent litem, ſuadens, mino-
ris putans detrimenti, vt quies haberé-
tur, quàm proprium abiret in iacturam
lucrum; imò ſi litem agere contigerit,
plus pecuniarum remittebat, quàm ſibi
à clientulis reciperet: vt eius in vita
D ſcripſit Eraſmus.

DE HIS, QVAE AVFVGERE Aduocati debent.

Cap. 3.

EX proximis fuit explicatum, quod
ſeſe tributis contentos coguntur
E Aduocati muneribus æxtimare; & quo-
niam aliqui propriæ poſthabito coſciē-
tiæ ſtimulo, & neglectæ famæ viuacita-
te in multa irruſit indecora cum aduo-
cationis ob officium plurima peragant
in honeſta: de illis ergo hic pertractabo,
quæ fugere ipſos deceat, & litis eoquod
verba feci de quota, propterea primò
de hoc ſermonem inſtituam quod in-
congruum, opere: de quo extat Tex. *in*
l. ſi qui aduocatorum 5. C. de poſtulando: F
per quam elicitur diſpoſitio, illum qui
pactum de litis quota promit, cum gra-
ue inſurgat damnum, & prædam in liti-
gatoris facit detrimentum, at in illicito
verſatur, & lucro priuari opus eſſe, &
officio: ſic Petrus de Gregorio *ſyntag.*
iuris lib. 49. cap. 3. num. 33. Tiraquel.
de nobilit. cap. 29. num. 47. Carpanus *in*
Stat. medìolan. cap. 429. vol. 1. Vrſil. ad
Afflictum *deciſ. 123. num. 6.* Vincentius G
de Franchis *dec. 264.* Viuius *comm. opin.*
28. Roland. *conſ. 36. num. 20. cum ſe-*
quenti: vol. 3. Surdus *conſ. 306. num. 10.*
Menoch. *de Arbitr. caſ. 522.* Borel. *in*
ſumma deciſ. tit. 65. num. 57. Farinac. *in*
praxi criminali quæſt. 106. per totam. Hoc
etenim ex pacto crudeli aduocati pe-
ctore, ac prædæ reputantur amatores: vt
dixit Plotus *de in litem iurando, §. 16.*
num. 8. verſ. & dicitur eſſe depræcator H
Virgilius Boccac. *tract. de pactis parte 3.*
num. 23. vbi *num. 47. verſic. tertio paci-*
ſcentes, & num. 48. Quo affirmatur in
loco; quod litis pactum de quota dero-
batio nuncupatur, nec non furtum. Fa-
rinac. *loco citato num. 66.* minimi quam-
quam valoris litis quota exiſtat. Rolan.
conſ. 36. num. 2. lib. 3. Farinac. *num. 27.*
dicta qu. 106. Iure igitur optimo, abſque
eoquod alia Iudicis adſit ſententia, pro- I
prio aduocatus denudatur munere: vt
per Plotum *de in litem iurando, §. 16. n.*
8. verſic. & priuatur ipſo iure Farinac.
dicta quæſt. 106. num. 4. vbi *num. 6.* ne-
ceſſariam affirmat haberi ſententiam,
quæ, non circa priuationem, at delicti
declarationem occurrat, quæ cum fue-
rit ſequuta, ipſo venit iure priuatio.

Huius vero diſpoſitio generis am-
pliationem ex doctoribus illis ſortitur K
in Aduocatis, procuratoribuſque qui
literarum periti, & in matricula neuti-
quam ſint deſcripti. Gramma *deciſ. 73.*
num. 13. Marcabrunus ab Anguil. *conſ.*
45. num. 1. Menoch. *dicto caſu 522. nu. 2.*
Farinac. *dicta quæſt. 106. num. 18.* Tale
quamuis pactum ſalarij ſit effectum ſub
nomine quod honorarium in iure ap-
pellatur. Villag. *in pract. crimin. canon.*

lib.

A *lib. 9. tit. de Aduocatis rubr. fin. conclus. 14. in principio verſic. neque poterit.* Virgil. Boccac. *in tract. de pactis parte 3. nu. 41.* Farinac. *loco citato num. 27. qui in num.* 24. Declarationem adducit vim habere; ſalarij quando, vel honorarij ſub nomine litis de quota, rei ſcilicet, aut quãtitatis deductæ in litem, ac etiam victoriæ in caſu pactum efficeretur; quod aduerſè accidit, ſi certa ſalarium in ſumma; vel re moderata in litem non dedu-
B cta, promitteretur, tàm ſi litem quis vincat; quàm amittat, tale quoniam pactum valorem, & ſalarij remunerationiſque conuentio retinebit. Franciſcus Marcus *deciſ. 19. num. 2. parte 1. & deciſ. 470. num. 3. parte 2.* Idem Farinac. *loco citato num. 41.* Gozadin. *conſ. 3. num. 25. verſic. quod intelligitur.* Iacobus de Graſſis *deciſ. caſuum conſcientiæ parte 1. lib. 3. cap.*
C *8. rubri. de Aduocatis, & Procuratoribus.* Sed quid eueniet, ſi victoriæ maius quid quam in caſu ſpondeatur? diſtinctionem viſum fuit Doctoribus infra citandis eſſe adducendam: vel plus illud magnu eſſet in exceſſu; & tunc illicita promiſſio haberetur; & improba: vel in exigua veniret ſumma; & eo accidenti cõtrarium prolabitur. Nauarra *conſ. 4. & in Manuali cap. 25. num. 20.* Farinac. *lo-*
D *co citato ex num. 43.* Villig. *tract. criminano. lib. 9. tit. de aduocatis concluſ. 14.*

Ampliationem ſecundo etiam afferunt Doctores, ſi pactum de litis quota quæ certa de re, in litem deducta efficiatur: vt tenet Gozadinus *conſ. 3. nu. 25.* Guidon Papa *dicta deciſ. 102. nu. 1. verſic. nec etiam de re certa.* Franciſcus Marcus *dicta deciſ. 19. num. 1.* Farinac. *loco citato num. 29.* Qui dilatat, ſi fuerit
E facta promiſſio, quod victoriæ in caſu domus aliqua ex hæreditate, quæ agit litem tribuatur; quemadmodum etiam ſi certam pecuniarum quis polliceatur quantitatem aduocato, procuratoriue, quo in caſu pars vincat. Dempto, quod pactum, vt in victoriæ caſu palmarij detur nomine, ſit effectum. Vrſillus ad Afflictum *deciſ. 123. num. 6.* Nauar. *dicto conſ. 4. num. 1. de pactis.* Menoch. *de ar-*

bitr. caſ. 522. nu. 8. Farinac. *dicta quæſt.* F
106. num. 48. vbi num. 50. Declarationem infert vim includere, ſi palmarij ſub titulo terminata poſtquam fuerit lis pactum fuerit effectum: nam ex aduerſo occurreret, ſi illa pendens eſſet, *& num. 51.* explicationem vlterius adducit, locum obtinere, cum, quod ſpondetur; magno neutiquam in exceſſu adeſſet: illo quoniam in caſu nullam demonſtra-
ret promiſſio efficaciam, etiamſi palmarij ſit iniecta ſub nomine. Moderatum G
verò affirmat eſſe ſalarium, palmariumque ſi centum ſummam non ſuperet aureorum.

Et huiuſmodi quamuis de litis quota pactum, ſit iuramento vallatum, illicitũ equidem habebitur improbumque taliter: vt nulla ex ipſa tribuatur actio: iuxta Vrſilli ſententiam ad Afflictum
dicta deciſ. 123. num. 6. quo aſſerit in H
loco tali Partenopæo in concilio ductũ ratione iudicium Viuius *comm. opin. 381 num. 2.* Virgilius Boccac. *in dicto tract. de pactis parte 3. num. 60. cum ſequ.* Farinac. *dicta quæſt. num. 22.* Ipſo licèt ex pacto, ſi iuramentum adſit, tàm ciuili actionem de iure, quàm de canonico dari voluerint Seraphinus *de priuilegijs iuramenti priuileg. 170.* Vincent. Man-
cinus *de iuramentis effec. 253. nu. 2.* I

Ratio verò, qua de cauſa litis pactum de quota victoriæ in caſu illatum reprobum ducitur: ex Farinac. *dicta quæſt. 106. num. 2.* Affirmans eo quod ita pactum inijcientes aduocati ad calumniæ impelluntur delictum: nam ſcientes ſeſe nihil obtenturos, ni victoria veniat, quidquid poterunt agere, per fas; vt litem vincant, nefaſque pertentabunt; at
cum tàm eximij Doctoris, & aliorum K
pax non turbetur, huic dico rationi vim haud ineſſe, omnes quoniam aduocati, tàm ſi pactum adueniat, quàm ex aduerſo lites vincere nituntur, nec fas aliquid operatur, vel nefas; cauilloſi nam ex Iudice Aduocati reijciuntur: *l. 3. ff. de his, quæ in teſt. delen. l. ſi remunerandi, § Mauius ff. mandati.* Gloſa *in l. Gladius, de acquir. hæred.* Suam, quo in loco Iudex

valet

A valet ſententiam alijs fundare ex cau-
ſis, quàm ex aduocato ductis. Paris *de*
ſyndic. tit. de exceſſibus aduocatorum ſub
num. 14. Iuſtam adde quod cauſâ haud-
quaquam aduocatis prohibetur cauilla-
tionibus, malitijſque defendere, ac frau-
de in tutamen deſumere, vt dixit De-
cianus *in tract. crimin. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 18.
Prudentiæ quoniam id potius eſt ad-
ſcriptum, quàm falſitati: vt adnotat
B Gloſa *in cap. dominus* 23. *quæſt.* 2. & de
communi Ala teſtatur de Aduocato Chri-
ſtiano *parte* 2. *quæſt.* 58. cui addo Ioan-
nem Valelium *de different. vtriuſque fori*
defenſ. 5. *differen.* 5.

Duplex autem ratio ducitur ex Me-
nochio *de arbitrar. caſu* 522. *num.* 4. Et
prima quidem habetur, hiſce eoquod
ex pactis quàmplurimi litium interue-
niebant redemptores, cum lites prétio
compararent, & aduerſarios varijs ve-
C xare fraudibus non dubitarent, omnia-
que ſtruerent, quibus vel iure contra-
rios ſuperarent, vel iniuria, & victoriæ
adipiſcerentur gloriam, præmia ſibi
propoſita deſumentes. Poſterior, Ad-
uocatus eoquod, Procuratorque cauſę
in illa vt iuris particeps minimè indu-
citur; ſed vt operis, artis ſuæ, per con-
ſilium, rectumque patrocinium condu-
ctor, ac etiam locator admittitur.

D Mihi attamen potius deſumi conſpi-
citur ipſius ex verbis Tex. *in l. ſi qui ad-*
uocatorem 5. *C. de poſtulando*: vt detri-
mentum, & deprædatio, quæ improbo
ex tali reſultat clientulis pacto, ſit: vbi,
Emolumenta ſibi certa partis cum graui di-
no litigatoris. Sed enim quidquid in cau-
ſa veniat, legis eſt ſufficiens, vel clien-
tis propter damnum, vel aduocati de-
lictum, prohibitio, prout etiam placuit
E ad Gloſam additori *in d. l. ſi qui* 5. *C. de*
poſtulando.

Ampliatio tertio in Aduocatis duci-
tur, Procuratoribuſque, ac litis conſor-
tibus, vt pariter illis, qui cum litigato-
ribus intereſſe excipiunt in cauſa: ex eo
quia ſi pactum litis de quota cum alijs
inierint collitigantibus; punitionem,
ac ſi haberentur extranei incurrunt: ex

Farinacij mente *dicta quæſt.* 106. *nu.* 2. F
qui citat Boccac. *in ſæpè citato tract. de*
pact. p. 3. *n.* 33. quod ex contrario puta-
uit euenire Menoch. *de arbitr. caſ.* 522.
num. 10. Quo in caſu aduocatis ceſſio
fuiſſet, vel procuratoribus, alijſque con-
ſortibus effecta: citat Caſtrenſ. *in l. per*
diuerſas col. 1. *verſ. & hæc eſt radix, & col.*
2. *verſ. interdum impugnatur, C. mandati.*
Paris *conſ.* 19. *num.* 53. *lib.* 3. & Plotum
in l. ſi quando n. 537. *C. vnde vi.* Idem- G
que æſtimauit occurrere quo in euentu
ius in re Aduocato conceditur, vel Pro-
curatori, quemadmodum, ſi commu-
nis litem ageret hæreditas: pactum nã-
que tunc inferri de maiori, quæ ſibi dã-
da parte, valet: ex authoritate Marca-
bruni *conſil.* 45. *num.* 3. per Text. *in l. vl-*
tima in principio, ff. de mandatis. & Baldi
doctrina *in dicta l. per diuerſitas col.* 2. *C.*
mandati.

Dilatatur quarto res non ſolum, ſi H
ipſis pactum cum aduocatis initum, vel
procuratoribus fuerit; ſed etiam ſi ter-
tia in negotio perſona, vti eius vxor,
aduenerit; tali namque ex perſonæ ſup-
poſitione maior elici fraus videtur. Fa-
rinac. *num.* 47. & DD. *in l. ſi remuneran-*
di, §. Maurus, ibi: *Et ſub nomine alterius.*
ff. mandati. Boccac. *dicta parte* 3. *nu.* 29.
Marcabrunus *conſil.* 45. *num.* 10. Ex eo
quia quod ex ſe permiſſum alicui haud I
eſt inter mediam nequaquam agi per-
ſonam conceditur, cum aliquid proprio
perficere nomine quilibet impotens,
committere per ſubiectum repellitur.
l. 2. *verſ. quiſquis, ff. de adminiſtratione*
rerum Ciuitatis. Maſcardus *de probation.*
concluſ. 351. *num.* 175. *& concluſ.* 815. *nu.*
43. Farinac. *de pœnis temperandis qu.* 89.
num. 128. *& de falſis, & ſimulationibus,*
quæſt. 162. *num.* 184. & eſt Text. ex- K
preſsè hunc decidens caſum *in l. ſi re-*
munerandi, §. Marius alias Marcus, ff.
mandati: ibi: *Sub nomine alterius, & ibi*
omnes adnotant: vt pari forma litis de quo-
ta improbam aſtimetur pactum, vel Aduo-
cati, Procuratoriſue ſub nomine conceptum:
quo in caſu alij ſupponitur: idem etiam
eſt *in l. ab Anaſtaſio*, cuius materia eſt
hic

A hic valdè proxima, C. *mandati.*

Quid autem agendum ſi aduocati frater litis cum aliquo de quota paciſcatur, ſui operam fratris ipſi promittens, ac ita ſibi onus, cauſam contra quemdam mouendi, ſuiſque ducendi expenſis ſuſcipiat, vt obtenta victoria impenſum ei reſtituatur ex communi ſumma æs, & quidquid reliquum haberetur, æquali diuideret portione, nec aliquis appareat contractus, poſtmodū B eadem ſuper re, fratres inter, confectū? Enucleata hæc reperitur quæſtio doctiſſimum penes Fontanellam, ſuis in deciſionibus, qui *in deciſ.179. per totam:* cuncta vehit, quæ venire, aduocatum contra valerent, in 180. verò *deciſione* obiectis reſponſum ducitur, ſuique deciſio Senatus, Idibus Februarij anno 1633. ædita, quo in loco Aduocati reſolutio, fratriſque in fauore aducta, C cum pacti certamen de validitate haberetur. Menochij inde reijcitur opinio aſſerentis: huiuſmodi omnino prohibitum dici pactum, tàm ſi de aduocatis, quàm procuratoribus agatur; materia etenim ſtricta, & odio, pœnaque digna nec extenſionis patiens eſt, nec valorem præſumptioni illi poteſt, quàm perſonæ affert ſuppoſitio, aliæ quoniam ſufficientiam haudequidem præſump- D tiones demonſtrant, cum ipſius è ſententia, ſanguinis orta ex coniunctione præſumptio nil retineat vigoris, authoritate Manticæ *de tacitis, & ambig. conuention. lib.13. tit. 37. num. 25.* Nulla eoquod fratris in fratrem eſſet facultas, aut reuerentia, quibus aliquam in caſibus poſſet ſanguinis adducere coniunctio; aduocati vero patrocinium per fratris operam datum, nullum præbe- E bat, Senatus è mente, indicium in cauſa: ita Fontanel. à *num. 11. cum ſequent.* quamplurimæ autem litis de quota circa pactum limitationes ducuntur apud Farinac. *dicta quæſt.106.* quæ ibi videri poſſunt. Conſcientiæ ſed enim in foro, ſi nulla interueniat præſumptio, nempè quod iuſta conſpiciatur cauſa, & benè ſeſe gerat Aduocatus Canoniſtarum in placitis eſt: licitum ipſi eſſe litis pactum F inijcere de quota. Victorellus *in manuali,* & Nauar. *cap.20.n.30.* Diana *parte 2. tract.16. reſol.47.*

Summa ſecundo vigilantia curare aduocati debent, ne duplicis in patrocinij delicto ſeſe turpiter ingerant, aut litium pandere audeant ſecreta: nam ſi hoc perpatrare minimè verentur, præuaricatores erunt, ac infames. *l. Athletas. §. idem præuaricator, ff. de his qui notantur infamia, l. 4. ff. de præuaricatorib.* G Clarus §. *fin. quæſt.72.* Qua de re ſi alicuius aduocatus, delictum patrat, cum ſcienter, quidquam omittere non curet, ſuaque eueniat cauſa, vt in iacturam lis abeat, ſententiæ vis, mero iure, ineſt, at in integrum reſtitutione opus habetur. *l. minor autem §.1. ff. de minor.* Tiraquell. *de pœnis temperand. cauſa 44. num.37.* Gloſa *in l. ſi pactionem, C. de aduocatis diuerſorum iudiciorū.* Sed ſi quid- H quam, committendo, crimen agat aduerſæ ſcilicet, cauſæ penetralia, parti reuelans, illamque inſtruens, vel huiuſmodi aliquid efficiens nulla inhærebit efficacia ſententiæ. Tiraquel. *loco ſupra citato.*

Illi verò præuaricatoris notam aduocati ſortiuntur haud procuratoris, qui, cum ſui ſcripturas clientuli viderint, ac inſtrumenta, illius cauſam de- I ſerentes alteram accedunt ad partem, cauſæ illi explicare arcana nullo dubitantes modo: vt ſcripſerunt Boſſius in *pract. crimin. tit. de præuaricatoribus n.4.* Menoch. *de arbitrar. caſu 323. num.4.* vbi *in num.5.* Hos addit impropria præuaricationis crimen forma committere; propriè verò non præuaricationis, at falſi ſcelus perpatrare aduocatus, vel K procurator diceretur, ſi aduerſæ, ſecreta cauſæ, parti explanet: vt dixere Roland. *conſ.36. & num. 23. vol.2.* Menoc. *conſil.323. & num.5.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 100. num. 16.* Auendag. *de exequend. mandat. lib.1. cap.2. ex nu.24.* Farinac. *in praxi crimin. parte 1. quæſt.4. num.15.* Qua explicatas in parte pœnas reliquit, quas huius, aduocati, procurato-

A ratoreſue generis ſubire compelluntur. Quod primò ſcilicet, infamiæ notam incurrant. Aduocationis ſecundo procurationiſq; reijciantur exercitio. Quod circa litigantes tertio, mandati actione ad omnia obligati damna ſint, ac intereſſe. Vt extraordinaria, quarto, Iudicis arbitrio, punitione, facti iuxta, perſonarumque qualitatem, flagellum excipiant. Quod lata denique ſententia, B ob aduocati præuaricationem, procuratoriſque nulla etiam ipſo iure ſit, cũ reſtitutionis tamen via, vt ſupra fuit explicatum, procedatur.

Quis etenim inficias eat maximum infidelitatis ſignum hiſce è præuaricatoribus præberi? Quod maiori tunc vi augetur, ſi æquitatem, cauſæue iniuſtitiam illis notam eſſe videamus: eo namque neceſſe in caſu eſt, vt iniuſtitiæ C defenſionem aliqua ſuſcipiat ex parte: ita Syluester *in verbo aduocatus quæſ.* 13. Sanchez *opuſ.moral. lib.* 7. *cap.* 7. *dub.* 7. D.Anton.*in ſumm.p.*3.*tit.*6.*cap.*12.*§.fin. fol.*83.*col.*2.

Limitationem attamẽ adferunt Moraliſtæ, quo in euentu dubium in cauſa interſit; an iuſta ſit, vel iniqua? Et aliquam defendens aduocatus partem, illiuſque in fauorem ſe iniquè cognoſcat D aduocare ad aliam tranſire non vereatur, ſuumque reuocare conſilium non negligat: ratio præbetur à Nald.*in verbo conſilium num.* 11. eoquod opinionis variatio dubietatis cauſa haudequidem ſuſpicionem ducit: ita etiam Polibort. *in verbo Iudex*,§.2.*fol.*172. Mihi autem in votis eſt, vt à ſe ſcandalum repellere Aduocati per quam ſtudioſè curent.

E Limitationem ſecundo aduehunt, ſi diuerſis id facerent in articulis, & varia interueniret inſtantia, eadem licèt haberetur cauſa: vt ſi vnius in defenſionem partis principali agant cauſa, pro altera vero in appellatione, dummamen ſcandalum abſit, quod minimè ortum conſpicitur habere, niſi claro de iniquitate modo, vel amicitiæ, auaritiæque ſuſpicione conſtaret. Sanchez *conſ. morali lib.*6. *cap.*7. *dub.*7. *n.*3. Peregrinus autem *de iure fiſci lib.*7.*part.* 2. *num.* 10. Honeſtiorem dixit rem haberi, vt ſeſe ab aduocationis abſtineant, munere: aduerſæ quoniam ſecreta cauſæ nouerint. Nam ſi appellationis in caſu ad aliam tranſire partem non erubeſcat, verſipellis dicitur, cum irritam ſuam reddere fidem non curet. F

Reſtrictio tertio affertur, vbi omninò anceps extet cauſa: hoc etenim in caſu ſtatutum Doctores volunt, nullius aduocatum eſſe peccati, conſcientiæ in rigore reum, ſi vtriuſque patrocinium cauſæ deſumat: ex eo quia eadem in vtraque ratio reperitur; illud tamen debet, hoc, vſque in ſpatium agere, de veritate donec aliqua veniat cognitio. Summa Angelica *in verbo Aduocatus nu.* 17. poſt Roſel. & alios vide Reginald. *lib.*25. *num.*673. Azorium *par.*3.*lib.*13. *cap.*29. *dub.* 3. *quæſt.* 4. Layman. *lib.* 1. *tract.*1. *cap.*5.*num.*17. Filiuc. *quæſt.moral. tract.*40. *cap.*10. *quæſt.*5. *num.*385. Bonacin. *tomo* 2. *diſp.* 10. *quæſt.*3.*pun.*4. *num.* 8. Duorum atenim clientum patronus Aduocatus, cum litem, ipſos inter agitari aliquo acciderit in caſu, illius debet ſeſe in fauorem verſari, qui de ipſo in aduocatum, electionem perpatrarit: per ea, quæ dicit Rolandus *conſil.*45. *ſub num.*35. quamuis Speculator *lib.*1. *quæſt.* 4. circa Aduocatum dicat æquiorem debere in patrocinium deſumere cauſam. Prima namque veritati propinquior aſpicitur opinio; ſecundam ex eo quia, quoad præſtandum patrocinium, intelligi oportet, ni primæ præiudicium, ac iuris alteri, prima ex promiſſione, quæſiti detrimentum interueniat. Doctores penès Cancer, *variar.reſolut.tit.de procurat.nu.*71.*vſque ad* 77. G H I K

Limitationem quarto faciunt, ſi magna id in temporis diſtantia euenerit, & ratio habetur: quoniam quo magis ad ſenectutem aduocatus appropinquat, veritatis eo plus habere cognitionem reputatur. At hac valdè circumſpectus in re, ob ſcandali originem, debet ad-

A uocatus eſſe : ita Nald. *in ſumm.in ver-*
bo conſilium num. 11.*& in verbo Doctores*
*num.*12.

Quinta vehitur limitatio, quo in ca-
ſu aliqua Procuratoribus, Aduocatiſ-
que pars propria oſtenderit iura, & iu-
ſtam poſtmodũ recuſauerit mercedem
tribuere, aut aduocatum deſeruerit, cũ
ad alium tranſeat: eo namque affirmant
in accidenti permiſſum ipſis haberi, vt
B alterius in fauorem partis, ad tutamen
deſcendant,ſi dubium adeſt in vtraque,
addas etiam non vetari, vt vni conſiliũ
præbeant, alteri vero patrocinium præ-
ſtent: vt dixit Peregrinus *de iure fiſci*
*lib.*7. *tit.*2. *num.* 11. Plurimos affirmans
oretenus quidquam ex aduocatis per-
contari, quid aliquo ſentirent de pun-
cto; & aliorum deindè opera vti: inci-
dens namque conſultatio nullum ponit
C impedimentum, vt contrariam aduo-
catus partem defendat, motus autho-
ritate Baldi, ac Doctorum, quos ille
citat.

Aduertere tertio Aduocati debent:
vt defendendas ſeſe ad cauſas nequa-
quam præcingant, ni & vigilanter, di-
ligenterque rationes ſub examine po-
ſuerint, ac iura: ſapienter enim æqui-
tatem, & quæ in propoſita interuenit
D cauſa debent, probabilitatem inſpice-
re; quod ſi parum illa probabilis aſpi-
ciatur, cauſæ neutiquam aſſumere tu-
tamen coguntur, ſi verò minus, quàm
aduerſa ſit cauſa, nullo aſſerere modo
ipſis permittitur, probabiliorem ſibi il-
lam, vel æquè probabilem videri; gra-
ue namque mendaciu . profert,& cliẽ-
tis interdum occurreret detrimentum.
Lugo *de principijs Theologiæ moralis p.* 1.
E *cap.*3. *quæſt.*9. *num.* 76. Præpoſitus in
prima ſecundæ quæſt. 19. *artic.* 6. *dub.* 5.
§. 1. Ioannes Henriquez *in compend. ca-*
ſuum moral. cap. 1. 5. 3. *num.* 19. Diana
*part.*9. *tract.*8. *reſolut.* 62. Vt iuſtitiam
atenim aduocatus in defenſionem in
cauſis ſuſcipiat, illis tantum præſtare
patrocinium, quas æquas videt, ne li-
tigantium ſeſe iniuſtitiæ admiſcens il-
lorum reus efficiatur criminum, adſtrin-
gitur. Nec prætereas,quod ſæpiùs ma- F
li eſt author aduocatus, cum clientem
extimulet, forſitan haud litigaturum,ſi
veritatem cognoſceret, ac æquitatem
circa factus certior fuiſſet: vt explica-
tum ex Ioſepho Angles *in flor. Theolog.*
quæſt. de iniuſtitia Aduoca. & doctrina
Diui Thomæ 2.2. *quæſt.*71. *art.*3. quem
ſequuntur Caietanus, Salon, Bannes,&
Aragona, ibi Sotus *artic.*3. Paris de Pu-
teo *de ſyndicat. rubr. de exceſſib. Aduocat.* G
*num.*12. & tradunt DD. *in l.non nonam*
§. *patroni, ff. de iudicijs.* Filiuc. *tract.* 40.
*cap.*10. *quæſt.*4. Leſſius *de iuſtitia, & iure*
*lib.*2. *cap.*29. *dub.*6. *par.* 1. Sayrt. *de præ-*
*ceptis lib.*12. *cap.*22. *num.*4. Tali propte-
rea ex cauſa alieni rei criminis dicun-
tur, omniaque ad ſoluenda, & damna,
& intereſſe, ac, quas fecerit pars, expẽ-
ſas, tenentur: vt notauit Aegydius Bæſ-
ſeus *in flor. Theolog. moral. in verbo Aduo-* H
*catus n.*6. Roderiq. *in ſumma* 1. *par. cap.*2.
& alij.

In quo ampliatio à Theologis infer-
tur, tàm ſi id Aduocatus patret, vt cau-
ſæ obtineat victoriam, quàm ſi hoc ve-
lit differre, aut vt in concordiam par-
tes inducat, & pacta inijciat, ex quibus
damni aliquid cliens perpetiatur. Nul-
lo namque tempore iniquæ defenſionẽ
cauſæ decet aduocatum ſuſcipere, tàm I
ſi ad ſcandalum, quod inde poteſt or-
tum ſortiri, reſpiciatur, quàm ad vexa-
tionem, qua conuenitur aduerſarius: nã
alij, abſque eoquod excrucietur con-
trarius, inueniri modi poſſunt D. Anto-
ninus *part.*2. *tit.*1. *cap.* 19. §. *fin.* Ioſeph
Angles *dicta dub.*4. Sayrt. *lib.*12. *cap.*13.
*num.*14. *verſ. qui igitur.* Nald. *in ſumm.*
in verbo aduocatus num. 10. Et dicta non
ſolum vim retinere affirmant, quo, in k
totũ iniuſta cauſa exiſteret cauſa, at, eũ,
licèt iniqua eſſet, iuſtum haberet caput,
ex quo aduerſarium ille vexare non
deſiſteret: vel cum principale iuſtum
impedimentũ adduceret, differre cau-
ſam quærat, & præuertere: nam cauſæ
non ſolum principium, medium, ve-
rum etiam, finemque æquum eſſe opor-
tet. Reginald. *cap.*25. *num.*671. Angles
qui

A qui ſupra *dub. 2. col. unica artic.* 380. Roderiq; *parte 1. ſumma cap.* 2. Graff. *deciſ. cap.* 8. *prima* in principio Ioannes Petrus de Ala *de Aduocato Chriſtiano quaſt. 36. parte prima in fine*: ex quo aſfirmatur quod, quamquam iuſtum aduocatus caput proſequatur, quod principalis minimè cauſæ reſpiciat ſummã, ſi principalis attamen cauſa iniqua extet, nullo exemptus modo eſse aduoca-
B tus poteſt: hac quoniam forma impedimentum cauſa excipit, & innocuo detrimentum aduerſario ducit, vt fuit ex Ala declaratum.

Quo autem in caſu iuſtæ veniunt, at nimia cauſæ in multitudine, quas Aduocatus auidè complectitur, itaut innumeris obruatur negotijs magno ſeſe peccandi exponit periculo; cum nequaquam licitum, abſque eo quod cõcien-
C tiæ interſit macula, ipſi habetur, vt illas accipiat cauſas, propriam quibus diligenter operam impendere minimè valeat; quemadmodum circa Medicos affirmaui, qui plurimorum curam aſſumunt ægrotantium. Gloſa *in cap. diuerſis extra de clerico coniugato* Speculator *de Aduocato num.* 14. Carbo. *de reſtit. quaſt.* 51. *in fine verſic. in eo etiam.* Vt æquali modo quoad illum aſſeritur aduocatum
D qui graues in curam cauſas, & maximi ponderis aſſumit, & ſeſe imparem noſcit, vel noſcere deberet experientia eſſe, illas circa, & doctrina: iſti namque legum potius dolores nuncupantur, quã Doctores: vt ſcriptum reliquit Angelus *in l. 1. ff. de poſtulando.* Neizanus *in ſylua nuptiali lib. 5. tit. quomo: iudicandi num. 6.* Homobonus *de ſtat. parte 2. cap. 5. num. 5. verſic. nec ſufficit.* Cum ad il-
E larum prius litium curam Aduocatus incumbere proprio cogatur ex munere, quas primò ſibi deſumpſerat, cum nouas in patrocinium neutiquam accipiat, eaſque alicuius, in quibus iniuſtitiæ minimè poſſit interuereuenire periculum, non negligat: vt dixit Angles *vbi ſupra dub.* 4. Dempto quod, in mora, nouis adueniret damnum, & primæ, non talem exigerent alacritatem, ne in iactu-
ram abirent, ſi auxilium non ferretur; F
quod boni debet arbitrio viri remitti: vt declarauit Salon 2.2. *quaſt.* 71. *artic.* 2. *concluſ.* 3. Ex quo etiam aſſeritur huiuſmodi aduocato nullam eſſe dandam à peccatis abſolutionem, ni ſeſe à tantarum copia litium longè iturum promiſerit Lancellot. Polit. *de off. aduocati, verſic. quale debet eſſe officium aduocati in cauſas ſuſcipiendo*: Quo affirmat in loco furti
crimen ex Aduocato perpatrari ſi negotia ſuas vltra vires ſuſcipiat, cum illud G
circa opus alijs conueniat ſeruitium præſtari: Aduocatum etenim decet, vt paucas potius, quas benè agat, cauſas deſumat, quàm multas, in quibus imperitè verſetur: vt dixit Ala *vbi ſupra quaſt. 36. parte* 1. & notauit Angles *dicta dub.* 4.

Omni quarto diligentia debent aduocati curare ne ſuam ſophiſticis in ſen-
tentijs falſiſque vel abrogatis ſenten- H
tiam fundent, fictoſque textus extortoſque aduehant: ita etenim de falſi crimine punitionem excipient. *l. quiſquis C. de procuratoribus.* Bartol. *in l.* 1. *C. ad legem Corneliam de falſis*, & notauit Filiuccius *tract.* 40. *cap.* 10. *nu.* 281. *punct.* 5. Aduocatus veris è legibus, authoritatibuſque firmatum doctriniſque demonſtrabit iudicium non autem in con-
uicijs figmentiſque conſtitutum. ita Fi- I
liuc. *loco citato num.* 280. & Reginald. *lib.* 25. *cap.* 55. *num.* 637.

Animaduertant Quinto Aduocati, ne ita viliter ſeſe in officio gerant, vt quaſi in opprobrium cum munere tranſeant cauſarum ſuſcipientes patrocinium, ſi paruę ſalarium quantitatis tribuatur. At illud memoriæ fixum teneant dictum allatum *in cap. infames verſic. nam ſi lu-
cro 3. quaſt.* 7. & adducit Viuius *deciſ.* K
123. *num.* 1. Aduocatum vili agentem lites pretio in contemptu habendum, & nullo dignum honore; at verba citati textùs in promptu ſunt, audiant Doctores. *Nam (inquit) ſi lucro, pecuniaque capiantur veluti degeneres, inter viliſſimos, numerabuntur.* dicit Gloſa ſine qua textus minimè, ad rem, diceret; in verbo

Digitized by Google

A pecunia, ſi ſcilicet modica exiſtat, ita, vt ſenſus ſit, quando exiguo agant pretio, & inutili ſumma captentur, viliſſimos reputari homines, opus eſſe: cunctis quoniam anteponi rebus honor debet. Qua de re nil mirum adducat, ſi lucro proſpicientes Iuriſconſulti maxima aſpirent ad ſalaria, omneſque faciant conatus, ne in tam præclara humiles reddantur ſcientia, nudique illius
B appareant ſub vmbra: ita Fontan. *deciſ.* 427. *à num.* 18.

Summo Sexto Aduocati ſtudio inuigilent ne iniunctum ſibi alijs præſtare patrocinium recuſent, ne à foro eijciantur, & aduocationis priuentur munere. *l. prouidendum C. de poſtulando.* Guidon Papa *deciſ.* 561. Cappel. Tholoſ. *deciſ.* 481. *incipiens: item fuit quæſitum numquid Aduocatus.* Miſyngerius *obſeruat.* 32. *centur.* 4. Gail. *obſeruat.* 43. *ſub num.* 1.
C *lib.* 1. Legitimam dempto, quod excuſationem obtineant. per Text. *in l. penult. ff. de poſtulan.* Rolan. à Valle *conſ.* 45. *nu.* 51. *vol.* 1. veluti Reipublicæ, vel Patriæ, aut fiſci recuſet defenſionem aſſumere, ſuam vt cauſam filiorum, parentumue, aut pupillorum, quorum gerit tutelam, pertractet; quemadmodum aliquando patrocinium, amicos aduerſus, præbe-
D re, ſæpius non adſtringitur: vt dixit Petrus Rauenna *in tract. de compromiſſis,* §. 1. *Gloſ.* 3. *nu.* 104. quem ſequutus fuit Petrus Ceuedo *collect. iuris canonici parte* 1. *cap.* 28. *num.* 22. Marſil. *conſ.* 119. *num.* 16. *vol.* 2. *& ſingul.* 210. Placentinus *in ſumma Cod. lib.* 2. *tit.* 7. Et præcipuè debent curare, pauperum ne cauſas in defenſionem aſſumere recuſent: iſtorum etenim in fauorem lites grato
E coguntur ex animo agere. Gloſa *in verbo, pauperes, in cap. ſtatutum,* §. *inſuper, de reſcriptis num.* 6. Menoch. *de arbitrar. caſu* 369. *ſub num.* 4. *lib.* 2. *centur.* 4. Guidon Papa *deciſ.* 561. Caccialupus *in tract. de aduocato quæſt.* 3. *num.* 10. Benincaſa *de priuilegijs pauperum, in primo ſpeciali iudicij num.* 9. Baldus *in l. ſi furioſi, in vlt. notabil. C. de nuptijs.* Abb. *in cap.* 1. *de officio Iudicis ordinarij.* Nauar. *in ſumma confeſſor. cap.* 25. *nu.* 30. & alij F
quamplurimi. Peccatum quoniam Aduocati committunt, ſi pauperum cauſas gratis renuant in tutamen accipere Albericus de Roſatis *in l. nec quidquam,* §. *fin. & in l.* 1. *C. de naufragiis* Gloſ. *in* §. *ſit nobis quoque authent. de mandatis principum, in verbo, gratis.* Filiuc. *to.* 2. *tract.* 40. *cap.* 10. *nu.* 286. Rolandus *conſ.* 87. *num.* 28. *lib.* 2. Taliter, vt ipſorum deſcendere in auxilium aduocati indignātes compelli ex Iudicis facultate, ad G
præſtandam pauperibus opem, valent, ſub pœna, quod ex munere eijciantur, & mulctam ſubeant. Felinus *in cap. ſi pro debilitate col.* 8. *de officio Iudicis delegati* Abb. *in dicto cap.* 1. *de officio Iudicum* Rolandus *loco citato n.* 29.

Quo autem in caſu honorarium ex miſerabili exigat recipiatque obtenta reſtitutionem facere de pecunia obligatur: nam gratis pauperi auxilium du- H
cere cogitur. Sayrt *in claui Regia lib.* 12. *cap.* 23. *num.* 28. *& ſequenti.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi parte* 3. *allegat.* 79. *n.* 33. Borel. *tit.* 65. *de Aduocato num.* 38. Exteriori quamuis ex pauperum malitia oriri neceſſitatem certum eſſet, non obſtante quod meritum hoc potius, quàm charitatis diceretur obligatio. Ita Nald. *in verbo, charitas num.* 4. Azzorius *tom.* 2. *lib.* 12. *cap.* 4. *quæſt.* 7. Quorum in fa- I
uorem quiſquam, & ſi mandatum non interueniat, cauſæ defenſionem ſumere, poteſt, actionemque, & audiri neceſſe eſt. Vnde accidit, ſententiam Eccleſiæ in emolumentum adductam cum procurator illegitimè ſit conſtitutus valorem includere. Tiraquel. *de priuilegijs pia cauſa priuil.* 151. Barboſa *de iure Eccleſiaſtico parte* 2. *lib.* 2. *cap.* 13. Quemadmodum etiam mandatum pias effe- k
ctum ad cauſas, mandantis nullo modo funere dæletur, & ſi dubium adſit, piæ in fauorem cauſæ inferri iudicium decet, & admitti fœmina eorum in teſtimonium debet: vt ex pluribus affirmauit Doctoribus Barbo. *dicta parte* 3. *cap.* 13. *num.* 44. *& ſequentibus.*

Limitatio tamen ex Doctoribus conſtitui-

A ſtituitur citata authoritate Diui Thomæ 2. 2. *quæſt.* 71. *artic.* 1. Quo in caſu alius in promptu haberetur, & patrocinium recuſauerit ducere: notatum autem illud verbum, *vellet*, dicunt, eoquod ſi alij reperiuntur, qui hoc poſſint agere, nec velint, adhuc aduocatus alter in obligatione perſiſtit; & hac de cauſa, phyſica neutiquam de potentia intelligi conuenit, at de morali, quæ nimirū B prudentum iuxta mentem actui minimè ſit incongrua. Sotus *de iuſtitia lib.* 5. *quæſt.* 8. *artic.* 1. Sanchez *conſ. moral. to.* 1. *lib.* 1. *dub.* 5. *num.* 29. Reginald. *in praxi fori pœnitentialis lib.* 4. *num.* 251. Palacius 4. *diſtinct.* 15. *diſput.* 16. Viguer. *inſtitut. moral. lib.* 12. §. 2. *verſ.* 5. Vt æquali ratione ſi hoc haudquaquam perpatrari, ni & grauiſſimum interueniret aduocati, detrimentum, poſſet, cum nimirum C aut in vitæ diſcrimen, vel in honorum, bonorumque iacturam, ſimiliumque adduceretur, nulla cogitur forma: Charitatis namque opera tantum non compellunt ad onus, & incommodum; dempto quod maius periculum, animæ ſcilicet, ſalutiſque occurreret. Sayrt. *lib.* 12. *cap.* 23. *num.* 5. Coninch *diſp.* 27. *dub.* 8. *à num.* 134. Suarez *de charitate diſput.* 7. *ſect.* 4. *num.* 4. Filiuc. *quæſtionum* D *moralium tractat.* 28. *cap.* 3. *num.* 288. *tom.* 2.

Quis vero excuſationem dicat Aduocatis tribui, ſi proprium pauperibus aduehant patrocinium, ad hoc, vt ad faciendam ſalarij, honorarijque ſolutionem obligetur; cum vires ille habebit, vel vnius inter anni ſpatium, in quo proprijs ſperat miſer ille defenſioni ſatisfacere laboribus; aduocatus namque obnoxius videtur grato auxiliū animo E in neceſſitate afferre. Vnde hoc in caſu, cum pauperem obligatum velit, non dicitur illi gratis opem tribuere, temporis licèt interuallum adſit: vt è ſimili aſſerunt Doctores eleemoſynam ex illo neutiquam præberi, qui maxima conſtituto in anguſtia quidquam, non gratis, at mutui titulo contractus donet. Sotus *lib.* 4. *de iuſtitia quæſt.* 7. *art.* 1. *ad* 4. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 4. *ca-* F *pit.* 20. *num.* 260. Coninch *diſp.* 27. *dub.* 9. *num.* 153. Azorius *parte* 2. *lib.* 12. *cap.* 19. *quæſt.* 9. Limitationem tamen ſupradictæ Doctores ponunt doctrinæ: quo ſcilicet in caſu in alia pauperi parte bona eſſent, quæ ſufficientiam ad faciendam honorarij ſolutionem includerent: vel aliundè ventura, miſer ille ſperaret; puta, ſi alienigena exiſteret, ſuoſque expectaret redditus, aut proprijs ex laboribus pro victu ſuperfluum, ac veſti- G tu retineret: hunc eoquod haudequidē ſimpliciter egenum vocari, vel in neceſſitate reperiri exiſtimarunt: ſicut benè cum alijs adnotauit Bonacina *tom.* 2. *diſput.* 3. *quæſt.* 4. *punct.* 6. *num.* 15. Diana, qui alios affert *in parte* 5. *tract.* 8. *reſol.* 5. *verſ. ſed ſi aliquis*. Adſtringitur etiam pauper ſalarij ſolutionem facere, cum fauorabilis allata fuerit ſententia, & redditus ipſe locupletior ſit; ratio ha- H betur. Eoquod ei auxilium ducere pro illo cogebatur aduocatus tempore, quo indigentia illum fatigabat. Vnde cum tranſegerit neceſſitas, neutiquam obligatus eſt, vt gratis opem ferat, & ſolui honorarium illo ex miſerabili oportet, boni arbitrio, viri, cum & loci, & temporis habeatur conſideratio, & laboris: ita ex Valentia *tom.* 3. *diſput.* 3. *quæſt.* 9. Reginald. *lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 260. & I Bonacina *loc. cit. verſ. concedo.*

Curent ſeptimo aduocati, ne ſcripturæ in iudicio productæ ſuo explanationem faciant ore: eoquod ſi falſa exiſtat, velut falſarius perpeti punitionem debent. Gloſa *in l. falſi nominis, ff. ad legem Corneliam de falſis.* Demas tamen, ni ex ignorantiæ prætextu excuſationē excipiant. *l. impuberem*, §. *qui codicillos*, K *ff. eodem.* Propriam namque priùs decet ſcripturam inijcere, & ſub conſideratione ponere; an ſuſpecto raſura in loco adſit? aut etiam interlineatura: vel abolitio, & cancellatura; vel quidquam huiuſmodi interueniat? *l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollendo, cap. inter dilectos, de fide inſtrumentorum.* Quo autem in accidenti falſum, & inſtrumentum, & teſtem

A teſtem è ſcientia legerit punitionem,
velut falſi reus criminis exiſtit; cum ta-
men de ſcientia conſtiterit, ignorantia-
ue, haberi debet legentis circa perſo-
næ qualitatem conſideratio: inſpicitur
etenim an honeſta extet perſona, vel
diues, & vlla ſine ſuſpicionis vmbra?
vel è contra improba, inopſque quæque
talia odio, gratia effecerit, lucroue.
l. non omnes, §. *à barbaris, ff. de re milita-*
B *ri, l. 3. in principio, ff. de teſtibus, l. vnica,*
C. ſi quis imperat. maledixerit, l. in fundo,
ff. de rei vendicat. Speculator *de Aduoca-*
to, §. *vtriuſque num.* 13. Ex quo etiam
aduertitur, vt aduocati caueant, ne ver-
bis prouocati ſumere vltionem velint,
at, congruum cum expectent tempus,
rationis clypeo ſui tutamen ſuſcipiant.

Quod ſi de falſo publicis facta ſit
lectio in tabulis, & publicum illa ten-
derit ad detrimentum læſæ Maieſtatis
C incurrit aduocatus crimen. *l. 2. ff. ad le-*
gem Iuliam Maieſtatis vbi Gloſa: *Et non*
ad læſionem tertij, & in l. falſus, ff. eodem.
Puteus *de ſyndic. de exceſſib. aduocat. nu. 7.*
fol. 90. à tergo.

Sed enim ſi eorum aduerſus allega-
tiones ſint authoritates adductæ haud-
equidem illas negare contraria debet
pars: vt voluit Fontanell. *deciſ.* 570. *n.* 2.
Ad ſuum cogitur facere conatum, cum
D Doctorum oſtendant opiniones non
propoſitis, at in diuerſis militare caſi-
bus; Fontanella namque affirmat, plu-
res conſequi victorias hac procedendo
forma, quàm, cum receptis ſe autho-
rum doctrinis, ex aliquibus opponat
quiſque rationibus, quas imbecillis cõ-
cipere intellectus valeat, quæ vel me-
diocriter conſideratæ voces, præterea
nil eſſe conſpiciuntur: talis eſt citati
E Fontanellæ opinio loco ſupra ducto.

Studeant octauo ne Iudici quod ex
veritate longè eſt, referant, eoquod ſi
hoc audeant, falſi adſtringuntur pœna:
l. 1. vbi Gloſa *ff. de falſis*. Ex qua aſſe-
ritur, eum, qui nummos recipit, vt fal-
ſam conficiat aduocationem, eumque
Iudicis qui animum corrumpere tentat
falſi pœnæ obnoxium haberi. *d. l.* 1. §. 1.

Læſæ eoquod Maieſtatis crimine ſimi- F
litudinem retinet, vbi Gloſa *in verbo*
aduocationem l. prima, & in authen. ibi po-
ſita, C. de pœna Iudicum, & in l. qui falſi,
§. 1. *eodem tit.* Quod aduocatus in loco,
falſum qui recitare inſtrumentum non
erubuerit, quinquennij perpeti per ſpa-
tium exilium debet, quemadmodum
etiam ſi publica ſubtraxerit inſtrumen-
ta, falſi quamuis pœna minimè tenea-
tur, illa tamen corrigitur lege, ſi cor- G
rumpat, eſt in placitis Paris *de ſyndicatu*
loco ſupra citato num. 11. adducens Text.
in l. Paulus. vbi Gloſa, & Bartolus *ff. de*
falſis. Vt pati forma, ſi verum celet,
vel quidquam, vt verum non conſpi-
ciatur. *dicta l. Paulus*, §. *Paulus*. Quod
intelligi Paris vult: quo in caſu verum
abſconditur, vt nemini appareat; quod
ex contrario eueniet, ſi vni ſolum, *l.* 2.
§. *ſi quis dolo, ff. de tabulis exhibend.* vti
æquali ratione ſi falſas adduceret leges H
falſi adſtringi pœna voluit. per Textum
in l. fin. ff. ad legem Corneliam, vbi Gloſa
explicauit deportationis occurrere pu-
nitionem.

Aduertant nono Aduocati ne conſi-
lium de poteſtate Principi denegando
præbeant: plurima namque mala origi-
nem indè ſuſcipiunt, ac diſcrimina, ex
quibus longè quiſque aufugere nititur;
nam in Regem loqui os in Cœlum po- I
nere denotat. Bald. *conſ.* 248. *in fine*
lib. 1. Illis vt etiam in cauſis, de Princi-
pis in quibus agitur patrimonio, ac fi-
ſci: ad Principis namque iuſtitiam par-
tes remittere, ac ſeſe à cauſarum deci-
ſione fiſcum aduerſus, debent abſtine-
re. Baldus *conſil.* 253. *in fine lib.* 1. Tu-
ſcus *litera D. concluſ.* 232. Qui ſuum au-
tem in malè munus conuertit, ex aduo-
cationе repellitur; & illo præcipuè in k
caſu, publicis quo de rebus conſilium
præſtaret, illudque in Regis præiudi-
cium conſultaret: per Textum *in l. mo-*
ris, ff. de pœnis. *Erit illa pœna, ne quis in*
negotijs publicis introueniat; vt circa fa-
ctum, cuidam Neapolitano Iuriſperito
accidit; cui carceri iniecto fuit interdi-
ctum, ne publicis poſtmodum afferret

con-

A consilium de rebus: illius etenim Syn-
daco Ciuitatis explicarat: neutiquam
Locumtenenti Generali pro tunc con-
ſtituto, cum Prorex non haberetur, ob-
uiam eundum: vt teſtatur Surgen. *de*
Neap. illuſtr. cap. 27. *num.* 6. Thoro *in*
ſumma deciſ. in verbo aduocatus. Quem-
admodum nec litigioſis ſuper rebus, ip-
ſe circa quas aduocatus quidquã quæ-
reret: ex eo quia cum alterius ad fauo-
B rẽ his patrocinium bonis præſtet pro-
prio iacturam facit de iure. Surdus *con-*
*ſil.*160.*num.*32. per Tex. *l. fin. in prin-*
cipio, ff. de inofficioſo teſtamento. Tira-
quell. *de retract. ſanguinis* §. 1. *gloſ.* 9.
num. 263.

Inuigilare decimo aduocati cogun-
tur, ne alicuius fidem decipiant; ipſi
namque omni debent veritate ſuum
clientulos ſub tutamen deſumere: ve-
C ros quoniam in ſermone iuſtos in iudi-
cio, & plenos conſilio ipſos decet eſſe:
vt dixit Afflictus *in conſtitut. Regni de*
praeſt. Sacramenti rubrica 81. *num.* 4. qui
refert dictum Alberici de Roſat. *in l. ab*
Anaſtaſio, C. mandati: ex quo aſſeritur
quoſdam reperiri aduocatos, qui cauil-
lationibus armati, & aſtutia, legis con-
tra intentionem, occurrunt, plurima
inuenientes in aduerſarium falſa. Qua
D de cauſa dediti malitiæ dicuntur, cun-
cta ficte demonſtrantes, cum & repro-
bam æquitate præditam oſtendant cau-
ſam, & iuſtam repræſentent iniquam:
nil namque curant, ſi propriam amittãt
animam modicum, dummodo quod ſi-
bi lucrum acquirant; nulla quoniam
calumnia, vel tergiuerſatione ſuum de-
berit clientulum aduocati in tutamen
deſumere: vt *in* §. *ſed ſi quidem. Authen.*
E *de iureiur.* nec veri explicationem face-
re, aut illud ſimulari: nam hoc intereſt.
Sine tergiuerſatione. vt in cap. Apoſtolicæ
de re iudicata in 6. Afflict. *loco citat. nu.*6.
in fine: vbi *num.*7. querelas ita emittit.
Heu quantos ego vidi Aduocatos iuuenes
incidentes in hoc vitium, & quod peius lau-
dantur ab alijs idiotis, quod hoc eſt ſcire,
vltra Doctores ſenes, & veridicos Aduo-
catos, ita quod domus iſtorum plena eſt
clientulis ex xenijs: & pecunijs, & domus F
Doctorum ſenum: & doctiſſimorum pe-
nitus vacua ſunt. Vnde poſſumus dicere
cum Propheta: verè terra malos homines
producit, & natura prona eſt ad malum, &
homo cum honore eſſet, non intellexit. Ad-
uertant etiam aduocati notorij ne pa-
trocinium hæretici ſuſcipiant: Si tali
enim agunt modo excommunicationis
incidunt in pœnam. *cap. ſi aduerſus* 11.
de hæreticis, cap. fin. de hæreticis in 6. quod G
intelligit Decianus *lib.* 1. *cap.*20. *nu.*20.
accidere, ſi alij damnatum hæreticum
in cauſis propriam aſſumerẽt in defen-
ſionem: nam ipſi non interdicitur, eum
tueri, quem aliquis de hæreſis accuſa-
uerit crimine. Demas tamen ni hoc no-
torius in genere exiſteret, citat Carro.
*num.*114.

Plurimæ habentur etiam notatu di-
gnæ cautiones, quas attulit Puteus *de* H
ſyndicatu, titul. de exceſſibus aduocatorum:
quas aduocati perlegere non deſiſtant,
vt notum ſit, quod Ipſis aduerſetur, vel
è contra; vt etiam penes Speculatorem
tit. de aduocato. Reliquum autem hoc in
loco eſt: vt generaliter explicem; tri-
plicis poſſe reum culpæ aduocatum,
dum cauſarum gerit patrocinium, in-
currere. Grauis nimirum, ſeu Latæ,
Leuis, ac etiam Leuiſſimæ. Primam I
committit, ſi neceſſariam adhibere di-
ligentiam haud curet, vel earũ inſcius,
quæ omnes, vel imperiti, vel inexperti
præ manibus habent. Poſteriorem pa-
trat, ſi propriæ vt ſuppetunt vires, ac
diligentior ſuggerit cura, in lites mini-
mè incumbat. Vltimam tandem inijcit,
quo omnem in caſu diligentiam, quæ
moraliter ſit poſſibilis, nequaquam ad-
hibet; & licèt ea poſſideat, quę ſuum K
debet iuxta ſtatum ſcire, tamen ſcien-
tiæ vſum in promptu non retinens, quę-
quam faciat errorem. Vnde his ita cõ-
ſtitutis clarum ſit, nullo aduocatum in
accidenti de leuiſſima teneri, de graui,
ſeu lata ſemper, de leui autem nunquã,
cum patrocinium cauſis aduehunt, cõ-
pelli. ratio affertur: nemo namque ad-
ſtringitur, vt prudentior in proprio exi-

A ſtat officio, ac maiorem adhibeat diligentiam, quàm ipſiuſmet ſtatus homines & conditionis faciant: inter alios autem ſunt Leſſius *de iuſtitia, & iure lib. 2. cap. 7. dub. 7. num. 31. & ſequent.* Graff. *deciſ. part. 1. lib. 3. cap.* 8. *num.* 4. Malder. *in* 2. 2. *tract. 6. cap. 3. dub.* 10. Rodriquez *in ſumma tom.* 1. *cap.* 6. *nu.* 6. Homobonus *de ſtat. part. 2. cap. 5. num. 3. tit. de ſtatu, officio, & obligatione aduocat.* B quidquid in contrarium dicant alij, quos citat Ioannes Vallerius *in differen. vtriuſque fori, verbo damnum, diſtinct.* 1. *num.* 7. Cum propriam in eo doctrinam fundent, ſalarij eoquod ſibi lucrum accipiant, ac propterea in obligatione habeantur, vt leuis ſint rei culpæ: reſponſum namque aduehitur, nullum eſſe ſalarium, quod ad omnem viros diligentiam cogat: ſed cum proprium tantum C adſtringat officium. Qua de re ſi neutiquam compelluntur ex munere aduocati, nulla etiam è ſalario forma debent de culpa teneri: & notatum ex Nauar. *cap.* 25. *num.* 28. & alijs penes Dianam *parte* 2. *tract.* 15. *reſol.* 59. quibus accedit Paulus Layman. *ſect.* 5. *tractatu* 4. *cap.* 2. *num.* 5. Ex quo affirmatur, haudquaquam tales, dum officia ſuſcipiunt, obligatiouem ſibi deſume- D re, vt ad omnia teneantur detrimenta, quæ humani ex infirmitate ingenij valent, omnem præter intentionem, prolabi; qua de cauſa hoc debet de culpa, non merè ciuili, at etiam Theologali intelligi; quid autem conſcientiæ quoad candorem quemquam deceat? melius docebit Reginaldus *parte prima, lib.* 13. *num.* 64. Homobonus *loco citato num.* 3. *in fine.*

E

F

DE HIS, QVI ADVOCATIONIS

à munere depelluntur.

Cap. 4.

CVnctis Aduocati officium exercere permiſſum regulariter eſſe certum eſt, & pro ſe, alijſque poſtulare G authoritatem illos habere, qui è ſingulari neutiquam repelluntur nota, neminem latet; prohibitum autem hoc euenit, ædicto, lege, iudicijs, ac ſententia. Et quidem nonnulli in totum, quidam & in omnibus, & vbique pro certis tantum, ſtatutoque in loco aliquo, & ad tempus arcentur, plurimi in perpetuũ. *l. prima, §. 1. & l. quos prohibet, ff. de poſtulando.* H Exordiri cæpit Prætor, vt voluit Vlpianus *in dicta l. prima, §. initium.* Ex illis, qui in totum eijciuntur poſtulare, quo in ædicto, vel pueritiam, vel caſum voluit excuſatione digna: primam, dum decem ſupra ſeptem annorum arcet minorem, nam cum decimumſeptimum compleuerit annum, poteſt, quiſque aduocatus haberi; taliter vt ſi viginti, & quinque annorum I aliquis ſeſe deceptum, læſumque iuris in allegatione affirmaret, nequaquam debet reſtitui, quædam ſua omittens adducere in cauſa, & ſe ex hoc aſſerens in deceptionem adductum: Angelus *conſil.* 93. viſis inſpectionibus *col.* 3. hùc deſcendit Mandel. *conſil.* 46. *num.* 5. Boerius *deciſ.* 350. *num.* 6. cum aduerſus ipſum veniat præſumptio. argum. *dict. l.* 1. *§. initium.* K Decoratus quoniam in actu, velut ſapientia præditus fuit æſtimatus; ſuo adeoquod in caſu, & ipſius profeſſio ſeſe inter repugnant, ac deſiderium; vt in ſimili dicitur *in l. profeſſio*, cum ibi notatis in Gloſa, C. *de munerib. patr. lib.* 10. Angelus *conſ.* 58. ex eo quia turpè habetur illius demonſtrare ignorantiam, circa quod ius verſetur; vt dixit Text. *in l.* 2. *§. ſeruius autem, ff. de origine*

A *gine iuris*. Viuius *commun. opin.* 199.
Ex caſu autẽ, & ſurditate malè actũ,
lingua impeditum, cæcumque reijci
dixit: qui neutiquam poſſunt, aut hoc
adhibere munus debent; illis namque
ſenſibus carent, qui ſummopere neceſ-
ſarij extant, vt hoc exerceatur officium;
nam abſque illis nullo modo magno ſi-
ne periculo aduocationem poſſunt in
opera ponere. Michalorus *tract. de cæ-
co, ſurdo, & muto, cap.* 14. *num.* 11. San-
B chez *conſ. moral. to.*2. *lib.*6. *cap.*7. *dub.* 2.
*num.*1. Hoſtienſis *in ſumma lib.*1. *de poſtu-
lando num.*3. *colum.*378. Maximè etenim
inhoneſtum habetur, vt qui adhuc in-
digeat curatore aliorum ſuſcipiát mo-
derationem. *cap. in decorum, de electione.*
Cui limitationem rei DD. adferunt,
propria dempto quod in cauſa interue-
nirent; nam ex hoc ſibi, nequaquam
verò alijs detrimentum aduehunt; cum
C ſuarum vnuſquiſque rerum dominium,
retineat. Taſſon. *de Antiſ. verſ.*14. *obſer.*
2. *num.*2. Diana *reſol. moral. par.*5. *trac.*6.
*reſolut.*27. reſtrictionem ſecundo adue-
hunt, ſcriptis quo in euentu conſilium
mutus adducat, cum tamen iuris, ne-
gotiorumque peritiam demõſtret. quod
etiam circa cœcum affirmatur, ſurdum-
que, valent etenim legere, cum graue
non interſit detrimentum, & audire,
D cœci reſpectu, quemadmodum expe-
rientia docet, cum olim hac in Argirę
Ciuitate quidam adfuit Concionator,
qui & ſi oculis eſſet priuatus, totius ta-
men per Quadrageſimę ſpatium, ac do-
ctiſſima conciones habuit ratione. San-
chez *conſ. moral. dict. l.* 6. *cap.*7. *dub.* 4.
num. 1. *tom.*2. Diana *reſolut.*27. *dict. p.*5.
*tract.*6.
Sexus etiam cauſa repelluntur, reij-
E cienturque è Tribunalium ſubſellijs, ob
qualitatis pudicitiam fœminæ. *dicta l.*1.
§. ſecundo, ff. de poſtb. vbi. *Ne contra pu-
dicitiam ſexui congruentem alienis cauſis
ſe immiſceant.* Virili etenim ex munere
arcentur mulieres, deteriorem namque
conditionem demonſtrant. Gloſa *in d.
l. prima, §. ſecundo, in verbo nec uirilibus
officijs fungi, ipſi permittitur.* hoc nam-
que homini extat conceſſum. argumen. F
*dicta l.*1. *§. ſecundo, l. fæmina, ff. de regul.
iuris, l. alienam. C. de procuratorib.* Huic
dedit anſam ædicto Aphrania, Cal-
phurniaque cum Romanorum in Tri-
bunalibus aſſiduos intermiſcebat latra-
tus, notiſſimumque reliquit fœmineæ
fraudis exemplum, taliter vt improbis
Calphurniæ nomen, Aphraniæque mu-
lieribus tribuatur: vt ſcripſit Valerius
Maximus *lib.*8. *cap.* 3.
Lege tertio poſtulare clericis veta- G
tur. *cap. ſacerdotibus, ne clerici, vel mona-
ci,* vbi Innocent. Abb. & alij *in cap. cre-
do* 21. *quæſt.* 3. *cap.* 1. *extra de poſtulan-
do,* vbi Gloſa: rationem conſtituit: cle-
ricis quoniam in opprobrium vertitur,
vt forenſium ſeſe diſceptationum peri-
tos demonſtrent: idem eſt Tex. *in cap.
fin. de poſtulando* Diaz *in pract. crimin.
canon. cap.*57. *in verbo miniſtri laicorum* H
*num.*1. *& ſeq;* Diuus Thomas 2.2. *quæſt.*
71. *art.* 2. quo affirmat in loco, id ne-
quaquam, ſtatus propter honeſtatem
decens haberi, ex quibus aduertit Pau-
lus Layman *Theolog. mor. tract.* 4. *ſect.*
5. *cap.* 26. *num.* 11. Quod ſi aduerſus
Eccleſiam, ex qua beneficio fuit deco-
ratus, ſeſe gerere clericus non dubitet,
aut pro extraneo aduocationem facere
ipſius debet iacturam beneficij ſubire, I
ita etiam hoſtienſis *in ſumma lib.*1. *de po-
ſtulando num.* 8. quod, & dicendum af-
firmat, ſi hoc proprium in Epiſcopum
ageret, ex Tex. *in cap. grauem de exceſ-
ſibus Prælatorum* Aluar. Pelag. *de planctu
Eccleſiæ lib.* 2. *cap.*35. *n.*34.
Cui pluribus limitatio ponitur mo-
dis concluſioni penes Farinac. *in fragm.
crimin. litera C. à num.* 193. Et primo
equidem in clerico, qui minoribus ſit k
in ordinibus conſtitutus, & beneficium
retineat, ex quo aſſeritur, his neutiquã
vetitum eſſe clericis, vt Aduocati, pro-
curatoriſque ſæcularis etiam in Iudicis
aſpectu munus exerceat: citat Diaz *cap.*
57. *num.* 1. *in pract. crimin. canon. ver-
ſic. quod intellige.* Rodoanum *in tract. de
ſpolio quæſt.* 2. *nu.* 24. *& ſequent.* Nauar.
in cap. cum dicatis 12. *quæſt.* 1. *com.* 2.

A Bonacin. *to. 2. diſput.* 10. *quæſt.3.punct.*
4. *num.* 1. *in fine.* In Eccleſiæ ſecundo
cauſa per Tex. *in cap.*1. *& fin.* vbi DD.
extra *de poſtulando* Farinac. *loco citato nu.*
194. quo in caſu Tertio proprio conſti-
tueretur Aduocatus in negotio per
Tex. *in dicto cap. fin. extra de poſtulando.*
Vgolinus *de officio Epiſcopi parte* 1. *cap.*
13. §. 6. Parolettus *in Paleſtra clericali*
parte 3. *cap.* 2. *libera* 10. *verſic. pro alijs.*
B Si Aduocationem Quarto Eccleſiaſtici
in aſpectu Iudicis ageret: *dicto cap. fin.*
in principio, in ſecunda quæſt. de poſtulan-
do Cepolla *conſ. cinil.* 21. *num.* 7. Gra-
tianus *diſcept.* 57. *num.* 22. Maiolus *de*
*irregul. lib.*5. *cap.* 19. *num.*4. Parolet. *di-*
cta parte 3. *cap.*2. *lib.* 10. Miſerabilium
quinto ſi perſonarum in fauorem ſeſe
gereret: per Tex. *in dicto cap.* 1. *in fine,*
vbi Gloſa *extra de poſtulando* DD. penes
Farinac. *num.* 198. Sayrt *in claui Regia*
C *lib.* 12. *cap.* 22. *num.* 3. Azzorius *inſtit.*
morali parte 3. *lib.*7. *cap.*14. Reginaldus
in praxi fori pænitent. lib. 25. *num.* 664.
Coniunctorum quando patrocinium
ſexto deſumeret. *dicto cap. fin.* vbi Gloſa
in verbo, pro ſeipſo, & communiter ibi
DD. *de poſtulando.* Si alium, qui aptus
extet, ſuum vocare ad auxilium nullo
valent modo, ſuorum quoniam cauſæ
propriæ tamquam conſpiciuntur: Vgo-
D linus *de officio Epiſcopi parte* 1. *cap.* 13. §.
5. *num.* 2. *verſic. quinto.* Coniunctorum
atenim illi etiam ſub titulo veniunt, qui
ſpirituali allegati ſint vinculo; quemad-
modum eadem in Eccleſia canonici di-
cuntur. Abb. *in dicto cap. fin.* Rodericus
à Cuña *in comment. ad cap. prælatum nu.*
2. *diſtinct.* 88. Addas tamen, quod hoc
ex charitate, cum magna non adeſſe
videatur diſtractio, & ſine ſcandalo poſ-
E ſit id perpatrari Hoſtienſis *in ſumma lib.*
1. *num.*5. *de poſtulando.* Gauanta *in ad-*
ditionibus ad manuale Epiſcoporum nu. 3.
verbo clericus. In clericis ſeptimo limi-
tatio apponitur, qui nihil, vnde ſuæ opẽ
quærant vitæ, habent: ex eo quia ſi pro-
hibitum ipſis non eſt aduocationem in-
ſtituere, vt pauperum neceſſitatibus
conſulant, pari forma licitum erit, vt
ſuis prouideant. Farinaccus *loco citato* F
num. 202. Melius etenim conſpicitur
victum ſibi honeſta lucrari forma, quàm
in mendicitate vitam agere; illis prop-
terea in cauſis, magnum in quibus ſcan-
dalum abſit, ſtrepituſque valent poſtu-
lare permiſſum tacitè dicitur à iure; ca-
nonicum enim ius tanto vetita onere
nequaquam elicit: ita Hoſtien. *lib.* 1. *de*
*poſtulando num.*6. *verſic. ſi autem col.*381.
Vgolinus *dicto* §. 1. *verſic. excipiuntur.* G
Barbo. *de iure Eccleſiaſtico lib.*1. *cap.* 40.
*num.*90. Nauar. *pract. quæſt. cap.*19. *n.*6.
Gonzales *ad regulas Cancel. gloſ.*2. *à nu.*
28. Limitationem Octauo ducunt, quo
in caſu conſilium domi tribuunt, vel in
ſcriptis præbent, dictum namque capi-
tulum prohibitionem facit: ne Iudice
coram in foro ſcandali propter originẽ
compareat: ita docent Bartol. *in l.* 1. §.
Aduocatus, ff. de varijs, & extraordinar. H
*cognitionibus, & in l.*1. §. *poſtulat num.* 1.
ff. de poſtulando. Paulus *in l.* 1. *ff. deleg.*
Diaz. *pract. crim. cap.*63. *num.* 2. Aicia-
tus *reſponſ.*30. *num.*22. *vol.* 1. Vgolinus
de off. Epiſcop. parte 1. *cap.*13. §.5.

Vetitum quarto ex lege videtur, Iu-
dæo, vt chriſtianum aduerſus poſtulet,
quemadmodum qui ſacro minimè fue-
rit baptiſmate nouam indutus naturam,
veræque aſſecla fidei non habetur, *l. ne-*
mo C. de poſtulando l. 15. *C. de Epiſcopali* I
audientia, cap. infamis 5. *quæſt.*7. *cap. ex-*
communicamus de hæreticis in 6. Sicut ille,
qui Iudex in cauſa habeatur. *l. quiſquis*
C. de poſtulando l fin. C. de aſſeſſoribus. Vt
pari forma Tabellio repellitur cum
vile ipſius reputetur officium *l.* 1. *&* 2.
C. de tab. lib. 10. quemadmodum ſerui
l. mortis, §. *nonnunquam, ff. de pænis l.*
vniuerſos C. de decurionibus. Nec litera- K
rum imperitis id euenit conceſſum. *l. nec*
cæterorum C. de poſtulando, & ibi Barbo-
ſa *in coll. num.*2. Rebuf. *de priuilegijs ſco-*
larior. priuil. 39. Donel. *comment. iuris*
ciuilis lib. 18. *cap.*2. *col.*3. *& cap.*3. *col.*8.
verſ. diximus. Quo DD. colligunt ex
textu, & aduocatis eoquod Iudices eli-
guntur, magiſtratuſque, poſſidere iuriſ-
peritiam ipſos debere Bellug. *in ſpeculo*

Princ.

A *Princ. rubr. 16. litera 10.* Simanca *de Republica lib. 5. cap. 15. & lib. 9. cap. 10.* & cæteri penes Barboſam *loco ſupra citato.*

E ſententia verò, certis, quibuſdam ex cauſis vetitum extat, ne in aduocatorum admittantur ſtatum: vel poſtulationem ad tempus vel perpetuum exerceant; & hac de re quamdiu prohibitio perdurat, tam longè aduocatorum ex
B munere eijciuntur, & infamiæ ſæpius notā ob crimen, non raro ſine, quemadmodum quando forum eſt ſtudioſis, clericiſque vetitum, *vt in l. 1. & fin. C. de poſtulando. l. quos prohibet, ff. eodem l. moris 9. ff. de pœnis.* Quo autem in caſu certum fuerit conſtitutum prohibitionis tempus, qui aduocationis, condemnatus, ad munus redire, poſtquam elapſum illud fuerit, non repellitur. *l. Imperator. 8. ff. de poſtulando.*
C Aduocatorum etiam illi è numero eijciuntur, qui ſordida impiaque auaritia, honorarij, ſalarijque prætextu, ipſis in cauſis, propriam quas in defenſionē ſuſcipiunt, litis pactum de quota iniecerint. *l. ſi qui aduocationem C. de poſtulando.* Vt pariter decuriones, ſuam aduerſus patriam cauſas agere arcentur. *l. 16. §. decuriones, ff. de poſtulando.*

D Alius autem in fauorem, qui poſtulare ex cauſa remouetur, quæ infamiā ad poſtulandum non aduehit, in omnibus propterea ius nequaquam aufert, in ea ſolum prouincia, pro alijs haud æquē poſtulat, in qua præſes permanet, qui ſententiam protulit, in alia tamen neutiquam repellitur, eiuſdem quamuis nominis habeatur. *l. ex ea cauſa 9. ff. de poſtulando.*

E

❧

DE HIS, QVAE OBIICI *Aduocatis aduerſus valent.* *Cap. 5.*

F QVæ iam duximus alliaque paſſim occurrentia loca, ortum quibuſdam præbent obiectionibus, quæ fieri aduocatum contra poſſint. Et primò quidem, ſi ſurdus extet,
G mutus, & oculis captus, perpetuoque furioſus tempore, minoremque quàm ſeptem decemque annorum ætatem, demonſtret; fœmineo ſit ſexu; ac ſuo muliebria in corpore fuerit perpeſſus. Dempto quòd prædonum vi, hoſtiumue, ſtuprum ſuis ſubierit membris:
H aut capitali de crimine: vel publici de calumnia iudicij condemnationem ſubiuerit: propriaſue etiam locauerit operas: vt dentata pugnam ſuſciperet, cum fera: vt colligitur *in l. 1. per totam ff. de poſtulan. & in cap. tria 3. quæſt. 7.* Aut hæreſis maculatum ſorde monſtret animum: aut Iudaicam ſequatur ſectam: & infideli ſit ex genitore prognatus: excommunicationemue ob hæreſis ſuſpectionem perpeſſus; huius namque
I hominis generis nullo aduocationem in chriſtianos modo, valeat exercere. *l. nemo C. de poſtul. l. nemo C. de Epiſcopali audientia cap. excommunicatus, §. credentes extra, de hæreticis.* Quod monaſterio ſit adſtrictus: aut regularis habeatur canonicus: etiam quod Eccleſiaſtico allegaret in foro, monaſterij ni tamen vtilitas adſit; & Abbas ita mandauerit cap. Monachi 17. *quæſt. 1. l. repetita C. de Epiſcopis, & Clericis cap. 2.* K
extra de poſtulando, cap. 1. in fine, ne clerici, vel Monachi. Si Epiſcopali ſit dignitate decoratus. *cap. te quidem 2. quæſt. 1. cap. quia Epiſcopus 5. quæſt. 3. cap. prælatum 88. diſtinct.* Quod Sacerdotis fūgeretur munere, aut clericalem præferret ſtatum, vt præcedenti explicatum fuit capitulo; quod proteruo ſit ingenio,

 & op-

A & opprobrijs, non autem rationibus ſu-
perare aduerſarium contendat, nec ab
iniurijs linguam ſciat temperare: hoc
etenim contra Textus adeſt. *in l. quisquis
C. de poſtulando: cap. veniens; extra, de
iureiurando*: vt pariter, quod nimia pro-
ſus verboſitate alloquatur: argum. Tex.
*in l. fin. §. refutatorijs C. de appellationi-
bus*, ſi aſſeſſoris vices, in qua poſtulare
videtur, cauſa geſſerit. *l. fin. C. de aſſeſ-
B ſoribus l. penultima, ff. eodem.* Cum Iu-
dicis, tranſacto exercuerit tempore, in
cauſa, officium, in qua pro nunc aduo-
care conſpicitur. *dicta l. quisquis C. de
poſtulando.* Quod infamia, & præſertim
iuris proprium fœdatum nomen oſten-
dat. *§. fin. inſtit. de exceptioni: l. 1. §. hoc
adicto, & l. quos prohibet, ff. de poſtulando
dicta l. quisquis C. eodem.* Obijci etiam
debet, cõteſtata, quod poſtquam lis fue-
rit delatoriam propoſuerit exceptio-
C nem, auri qua de cauſa; excipere puni-
tionem libra cogitur. *l. penultima C. de
exceptio:* quo in caſu peritiam in litera-
rum ſtudijs haudquaquam demonſtret.
*l. memini C. de aduocatis diuerſorum iudi-
cum l. iubemus C. de. Aduocatis diuerſor.
iudic. l. 1. §. aduocatus, ff. de varijs, &
extraordinarijs cognitionibus*: quod pro-
hibitum illi ſit certum ad temporis ſpa-
tium, aut in perpetuum, iudicis in aſpe-
D ctu ſeſe verſare *l. puto. ff. eodem l. fin. C.
eodem*, quamuis ad id aduerſarius non
repugnet. *l. quos prætor ff. eodem cap. ex-
ceptionem, extra de exceptionibus.* Quod
præuaricator, & infidelitatis aſſecla exi-
ſtat. *l. 1. C. de aduocatis diuerſorum iudi-
ciorum.* Si magna ex cupiditatis vehe-
mentia trahatur: pro vilis namque ſti-
pendijs valoris velut degener allega-
tionem faciat, quod etiam pactum de
E quota litis parte, cum clientulo iniece-
rit. *l. ſi quis, & l. ſequenti, §. præterea C.
eodem.* Quod ſui redemptionem, lite
pendente à clientuli facultate fecerit. *l.
quisquis. §. præterea C. eodem.* Si pecu-
niam, ne alijs præſtaret patrocinium ac-
ceperit. *l. eadem in fine ff. ad legem Iuliã
repetundarum.* Cum aduocationem, Ec-
cleſiam aduerſus, ex qua beneficium
obtinuerit, inſtituere non erubeſcat. *cap.* F
fin. extra, de poſtulando. Aut Epiſcopum
contra, qui ipſum decorauerit benefi-
cio, inſurgat. *cap. grauem, extra, de ex-
ceſſibus Prælatorum.* Quod extet decurio,
& ſuam in patriam aduocationes vehe-
re ſit ipſi prohibitum; dempto quod
hoc, in ſui fauorem, ſuorumque aut pu-
pillorum, quod in tutela retineret, id
agere videatur. *l. penultima, ff. eodem.* Si
Iudicis in familiaritate habeatur. *cap. ex* G
inſinuatione, extra de appellation. Si domi-
num contra, cuius eſt vaſſallus aduoca-
re minimè dubitet. Argum. Text. *in cap.
de forma 21. quæſt. vlt. cap. vnico, quibus
cauſis feuda amitt. in vſib. feud.* At quo in
caſu coniunctæ in defenſionem perſonæ
poſtulare vaſſallus dominum contra
velit: non tali debet feudi iacturam fa-
cere ex cauſa: vt dixit Specul. *tit. de ad-
uocato.* Et tandem, quod, cum admonitio H
ſit ipſi ex Iudice data, vt alicui patroci-
nium præſtet, & obtemperantem ſeſe
noluerit illius iuſſis gerere, nec ſui in
tutamen ſufficientem adduxerit excu-
ſationem. *cap. tria quæſt. 7.* Speculator
lib. 1. p. 4. tit. de aduoc.

At oh deperdita mortalium ſolertia!
Quid horum de obſeruatione dicam?
nil curant, vel aduerſæ partes, vel ad-
uocati talia obijcere, aut timent: ſi hoc I
enim quiſquam agere ſtuderet, non tot
in aulis monſtra cauſas ducere videre-
mus, dum in ipſas peſſimæ vitiorum
latrinæ, & non fictæ Sphynges alijs pre-
ire contendunt, nec aliquid opponi cõ-
ſpicientes cæteris contumaciter inſul-
tant. Vnde, & litium dilabitur interi-
tum, & malè ſe habent negotia. Sed ad
quos verba facio? Numquid ad auras?
Et ſurdis canere videor, & cæcis ſolem K
oſtendere. Ferreo in ſæculo cuncta du-
ra conſpiciuntur, & ſi prauis aduerſeris
moribus: contorto ſupercilio: Tertius
è cœlo cecidit Cato, cum Satyrico ca-
nunt: qui Herculis vires demonſtret,
iſta gerat.

Digitized by Google

A

DE ADVOCATORVM PRIVILEGIIS.

Cap.6.

QVæ armatæ conceſſa militiæ pu-
gnatoribus priuilegia, cunctæ
etiam Aduocatis conuenire
B Doctores affirmarunt, vt è legibus hoc
haudquaquam denegatur: militum
namque ad inſtar agere dicuntur mili-
tiam aduocati. *l. aduocati*, C. *de aduocat.*
diuerſor.iudic. & expreſsè *in l. miles in*
principio, de re iudicata; quo explicauit
in loco, priuilegium armata in militia
contendentibus tributum tranſitum in
Aduocatos facere, cum qua venit ibi
Dynus, Iacobus de Aretio, Bartolus,
C Angelus. Taliter vt iura, ex quibus
elicitur prohibitio, ne miles concubinæ
donationem, aut mœchæ faciat, exten-
ſionē pati ad aduocatos voluerint Ioan-
nes Andreas *in cap. de his, de ſepult.* Bar-
tolus *in l. mulierem, ff. de his, quibus in-*
dignis, pariterque adeſt Gloſæ diſpoſi-
tio *in l. prima, verſ. eſt & alius, & in verſ.*
caperit, ff. ſi quis à patre fuerit manumiſſ.
Cum explicet, quod, militibus priui-
D legium demiſſum, vt propria, præteri-
tionis prętextu contrabulari neutiquām
valeant, incluſum etiam inermis mili-
tiæ demonſtrent militem, ſcilicet ad-
uocatum: Cyno etiam, & Saliceto in
l. prima in 5. quaſt. C. de iuris, & facti
ignorantia: placuit priuilegia etiam mi-
litibus data, extenſionem in aduocati
perſona ſortiri; dempto quod illa ſint,
quæ eis fuerint præſumptū propter iu-
ris ignorantiam allata: de quibus om-
E nibus teſtatur Alexan. *in l. centuria de*
vulgar. & pupill.

Et cum ad ſpecialia deſcendam pri-
uilegia, quæ plures apud ducta repe-
riuntur Doctores, quamuis pauca ob-
ſeruationem in foro haud ſortiantur, &
huic reputauit validitatem ineſſe. Gaſ-
par beat *de inope debitore cap. 16. n. 15.*
& quamquam Bartolus *in l. medicos*, C.
de profeſſoribus, & medicis lib. 10. Hon- F
dedeus *conſil.* 57. *num.* 50. *vol.* 1. *fol.*
502. *& in l. vnica*, C. *de mulieribus lib.*
10. concluſionem tranſmiſērit, priuile-
gia Doctoribus illos tantummodo com-
præhendere, qui ſuam in cathreda do-
ctrinam explicant: verò tamen propin-
quiorem æſtimauit ſententiam Gratian.
diſcept.forenſ. 186. *ſub num.* 3. cum Do-
ctoribus ibi citatis: extenſionem etiam
ad Doctores tolerare, qui non ſint in G
cathreda conſtituti, aduocationis dum-
modo quod munus exercere conſpiciā-
tur: Bartoli namque doctrina in Do-
ctoribus firmum eſt illa ſibi locum ven-
dicare, qui nec actu lectiones explanāt,
nec aduocationis adhibent officium: vt
dixit Gratianus *loco citato num.* 23. qui
in num. 29. dilatationem in Doctoribus
facit, qui nullam retineant peritiam, ac
Doctoris nomine tantum potiantur, & H
priuilegio, quos nobilium nequaquam
decore præfulgere aſſerit Nacta *conſil.*
65. verſ. ad deciſionem, ad quos alludit
Ioſeph Baptiſta Neapolitanus, per quā
celſus Vates in Pontici Iuriſconſulti
perſona, ſic:

Te quoties dico famoſum Iureperitum,
Attollis toties grande ſupercilium:
Pone ſupercilium, mentis compeſce fu-
rorem I
Pontice: de patinæ iuribus ipſe lo-
quor.

Et, vt ad inſtitutum reuertar, cæte-
ra inter Aduocati, Legiſconſulti priui-
legia, Doctores apud adueniunt; pri-
mò, quamuis obſeruantiam, noſtris hi-
ſce temporibus, non ſortiantur, immu-
nitas è collectis, & militum hoſpitio af-
fertur: per Text. *in l. medicos*, C. *de pro-*
feſſoribus, & medicis lib. 10. Rolandus à K
Valle *conſ.* 66. *num.* 36. *vol.* 1. Quod ex-
traordinaria circa munera, nullo autem
modo, quoad ordinaria explicatur in-
telligi: per Text. *in l.* 2. C. *de muneribus*
patrimon. lib. 10. *& in l. fin. §. patrimonio-*
rum, ff. de muneribus, & honoribus: ex
his namque nulla etiam diuina domus
forma exemptionem habet. *l. diuina do-*
mus, C. *de exactoribus Tributorum lib.* 10.

l. pen.

A *l. pen. & fin. C. de priuil. domus* Roland. *conſ.* 52. *num.* 16. & 17. *vol.* 2.

Excuſationem ex illo accipiunt onere, quo ad Iudices atteſtaturi veniunt. Graſſia *de nobilit. Gloſa* 48. §. 3. *nu.* 72. Qui plures pro hac affert DD. opiniones: Et in ciuilibus quidquam eis, velut aduocatis, commiſſum, neutiquam explicare compelluntur Menoch. *conſ.* 405. *num.* 13. *cap. Romana, de teſtibus*
B *in* 6. Giurba *deciſ.* 94. *num.* 17. Surdus *ciſ.* 190 *num.* 5. Maſcardus *de probat. concluſ.* 66. Franchus *deciſ.* 222. *num.* 12. Afflictus *in conſtit. Aduocatorum notab.* 2. *ſub num.* 6. Quo autem in caſu excommunicationis formidine ſuum reddiderit Eccleſiaſtica in curia teſtimonium ſæculari valent ex Iudice adſtringi, vt illud repetant ipſa clientis in cauſa teſtimonium, prout refert Giurba fuiſſe
C deciſum *in anno* 1612. *in calce deciſ.* 195. Clientis atenim in fauorem admitti minimè aduocatum in teſtem debere, eſt in placitis Archadij *in l. fin. ff. de teſtibus*: mandatum namque promit, vt vigilanter Præſides incumbant, ne teſtimonium in cauſa, cuius deſumpſere patrocinium afferre Aduocatis liceat; quod ex voluntate, cauſæ in tutamen procliui, euenire afferit, in primis quàquam, ac illius, peculiari forma, de vti-
D litate, nec non commodo tractetur Gratianus *conſ.* 51. *nu.* 8. *vol.* 2. Gram. *conſ.* 41. *num.* 5. *in ciuilibus* Paris *conſ.* 58. *num.* 17. & alij penes Maſcardum *dicta concluſ.* 66 *num.* 2. *dictis*: plures quo in loco per ampliationes, limitationesque, hanc latè quoad materiam verba fecit.

Priuilegium etiam aduocatis præbetur, ne tutelæ, vt ſuſcipiant munus, cogantur ex Theodoſij priuilegio *in l. me-*
E *dicos in l. ſancimus l.* 1. *C. de aduocatis diuerſorum iudic.* & à Conſtantino *in l. medicos C. de profeſſoribus, & medicis lib.* 10. Ex quibus conſtitutum doctores volunt immunitatem omni ex perſonali munere aduocatis præberi, nec aliud ipſis, quàm, & circa iudicia, arbitria, & conſilia onus iniungi Aloyſius de Leo *in l.* 1. *num.* 28. *C. de Aduocatis diuerſorum iudiciorum.* Hæc autem immunitas F ipſis non ſolum, ac fratribus, qui ſimul habitationem retineāt præberi videtur: vt voluit Natta *conſ.* 1. *per totum.* & *conſ.* 65. Paſchalius *de viribus patriæ poteſtatis parte* 2. *cap.* 5. *num.* 77. Ipſorum verum etiam, viduæ, que ſint vxoribus Guidon Papa *deciſ.* 389. Menochius *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 329. *num.* 5. & adeſt Tex. *in dicta l. medicos C. de profeſſor. & medicis lib.* 10. vbi Conſtantinus; *Doctores legum,* G *vnà cum vxoribus, & filijs, nec non, & rebus, quas in ciuitate ſua poſſident, ab omni functione, & ab omnibus muneribus ciuilibus, vel publicis immunes eſſe præcipimus.* Huiuſmodi atenim verba omne quidē perſonale munus ſub ſe retinet comprænhenſum iuxta Gloſam receptam ibidem, & doctè hanc quoad excluſionem, & priuilegium ſcripta reliquit ſuis in Allegationibus Ioannes Thomas de H Rogerio impreſſis penes Paſchalium *de viribus patriæ poteſtatis parte* 2. *cap.* 5. *in fine.* Nonnullos quo in loco Doctores affert, ac motiuo contrariam adducto in partem reſponſum aduehit, ad quem lectorem recurrere opus eſt; quod extenditur ex Fontanel. *de pactis nuptialibus clauſ.* 4. *Gloſ.* 10. *parte prima nu.* 127. Nobilitatis etiam ipſis tribuitur, adeoquod nobilium compræhenſi ſub ap- I pellatione veniunt, Barboſa *tract. crim. de Appellatina verborum iuris ſignificat.* 164. *in verbo Nobilis, num.* 6. Graſſia *de nobilitate Gloſa* 48. §. 3. *num.* 72. Gomez. *ad Legem Tauri* 83. *à num.* 16. Tiraquel. *de nobil. cap.* 5. *num.* 3. *fol.* 44. & *cap.* 29. *num.* 12. *fol.* 158. Menoch. *de præſumptionibus præſumpt.* 78. *num.* 25. Tuſcus *litera N. concluſ.* 48. *num.* 9. Doctoratùs quoniam per actum nobilitatis K acquiri decus in omnium eſt votis per Tex. *in l.* 2. §. *fin. ff. de excuſat. tutorum* Gloſa *in l. prouidendum C. de poſtulando.* Bartolus *in l. Iudices C. de dignitatibus lib.* 12. Adde quod maiorem illi tribui nobilitatis fulgorem certum eſt, quàm illis, qui genere ſeſe præclarum demōſtent: ſecundum Cynum *in dicta l. prouidendum num.* 2. Alex. *conſ.* 94. *num.* 2. *in fine*

A *fine vol.* 1. Viuius *com. opinion.* 167. *n.* 31. *in prima parte.* Tam excelſas verò iſtorum haberi qualitates videmus, vt propria valeant authoritate Principis in conciſtorium ingredi, & quorumcumque in maxima qui ſint conſtituti dignitate officialium cameras vſque ad penetralia introire non repellantur; Ipſos autem Magiſtratus in honore habere, ac debent ad ſedendum inuitare: nam ſi alio agant modo trium auri librarum

B ſubire pœnitionem coguntur. *l. fin. C. de officio diuerſ. Iudicum.* Paſcal. *loco ſupra citato num.* 73.

Priuilegio etiam decorantur, vt nemo, de quibus familiæ perquirere negaturi, ipſi deferant per doctrinam Duegnæ *in regul.* 55. *in* 7. *limitat.* Tuſcus *litera D. concluſ.* 549. *num.* 4. Bartolus *in l. liberus ff. de inius vocando.* Baldus *in l.* 1. *ff. qui bonis cedere poſſint.* Paſcalius *qui*

C *ſupra num.* 75. Vt pari etiam forma priuilegium ipſis præbetur, vt ciuili nequaquam pro debito carceribus tradantur: vt probat Tex. *in dicta l. medicos* ibi Gloſa *in verbo exhiberi* C. *de profeſſor. & medicis*; vt per idem Tex. ſcripſit Bartolus *in dicta l. ſi libertus ff. de in ius vocando.* Tiraquel. *de nobil. cap.* 20. *num.* 136. Duegna *regul.* 190. *ampliat.* 5. Menoch. *de arbitr. quæſt.* 88. Benius Eugub.

D *in tract. de priuilegijs iuriſconſultorum parte* 2. *priuil.* 49. *num.* 1. *& ſeq.* Quod ſi forte Iudices quidquam ex contrario fecerint, in tali tenentur ipſi euentu; vt placuit Paridi *in tract. de ſyndic. verbo doctor. cap.* 1. Boer. *in repetit. l. conſentaneum nu.* 164. *C. quo, & quando Iudices.* Aliquo etſi explicatum ſit ſtatuto, quod ciuili quilibet pro debito capi perſonaliter, quocumque non obſtante priuile-

E gio, valeant Farinac. *de carceribus, & carceratis quæſt.* 27. *num.* 81. *& ſequent.* Cui renunciationem priuilegio nulla conceſſum eſt forma ex Aduocatis afferri, cum publico ſit inductum fauore, doctoratus quemadmodum præſumitur ex dignitate Farinac. *loco citato num.* 84. & ibi Tex. & DD. citati. Quod ex aduerſo accidit, ſi cameræ in forma obligatio haberetur: hoc ex eo quia in caſu rectè F

poſſunt carceri iniici Farin. *num.* 85. Vt æquali ratione criminalis, quo in euentu cauſa, & grauis exiſteret; tunc namque in carceres poſſe illos vehi: ſubſtinet Farinaceus, quod de practica ſeruetur *loco ſupra citato num.* 86. Sed etenim ſi nullius habatur cauſa ponderis fideiuſſione, iuratoriaque præſtita cautione, valent carceres extra audiri Farinac. *loco ſupra citato.* Si debet autem aduoca- G

tos contra procedi maiori opus eſt cum moderatione agi, ac etiam conſideratione, quàm in alios tractetur.

Priuilegium etiam de iure ipſis tribuitur, vt nullo torqueri modo, cum nullla in contrarium obſtet conſuetudo, ipſi poſſint. DD. penes Paſchalium *loco citato num.* 78. *&* 79. ex quibus limitatio in falſi aduehitur crimine per Tex. *in l. ſi quis decurio C. de falſis* Gram. H

vot. 23. *num.* 5. Aut etiam aliorum iuxta opinionem grauiorem opus iudiceijs vt quæſtionibus doctor ſupponatur Farinac. *quæſt.* 41. *num.* 47. *& ſeq.* Eugenius *conſ.* 63. *num.* 39. Paſchalius *num.* 82.

Priuilegium etiam aduocati excipiunt, vt ex oblata officij occaſione caſtrenſe propria in facultate peculium retineant, & dominij iure, ſequutum I

poſtquam fuerit patris obitum, ſibi illud vindicent. *l. fortuiti* 4. *C. de Aduocatis diuerſor. iudicior.* Caccher. *com. opinion. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 6. *de poſtulando num.* 2. *fol.* 309. Quo explicat in loco velut caſtrenſe peculium illud nominari, quod tàm ex publico, quàm priuatorum ſalario ſibi acquirunt, de quo diſpoſitionem, ac teſtamentum facere ipſis eadem permiſſum eſt forma, ac ſi patres familias haberētur Peregr. *de iure fiſci lib.* 7. K

tit. 2. *num.* 15. *in fine.* Barboſa *in col. Doctorum in dicta l. fori tui C. de Aduocatis diuerſ. Indic.* Petrus de Greg. *ſyntag. iuris lib.* 46. *cap.* 8. *num.* 9. ex quo aſſeritur; velut caſtrenſe nuncupari peculium, in aduocati eoquod lucrum cedit, cum in fori, Iudicialiſque Tribunalis caſtris, excelſæ vocis munimine, ſeſe, ſuorumque

que vitam, clientumque in tutamen ſuſcipiendo, in militia vitam agere videãtur, *& lib. 49. cap. 6. num. 35.* ait. *Quare eis tanquam militibus permiſſum eſt exiſtentibus in patria poteſtate ſibi quærere, exemplo caſtrenſis peculij.*

Nec ipſis denegatur, vt mallei exercitio viuentem, ex vicinijs depellant, cum, velut ſtudij perturbator extet, & ingenioſæ impedimentum afferat ſpeculationi, quæ publicum ſurgit in fauorem Gomez *ad legem Tauri 83. & finali in decimo priuilegio*, qui adducit Gloſam *in l. 1. ff. ſoluto matrimon.* & ibi Bartol. *num. 30.*

Nullius etiam peccati reos ipſos haberi certum eſt, ſi cauſarum de ſtatu, meritiſque debeant informare: ſpiritualem namque huiuſmodi actus ordinati ad rem videntur, vt Iudicis enim in intellectum veniat illuminatio, id fit: ita Caietanus 2. 2. *quæſt.* 223. *artic.* 4. Sotus *de iuſt. lib.* 2 *quæſt.* 4. *ad* 3. *cauſa* 4. *in fine.* Filiuc. *to.* 2. *tract.* 27. *cap.* 10. *num.* 183. Barb. *de iure Eccleſiaſtico lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 9.

Tributum etiam aduocatis priuilegium venit: per pragm. 19. Huius Regni *tit. de officio Iudicum Magnæ Regiæ Curiæ:* in domorum conductione, vt de fermo quatuor pro menſium ſpatio ſalarij ſolutionem faciant, pro duobus tamen anticipatim quorum cum elapſus conſpiciatur curſus illo compelluntur pro tempore, quo moram in ipſis faciãt. Quapropter ſi alijs locatæ domus illæ per annum reperiatur, exinde recedere quiſque adſtringitur, cum loerij adducere ſolutionem aduocati, quemadmodum ſupra debeant, non autem factæ iuxta ingabellationis actum, Curię poſtmodum ob receſſum, qui expulſi locatores fuerint ad conductam regreſſum facere compelluntur domum, quemadmodum ex principio haberentur, eodemque decens eſt vt priuilegio ſimul cum conductore fruantur, quemadmodum Aduocati, curiamque ſequentes officiales: id autem ſalarium domorumque loerium, illarum debet ex perſonarum arbitrio quarum efficitur ex Excellentia ſua electio, apponitur.

Priuilegium tandem Aduocati, Procuratoreſque retinent, vt ſuis pro ſalarijs expenſiſque cæteris anteponantur creditoribus, quæ à lite obtenta, illorum ac exemplum, qui meliorationem fecerint; huius etenim patrocinia generis labores, ac etiam ſeruitia, vt rei habeatur, & recuperatio, & defenſio, perpatrata, ita eidem rei annexa extant, & cohærentia, vt eò minor eſſe illa conſpiciatur, quò maior, & ſalarij ſolutio effici debeat, ac mercedis: vt benè ſcripſit Fontanel. *deciſ.* 427. *à num.* 1. quibus Giurbe accidit doctrina *in dec.* 108. Vt illo ex patrocinio ab eis obtinendam rei recuperationem, ducta fieri venditio valeat, alio, & ſi modo circa illam fuerit illata prohibitio opus tamen eſt, vt ea concurrant, quæ eo notauit Giurba in loco.

DE

A F

B DE PROCVRATORVM G

ET SOLLICITATORVM

C STATV. H

D SVb Aduocatorū quamuis, larga ſumpto forma vocabulo Procuratores occurrant: vt notauit Apoſtilla ad Gloſam *rub.* *C. de Procurat.* vbi Iaſon *num.* 1. Bartolus, Baldus, & Salicetus *in l. prima in fine*, C. *mandati.* Maſtrill. *deciſ.* 214. *num.* 4. Rouitus in *rubr. ne Procuratoribus num.* 12. Illi eoquod Procuratorum ſuſcipiunt nomen, E quibus alienæ actio rei, vel defenſio, præſentis, abſentiſque mandato domini, qui cauſam in iudicio ſubſtinere videatur, eſt permiſſa *l. prima in princip. l.* 3. *l. filiusfamilias* 8. *§. fin. l. ſi quis* 31. *§. vnius, l. quis proprio* 47. *l. Paulus* 69. *ff. de Procurator.* quod breuioribus explanatum verbis reliquit Vulteius *lib.* 1. *c.* 1. affirmans patronos haberi Procuratores, qui domini litem alienam ex mandato proſequantur. Ob præclarum autem officij ſplendorem, diſcrimen cauſarum inter Patronos, vel Aduocatos intercedere certum eſt. Procuratores etenim, velut aduocationis miniſtri ſeruitium debent præſtare; propria vero Patroni authoritate, conſilioque, ac I etiam opera lites agenti auxilium in iudicio ducunt, eumque repreſentant: ita Petrus de Gregorio Tholoſanus *ſyntag. iuris lib.* 49. *cap.* 6. *ſub num.* 6. De illis nimirum Procuratoribus, qui Principis in Tribunali cauſas agitent, & non exigui fides momenti adhibetur, & proinde qualitates animi exiguntur, hoc explicatur, cum Illuſtris Præſidis, & Magnæ K Regiæ Curiæ Iudicum, ſubire examen compellantur, & in matricula notentur, *per cap. Regis Ferdinandi* 48. & *pragm.* 4. *de officio Procuratorum Magnæ Regiæ Curiæ.* Ipſum autem nullo modo vile officium reputamus in ſtatu, at huius illud generis æſtimamus, ex cuius exigentia quiſque circa negotia verſa-

A tur : extat *in l. ſi quis procurationem*, & ibi Gloſa, & Doctores, *C. de decurionib. lib.* 10. Tiraquell. *de nobilitate cap.* 30. *n.* 1. qui *in num.* 4. Concluſum voluit, cauſidicorum, qui procurent, officium propriæ haudquaquam nobilitati præiudicium adducere. Tholoſan. *ſyntag. iuris lib.* 49. *cap.* 4. *ſub num.* 5. qui declarationem illam circa diſpoſitionem reliquit, quæ deuenit ex Textu *dicta l. ſi quis procurationem*, quod de Procuratoribus
B intelligatur, qui ad negotia conſtituti, non autem de Procuratoribus, qui ſint cauſidici, approbationemque fuerint ſortiti, & in Collegio admiſſi. Gratianus *diſcept. forenſ.* 186. *num.* 21. Taliter vt addens *in num.* 22. ſcriptis ad nos tranſmiſit, quæ huius generis, procurationis nimirum, officio, ſint acquiſita caſtrenſe, velut peculium, quemadmodum & Aduocati filijfamilias habetur
C eſſe : nam quidquid aliud, in illis vim includit Procuratoribus, qui matriculati minimè fuerint : vt etiam dixi *diſceptat.* 56. *num* 38. & 39. Horum verò partes in defenſionem ſuſcepit Rouit. *in pragmat. rubric. de procurat.* Optimè tamen debent ipſi animaduertere, Aduocatorum ne ſibi vſurpare munus audeant, cum ipſorum ſurgat præiudicium, & lucrum quod ad illos pertinere cer-
D tum eſt, aſſumant, clientiſque occurrat detrimentum, ſufficienti ex eo quia carent doctrina; grauis qua de cauſa peccati rei exiſtunt, cum reſtituendi etiam, detrimenti iuxta qualitatem, quod ex ipſis, tàm aduocatos aduerſus, quàm clientes, obligatio adueniat : vt aduertit Toletus *in ſumma cap.* 62. *in fine.* Reginaldus *lib.* 25. *cap.* 56. *nu.* 180. *verſ.* 4. Sanctus Antonius *tit.* 6. *cap.* 3. §. 8. *in*
E *cap. tuo, de homicidio.* Filiuccius atenim in ſententia eſt, permiſſum procuratori eſſe, vt, abſque eo quod clientis interueniat præiudicium, & ſufficientem demonſtret ſuo in munere, eruditionem, aduocationis adhibeat officium : aliud dempto quod ex conſuetudine ſeruari conſpiciatur. Et ratio adeſt : nullius enim quod hinc iuris violatio inſurgit, nemi-

nique iniuria ducitur. Quapropter ex F
ipſis conceditur, licitum ipſis eſſe, vt ex aduocationis officio ſalarium ſibi excipiant: Filiuc. *to.* 2. *tract.* 41. *cap.* 10. *num.* 297. & Bonacina *Decalogi in præcept. diſput.* 10. *quæſt.* 3. *punct.* 4. *nu.* 15. Hæc atenim de procuratoribus, qui doctores ſint, intelligi opus eſt, cum rectè vtriuſque exercitium officij, legali ſi tamen peritia decoratos ipſos haberi certum ſit, adhibeant; qui, non eo- G
quod procurationis retinent munus, doctoratus iacturam facere de dignitate compelluntur, dummodo de ſupradictis extent. Gratianus *dicta diſcept.* 186. *num.* 21. Ad lites quoniam procuratores nulla nobilitatis interitum ſubire forma eſt in placitis Guid. Pap. *dec.* 89. Paſcal. *de viribus patria poteſt. p.* 4. *cap.* 2. *num.* 57. De illis attamen, qui ſupremis exercere procurationem videntur in H
tribunalibus intelligi hoc debet : vt explicauit Fontanella *deciſion.* 292. *ſub num.* 25.

Procuratoribus attamen congrua dicuntur, quæ Aduocatos circa fuerũt explanata. Vnde Aduocatorum ad ſtatum illos remitto : *vt ad cap.* 3. *De his, quæ nam fugere Aduocati debeant*; recurrere quiſque cum neceſſitas vrgeat, minimè prætermittat, ne hic K
duplici ſuſcipiatur labor ſudore ead particularem propterea ſtatum deſcendens de illis tractabo.

A
D E
PROCVRATORVM FISCALIVM

Magnæ Regiæ Curiæ, ac Tribunalis Regij Patrimonij officio, necnon de eorumdem Sollicitatoribus.

B
Cap. I.

CVM Magnæ Regiæ Curiæ tùm Regio Patrimonio Fiſcales tribui è Rege Procuratores certum eſt, qui dignitate decorentur, ac honore præfulgeant. Nacta *conſ.* 428. *num.* 5. Romanus *ſingul.* 801. *l. nemo Præfectus, C. de dignitatib. lib.* 12. Cum illius ex Principis beneficio, fiat collatio *dicta l. Præ-*
C *fectus*, ibi: *Fit namque dignitas, qua nobis iubentibus ſubſtituetur*. Ipſis propterea quamlibet neceſſe eſt reuerentiam præſtari. *l. & qui, ff. de poſtulando*. Muta *in cap. 7. Regis Alphonſi num.* 2. Nullam quamuis iuriſdictionem id muneris cõtineat. Intrigliol. *ſingul.* 63. *lib.* 2. Caualcan. *de brachio Regio parte 3. nu.* 164. Burgius *de modo procedendi ex abrupto*
D *quæſt.* 19. *num.* 4. *fol.* 74. Tali de cauſa Fiſcales poſt Aduocatos ſedem ipſis tribui, & omnes, qui ſimplices ſint, procedere aduocatos debet: vt explicatum ex Alfer. *de officio Fiſcalis gloſa* 51. *num.* 4. At quid hac de dignitate dubium? Nam ſi dignitas extat in Magna Regia Curia Procuratorem haberi quid Regiæ ipſiuſmet Curiæ Procuratori, & ita ipſius Regis fulgorem oſtendet? Alfer. *loco citato*, qui aduehit Ro-
E man. *ſingul.* 818. Horum autem ex Prorege nominatio fit, & Regis ex facultate deſcendit electio, velut inter præſtantiores optimos; vt æquali ratione, circa fiſci Aduocatos explicatum per Text. *in l. binos, C. de aduocat. diuerſorũ iudicum*. Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 5. cap.* 28. *num.* 8. Ad Regem namque ſpectare certum eſt, vt fiſcalium creationem faciat procuratorium. Muta *ſuper cap. Regis Alphonſi* 7. *num.* 6. Vti ipſius æquali F
forma Proregis ad arbitrium pertinet. Afflict. *ſuper conſtit. rubr. de offic. Magiſtror. Procur. Curiæ num.* 4. Et eoquod generaliter hoc verba facimus de Fiſci Procuratoribus in loco, neceſſe eſt noſcere, tres Procuratorum in iure Fiſcalium occurrere ſpecies. Et in prima fiſcalium Procurator rerum, qui moram in Magnæ RegiæCuriæ Tribunali facit. G
Poſteriori, Patrimonialia qui curat negotia, & in Regij Patrimonij Tribunali perſiſtit; quo in caſu de bonis, quæ Regis ſpectent ad patrimonium, agitur. In tertia Cæſaris Procurator inuenitur, de quo hic ſermo neutiquam inſtituitur; at de primis duobus, per quàm aptè tractabimus; circa quos etiam loquutus fuit Albericus *in rubr. ff. de off. procuratoris Cæſaris*, & Caſſaneus *ſuper conſuetud. Burgund. tit. confiſcationis n.* 3. H
& 4. de vltimo vero verba ducuntur *in tit. ff. de proc. Cæſaris*.

Et primos quidem inter duos differentia intercedit: Regis namque in poteſtate nonnulla, quæ fiſcalia nuncupari neminem latet, quædam, quæ Patrimonialia dici ſcimus, interueniunt bona; vt dicit Tex. *in l. 2. §. hoc interdict. ff. ne quid in loco publico*. Afflictus in I
conſtitutione Regni inter multas in ſecundo notabili.

Horum verò ex Regis facultate creatio, ipſiuſmet ad beneplacitum effecta deſcendit: cum idoneum ſit ſalarium conſtitutum: vt teſtatur Maſtrill. *de magiſtratibus lib. 5. cap. 8. num.* 89. Cum illos inter ei præcedentia tribuatur, qui Magnæ Regiæ Curiæ in Tribunali ſedẽ habet, eum ante, qui in Regio perſiſtit Patrimonio, fiſcalibus quemadmodum fuit de Aduocatis explicatum, quĩ K
ex Fiſcalis Aduocati, eius, in quo procurationem videntur exercere, Tribunalis, conſilio, cuncta gerere compelluntur: Procurator etenim conſilium ex Aduocato petere debet; taliter vt ſi quidquã ex Procuratore patretur, nullo aduocati interueniẽte conſilio, haud-

A equidem validitate actitatum retinebit;
per ea, quæ ſcripta reliquit Bartolus
in l.prima, §. ſi plures, verſ. quarto quæro
dicis ſtatutum, ff. de exercit. & Bald. *in*
rubr. C. eodem, & in l. prima, C. de indicta
viduitate tollenda. Carauita *ſuper riti-*
bus Magnæ Regiæ Curiæ ritu 17. num. 1.
& 2. vbi explicatur: quod in quo caſu
cum fiſcalis abſit Procurator adducta
conſpiciatur fiſcum aduerſus, ſententia,
B neutiquam vigorem includet: vt dixit
Alfer. *de officio Fiſcalis Gloſa 16. priuileg.*
65. num. 210. & Gloſa *18. priuil. 8. num.*
16. Fiſcalis etenim Procuratoris præ-
ſentiã omnibus adeſſe in negotijs opor-
tet. Alfer. *gloſa 30. num. 2.* cum Fiſci
firmum ſit circa intereſſe agi: vt poſt
Maſtrillum explicauit Muta *in pragmat.*
de officio Iudicum Magnæ Regiæ num. 12.
fol. 77. Idem Alfer. *gloſa 13. ſub num. 5.*
C *fol. 40.* Tanto verum ipſius præſentia
rigore requiritur, vt haudquaquam ip-
ſis habeatur permiſſum, vt ſeruitium
ſubſtituti valeat ex opera, præſtare Al-
fer. *gloſa 28. num. 2.* Nec ex aliorum
induſtria venire ad ſeruitium. Tres tali
de cauſa fiſcales in Magna Regia Curia
Procuratores adſunt; & vnus in Regij
Patrimonij interuenit Tribunali, qui
cum ſuæ periodum vitæ concluſerit, aut
D impedimentum excipiat, ex tribus vnus
officium aſſumit; huius autem ad pro-
curationis officium valet quiſque vel
inuitè ad id vehi; eximius quemadmo-
dum, Ioſeph de Xiacca procurator fuit
coactus, vt Regij Patrimonij procura-
toris officium Fiſcalis acceptaret, anno
iam tranſacto 1671. quem anno 1672.
Beatus Ioannes Dei Patriarcha Reuiſo-
ris mei Patris Modeſti Mariæ Vegetio,
E & Giuſtiniano, quaſi ab extinctis mira-
culosè reuocauit, nè tanti viri iacturam
Reſpublica Sicula immaturo tempore
perpetuò deploraret. Sicuti de conſue-
tudine teſtatur Maſtrill. *de magiſtratibus*
lib. 1. cap. 30. num. 82. ex Decij doctrina
in l. inuitus, C. de regulis iuris. Quibus,
cum Fiſcales circa lites victoria obtine-
tur nulla concedi palmaria firmum eſt;
vt doctè explicauit Fontanel. *deciſ. 424.*

Dempto quod hoc conſuetudinis effi- F
ceretur medio; victoriæ autem in caſu
factas ipſi neutiquam tribui expenſas
noſcimus, nec ad ipſas, ſi lis in iactu-
ram abit, cogi poteſt. per Text *in l. fin.*
C. de fruct. & lit. expenſis. Paritatem quo
in loco vidimus in obſeruatione habi-
tam, vt qui expenſarum ſolutionem fa-
cit, nec repetere illas poſſit. Muta *in*
cap. 20. Regis Ioannis ſub num. 2. Fiſcales
atenim curare Procuratores debent, ne G
Regni ſubditos calumniæ opera vexẽt;
nam ſi alio agant modo ſubijci punitio-
nibus opus eſt. Muta *loco ſupra cit. n. 5.*
Ex quo plures ducuntur DD. qui hanc
in tutamen deſumunt ſententiam; prop-
terea, cum ius in fauorem haud veniat
auſis ſuccumbere, & contentiones mi-
nimè debet ſuſcipere, cum conueniat,
vt animaduertant, ne aliquem iniqua
torqueant ratione. Alfer. *de officio Fi-* H
ſcalis gloſa 9. num. 39. fol. 32. Afflictus
ſuper conſtitut. Neapol. rubr. de officio ma-
giſtrorum Procuratorum Curiæ rubric. 83.
num. 4. fol. 210. à tergo. Quoniam alicui
læſionem afferre minimè decet, vt alte-
ri iuuamen adducatur: vt notatum ex
Gloſa *2. in cap. poſtulaſti, de voto.* Cau-
tionem verò, quam quiſque poſtularit,
nullo præſtare modo fiſcalis tenetur
procurator: præſumitur namque ido- I
neum ad ſolutionem eſſe. *l. 2. ff. de feudo*
dot. Muta *in cap. 6. Regis Alphonſi n. 10.*
tom. 4. fol. 16. Nec aliqua ipſum neceſ-
ſitas adſtringit, vt, tàm ſi agat, quàm
excipiat, ſeſe talem eſſe demonſtret,
aut propriæ legitimationem faciat per-
ſonæ. Propterea ſi hoc nequaquã oſten-
derit, validitatem quod eſt actitatum,
includere certum eſt, nec aliqua de
proceſſus nullitate forma oportet re-
dargui. Muta *ſuper cap. 7. Reg. Alphonſi* K
num. 4. authoritate Bartoli *in l. prima,*
C. quis, & aduerſus quos, verſic. circa primã
partem, cui vim ineſſe affirmauit idem
Muta *in fine dicti nu. 4.* in omnibus Cu-
riarum officialibus, qui moram in ſta-
tionibus faciant, per Textum *in l. prima*
C. de compenſationibus, & ibi Gloſa *in*
verbo ſtatio.

Fiſca-

A Fiſcalibus igitur Procuratoribus, vt
benè calleāt; quibus principaliter age-
re in cauſis debeant, ne in ſubditos gra-
uamen aduehatur. Et copioſa eoquod
ratione ſcripta Maurus Burgius *de modo
procedendi ex abrupto centur. 1. quæſt. 19.*
reliquit, cum centum, ac triginta ex-
plicare caſus ſtuduerit; breuiter prop-
terea, & ſummariè attingam, nec non
hic, opportuno velut in loco, ne illius
B recurſus habeatur ad opus reſcribere
illos non relinquam. Notum igitur ſit:
quod hiſce valet principaliter actionem
in caſibus ſortiri: vtpotè ſi læſæ crimen
patteretur Maieſtatis, cum nefandi ſce-
lus occurrat; ſi blaſphemias quilibet
proferre, Deum aduerſus, ac Imma-
culatam contra Virginem auſus fuerit;
ſi magiæ quiſquam delictum commiſe-
rit, artis opera; cum homicida in ex-
C traneum, ſi illius non vrgeant, vel non
exiſtant conſanguinei, aliquis habea-
tur; quando falſæ reus monetæ ſit, &
carlenorum fuerit tonſio facta; monia-
libus quo in caſu fuerint iniuriæ, ipſa-
rumque Monaſterijs adductæ; quando
iniuriæ diuina celebrantibus officia ve-
hantur; ſi prohibito, ignis proiectio,
tempore ex aliqua confecta, flagranti
cum maleficus in crimine captus ha-
D beatur; quo in caſu de delictis, in offi-
cialium aſpectu, explicatis agatur; ſi in-
uehi contra illos oporteat, qui falcones,
vigeſimum ante Aprilis diem, captare
in nidis audeant; quando illos aduerſus
punitionem deceat, qui Attagenas Per-
dices, Leporeſque retibus fallere, la-
queiſque non dubitent; quo in euentu
Notarij exculpatorias, vel inculpato-
rias, in fauorem, aut criminaliter pro-
E ſequutorum in detrimentum faciant; ſi
eos contra tractetur, qui parata in ha-
bitatis locis arma ignis ducere minimè
vereantur; in illos etiam, qui paruio-
res vel detinent, vel portent, ſclopos,
quàm tres ſint palmi; aut longiorem
habeant, cū tamen deputationis haud-
quaquam demonſtrent apodixam; in
eos qui tribus breuiores palmis ſclopos
conſtruant; illos contra, qui exonerant,

vel exonerari ſcolpettam mandent, ani- F
mo, vt alicui damnum adducatur; quā-
quam nullo ſequutus modo effectus
fuerit: quid autem agendum ſit, ſi nul-
lum appareat veſtigium? Vide Giurbā
obſeruat. 33. per totam. Notarios etiam
aduerſus, qui, cum nulla contrahenti-
bus de perſonis conſtiterit ratione, pro-
mere inſtrumentum præſumunt; in illos,
qui, aut velata, vel tincta viſi fuerint
per Ciuitatem, facie, campoſque; illos G
contra, qui in homines propria inſultū
in domo aduehant; quo in caſu in eos
infligi punitio debeat, qui prohibitis
ludere conſpiciantur ludis: quemad-
modum aduerſus eos, qui vetito flumi-
na inficiant tempore: vt venatorum ex-
plicatum fuit in ſtatu; vt pariter contra
eos, qui Sanctum nuncupent Dæmo-
nem; in illos, qui mulierem, vt lucrum
captet, publico, aut priuato proſtituāt H
loco; ſi mulierum quæpiam lenones de-
tineant; quando aliquis concubinam
propria tetineat in domo, nullo quam-
uis ambo vinculo adnectantur; vbi pu-
niri illi debeant, qui publicis, boues,
iuuencas, ac etiam vacchas ruina extin-
ctas in macellis vendere neutiquam
dubitent, cum neceſſaria non interſit
cognitio, quæ per loci Iuratos, agi, Se-
cretumque debeat; quo in caſu quiſ- I
quam bouini animalia generis publica
extra macella emere videatur, aut ven-
dere; vt pariter eos contra, qui vltra
pretij taxam ex Pragmaticis confectam
boum facere venditionē non timeant:
ſi aliqui habeantur, qui bouinæ in ani-
malibus ſpeciei agere non verentur ex-
pignorationem; dempto quod permiſſi
occurrant caſus, cum ipſorum ſcilicet
pro pretio, aut, quæ deſumpſerint, pa- K
ſcuis, Agricolarum ſicut explanatum
in ſtatu fuit; illos aduerſus medicos,
qui ægrotorum accedunt ad curam, tri-
dui poſtquā exhortationis lapſum fue-
rit ſpatium, quo ſuo pandere peccata
Confeſſario debeant, ſic enim in Me-
dicorum loquutus ſum tractatu; in eos
qui baractariam in domibus teneant,
vel illam permittere nequaquam du-
bitent,

A bitent, vt prohibiti exercitium ludi habeatur: quando in defunctorum quilibet domibus tridui deplorare percurſũ videatur: vel cum illac ſacræ tranſitum proceſsionis, aut corporis Chriſti eſſe certum ſit; ſi quis extinctorum adeat monumenta, ibique luctus inſtituat, ſeruilis quamquam conditionis exiſtat; cũ aliquis nulla habita neceſsariæ formæ cura bouini animalia generis, in ciuitatem, ac, quæ habitata ſint, loca intro-
B ducere audeat; quo in caſu animalium, quiſque, facere venditionem velit etiãſi patentem non demonſtret, Paſtorum quemadmodum in ſtatu ſatis explanatum; illos contra, qui, cum nulla interſit facultas, animalia extra Regni fines adducant; eos in Procuratores, qui initiãdis minimè procurare in cauſis quærant, vt ſeſe cauſarum Aduocati ſub-
C ſcribere poſsint; quando quis neci capras tradere, conceſſum extra tempus præſumat; quo in caſu quilibet negotia, vel deambulationes in Eccleſia inſtituant, cum miſſarum perdurare celebratio videatur; ſi quiſquam equo inſidens in Sanctiſſimæ tranſitu Euchariſtiæ deſcendere nullo voluerit modo; cum Ludimagiſter Chriſtiana pueros erudire doctrina minimè ſtudeat; eos etiam
D contra, qui officinas aperiant cum dominici ſint dies; vt pariter aduerſus illos, qui neutiquam demonſtrare curent illum, alicuius ex quo in detrimentum iniquo animo, exonerari ſclopus debebit: vt æquali ratione ſi quis pecuniæ medio in officij dignitatem contendat aſcendere: quemadmodum quo in caſu quiſque neruo liberos malè agere homines præſumat, illos aduerſus, qui ho-
E micidium ex propoſito perpatrarint, eos contra, qui Ioannis de Vega ordinationes minimè ſeruerit; in illos exequutiuos commiſſarios, qui nequaquam in matriculo ſint conſtitutis & in illos, qui licèt ſint in matricula poſiti animalia tamen expignorata nullo reſtituere modo voluerit, cum oblata fideiuſſio, dare, ad omne Curiæ mandatum præſentanda fuerit; quo in caſu commiſſarius quiſquam, & Algozirius in diuerſa deſtinati prædia, & cum aliquem aduerſus inquilinum commiſſionales præſentarent literas, ex dictis poſt modum actis alium contra, pro dictarum exactione, procedant; ſi quiſquam iniuria miniſtros, qui iuriſdictionalia gerant officia, minimè afficere dubitet; ſi officiales eos ſubornent, qui Regij bona Patrimonij, ac Vniuerſitatis extorqueant, ac occupent; cum aliqui Pragmaticas, & G
Regni capitula violent, vt pœnæ exactionem in ipſos faciant; quando qui fuerint in ſuſpectos recuſati officiales recuſatoriam accipiant ſuplicationem, aut etiam non admittentes Pragmaticæ forma neutiquam ſeruata diuerſos in commiſſarios, qui vno, eodemque tempore, vnius efficacia contractus, vacẽt, cum in plures debiti nomen diuidant; aduerſus Magiſtros Notarios, & Actuarios, qui atteſtationum iuramentum de H
inimicitia, in margine non apponant; in illos commiſsarios, qui bimeſtre poſtquam elapſum tempus fuerit literas, abſque prorogatione, aut etiam procuri exequãtur, quo in caſu famoſos quiſquam libellos fingit, aut componit poetarum quemadmodum in ſtatu explicabo: cum diſtrictus Meſsanæ terras Straticotus minimè viſitare curet; ſi aliquis I
vnciarum quique vltra ſummam, aut infra perſonali ex violentia, vel reali furtum committat; quando quiſquam bannitorum, aut fautor extet, aut receptator; vt etiam ſi quilibet per decem ſpatium dierum ſimul cum bannitis eat; quemadmodum bancherios eorumque ſocios, qui fuerint decoctores, aduerſus; pari ſicut forma illos contra, qui aureã, argenteamque conflare, aut etiam K
tondere audeant pecuniam, chimicorũ vti explicatum in ſtatu; in Notarios, qui de perſona mulierum obligationem recipiant; quando aliquis inimicum ad duelli prouocet diſcrimen, vt in cap. de Monomachia in militum ſtatu dictum; quo in euentu, ciuili pro cauſa, vel criminali, quæ à ciuili deſcendat quiſquã exulet; cum carcerarius nequaqam prohibeat,

A hibeat, ne carceribus tàm criminali, quàm ciuili pro cauſa iniecti exinde egrediantur; quando aliquis aſſaſſinij crimen patrare minimè vereatur; ſi quiſquam arma in aliquem aduehat, qui in Eccleſia perſiſtat; quo in caſu carceribus traditis, aut non, cum tamen in carceribus ſint, inſultum facere minimè dubitet aliquis; contra illos, qui religioſis, aut ſacris iniuria perſonis afferant; ſi hoc
B tamen priuati reſpectu odij non fuerit perpatratum; in eos etiam, qui falſam è ſcientia monetam expendant; cum accidat, quod officialis delicta componere nequaquam erubeat; quando aliquis de falſo teſtis tàm ciuili in cauſa, quàm in criminali fuerit cõuinctus ſi Nauclerus quisquam bannitos de vno alium traducere locum præſumat; Capitaneos aduersùs, qui bannitorum tabellam ad
C Magnam Regiam Curiam tranſmittere nullo curent modo; in illos pariter, qui nauigia inſtruere armis audeant; abſque eoquod congruæ interueniant licentiæ; quando eſculenta ſibi, aut poculenta ſuſcipiant; ſi barones prohibitionem faciant, ne proprij mercaturam exerceant vaſſalli, vt baronum explicatum in ſtatu; ſi aliquis aduersùs conſanguineos, & affines inſultum faciat ſui amicos ini-
D mici, quæ circa ſcripta reliquit Burgius *loco ſuprà citato* Quemadmodum contra illos agitur, qui narium audet obtruncationem facere, & labra, oculoſque vellat, vt etiam in illos, qui homagia fregerint, de quibus omnibus ſcripſit Muta *ſuper pragmaticam Regni in tit. 29. num. 4. tit. 39. & n. 13. tit. 38.*

Et generali forma fiſcalibus notum ſit procuratoribus, quod omnibus in
E cauſis, quæ ſubintrabiles ſint, cum pars deſiſtat, permiſſum ipſis eſt, vt ſubintrent, ac ipſius faciant incumbentia: vt ſcriptum fuit ex Muta *ſuper pragmat. tit. panis ſeuerè litigantibus, tit. 82. nu. 32. fol. 656.* Baldi authoritate *in l. 2. C. de abolitionibus*. Licitum propterea eſt, vt incumbat ad hoc, vt quiſque foriudicatus explicetur; ſi hunc pars ad effectum nequaquam inuigilet. Muta *in pragm. tit. de ſententia bannit. & foriudic. ſub nu. 25.* F
Omnibus atenim in cauſis, in quibus illum admittuntur ad effectum, vt principaliter quemquam proſequantur nullo compelluntur modo proprios aduerſus conſanguineos agere: vt fiſci dictum fuit de Aduocatis. Peregrinus namque ait *de iure fiſci lib. 7. tit. de aduocato fiſcali num. 8.* Nequaquam fiſcum adſtringi, vt ſeſe contra, ſuoſque patrocinium ſuſci-
piat: ex eo quia quemadmodum minimè contra fiſcum inuehi poteſt, æquali G
ratione fiſci in fauorem haud cogitur in ſe ipſum, parentes, filioſque agere; nemo etenim aliquo viſus eſt tempore ſuam odio habuiſſe carnem: ex D. Paulo *cap. 5.* ad Epheſios, Carauita 18. *ritu, num. 10.*

Notum igitur ſit: quod illo in caſu, quo aliqua fiſcus in cauſa intereſſe pa-
tiatur, illam ſuam debet ad Tribunal H
attrahere; vbi nempè Patrimonij Fiſcaleſque perpatrentur cauſæ. Capic. *deciſ.* 197. Gamma *deciſ.* 21. Borgni Caualc. *deciſ. 8. parte prima.* Marta *de iuriſdictione parte 3. centur. 1. caſu 34. & num. 18.* & latè Maſtrillus *de magiſtrat. lib. 3. cap. 4. & num. 12.* per Text. *in l. 1. & 2. C. ſi aduerſus fiſcum, & l. nec quicquam, de officio Proconſulis*: quod ſi fortè duos inter
priuatos cõtentio interueniat vnius cre- I
ditor fiſcus proprio debet pro intereſſe aſſiſtere, ac exceptiones etiam, quas illius opponere debitor neglexit aduehere. Peregrinus *de iure fiſci lib. 4. tit. 6. in fine.* Fontanell. *deciſ. 557. per totam,* qui *ſub num. 22.* optimè affirmat illo admiſſam in Senatu Fiſci oppoſitionem illo tamen in ſtatu, quo oppoſitionis cauſa perſiſtebat tempore.

Aduertant attamen, ne alicui patro-
cinium, ſub pecuniæ Fiſco, ac etiam K
Regio debitæ Patrimonio deſumant. *l. 1. C. ne fiſcus, vel R. P.* quemadmodum nec litigioſam, dubiamue actionem nõ ſolutam pro fiſco, aut donationis titulo ſuſcipere. Bartolus *in dicta l. 1. C. eodem, l. unum allegas 2. C. eodem.* Peregrinus *de iure fiſci lib. 4. tit. 6. num. 42.* Alfer. *de officio Fiſcalis Gloſa 16. num. 14. & num.*

144.

A 144.*cum ſequentibus.* Nec litis de quota
conceſſum eſt pactum inijci. *dicta l. 2.*
vbi Alexan. *C. eodem.* Indignum etenim
ex Imperatore ducitur *in l. 3. C. eodem.*
vt debiti ſub colore fiſcus priuatum ad-
uerſus procurationem ſuſcipiat, nec nō
præſtet: cum nullo decens extet mo-
do, vt ad faciendam creditoribus frau-
dem fiſcalis inuidia, patrocinium ſcili-
cet, ex quo ſurgit inuidia imploretur.
B *l. 3. C. eodem.* Peregrinus *de iure fiſci*
dicto lib. 4. tit. 6. num. 46. vbi huius vi-
gore Textus: nequaquam licitum, vt
oblatas è fiſcali debitore actiones fiſcus
accipiat, quamuis aſſumere in ſubſidiū
non vetetur, ac tali de cauſa non arce-
tur in auxilium illum contra venire, qui
fiſcali quidquam debitori debeat. Pe-
regrinus *loco citato num. 46.* Actio ete-
nim, illum aduerſus, qui aliquid de-
C bitori debeat, ſi liquida, extet, & non
è contrario, datur iuxta moderationem
traditam ab Alexandro *prædictam l. 3.*
C. eodem.

Triplici atenim in caſu reputauit Pe-
regrinus *de iure fiſci lib. 6. tit. 7. ſub nu.*
26. Fiſco licitum, vt illū, qui ſuo quid-
quam debitori debeat, etiam ſi con-
demnatus non ſit, cogat quos recenſet.
Tex. *in l. non intelligatur, §. multa, ff. de*
iure fiſci. Et in primo ſi principalis nul-
D la creditor forma potens, vt æris faciat
alieni ſolutionem, habeatur: nam ſi ipſi
ſufficientia, vt faciat ſolutionem, inſit;
cogi equidem minimè ille poterit. Po-
ſteriori, quo in euentu fiſci è ratione
contractum apparet debitum fuiſſe. Vl-
timo tandem, cum fiſcali debitores con-
ueniantur ex contractu. An illis verò,
qui fiſcales extent debitores, oporteat
compenſationem concedi? videatur
E Fontanel. *deciſ. 465. & 466. qui in num.*
21. dictæ deciſ. 465. Vectigalium affir-
mat in debitis nullo conuenire modo,
vt per fiſcum admittatur compoſitio:
quod probat Tex. *in l. aufertur, §. ſi vt*
debitoribus, ff. de iure fiſci, vbi ſic Iuris
conſulti legimus verba, *vt debitoribus*
fiſci, quod fiſcus debet, compenſatur, ſæpius
conſtitutum eſt, excepta cauſa tributaria, &
impendiorum, & in l. in ea C. de compen- F
ſationibus: vbi, *in ea, qua Reipublicæ te de-*
bere fateris compenſari, ea, quæ inuicem ab
eadem tibi debentur, is, cuius de ea re notio
eſt, ſi neque ex calendario, neque ex vecti-
galibus &c. ne tributorum &c. debitor ſit.
Quibus dilucidè oſtenditur verbis hu-
iuſmodi nequaquam debitoribus tribui
compenſationem opus eſſe, vt eſt do-
ctorum opinio apud Fontanellam *loco*
citato, Qui addere non neglexit haud
fermè de publico ad priuatum com- G
penſationem præberi per Tex. *in l. 1. &*
3. C. de compenſationibus. Valenzuola
Velaſ. *conſ. 156. num. 87. lib. 2.* Vt pari
forma de vna ſtatione compenſatio ad
aliam haudquaquam conceditur. Fon-
tanel. *loco ſupra citato in fine dicti nu. 21.*
Ne diuerſorum iura officiorum confuſa
ſeſe inter conſpiciātur Peregrinus *de iu-*
re fiſci lib. 6. tit. 7. ſub nu. 15. per Tex.
in l. 1. C. de compenſationibus, & Alciati H
doctrinam *in col. 10. & in conſ. 57. in 6.*
Pluribus etiam nulla tribui forma de-
bere in cauſis eumdem penes conſpici-
mus *loco ſupra citato;* quem ſolers fiſci
Procurator adſtringitur adire, vt dictæ
inferatur excluſio compenſationi: ex
quo etiam, quo debitoris fiſcalis debi-
tor modo, & cuius in conſpectu Iudicis
exequatur; & in diem ante tàm debitor
ipſe, quàm debitoris debitor ad facien- I
dam cogatur compenſationem, diſſeli-
tur: cum concludat neutiquàm vetari,
vt coſtringatur; dummodo tamen, quod
medij interuſurium temporis addeca-
tur: *vt in num. 21.* ſcriptum reliquit, &
de primo per Tex. *in l. 1.* vbi Gloſſa
Baldus, & Salicetus *C. de condictionibus,*
& lege. Afflictus *in cap. 1. in verbo vecti-*
galia num. 51. & de ſecundo etiam *in d.* K
l. 1. & per Cynum *in l. 1. §. ſiue actio C.*
de recuſ. actione.

Plurimas autem ordinationes, tàm
huius Pragmaticis Regni quàm capita-
lis fiſcalium circa Procuratorum, ſolli-
citatorumque officium haberi firmum
eſt: & primò illis prohibitum, vt ſcrip-
turas, notatæ ut in Iuliana fuerint, ſibi
recipiant *per pragm. 24. tit. de officio Iu-*
dicum

A *dicum Magna Regia Curia*: Vetita etiam
informationum detentio, quindecim
vltra ſpatium dierum venit, legitima
abſque eoquod cauſa interſit, cum ſuæ
tamen Excellentiæ facta relatio fuerit,
& ipſe permittere id velit: taliter, vt di-
ctum poſtquam dilapſum tempus fuerit
tranſmitti ad Archiuia ſcripturas opus
eſt: *vt in* §. 10. *in pragm. 3. de officio Ad-
uocatis & Procuratoris fiſcalis*, qui neuti-
B quam ex inimicitiæ capite valent in ſu-
ſpectos allegari, vt *per prag. 5. de recu-
ſatione Iudicum conſtat*. Fiſcales atenim
Sollicitatores, cum nulla occurrat mora
omnes fiſci informationes, quæ refe-
rendæ ſint, & conferendæ debent ad
Magnam Regiam Curiam tranſmittere;
vt pariter acta per fiſci Procuratorem
Aduocatumque ordinanda, ad illam ve-
here. Vigili autem ſtudio curent, vt cito
C cuncta expeditionem excipiant: *vt in* §.
*4. tit. de offic. Procurator. & Sollicitat. fi-
ſcalis*: curare verò coguntur, vt ſtatim
reos, de quibus fuerit mandatum (ſu-
beant) Iudicis in aſpectu, ex quo infor-
mationes ductæ ſubire ſtudeant: *vt in* §.
5. habetur.

Libros autem retinent, omnes in qui-
bus literæ à Procuratoribus, vt ad offi-
ciales tranſmittantur, traditæ, conſpi-
D ciũtur adnotatæ, & ipſe Fiſci Procurator
aſſignationis deſcribet diem, vt etiam
Sollicitatores illam ſignant perſonam,
cui datæ illæ fuerint, *vt 6. in* §. demon-
ſtratur. Incumbere nec non ſollicitato-
res coguntur, vt neceſſariorum copias
actorum, quæ fuerint per fiſci Procu-
ratorem adnotata, deſumant. Ipſi ate-
E nim Procuratores in primæ iniunctionis
termino, ad allegandum allatæ, inſpice-
re ſcripturas debent, qui cum fuerit
elapſus illas aduocatis aduehant: dem-
pto quod, æqua cum ſit cauſa Magna è
Regia Curia approbata, quidquã, quod
debeat firmari occurrat, vt §. 8. eſt di-
ſpoſitio; in Nono etiam explicatur, vt
fiſcales bidui infra ſpatium Sollicitato-
res, informationes, & acta Regiam ad
Theſaureriam pro fiſco tranſmiſſa Ma-
gnæ ad Regiæ Curiæ ducant archiuiũ,
Fiſci niſi Aduocato, & pariter Procura-
tori ea placuerit prius inſpicere! in vn- F
decimo etiam Fiſci Procuratoribus mã-
datur: quod, vbi dictum fuerit (Fiſcus
aſſiſtat) cuncta ſatagant facere incum-
bentias ita vt Fiſcales Procuratores vſ-
que debent interuenire, cum partes cu-
rent, vt informationes ducantur, & alia,
vt hic veniat effectus, neceſſaria pa-
trent.

Fiſci etiam Procuratores ſeſe penes G
bannitorum debent notamenta retine-
re, Fiſci quemadmodum fuit Aduoca-
tos circa explicatum: horum verò ac-
cuſationibus nullam ineſſe, vt inquiſitio
fiat ſufficientiam voluit Farin. *in fragm.
parte 2. litera I. ſub num.* 972.

Omnibus tandem ſit notum ipſos,
veluti Senatus oculos, haberi, & ipſo-
rum pertinere ad munus, vt curent, ne
quidquam, aut peſſimè, aut Senatus in
authoritatem committatur: vt poſt Fa- H
brum in ſuo Codice *lib. 1. tit. 10. defin.
1. num.* 12. dixit Fontanel. *deciſ.* 181. *nu.*
17. *fol.* 309. Et quod in cunctis, quæ fi-
ſcales ſint, cauſis, ſummaria forma, &
ſola inſpecta facti veritate procedatur
Surdus *deciſ.* 18. *num.* 5. Bartol. *in l. res
quæ.* §. *res autem ff. de iure fiſci.* Caſtren-
ſis *in l. ſi marito in principio, ff. ſoluto ma-
trimonio.* Ex quo nec de calumnia duci
iuramentum decet: vt in Senatu Montis I
ferrati deciſum teſtatur Surdus *loco cita-
to num.* 11.

DE PROCVRATORVM

Priuatorum perſonarum officio.

Cap. 2.

K PAuperum quemadmodum Aduo-
catus, in capitulo de Priuatorum
aduocatis præcedentiam, cæteros inter
obtinuit; pari, hoc in capitulo, ratione
ipſorum debent Procuratores proprium
ſortiri, alios ante locum de illo prius
igitur oportet tractare, cuius habetur
munus (illa præter, quæ pauperum

A ſuerunt explicata de Aduocato.) vt ſemel in hebdomadæ ſpatio carceres vna cum Aduocato viſitet, & diligenti cauſas modo, illarumque ſtatum perquirat, ac Magnæ Regiæ Curiæ exemplum adferat, notamque in carcerum libris de continua in illis perſiſtentium pauperũ viſitatione faciat. Ipſius etiam muneri incumbit, vt omnium defenſiones cauſarum, tàm quæ ciuiles ſunt, quàm
B criminales, ac ad pauperes actione, cõtra fiſcum licet inuehi, priuatoſque debeat, ſuſcipere haud negligat; his autem, vt dictas conferat cauſas accedere ad aduocatum in hebdomada neceſſe illi eſt, à quo cum mandatum exceperit, illud effectus tradere cõpellitur, cuius cum minimè conſuluerit prudentiam, peragere nil debet: concluſos namque ad ipſum ducere proceſſus ex proprio adſtringitur munere: cunctorum etenim tutamen pauperum ſuo aſ-
C ſumere labore conuenit, innocentiæ traditus quibus terminus videatur; cuiuslibet hac de cauſa in hebdomadæ curſu Magnæ Regiæ Curiæ Archiuium viſitat. vt diligenter inſpiciat, innocentiæ an terminus fuerit alicui datus, & fiſcalium poſtquam dies tranſactus, idem adire archiuium ad ipſum ſpectat, vt omnes pauperum in fauorem, aut ex
D aduerſo factas, capiat prouiſiones; de qua Archiuij viſitatione notam ſcriptis committere compellitur. In Magno pari forma Regiæ Curiæ viſitatione, pro pauperum intereſſe, interuenit, ad hoc, vt ſi cauſæ quidquam poſcatur de ſtatu, aſſignari ab ipſo ratio valeat, ad effectum vt expeditionem, pauperumque cauſis adduci prouiſionem non retardetur. Aduertat tamẽ procurator, quod
E ſi horum non dubitat ex obſeruatione declinare, quamlibet debet ſalarij iacturam facere per vicem, vt proprijs æqualiter in bonis, & Proregis punitionem arbitrio ſubeat. De quibus omnibus in ſua peculiari pragmatica cum paragraphis extat, & ſcripſit Maſtrill. *lib 3. cap.6.num.12. & cap.8. lib.5. num.* 117. & à Muta *ſuper eadem pragm.*

Hoc autem in loco illam opus eſt quæſtionem explicari, quam optimè enucleauit Carauita *in Ritu* … *Regni* F
Neapolis num.11. fol. 21. Cui ſcilicet ex duobus, quæ miſerabiles haberentur perſonæ, & ad inuicem litem agerent ſuum præſtare pauperum procurator auxilium debeat? Et an poſſit vnum aduerſus alium, qui pauper, & miſerabilis in tutamen ſuſcipere adducit in Tex. *in L. qui habet, ff. de tutelis.* Quo explica-
G tur in loco, quod gemina quotieſcumque concurrere cauſa videtur, & aliquo de indiuiſibili tractatur: vt intelligit Bartolus illum Textum. Naturalem accidentali cauſam anteponi firmum eſt: ex quo Afflictus *in conſtitutione Regni Statuimus num. 12. Inducit*, quod quamuis & pupillo priuilegium tribuatur, & viduæ, ſi ambo tamen ſimul
H concurrunt, pupillum, qui naturale retinet priuilegium, præire opus eſt: cum ætatis habeatur ratio: nullo autem vidua modo, quæ priuilegium ex accidenti obtinet. Hac de cauſa affirmandum eſſe reputatur, Procuratori, & Aduocato pauperum conueniens, vt illius defenſionem partis aſſumat, quæ priuilegium ex natura excipit, non autem ex accidenti; hoc namque in caſu
I alteri anteponitur, quæ tali priuilegium in concurſu neutiquam retinere iudicatur, cum nulla veniat conſideratio, ſi de patrocinio agatur, quod indiuiſibile videtur; ita vt ſi vni adferatur, alteri aduehi neutiquam poſſit: quo atenim in euentu æquali priuilegium demonſtrat forma, maius occurrere dubium conſpiceretur, & quamuis explicare quiſque poſſet, quod dicit Afflictus *in*
K *dicta conſtitutione Statuimus quæſt. 2. n. 14. verſ. tunc ergo*; quod tali in accidenti neutiquam priuilegio, illum aduerſus, qui priuilegium oſtendat, vtatur; at priuilegij ſit cum priuilegio compenſatio, & confuſionem ſeſe inter faciunt: tali de cauſa illum opus eſt in tutamen capere, qui Procuratorem, pauperumque anteuenit Aduocatum; vt melior occupantis extet conditio; at ſi vna oc-

cur-

A curreriut, actoris potiùs defenſionem
ſuſcipere, quàm rei dubiter. Idem ta-
men affirmat Carualius optimum ſibi
videri, vt Procurator, & Aduocatus
ſeſe ab vtriuſque propugnatione abſti-
neat. Et rationem adducit, vnius co-
quod pro tutamine iam ſtipendium ex
Rege obtinuit, & concurſus ex eo, quia
cauſa nullo notum eſt ipſi modo, quis
alteri debeat præferri, tali ſic ne nequa-
B quam æquum reputat vt vnum, contra
alium tueatur.

Reliquum autem eſt vt verba, priua-
tas quoad perſonas, inſtituam; qui
alienas in iudicijs ad patrocinium cau-
ſas aſſumunt. Et antequam ad defen-
dendum deſcendunt, & gerenda ve-
niunt negotia illud coguntur demon-
ſtrare mandatum, ex quo geſti vigorem
actus, & petitio retineant. Iaſon *in*
C *l. exigendi num.9. C. de Procurator.* Rota
deciſ.47. ſub num. 4. part.2. in recentior.
Gratianus *diſcept. forenſ. 907. num. 37.*
vol.5. Procuratoris etenim conſtitutio
firma debet ex initio haberi, certamque,
ac determinatam oportet eſſe perſonã.
l.2. de Procuratoribus. Nec aliquid ipſis
patrare conceſſum eſt, priuſquam com-
miſſio, & accepteetur, & videatur. Vã-
tica *de nullitate, & defect. mandati num.*
D *115.* Gloſa *in Clementina prima, in ver-*
bo receptis, de procuratoribus. Caſſadorus
deciſ.8. num. 12. de reſtitutione ſpoliator.
Iudicis vnde officio procurationem cõ-
pelluntur oſtendere. Gratianus *deciſ.*
106. & deciſ.201. num. 75. authoritate
Gloſæ *in cap. 1. de electione in 6.* quo au-
tem in caſu dubium, circa mandatum
emergit, cautionem adſtringitur pro-
curator præſtare. *l. cautio, C. de procur.*
Mencaca *controuerſ. lib.2. cap.16. num.3.*
E *parte 2.* Quo ait in loco, quod ſi dubiũ
occurrat: an mandatum inſit Procura-
tori? tunc alia non admittitur forma,
quàm ſi cautionem præbeat de ratho;
ſed enim haud cum illa admittitur, ſi
mandatum ſibi non tributum aſſerat.
Donatus à Fina *tom.1. comm. opin. lib.2.*
tit.8. num.81. fol. 814. Barboſa *in l. di-*
uort. §. interdum, num.34. ff. ſolut. matrim.

Qua aſſerit in parte nequaquam audiri F
procuratorem in iudicio debere; ſi no-
tum ſit, ipſum mandatum non retineret
de ratho quamuis cautionem adferat,
quod ſi mandatum procuratorem ha-
bere conſiteatur reus, illum poteſt, vt
oſtendat, Iudex compellere; aliter ip-
ſum reijcere non vetatur. Neuizanus
deciſ.19. num.19. Ne actus; qui ipſios
efficiuntur in aſpectu, inualidi reddan-
tur D.D. penes Cancer. *variar. reſolut.* G
cap.14. de procurator. num. 63. & 64.
Quod cum habitum fuerit; ac etiam
oſtenſum, ipſius repræſentat procura-
tor conſtituentis perſonam: taliter vt
illius vice requiratur. Gratianus *diſcept.*
853. num. 62. Et cuncta, quæ noſtram
per operam valemus committere, per
ipſos efficere non repellimus. Fontanel.
deciſ.549. num. 8. Et per quod vitam
ducere conſpicimus ſpatium, & manda- H
tum perdurare certum eſt, nec ipſum
in finem videtur irruere, niſi & reuoca-
tio adducatur, & mors occurrat, *§. re-*
cte, inſtitut. tit. de mandat. Et hoc præ-
ſumptionis ergo, venit, quæ conſtans
dicitur, & firma, voluntas reputatur
perdurare dum reuocationem circa, vel
mortem nil aduenit. *cap. maiores in fine.*
cap. de baptiſ. l. cum quis, ff. de prob.

Poſtquam atenim conteſtata lis fue- I
rit, mandati abſque eo quod exhibitio
fiat, ſufficientem præſumitur facultatẽ
retinere: ita vt ſi hoc denegetur, pro-
bandi illi onus incumbit, qui, cum le-
gitimam minimè habere procurationẽ
affirmat: quo autem in caſu admiſſus
ad conteſtandum fuerit approbatus,
etiam in ſui quaſi poſſeſſione dicitur, &
admiſſus. Alexander *in l. licet num. 5.* K
C. de Procuratoribus. Felinus *in cap. cum*
iure num.16. de officio delegati. Mantica
de tacitis, & ambiguis lib.4. num.15. con-
tra Bartoli, & Abbatis opinionem. Per-
ſonæ quemadmodum legitimatio nulla
peti, ac etiam opponi ratione per eum
valet, qui aliquem, velut Procurato-
rem, citare fecerit. *l. inter quos 39. §.*
alieno in fine, ff. de damno infecto. Surd.
deciſ. deciſ.104. num.6. vſque ad 14. &

 deciſ.

Digitized by Google

A *deciſ.*108. *nu.*12. *& ſequent.* Adde quod
ſi quid quam ſit cum illo effectum, qui
ſeſe, veluti procuratorem gereret, vim
debent perpatrata continere: ne qui li-
tem agunt decepti cum ipſo remaneãt:
quemadmodum de tutore fuit explica-
tum, qui legitimus haudequidem. ſic
in deciſ. Rotæ diuerſ. 89. *num.* 1. *parte* 2.
poſt Chiſanenſ. *deciſ.* 197. iuxta *conſil.*
Soccini 153. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. & de
Procuratore Tiraquell. *de legib. connub.*
B *gloſ.*8. *num.*148. *leg.*16. A te quo quili-
bet in caſu procuratoris ſibi vices aſſu-
mat, & huius generis poſtmodum non
reperiatur, ſui neutiquam valet partes
tueri, cum affirmat, ſeſe, coniunctam vt
perſonam, re egiſſe Hondedeus *conſ.*55.
*num.*81. *lib.*1. Achil. *deciſ.*5. *de Procura-
tor.* Gratian. *diſput:* 669. *num.* 30. *to.*4.
Sed etenim ſi dubium de mandato in-
terſit; cum ipſe de ratho cautionem
C præſtiterit, repelli minimè debet. *l.* 1.
C. de procuratoribus l. non ſolum, *§. qui
alienum*, *ff. eodem cap.* 1. *extra eodem.* Vt
pro coniuncto autem quiſquam poſſit
agere; hanc tribui rathi cautionẽ opor-
tet, non vltro verum eam offerri, at ſi
poſcatur à parte, decet. Cancerius *va-
riar. reſolut. cap.* 14. *de procuratoribus ſub
num.* 105. & ibi doctores ab ipſo du-
cti.

D An tamen ad lites Procuratori, qui
nullam exigendi retinet facultatem, pe-
tere non repellatur, vt res, aut etiam
pecunia ex debitoris dominio extraha-
tur, & idoneum penes hominem depo-
ſitetur; & an ipſi non vetetur contra-
ctum, qui debeat exequutioni tradi, po-
ſcere? videndus erit Roderiquez Sua-
rez *in l. poſt rem iudicatam in* 3. *quaſt. ff.
de re iudicata.* Si ſpeciale atenim haud in-
E teruenіat mandatum nullo iuriſdictio-
nem prorogare modo ipſi permittitur.
Guidon Papa *deciſ.* 285. *num.* 2. Bald.
*deciſ.*66. Innocent. *in cap. de cauſis nu.* 1.
in fine, *extra de officio delegati.* Cui limi-
tationem doctrinæ duxit. *in cap.* P. *&* G.
num. 11. *eodem tit.* ſi prorogatio fieret,
quo in caſu, & ſciat, & neutiquam re-
cuſet dominus. Innocent. *in cap. ex par-
te de reſcriptis.* Si generalis atenim Pro- F
curator liberæ cum facultate haberetur
incompetentem valet in iudicem ſuum
præbere conſenſum. *l. Procurator*, *cui
Generaliter*, *ff. de Procuratoribus.* Nacta
*conſ.*413. *nu.*5. Angelus *in l.* 2. *in prin-
cipio ff. de Iudicijs.* Felinus *in dicto cap.* P.
& G. *num.* 16. Cancer. *cap.* 14. *de Pro-
curatoribus num.* 32. At ſi quiſquam
fuerit ſimpliciter ad agendum conſtitu-
tus, ad defendendum etiam præſumptus G
intelligitur, quamuis hoc in mandato
non ſit expreſſum: neceſſariam nam
hoc venire in conſequentiam eſt in pla-
citis. Gloſæ *in l. inuitus*, *& in l. actionem
C. de Procuratoribus*, vbi quoque Iaſon,
& cæteri. Et conſtituentis in reconuen-
tionis cauſa defenſionem cogitur ſuſci-
pere Abb. *in cap.* 1. *num.* 24. *de mutuis
petitionibus* Donel. *comment. iuris ciuilis
lib.* 18. *cap.* 13. *col.* 8. licet Mencac. *con-
trouerſ. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 3. Contraria H
ſit in opinione, ſi tantum fuerit ad agẽ-
dum tributum mandatum. Cardos *in
praxi Iudicum in verbo Procurator n.* 201.
relatus à Barboſa *in collect. in l. actiones*
5. *C. de Procuratorib.*

Et ex altero quamuis factam procu-
rationem inuiti ſuſcipere Procuratores
cogi minimè debeant: per Tex. *in l. in-
uitus* 17. *C. de Procuratoribus.* Quod ex I
aduerſo conſpicimus in Aduocatis cõ-
ſtitutum; quemadmodum in eorum ſta-
tu explanatum per Tex. *in l.* 1. *§. ait
Prætor. ff. de poſtulando*, *& l. prouidendum
verſic. ſi quis vero C. eodem.* Aliquæ ta-
men adſunt cauſæ, iniquo etiam in qui-
bus Procuratores animo procurationes
adſtringuntur capere. Et quidem ſi pro-
prias locare operas conſueuiſſent: aut
etiam ſi poſteaquam accipere recuſauè- K
rit, iam ſeſe illius pænituiſſet operis: aut
ſi ad Rempublicam illius modi cauſa
vel fiſcum ſpectaret: his nam in caſibus
Procuratoris inuiti officium ſibi capere
coguntur. Cardos *in praxi Iudicum*, *&
Aduocator. in verbo*, *Procurator num.* 68.
Barboſa *in coll. DD. in l. inuitus C. de
Procuratoribus num.* 3. *&* 4. Quo etiam
in loco ex Cardos authoritate reſolu-
tio-

A tionem intulit: Procuratori incumbere, vt ſui poſtquam clientis procurationem acceperit illius tutamen aſſumat, & omnibus vigat in cauſis, & negotijs, ad quæ Procurationis ſeſe intuitu annexit, nec, ſi longè æqua ſit cauſa ſui valet excuſationem adducere. Taliter vt ſi ea nequaquam præſtiterit, quæ requiri conſpiciantur, mandati reſpectu domini ad intereſse cogitur, leuis, & ſi culpa extſtat, aut etiam leuiſſima, & Barboſæ vita
B *loco ſupra citato* habetur ſententia, tali Procurator de cauſa, cui fuerit condemnatio ducta, proponere appellationem cogitur. Puteus *deciſ. 272. fol. 92. alias 267. in correctis lib. 1.* Proſequi licèt eam haud valeat, omnes dempto, quod ad cauſas, tàm quæ fuerint motæ, quàm quæ agitari debebunt, iuxta Bartoli diſtinctionem. *in l. inuitus C. de Procuratoribus.* Oportet igitur, vt appellationem
C Procurator inſtituat, ne alio ſententia modo iudicatam tranſitum faciat in rem Mantica *de tacitis, & ambiguis lib. 7. tit. 22. num. 18. & ſequent.* quo ſcriptũ in loco reliquit: in obligatione Procuratorem eſſe, vt appellationem proponat, cum prima terminum exceperit inſtantia; neutiquam tamen illam proſequi adſtringitur, niſi vt appellationem
D etiam proſequatur, fuerit coſtitutus: eo nam in caſu ſi abſque proteſtatione ſuſceptum mandatum fuerit proſequi eã compellitur. Aduertant ergo Procuratores, ne inſtituere appellationem omittant, ne colluſorum notã ſubeant. Barboſa *in dicta l. inuitus. num. 7.* qui adducit Bartolum *in l. 1. §. aduerſus ff. quando Appellandum ſit,* & Afflictum *dec. 344. num. 2. & aliis.* Quo autem in caſu litis
E dominus effectus Procurator in prima fuerit inſtantia, noſcat appellationis ſibi haudquaquam procedere in cauſa permiſsum: litis quoniam dominus haud intelligitur, at inſtantiæ. Mantica *de tacitis lib. 7. tit. 22. num. 22.* At ſi forſitan, vt litem proſequatur, fuerit præfixus, ipſam non repellitur appellationẽ circa, literas impetrare, ſi Curia nequaquam eſſe cauſam certum ſit. Mantica *de tacitis lib. 7. tit. 25. num. 46.* qui citat Speculat. *tit. de reſcrip. præſen. §. ratione autem.* F

Genitori atenim minimè denegatur, vt ad filij negotia, conteſtata poſtquam lis fuerit, procuratorem conſtituat, cum nullo filij conſenſus requiratur modo. Cenallos *dicta quæſt. 330.* Qui autem ætatis impetrare veniam exoptat, nullo Procuratorem forma hunc præfigere ad effectum poteſt. *l. 2. C. de his, qui veniam ætatis impetrarunt.* Vt æquali nec G Abbas modo, conuentus abſque eo, quod interſit conſenſus, permiſſum dicitur, Procuratorem inſtituere. *cap. per tuas, extra, de Abitris.* Nec etiam Ciuitatis actores. *l. nec Ciuitas, ff. de Procuratoribus.* Vt pari forma nec infamis. *§. fin. inſtit. de exceptionibus.* Quemadmodum nec valent illum præfigere, qui læſæ exiſtunt Maieſtatis rei. *l. fin. C. ad legem Iuliam Maieſtatis.* H

Enimuero, qui ad lites fuerint Procuratores conſtitui, nullum, antequam litis efficiatur conteſtatio, poſſunt illum ſubſtituere ad effectum per Tex. *in l. quod quis 8. C. de procuratoribus.* Demas tamen conteſtata niſi lis fuerit illo quoniam ex tempore domini ſunt facti: ac Gloſa *in dicta l. 8.* exponit. Speculator *tit. de Procuratoribus, §. ratio igitur num. 23.* Fulgoſius *conſ. 182.* Boerius *deciſ.* I 285. Carauita *ritu* 107. Maranta *in ſpeculo parte 4. diſtinct. 16. ſub num. 12.* Gailla *obſeruat. 74. num. 11.* ac Barboſa *in l. cum Prætor, §. 1. num. 104. & 107. ff. de iudicijs.* Quo rationem in loco affert illa eo quod in lite, quæ fuerit conteſtata, quidam velut contractus, partes inter, celebratus reputatur. *l. 3. ff. de peculio.* Cuius equidem concluſionis intelligentiam deſumi oportet. Iuxta do- K ctrinam Alex. Trentacinq; *variar. reſolut. lib. 2. reſol. 2. tit. de Procuratoribus.* Quo Procuratores in caſu, ſubſtituendi abſque mandato ſint Præfixi, vt pariter; ſi propria quiſquam Procurator exter in re: tali namque in cauſa alium ſubſtitui poſse, litis etiamſi facta conteſtatio minimè fuerit, nemo negat. Iaſon *in*

dicta

A *dicta l. quod quis num. 1. verſ. ſecundo fal-*
lit. Gailla *obſeruat. 74. num. 1.* Vt illis
etiam in caſibus, conteſtatio in quibus
lis fiat: eo quod tunc primum poſt actū,
cauſæ in quo tractari de meritis exordi-
tur, ſubſtituendi minimè denegatur fa-
cultas; vt æqualiter, ſi diſputatio habe-
tur: an Procurator exiſtat? Eo nam in
caſu iſtum circa articulum, conteſtata
priuſquam lis fuerit, Procuratoris qui-
B dem effici ſubſtitutionem haud vetatur.
& hæc collecta fuere à Barboſa *in coll.*
DD. in dicta l. quod quis à num. 4. vſque
ad finem. Nec illis denegari ſubſtitutio
debet, qui libera procuratorem ha-
beat poteſtate: valent namque & prius,
& poſtquam facta conteſtatio, alium
præfigere ſuum in locum procuratorem.
Auguſtinus Berottus *conſ. 23. num. 10.*
vol. 3.

C Quo autem, in caſu neutiquam in-
ſtructus, aut conſcius Procurator illam
circa rem fuerit, ſuper quam quæſtio
exagitetur, & iura neutiquam noſcat
ipſi, quæ principali competunt, Iudicis
ad arbitrium, qui aptus ad hoc ſit, pete-
re ad conſulendum terminum debet,
vt voluit Giurba *obſer. 101. num. 5.* exe-
quutiuum dicet iuditium cum pacto de
non opponendo habeatur: vt eiuſdem
eſt in aſſertis ita fuiſſe iudicatum, tàm
D in Magna Regia; quàm Straticotiali
Curia. Quod ſi de re quamuis inſtructus
exiſteret procurator, & quidquam ex
nouo inſurget, quod veriſimiliter pu-
taretur, dominum minimè poſſe exco-
gitare, dari terminum ad conſulendum
oportet; quoniam ſi certior ex princi-
pali non reddatur nullam facere deli-
berationem valet, vt cedere, vel con-
tendere ſit neceſſe; vt eſt in placitis
E eiuſdem Giurbæ *loco citato ſub num. 10.*
Ex quo declaratum fuit huiuſmodi nul-
lam ineſſe vim ſententiæ, ſi hæc ex ma-
litia, & animo vt dilatetur negotium,
petatur; vt pari forma, quando citatus
ſit. *Quatenus ſua putauerit intereſſe.* quo-
niam tali ratione citatus voluntarius ma-
gis actor, quā neceſſarius habetur reus.
DD. penes Giurbam *loco cit.*

F

DE

HIS, QVI VALEANT

in Procuratores eligi.

Caput 3.

VNiuerſalis ex Doctoribus regula
conſtituitur, eum aſſerant omni- G
nibus permiſſum, vt Procuratores ad
lites, iure ſcripto, ſint; ni ſpeciali pro-
hibeantur nomine: habetur etenim edi-
ctum, ex quo vetitum in procuratores
conſpicitur. *l. mutus 43. §. cum quære-*
tur. ff. de procuratoribus, cap. 1. eodem in 6.
Tholoſanus *ſyntagm. iuris lib. 49. cap. 4.*
ſub num. 11. Interdictum hæc extat de
cauſa Procuratoris exercere officium,
ac patrocinium litigantibus in aduerſa- H
rij necem, & oppreſſionem inferre: de
quibus eſt *tit. in C. ne liceat potentioribus*
patrocinium litigantibus præſtare. Adde
quod Diocletianus, & Maximianus Cæ-
ſares *in l. prima* Qua in parte cauſæ
amiſſionem in pœnam; contra illos pro-
poſuerunt, qui potentiorum ſibi con-
ciliaſſent patrocinium, cum qui illud
præſtaret ex Rectoris Prouinciæ arbitrio
ſuſcipere punitionem debeat: vt nota- I
tum eſt ibi ex Alexandro: huiuſmodi
quamuis potens, ceſſionis via, ſeſe in
negotio verſaretur. *l. 2. C. eodem.* vbi Ale-
xand. Bald. & Salicet.

Nullo etiam hoc illis modo permit-
titur, qui abſentes ſunt, & rathum
neutiquam habent mandatum, nec va-
lent obtinere. *l. 2. ff. de procuratoribus.*
Tholoſanus *loco citato ſub dicto num. 11.*
Vt æqualiter, qui linguæ carent vſu, & K
auribus nil percipiunt ad agendum tri-
bui repelluntur. *l. mutus, & ſurdus 43. ff.*
eodem. Pelag. *de planctu Eccleſiæ.* Borellus
tit. 66. num. 36. Tholoſanus *loco ſup. cit.*
Vt etiam ille, qui decurionis fungere-
tur munere. per Textum *in l. ſi quis pro-*
curator, C. de decurionibus lib. 10. Quem-
admodum hoc ille reijcitur ex officio,
qui excommunicationis detineri vincu-

lo

A lo videatur Peregrinus *de iure fiſc. lib. 3. titul. 11. num. 8. in fine.* Viuius *deciſ. 99. num. 4. cap. poſt ceſſionem, cap. de probat. vbi* Abbas, & Felinus, Maranta *part. 4. diſtinct. 16. num. 18.* circa quod multa declarationem Borellus *num. 38.* Quo in caſu excommunicationem ille ſubiuerit, Procuratoris antequam onus exceperit, non verò ſi poſt id accidat. Vnde explicat, minimè poſſe alium ſubſtitutionem ſui loco facere, authoritate B Viuij *dicta deciſ. 99.* Vantius *de nullitate ex defectu inhabilitatis, ſeu mandati, num. 396.* & aliorum, qui ibi ſunt allati.

Addas eos, qui minori exiſtunt, quam viginti, & quinque annorum ſit numerus, ætate ad iudicia, qui verò ſeptem ſupra decem annos haud cõpleuerint, ad negotia Procuratores nequeunt cõſtitui: vt probat Text. *in cap. qui generaliter, §. fin. de procuratoribus.* Guttier. C *de iuramento confirmat. par. 3. cap. 11. n. 2.* Doctores penes Barboſam *in coll. l. exigendi 12. C. de procuratoribus ſub num. 1.* Borellus *loco ſupra citat. num. 40. & num. 44.* Cum Cuiacij repellatur ſententia, qui legitimat ſeptem, decemque annorum affirmat habili ætatem.

Vetitum etiam mulieribus eſt, vt procuratoris exerceant officium. *l. neque fœmina 54. ff. de procurator.* Specu- D lator *de procuratoribus, §. ratione igitur, num. 1. verſ. item quod eſt mulier.* Alius enim ſuſcipere in defenſionem res virile dicitur munus. *l. alienam 18. C. de procuratoribus.* Hac de re ſi pupilli tutamen ſuſcipere opus erit, filio tutorem petere cogitur. Benedictus Aegydius *in l. ex hoc iure, ff. de iuſtitia, & iure p. 2. cap. 10. num. 6.* Cardos *in praxi Iudicum, & Aduocatorum in verba procurator n. 14.* E Barboſa *in collect. DD. in dicta l. alienã, C. de procuratoribus.* Cui duplici declarationem forma concluſioni allatam videmus penes Borellum *dicto titul. 66. à num. 48.* Et primo quidem vigorem illi haud ineſſe, ſi propria ſit cauſa ſua eo quod Procuratrix dicitur in re. Secundo ſi ætate, vel morbi vi parentes impediti reperiantur, nec quemquam, qui ipſorum agat in fauorem, valeant habere. Vnde ſi nihil ſit, mulierem aduerſus, procuratoris vices in iudicio F gerentem, oppoſitum, validum eſſe iudicium affirmat Petrus Barboſa *in l. cum Prætor, §. ſi ſenal. num. 25. ff. de iudicijs.*

Repelluntur etiam ex Procuratoris munere Milites, qui, ne ab armorum exercitio diſtrahantur, etiam pro patre procurationem ſuſcipere neutiquam poſſunt. *l. militem 7. C. de procuratorib. l. filiusfamilias 8. §. veterani, l. neque* G *fœmina 54. ff. de procuratoribus. l. milites 31. C. locati, §. præterea, in tit. de except.* Doctores penes Borellum *dicto titul. 16. num. 55.* Qui limitationem adducit: hoc nequaquam efficaciam Veteranis retinere in militibus, qui militiæ tempus iam compleuerint, & pagani nuncupantur. Gloſa *in l. militem, in verbo militum, C. de procurat. & in l. filiusfamilias, §. veterani, ff. eodem.* Nec etiam ſi pro- H pria res extet, & cauſa, vel ſi litis conteſtatio facta cum ipſo fuerit, aut ſui ſi minoris communem proſequatur cauſam. Viuius *deciſ. 144. num. 8. dicto §. veterani, ff. de Procuratoribus.* Excepto autem, militem contra, eo debet in caſu opponi, quo nec adhuc conteſtata lis fuerit, vt ille à iudicio repellatur: ex eo quia, ſi hæc, litis poſt conteſtationẽ adducatur, nullius æſtimabitur valoris. I *l. ita demum 13. C. de procuratoribus.* Nec etiam ſi vſque ad ſententiam perſtiterit, ac obtinuerit: vel ſi facta è ſententia appellatio, & appellationis in iudicio, aut procurator habitus, aut etiam interuenerit. Gloſa *in dicta l. ita demum, C. eod.* vt pariter qui perenni excruciatur morbo, & inire magiſtratum debeat, hinc reijcitur. *dicta l. neque fœmina 54. ff. de Procurator.*

K Clerici atenim, Monachi, & reliqui Eccleſiaſtici homines aliorum, arcẽtur, in fauorem procurationis officiũ exercere, ne diuinis diſtrahantur ab obſequijs, & in litium anfractibus, contentionumque implicentur. *cap. peruenit, diſtinct. 86.* Barboſa *de iure Eccleſiaſtico*

lib.

A *lib.* 1. *cap.*40. *num.*85. Ludouiſius *in memor. Clericor. cap.*4. *tit. de pracept. Clericorum num.*4. *litera K. l. placet, l. omnes, C. de Epiſcopis, & clericis*: Borellus *dict. titul.*66. *num.* 69. quod intelligit Abb. *in cap. venerabilem, qui filij ſint legitimi*: quoad illum, qui Generalis extet Procurator, non autem particularis: ſi vnicam ſcilicet cauſam gerat, quà de re nequaquam vetitum eſt, vt pro ſe, B proprioque amico certam procuret cauſã; vt etiam placuit Innocentio *in cap. unico de obligat.* Archidiaconus *in cap. peruenit, distinct.*86. Borellus *num.* 72. qui ſuam etiam attulit limitationem *in num.* 70. miſerabilium in cauſis perſonarum, cõiunctorum, ac illis, quæ ſuas attinerent ad Eccleſias. per Textum *in cap.* 2. *extra, ne Clerici, vel Monachi, & l. placet, C. de ſacroſanctis Eccleſijs.* Viuius *deciſ.* 151. C *num.* 1. & 7. Cum proprij tamen Prælati facultas interueniat. Innocent. *in cap.* 1. *de iuramento calumniæ.* Borell. *nu.* 71. At ſi forſitan huiuſmodi perſonæ, vt ſubſtitutionem facerent, poteſtatem haberent, id tamen, cum hæc nil obſtet ex aduerſo facultas, minimè facere ipſis permittitur. Capella Tholoſ. *deciſ.* 125. Borellus *num.* 73. quod *in nu.* 74. ſubintelligi voluit: quod ſi habilis conſpiciatur ſubſtitutus, cum litis veniat D conteſtatio, & ratihus domino fuerit proceſſus, validitatem vtique includet: vt pari efficaciam demonſtrat acta modo, ſi velut procurator clericus, temporali egerit in Curia, & nil ſit in contrario allatum. Guidonem Papa *deciſ.* 221. *ſub num.* 5. *verſic. item videmus*, & Gloſam allegat *in l. reum criminis, in verbo pergat, C. de procur.*

Nec præteream, quod litium nulla E forma redemptores gerere procurationem valent. *l. ſalarium* 7. *ff. mandati, l. litem, C. de procuratoribus*: Nec alicuius ex accuſatione, rei criminis id agẽt, priuſquam ſeſe purgauerint. *l. is qui reus ff. de publicis iudicijs, l. reum criminis, C. de procuratoribus.* DD. penes Borellum *loco citato num.*67. Vt pariter ſerui, proprio ni contentio de ſtatu ſit. Tholoſan. *ſintagm. iuris vniuerſi dicto cap.*4. *lib.*49. F *ſub nu.* 11. per Textum *in l. ſeruum quoque, §. ex contrario, ff. de procuratoribus.* Vt pari modo, & qui deportationem ſubiuerint, & banniti procuratoris, nequeant hoc munus exercere: ex Speculatoris ſententia *titul. de procuratore §.* 2. *num.* 1. *l. qui iudicio, ff. de accuſation.* Vt etiam, qui cauſæ cognitionem haud habet, hoc adhibere officium repellitur. *cap. in pertractandis, extra, de iura-* G *mento calumniæ*: illius etenim generis oportet procuratorem haberi, vt in lite interrogatus faciliter adducere reſponſum poſſit; nec inducias, vt conſulat dominum, petat; ni æqua, & euidens occurrat cauſa: *l. fin. C. de procuratoribus l. ſi actor, ff. eodem*: quemadmodum non medicus, aut etiam parabolanos. *l. placet, C. de Epiſcopis, & clericis.* Et deniqué affirmandum; cunctis illis, procurato- H res eſſe, nequaquam permiſſum, proprio quibus venire in iudicium nomine vetatur. Tholoſan. *ſyntagm. iuris vniuerſi dicto cap.*4. *lib.*49. *ſub num.* 11. Generalis ex quo traditur regula, quod legitimam quicumque perſonam, vt ſtet in iudicio, non habet, ad lites minimè conſtitui procurator debeat.

Quo autem in caſu gemini vno eodemque die apparuerit Procuratoris I electio, vt æqualis tradita in diuerſis fuerit inſtrumentis vno ex conſtituente, poteſtas; illos mutuo confundi certum eſt; taliter vt ipſorum nemo procurator dicatur: ignotum etenim eſt, cui adducta ex ipſis reuocatio fuerit. Quare ſuæ id vertat conſtituens ſtultitiæ, cum ſic imprudenter, ac dubiè procuratorem elegerit; quemadmodum æditam deciſionem, in Rota teſtatur. Mandoſ. *re-* K *gula* 4. *Cancellariæ quæſt.* 10. *in fine*, Romanus *ſingul.* 254. DD. penes Gratianum *diſceptat.*95. *num.* 5. qui declarationem intulit *in num.* 7. Intelligi hæc oportere, ſi minor in vno haud occurrat poteſtas, quàm in alio: aut illa in inſtrumento clauſula interueniret: *Non per hoc reuocãdo aliquem alium ſuum procuratorem.* Boerius *deciſ.* 311. *num.* 2.

aſſe-

A aſſerit namque Gratianus, æquitati cõſentaneum ſibi videri; quod, ſi quidquã latiùs conſpiciatur. mandatum, aliud verò arctiùs; id, ex quo maiorem emanare facultatem certum eſt, cedere ſtrictiori debeat; ſicuti ſi alicui generale tributum, ſpeciale, cuidam, ſit mandatum illum opus eſſe præferri, iudicat ipſe, qui ſpeciale demonſtret. *cap. non iuſtè, de procuratoribus, l. principalibus, ff. eodem*. B Atenim ſi cum libera datum ad lites procuratori ſit mandatum facultate; notum quiſque habeat id reſtrictionem pati, vt lites gerat, ac inſtantias, non autem cauſas, adeoquod, cũ nil ex contrario tradita obſtet poteſtas ſuos neutiquam trãſigere terminos debet; nec liberationem obligationem, remiſſionemue, aut etiam ſimile quidquam, cum mandantis inſurgat præiudicium, poteſt perpatrare. C Bartolus *in l. qui Romæ, §. Callimachus num. 2. de verborum obligat.* Gratianus *diſcep. 196. num. 14. qui num. 15.* declarat. Mandati dummodo quod minimè appareret ex verbis: illam appoſitam clauſulam: *Etiam cauſa non ſoli inſtantia*: citat Roderic. Suarez *in l. poſt rem iudicatam*, & Baldum in locis ibi allegatis. At ſi in ſolidum dati fuerint, & ambo litis conteſtationem fecerint, permiſſum vni eſt; D vt cauſam poſtmodũ proſequatur Gratianus *diſcept. 201. nu. 50. & 52.* Franc. *in cap. ſi duo in principio, col. 1. num. 6. verſic. quod ſi duo, de procuratoribus in 6.* Gratianus autem *num. 51.* Iudici aurem vellit, vt curet ad conteſtandam non admittere litem, niſi alterum, vt longè abeat prolixitas, per Gloſam *in dicto cap. ſi duo, in verbo in ſolidum, in vltimo reſponſo.* E Cui equidem conteſtationi, vnius per operam procuratoris confectæ haud attendi opus eſſe: voluit Gratianus *num. 52.* quo in caſu contra minorem fuerit actum.

Sed enim ſi plures in aliqua ſint in ſolidum conſtituti procuratores cauſa illis verbis: *Quod occupantis melior non exiſtat conditio*; & litis eorum alter conteſtationem fecerit; alius autem teſtes produxerit: vel aduerſæ in partis productione fuerit citatus, valorem huiuſmodi geſtis inhærere certum eſt, dũmodo quod aduerſarius non repugnet; prout ſcripſit Ioannes Andreas *in cap. in nomine Domini de teſtibus*. F Quod ex contrario euenit, ſi ſeſe aduerſarius opponat. Felinus *in dicto cap. in nomine Domini 2. in fine, num. 36. de teſtibus.* Ni ratum habuerit dominus factum, quemadmodum de geſtis ab illo, cui haud inſit mandatum, aſſerimus Gratiani ex doctrina *loco ſupra citato nu. 55.* G per Tex. *in l. licet, C. de procurat.*

Illius verò ex clauſulæ vi *In ſolidum*, quicumque, licèt ſeparatim agat, non reijcitur, & melior. habetur occupantis conditio; vt eſt in Gratiani placitis *num. 58.* excipias tamen, ſi aliquid expreſſum diuersè ſit; quod ſcilicet ita occupãtis conditio melior non euadat. H Mantica *de tacitis lib. 7. titul. 17. num. 2.* Cum nullum ponat obicem, quod non fuerit poſitum. *Et quemlibet illorum.* Rota *deciſ. 257. aliàs 174. de Procurator.* Lambertengus *de iure patronatus artic. 5. quæſt. 4. part. prima, lib. 2. num. 3.* & alij penes eumdem Gratianum *num. 61. & ſequent.* æqualia quoniam extant, affirmare *Quilibet*, & *In ſolidum. l. ſi pluribus de leg. 2.* & adeò veritati propinquiùs hoc reputauit Gratianus *num. 63.* I Vt ſi mandatum clauſulam non demonſtret. *Inſolidum*, aut *Quilibet*, nullam Procuratori agere in ſolidum forma permittatur, vel etiam conueniri Bartolum allegat *in l. ſi plures de curat. boni dandis.* Quod ex aduerſo accideret, quo in caſu mandatum illam contineret dictionẽ *Quilibet*. Talis namque dictio diſtributiua extat, quæ verbi actum *Quilibet in ſolidum* tribuit. K Doctores penes Mãticam *dicto lib. 7. tit. 17. num. 6.* Plures quo in loco modos affert, quibus iudicentur in ſolidum alicuius Procuratores præfixi.

Decet etiam notum Procuratoribus eſſe mandati ne fines audeant excedere: nam ſi variè ſe gerant nullum continebunt acta valorem, cum illorum

A obſeruationem debeat diligenter ex
Procuratorum ſolertia inuigilari : vt
per Soccinum *in regula* 309. Tiraquell.
*in l. ſi vnquam , in verbo liberis num.*59.
de reuocandis donationibus. Menochius
conſil. 134. *num.* 3. Ioſeph Ludouiſius
deciſ. 37. *num.*5. Borellus *in ſapè citato*
*titul.*66. *num.* 437. Quæ autem Procu-
ratoris per operam geſta mandati fines
vltra fuerit, & ſuum Dominus haud
præſtiterit conſenſum nulla oſtendent
B efficaciam . Caldas Pereira *de emptione,*
& venditione , cap. 15. *num.* 51. Quod
non ſolum quoad mandati fines obſer-
uari, eius verum etiam qualitates circa,
Procuratoribus neceſſe eſt. Barboſa
axiom. 143. *num.* 3. Taliter vt ſi tributa
videatur poteſtate abuti, procurationis
valet officium ipſi ex Iudice prohiberi.
Barboſa *in collect. Doctorum in l.* 3. *C.de*
Procuratoribus . Palat. *in repet. cap. per*
C *veſtras de donationibus inter virum , &*
vxorem in principio , §.17. *num.*2. *& ſeq.*
Et quidquid ab ipſis actum , nullum ei,
qui conſtituerit ipſos , inferet . *l.Procu-*
rator 10. C. *de procur.*

Clarum etiam Procuratoribus ſit.ex
Iuliano *in l. ſi quis* 31. §. *Iulianus , ff. de*
Procuratoribus. Aſſertum , quod qui ge-
mini conſtitutionem fecerit Procurato-
ris , ſecundi conſtitutio priorem depel-
D lere conſpiciatur .

A QVIBVS VALEANT , NEC NE Procuratores conſtitui.

Cap.4.

REgulam conſtitui videmus *in l.*
mutus 43. *ff. de Procuratorib.* quo
E quæritur in caſu : an licitum alicui ſit
Procuratorem retinere ? inſpici opus
eſſe. an prohibitum habeatur Procura-
torem tribuere ? quoniam edictum ne
alicui ſit vetitum Procuratorem dare,
aut quiſquam ex Procuratoris conſti-
tutione repellatur , prohibitorium ex-
tat ; qua de cauſa cum aliquæ ſint ex-
ceptæ perſonæ , præberi ex cæteris om-
nibus hi valent : vt notatur ex Gloſa F
in dicta l. mutus, §. *cum quæritur, in verbo*
hoc edictum . Cunctis hac de cauſa , qui
liberi , hominibus permiſſum , vt pro-
curatores conſtituant : quemadmodum
ſunt patresfamilias , & quibus nullo id
interdictum eſt modo . Regulariter igi-
tur filijfamilias ex hoc numero tollun-
tur , qui , ſi patris abſit conſenſus , ne-
quaquam in iudicio præfigere procura-
torem poſſunt . Vantica *de nullitate , &* G
defectu inhabilitatis num. 39. Maranta *in*
ſpeculo aureo parte 4. *diſtinct.*16.*num.*15.
Speculator *titul.de actore*, §. 1. *num.*20.
verſic. item quod eſt filiusfamilias , & in
titul. de Procurat. §. *ratione igitur nu.*10.
verſic. item quod conſtituens eſt filiusfami-
lias . Text. *in l. fin.* § *neceſſitate. C.de bo-*
nis , quæ liberis . Cui limitatio quidem
ponitur concluſioni. Borellus *in ſapè*
*citat. tit.*66. ſeptuplicitèr *à num.*5. *vſque* H
ad num. 12. Et primò equidem quo in
caſu alieno agere videtur nomine: nam
tunc non vetatur ſine genitoris volun-
tate procuratorem præfigere : ex Textu
in cap. generaliter, de Procuratoribus in 6.
& ex doctrina Soccini *in tract. fallentia-*
rum regula 151. *fallen.* 12. & aliorum.
Spirituali deindè in cauſa *cap. fin. de iu-*
dicijs. Soccinus *dicta regula* 151. *num.*2.
Vt etiam pro illis, quæ ſpirituali ſint I
cauſæ annexa ex doctrina Ludouici Ro-
mani *conſ.*486. *num.* 4. Illis tertio in
cauſis , patri in quibus vſusfructus non
veniat acquiſitio . Afflictus *deciſ.* 180.
Franc. *deciſ.* 4. *num.* 17. Guidon Papa
*deciſ.*54.*num.*2. Caſtrenſi quarto in pe-
culio , vel quaſi , hoc accidit . *l. filius-*
familias 8. *ff. de Procuratoribus*, *l.* 2. *C.de*
caſtrenſi peculio , & Doctores penes Bo-
rellum *num.* 8. In beneficialibus quin- K
to, quas æquales Caſtrenſibus reddi
certum eſt . *l. ait Prætor, ff. de milit. teſt.*
Gloſa *in cap.* 1. *de iureiurando*. Soccinus
loco cit. fall. 6. Filiæ ſexto id neutiquam
aduentitia pro dote vetatur , quæ ma-
tris, aut aui proceſſerit facultate. Auth.
quod locum, C. *de collation.* Roman. *conſil.*
468. Ripa *ſingul.obſeruat.* 104. *per totam*,
Criminali tandem pro cauſa , ex patre
licèt

A licèt contradictio deſcendat, per Text. *in l. pater liberos, ff. de adulter.* Franciſ *Antſp* 10. *n.* 6. *Nullum ſeruis etiam ratione Procuratorem conſtituere permittitur, niſi eâ ſeruetur forma, cuius fit diſpoſitio in l. Vlpianus quoque 33. §. cum vero, ff. de Procurator.* Borellus *num.* 11. Vlpianus autem *in dicta l. ſeruum, §. cum verò.* Nullum videt dubiū ſeruo tribui Pro-
B curatorem poſſe, cum proprio litem agere de ſtatu, & rerum non ſolùm adminiſtrationem, in actionibus etiam, quæ ipſi, aut ipſum contra conueniunt, vel è ſeruitutis, aut libertatis poſſeſſione, cum conteſtata tamen lis fuerit: Gloſſæ quemadmodum fit expoſitio ibidem, *in verbo ſeruitutis*; quod ex contrario accidit, ſi conteſtata neutiquam lis in ſtatus quæſtione fuerit.

C Qui autem vtiles ſcilicet actiones illum valet illi Procuratorem conſtituere, qui directas demonſtret: vt voluit Bartolus *in l. licet 42. §. is qui, ff. de procur.* Aſſerit enim 8. *in edictilib.* Paulus, eum, cui ex Trebelliano Senatus conſulto hæreditas reſtituta in procuratorem præfigere hæredē poſſe; vt æquali forma illum, cui ius inde ineſt, illius non repelli rei, dominum facere procura-
D torem: voluit Paulus *in dicta l. licet, §. ſed & dominum, ff. de procurat.* vt pariter ex correis poſſe vnum, & actiuè procuratorem, & paſſiuè præfigere habetur diſpoſitio. *in dicta l. 42. §. porro, ff. eodē* vbi Bartolus.

Quo etenim in caſu plures occurrūt hæredes, ac familiæ herciſcundæ, aut communi diuidūdo agatur iudicio, nullo permiſſum eſt modo, vt eumdem
E plures conſtituant procuratorem; res etenim adiudicationes, citra, & condemnationes, expediri minimè poteſt: licitum attamen extat, ſi non pauci veniant hæredi cohæredes: vt in *dicta l. cum, §. ſi plures habentur,* vbi Bartolus, diuiſorijs, concluſum reliquit, in iudicijs pluribus neutiquam conuenire, vt vnum præfigant procuratorem; condemnatus namque procurator eſſe vetatur, ac illius, cui efficitur condemnatio. F

Iſti autem, qui linguæ detineatur impedimento, & ſurdis extet auribus permiſſum, vt nutu Procuratorem ad negotia eligat, vel ſcriptis: vt voluit Tex. *in l. mutus 43. ff. de Procur.* quod ex cōtrario accidit, quo ad iudicia Gloſa in *in d. l. mutus in princ.* ſequens verba Tex. *non quidem ad agendum, ſed ad adminiſtrandum.* Banniſo autem vetari, cum illi, qua ciuili fiat de iure non habeat, vt
G procuratoris faciat conſtitutionem affirmatiue DD penes Borell. *loco cit. num.* 9. Vt etiam excommunicato prohibetur, vt ad agendum valeat Procuratorem præfigere in propria, quamuis ſui defenſionem ſuſcipere perſona minimè repellitur; at permiſſum ipſi eſt, immò cogitur, vt procuratorem, ad ſui tutamē præbeat, vt ad ſalutem reducatur Borel.
H *à n.* 14. *cum ſeq.* Afflict. *dec.* 268. *n.* 3. Capella Tholoſ. *dec.* 145. quæ incipit: *Cum fuit quæſitum an excommunicatus.*

Pupillo etiam, cœptum antequam iudicium, non denegatur, vt, ſi tutoris adſit conſenſus, Procuratoris faciat conſtitutionem. *l. neque, C. de procurat.* Quemadmodum adulto, quo in caſu curatoris habeatur facultas, quæ ſi abſit nulla Procuratorem præfigere forma, ipſi cō-
I ceditur. Ceual. *comm. contra com. qu.* 330. *n.* 1. Tiraq. *de iure mariti gloſ.* 5. *nu.* 183. *in leg. connub.* Barboſa *in l. neque tutor.* 11. *C. de Procur.* Quo etiam affirmat in loco, quod minori, quàm viginti, & quinque habeantur anni, conceditur, vt procuratoris valeat ad litem conſtitutionē facere; quod ſi hoc curatoris abſque conſenſu perpatratum, quidquid ipſius in fauorem actum vim continet, nō autem, quod ipſum aduerſus commiſſum:
K curatori atenim vel tutori neutiquam licitum, vt procuratorem conſtituat, niſi prius litis facta conteſtatio per ipſum fuerit: iuxta ſententiam Barboſæ *loc. cit.* & Donati à Fina *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 26.

QVIBVS PROCVRATORES *è cauſis conſtitui, vel ex aduerſo valeant.*

Cap. 5.

ILlis eoquod in cauſis, in quibus nullo interuenire modo procurator debeat, haudquaquam efficaciam retineret iudicium, ſi adeſſet. Abb. *in cap. veniens num.* 23. *de recuſationibus.* Quod ſi criminalibus in cauſis, admitti in quibus non deceat, ſeſe verſatur minimè validum reputabitur iudicium. *l. penultima,* §. *ad crimen,* ibi: *Fruſtra interuenit Procurator, ff. de iudicijs.* Abbas in *dicto cap. veniens, de accuſat. in penult. col.* Præſenti propterea optimum in capitulo iudicaui, agere, quibus adeſſe in cauſis, & conſtitui procuratores, vel è contra poſſint.

Regula igitur ex Doctoribus præbetur, quod in publicis nequaquam admitti procuratorem iudicijs, & in capitalibus, ac etiam corporalibus, à relegatione ſupra pœnis, deceat. *l. penult.* §. *ad crimen, ff. de publicis iudicijs.* Clar. §. *fin. quæſt.* 32. Menoch. *de arbit. lib.* 1. *quæſt.* 80. *num.* 1. Farinaceus *de varijs, & diuerſis quæſtion. quæſt.* 99. *num.* 1. qui nonnullos aduehit Doctores, ac deſignat *in num.* 2. præcipuam exiſtere rationem: ne iudicia nimirum eluſoria efficiantur, dum condemnatio affertur, & abſentes, & ipſos aduerſus neutiquã effici exequutio valeret: ex eo quia ſi abſens per procuratoris operam audiretur, illum equidem vnuſquiſque non repelleret, abſque eoquod propria compareret ex perſona, de ſententiæ cum dubium occurreret exequutione. Hac de cauſa, ne impunè maleficia incedant, reijci opus eſſe procuratorem ſtatutum è legibus haberi certum eſt. Gailſa *de pace publica lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 2. Menoch. *d. quæſt.* 80. *n.* 2. & 3.

Cui ampliationem regulæ poſuit Farinaceus *loco citato*, vt non ſolum accuſati circa perſonam, ac etiam accuſatoris, vigorem habeat, eum nequaquam in criminali per procuratorem comparere iudicio valeat: per Text. *in l.* 1. *in fine, ff. an per alium cauſa appell. dicta l. penul.* §. *ad crimen, ff. de publicis iudicijs.* Speciale dempto quod mandatum interueniat. Farinac. *loco citato num.* 6. poſt Clarum *in* §. *finali, quæſt.* 14. *num.* 22. & *quæſt.* 42. *num.* 3. Gailla *loco ſup. cit. num.* 7.

Popularibus in actionibus, verò, quæ ex delicto, aut quaſi deſcendunt æſtimauit Gloſa *in cap.* 1. *de iudic.* rei poſſe procuratorem adeſſe, vt in *l. qui populari, ff. de popul. action.* Actoris autem ex parte diſtinctio intereuenit: quod, vel priuati agit ratione damni: vel ſuam, ſuorumque proſequitur iniuriam. & tali affirmauit in caſu dari procuratorem decens eſſe, per Text. *in l. licet, de procuratoribus.* Vel hoc non agit modo, nec ſuam, ſuorumque iniuriam proſequitur, & tali procuratorem in euentu dari denegatur: vt habetur *in dicta l. licet.*

Vbi autem, cum excluſa relegatio fuerit, pœna veniret, abſentis permiſſum in fauorem haud eſt, vt procurator præbeatur: vt aſſerunt DD. à Borello ducti *tit.* 66. *num.* 119. & ſic aſſerit intelligi opus eſſe Text. *in l. accuſ[illegible]* §. *ad crimen, ff. de publicis iudicijs, & in l.* 1. *ff. an per aliam cauſam appell. reddi poſſit.* Clarus *dicta quæſt.* 32. *num.* 6. *verſ. hinc eſt.* Ceuallos *commun. contra comm. quæſt.* 289. Si minor autem, quàm relegatio ſit, pœna conſpiciatur, interuenire procuratorem poſſe certum eſt: ex Textu *in dicta l. prima*; quod tamen intelligi DD. volunt; ſi fieri in abſentem ſententiæ exequutio valeat; nam alia, minimè concedunt procuratorem, forma tribui. Vnde concluſionem inferunt, quod ſi fuſtigationis pœna infligi in reũ deberet, neutiquam tribui procuratorem oportear: huiuſmodi namque punitio haudequidem poteſt in abſentem exequutionem ſortiri: vt dixit Paulus de Caſtro *in l. ſeruum quoque,* §. *publicè,*

ff. de

Digitized by Google

A *ff. de Procuratoribus.* Cuius etiam in placitis eſt, minimè permiſſum, vt procurator in patrocinium veniat, in corpus quamuis non adducatur pœna, & perſonæ debeat præſentia requiri. In criminalibus autem negotijs, ſi ciuili circa delictum forma tractetur, Procuratorem permittitur intereſſe: vt *in cap. tua, & cap. ſequenti, de Procurat.* & hoc comprehenſum in caſu illud oc-
B currit delictum, quod excipitur in dicta Gloſa 1. *de iudicijs.* Suſpecti nimirum crimen tutoris, qui equidem caſus nullo ex regula demitur modo: ex eo quia, vel ſuſpectum aduerſus tutorem quiſque inuehitur, vt propria reijciatur ex adminiſtratione, & cum ciuilis hæc habeatur cauſa, & priuatum redundet in commodum, hac procuratorum de te adeſſe minimè interdicitur. *l. non ſo-*
C *lum, §. fin. ff. de procurat.* Quo autem in euentu tractatur, vt iniqua pœnam de adminiſtratione ſubeat, & cum criminale dicatur diſſidium: ex eo quia ad vindictam dirigitur: vt *in l. prima, & l. ſequenti, ff. de ſuſpectis tutoribus, & in l. 1. §. ſolent, ff. de officio Præfecti Vrbis, & in l. liberti, C. de adminiſtratione tutorum.* Propterea neutiquam admitti procuratorem decere nobis innoteſcit: vt iniuriarum procedi in actione eſt in placitis
D Bartoli *in l. penult. §. ad crimen, ff. de publicis iudicijs.* Accidere namque poterat, vt grauem tutor ille pœnam, ſubire adſtringeretur: vt *in dicta l. 1. §. ſolent, ff. de officio Præfect. vrbis.* vbi Vlpianus propriam attulit ſententiam: vrbis ſcilicet ad Præfectum remitti ſolitos eſſe tutores, qui doloſæ ob adminiſtrationem tutelæ grauius exigant impro-
E bis moribus, infamiæ notam vltra, flagellum Menoch. *de arbitr. iudicum lib. 2. quæſt.* 80. *ſub num.* 11. qui *in num.* 12. Textui reſponſum præbet *in l. non ſolũ, §. fin. ff. de procur.*

Quo verum in caſu priuata exiſtunt iudicia, & corporalis infligi ſceleſto debeat punitio reo, ex iudicijs equidem Procuratorem arceri omnium eſt in votis: vt habetur *in l. penult. §. ad cri-*
men, ff. de publicis iudicijs, & probat Tex. F
in l. prima, ff. an per alium cauſa appellat, & in l. non ſolum, §. agere, ff. de iudicijs, & in l. 3. §. 1. C. vbi Senat. vel clariſ. vt etiam ſi perpetui pænam carceris induci oporteat Soccinus *in cap. veniens, colum.* 26. *verſic. vndecimo quæro, de accuſ.* Cuius punitio generis, cum ſit corporis afflictiua, & non rarò ad metalla ſit æquiparata dãnationi Procuratoris lõgè arcet interuentum. Menoch. *loca ſu-* G
pra citato num. 81. Placuit etiam Soccino *in dicto cap. veniens col.* 15. *verſic. quarto quæro, de accuſat.* Nequaquam conueniens eſſe, vt illi, qui velut delinquens fuerit accuſatus, procurator interueniat; mixta quo in caſu pœna ex lege poſita, vel è ſtatuto exiſteret qui exemplum aduehit, ſi præfixum ſtatuto fuerit, vt aureorum centum pœnam ſubire falſarius adſtringatur: vel ſi ſolutionem H
facere neutiquam valet, publicam ſubſtineat fuſtigationem. Farinac. *d. quæſt.* 99. *num.* 78. qui *in num. ſequenti,* ac reliquis diſtinctionem in medio affert. Vt pari forma ſi è ſtatuto efficiatur, vt cõmuni quod eſt delictum de iure nouum tranſitum faciat in ſpeciem: vel nouum ſuſcipiat nomen, ex quo quidem non deueniat, vt publicum euadat iudicium. quapropter, ſi corporalis è ſtatuto af- I
fertur punitio intereſſe procuratorem non decet: vt aſſerit Soccinus *in dicto cap. veniens col.* 13. *verſ. quandoque vero, de accuſat.* vbi etiam *in colum.* 26. *verſic. duodecimo quæro,* affirmat procuratorem opus eſſe repelli, illius ſi veniat in fauorem, quem aduerſus ſit cautũ, quod è iuriſdictione declinanti valeat impunè offenſio aduehi; hoc quoniam capitalis in caſu punitio affirmatur in dicta K
ex Bartoli doctrina *in l. 2. num. 6. ff. de public. iudic.* Menoch. *dicta quæſt.* 88. *nu.* 82. Qua equidem plures alios in quæſtione caſus affert, in quibus nequaquã admitti procuratores debeant. & ampliationem etiam, ac reſtrictionem ſunt ſortiti, ab eximio Iuriſconſulto Farinacio *de varijs, & diuerſis quæſtionibus in tractatu, quæſt.* 99. *per totam:* ex quibus

ca-

Digitized by Google

A cæterorumque ſententijs nonnulli in præſenti adnotantur. Et

Primo quidem ſi criminali, circa crimen, ratione tractetur, & ſuo tertius comparere pro intereſſe contendat; tunc enim haud fermè ipſi prohibetur interuenire; cum tamen circa ipſam criminalis minimè cauſa dicatur; taliter vt conceſſum domino habetur, vt rei pro crimine ſerui defenſionem ſuſcipiat; B Abbatis quemadmodum, circa Monachum; marito quoad vxorem, ac ſimilibus conueniens extat: vt ſcripſere Alexander de Næuo *in conſ. 90. num. 3.* Aluarot. *conſil. 52.* Ruinus *conſ. 9. vol. 5.* Magon. *deciſ. 39. num. 4.* & dixit Gloſſ. *in dicto cap. veniens, de accuſat.* pluresque citati Doctores penès Borellum *tit. 66. num. 128.*

Secundus, ſi criminalis interueniat C cauſa, proprio in qua, tertio pro intereſſe, minimè valeat venire, at verum, quem aduerſus agitur reus comparere haud poſſit perſonaliter, facti propter imperſonalitatem, in qua Vniuerſitas habetur, & eo rectè in caſu occurrere Procurator non repellitur: per Textum *in l. ant facta, §. finali, ff. de pœnis, & cap. dilectus de Simonia.* Quemadmodum circa monialem dici oportet, cui, cum nulla interueniat cauſa haud egreſſum D facere è Monaſterio permittitur; vt in *cap. 1. de ſtatu regul. lib. 6.* habetur. Abbas verò *in dicto cap. veniens 11. de accuſatione num. 14.* diſtinctionem adducit. Quod, vel talis extat in Iudice poteſtas, vt accedere ad Monaſterium valeat, quemadmodum Epiſcopus eſt, & tunc poteſt procurator interuenire; cum ex contrario non concedatur. mihi tamen huiuſmodi non adeò tuta diſtinctio vi- E detur, at indiſtincto modo aſſeram tribui procuratorem poſſe, cum minimè licitum moniali dicatur, vt receſſum è Monaſterio faciat; quemadmodum circa iniectum in carcere affirmatur, qui, ſi permiſſi occurrunt caſus conſtituere procuratorem haud repellitur, cùm in ipſis quoque monialis, etiamſi Superior, ad quem circa monialium cri-minalem punitionem infligere ſpectet, id F agere valeat: vt explicat Alexand. de Næuo *in dicto cap. veniens de accuſ.*

Tertius inſurgit, quod neutiquam admitti procurator debeat, vt exceptiones ad crimen, circa quod agitur, ſpectantes allegetur: vt eſt in placitis Monachius *dicta quæſt. 80. num. 75. in fin.* Cepol. *conſ. 20. num. 6.* quo ampliationem in loco facit, etiamſi non ex inſtitutor, at indirectè crimen tangant. Bart. G *in dicta l. penult. §. ad crimen num. 18. in fine, verſ. quarò procurator ff. de public. iudicijs.* Farinac. *dicta quæſt. 99. num. 48.* & licèt peremptoria in dilatoria vitaz ſit propoſita exceptio. Imola *in dicta l. penult. §. ad crimen num. 27. in fine.* Farinac. *loco citato num. 50.* Quemadmodum nec vt rei exceptionem indicatæ apponat; tempore quia reus alias de crimine aut abſolutus, aut condemnatus. Bartol. H & Imola *in dicta l. penult. §. ad crimen* ille *ſub num. 19.* iſte *in num. 28.* contraria quamuis perſtiterint in ſententia Bartol. de Valmerino *conſ. crim. diuerſ. 69. num. 36. lib. 1.*

Quartus eſt quod ad opponendam Iudicis competentiam, vel actorum inualiditatē interuenire procuratori permittitur. Bartol. *in dicto §. ad crimen, num. 19.* Boſſius *tract. crimin. tit. de car-* I *cer. fideiuſſ. commiſ. num. 16.* Clar. in ſæpè *citata quæſt. 32. num. 20.* exemplum in dilatorijs adducentes exceptionibus, indicat quod quis valet accuſator haberi, & alijs, quoad proceſſum, reſponſionibus. Follerì *pract. crimin. in verbo audiantur excuſatores num. 7.* Magon. *deciſ. 17.* Gramm. *conſil. 52.* Alexan. *conſ. 138. num. 12. vol. 6.* quem ſequitur Auguſtinus Berous *in conſil. 170. num. 24. vol. 3.* K

Quintus eſt quo in caſu capitales adſunt cauſæ; nam tunc haud venire poſt ſententiam, vt ad integrum reſtitutionem petat illam aduerſus, procuratorem decet. Decius *conſ. 18. nu. 354. & ſequenti lib. 1.* ex quo tres adducuntur rationes: quarum habetur prima reſtitutionis ex eo quia cauſa primæ retinet

A tinet naturam: poſterior, eoquod è reſtitutione haud plus iuris, quàm ille haberet ante ſententiam, tribuit, quem contrà reſtitui intendit; & , vt quiſque anteaquam lata ſententia fuerit, minimè comparere procuratoris per perſonam valeat, ita neque dictæ in cauſa reſtitutionis id agi non poteſt: Tertiò tandem, eoquod ſi alio quis aſſereret modo criminales quiſcumque eludere
B ſententias haudequidem erubeſceret, in integrum procuratoris medio reſtitutionem petendo, ex quo fieri defenſiones oportet, quod omnia eueniret in iura, quæ in capitalibus procuratoris induſtriam repellerent cauſis; nam tali caſu peti procuratorem haud vetatur: vt idem dixit Decian. & Baiard. ad Clarum *quæſt. 37. num. 14. in fine.* vbi loquitur, tàm ſi maior petens reſtitu-
C tionem, quàm minor exiſtat: & Marſil. *in ſingul. 221. in principio* adducit: Menoch. verò *in dicta quæſt. 80. num. 19.* voluit conceſſum, haud vetitum Procuratori eſſe, vt ad petendam in integrum reſtitutionem minoris interueniat fauore, ſententiam aduerſus, quæ iam lata videatur.

Benè ſexto conſtitui Procurator poteſt, pro illo, qui alio, extra Iudicis territorium ſit carceri iniectus, in loco:
D vt tenet Clarus §. *fin. quæſt. 34. num. 5.* Menoch. *dicta quæſt. 80. num. 87.* vbi cautelam tribuit, vt ex loco, in quo commiſſum delictum ſit, receſſum faciat, ac alia ſeſe carceri inijci pecuniaria ex cauſa, curet in parte, & ſuo poſtmodum inuigilet nomine procuratorē in accuſationis afferri cauſa: vt limitationem poſuit. Surdus *deciſ. 262. num.*
E 16. ſi alio procurata in loco eius in carceres iniectio fuerit, ad finem ne compareret: per Textum *in l. finali, ff. ſi quis cautioni.*

Admitti ſeptimo Procuratorem eſt neceſſe, vt iuſtas abſentiæ cauſas, ac legitima etiam facti, iuriſque alleget impedimenta. Velaſcus *conſult. 66. nu. 14.* Borell. *dicto tit. 66. num. 122.* Barboſa *in cap. veniens 15. de accuſat. num. 8.* Quo autem in caſu in criminalibus admiſſus F
Procurator fuerit, cum pars nihil opponat, vigorem proceſſui, cum eo, cōfecto inhærere eſt in placitis. Gomez *tom. 3. variarum reſolut. cap. 1. num. 16.* Clarus *quæſt. 32. num. 24. in §. fin.* Borell. *loco ſupra citato num. 4.* Bartolus verò *in l. penult. §. ad crimen, ff. de publicis iudicijs*: è ſententia promit: inualiditatem iudicio ineſſe, tàm ſi Procurator ex rei adueniat parte, quàm accuſatoris & compulſus ad id fuit ex eiuſdem G
Textus verbis, qui fruſtra Procuratorē adeſſe affirmat. Vnde nullum aſſerit iudicium haberi: nam alitèr fruſtra non eſſet; eoquod ſi quidquam iudicium exiſterit, haudequidem fruſtra Procurator interueniret: exequutioni namque ſaltem valeret ſententia mandari, quotieſcumque reus caperetur, ſi haberi de præſenti neutiquam poſſet.

Regulam etiam conſtitui nonnullis H
videmus ex Doctoribus, quod criminalibus in cauſis, in quibus neutiquam Procurator admittitur; cauſæ minimè debet ad media, ad teſtium nempè productiones, poſitioneſque, ac allegationes, ac etiam ſimilia accedere. Ratio ex Carauita ducitur *ritu* 105. cum principali hæc de negotio afferat occurrere, ad quod nequaquam Procurator venit; cum de toto idem, quod de parte, ius I
adſit: per Textum *in l. quæ de tota, ff. de rei vendicatione, & in l. penult. C. de non numerata pecunia*. Borellus tamen in *dicto titul. 66. num.* 124. cum Doctoribus ibi citatis, explicat; de criminalibus cauſæ medijs nequaquam Procuratorē repelli: adducit Text. *in l. 2. C. de accuſationibus*. Guidon Papa *deciſ.* 338. Carauita verò ſuę limitationem duxit opinioni *in num.* 3. haud vigorem illam ha- K
bere, quo in caſu carceri eſſet inquiſitus iniectus: illo quoniam euentu totam circa cauſam valet Procurator, præterquam ad ſententiam præfigi: ex Bartoli doctrina *in l. penult.* §. *ad crimen, nu. 13. verſ. ſecundo quæro, ff. de publicis iudicijs.* DD. penes Borellum *loco citato nu.* 131. Perſonales vt etiam ad actus non admitti-

A mittitur, vt tortura, & litis extat conteſtatio, iuxta Baldi authoritatem in *l. ſeruum quoque, §. publicè, ff. de procur.*

Nos autem Principi eſt, beneuiſis ſibi in cauſis gratiam concedere; vt capitalibus etiam Procurator in negotijs conſtituatur, cum adhibita in conceſſione ſit clauſula, *Non obſtante*, vt ex Angelo, Bartolo, Soccino, Gabriele, & cœteris in locis ductis tenuit Borellus *d. tit. 66. n. 130.*

B Notum atenim Procuratoribus ſit, ſeſe iuxta magis receptam Doctorum ſententiam accuſati rei nomine comparere in iudicio, vt ipſius ſuſcipiant defenſionem, poſſe, pecuniariam quo in caſu imponi opus ſit punitionem: vt dixit in ſæpè citata *l. ſeruum quoque, §. publicè, ff. de procurat.* Rubeus *in repetition. l. penult. §. ad crimen, num. 183. ff. de publicis iudicijs*. Et ſi forſitan iuſta fuerit
C Iudicum in placitis ex cauſa, vt reus ad interrogandum comparcat: ipſorum quoniam in arbitrio habetur, vt ex vultus, præſentiæ, geſtiumque inquiſiti ſignis ſumere indicia valeant: debet ad hoc euitandum conſilium ſuſcipi. Iacobi de Butrio referente Bartolo *in dicto §. publicè num. 6.* Conueniens haberi Procuratoribus, ſtudere, vt ipſos data reſponſioni in indiuiduo forma, reus
D conſtituat: ipſius eoquod formales rei dicitur reſponſum: quos ſequutus fuit Menoch. *de arbit. Iudicum caſu 264. n 4. fol. 530.*

Quę autem cauſa capitalis habeatur, aut etiam criminalis cauſa demonſtratum eſt ex Menochio *caſu 265.* & pari modo quidquid graue delictum, enormiſue nuncupetur exceſſus: oſtenditur in *caſu 266.* ad quem recurrerere
E procuratores coguntur, vt quæ proprium pertinent ad munus, illis nota exiſtnat.

F

DE PROCVRATORVM REVOCATIONE

Ac etiam Confirmatione.

Cap. 6.

DVplici Procuratorum reuocationem forma ſuum obtinere effectum; G tacita nimirum, ac expreſſa neminem latet: vt dicit Gloſa *in l. ante litem, in verbo libera poteſtas, propè finem, ff. de Procurator.* Huius autem reuocationis, aut confirmationis conſcios reddi Procuratores neceſſe eſt, ſuam ne iudicia validitatem amittanr. Præſenti ideò in re, de illis agam caſibus, qui magis practicabiles ſint. & quidem explicatum volo, quod eo in accidenti H tacita Procuratori videtur allata reuocatio, ſi ad certum, præfixumque conſtitutio rempus habeatur: ex eo quia, cum illius tranſactus ſpatij curſus fuerit, reuocatus ipſe dicitur; taliter vt, etiam ſi vellet, proprium neutiquam poteſt officium exercere, nec admitti eum decer, conteſtata quamuis lis per ipſum fuerit. Bartolus *in l. prima, §. fin. num. 4. ff. de Procuratoribus*. Paulus de I Caſtro *conſil. 104. num. 1. & 2. lib. 1.* Ex quo additur illum ex munere depelli opus eſſe, proprium quamquam præſtiterit aduerſarius conſenſum; quem ſequitur Tiraquell. *de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 45.* Quidquid enim pro certo temporis ſpatio eſt permiſſū, haud fermè ipſius conceditur poſt lapſum. *l. ſtatu liberum, §. Stichum, ff. de leg. 2. l. ſi vnus, §. 1. ff. de pactis.* Generalis dempto quod procuratio extiterit K illo nam in caſu, finem quamuis officiū exceperit, adeſſe, vt cauſam impleat, minimè vetatur: vt diſtinxit Bartolus *in dicto §. fin. ſub num. 4.* Actor atenim, huiuſmodi, qui ſit ad tempus conſtitutus, procuratorem, inuitus & ſi reus extet, valet reijcere: hanc ex co quia per conſtitutionem plures conſpicitur actorem

A actorem diſtinguere in aduerſarios, reus
velle, vnum ſcilicet aliquo in tempore,
alium diuerſo, quod nullo fieri modo
eſt conceſſum: vt dixit idem Bartolus
in fine dicti num. 41. per Textum *in l. ne
plures*. Sed ſi hic pro ſtatuto temporis
ſpatio præfixus Procurator in cauſa, cũ
hoc domino ſit notum, nec obicem
ponat, procedere minimè dubitet, ta-
cita confirmatus ratione videtur. Ro-
B manus *conſ. 76. num. 2. verſ. item dici eui-
dentiſſimè poteſt*. Soccin. Senen. *conſ.* 17.
num. 11. *&* 12. *lib.* 3. Gloſa *in l. qui mu-
tuam, §. non ideo minus, in verbo inſtau-
rauerit ad finem, ff. mandati.*

Certum autem ſit, quod ſi Procu-
ratorem conſtituens velit in iudicio
adeſſe haudequidem ille tacita per cõ-
ſtituentis forma reuocatus æſtimatur.
Romanus *dicto conſ.* 76. *num.* 1. *verſic.*
C *quoad ſecundum*. Vt æquali modo idem
acciderct, ſi ſolus compareat in iudicio
conſtituens, neceſſarium ad hoc, vt actũ
conficiat, excellentiùs, quàm patrari
procuratoris per operam valeat; quod
ex aduerſo eueniret, ſi voluntarius, qui
commiſſus, actus eſſet: vt dixit Bartol.
in l. mutari num. 5. *verſic. vel interuenit
dominus, ff. de procuratoribus.* Gratianus
diſcept. 251. *num.* 58. per Textum *in l.*
D *fin. C. de procuratoribus, cap. ſi quem, eodem
titulo in* 6. Quemadmodum ſi eodem,
quo Procuratoris fecerit conſtitutionẽ,
die, litem tractare ſui per operam con-
ſtituenti placeat, nequaquam reuocatio
procuratori dicitur, illata ne ſubita vo-
luntatis afferatur mutatio. Gratianus
diſcept. 22. *num.* 14. Soccinus *conſil.* 17.
num. 10. *col.* 2. *verſ. nam qualis fuit animus
lib.* 3. Mantica tamen *de tacitis, & ambi-
E guis lib.* 7. *tit.* 22. *ſub num.* 2. *cum ſequent.*
plurium adduxit caſuum diſtinctiones;
vt notum ſit quando per conſtituentis
præſentiam, aut in iudicijs interuentũ,
reuocatus dicatur, vel ex aduerſo, pro-
curator; & concludit, quod vbi domi-
nus in iudicijs adſit, minimè ducta pro-
curatori dicatur reuocatio; quoniam
tanquam tertius aſſiſtere procuratori
videtur, per Textũ *in l. Paulus reſpondit,*
ff. de procurat. & Menoch. *lib.* 2. *quæſ.* 36. F
æſtimauit. Quod vbi procurator certam
præfixus ad litem conſpicitur, & illa
ſuum excepit finem; data iam expirat
facultas, & cum cauſa enim ceſſat, ſo-
lutum etiam reputatur mandatum. *L. in-
uitus corl. C. de procuratoribus*. Mantica
loco citato num. 18. *qui in num.* 19. Man-
dato affirmat, quod fuerit Procuratori
certa tributum ſuper lite, haudquaquã
in totum inductam dici reuocationem G
per ſententiæ prolationem; ac ſuum
etiam appellationis in cauſa vigorem
ineſſe, ſi eam proſequi procurator non
abhorreat, quamquam ad id minimè
compellatur, at appellationem facere,
ex ſe adſtringitur, vt alio explicatum
fuit loco.

Procuratori atenim illata conſpicitur
reuocatio, quo in caſu inſtrumentorum
fiat repetitio: ex eo quia quemadmo- H
dum per illorum traditionem mandatũ
tribuitur, pari modo eorum ex repeti-
tione, ac etiam reſtitutione ſolutum il-
lud intelligitur. Mantica *loco cit. nu.* 34.
per Text. *in l. negotiorum, §. procurator,
& l. tutor, ff. de appellationibus.* Rolandus
conſ. 46. *num* 7. *lib.* 2. Hoc autem eſt in
loco videndum: an permiſſum procu-
ratori ſit vt ſcripturarum deneget reſti-
tutionem, ſi neutiquam facta ſalarij ſo- I
lutio fuerit? Huiuſmodi quæſtionem
deciſam reliquit Iaſon *in l. ſi non ſortem
§. ſi centum num.* 10. *de conditione indeb.*
Hanc aſſerens retentionem haudequi-
dem ex iure permiſſam haberi: ſua quo-
niam quiſque ex facultate ſibi dicere
ius non valet. *l.* 1. *ff. ne quis in cauſa
propria.* Nec etiam vna detineri, alius
loco, res debet. *l. fin. C. commodati, l. ſi
non inducta* 5. *C. in quibus cauſis pignus,* K
vel hipotheca contrahat. Vt ſalatij itaque
fiat ſolutio iure quidem optimo ſcrip-
turarum denegata extat retentio. Boer.
deciſ. 15. *in principio*. Gratianus *diſcept.*
56. *num.* 14. *& diſcept.* 618. *num.* 1. quo
in loco reſponſum Doctoribus affert,
qui contraria perſiſtunt in ſententia, vt
terminos confundunt.

Vt expenſæ autem, quæ fuerint in

A litis curſu erogatæ, obtineantur; licita
ſcripturæ forma pignoris inuicem per-
mittuntur detineri. Boerius *loco cit.n.3.*
Gratianus *diſcept.56. num.15.* & Barto-
lus *in l. qua omnia*, *§. plenè, num.2.* Qua
ſcriptum in parte reliquit, licitum pro-
curatoribus haberi, vt litis ſibi detineāt
inſtrumenta, vſquequo de ſumptibus
in lite confectis fuerit ſatisfactio ducta.
Gratianus *diſcept. 618.* plures vbi deci-
ſiones aduehit; & additum vult, quod
B Doctorum opiniones, ex quibus aſſeri-
tur, permiſſum procuratoribus eſſe, vt
ſibi ſcripturas detineant, intelligi circa
expenſas, non autem quoad ſalarium,
debent: prout aſſerit interpetrari. *l. qua
omnia 25. ff. de procuratoribus*. Nulla
quamquam ſit conceſſum ratione, vt
reuocatio procuratori afferatur, niſi
fuerit de eo facta ſolutio; quod & circa
expenſas, & ſalarium competit Gratia-
C nus *dicta diſcept. 56. num.* 17. ex Baldi
doctrina *in dicta l. qua omnia* 25. *§. item
ſi retentione, ff. de procuratoribus*. Cui li-
mitatio ſententiæ appoſita ex eodem
Gratiano *dicta diſceptat. 618. ſub nu.* 10.
Dummodo tamen iuxta reuocationis
cauſa non occurrat; eoquod cum illa
veniat, & ſuam procuratori ob culpam
fuerit adducta reuocatio, ſalarij nihil
deberi affirmat: duxitque Rotę *dec.172.*
D *in recent.par.2.*

Præſumitur etiam Pauli de Caſtro
iuxta ſententiam, reuocationem addu-
ctam procuratori fuiſſe, ſi multorum
tranſactus fuerit annorum curſus, & ni-
hil illius in ſpatio temporis fuerit ex
Procuratore confectum, vt *in conſil. 12.
num.7.* aſſeruit: argumento Text. *in l. in
confirmando 8. de confirmatione tutorum.*
Huius autem viri pace verior exiſtere
E contraria conſpicitur opinio; taliter vt,
ſi nihil certum, voluntatis circa muta-
tionem inſurgat, haudequidem reuoca-
tio Procuratori aduecta reputatur, nec
extinctionem mandatum, ob multum
lapſum temporis ſubit. Iaſon *in l. ſanci-
mus 27. num.4. C. de teſtamentis*, quod
intelligit Gratianus *diſcept. 22. num. 8.*
Aequa ni reuocationis cauſa tribuatur;
puta, ex eo quia conſtituenti redditus F
ſit aduerſarius Procurator, aut vafer;
illo quoniam in caſu, temporis abſque
eoquod longitudo adſit, reuocatio vi-
detur illata: deſumpſit ex argumento
Text. *in l. vtilitatem, de confirm. tutor.*

Noui adde quod per procuratoris
conſtitutionem primi extinguitur in
perſona munus. Bartolus, & Alexander
in l. procurator, §.1. ff. de operis noui nunc.
Ruinus *conſ.108. num.1. lib.4.* Menoch. G
præſumpt.36. num. 11. lib. 2. Gratianus
diſcept.909. num.14. Tàm ſi prima, quàm
ſecunda nouus ſit admiſſus procurator
inſtantia. Vantica *in tract. de nullitate,
& defectu mandati num.163.* quod vigo-
rem etiam includit, poſterior quamuis
procurator mandatum ſibi recuſaret
ſuſcipere. Gratianus *diſcept.201. nu.15.*
argument. Text. *in §. poſteriore, inſtitut.
quibus modis teſtamenta infirmentur.* Niſi H
tamen ſpecialis prima, generalis poſte-
rior extet nominatio. Gratian. *diſcept.9.
num.3.* Paulus *decis.167. lib.3.* Vt etiam
ſi ex conſtituente fuerit explicatum ſe
primo nolle reuocationem inferre. *l. ſi
pluribus delegatis 1.* Gratianus *diſcep.201.
ſub num.15.* Soccinus *conſ.17. num. 11.
lib.3.* Menoch. *dicta præſump.36. nu.22.*
Qua de re, ſi nonnulli ad negotia, ple-
rique fuerint ad iudicia conſtituti pro- I
curatores, & aliquis poſtmodum ad iu-
dicia tantum ſit præfixus, quacumque
forma verborum, cum clauſula, *Vt om-
nibus reuocatio adducatur Procuratoribus:*
intelligi huiuſmodi reuocationem circa
illos oporteat, qui fuerint ad iudicia
ſtatuti, non autem quoad reliquos; di-
uerſæ quoniam hæc extant mandata
naturæ. Vnde & ſi vni aduehatur reuo-
catio, alter tamen debet ſua in facul-
tate remanere. Pariſ. *conſ.88. num. 23.* K
lib.4. Menochius *in dicta præſumpt. 36.
ad medium num.6. lib.2.* Ruinus *conſ.108.
num.9. lib.4.* Mantica *de tacit. & ambiguis
lib.7. tit.22. n.44.*

Affert etiam aliam Menoch. *in dicta
præſump. 36. num. 24.* coniecturam, ex
qua illatam procuratori reuocationem
poſſumus reputare: quæ eſt, quo in caſu
con-

Digitized by Google

A conſtituentem inter, ac procuratorem, graue conſpiciatur originem habuiſſe diſſidium aduehit Albericum, & Iaſonē *in l. procuratoribus. C. de procuratoribus.* Immò hoc etiam affirmat procedere, ſi huiuſmodi haudequidem capitalis reputetur inimicitia per Gloſam *in cap. 2. de procuratoribus in 6.* Vt pari etiam ratione reuocatio in procuratore interuenit, ſi litis, propterquam fuerit procu- B rator ille conſtitutus fiat ceſſio, aut etiā renunciatio ex authoritate Rotæ *deciſ. 31. num. 3. lib. 3. in recentioribus.* & Vanticæ *tit. de nullitate, & defectu mand. comparentium n. 168.*

Conſtituentis etiam ſi mors occurrat illatam, Procuratori certum eſt reuocationem mandantis quoniam funere ſpirare mandatum videtur, *l. ſi defunct. ff. de procuratoribus. l. mandatum, C. mandati.* Menoch. *loco ſupra citato num. 28.* C Cuius eſt ſententia finem potiùs, quàm reuocationem in illo caſu mandato adnectam: vt etiam ex Ruino *conſil. 115. num. 7. lib. 1.* Cui extenſio doctrinæ infertur, procedere, etiamſi conſtituentis mors ciuilis habeatur. Alciatus *reſponſ. 125. num. 3.* Menoch. *num. 30.* Ex quo octuplici declaratio forma huiuſmodi tributa opinionis eſt. Et primo vigorem D minimè retinere, ſi piam fuerit mandatum ad cauſam effectum. Deindè neque in mandato ad illa dato negotia, ad quæ adſtringi conſtituens valebat. Tertio, neque ſi tertio reſultare præiudiciū videamus, cuius in commodum, & cauſæ fauorem facta Procuratoris conſtitutio fuerit. Vt etiam quarto ſi ſua res deſinit in integritate haberi. Quinto, neque ſi mandatum procuratori ſuam E fuerit in re tributum. Quemadmodum ſexto, ſi mandatum, conſtituentis licèt mos adueniat, fuerit collatum; ſcilicet, ſi explicetur, conſtituentis etiam poſt funus vim incluſurum fore mandatum. Vt etiam ſeptimo, quando cauſa ipſa principalis, cuius factum eſt intuitu mādatum, haudequidem finem morte ſortitur. Octauo tandem locum ſententia hæc minimè ſibi vendicat, ſi Eccleſiæ tributum nomine ab Epiſcopo fuerit F mandatum; hoc namque tranſitum ad ſucceſſorem facit, nullo quoniā tempore mortem ſubit Eccleſia: qua verò ſolutum ratione mandaſum, è funeris vi conſpiciatur, ſcripſit Mantica *lib. 7. tit. 23. de tacitis, & ambig. conuent. per tot.* quo autem in caſu mors in iudicis cognitionem, vel aduerſarij non venit, haudquaquam vigorem iudicio ineſſe: æſtimauit Bartol. *in l. ſi procuratorem, ff. de Procurat.* G Abbas *in cap. mandato n. 6. eodem tit.* Qua limitationem in parte ponit; quod ſi ſcilicet ſuī cū ſcientia Procuratoris dominus cauit neutiquam reuocatio mandato affertur.

Tacito etiam inducitur procuratori reuocatio modo, ſi furore illum agitari videamus. Mantica *dict. tit. 22. lib. 27. n. 49.* Qui enim in furorem abit, velut mortuus debet reputari. *l. qui ad certum, ff. locati.* H Impedimentum namque perpetrandis adducitur negotijs, & ſi neutiquam reuocatæ iam perfectæ æſtimētur res. Mantica *loco cit.* ex cuius opinione, excommunicationis opera reuocatum cenſeri mandatum debet: vt voluit in *n. 48.* ex Baldi authoritate *in l. ante litem n. 3. & in l. vel ex alio ff. de procurator.*

Quemadmodum ſi ille, qui ſibi mandatum ſuſcepit, profeſſus religionem I fuerit. Bald. *in d. l. ante alium nu. 3. verſ. quarto noto, ff. de procuratorib.* Mantica *ſub n. 50. loco cit.*

Expreſsè verò Procuratoris effici reuocationem ſola voce, aut literarum medio, inſtrumenti quamuis via fuerit ille conſtitutus certum eſt. Abb. *in cap. ex inſinuat. n. 1. de Procuratoribus.* Si huiuſmodi tamen reuocatio, cum in ſua permaneat; litis nimirum ante conte- K ſtationem, hoc etenim peracto integra deſinit res haberi. *l. poſt litem, ff. de proc. l. nulla, C. mandat.* Conteſtata quapropter poſtquam lis fuerit, ab illo, qui eius fecerit conſtitutionem, haudequidem reuocari Procurator valet: demas tamen ni & aduerſarij, & procuratoris tacitus etiam occurrat conſenſus. Felin. *in cap. ex parte decani n. 52. de reſcrip.* quo ate-

A nim in caſu nulla ſit litis conteſtatio, eo
quod neceſſaria minimè reputatur, illa
tacitè facta intelligitur, cauſæ vbi pri-
mum ceptum eſt de meritis agi *dict. l.*
nulla, C. de procuratoribus. Roman. *conſil.*
174. *n.* 1. Bartol. *in l. poſt litem n. 3. ff. de*
procuratoribus. Quæ quidem quaſi litis
conteſtatio illud fermè operatur, quod
ex vera deſcēdere certum eſt. Corneus
conſ. 58. *n.* 4. *ad finē, lib.* 1. *& conſ.* 180. *n.* 5.
B *lib.* 3. Mantica *d. lib.* 7. *tit.* 21. *n.* 12. *in fine:*
qui *in n.* 13. limitationem poſuit, huiuſ-
modi regulæ vim ineſſe, vbi æqua exti-
terit reuocationis cauſa. per Tex. *in d. l.*
poſt litem, ff. de procur.

Cum Procuratoris tamen facta reuo-
catio fuerit, intimari, vel etiam notifi-
cari eam oportet, vt continere validita-
tem poſſit: prout dixit Sallcet *in l.* 1. *n.* 31
verſ. oppono quod inditimus, C. de ſatiſdact.
C Felinus *in cap. ex parte de reſcrip. col.* 1.
Monter. *deciſ.* 43. *n.* 24. Quod ipſius circa
domini præiudicium intelligi eſt neceſ-
ſe, in his quoniam, quæ ipſius attinent
ad fauorem nulla inerit actis efficacia,
ni fuerit illa notificata, quia illa quo ad
ſe proprium ſortita fuit effectum; nulla
qua de cauſa in illa ignorantia interue-
nit, at ita illius circa præiudicium indi-
ſtinctè præiudicare videbitur. Rota *in*
D *deciſ. diuerſ. dec.* 410. *par.* 1. Caſtren. *in l. ſi*
procuratorem, de procur. Grat. *diſcep. foren.*
18. *ſub n.* 37.

Congruum autem eſt, vt in hoc per-
quiramus loco, ad cuius debeat venire
notitiam, procuratoris reuocatio, vt no-
tum ſit an iudiciaria vigorem includant
acta? vel ex aduerſo: & regulam con-
ſtituit Mantica *d. lib.* 7. *tit.* 21. *ſub num.* 19.
Quod ſcilicet, quæ ad Iudicis, aut etiā
E collitigantis peruenit reuocatio notitiā,
haudequidem iudicio impedimentum
adducat: vt eſt Bartoli doctrina *in l.* 1.
in ſumma de ſatiſd. Nonnulli propterea
diſtincti reperiuntur caſus penes eum-
dem Manticam à *n.* 20. Et primo quidē
quod in quo caſu, & Iudex ignarus ex-
tat reuocationis, & aduerſarius, efficaciā
iudicium retinet; paritatemque adue-
hit: quod quemadmodum nullum pro-
curatori tribuitur exercitium, mandati F
priuſquā literas exceperit, æquali for-
ma nec exercitium amittit, reuocatio-
nis antequam factus certior fuerit: ad-
ducit Bald. *in l. ſi procuratorē col.* 2. *verſ.*
primo caſu, de procur. Et nullum in ipſis
dubium adeſſe firmat, certum ſi aduer-
ſarium contra fuerit procurator præfi-
xus: per Tex. *in l. procuratorem, ff. de pro-*
curat. At ſi ſtatutam aduerſus perſonam
datus minimè procurator, ſed omnes G
generali ratione ad cauſas in quemcū-
que penes acta fuerit, in actis etiam
confici reuocationem oportet; vt affer-
re nocumentum valeat: vt eſt caſus in
dicta l. 1. *de ſatiſd.* & ibi Bartol. *n.* 7. Ate-
nim ſi penes acta conſtitutus nequaquā
fuerit, ſi negotia cæperit cum aliquo
pertractare, proindè affirmat haberi, ac
ſi certam videatur aduerſus perſonam
conſtitutus, quapropter notam illi reuo- H
cationem reddi conuenit, quo autem in
caſu nil agere ceptum ſit, haud neceſ-
ſarium putauit, vt Iudicis ad notitiam,
ac etiam aduerſarij, reuocatio perue-
niat, nullum quoniam certus exiſtit Iu-
dex, nec ſtatuta eſt aduerſarij perſona,
cui fieri denunciatio valeat, nil hac de
re aſſerit, ſi facta denunciatio minimè
fuerit: imputari ipſi debere per Textū
in l. ſi dictum §. *final.* & ibi Gloſa *in ver-* I
bo procuratori, ff. de euict. Bald. *in l. ſi pro-*
curatorem, ad finem, ff. de procur.

Secundus præfigitur caſus, Iudicis vbi
ad notitiam, ac etiam aduerſarij perue-
nerit reuocatio, & huiuſmodi, cum nul-
la adhibeatur diſtinctio in caſu, nihil af-
firmat vigoris in eo adeſſe, quod per-
patratum ex procuratore fuerit: vt eſt
Gloſa *in dicta l.* 1. *de ſatiſd.* Bartoli quo-
que doctrina ibidem *num.* 10. Procura- K
torem atenim, cui legitimè illata reuo-
catio, in falſum habuit. Mantica *loco cit.*
num. 24. & Bartolus *in l. ſi procuratorem,*
col. 2. *verſ. ſecundo caſu, ff. de procur.*

Tertius occurrit, ſi Iudicis tantum
ad notitiam reuocatio peruenerit, cum
nihil circa hoc aduerſarius ſciat, ſtatim
vnde geſta ipſo iure nulla reddit, ſcien-
ter quoniam haud legitimam Iudex in
perſo-

A perſonam ſententiam adduceret: et per Bened. Capra *reg. 59. n. 35.* & Donatum à Fina *tom. 1. com. opin. lib. 2. tit. 8. de proc. num. 110.* Barboſa *in coll. DD. in l. unica, C. de ſatisdando, nu. 15.* Mant. *loc. cit. n. 25.*

Quartus aduenit caſus, ſi aduerſarij ad notitiam, non autem Iudicis reuocatio occurreret, iſto etenim in euentu pro conſtanti habuit Mantica *n. 26.* latæ in aduerſarij fauorem ſententiæ ipſo iure vim ineſſe, B at replicationis auxilio elidendam illam fore. quo in loco reſpõſum illis affert rationibus, quæ contrariæ fauent parti.

Quintus adducitur caſus, procuratoris vbi ad notitiam, non autem aduerſarij peruenerit, hoc ex eo quia in accidenti, cum Gloſa concluſionem adducit, dominum contra, qui conſtituto reuocationem dedit Procuratori, latæ vigorem inhærere ſententiæ; eum ex C contrario ſuccedat, ſi eius aduena in fauorem ſit. Nam tunc minimè ſubſiſtit, & claudicare iudicium certum eſt: affert Gloſam *in l. ſi Procuratorem, ff. de procur.* & Bartol. *in l. ſed & ſocius, §. 1. ff. pro ſocio.*

Sextus denique venit, ſi dubium eſt: an aliquis habuerit de reuocatione ſciẽtiam, vel è contra? Et hoc affirmat in caſu Mantica *num. 31.* quod, alterius vbi D tractetur de facto ignorantia potius debeat, quàm notitia præſumi, per Textum F *in l. verius, ff. de procurat.* Bartol. *in d. l. 1. n. 14. de ſatisdat. deſin. ff. pro ſuo.*

Procuratoris autem circa perſonam, qui licet cum iuramento de non reuocando fuerit præfixus, his tamen obiect haudquaquam ponentibus ſubire reuocationem valeat, eſt in placitis Felini in *cap. ſi diligenti 12. num. 32. in fine, verſ. nono fallit, de foro compet.* Nacta *conſ. 474. nu. 7.* & alij per Surdum *conſ. 264. n. 39. vſque ad 44. lib. 2.* eo quod, vbi ſua reuo- G cationis patiens ex natura extet actus, de non reuocando ad nihilum valet cõuentio, nec quidquam iuramẽtum operatur, per iuris licèt reus contrauenniens exiſtat. Gloſ. *in cap. fin. in verbo reuocatus, de procurator. in 6.*

Cum vero alium ſui loco ſubſtitutum procurator voluerit, nequaquam illi reuocationem poteſt aduehere, iuſta quãuis occurrere cauſa videatur. Bartolus H *in l. poſt litem n. 5. ff. de procur.* per Text. *in cap. is qui de procurat. in 6.*

Procuratori etenim ex reuocatione nullum venire poſt concluſionem impedimentũ, vt inferri ſententia nequeat: vt in aſſertis Abb. *in cap. cum dilectus de arbitr. nu. 14.* per Text. *in cap. auditis, de Procurat.* vbi idem Abbas *num. 1.* I

D E

A B

DE PRÆTORVM SIVE CAPITANEORVM IVSTITIARIORVMVE IN CIVITATIBVS, ET REGNI LOCIS STATV. AC DE ARMORVM CAPITANEIS In Tribus Triquetræ Vallibus.

D I

QVemadmodum Reges, cum vbique adeſſe minimè poſſint, ſuas qui gerant vices Proreges conſtituunt: Ita & hi cum nullo valeãt modo qualibet perſonalitèr in Ciuitate, Terra, vel Regni loco præeſſe, electionem proprerea de Capitaneis, vel Iuſtitiarijs in illis faciũt: vt ex Vincent. de Franch. *decif.* 256.*num.* 10.& Cabal. *reſolut. crim. caſu* 120. *num.* 13. dixit Burgius *de modo procedendi ex abrupto centur. prima*, *quæſt.* 55. *num.* 7. Qui varium ſortiuntur titulum: modo namque Capitanei, modo Prætores nuncupantur.

Prætoris autem nomen indè recipit ethimologiam, eoquod ille Prætor vocatur, qui omnibus anteit, & cui permiſſum habebatur ciuile ſcribere ius. Vnde Prætoria illa dicuntur loca, in quibus ius dicitur: Prætura atenim officium, prętoria ſiue dignitas, extat, ac iuriſdictio: vt ex Capitolino refertur: ſed Prætoris vox alios etiam ad Magiſtratus, Adminiſtrationes, Præfectoſque fuit tranſmiſſa: vt ex Tholoſano *ſyntagm. iuris lib.*47. *parte* 3.*cap.*30.colligimus.

Primi autem Prætoris inſtitutio Romæ Anno Vrbis 388.facta in Furio Camillo fuit: vt ex Liuio *lib.* 7. conſtat; at anno 510. alter additus, quem Peregrinum appellabant, ſicut *in Epit.*Liuij *lib.*10. quem ad *num.* 210. adiecti duo fue-

A fuere, cum Sicilia, & Sardinia fuerint in Prouinciam redactæ, vt illuc vna cum Imperio irent, *Epit.Liu.*20. Et duo tandem 557. vbi ſub iugum demiſſæ Hiſpaniæ fuerunt: Et ſic in Vniuerſum ſex ad id temporis fuerunt Prætores conſtituti, quorum duo iuridicendo, præficiebantur, quatuor verum reliqui ad regendas mitterentur Prouincias. Quod illo fermè perdurauit ſpatio, donec
B perpetuæ fuerint quæſtiones anno 605. decretæ L. Cenſorino, & M.Manlio Conſulibus, Patribuſque tunc enim initum, vt in toto Magiſtratus ſui anno in Vrbe Prætores moram facerent, è quibus duo, antiquo more, insdicere ſtuderēt; cæteri autem publicis aſſiſterent iudicijs. Exacto tamen anni curſu in Prouincias ſorte diuidebantur, duos etenim Sylla Prætores ſuperaddidit; adeò vt
C ad Ciceronis æuum octo tantum peruenerint, non decem, vt placuit Pomponio *lib.* 1. *de orig. iuris.*

Duos autem ex dictatore Cęſare adiunctos tutelares ſcimus Prætores ex Dion. *lib.*43. Biennio poſt quatuordecim effectos claret: Cum denuò ſuperueniente, anno, ad ſexdecim aſcenderint numerum. Tiberius autem ad duodecim illos voluit redactos, cum poſtea
D duos ſuper poſuiſſet Claudius, qui ius de fidecommiſſis dicerent, quorū vnum ex Tito detractum omnibus innoteſcit, in cuius locum illum Nerua reſtituit, qui fiſcum inter, ac priuatos dicere ius vellet; ad poſtremum tutelaris ex Marco Imperatore Romano etiam in hiſtoria ſedulus reperiet lector maioris conſtitutionem Prætoris, quem pro Vrbano intelligit Rhodiginus *lib.*12. *lection.*
E *antiq. cap.*8. Nam minores erant cæteri, qui tum Peregrini, tum Prouinciarum Prætores appellabantur, vt Pomp. docet *in ff. de origine iuris.* adiectus Prætor fuit, vt Capitolino placuit, & ita quindecim extitere.

Cum autem Conſtantinus Imperator Romæ Imperij habenas regeret, duo tantum habiti ſunt Prætores, è quibus ad Vrbis Præfectum efficeretur appellatio. *l. ſi apud, C. de appellat.* Bizantio F
autem nullus extitit Vrbis Præfectus, at tres impoſiti Prætores. *l.*5. *C.Theod. de Prætoribus. l. vltima, C. de prædijs minor.* Horum enim primus Flauianus, Conſtantinianus poſterior, Triumphalis tertius fuit nominatus. *l.*13. *C.Theod. de Prætoribus.* Flauialis atenim Prætor Præfecti Vrbis exequebatur officium; poſtquam verò ternum compleuere numerum, conſtitutum à Martiano, & Valentiniano eſt *in l. fin. C. de officio Prætoris.* G
Ne illum vltra numerum in Vrbe ſingulos per anni curſus, Senatus iudicio, conſtituerentur, proprioſque ibi Penates haberent.

Plebis verò Prætorem ſumma creauit Iuſtinianus magnificentia, cui tributi apparitores fuere: Idem, Iuſtinianeum in Lycia Prætorem conſtituit, ex quo & ciuilia, & militaria adminiſtrarentur negotia: vt *in nouel.* 25. §. 1. de mænijs H
curam, & aquæductibus gereret; vt pari modo Piſidiæ Prætorem poſuit *nouel.* 20.24.*&* 29. Iuſtinianeus vero Prætor, cum ſublati Vicarij fuiſſent Trachum præfuit regimini *nouel.*8.*&* 26. & Spectabilis excepit titulum *nouel.*13. Prætores autem Iuſtinianus inſtituit, qui cuſtodiæ, & morum inuigilarent moderamini, qui populi frænum ponerent multitudini. I

Iuſtiniani atenim æuum ante illùc vilitatis Prætoris & nomen peruenerat, & dignitas, vt & ſymbola, & inſignia ex Vrbis Præfectis aſſumeret, cum illæ tamen non exiguus haberetur honos.

Quidquid tamen de antiqua Prætorum origine monumenta demonſtrent, de qua latè ſcripſit Tholoſanus *ſyntag. iuris in ſupra citato lib.* 47. *par.*3. *cap.*30. K
per totum. Præſenti nos in tractatu de locorum Capitaneis verba inſtituimus, de quibus agemus: Cuius nomine ille veniebat, qui aliqua inueſtituram de plebe accipiebat; & ita quamlibet, ſuper illa perpetuam iuriſdictionem retineret: & huius generis, noſtris hiſce temporibus Barones exiſtunt: vt teſta-

tur

A tur Afflictus *in rubr.* 10. *tit. quis dicatur Dux, cap. quia Principe num.* 26. *fol.* 313. Ex quo affirmatur propriè illos tales eſſe, qui hodie propriè poteſtatem à Rege in demanij, vel Baronum terris ab illis in officium excipiunt. Afflictus *loco ſupra citato*, & Iacob. de Franchis *in tit. qui feud. dare poſſ. num.* 1. *& ſeq.* Capitanei alta velut habentes, aliarum reſpectu perſonarum, capita, cum in dignitate permaneant. Iacob. *loco citato*
B *num.* 2. Nulla tamen ratione, anni eo-quod per curſum munus excipiunt, vt opinatus fuit Maſtrill. *de magiſtr. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 24. Plures etenim, tum qui Capitanei nominantur, quibus anni vltra ſpatium tribuitur officium, tum nõnulli, qui officiales extant, qui per anni curſum adminiſtrationem ſuſcepere, & minime tamen Capitanei appellantur; recta igitur forma Iacobutius affir-
C mauit, quod ea vocantur Capitanei de cauſa: omnes quoniam perſonas inter, ſui in muneris loco altum tenent verticem, & ciuium habentur caput. Grat. *diſcept.* 184. *n.* 50.

DE
CAPITANEORVM ELECTIONE,
D *Honoreque illis tribuendo.*

Cap. 1.

NOnnulli in Regno Capitanei à Catholica Maieſtate Regis noſtri, eliguntur, quemadmodum ille Felicis Vrbis Panormi. Maſtrill. *deciſ.* 2. *parte prima*. Ac etiam Nobilis Ciuitatis Meſſanæ, qui Straticotus vocatur: vt
E dixit Ferrarottus *de præheminentia Straticoti*. Giurba *conſ.* 19. *per totum*. Armorum etiam ordinarij Capitanei per tres Valles, Excellentiſſimo aliqui ex Prorege, vt cæteris, quæ demaniales ſunt, in Ciuitatibus non obſtante *cap. Regis Martini* 44. In quo ſibi reſeruatam Rex voluit officialium demanialibus conſtitutionem in Ciuitatibus: Prorex ete-nim, cui huius poteſtas generis fuit tri- F buta in demanij locis Capitaneos præfigit (ad Spectabil. Prothonotarij relationem) tàm Regni, quàm Reginalis Cameræ, ex quo notitia datur de ſingulorum moribus hominum, & qualitatibus, qui ad munera coſcendere queunt. Giurba *dicto conſ.* 19. *ſub num.* 8. Plurimi etiam ex Baronibus proprijs conſtituuntur in terris, cum ex ipſis quidam merum, & mixtum imperium, ac G pœnarum commoda ſuſcipiant. Maſtril. *loco cit.* & nonnulli de cauſis, à relegatione infra cognitionem retineant.

Cuiuſmodi equidem officium ambitione impulſis haud tribui, at virtute præclaris, & ad illius exercitium idoneis oportet; cum inuitos, neutiquam verò illos, qui auidè id exoptant Reipublicæ ad regimen aſſumendos voluerit. Lampridius in vita Alexandri *fol. mihi* H 303. & Auguſtus Cæſar ad Pomponij relationem in *l.* 2. paulò ante finem, *ff. de origine iuris*; cuidam, qui officia expoſcebat, reſponſum attulit: illa haud peti, ſed præſtari ſolita. cum penes Platonem clarum ſit, nullum ad Imperij moderamen aptum haberi, niſi qui ægro illud muneris animo, & vi compulſus deſumpſerit, *cap. omnes huius ſæculi* 47. *diſtinct.* Platea *in l. omnes omnino, in fine, C. de decurionibus lib.* 10. Quod I ſi nequaquam illi debent ad officium euehi, qui ex ambitione ſtimulati ea poſcant; quo magis illis hæc decet negari, qui pretij lenocinijs ipſa poſtulẽt. Hoc autem iam ita vſu cõualuit, vt quo quiſque minus cæteros virtutibus exuperat, eo magis, & precibus, & largitionum affluentia, & ambitionis aura ſeſe anteponere ſtudeat: vt ſcripſit Simanca *de Republ. lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 32. K Vnde iure quidem optimo per geminæ Regni Pragmaticæ diſpoſitionem fuiſſe conſtitutum videtur; ne iuriſdictionalia quoad officia, Baronum etiam in terris, fieri venditio poſſit, cum illos, qui pecuniæ medio illa impetrant, priuationis officij punitio affligat, & perpetua infamiæ nota deformet, & vendentes con-tra,

Digitized by Google

A tra, Procuratores, Sollicitatoreſque qui pecuniæ via illa non erubuerint impetrare, ſi obſcuro fuerint ſanguine decennij per ſpatium remigandi, ſi nobilis verò familiæ, in Inſulam deportationis pœna ducatur, cum etiam de ſcutis mille fiſco ſolutionem faciaut. Et vtinã hæc minimè acciderent, quoniam haud fermè ineptis, habilium ſuccumberent merita: vt dixit Simanca *loco ſupra citato*
B *cap. 15. num. 32.* Cum noſtris hiſce temporibus ſit vſurpatum, plurimis in locis, & dignitatum fieri, & iuriſdictionum, hæreditarij velut pecoris, & ouilis venditionem, & contra hoc, velut quidquam, maximum Reipublicæ afferens detrimentum eſt cõſtitutum in *Authent. Vt Iudices ſine quoque ſuffrag. §. hæc autem omnia*, quod: *Hæ perſona, quæ publicis officijs addicemur ſingula, ſine mercede*
C *percipiant: nil omnino dantes, neque occaſione ſuffragiorum*. Quæ cum fuerint ex Nerone conſiderata, cætera inter fuit explicatum: ſuis nihil in Penatibus venale, aut etiam ambitioni peruium habendum: vt teſtatur Tacit. *lib. 13. Ann.* & Theodorus Anagnoſtes *in collect.* ait: ex Anaſtaſio Auguſto venationes ſublatas, & magiſtratus, qui vendi conſueuerant, grato tributos animo. Idem-
D que teſtatur factum fuiſſe ex Marciano Imperatore, ex quo, poſtquam creatus ab exercitu Imperator fuit, ſtatutum eſt nullo alicui modo conferri opus eſſe, pecuniarum intuitu, magiſtratus; Notum enim ipſis erat, quod, vbi neutiquam merita, ſed vbi pecuniæ ſuffragentur, reliquum eſt, vt nil, aut grauitas defenſionis adducat, vel induſtria cum omnia profanus auri amor obti-
E neat: vt ſcripſit Diuus Gregorius *epiſt. 114. lib.* & meritò Theodoſius, & Valentinus *in l. fin. C. ad legem Iuliam repet.* ita Florentino Præfecto Prætorio reſcripſere. *Sancimus huiuſmodi viros, ad Prouincias regendas accedere, qui ad honoris inſignia non ambitione, vel pretio: ſed probata vita, & amplitudinis ſuæ ſolent teſtimonio promoueri: ita ſanè, vt quibus hi honores per ſedis tuæ, vel per noſtram fuerint electionem commiſſi, iurati igitur inter geſta depromant, ſe pro adminiſtrationibus ſortiendis, neque dediſſe quipiam, neque daturos vnquam, poſtmodum fore, ſiue per ſe, ſiue per interpoſitam perſonam in fraudem legis, Sacramentique, aut venditionis, donationiſue titulo, aut alio velamento, cuiuſcumque contractus, & ob hoc (exceptis ſolis ſalarijs) nihil penitus tàm in adminiſtratione poſitos, quàm poſt depoſitum officium pro aliquo præſtito beneficio tempore adminiſtrationis, quàm gratuitò, meruerunt, accepturos.* F G

Facta igitur Capitaneorum electione omnis ipſis & honor præſtari, & reuerentia, Regis velut ſimulacris, debet; vt dixit Cardin. Florent. *in clem. 1. opp. 6. de offic.* Borel. ad Bellugum *rubrica 1. litera L.* Giurba *obſeruat. 91. per totam.* Immò etiamſi finẽ officium fuerit ſortitum, prioris propter reliquias dignitatis. *l. penult. ff. de quæſt. l. fin. ff. de decurion.* Giurba *loco citato num. 19.* Vigili vnde ipſi ſtudio incumbant, vt ſui ſplẽdorem honoris integrum conſeruent: vt conſuluit Vlpianus *in l. nec quidquam, §. vbi decretum, verſic. circa, ff. de offic. Proconſulis, & in l. prima in principio, ff. de poſtulando.* diminuta enim authoritas redditur, vbi nimium ſectatur humilitas, *cap. quando 86. diſtinct.* Vnde iure quidem optimo laude dignus reputatus fuit Capitaneus quidam, qui cum aliquis caput minimè aperuerit, illum terra proiecit, illumque carceribus detineri non dubitauit, vt refert Giurba *conſ. 38.* H I

Omnibus qua de cauſa in publicis ſeſſionibus cæteros ante officiales ſedẽ habent, & primum obtinent locum. Magni namque ſunt, & potentes in honore extant: vt Eccleſ. *cap. 10.* Quoniam Dei inuicem ſunt, ac Regis Iuſtitię adminiſtrationem faciunt; quod temporales inter iuriſdictiones altiùs, & maiori decoratum dignitate miniſterium eſt: *cap. Regum 23. quæſt. 5.* Ingenij vnde è ſolertia oportet muneris eleuari maieſtatem ne hominum abeat in contemptum. *l. obſeruandum, ff. de officio Præſidis, l. tu-* K

l. Iudices, *C. de dignitatibus*, *l. nec quicquam*, *§. circa*, *ff. de officio Proconſul.* Peregrinus *conſ. 2. num.* 28. *in* 2. *vol.* Cuiuſmodi equidem & honor, & præeminentia proprijs etiam cõmunicari vxoribus certum eſt per ea, quæ ſcripſit Caſſaneus *in Catal. gloria mundi parte* 8. *conſid.* 21.

Qui publicam enim præſefert dignitatem nulla pati forma debet humilitatis etiam prætextu diminutam illam reddi: vel etiam in contemptum abire, & eo in gradu, quo fuerit conſtitutum, illam conſeruare, ne illi iniuriam, cuius refert poteſtatem, adducat; aliam namque dignitatem exercens, perſonam gerit. Petrus de Gregorio Tholoſanus *de Republica lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 11. Ipſius quoniam in perſona honor præſtatur, vel iniuria Principi inducitur. Petrus de Gregorio *loco citato num.* 12. Rouitus *in pragmat. de ſuſpicion. num.* 6. Gratianus *diſcept.* 184. *num.* 55. *cum ſequent.* Giurb. *conſ.* 38. *num.* 23. Qua de cauſa qui honorem Capitaneis, cæteriſque denegat officialibus arbitrariam ſuſcipere punitionem cogitur: vt ſcripſit Carauita *ritu* 5. *num* 10. Muta *tit* 4. *num.* 43. *de recuſatione Iudicum.* Giurba *loco ſup. cit. ſub num.* 15. Valentinus etenim Imperator *in tit. de quæſtor. & Magiſtr. officio.* Sacrilegij ſcelus committi putauit, ſi honor officialibus à quocumque denegetur: vt refert Bouadil. *lib.* 3. *Politic. cap.* 1. *num.* 45. Giurba *obſeruatione* 91. *num.* 4.

Operæ verò pretium eſt, vt inquiramus quæ in Magiſtratus, offenſores inſligi pœnæ debeant? ac an illi impunè feriant, qui ſibi traditi facultate muneris malè vtuntur? Et quidem in delictis punitio augmentum excipit, quemadmodum ex læſę conditione perſonæ, aut etiam contumelia affectæ delictum creſcit: alio enim modo ex ipſomet crimine punitionem incurrit, qui in magiſtratum delictum patrat diuerſa forma, qui in priuati perſonam peccatum cõmittit. *l. aut facta* 16. *§. perſona*, *ff. de pœnis*. Illos autem inter, qui ex Principe, aut Republica prępoſiti fuerint, Magiſtratus extant, qui ad malefactorum punitionem, bonorumque ſint conſtituti. 1. *epiſt. Petri cap.* 2. *verſ.* 14. Exodi *cap.* 18. Quemadmodum & Principes, in Dei miniſtros, datos fuiſſe certum eſt, quibus gladius, & poteſtas ſuperno è Numine, ipſiuſque ordinatione tributa, ineſt ad Roman. *cap.* 13. *cap. omnis anima*, *de cenſib.* Sap. *cap.* 6. Qua de cauſa qui manus in Præpoſitum inferre non dubitauerit, ex iuris ſcripti vigore caput in pœnam dabit. *l. omne delictum* 6. *§.* 1. *de re milit.*

Ex Felini propterea doctrina *ad cap. ex literis num.* 19. *de conſtitut.* habemus illi, qui alapham magiſtratui impegerit, Prætori iudica, mortem in flagellum eſſe adducendam, cum publicum illara in fauorem, Principemque videatur iniuria, publicam hac de re velut fraudem ipſam ſeueriori plecti pœna decus poſtulat. Quod & nobis Demoſthenes in oratione cõtra Midiam oſtendit, cum illum Athenis diuitijs pręfulgidum penes populum accuſet ſibi eo temporis alapham infligere auſum, quo Dionyſiaci celebrarentur ludi, cum Eueoonis Laodamantis fratris exemplum adferat, qui ex Bæoto quodam ob alapham publico illatam in conuentu miſerè necem ſubiuerat. Firmum autem eſt maiorem publici reſpectu loci reddi iniuriam: vt pari forma ingens euadit, ſi Magiſtratus in aſpectu, ac in Tribunali fuerit adducta. Quintil. *lib.* 6. *inſtitut. cap.* 1. *l. prætor edixit* 3. *§. atrocem de iniur. & §. atrox de iniur.* apud Iuſtinian. Quid autem affirmabimus, ſi ipſo fuerit magiſtratui impacta? Iure quidem optimo infamiæ pœnam ſubit, qui ſolo magiſtratum lædit conuicio. *l. Iudici ab appellat.* 42. *de iniur.* Ratio autem eſt eoquod Magiſtratus vſquequo munus gerunt publicæ habentur perſonæ, cum, poſtquam officium depoſuerint, priuatorum repreſentent vicem. *l. cum, qui iudicare iubet* 12. *§.* 1. *de iuriſdict. omnium Iudicum*. Accedit etiam quocumque in Magiſtratu Principis, ac Reipublicæ,

ex

A ex quibus ille dependentiam habeat, poteſtatem, authoritatemque ex Icone præfulgere, eum Principum loco, qui æquitatis ſunt adminiſtri, ius dicere videantur. *l.2. §.1. & §. quoad magiſtr. de origine iuris*. Nihil enim proprium, ſed ex mandante traditum demonſtrant in *l. 3. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio.* Excelſum ad quod pertinet exemplum de Hebreorum Iudicum, Sapien-
B tumque Tribunorū creatione, vt Moyſi in populi iura ferrent auxilium ex *num.* 11. Vbi Deus de Principis Moyſis ſpiritu ſuſcepit, & ſelectis diſtribuit Conindicibus: ad Regum autem munus attinet Iudicij, æquitatiſque adminiſtrationem retinere, ac ex violentia oppreſſos rapaci è calumniatorum auferre manu, pupillo, nec non, viduæque quos faciliori negotio potentium vis
C opprimit, opem ferre D. Hieronymus *ad cap. 22. Hierem. in cap. 23. Regum off.* 23. *quæſt.* 5. & facit *cap.* 8. *lib.* 1. *Regum.*

Quid autem illas dicemus circa iniurias eis inflictas, qui pro conſilio Principi aſſident? An impunè incident? Hi enim illius pars corporis dicuntur, & de Reipublicæ membris vnum. *l. quiſquis, C. ad legem Iuliam Maieſtat.* Vnde
D Iulianus Imperator hæc *in l. ius Senat.* 8. *C. de dignit. lib.* 12. *Ius Senatorum & authoritatem eius ordinis, in quo nos ipſos numerauimus, neceſſe eſt ab omni iniuria defendere*. Maieſtatis propterea illi extant rei, qui huiuſmodi Senatoribus mortem inferre non dubitant. *dicta l. quiſquis*. Vt pari forma Romano in dominatu Reipublicæ lege Iulia Maieſtatis ille tenebatur, cuius ductu, & con-
E ſilij opera factum fuiſſet, vt quilibet Romani Populi Magiſtratus Imperio ac poteſtate morti daretur. *l. prima ad legem Iuliam de Maieſt.* Et quid horrendius putemus eſſe ſcelus, quàm illis ferri ſub tyrannide vitam auferre, qui Dei Vicarij, gladij propter, ac iuris dicendi facultatem nominantur? Qua de cauſa Iudices ſacris in monumentis Deos appellatos videmus, cum ita:

Dijs non detrahes, & Principem populi tui non maledices: Exodi cap. 22. verſic. 28. & F
Actor. cap. 23. verſ. 5. & alio loco: *Si quis commendauerit amico pecuniam, aut vas in cuſtodiam, & ab eo, qui ſuſceperat, furto ablata fuerint, ſi inuenitur fur, duplum reddet; ſi latet fur, dominus domus applicabitur ad Deos, & iurabit quod non extenderit manus ad res proximi ſui ad perpatrandam fraudem*: & penes Regium Cantorem Pſalm. 81. *Deus ſtetit in medio Deorum, in medio autem Deos diiudicat.* G

Suprema igitur æquitate, qui mortem, læſionemque magiſtratui adfert, maiorem ſubire punitionem cogitur, quàm qui diuinam violet, Principiſque aut Reipublicæ poteſtatem: vt affirmat Tholoſan. *lib.* 4. *de Republica cap.* 6. *n.* 19. ex quo habemus, hac de re ex Ioanne XXII. Pontifice ſtatutum illos aduerſus H
deſcendiſſe, qui Sedis Apoſtolicæ officiales, aut vitam violenter deſerere cogerent, aut ſub offenſis malè agitare non erubeſcerent, cum inteſtabiles reddantur, infamiæ notam excipiant, maiorique & Apoſtolica puniātur excommunicatione, & eccleſiaſticis feudis & beneficijs propeijs inſimul cum filijs priuentur, nullo habito diſcrimine en Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſco- I
palique, aut ſæculari quacumque poteſtate ſint excellentes. Extrau. *Ioann.* 22. *vnica de pœnis.*

Sed attenta equidem auſe ſceleſtiu audiamus excuſationem. Putant enim impij licitum ſibimet eſſe, tutamen in vim aduerſus è Magiſtratu illatam ſuſcipere, velut iniuriam propulſent. At ſint procul inhumani, dum, quæ magiſtratus contra poteſtatem deſumitur, neutiquam dici poſſit defenſio, ſed rebellio: *l. iniuriam* 13. *§. qua iure, & l. item apud Labeonem, & adijcitur, ff. de iniurijs*. At enim iniuriam adferunt, quæ à magiſtratu perpatrantur negotia, nec iniuſtam continere vim conſpiciuntur. *l.* 3. *ff. quod met. cauſa*. Violentia namque in illos, qui ſeſe faciles Magiſtratus iuſſis præſtare recuſant, & aqua dicitur, K

A & neceſſaria, militari, immò ad id manu valent compelli. *l. qui reſtituere, ff. de rei vindicat.* Hæc ex eo quia penes Cic. *3. de legibus*. Vnius de duodecim tabulis, legis extant verba. *Iuſta imperia ſunto: yſque Ciues modeſtè, ac ſine recuſatione parento: magiſtratus, nec obedientem, & noxium ciuem multa vinculis, verberibuſque coercento: ni par, maiorue poteſtas, populuſue prohibeſſit.*

B Ille atenim, ex quo cœtus, concurſuſque factus ſit, ne quiſquam in ius producatur Legis Iuliæ Maieſtatis crimen patrat *l. Iulia ad legem Iuliam de vi priuata. nouel. 69. tit. vt omnes obed. Iud. prouinc.* Maieſtatis autem crimen tunc incurri certum eſt, ſi condemnatum iuſtitiæ ex facultate quilibet non timeat eripere. argum. *l. 4. in fine, ff. ad leg. Iul. Maieſt.* & facit Tex. *in l. adductos, C. de Epiſcop. & Cler.* quod apparitorum è no- C bis in ſtatu notabitur. Gloſa quippe *ad l. vt vim, de iuſtitia, & iure*, regulam: *Vim vi repellere licet*: de illa vult intelligi, quæ ſit iniquè ex priuato illata, non autem de ea ex illo veniente, cuius in dominio perſiſtimus per Text. *in l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniurijs*: nec etiam ſi iuſtè à priuato ducatur. *l. 4. ff. ad legem Aquiliam*: ita Clarus *lib. 5. §. fin. quæ. 28. num. 1.* affirmat: quod ſi delinquentes, D aut illi, de quibus iuſtitiæ Miniſtri volunt, aut Satellites capturam facere reſiſtant, armiſque ſui tutamen ſuſcipiāt, valent ex illis neci abſque punitionis metu, tradi; cum capiendi mandatum inſit, alioque apprehendi modo non poſſint; vt latè ſupradicto explicabo in ſtatu: Nec ad rem facit an ex Iudice iuſtè, vel iniuſtè capiendi mandatum deſcenderit? vt idem *loco citato* Clarus E aſſerit: Exequutoris namque ad munus haudequidem attinet an quod exequutioni tradendum præbetur, malè fuerit, vel integrè iudicatum; cum ſimplex tantummodò miniſter exiſtat. *l. exequut. C. de exequut. rei iudic. cum concord.* Hac de cauſa vltima in cōcordia quoad forum, ac Sancti Officij Tribunal fuit reſiſtentiæ exceptus caſus, vt ex Regali, non autem Inquiſitorum, qui Illuſtriſſimi, iuriſdictione cognoſcatur reſiſtentiæ crimen è quocumque, commiſſum familiari. F

D E

OFFICIO, ET POTESTATE

Capitaneorum.

G

Cap. 2.

OFficij priuſquam ſeſe in adminiſtratione Capitanei verſentur, præſentatis electionis literis, præſtare iuramentum generali compelluntur ex conſuetudine, vt vigilanter, & per quā integrè munus gerant, cæteri quemadmodum agunt officiales; vt de Iuratis dixi per Textum *in authen. vt Iud. ſine* H *quoque ſuffrag. ad finem*. Authen. *de defenſor. Ciuitatum, §. interim, l. rem non nouam, de iudicijs.* Maſtrill. *de magiſtrat. par. 1. cap. 2. num. 48. cum ſequent.* Taliter vt ſi minimè iureiurandum præſtiterint, haudquaquam exercere officium valent, eandem coguntur pœnam ſubire, cui ſunt illi obnoxij, qui propria ſibi authoritate officium accipiunt, & ita læſæ Maieſtatis de crimine rei ſunt. I Puteus *de ſyndicatu in verbo iuramentum cap. 1. ſub num. 1. fol.* 205. Qui noui enim officiales ſunt, poſteaquam iuramento ſeſe alligauerint, iuriſdictionem poterunt exercere. Puteus *loco citato num. 8.* per Textum *in l. prima de officio Præfect. Auguſt. l. obſeruare, §. poſt hoc, de officio Proconſ.* Bald. *in l. priuat. C. de iuriſd. omn. Iudicum*.

Iuramenti atenim, quod præſtatur, forma, vario, ſecundum loci conſue- K tudinem, obſeruatur modo; vt etiam fit circa illos, quorum elici in manibus debeat; aliqui namque officiales illud in Prothonotarij Regni manibus promunt: nonnulli Iuratorum illius loci, in quo ſuſcipere adminiſtrationem cogātur; plurimas autem iuramenti formas explicat Felinus remiſſiuè *in cap. delicti*

de

A *de maioritate, & obedientia.*

Vbi verò præſtitum iuramentum fuerit, ac tradita ſit poſſeſſio, ſe. ad iuriſdictionis, iuſtitiæque præcingunt exercitium Capitanei officialis etenim qui exercitium neutiquam retinet, aut officij minimè in poſſeſſione habetur, adminiſtrare nullo valet modo; ex eo quia officium inter, ac adminiſtrationem diſcrimen intercedere certum eſt, vt ait,
B Puteus *de ſyndicatu, in verbo officiales, qui eliguntur, cap. 1. ſub num.* 8. *circa finem, fol.* 248. per Textum *in l. ſi pluribus, de authorit. tutor.* Bald. *in l. tut. an quib. cauſis, intereſt.*

Vigili autem incumbere ſtudio Capitanei coguntur, vt ciuium ingenia, ipſorumque Analogias, ac etiam qualitates exactè inueſtigent, quas in deteriorem vertere gradum haudequidem
C ſinant, at in meliorem potiùs, firmioremque pedetentim adducant conſtitutionem, quod, abſque eoquod totius naturæ motus cognoſcantur, præſtare non poterunt: vt ſcripſit Bieſ. *de Repub. lib. 4. cap. 11. fol. 196. in fine.* Optimum enim eſt, vt hominum diligenter mores perſcrutentur, ciuitatiſque ſtatus, per quam attentè ante oculos apponatur, cumque illo ſint contenti, nil aut moliri,
D aut cogitare debent, quod alienũ, & nouitate inuſitatum ſit; illam autem pergere per viam opus eſt, quam inſtituiſſe maiores videntur, & aliorum attrita veſtigijs fuerit: quam enim vnquã vidiſti Rempublicam nouarum, in quibus rerum ſtudium interſit: vt affirmat Patricius *de Republica lib. 3. tit. 1.* Quæ non fuerit ſæpiùs in deteriorem adducta ſtatum, quàm aliqua melior ex parte reddita? Quo nam in caſu nouas ne-
E ceſſe eſt res inſtitui, euidenter venire vtilitatem decet, vt ab illo quiſque pedem tutè referat iure, quod æquitate præclarum longo tempore paruerit. *l. penultim. ff. de inſtit. Princip.* Menoch. *conſ. 52. num.* 154. Quod non ignorauit Ariſt. 2. *Politic. cap.* 6. Cum ad nos trãſmiſerit, facilem legum mutationem detrimentum Reipublicæ afferre, vnuſquiſque etenim in illorum obſeruatione ſtatutum perſiſtit, F & illa in nouum aduehere ſtatum formidat, in quibus fuerit educationem ſortitus, vbi ea diuino quodam numine firmas longo tẽpore curſu, radices emiſerint: vt ſcripſit Patricius *lib. 6. de legibus.* Vnde optimè Dion. Caſſius *lib.* 53. dicit, quod *Auguſtus Cæſar in præceptis benè adminiſtrandæ Reipublicæ hoc primum tradidit, leges firmiter retinere, neque quidquam in* G *his mutare, nam quæ eadem ſemper manẽt, & ſi ſint non nil vitioſa, vtiliora tamen ſunt, hiſque ſubindè etiam ſi in melius innouantur.* Non rarò quoniam tantum attulit detrimenti legum mutatio, quãtum conſuetudo, nullam Imperantibus præſtandi obedientiam nocumenti aduexerit; eoquod cum illæ, pro regula, & vitæ norma in Republica ducendæ, fuerint conſtitutæ, haud aliquo effici H modo poteſt, vt cum illis adducta mutatio ſit, & mores alium non reducantur in ſtatum: vt dixit Tholoſ. *de Repub. lib. 10. cap. 5. ſub n.* 17.

In officij propterea initio ſeſe Prætor, ſiue Capitaneus de moribus, aut populi conſuetudinibus debet diligenter ſeſe inſtruere, nè velut in Ciuitatis regimine recens, ex omnium aſtutia ſeſe æſtimet deceptum, vt dixit Gloſ. *in l. qui habeat, ff. de rebus dubijs*: vbi I *Quod ignorans præſumitur decipi in eo quod neſcit*: & in procœmio Digeſti veteris: *Nouitij ſemper credunt ſe decipi, & pro iniuria fieri.*

Cum igitur & Ciuitatis mores, Capitaneus cognouerit, & leges, totis debet neruis incumbere, vt in pace populus permaneat, & ipſius ſub tranquillitate perſiſtat: Pax etenim optima, cœ- K teras inter res; habetur; cuius cultum tantum in veterum pectoribus vim legimus retinuiſſe, vt illam Cœleſti velut Numine præditam ſumma proſequuti veneratione fuerint; illique & aras dicare, ac templa non dubitauerint. Si ethnici ergo infidelitatis circũdati vmbris illam alacri ſunt amplexi ſtudio, quo magis id curare bonus debebit

Ca-

A Capitaneus, qui pacem legis, qui pacis Præceptoris Euangelium nobilem gloriatur venerari? Quid è pace boni non deuenit? Ipſius enim ope longè propulſantur facinora: popularis in ſua integritate vnio permanet; & ex ipſa fit, ne delicta in futurum committantur: ventura quoniam euitari ſedulè oportet: *cap. 2. de ſeruis non ordinandis, cap. 1. de rebus Eccleſ. non alienan.* Non exiguæ
B namque prudentiæ actus habetur pacis medio inuigilare, ne crimina perpetrentur, cum ſapientius ſit ante vulnus repellere, quàm, poſt illud, remedium perquirere: *l. fini C. quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſar. l. prima, C. quando liceat, ſine iudice vnicuique ſe vindicare.* Iure igitur optimo 5. *per prag. artic.* 27. Statutum Capitaneis eſt, vt inimicos inter, pacem, ſuo pro Marte, afferre procurent, & illos ad inijciendam
C non minori, quàm vnius ſpatio, treguam cogant. Addas quod ſi hoc illi agere noluerint, permiſſum ipſis eſt, vt ad ipſorum procedant carcerationem cum certiorem Excellentiam ſuam reddant, vt opportunum remedium valeat præbere.

Quo atenim pax occurrere modo poteſt? Hercle ex æquitate, cum iuſtitia populo in pacis vicem ſit, Patriæ
D tutamen dicatur: plebis appelletur immunitas: gentis nuncupetur nutrimentum: omniumque habeatur gaudium, vt ait Cyprianus *de duodecim abuſionib.* Et iure quidem optimo Plato *lib. 1. de Republ.* protulit ex iniuſtitia ſeditiones, inimicitias, contentioneſque ortum ſortiri: ex æquitate verò concordiam, & amicitiam deſcendere; vnicuique
E namque iuſtitia, quod ſuum tribui, præmia, ſecundum quorumlibet merita, vehit, & punitiones; bonæ quoniam gubernationis armamenta præmium exiſtunt, & pœna. Et Solonis iuxta, Liſandrique doctrinam; virtutum, ſtatuſque habentur conſeruatrices. Punitionem qua de cauſa, & præmium pacis tutelares Deos appellauit Demetrius; quo autem in caſu ſpreto modeſ-
raminis fræno ad diſſenſiones deuenire ſubditi certant iuriſdictionis adhibere Capitaneus exercitium illos contra, ſuo ex munere cogitur; cum in ipſos, ſecundum iuris ſtatutorumque diſpoſitionem ſeſe inuehat. Nota propterea Capitaneo & formandæ modus inquiſitionis, & ratio ſint, quàm noſtris hiſce temporibus omni formari poſſe certum eſt in delictis; cum generali tributum ex conſuetudine remedium publi- G
cis non ſolum, verum etiam in priuatis extet criminibus: vt teſtantur Decian. *conſil. 18. num. 195. lib. 1.* Clarus *§. fin. quaeſt. 2. verſ. ſed certè quidquid ſit de iure.* Boſſius *de inquiſitione n. 8.* & cæteri penes Farinac. *in eod. tract. de inquiſ. qu. 1. num. 10.*

Corporis atenim delicti primo debet probatio intereſſe; taliter vt niſi, vel in genere conſtet, aliquem aduerſus H
inquiri neutiquam eſt permiſſum: *l. neceſſariò, §. 1. ff. ad Syllan. l. prima, §. item aliud, ff. eodem.* Puteus *de ſyndicatu, verſ. confeſſio 2. col. num. 5.* Crauett. *conſil. 244.* Boſſius *de delictis num. 1.* Gabriel. *commun. opinion. concluſ. 17. num. 1. lib. 7. tit. de malefic.*

Deindè vt certa extet, ſpecifica, & dilucida omnes in ſe delicti qualitates, ac etiam circumſtantias retinens, adeo- I
quod neutiquam reo auferatur defenſio. Vnde ſi obſcura inquiſitio habeatur, generalis, & incerta nullum continet vigorem: vt dixit Farinac. *loco ſup. citato num. 10.* per Textum *in l. libellorum, ff. de accuſat.* Qua de cauſa, vt ſpecifica, & firma nominetur inquiſitio, locum in illa exprimi, ac tempus annum, ſcilicet; menſem, commiſſique delicti diem oportet; ne inepta dici poſſit, & nullam K
includens efficaciam: *dicta l. libellorum, ff. de accuſat. cap. fin. §. libellorum 2. qui. 8.* Accuſationis quamuis in libello Textus verba faciant. Illis dempto quod de delictis, quæ ſucceſſiuum demonſtrant tempus, & in quibus & locus indeterminatus extat, ac tempus, agatur, vt dicunt DD. penes Farinac. *ſub n. 17. in 3. limitat.* vbi pluribus ſecundum

hoc

A hoc requiſitum voluit modis limitatum.

Inquiſitionem indicia præcedere tertio decet: quoniam ſi fuerint efformata abſque eoquod prius illa interueniant ipſo inualida iure habebitur: vt concludunt Doctores penes Farinaceum, *loco ſupra citato num.*40. Menoch. *de arbitrar. quæſt.*78. *num.*1. *lib.*1. Taliter vt ſi facta formatam ad inquiſitionē cum nulla præcurrant indicia fuerit, nihil
B probabit, nec aliquod confitenti præiudicium afferet. Maſcardus *de probat. lib.*1. *concluſ.*351. Decianus *conſ.*18. *num.*52. *vol.*1. Farinacius *loco citato in fin. dicti num.*40.

Cuiuſmodi atenim eſſe indicia inquiſitionem præeuntia debeant, poſt tot DD. varietates Farinac. *in fine num.*48. terminauit: hoc ad Iudicis arbitrium remitti oportere, liberum dummodo
C quod minimè ſit, at regulatum.

Famam quarto anteire voluit Farin. *loco citato num.* 50. & Doctores penes eum ibidem. Neceſſariumque haberi, quod qui debeat inquiri, haudquaquā fuerit eodem abſolutus, aut etiam condemnationem paſſus de crimine, cum nemo bis excipere pœnam compellatur: vt in *num.*51. ſcripſit, pati etiam forma 53. declarauit in *num.* vt ex com-
D petenti formetur inquiſitio Iudice. Nónulla verò adeſſent requiſita, quæ hoc prætermittuntur in loco, dum ea conſpici in parte poſſunt; diligens quo in caſu Capitaneus ad plenum habere cognitionem exoptat; cum illa verò præcedat, & orta fuerit habitaque alicuius notitia delicti ſeſe ad loca perſonaliter adſtringitur conferre, informationeſque toto ſuper facto accipere cum omi-
E nem fumat, ad fiſci petitionem, aut partis, indaginem, vt in *in prag. tit.*27. habetur.

Cum autem facta, & formata inquiſitio fuerit, nec reus appareat, procedere ad banni ſententiam Capitaneo conuenit: illorum verò nomina, qui banniti, ſingulis quatuor menſibus in tabella deſcribi neceſſe eſt, & ad Magnam Regiam Curiā tranſmitti: vt 9. in F
*pragmat. dicto tit.*27. diſponitur, & ad bonorum repertorium, quæ delinquentis reperiuntur in facultate, deſcēditur; ad hoc vt, cum ſtatuti curſus temporis fuerit tranſactus, nec adhuc apparere reus velit, fiſco: vt in *dicta pragmat.*10. videmus diſpoſitionem, applicentur: debent attamen ſolitæ procedere, vt ſuperiùs explicaui, citationes: nemo etenim, ſi illæ antea factæ minimè fuerint, banniri poteſt: vt dixit Boſſius *de* G
nullitate banni num. 1. Ac tres equidem per diſtinctas vices, nullam eoquod pro tribus retinet vna ſufficientiam ex doctrina eiuſdem Boſſij *in fine princip.* Follerij *in practica crimin. parte* 4. *tertia partis principalis, verſ. & ſi confitebuntur, num.* 16. Rolandi *conſ.*68. *num.* 32. *volum.*2. Menoch. *conſil.*110. *num.*168. & Farin. *de inquiſit. quæſt.*11. *ſub num.*38. Dempto quod aliquid circa ſanguinis effuſio- H
nem clarum ſit: eo nam in caſu vnica valida eſſe citatio dicitur, vt bannitus effici delinquens valeat, tridui licèt ſpatium non expectetur: vt explicatur per 64. *Regis Alphonſi cap.* & ibi Cumia; ex quo nonnulla circa ſanguinis materiam fuerunt explicata, & vnde quis banniri è ſanguine valeat. Has autem in ſolitæ habitationis domo confici ci- I
tationes oportet: vt ſcripſit Boſſius *tit. de citat. num.* 16. Nellus *de bannitis in tertia parte primi temporis quæſt.*3. Follerius *in practica, in verbo vel eos verbaliter faciat citari num.* 28. Farinac. *loco citato num.*41. Giurba *conſ.* 67. *num.* 8. Ita vt ſi nuncius ſeſe reum referat proprio citaſſe in domicilio, abſque eoquod adijciat, *Solita habitationis*, huiuſmodi citatio, velut incerto modo, & indiſcreta k
ratione facta pro inualida reputatur ex doctrina Farinac. *dicta quæſt.*11. *ſub nu.* 41. *in fine*. ex Bartolo *in l.* 4. §. *prætor ait, col.*2. *verſ. ſed quid debet nuncius referre, ff. de damno infecto*. Tiraquell. *de retract.*§.9.*gloſ.*2.*n.*25.

Vagabundi vero, vel forenſis citatio in Curiæ valuis efficitur: vt teſtatur Farinac. *dicta quæſt.* 10. *num.* 48. & 43. *verſic.*

A *verſic. ſed quidquid ſit.* Aut in domo, in quam vltimis ſeſe reducere temporibus aliquando conſueuerat. Follerius in *pract. prima pars ſecundæ partis, in verbo vel eos verbaliter citari faciat n. 33.*

Nulla ſed enim forma procedi ad banni ſententiam permiſſum eſt, niſi & merè criminalis interſit cauſa, quæ illo habetur in caſu, quo de delicto corporaliter puniendo publicam ad vindictã B agitur; vt poſt Clarum *in §. fin. quæſt. 1.* & Tuſcum *concluſ. 1083. in verbo cauſa criminalis,* & alios ſcripſit Muta *in titul. 12. pragmat. num. 40.* Et optimè quidem edita in Regno pragmatica fuit, ex qua diſpoſitio venit, quod banni ad ſententiam aliquem aduerſus de cætero minimè procedatur, niſi, & merè criminalis hoc petat cauſa, de qua priùs ex indicijs ſaltem conſtauerit, vt conſtat in *primo tomo pragmatic. tit. 12. pragmatic. 7.*

C Banni autem, hoc in Triquetræ Regno procedi ad ſententiam ſolet, vbi de doli, fraudis, & barattariæ materia tractatur: infamante enim in crimine, prout ipſa exiſtit barattaria criminalis nuncupatur cauſa, ex ciuili quamquam, contractus medio, deſcendat cauſa, & punitionem hæc, velut falſitas, excipit: vt pluribus teſtatur rationibus Muta in *d. pragm. 7. nu. 41. & ſeq.*

D Cum verò acciderit, accuſationem Principis loco, & Magnæ Regiæ Curię eſſe propoſitam, nulla Capitaneis conceſſa dicitur facultas, vt ad banni ſententiam procedant, niſi & Principis adſit mandatum; eoquod ſi hunc deuenire ad actum auſus fuerit, haudequidem banno vigor inerit: vt dixit Muta *in dicta pragm. 7. in fine.* & ita fuiſſe iudicatum Ballus affirmat *in dicta pragmatica num. 13.*

Neutiquam etiam foriudicare Capitaneis licet, niſi & Straticotus Meſſanæ, ac Panormi habeatur Capitaneus, cum longè Prorex extet, & Regni Pręſidens ad Regium beneplacitum. Muta *in d. pragm. nu. 44. & in cap. Reg. Alphonſi 33. num. 10.*

Vbi autem in banno delinquentes perſiſtere adhuc velint ad bonorum F confiſcationem, quæ fuerint in repertorio deſcripta, deuenitur, nimirum ſi mobilia ſint.

Hæc autem demanialibus in Ciuitatibus, merum, quæ retinent, mixtumque imperium, ac cæteris in terris, in quibus id minimè Barones poſſideant in fiſci emolumentum cedunt; in reliquis verò, & Ciuitatibus, & Terris, quæ Baronum ſub ditione permaneant, & G merum habent, mixtumque Capitanei, ac Barones Imperium, illis oportet applicari, è regalijs quamquam, & Principi reſeruatis confiſcatio videretur; vt dixit Muta *deciſ. 29. num. 4.* Giurba *obſeruat. 90. num. 7.* Quibus enim merũ tribuitur, mixtumque Imperium, confiſcationem etiam præberi neceſſe eſt. Decianus *conſil. 35. num. 64. lib. 2. & conſil. 14. num. 41. & 47. lib. 2.* Doctores H penes Mutam *dict. deciſ. 19. ſub num. 20.* Ius quoniam pœnas exigendi alienationis patiens dicitur. Giurba *loco citato,* cum velut iuriſdictionis, & maioris dominij fructus extet. Giurba *num. 13.* per Textum *in l. vſufruct. ff. de vſufruct.* & per DD. ibidem allatos. Quamuis accuſatio, quæ poſtmodum ſit ſequuta loco Magnæ Regiæ Curiæ, è perſonis priuilegio decoratis, Principiſque forum eligentibus fuerit effecta: vt reſo- I lutum, & deciſum conſtat in caſu ex Mario Muta *in dicta deciſ. 29. ducto.* Ac etiam ex Magnæ Regiæ Curiæ delegato bannum in delinquentem ſit editum, & bonorum repertorium denuò confectum.

Enimuerò ex eo quia occurrere caſus poſſet, vt huiuſmodi confiſcationes illo prætendantur ex Capitaneo, qui bannum facit, & à ſucceſſore, cuius K tempore comparendi tranſactus fuerit terminus, reſoluunt Doctores ſucceſſori competere Capitaneo confiſcationes. haud autem illi, qui bannum elicit, quo in caſu confiſcationis ſpatium, regentis Capitanei tempore fuerit elapſum. Et inter cæteros ſcripſit Giurba *conſil. 57. num. 13.* eſt etiam in Regno deprompta prag-

A pragmatica, dum Illuſtr. Sermonetæ Dux hac moderaretur Sicaniam, vbi §. 22. hæc: *La confiſcatione delli beni ſtabili delli delinquenti, e pene, ſeu contrauentioni quando competiſca all'officiali, competiſca à quelli officiali, nel tempo delli quali ſi maturano li quattro meſi della ſentenza del Bando, e li dui meſi delli beni mobili, e ſimilmente nella controuentione di banni, e pene s'intenda il tempo della deciſione di dette pene.*

B Illis autem in officialibus, qui oneroſo officium, iuriſdictionemque obtinuere ad primum titulo, quorum fuit perpatratum tempore delictum confiſcationem cõuenire eſt in placitis Giurbæ *dicto conſil.* 75. *num.* 12. eo quamquam ſpatio nullam factam fuiſſe inquiſitionem conſtet: per Textum *in l. ſuſceptores, C. de ſuſceptoribus lib.* 10. Maſtrill. *deciſ.* 12. Muta *dicta deciſ.* 29. *n.* 27. C & alios ibi citatos Doctores. Vt illi pariter Capitaneo confiſcationem concedi ſcimus, cuius in territorio ſtabilia conſtituta reperiantur bona: confiſcatio etenim velut realis, vſque rei adhæret; vt voluit Muta *dicta deciſ.* 29. *num.* 22. & Baldus *conſ.* 36. *lib.* 4. *num.* 2. ac Crauetta *conſil.* 182. Sed huiuſmodi confiſcatio nullo modo communis vigore iuris, læſæ quemadmodum in Maieſta- D tis crimine, ac hæreſis, cæteriſque originem ſortitur Muta *dicta deciſione.* 19. *num.* 21.

An autem pœna ex Rege illos contra impoſita, qui ſuis haud parere ordinibus voluerint locorum Capitaneis, aut Fiſco, merum habentium, mixtũque Imperium applicetur? videndus eſt Giurba *obſeruat.* 90. & Theſaur. *dec.* 132. E *& in addiction.* Gaſpar filius, ex quo licentemer pro locorum fiſco, & ſic pro illis, merum quibus mixtumque inhæret Imperium demiſſa ad poſteros ſcripta.

Quo autem in caſu tempus in banno ſumere banniti longiùs audent, & in campis non rarò furta perpatrare minimè dubitant, omnem debet Capitaneus adhibere ſolertiam, & conatum facere, vt ipſos capiat; ad ipſos etenim ſpe- F ctat, vt violentias repellãt, & malis proprium purgẽt territorium hominibus; vt dixit Speculator *in tit. de officio omniũ Iudicum, §. 7. l. congruunt, ff. de officio Præſid.* Horum verò pro captura plures tribuuntur Capitaneis pragmaticalibus in cõſtitutionibus inſtructiones, ex quibus præcipuas hic appoſui: & quidem §. 16. *in perſequutione delinquentium p.* 2. ſtatuitur; vt Capitaneus, ſtatim ac no- G titiam de hoc habuerit, ſuos congregate prouiſionatos, & delinquentes proſequi ſtudeat, ſed ſi fortè illorum haudquaquam numerus ſufficiens eſſet, cæteras permiſſum eſt vniuerſitatis cogere perſonas, vt aſſocientur, & delinquentium ad capturam præſtent auxilium. Et cum certi de hoc facti fuerint, viciniorum Capitaneos terrarum decet monere, vt ſuis accedere ſimul, cum H prouiſionatis velint; ipſi enim requiſiti vt familiam ad perquirendos delinquẽtes concederent, eam ad ſimplicem alterius Capitanei literam tradere tenentur. Foller. *in pract. crimin. prima pars ſecundæ partis, in verbo mandatus capiat de perſona num.* 3. Aliàs illos voluit teneri per Textum *in l. prima, ff. de ſeruis fugitiuis.* Puteus *de ſyndicatu, in verbo familia, verſic. an ex eo col.* 3. Eo autem tàm I longo tempore debent in loco permanere, donec ipſi capiantur; quod ſi acciderit perſonaliter ſeſe ad eam conferre partem minimè poſſe, prouiſionatorum caput ſui conſtitui loco è Capitaneo eſt neceſſe, cui è reliquis, velut Capitaneo, præſtari obedientiam decet, cum illos contra ad carcerationem procedatur, qui impedimentum apponunt: atenim ſi negligenti modo K ſeſe Capitaneus, aut ipſius prouiſionati in delinquentium geſſerint captura, rationem Deo, & ſuperioribus reddendam de hoc agnoſcant, arbitrariam ex quibus punitionem excipere certum eſt, quemadmodum meliùs ſupradictis in pragmaticalibus quæſtionibus aſpicitur.

Quod verò ad reliquorum attinet

A capturam hæc ſunt in cauſa; quod nimirum Capitaneus conſiderare prius cogatur; an ſufficientiam illa retineant indicia, ex quibus valeat ipſa ordinari captura: vel ſuſpiciones adſint, aut etiã diffamatio interueniat? vt dixit Angel. *de maleficijs, in verbo, quod fama publica, num. 4. verſic. aduertendum autem eſt.* Leue quamquam exiſtat indicium, eam ſecundum opinionem, quæ eſt à Ioanne

B Maria Monticell. *in pract. crimin. regul. 12. num. 3.* Qui ſcriptum in parte reliquit; quod antequam deſcendere ad capturam Capitaneus debeat, aliquã opus eſt indicia occurrere, leuia quamuis exiſtant. Quemadmodum & ſola in ſuſpicione vigorem ineſſe, vt perſonæ fiat captura, æſtimatum fuit à Puteo *in tract. ſyndicat. in verbo captura cap. 2. num. 5.* allegat Bald. *in l. quod euitandi, in fine, C. de condict. ob turpem cauſam,* &

C Ioann. Andream *in cap. ſi Clericus, de ſent. excommunic.* immò placuit Doctoribus, quod, licèt ſola quamquam aduerſus querela & criminis porrigatur accuſatio, pro quo ſanguinis infertur pœna, capi reus poſſe, nulla & ſi, cum contra veniant indicia, vt teſtatur de conſuetudine Paulus de Caſtro *conſil. 328. num. 1. lib. 2.* Nonnulli etiam habentur, quorum eſt in ſententia;

D quod, etiamſi ad capturam legitimã conueniat antecedere indicia, qualis attamen debet informatio præcedere; inter cæteros autem Baldus *in repertorio, in verbo Iudex col. 6.* vbi allegat Gloſſam *in l. ſed & ſi is, in verbo, nemo exhibeat, ff. de in ius vocando.* Sulicetus *in l. nullus num. 4. verſic. nota quinto, C. de exhibend. reis.* Marſil. *in pract. §. conſtante num. 5. & in ſingul. 93.* vbi incipit, *Iudex licet ſine in-*

E *dicijs,* & allegat Textũ *in cap. ſi Clericus, de ſententia excommunic.* Verò ſed enim propinquior opinio eſt Iudicis remitti capturam arbitrio, cum habita de perſonæ qualitatibus, & delicti conſideratio fuerit; quod probatur *in l. prima, C. de cuſtodia reorum*; vbi: *De cuſtodia reorum, Proconſulem exiſtimare ſolere, vtrum in carcerem recipienda ſit perſona, an mili-*

ti tradenda: vel fideiuſſoribus committenda: vel etiam ſibi? hoc autem, vel pro criminis, quod obijcitur, qualitate, vel propter honorem, aut propter ampliſſimas facultates: vel pro innocentia perſonæ: vel pro dignitate eius, qui accuſatur, facere ſolet. F

Pluribus autem inualida modis nominari captura poteſt. Et primo quidẽ iuriſdictionis reſpectu: eoquod illam, quæ incompetenti efficitur ex Iudice carceratio, nullum retinere vigorem, G putauit Baldus *conſ. 285. vol. 1. col. 1. & conſil. 318. col. 4. & in cap. cauſam matrimonij, circa finem, de officio delegati.* Cuiuſmodi eo vim includeret ſententia in caſu, quo illum fuiſſet captura ad effectum commiſſa, vt cauſam Capitaneus cognoſceret, non autem vbi non ſubdita capitur perſona, vt proprium remittatur ad competẽtem Iudicem; hoc eoquod in frangenti nullo Iudicis in- H competentia modo valet allegari; vt dixit Bartolus *in l. Magiſtratibus in prima quaeſt. ff. de iuriſdictione omnium Iudicum.* per Text. *in §. audiens. Auth. de defenſor. ciuit. col. 3.*

Cauſæ deindè ex defectu; vbi enim carcerationis haudequidẽ intereſt cauſa, nemo inijci carceribus permittitur: Bald. *conſil. 40. vol. 1.* Boer. *deciſ. 215. num. 34.* & vt ſupra explicatum, quo I demonſtraui in loco; delicti certum quidquam de corpore venire opus eſſe, quod pro cauſa in propoſito conſidero.

Perſonæ tertio intuitu, circa quam efficitur captura, vt poſt Gloſſam *in l. ſed & ſi is, ff. de in ius vocando.* ſcripſit, Paris de Puteo *de ſyndicatu, in verbo captura, cap. 5. num. 6.* Qui autem homines inijci carceribus minimè poſſint, K oſtendit Farinac. *quaeſt. 27. à num. 2. cum ſequent.*

Loci quarto ratione, in quo efficitur captura; exempto nimirum ſi accidat in loco, puta in Eccleſia: Boſſius *tit. de capitura num. 21.* & in quo, captus, carcere detinetur; ſi ſcilicet vbi vltra cuſtodiam punitionem perpetiatur, cum nulla forma ad pœnam: ſed inuentus

ad

A ad cuſtodiam carcer ſit. *l. aut damnum,*
§. ſolent, ff. de pœnis : ibi: *Carcer enim ad*
detinendos, non ad puniendos homines ha-
beri debet. Puteus *loco citato cap.* 5. *nu.* 1.
& conſil. 2. *num.* 148. *lib.* 4. Gomez *va-*
riarum reſolut. tom. 3. *cap.* 9. *tit. de captura*
reorum num. 6. Menoch. *de arbitrar. caſu*
305. *num.* 2. Captos propterea obſcuro
neutiquam, ac tetro: ſed lumine, & cla-
ritudine diſtento poni in carcere decet,
B cum ſaltem vſurpata lux extet. Quod
ſi fortè in tenebroſo conſtitui, pro no-
ctis ſpatio, pro tutiori cuſtodia debent,
cum exortus diei fulgor fuerit, ad cla-
rum deduci carcerem conuenit: per
Textum *in l. prima*, C. *de cuſtodia reor.*
ibi: *Nec verò ſedis intima tenebras pati*
debebit incluſus: ſed vſurpata luce vegeta-
ri, ideſt ſubleuari, & vt nox geminauerit,
cuſtodiam in veſtibulis carcerum, & ſalu-
C *bribus locis recipiatur, ac reuertente iterum*
die ad primum Solis ortum, illicò ad publi-
cum lumen reduci ne pœnis carcerum per-
mittatur, quod innocentibus miſerum, no-
xijs non ſatis ſeuerum eſſe dignoſcitur.

Temporis quinto ratione, feriatis
quoniam in diebus ciuili nequaquam,
debet carceribus pro debito quis inijci:
per Textum *in l. fin. C. de ferijs*. Cuius
hæc verba: *Dies feſtos, dies maieſtati al-*
tiſſimæ dedicatos nullis volumus voluptati-
D *bus occupari, nec vllis exactionibus profa-*
nari; Dominicum itaque diem ita ſemper
honorabilem decernimus honorandum, vt
à cunctis exequutionibus excuſetur. Dēp-
to quod ſuſpitionem de fuga debitor
præbeat. Gloſa *in dicta l. fin. in verbo*
fideiuſſionis, C. *de ferijs* : ibi: *Niſi timea-*
tur de receſſu. Alexand. *conſil.* 158. *vol.* 2.
Couarr. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 20. *num.*
E 14. Nullo tamen ſequeſtrari modo po-
teſt, ſi alia captus ſit cauſa, licèt de fu-
ga fuerit ſuſpectus. Iacobus *nouel. reg.*
15. *in prima fallentia.* Brunus *de ceſſione*
bonorum quæſt. 11. *quarta quæſtion. princ.*
num. 18. Bald. *in Auth. ei qui nu.* 13. *C. de*
bonis author. Iud poſſid.

Quo in caſu ſexto minimè ſeruatus
ordo fuerit: eo autem in caſu haud ha-
bitus dicitur, vbi Capitaneo, ex abrup-
to, & nulla adhibita conſideratione, F
procedere ad capturam placeat. Farin.
loco ſupra citato num. 111. *&* 112. Adeo-
quod ſi quiſquam inconuenienter ſit in
carceribus detruſus licitum eſt, vt ex
carceribus fugam faciat, cum exindè
dici pro confeſſo neutiquā poſſit. Boſſ.
tit. de captura num. 5. *& ſequenti.* Bartol.
in l. vis eius 6. *de probat.* Quod ſi è car-
ceribus demiſſus, promiſſum iniecisset,
reuerſurum ſe fore, vtique fidem ſer- G
uare non cogitur, niſi & iuramentum
interfuerit. Abbas *in cap. inter alia in fin.*
de immunit. eccleſiaſt. Boſſius *loco citato*
ſub nu. 6.

Permiſſum attamen eſt, vt qui iniquè
fuerunt, ex cauſa carceribus iniecti, è
ſuperuenienti eis detineantur, ex quo
legitima reddi carceratio valeat: vt
ſcripſit Paris *de ſyndicatu, in verbo captu-*
ra cap. 3. *num.* 2. Farinac. *dicta quæſt.* 27. H
num. 51. Aduertant attamen Capitanei,
ne aliquorum capturam ipſorum com-
mittant inimicis, aut, circa illos quere-
lam ferentibus; ne in ſyndicatu, vbi
quemquam perpatrari contigerit ex-
ceſſum, teneatur. Foller. *in pract. pri-*
ma pars ſecundæ partis, in verbo notaps
capiat de perſona, num. 14. per Textum
in authen. de collat. §. 1. *& l.* 1. *ff. de furtis*
aduerſus nautas, §. fin. inſtit. de obligationib. &
ex quaſi delicto.

Nullo autem Capitaneis modo præ-
mium bannitos capientibus concedi
ſolitum, tribuitur, cum illos ex pro-
prio, in ſuas reducere manus ex officio
cogantur. Giurba *conſ.* 11. *num.* 7. Cla-
rus *in §. fin. quæſt.* 29. *num.* 8. Boſſius
tit. de captura num. 76. & alij penes eun-
dem Giurbam *loco citato*. Quorum ha-
betur è ſententia, Capitaneis, alijſque
officialibus præmium concedi opus eſ- *
ſe, & hi adducuntur ex Giurba ante
dictum numerum, prout etiam ipſe
num. 17. affirmat: congruum eſſe illud
tribui, ſi etiam capientibus promiſ-
ſum officialibus fuiſſet: allegat Glo-
ſam *in l.* 2. *C. de ferijs*. Guazzinum
ad defenſam reorum 18. *cap.* 2. *num.* 16.
Caualcanum *deciſ.* 23. *parte* 5. & Bald.

A *conſil.394.vol.1.* Bannitum licèt birruarij, Capitanei iuſſu, captauerint: ex eo quia neutiquam ipſis, at Capitaneo aſſerri debet: ex Caualcani doctrina *loco ſupra citato, & de brachio Regio parte 1. num.228.* An verò Capitaneo concedatur præmium cuicumque bannitum capienti promittere? Videndus erit Clarus *in §. fin. fol.29. num.6.* Ex quo aſſeritur poteſtatem hanc particulari, atrocique ineſſe in caſu, non autem in genere; B cuicumque bannitum capienti præmium ſpondere; hoc enim legem condere diceretur, quod nemini, ſupremis niſi magiſtratibus, permiſſum habetur.

Vbi autem captus reus fuerit, ad interrogationes, aut etiam ſubitiones ſuper his, circa quas reo quidquam imputetur, deuenire Capitaneo conuenit, ad hoc vt, ſi poſſibile ſit, propria ex C confeſſione veritas valeat facti, de quo agitur, occurrere; nulla namque maior adeſſe probatio poteſt, quàm proprij confeſſio oris. Eoquod illo in caſu, quo interfit confeſſio, nullam aliam obtineri probationem oportet: confeſſio namque manifeſtam efficit rem, notoriamque reddit, ac iudicatæ vim continet rei. Boſſius *tit. de confeſſis num. 82.* Maſcardus *de probat. concluſ.344.* Alexand. D *conſ.203. num.10. lib. 2.* Rolandus *conſ. 21. num.3. & ſequent. lib. 1. cap. veſtra, de cohabitatione clericorum, & mulierum.* Taliter vt regulariter dixiſſe legimus DD. Iudiciali, voluntariæque confeſſioni vim ineſſe, vt condemnatio inferatur. Grammat. *conſ. 40. num. 25. & deciſ.48. num. 8.* Menoch. *de arbitr. caſu 268. nu.6.* Clarus *§. fin quæſt.65. verſ.1.* & plurimi penes Farinac. *quæſt.81. nu.3.* E *tit. de reo confeſſo, & conuincto.* æqualia etenim ſunt, quem, & conuinctum haberi, & confeſſum ordinariam etiam quoad pœnam; per Textum *in cap. at ſi clerici, in verſic. ſi vero, extra, de iud. l. cum reis, C. de pœnis. l. qui ſententiam, C. eodem.* Farinac. *dicta quæſt.81. ſub num.2.* Et ſi ratificari ad cautelam opus ſit: vt ſcripſerunt Paris de Puteo *de ſyndicatu, in verbo tortus, cap.1. num.13. verſic. &* F *cautius eſt.* Angelus *de maleficijs, in verbo quod fama publica, num. 110. verſic. ſed cautius Iudex.* Farinac. *loco citato nu. 12.* Perſeueranter namque effici confeſſionem congruum eſt. Boſſius *tit. de confeſſ. num.5.* vt clarè probatur *in l. 3. §. ſi ad diem, ff. de re militari, & in l. vnius ſi civitati, §. cognituram, ff. de quæſt.*

Nonnulla verò minimè præteriri ex Capitaneo debent, reorum quo in caſu G confeſſiones efficiuntur. Et primo, vt confeſſio iudicialiter ſit recepta; ex eo quia ſi extraiudicialiter hoc agatur nullam ad delicti probationem ſufficientiam habebit; vt ſcripſit Clarus *§. fin. quæ. 55. num. 1.* Felinus *in cap. at ſi clerici, de iud.* Huiuſmodi licèt extraiudicialis confeſſio ad torturam indicium faciat. Clarus *dicto §. fin. quæſt. 2. num. 30. verſ. confeſſio extraiudicialis.* Puteus *de ſyndicatu, in verbo tortus, cap. 3. num. 20. fol. 343.* H Boſſius *tit. de confeſſis, num. 57.* Extraiudicialis quoniam poteſt reuocationem confeſſio, perpeti, etiam ex errore neutiquam demonſtrat. Baldus *in lege vnica, C. de confeſſis, num. 44. verſic. & ideo:* ibi: *Nec habet pro benè errorem.* Rolandus *conſ.31. num.17.* Marſil. *ſing.310.* Illo etiam in caſu, quo explanata in ſcriptis confeſſio fuerat. Gabriel *tit. de* I *confeſſis concluſ.6. num. 2.* Lazarinus inter *conſil.* Farinac. *25. num. 35.* Addas, quod, cum huius generis confeſſioni fuerit reuocatio illata nullum redditur iudicium: vt fatentur DD. penes Farin. *quæſt.82. nu.26.* Rolandus *conſ.98. num. 22. lib.4.* Lazarinus *loco citato num. 35. in fine.*

Deindè ne impunitatis extorqueatur ſub ſpe, eoquod cum illam promitK tere Capitaneus minimè poſſit, per dolum extorta dicitur confeſſio inde ſequuta: ac propterea confitentem haud afficit Farinac. *dicta quæſt. 81. num. 42.* Clarus *dicta quæſt. 51. num. 7.* Imola *conſil. 109.* Marſilius *in l. prima, §. quæſtioni num.29. ff. de quæſtionib.* & alij penes Farinac. *dicta quæſt.81. cap.8. n.376.* Qua verò forma excipere iſte talis punitio-

Digitized by Google

A nitionem compellatur, qui ſub hac impunitatis ſpe confeſſus eſt, explicauit. Menoch. *de arbitr. caſu 367. centur. 4. lib. 4.* nec præteriit Clarus *dicta qu. 55. num. 9.* Ne ſit tertio illam extra cauſam, de qua principaliter tractatur, accepta; oportet enim vt confeſſio, ex inſtituto, non autem incidenter efficiatur, vt ordinariam delicti pœnam ſubire confeſſus poſſit: vt dixit Bartolus *in l. confeſſus, ff. de cuſtodia reorum*. B Afflict. *deciſ. 176.* Imola *in cap. fin. col. penultim. de confeſſ.* Atenim ne, abſque effectu hæc interueniat confeſſio, conceſſum ex Doctoribus eſt, vim ineſſe, ad Iudicem inſtruendum, vt formare inquiſitionem valeat, Follerius *in pract. crimin. part. 1. tertiæ partis num. 31.* Quæ quidem intelligi decet, efficaciam includere, quo in caſu antequam ſumptæ informationes C fuerint, effecta confeſſio videatur: nam ſi ea ex reo incidenter fiat poſtquam illæ acceptæ, conceſſum equidem eſt, condemnationem induci: vt dixit Antonius Droghi ad Clarum *quæſ. 19. lit. G. ad numerum vltimum*. Diſparitatis quo in loco rationem adducere neutiquam dubitauit; ibique inſtructionem Clarus præbet, quomodo in proceſſus noui formatione ſit agendum. Vigili quarto D incumbere ſtudio Capitaneus debet, vt ſpecifica, minimè generalis exiſtat confeſſio. Generalitas etenim obſcuritatē affert, & veluti talis nullum confitenti detrimentum afferret. Farin. *dict. quæſt. 81. num. 31.* Romanus *conſ. 455. nu. 4.* Taliter vt neutiquam ſufficiens haberi putauerit Farinac. *loco citato*, quo reus in caſu ſeſe homicidium afferat perpetraſſe; nec exprimat, cuius in perſona, E quo in loco, aut quo id acciderit tempore; citat Puteum *de ſyndicat. in verbo tortus, cap. 10. num. 2.* Vbi de aliquo tractat, qui ſeſe latronem, viarumque graſſatorem exiſtere confeſſus fuit. Et ex hoc reſoluit, illa nullum ex confeſſione deſcendere delinquenti nocumētum, in ſpecie dempto quod latrocinia proprijs explicauerit cum qualitatibus. Boſſius *tit. de confeſſis num. 43.* qui rationem adducit affirmans; quod vbi F quiſquam interrogatus explanati locū ignorat delicti, ac tempus verò diſſimilis redditur confeſſio. Qua de cauſa, ipſum condemnari minimè permittitur, ipſius obiectu, ſic Farinac. *loco citato nu. 31. & in quæſt. 82. nu. 29. qui ſub n. 30.* Hæc aſſerit vim retinere, vbi effecta, abſque occiſæ perſonæ nomine fuerit confeſſio perpatrata; quod ex aduerſo accidit, ſi ſeſe talem necauiſſe, Titium G nimirum aſſirmet: ex eo quia neutiquā requiritur loci, ac temporis expreſſa, explicatio, at interfecti ſpecificatio adſit perſonæ, verba tamen de extraiudiciali confeſſione facit. Aduertit quinto Boſſius *tit. de confeſſis ſub num. 47.* ne feriato cōfeſſio die recipiatur per doctrinam Abb. *in cap. fin. col. 3. de reſtitutione ſpoliator. & in cap. at ſi clerici, extra, de iudicijs.* Sexto incumbat Capitaneus, ne H à ſolo Magiſtro Notario, aut etiam Actuario accipiatur; ex eo quia iudicialis nequaquam nuncupatur; & hac de re nullam, ad condemnationem inferendam, ſufficientiam retinere putat. Idem Boſſius *loco ſupra citato ſub nu. 47.* DD. penes Farinac. *dicta quæſt. 81. n. 45.* Ad inferēdam licèt torturam idoneam I exiſtimet. Iaſon *in l. magiſtrat. num. 5. ff. de iuriſdictione omnium Iudic.* Blancus *de indicijs num. 212.* Foller. *in verbo confitebuntur num. 8 verſ. ſufficit tamen.* Maſcardus *de probat. concluſ. 548. num. 54.* Quod nequaquam procedere aſſerit Farinac. *in dicta quæſt. 81. num. 49.* Vbi reuocationi ſit confeſſioni adducta, illo nam in caſu nullum interfuit ad torturam dandam indicium; quod ipſum ante ſcripſit Follerius *loco ſupra citato* K *num. 8.*

His attamen limitationem adductam fuiſſe reperimus penes Farinac. *loco cit. num. 46.* vbi Iudicis mandato, reum ad examen Magiſter Notarius compelleret; tunc etenim dicti in Magiſtri Notarij aſpectu effecta confeſſio plenum aduehit confitenti præiudicium: citat Angelum *in l. 1. num. 5. C. de confeſſis.* Foller. *loco cit. nu. 14.*

Quan-

A Quando autem nec teſtium opera, nec cõfeſſionis via facta de delicto plenè probatio fuerit; cogitur Capitaneus, cum Iudicis, vel Aſſeſſoris habeatur intereſſentia, & poteſtatis obtentæ fuerint literæ, quas diſpenſatiuas nominamus ex abrupto, ac diſpenſatiuo ad reorum torturam deſcendere modo, auxiliarium quoniam remedium, vt occurrat, veritas, exiſtit. Caſtaldanus *de ſyndicatu num.* 68. Quæ omnibus concedi B officialibus ſolet, qui mero, & mixto decorantur imperio: vt dixit Borgius *centur.* 1. *quæſt.* 57.

Hæc attamen haud afferri poteſt, niſi legitima, & ſufficientia interueniant indicia, amplam quamuis Capitaneus, aut Iudex, ex lege, aut etiam homine, liberamque haberet in procedendo, ac delictis punitionem adducendo poteſtatem. Gandinus *in tit. de quæſtionibus,* C *& tormentis, num.* 41. Foller. *in practica, in verbo, quod ſuffocauit vxorem num.* 58. & alij penes Farinac. *quæſt.* 37. *num.* 71. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1385. *num* 4. Cancer. *in pract. crimin. in* 2. *tract. de indicijs, & tortura,* §. *circa quartum nu.* 7. *&* 8. Grammat. *voto* 34. *col. fin.* Atrociſſimis etiam in criminibus, cum nullo Principem conſulat forma. Roland. *conſ.* 6. *num.* 45. Regula etenim, quod D enormiſſimis licet in criminibus iura tranſgredi haudequidem de minoribus intelligi, at de maioribus oportet magiſtratibus. Roland. *conſil.* 7. *num.* 43. *vol.* 1. Marſil. *ſingul.* 244. *& in practica,* §. *diligenter, num.* 176. Farinac. *d. quæ.* 37. *num.* 91.

Priuſquam verò de indicijs ad torturam, ac de ipſa inferenda dicam, illa priùs antecedere oportet, quæ ſcripta E ex Farinac. *in quæſt.* 36. *tit. de indicijs, & tortura*; quid nimirum plena extet probatio, aut ſemiplena, quidque Indiciũ, & Præſumptio, Fictio, Coniectura, Suſpicio, Argumentum, Signum, Adminiculum, Dubitatioque habeatur, & Opinio. Et primum: Probatio, dubiæ, per argumenta, rei oſtenſio dicitur, aut veri fides legitimis & modis, & temporibus ex cauſæ cognitione facienda F ambiguæ vel rei per formas à iure ſtatutas extrinſeca demonſtratio: de quibus omnibus ſermonem inſtitui videmus penes Farinaceum per authoritates *in dicta quæſt.* 36. *à num.* 4. *vſque ad* 11. quo eædem habentur diſtinctiones in loco, quæ ex Hoſtienſi tali continentur in diſthico.

Aſpectus, ſculptum, teſtis, notoria, ſcriptum, G

Iurans confeſſus præſumptio, Fama probauit.

In genere autem ſumpta probatio alia plena exiſtit: alia ſemiplena. Prima eſt, quæ talem facit fidem, vt ad imponendam controuerſiæ finem vim retineat, & ſeptem inducitur à Farinac. *loco citato* modis: poſterior eſt, ex qua geſtæ, qua fides rei Iudici præbetur, nõ verò talis, vt illam ſectari, in ſententiæ H prolatione debeat; & hæc ex vnius teſtis de viſu diſpoſitione, literarum comparatione, ſcriptura priuata, vrgenti præſumptione tribuitur ex doctrina Maſcardi *in quæſt.* 4. *num.* 11. *cum ſequen.* Alij, quos inter Afflict. *in conſtit. Regni ſub rubric. de leg. par. ſubl.* Triplicem fecere probationis diuiſionem. In euidentiſſimam ſcilicet, quæ ex priuilegio, claraque ſcriptura originem ſortitur. In I euidentem, quam, & teſtes, & facti claritas affert. Et minus euidentem, ac minus dilucidam; quam ex hominum coniecturis deſcendere certum eſt iuxta Text. *in cap. à forte de præſumpt.* Farinac. *num.* 23. *qui* 24. *in num.* in duas tantum ſpecies Menochij diſtinctionem adducit; in vetam nempè, ac præſumptionem.

Indicium atenim alicuius commiſſi K maleficij ſignum, vel alterius rei, de qua tractatur eſt: vel alitèr coniectura extat ex probabilibus non verò neceſſarijs deſumpta, ex quibus longè veritas eſſe, non autem veriſimilitudo, poteſt. Aut tandem demonſtratiuum eſt adminiculum rei, & ad indagandam veritatem idoneum. Indicium propterea ſuam recipit ex judicando; hoc eſt

de-

demonſtrando ethimologiam. *l. qui vas, §. qui furem, ff. de furtis.* Farinac. *d. qu. 36.*
A *num. 30.*

Ex indicijs autem : aliud dubium, & non plenum. In dubium alterum, & plenum dicitur. Primum eſt præſumptio actiter ſtimulans ad credendum aliquid, vel non, animum. Poſteriùs eſt rei ſufficientia per ſigna demonſtratio, per quæ animus in quoquam, velut in
B proprio exiſtente quieſcit, nec ampliùs inueſtigare in ſtudio habet. Aut etiam eſt, quod ita Iudicis mentem, arctat, vt omninò fidem habeat, ne valeat ad cõtrarium venire: vt benè de omnibus Farinac. *loco citato à num. 35. vſque ad 38.* qui *in nu. 39.* exempla de omnibus adducit. Ac monitum nobis præbet, quod vbi, aliquem aduerſus inquiſitum plurima occurrunt dubitata indicia ; tunc
C illa ex indiciorum multitudine indubiũ reſultat indicium. Vt pari etiam forma vbi quidquam inuenitur ex lege confirmatum indicium, generaliter indubium nuncupatur : ex Bruni doctrina *in tract. de indicijs ex tortura p. 1. quæſt. 4. num. 3. & 5.*

Nonnullum etiam excipimus proximum vocari indicium, remotum aliud dici. Primum affirmant exiſtere Do-
D ctores; quod poſito & criminis ponitur effectus, & quo remoto ille etiam repellitur : ſecundum DD. penes Farin. *num. 44.* Vel etiam illud exiſtit; quod ſuper negotio, ipſoque venit delicto. Et alio modo id habetur, quod rei, aut delicti, veritatem peruiſus, audituſque ſenſum immediatè reſpicit ſubiectam, iacta materiam : ex doctrina Oſaſci *decis. Pedemont. 15.* & Beccij *conſ. 67. n. 10.*
E Remotum verò illud eſſe legimus apud eumdem Farinaceum *num. 47.* Quod nequaquam veritatem immediatè pro obiecto habet, at circumſtantias, & ita quod minimè circa negotium verſatur.

Alia ſed enim indiciorum leuia, quædam grauia, plura grauiſſima ſunt; vel aliud, (quod idem eſt) ſimplex, alterum vrgens, aliquod indubitatum exiſtit : vt penes Farinaceum legimus. in F
num. 49. Leue autem indicium vigorem ad capturam, vt æqualiter ad inquirendum continet : Graue autem ad tranſmittendam abſenti inquiſitionem ; vel ad ipſi torturam inferendam, vim oſtẽdit; Grauiſſimum verò ea præditum efficacia reputatur, vt inferri ex eo condemnatio valeat : vt ex Claro *in pract. quæſt. 20.* ſed Farinac. dixit ſub *nu. 53.*
Hæc effectum potiùs, quàm ſubſtantiã G
reſpicere: qua de cauſa eſſe affirmandũ dicit, leue illud eſſe indicium, quod facili, & frequenti modo poteſt abeſſe, cum è contra graue ſit, quod ſæpiùs, & non difficulter attigit venire : quapropter admonet, indicia, quæ colliguntur, & ipſius è rei confeſſione fuerint probata, grauiora cœteris exiſtere: citat Maſcardum *de probat. lib. 1. quæ. 15.*
n. 13. Bald. *in l. vnica col. 4. ff. de confeſſis.* H
& Grammat. *conſ. 5. n. 7.*

Diuiſionem facit etiam Farinaceus *nu. 58.* neceſſarium ex indicijs aliquod nominari, nonnullum credibile, aut veriſimile, & aliud non repugnans. Neceſſarium tunc dixit haberi, quo in caſu, ex eo, quod inſtrumenta, vel quidquam ſimile neceſſario continent, quod intendimus, neceſſario conſtituimus;
quod non ſolum ad inferenda tormen- I
ta : ſed ad condemnationem etiam ducendam idoneum dicit. Iſtoque poſuit de indicio exemplum. Illud autem credibile, aut veriſimile habetur ; quod nulla ad condemnandum forma : ſed efficaciam ad torquendum includit. Exemplumque conſtituit quo in caſu de homicidio ſuſpectus ponitur ; & cruor ex vulneribus ſanguineo vertice
exundat : ex hoc namque credibile, & K
proximum naſcitur indicium illum necem perpatraſſe, de quo tamen verba faciam, vbi de indicijs tractabo. Non repugnans at enim indicium, quod leue, aut præſumptiuum nuncupatur, illud exiſtit; quod ſola ſuſpicione, aut leui iuris nititur præſumptione, & ex ſe ſolo, cum alia non interueniant adminicula, minimè vim includit, vt tortura

in-

A Quando autem nec teſtium opere,
nec cōfeſſionis via facta de delicto ple-
nè probatio fuerit, cogitur Capitaneus,
cum Iudicis, vel Aſſeſſoris habeatur
intereſſentia, & poteſtatis obtentæ fue-
rint literæ, quas diſpenſatiuas nomina-
mus ex abrupto, ac diſpenſatiuo ad reo-
rum torturam deſcendere modo, auxi-
liarium quoniam remedium, vt occur-
rat, veritas, exiſtit. Caſtaldanus *de ſyn-
dicatu num. 68.* Quæ omnibus concedi
B officialibus ſolet, qui mero, & mixto
decorantur imperio: vt dixit Borgius
centur. 1. quæſt. 57.

Hæc attamen haud afferri poteſt, niſi
legitima, & ſufficientia interueniant
indicia, amplam quamuis Capitaneus,
aut Iudex, ex lege, aut etiam homine,
liberamque haberet in procedendo, ac
delictis punitionem adducendo pote-
ſtatem. Gandinus *in tit. de quæſtionibus,*
C *& tormentis, num. 41.* Foller. *in practica,
in verbo, quod ſuffocauit uxorem num. 58.*
& alij penes Farinac. *quæſt. 37. num. 71.*
Maſcard. *de probat. concluſ.* 1385. *num* 4.
Cancer. *in pract. crimin. in 2. tract. de in-
dicijs, & tortura,* §. *circa quartum nu. 7.
& 8.* Grammat. *voto 34. col. fin.* Atro-
ciſſimis etiam in criminibus, cum nul-
lo Principem conſulat forma. Roland.
conſ. 6. num. 45. Regula etenim, quod
D enormiſſimis licet in criminibus iura
tranſgredi haudequidem de minoribus
intelligi, at de maioribus oportet ma-
giſtratibus. Roland. *conſil. 7. num. 43.
vol. 1.* Marſil. *ſingul. 244. & in practica,*
§. *diligenter, num. 176.* Farinac. *d. quæ. 37.
num. 91.*

Priuſquam verò de indicijs ad tor-
turam, ac de ipſa inferenda dicam, illa
priùs antecedere oportet, quæ ſcripta
E ex Farinac. *in quæſt. 36. tit. de indicijs, &
tortura*; quid nimirum plena extet pro-
batio, aut ſemiplena, quidque Indiciū,
& Præſumptio, Fictio, Coniectura, Su-
ſpicio, Argumentum, Signum, Admi-
niculum, Dubitatioque habeatur, &
Opinio. Et primum: Probatio, dubiæ,
per argumenta, rei oſtenſio dicitur, aut
veri fides legitimis & modis, & tem-
poribus ex cauſæ cognitione faciendum F
ambiguæ vel rei per formam à iure ſta-
tutas extrinſeca demonſtratio: de qui-
bus omnibus ſermonem inſtitui vide-
mus penes Farinaceum per authorita-
tes *in dicta quæſt. 36. à num. 4. vſque ad*
11. quo eædem habentur diſtinctiones
in loco, quæ ex Hoſtienſi tali continen-
tur in diſthico.

*Aſpectus, ſculptum, teſtis, notoria,
ſcriptum,* G
*Iurans confeſſus præſumptio, Fama
probauit.*

In genere autem ſumpta probatio
alia plena exiſtit: alia ſemiplena. Pri-
ma eſt, quæ talem facit fidem, vt ad
imponendam controuerſiæ finem vim
retineat, & ſeptem inducitur à Farinac.
loco citato modis: poſterior eſt, ex qua
geſtæ, qua fides rei Iudici præbetur, nō
verò talis, vt illam ſectari, in ſententiæ H
prolatione debeat; & hæc ex vnius te-
ſtis de viſu diſpoſitione, literarum com-
paratione, ſcriptura priuata, vrgenti
præſumptione tribuitur ex doctrina
Maſcardi *in quæſt. 4. num. 11. cum ſequen.*
Alij, quos inter Afflict. *in conſtit. Regni
ſub rubric. de leg. par. ſubl.* Triplicem
fecere probationis diuiſionem. *In* eui-
dentiſſimam ſcilicet, quæ ex priuilegio,
claraque ſcriptura originem ſortitur. *In* I
euidentem, quam, & teſtes, & facti cla-
ritas affert. Et minus euidentem, ac
minus dilucidam; quam ex hominum
coniecturis deſcendere certum eſt iuxta
Text. *in cap. à forte de præſumpt.* Farinac.
num. 23. qui 24. in num. in duas tantum
ſpecies Menochij diſtinctionem addu-
cit; in veram nempè, ac præſumptio-
nem.

Indicium atenim alicuius commiſſi K
maleficij ſignum, vel alterius rei, de
qua tractatur eſt: vel alitèr coniectura
extat ex probabilibus non verò neceſ-
ſarijs deſumpta, ex quibus longè veri-
tas eſſe, non autem veriſimilitudo, po-
teſt. Aut tandem demonſtratiuum eſt
adminiculum rei, & ad indagandam
veritatem idoneum. Indicium propte-
rea ſuam recipit ex iudicando; hoc eſt
de-

Digitized by Google

demonſtrando ethimologiam: *l. qui vas, §. qui furem, ff. de furtis*. Farinac. *d. qu.* 36.
A *num.* 30.
Ex indicijs autem: aliud dubium, &
non plenum. In dubium alterum, &
plenum dicitur. Primum eſt præſump-
tio acriter ſtimulans ad credendum ali-
quid, vel non, animum. Poſteriùs eſt
rei ſufficientia per ſigna demonſtratio,
per quæ animus in quoquam, velut in
B proprio exiſtente quieſcit, nec ampliùs
inueſtigare in ſtudio habet. Aut etiam
eſt, quod ita Iudicis mentem, arctat, vt
omninò fidem habeat, ne valeat ad cō-
trarium venire: vt benè de omnibus Fa-
rinac. *loco citato à num.* 35. *vſque ad* 38.
qui *in nu.* 39. exempla de omnibus ad-
ducit. Ac monitum nobis præbet, quod
vbi, aliquem aduerſus inquiſitum plu-
rima occurrunt dubitata indicia; tunc
C illa ex indiciorum multitudine indubiū
reſultat indicium. Vt pari etiam forma
vbi quidquam inuenitur ex lege con-
firmatum indicium, generaliter indu-
bium nuncupatur: ex Bruni doctrina
in tract. de indicijs ex tortura p. 1. *quæſt.* 4.
num. 3. *&* 5.
Nonnullum etiam excipimus proxi-
mum vocari indicium, remotum aliud
dici. Primum affirmant exiſtere Do-
D ctores; quod poſito & criminis ponitur
effectus, & quo remoto ille etiam re-
pellitur: ſecundum DD. penes Farin.
num. 44. Vel etiam illud exiſtit; quod
ſuper negotio, ipſoque venit delicto.
Et alio modo id habetur, quod rei, aut
delicti, veritatem peruiſus, auditusque
ſenſum immediatè reſpicit ſubiectam
iuxta materiam: ex doctrina Oſaſci *de-
ciſ. Pedemont.* 15. & Beccij *conſ.* 67. *n.* 10.
E Remotum verò illud eſſe legimus apud
eumdem Farinaceum *num.* 47. Quod
nequaquam veritatem immediatè pro
obiecto habet, at circumſtantias, &
ita quod minimè circa negotium ver-
ſatur.
Alia ſed enim indiciorum leuia, quę-
dam grauia, plura grauiſſima ſunt; vel
aliud, (quod idem eſt) ſimplex, alte-
rum vrgens, aliquod indubitatum exi-
ſtit: vt penes Farinaceum legimus in F
num. 49. Leue autem indicium vigorem
ad capturam, vt æqualiter ad inquiren-
dum continet: Graue autem ad tranſ-
mittendam abſenti inquiſitionem, vel
ad ipſi torturam inferendam, vim oſtē-
dit; Grauiſſimum verò ea præditum ef-
ficacia reputatur, vt inferri ex eo con-
demnatio valeat: vt ex Claro *in pract.
quæſt.* 20. ſed Farinac. dixit ſub *nu.* 53.
Hæc effectum potiùs, quàm ſubſtantiā G
reſpicere: qua de cauſa eſſe affirmandū
dicit, leue illud eſſe indicium, quod
facili, & frequenti modo poteſt abeſſe,
cum è contra graue ſit, quod ſæpiùs,
& non difficulter attigit venire: qua-
propter admonet, indicia, quæ colli-
guntur, & ipſius è rei confeſſione fue-
rint probata, grauiora cœteris exiſtere:
citat Maſcardum *de probat. lib.* 1. *quæ.* 15.
n. 13. Bald. *in l. vnica col.* 4. *ff. de confeſſis.* H
& Grammat. *conſ.* 5. *n.* 7.
Diuiſionem facit etiam Farinaceus
nu. 58. neceſſarium ex indicijs aliquod
nominari, nonnullum credibile, aut ve-
riſimile, & aliud non repugnans. Ne-
ceſſarium tunc dixit haberi, quo in ca-
ſu, ex eo, quod inſtrumenta, vel quid-
quam ſimile neceſſario continent, quod
intendimus, neceſſario conſtituimus;
quod non ſolum ad inferenda tormen- I
ta: ſed ad condemnationem etiam du-
cendam idoneum dicit. Iſtoque poſuit
de indicio exemplum. Illud autem cre-
dibile, aut veriſimile habetur; quod
nulla ad condemnandum forma: ſed
efficaciam ad torquendum includit.
Exemplumque conſtituit quo in caſu
de homicidio ſuſpectus ponitur; &
cruor ex vulneribus ſanguineo vertice
exundat: ex hoc namque credibile, & K
proximum naſcitur indicium illum ne-
cem perpatraſſe; de quo tamen verba
faciam, vbi de indicijs tractabo. Non
repugnans at enim indicium, quod leue,
aut præſumptiuum nuncupatur, illud
exiſtit; quod ſola ſuſpicione, aut leui
iuris nititur præſumptione, & ex ſe ſo-
lo, cùm alia non interueniant admini-
cula, minimè vim includit, vt tortura
in-

Digitized by Google

A inferatur; vt voluit Farinac. *dict.qu.36.*
num. 62. Ex quo exemplum habemus,
vbi de furto tractatur, & probari certũ
eſt; aliquem ſolum domi inuentum,
quo tempore ſubtracta res fuerit, ex
quo aliqua illum aduerſus occurrit ſu-
ſpicio: ſed leuis tamen, ac præſumpti-
ua, ex qua leue conſtruitur indicium,
non autem repugnans; hinc atenim,
alijſque ex adminiculis permiſſum, ad
B torturam deſcendere aſſeruit Farinac.
loco citato ſub num.64. per Baldi doctri-
nam *in l.fin.*& ibi etiam Marſil. *n.4.ff.de*
quaeſtionibus.

Alia denique indiciorum facti ſunt,
nonnulla iuris, quædam iuris tantum,
nonnulla hominis, multa iuris de iure,
& hæc ad præſumptiones potius, quàm
ad indicia pertinent: propterea.

Præſumptio. conceptus eſt in mente
C aliqua ex probabili coniectura progna-
tus, aut etiam veritatis cognitio ex rei
circumſtantijs inſurgens; aut ſuſpicio
alicuius in animo exorta, varijſque ar-
gumentis, coniecturiſque, aut indicijs
cauſata, quæ quo magis impellunt, eo
magis firma ſuſpicio redditur; vel de-
nique quod coniectura extet, vel du-
bijs diuinatio in rebus ex argumentis,
indicijſue frequenter per circumſtan-
D tias venientibus: de quibus omnibus,&
alijs Farinac. agit *in dicta quaeſt.36.à nu.*
67. vſque ad 83.qui præſumptionis ad-
uehit ethymologiam, & Simanca in
*lib. Cathol. inſtit. tit. de præſump.*50. *n.4.*
Et ex præ, quod ſignificat ante, ac,
ſumptio, dicta eſt, ſcilicet anteſumptio,
legitimas ex eo quia ante probationes
quidquam in verum aſſumit: ex Me-
nochio *de præſump lib.1.quaeſt.7.n.*5 Ma-
E ſcard. *de probat. lib.1. quaeſt.10.nu.1. &*
ſequent.

Huius autem principalis habetur di-
uiſio; quod iuris alia, nonnulla homi-
nis, quædam iuris, & de iure nomina-
tur. Iuris verò præſumptio, probabilis
coniectura ex certo deueniens ſigno
habetur: quæ cum aliud minimè duca-
tur in veritatem ſuſpicitur: ſecundum
Alciatum *in tract. de præſumption.part.3.*
num.1. Mantica *de coniectur. vltimæ vo-* F
lunt. lib.1.tit 1. num. 8. in fine, & ſecun-
dum Baldum *in l. ea quidem num.5.C.de*
accuſat. Quædam extat ſimilitudo du-
biam ſufficiens ad rem, de qua creden-
da opus eſt credi: aut eſt quo in caſu
aliquibus poſitis, veriſimili, vel pro-
babili modo, non verum neceſſario,
quod curamus, occurrit: de quibus
omnibus extant Farinac. ſcripta *in dict.*
quaeſt.36. à num.86. vſque ad 93. & iu- G
ris propterea nominatur præſumptio;
ex eo quia ex iure, aut etiam ex lege
probationem excipit.

Hominis atenim præſumptio con-
ceptus eſt in mente aliqua ex probabili
coniectura, argumentis, aut etiam in-
dicijs exortus; & ea propria dicitur vo-
ce hominis præſumptio, quæ nec à iu-
re expreſſa, nec in lege claré explanata
reperitur, & confirmata; præſumptio- H
nes quoniam, quas homo iniecit, haud-
equidem approbare lex valuit: variæ
namque multæque exiſtunt, & ex di-
uerſis exurgunt cauſis, ac propterea
poſitæ Iudicis arbitrio videntur: vt di-
xerunt Doctores penes Farinac. *nu.98.*
hæc verò poteſt neutiquam ex legis ra-
tione diſſentanea eſſe, & affinitatem
cum ipſa retinere; hoc quia in euentu
ſuum quoad effectum idem erit iudicã- I
dum; quod etiam in ſcripta: de ſimili-
bus eoquod procedi ad ſimilia decet
l. non ſolum, ff. de legibus. huius autem
præſumptionis diuiſio fit à Farin. *n.*110.
In leuem, grauem, vehementem, aut
etiam violentam; cuiuſmodi equidem
diuiſio ſpecificam neutiquam affert dif-
ferentiam; plus nam, & minus ſpecie
differre haud facit. *l. fin. ff. de fundo in-*
ſtructo, & inſtrumento legato. Hæ atta- K
men differentes ſeſe inter partes ſunt;
Leuis quia eſt in qua parua eſt malè
coniectura, & magna boni; plura ete-
nim boni ſigna exiſtunt, & mali pauca.
Vehemens autem boni viri ad valdè ſi-
mile animi applicatio eſt; Violenta di-
citur, ex qua iudicantis mens applicari
in contrarium nequaquam poteſt; nec
ipſius intellectus oppoſitam verti in cõ-
ſcien-

Digitized by Google

A ſcientiam valet: ex doctrina Baldi *num.* 249. *lib.* 1. & cæterorum Doctorum penes Farinaceum *dicta quæſt.* 36. *ſub num.* 14. Aut etiam quo in caſu omnis apparet mali coniectura, nulla verò boni; & ita omnia ſigna mali ſint, nulla verò recti. Aut prima violenta nominari præſumptio poteſt, quæ iuris habetur; & eo magis, quia dictis eſt; & idem dicit: ex doctrina Baldi *in l. ſi* B *præſidentium num.* 5. *de probationibus* & Alexandri, Maſcardi, Menochij, & Cardinalis Manticæ in locis à Farin. adductis in *num.* 117. qui rurſus diuiſionem facit in *num.* 118. In temerariam, ac etiam probabilem. Primam illam dicit eſſe, quæ leui ex cauſa, & coniectura: vel etiam ex vilibus ortum excipit perſonis; aut quando cuncta boni ſigna interueniunt, nec vlla mali. Eam autem poſteriorem nuncupauit, quæ grauibus C è perſonis, aut è graui cauſa conſurgit, & coniecturis: vel quo in caſu plurima ſunt mali ſigna, parua autem, ac etiam exigua boni.

Iuris verò, & de iure præſumptio ſtatus eſt à iure, in dubia ex coniectura promulgatus; aut Legis eſt quidquam præſumens diſpoſitio, & præſumptum circa, velut compertum, conſtituens. D Iuris dicitur, & de iure, quoniam non ſolum introducta ex lege nominatur: ſed etiam eo quod tali ſuper præſumptione firmum lex affert ius, illamque in veritatem ſuſcipit. Et quo in caſu quidquam lex præſumit, nec aliquid circa præſumptionem ſtatuit, nec vlterius procedit iuris nuncupatur præſumptio; at ſi ſuper præſumpto pedes figit, & ſuper illo ſtatuit; tunc iuris, & de iure appellatur præſumptio. Quapropter, ſi E è ſtatuto aliquod probationis genus eſſet introductum, & plenam diſponeret ex illo eſſe probationem: huiuſmodi iuris, & de iure præſumptio haberetur; neque neceſſarium eſt, quod in contrarium probationem lex prohibitam, aut ſtatutũ velit, at ſufficiens dicitur, quod illam habeat probationem, præſumptionis vt naturam includat, vt illam aduerſus neutiquam admittatur, etiamſi non ſit expreſſa probatio. F

Ex hac autem iuris, & de iure præſumptione ex humanis alia principijs, ex naturalibus quædam originem ſuſcipit; illa humanis ex indicijs, aut coniecturis lege, ac ratione confirmatis conſurgit; quæ quidem apparentes vocantur coniecturæ: vt dixit Farinaceus *dicta quæſt.* 36. *ſub num.* 26. ex doctrina Baldi *in rubrica, C. de probation. num.* 6. G exemplumque aduehit: vt ſi quis illa egreſſus è domo fuiſſet, in qua occiſi repertum cadauer fuerat; nudumque adduxerit gladium vna cum veſtibus è recenti madefactis cruore; præſumptio adeſt illud ex eo perpatratum homicidium fuiſſe: hæc verò ex natura, & neceſſaria nuncupatur præſumptio; & extat, quæ neutiquam humana ex ratione, aut coniectura: ſed ex naturali ducitur. Exemplum attulit; Mulieri lac H in mammis inhæret, præſumptio exoritur, intactam ipſam haud haberi, ex natura enim lac generationis ergo conficitur, nec aliter accidere valet; vt etiã ſi fumus domi conſpicitur præſumptio occurrit, ibi & ignem reperiri, quoniam fumus abſque illo non adeſt; & hoc ex natura deſcendit: quæ de re à natura præſumptio nominatur. Farinac. *loco citato num.* 129. & Bald. *in dicta rubric. C. de probationibus num.* 6. *verſ. exemplum de primo.* I

Aliquam denique neceſſariam dixit, nonnullam credibilem: ſeu verò propinquam: quamdam non repugnantem Farinac. *à num.* 130. *cum ſequentibus*: Et primam voluit illam eſſe, quo in caſu aliquibus poſitis neceſſario, quod intendimus, à nobis effici certum eſt. K Poſteriorem vbi quibuſdam conſtitutis, veriſimili, aut etiam credibili modo, non autem neceſſariè, quod intendimus, euenit. Tertiam verò non aliud quàm hominis præſumptionem exiſtere: vt *in num.* 133. Farniaceus affirmat.

Fictio aut veritatem contra eſt aſſumptio ex iure pro veritate facta certa

Digitized by Google

A in re eius, quod poſſibile; aut etiam in dubij falſi pro veritate poſſibili in caſu aſſumptio eſt; & iuſta ex cauſa ad aliquem inducendum iuris effectum naturali neutiquam repugnantem æquitati; vt ſcripſit ex Angeli doctrina Farin. *dicta quæſt. 36, num.* 13. Hæc equidem aut inductiua eſt, vel priuatiua, aut extenſiua dicitur, ſeu translatiua. Prima illa dicitur, ex qua fingitur quod neu-
B tiquam eſt. Poſterior habetur quo in caſu ex contrario quod eſt, minimè eſſe putatur. Tertia vbi lex illud fingit, quod alio exiſtit modo, diuersè permanere: Primæ verò definitio venit: quod ſit certa in re ad exiſtendum impoſſibili, pro exiſtente aſſumptio ex iure confecta. Secundæ eſt exiſtente in re ad non exiſtentiam poſſibili commiſſa ex iure conſideratio. Tertiæ: certa eſt in re
C omnimodè exiſtente ad exiſtendũ alio modo poſſibili, perpatrata ex iure aſſumptio: vt de omnibus docet Farinac. *loco ſupra cit. n.* 145.

Coniectura ſed enim veri eſt exceptio ex aliquo alio ita veriſimiliter conſtituto; exemplum adducitur: cum ex hoſpitij circulo tabernam reputamus; aut etiam rationabilis à veriſimilitudine fidem faciente argumẽtatio, & pro-
D babili deducta è ſigno, non verò neceſſariam inferens concluſionem Farinac. *loco citato à num.* 152. Inde euenit, quod ipſius ſit ex natura haud plenè, ac etiam ex neceſſitate concludere; at probabili ratione opinari: quoniam haud equidẽ ſibi ex neceſſarijs: ſed ortum ex probabilibus deſumit. Si ex neceſſarijs namque conſurgeret, neutiquam dubia, ſed certa exiſteret res; & ita coniecturæ
E contra qualitatem veniret, quæ ambigua eſt de iure, cum ſeſe adeſſe, & non eſſe habeat. Nominata verò ex *Coniecto*, quadam ſcilicet ad veritatem rationis directione, aut etiam ex *Coniecto*, verbo frequentatiuo, quod idem ſignificat, ac exiſtimo, vel etiam diuino: ita ex Farinaceo *loco citato num.* 158. *& ſeq.* Hæc autem coniectura, vel hominis, vel iuris tantum, aut iuris, & de iure eſt:

quæ in iure ſcilicet expreſſa minimè F
eſt, at Iudici ſive inueſtiget, quod ſibi videatur, & an aliquam faciat fidem, ſit commiſſum: iuxta Textum *in l. minor, ff. de minoribus, l. vtrumq. ff. de donat. inter virum, & uxorem* Farinac. *num.* 161. Et hæc equidem nequaquam conſcribi cõiecturæ poſſunt; diuerſis quoniam ex animi motibus dependentiam habent. Poſterior eſt ſcripta in lege, & aliud nõ habetur, quàm quæ ipſa inuenta ex le- G
ge fuerit, aut etiam approbata. Legis tertia quidquam præſumentis, & circa præſumptum velut ſibi compertum ſtatuentis, diſpoſitio eſt: ita ex Mantica, Farinac. *num.* 163. Coniectura verò, & Præſumptio, velut Synonima excipiuntur, & ſeſe promiſcuè explicantur; alia namque leuis, nonnulla grauis, aut etiam vehemens. Quales autẽ hæ ſint explicatum eſt in præſumptio- H
ne: temeraria etiam cõiectura, vel probabilis extat; illa, quæ ratione vidua eſt, & longè à vero progreditur. Hæc habetur, quæ à veriſimili deſcendit, & quæ fundamentum in ratione ſuſcipit. Hac de cauſa non omne, quod probabile videtur, probabile nuncupamus; ac illud huius generis nominamus, quod omnibus apparet, aut pluribus; vel ſapientibus, & ex his, vel cunctis, aut I
etiam nonnullis, vel præcipuè præclaris, & notis. Farinaceus *loco ſupra citat. num.* 171.

Quamdam autem animi applicationem ad aliquid præpotenti cum titubatione ſuſpicionem haberi dixit: aut ad aliquid, motum, vehementi titubatione eſſe, aut mali opinionem leuibus exorientem ex indicijs, venire; qua-
propter ad probandam ſuſpicionem le- K
ui ſufficientiam ineſſe probationi voluit in *num.* 176. Ex hac autem leuis alia extat, ſeu temeraria, vehemens nonnulla, ſeu veriſimilis exiſtit, aut violenta. Prima eſt quo Iudex in caſu ex admodum leui indicio, aut etiam argumento ſuum aliam in partem animum, ſed titubanter, transfert. Secunda eſt, quæ non ex leui, aut è fortiori ortum

ex-

A excipit indicio, ex quo proprium Iudex animum modica dubitatione aliquam inclinat in partem: & propriè voluit Farinaccus *ſub num.* 181. opinionem nuncupari. Tertia tandem illa eſt, quæ vrgentibus conſurgit ex indicijs: taliter vt Iudex vnius potius in partis fauorem; quàm alterius nullo concuſſus dubio veniat: & ex his videtur, quod dubietatem ſimpliciter primo in ſe cõ-
B tinere certum eſt; ſecundum exiguam includat: nullam tertio demonſtret hac de re: ſi nullius indicia ponderis ſunt leuem præſtant ſuſpicionem. ſi grauia occurrunt, ac vehementia, acrem: ſi grauiora, fortioraue violentiam efficiunt.

Opinio autem idem eſſe conſpicitur ex Farinac. doctrina, ac vehemens, ex veriſimili ſuſpicio, animique quidquã
C dubiè ſeligenis motus eſt: tunc verò vehemens eſt opinio, vbi probabilibus quislibet ex coniecturis illi fidem præſtat; quod verum eſt, quamuis id ex certo minimè noſcat. Addas quod etiã vehemens ſuſpicio nominatur opinio. Farinac. *nu.* 196.

Dubitatio atenim haudequidẽ quiſquam eſt probationis gradus, at inueſtigationis, certitudiniſque principium dicitur, ac fidei: quo in euentu Iudex
D partibus in ſui aſpectu deductis vario dubitat modo, cuius veniat in auxiliũ, an iſtius potius ad opem, vel illius, proprium applicet animum? & vtrum eligat inſcius eſt: vel æquales quoniam occurrunt probationes, aut aliquam eo quod includunt illæ obſcuritatem. ita Farinaceus *in dicta quæſtione* 36. *à num.* 197.

E Argumentum autem plurium appellauit vnam ad concluſionem cõcurſum ex Baldi ſententia: vel aliquo inuentum ex genere haberi; quamlibet vel probabiliter, oſtendens, aut neceſſariò demonſtrans rem; ex Ciceronis definitione, quam refert Menochius *de arbitrar. quæſt.* 6. *num.* 9.

Signi quoque definitionem dedit, quod ſit res, quæ præter ſpeciem ſenſibus oppoſitam faciat quidquam ex ſe F
in cognitionem venire: vel quod id ſit, aliquẽ quod ſub ſenſum cadit, & quidquam demonſtrat, quod perfectum ex ipſo conſpicitur, quod vel ante fuerit, vel in ipſo habitum negotio, vel poſt fuerit cõſequutum, teſtimonijs tamen, ac maiori eget confirmatione; cuiuſmodi equidẽ explicata nobis fuit deſcriptio, ex Menoch. *de arbitr. quæſt.* 7. *n.* 31. *cum ſequentibus.* Ex quibus fermè ſignis G
neceſſarium illud, ex aduerſo nonnullum dixit eſſe Farinac. *dicta quæſt.* 36. *num.* 21. Vt pari forma naturale quoddam nominat, è contra alterum.

Adminiculum denique, aut vehemens concurrit, vel ex contrario; illud eſt ad probationis defectum ſuppletio, aut ex ſui ſolius vi, nihil aliorum tamẽ quidquam efficacia operans; Hoc eſt quædam probabilis rei confirmatio: & H
huiuſmodi quamuis adminicula nullam tribuant probationem, illi tamen, quæ imperfecta ſit, iuuamen afferre non deſinunt. Quapropter, non vehementia minimè in totum, at aliqua forma imperfectæ ſupplementum probationi aduehunt: vehementia verò ex toto ſupplere firmum eſt, ac ſemiplenam conficere probationem ſtatuitur; ex eodem Farin. *d. quæſt.* 36. *n.* 217.

Adductos verò terminos inter & cõcordia venit, & diſcrimen, quod benè I
cognoſcere Capitaneo conuenit; indicium atenim, & ſemiplena probatio, & differre dicuntur, & congruere: ſolum namque indicium, remotumque cum leue habeatur, & longè à veri neceſſario ſit, vt fuga, colloquiumque venit, ac ſimilia minus continet, quàm ſemiplena probatio vigoris: ita Farinaceus *in dicta quæſt.* 36. *ſub num.* 219. *in fine.* K
At ſi plura illa, licèt remota, vt videntur coniecturæ, præſumptiones, argumentaque ſint inſimul coniuncta, dummodo æqua ſint, efficaciam includere affirmauit Farinac. *num.* 234. Vt ſemiplenam conſtituerent probationem: ſed ad effectum, vt tortura infligatur condemnandi quandoque ad effectum, ex-

A traordinariam, ac etiam pecuaiariam
in pœnam, haud verò circa ordinariã,
& corporalem. Si dubium autem inter-
fuerit; an remota huiuſmodi indicia, vel
ſemiplena probatio hiſce ortum habẽs
ex indicijs ſemiplenam conſtituat pro-
bationem? prudenti Iudicis arbitrio re-
mitti oportere declaratum eſt: ex Fa-
rinaceo *num.* 232. Nullam namque cer-
tam ducere quiſque regulam poteſt;
B dummodo tamen ad torturam hac ſe-
miplena abſque probatione ſit deuen-
tum.

Ex primo autem indicio ſemiplenam
aduehi probationem neminem latet; ac
ita regulariter habemus vnius teſtimo-
nium circa delictum, ex viſu, aut alio
ſenſu corporeo deponentis ſemiplenam
includere probationem, per ea quæ
ſcripſit Farinac. *num.* 226. authoritate
C Antonij Gomez *rubric. de probat. delicti,
cap.* 12. *num.* 2. *ſub verſic. animaduerten-
dum tamen*: dummodo ſit omni maior
exceptione, vt ſub *num.* 219. idem Fa-
rinac. authoritate Menochij *de præſump.
quæſt.* 89. *num.* 7. rationem adducit idẽ
Farinac. Quod quemadmodum plena
ex duorum opera teſtium plena conſti-
tuitur probatio; pari etiam ratione ſe-
miplena ex vnius aſſerto veniat, ſine
D qua minimè ad torturam deſcendere
eſt permiſſum, nec debet Prætor ex in-
dicijs impelli, ſed induci.

Indicium verò differens à præſump-
tione haberi claret, cum iuris præſump-
tio maiorem, quàm leue indicium, &
ad torturam haud ſufficiens vigorem
continet; illa namque probationem fa-
cit, quamuis nullo probetur modo, di-
rectaque ratione probandum circa fa-
E ctum verſatur, cum indicia minimè pro-
bationem faciant, niſi & ipſa probationẽ
ſortiantur.

Hominis autem præſumptio, minorẽ
includit; quàm indicium ad torturam,
ſufficientiam, cum ipſa cognitio ſit ori-
ginem ex circumſtantijs deſumens: *cap.
ex ſtudijs, extra de præſump.* cum ex ad-
uerſo indicium, quidquam veritatis eli-
ciendæ intellectuale aliqua ex peculiari
circumſtantia ſit: per Textum *in l. indi-* F
cia, *C. de rei vendicat.* Addas quod vbi
ex lege receptum habetur indicium,
probatumque ab ipſamet præſumptio-
nis excipit nomen. Menoch. *de præſum.
quæſt.* 7. *num.* 10. Farinac. *loco citato ſub
num.* 264. per Textum *in l. qui in adul-
terijs, C. de adulter. qui in num.* 240. Di-
ſcrimen iudicium inter, ac præſumptio-
nem velut cauſam, & cauſatum conſti-
tuit: ex eo quia originem ex indicijs ſu- G
ſpicioni deuenire firmum eſt: allegat
Capram *in ſuis concluſionibus in tract. de
notor. in præfat. n.* 15. *in fine.*

In genere autem præſumptionem
minus, quàm probationem eſſe voluit
idem Farinac. *num.* 241. ex doctrina
Clari §. *fin. quæſt.* 20. & Maſcard. *de
probat. quæſt.* 10. *num.* 14. Accedit quod
ſi pluribus è præſumptionibus aliqua
inſurgat probatio, aut etiam præſump- H
tio, minorem continet vim, quàm ſe-
miplena probatio: vt voluit idem Farin.
num. 242. ex eodem Claro *dict. quæſ.* 20.
& Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 6. *num.* 75.
Fictio etiam certo ſuper negotio, non
autem verò verſatur: præſumptio autem
dubiam in rem, & illam, quæ eſſe po-
teſt, vel ex aduerſo, cadit; ac tali mo-
do certum eſt numquam ſimul cum ve-
ritate fictionem, ſæpiùs verò præſump- I
tionem conuenire: vt ſcriptum reliquit
idem Farinac. *num.* 244. & Doctores per
eum ibi citati. Differentia quoque in-
tercedit: nam hæc licèt contra, per in-
directum, probationem excipiat, ex in-
ſtituto tamen nullam ſibi contrariam
admittere videtur; cum præſumptio, ſi-
ue iuris exiſtat, ſiue hominis omni tem-
pore, ſiue iuris, & de iure eſt, ſæpiùs
probationem, ſuſcipiat, & ita regula- K
riter illam minimè repellat: vt proba-
tum eſt ex eodem Farinaceo ex autho-
ritatibus ductis *n.* 246. *cum ſeq.*

Nec deſinunt differentiam ſuſpicio
demonſtrare, ac præſumptio; illa nam-
que minus quidquam, quàm hæc extat.
Decius *conſ.* 575. *num.* 5. Nacta *conſil.*
358. *num.* 12. *lib.* 2. & cæteri penes Fa-
rinaceum *num.* 251. Qui huic probatio-
nem

Digitized by Google

A nem ſententiæ mittitur inferre. Et primò pluribus quoniam è ſuſpicionibus ortũ excipit præſumptio. Deindè ſuſpicionis eoquod verbum homini tantum cõueniens habetur, cum ex ipſo iudicari debeat. Præſumptio autem, & homini congrua dicitur, & legi. Et tandem quia vt præſumptio adducatur magis euidentia opus eſt indicia interuenire, quàm vt quando aduehi ſuſpicio debet.

B Semiplenam verò inter probationem, & coniecturam diſcrimen intercedere neutiquam dubitauit affirmare Farinac. *nu.* 255. minorem quoniam hanc, quàm ſemiplenam reputauit probationẽ, cum minùs valeat, ſi eſt remota, minimè tamen ſi violenta; & plures quamuis adſint inſimul remotæ, nec leues, ſemiplenam haudequidem probationem conſtituunt; quod ex aduerſo accidit, ſi C proxima extet coniectura, & etiam violenta: iſta namque minimè diuerſa è iuris præſumptione eſt: cum plures aptæ coniecturæ ſemiplenam inducant: & vnius efficaciam teſtis includant. Euidentiſſima etenim, quæ pluribus & bonis, & proximis ortum habet coniecturis, probatio nuncupatur, iuxta Farin. doctrinam *num.* 256. Minus quidquam etiam coniecturam haberi, quàm præ- D ſumptionem ſcriptum eſt ex ipſo *num.* 257. Hæc namque originem ex coniecturis ſortitur: vt voluit Grammatic. *deciſ.* 28. *num.* 21. Hominis enim præſumptio eſt: *Mentis conceptum ab aliqua probabili coniectura deductum.* Et fermè quis primò coniecturam facit, poſtea tandem præſumit.

Argumentum autem differens extat à præſumptione; quoniam hæc minus E aliquid eſt, immò ſuſpicioni etiam cedit, cum huius origo ex argumentis deſcendat: per Textum *in cap. licet extra, de probat.* Farinac. *num.* 261. diuerſum verum à ſigno argumentum eſſe omnibus conſtat; quemadmodum partem ex toto: pluribus ex eo quia è ſignis ſæpiùs argumentum conſtituitur.

Hic ſedenim nequaquam eſt prætereundum, quod & ſi, & indicium, & F præſumptio, & reliqua ſuperiùs ducta, propria, ſtrictaque ſignificatione differentiam ſeſe inter demonſtrent; promiſcuè attamen vnum pro alio nonnunquam aſſumitur: vt adnotauit Nouar. *practic. crimin. in rubrica indicia, quæ præcedere debent.* Farin. *n.* 263.

G

DE INDICIIS AD TORTVRAM.

Cap. 3.

CVM præmiſſa hæc itaque fuerint indiciorum opus eſt ad conſiderationem deuenire, vt notum ſit Capitaneo, quæ nam ad inferendam torturam ſufficientiam retineant, nè fortè ad H illam deſcendat abſque eoquod valida occurrant; nulla eoquod, & inepta redderetur confeſſio, mille quamuis fuiſſet per vices ex voluntate ratificata: vt ſcripſit Farinaceus *de indicijs ad torturam quæſt.* 37. *num.* 120. per Gloſam *in l. penult. ff. de quæſtionibus.* Noua licèt cum ſuperuenerint indicia verificata confeſſio fuerit. Et aduertere hoc debent, ne (quod magis eſt) in ſyndicatu teneantur, & punitionem excipiant, I prout eſt diſpoſitio Text. *in l. item apud Labeonem, §. quæſtionis, ff. de iniurijs.* Farinac. *loco citato num.* 111. Quod maximè procedit, ſi Iuriſperitus exiſtat Capitaneus. Menoch. *de arbitrar. caſu* 339. *num.* 16. Aut etiam ſi voluntarium ſibi Aſſeſſorem pro inferenda tortura deſumpſiſſet; nam, cum nullum ponat voluntarij conſilium Aſſeſſoris impedi- K mentum, ipſe de malè actis, Capitaneus tenetur. Giurba *conſ.* 31. *num.* 10. Marcus *deciſ.* 295. *parte* 2. Bouadil. *lib.* 1. *Politic. cap.* 12. *num.* 42. Suæ namque vertere deſidiæ hoc debet, qui imperiti electionem fecerit, cum de peritiori inijcere potuiſſet. *l.* 2. *ff. ſi mens.* falſum modum dixerit Giurba *loco citato.* Quod ex aduerſo accidit, ſi neceſſarius tribu-

tus

Digitized by Google

A tus fuerit Aſſeſſor, qui ipſa in tortura
inferẽda cogeretur interuenire: tali co-
quod in caſu Aſſeſſor circa hoc, non
autem Capitaneus teneretur, vt ſcripſit
Giurba *dicto conſ.* 31. *num.* 11. Fontanel.
de pactis nuptial. parte 1. *glaſ.* 10. *nu.* 164.
& cum Giurba *num.* 12. Neceſſarium
autem illum dicimus Aſſeſſorem, de
quo Prorex, vt inferenda in tortura
adeſſet, ſelectum inſtituerit: quidquid
B attamen ſit, pleraque DD. afferunt in-
dicia, ex quibus deſcendere ad torturã
decet. Et primo quo in caſu vnius de
viſu teſtis occurrat, omnique ſit excep-
tione maior: ita Gomez *tom.* 3. *de tortu-
ra reorum cap.* 13. *verſic. item etiam prin-
cipaliter quæro*. Clarus §. *fin. quæſt.* 21.
verſ. vnus teſtis. Romanus *conſ.* 451. *n.* 4.
Vbi ſecundo reus extraiudicialiter de-
lictum ſit confeſſus, ſpecialis dummo-
C do quod confeſſio non autem generica
exiſtat. Gomez *loco citato*. Baldus *in l.
quoniam, ff. de his, qui notantur infamia,
col. penult. verſic. quinto, & vltimo quæro.*
Clarus *dicta quæſt.* 21. *nu.* 31. Quo etiam
in loco de iſtiuſmodi confeſſionis reuo-
catione verba facit, ac etiam de illa,
quæ in competenti coram Iudice fuerit
iniecta. Ex fama tertio: ex eo quia, ſi
poſtquam perpatratum fuerit delictum,
D publica quoquam ſit vox, & fama loco
omnes inter, aut maiorem illorum par-
tem, qui ea moram faciunt in regione,
quod ex illo commiſſum ſcelus ſit. Et
huiuſmodi fama plenam ſortita fuerit
probationem: ſufficientem indicium
hoc ad inferendam torturam demon-
ſtrabit vigorem. Gomez *loco ſupra cit.
ſub num.* 10. per Textum *in l. de minore,
§. tormenta, ff. de quæſtionibus*, & DD.
ibi citatos: Clarus verò *in quæſt.* 21. *ſub
num.* 1. voluit: vt etiam cum fama quid-
quam concurrat adminiculum: & hanc
tutiorem æſtimauit ipſe haberi ſenten-
tiam, quo in loco luculenter de fama
pertractat. Ex fuga quarto: quoniam
ſi quilibet, iniectum poſtquam fuerit
delictum, fugam faciat, indicium ſeſe
aduerſus dabit, vt ad torturam proce-
datur. Gomez *dicto n.* 10. *verſ. quartum.*

per Textum, quem dicit expreſſum in F
*l. lege Cornelia, ff. ad Syllan. l. impuberibus
§. penult. & fin. ff. de ſuſpect. tutoribus.*
An autem ex voluntaria fugientis præ-
ſentatione hoc auferatur indicium? vide
ad Clarum addentes *quæſt.* 21. *num.* 79.
& Clarum *num.* 18. *qui ſub num.* 28. de
fugæ agit tempore ad hoc, vt opinionũ
cognoſcatur veritas. Ex inimicitia quin-
to, vbi alijs coniuncta adminiculis ha-
betur: minus nempè, apparatu, per tran- G
ſitum cum armis per locũ, in quo quiſ-
quam fuerit neci datus, & alijs, de qui-
bus Gomez *num.* 11. Cui placuit opus
eſſe, vt maxima exiſteret, & graui orta
ex cauſa inimicitia, & ita ſolis affirmat
de minis, cum ex iracundiæ impetu pro-
feruntur, & poſtmodum exequutioni
demandatæ non fuerint, decere, vt cum
eis alia etiam adminicula concurrant:
ita Clarus *dicta quæſt.* 21. *num.* 30. Quo H
in caſu ſexto, quis exitum de illa domo,
aut loco nudo gladio fecerit, vbi quiſ-
quam vulneribus confoſſus reperiatur,
ſufficiens haberi ad torturam indicium
putauit. Gomez *in fine dicti num.* 11.
Claris attamen in aſſertis eſt, vſque in
practica ſeruatum, hoc Iudicis remiſſũ
arbitrio fuiſſe, cum ſæpè ſæpius viſum
fuerit; reis, quod aduerſus huiuſmodi
interueniebat indicium, grauia illata I
tormenta: & nonnunquam condemna-
tionem, & ſi non ordinaria delicti pœ-
na; ſed benè extraordinaria, ductam.
Propterea concluſionem in 39. *num. in
fine* aduehit, permiſſum Iudici eſſe, vt
de illa electionem faciat opinione, quã,
cum facti, & perſonarum qualitas fue-
rit conſiderata, ſibi ſumere voluerit.
Septimo quo in caſu res furto ſubtracta
penes aliquem vilis condictionis, peſſi- K
mæque qualitatis, fuerit reperta, nec
quemquam in authorem demonſtraue-
rit, aut venditorem: vt voluit Gomez,
loco citato num. 12. Clarus *in ſæpè citata
quæſt.* 21. *num.* 40. Ex quo hæc fuerunt
declarata, vt vim habeant, quo in caſu
ille, quem apud res furto ablata malæ
vocis, condictioniſque, ac famæ extite-
rit; quod ex contrario accidit, ſi opti-
mus

Digitized by Google

A nſus ille videatur; eo nam in accidenti
etiamſi minimè demonſtret, ex quo il-
lam ceteperit, nullum venit ipſam con-
tra ad torturam indicium: allegat. Ro-
landum *conſ.* 45. *num.* 41. Bertrandum
conſ. 107. *lib.* 1. *parte prima*. Cæteroſque
ibi allatos Patres. Idem etiam eſt affir-
mandum, ſi penes aliquem, cuius ad
munus & emere tales res mobiles per-
tineret, ac vendere, fuiſſet reperta, &
B illas palam demonſtraret: criminis au-
tem de ſocio an indicium ad torturam
faciat? videndus erit Clarus *dicta quaeſt.*
21. *num.* 5. *&* 7. Mandatarij etiam di-
ctum; ſi alia vna cum ſuſpicione, aut
etiam præſumptione interueniret, ad
torturam equidem deſcendere indiciũ
eſt in placitis Clari *loco citato ſub num.* 8.
verſic. ex hac concluſione: quod ex ad-
uerſo euenit, ſi duo adſint ſocij. Clarus
C *num.* 11. dummodo quod in dicto iura-
mentum adſit, vt in *num.* 12. idẽ ſcrip-
ſit, & confirmationem in tortura ſorti-
tum dictum fuerit, prout *num.* 13. ſcrip-
tum reliquit. Saucij autem octauo an
aſſertio ad faciẽdam inquiſitionem ſuf-
ficientem retineat efficaciam ſolummo-
do, vel etiam ad torquendum ſcripſit
idem Clarus *loco citato ſub num.* 13. *verſ.*
aſſertio. Quo in loco de talis vigore aſ-
D ſertionis verba facit: an minæ autem, ſi
delictum antecedant, indicium ad tor-
turam præbeant? diſtinctionem attulit.
Clarus *loco citato num.* 37. Affirmans;
quod, vbi ex potente, & peſſimo eodem
in mali genere viro fuerint prolatæ, qui
ex facili proprias exequutioni minas
demandare potis fuerit, & hoc non ra-
rò egerit, cum nullo modo malefici ha-
beatur notitia, indicium ad torturam
occurrit, ſi contrarium verò ſit, aliter
E euenit: allegat Imolam *in l. fin. num.* 10.
ff. de hæredibus inſtituendis. Blancus *de*
indicijs num. 44. Ipſius autem in aſſertis
eſt: ſuo huiuſmodi diſtinctiones in Se-
natu haudequidem ſuſcipi: ex eo quia
quando prolatæ fuerint minæ, ac illarũ
adſit cauſa, reus tormentis ſubijciatur:
ſic Theſaur. *deciſ.* 24. *nu.* 3.

Pax atenim, vel remiſſio, aut etiam
ab offenſo, vel ex habentibus remit- F
tendi ius, alicui perſonæ ceſſio facta,
haudequidem ad torturam indicium
inſtruit; huiuſmodi quo in caſu tranſa-
ctio, remiſſio, aut ceſſio nequaquam
fuiſſet ex iure permiſſa; ita Clarus in
dicto §. *fin. quaeſt.* 21. *ſub num.* 37. Ex quo
cautela, ne tale afferatur indicium, tri-
buitur: vt ſcilicet omnium, quorum in-
tereſt, nomine, Pax per aliquem tertium
inijciatur; hæc namque paſſio, vel re- G
miſſio, cuiuſcumque illam producentis
in fauorem venit, ac emolumentum.
Non aliter, ac ipſa nominatus ſpeciali
modo in remiſſione fuerit, quemadmo-
dum nullo eſſet reo iuuamini; quo in
caſu eius nomine ſpecialiter effecta ex
tertio fuiſſet: ei quoniam talis neuti-
quam aſſerre obſtaculum Pax debet.
Facti quemadmodum in contingentia
illatum indicium fuiſſe refert Gramm. H
voti 39. *circa finem*. Quod verò ad men-
dacium titubationem, variationemque,
ac etiam inconſtantiam attinet; an poſſit
ex ipſis quiſquam ad torturam deſcen-
dere, conſilium dedere. Clarus *loco citato*
num. 39. Ex quo totam rei molem Iudi-
cis remitti arbitrio æſtimatur oportere,
cum habita, de perſonæ qualitate, &
rei, ſuper qua interueniat mendacium,
ſeu varietas, conſideratio fuerit: an il- I
lius generis ſit, in qua veriſimili forma
euenire obliuio valeat? & an circa ne-
gotij ſubſtantialia fuerit prolatum, ac ſi,
ſui, in continenti correctionem ſuſcepe-
rit? hanc quoniam variationem potiùs
emendationem dixit, quàm mendaciũ.
Ipſe attamen ad nos tranſmiſit; quod ſi
Iudicis fungeretur munere vix è ſolo
mendacio, aut etiam variatione reum
ad torturam ſubiectaret, aliud dempto
quod adminiculum occurreret: & vi- k
dendus eſt Nacta *conſil.* 499. *lib.* 7. Non-
nulli etenim exiſtunt, qui adeò timidæ
ſunt naturæ, vt, ſtatim ac Iudicis addu-
cuntur in præſentiam, adeò turbentur,
vt prorſus neſcire videantur, quid aſſe-
rant: innocentia licèt Clari habeantur,
vt de quodam teſtatur Paris de Puteo
de ſyndic. fol. 491. *num.* 1. impium qua
de

Digitized by Google

A de cauſa reputatur. Clarus talem ad
tormenta ducere Vulgell. *reſponſo* 721
*num.*6.

Aliud etiam præcipua commenda-
tione dignum reputatur è Doctoribus
indicium; quod illo eueniet caſu, quo
ex occiſi vulneribus coram homicida,
cruentus vndique humor diffiueret; &
huic non ſolum fidem habent, verum
etiam experientiam in probationem af-
B ferunt: & inter cæteros ſunt Boet. *deciſ.*
166. Menoch. *de arbitr. caſu* 270. *lib.* 2.
centur. 3. Theſaur. *deciſ.* 173. & alij per
eos adducti. Farinac. *quæſt.* 52. *à n.* 174.
Nec aliqui medicorum deſiderâtur, qui
hanc approbant experientiam; inter
quos Libauius *lib. de cruento cadauere*,
Langius *lib.* 1. *epiſt.* 40. Petrus Andreas
Canonher. *in* 1. *Aphoriſ. fol.* 429. *verſic.*
quod vero. Adeo quod nonnullos penes
C Iuriſconſultos talem hoc vim retinet, vt
ex ipſo ſolo aduerſus homicidij ſuſpe-
ctum ſufficiens ad torturam deſumi in-
dicium velint: vt per Afflictum, & alios
è Theſauro citatos excepimus. Qua de
cauſa id moris in Germania certum eſt
adeſſe, vt cum Iudices ipſamet die, qua
quiſquam vulneribus cõfoſſus neci tra-
ditus reperitur, facere de occiſore ex-
perientiã quærant: hoc procedant mo-
D do: interempti pollicem vna cum mu-
ſculoſa, & propinqua manus parte ar-
ripiant, ſeruandamque plures curent
per dies, vt ſi hoc ſpatio aliquis de ho-
micidio ſuſpectus, in carcerem conij-
ciatur, aut quacumque ratione iuſtitiæ
peruenerit in facultatem illum obſer-
uent, quem eodem in cubiculo, vbi de
homicidio accuſatur inuenitur cuſto-
diendum curauerint; & eo in euentu,
E ſi cruentus ille ſit ſaluam rem putant,
tormentiſque reum ſubijcere neutiquã
verentur: ac ad vlteriora, prout melius
viſum fuerit, progrediuntur; vt ſcribit
Paulus Zacchia *quæſt. Medic. leg. lib.* 5.
tit. 2. *quæſt.* 8. *num.* 8. qui doctè ſuo mo-
re huius veritatem, aut etiam vanitatẽ
ſigni diſcutens tandem 15. ita diſſerit
in num. Sed vnde obſecro emergere potuit
commentum hoc de cruentatione cadauerum
occiſorum, coram homicidis, nouum profe- F
ctò non eſt ex cadaueribus quibuſcumque,
poſt horas nonnullas ab interitu, quin etiam
poſtridie, aut die tertia à morte ſanguinem
emanare, nam fatillimè quauis motu agi-
tentur, cruentare fatetur Plater, & Liba-
uius: an non quotidie in his, qui Apopleſia,
Squirantia, Lethargo, Phrenetide, aut ſuffo-
focante aliquo morbo, aut ex malignis, pe-
ſtilentibuſque febribus perierint, & ex na-
ribus, & ex ore, ex oculis quoque interdũ G
& ex auribus ſanguinem fluere conſpici-
mus? At quod coram propinquis id fiat per
accidens eſt: nam propinquos cadaueri la-
iminis aſſiſtere eſt ne quid nouum? Item
quod puer à matre ſuffocatus, aut aqua ſub-
merſus coram matre, vel amicis cruentet,
ſic & per accidens eueniſſe exiſtimauerim,
quod aliquando cadauer occiſi coram occiſo-
re cruentauerit, nam per Anthipathiam, aut
quamuis aliam naturalem cauſam: (con-
cludit denique) Ex *his ſic ſe habentibus* H
nullum vnquam ſumi debere indicium, an
hoc contra aliquem firmandum, neque ex
hoc poſſe Iudices ad alicuius rei exequutio-
nem deuenire reo præiudicialem, cum etiam
coram inſontibus, & homicidij illius neſcijs
ſanguis leui ex cauſa emanare poſſit.

Qua de re iure quidem optimo Fa-
rinac. *quæſt.* 52. *n.* 156. huiuſmodi indi-
cio haudequidem ſufficiẽtem ineſſe vi- I
gorem putauit, vt ad torturam deue-
niatur: ſed neceſſarium dixit, vt alijs
coniunctum, Fama ſcilicet, minis, ini-
micitia, cæteriſque adminiculis exiſte-
ret. Quod ſi Iudicis ipſe fungeretur
munere vna cum Antonio Gomez *in d.*
cap. 13. Nequaquam huius ex indicij
intereſſentia reum ſubijcere tormentis
ſtuderet.

Nonnulla etiam occurrunt indicia, K
quæ fuere à Farinaceo *loco citato* ſcripta,
& plura, quæ ex prudenti Iudicis arbi-
trio valent ortum excipere; tali de cau-
ſa cum quidquam negotij agi fuerit ne-
ceſſe, ad ipſum, rectumque iudicium
recurrere decens habetur.

D E

A

DE HIS, QVI TORTVRAE *ſubijci minimè poſſunt.*

Cap.4.

CVM valida igitur, aptaque interuenerint indicia sub B conſiderationem ponere Capitaneus cogitur; an perſonæ, quas aduerſus illa veniant duci ad tormenta valeant? plures atenim reperiuntur, qui dignitatis intuitu, ætatiſque ſexus, & corporeæ imbecillitatis reſpectu nequaquam ad torturæ cruciatûs vehi poſſint: præſenti hac de cauſa in negotio de illis opus eſt tractari, qui nequaquam habiles ad illam perpetiẽ- C dam ſint, nec ad illam impelli tàm ex decoris parte, quàm membrorum, & corporalis diſpoſitionis ratione debent: nè fortè varijs è medicorum relationibus rei, quam ſubire decet torturam, diffugiant; aut etiam, ſi abſque idonea relatione ad illam procedatur, cum contra, quem excruciari minimè conuenit, nullam ea contineat efficaciam, ſi delictum fuerit confeſſus, etiam ſi id ratificauerit: Farinac. *queſt.*41.*nu.*95. Mar- D ſil: *in l. dictum num.*25. 29. *&* 30. *ff. de quæſtionibus:* arbitrariamque perpeti adſtringentur punitionem. Farinac. *loco citato num.* 98.

Generalis ergo conſtituta ex Doctoribus regula fuit, per quam omnes affirmant ſubiectari torturæ decens eſſe, dempto quod expreſſa forma hoc fuerit prohibitum, tàm ſi maſculei exiſtãt generis, quàm fœminei; cùm ſi patres E familias tùm filij habeantur, tàm ſi liberi exiſtant, quàm ſerui; tàm liberti, quàm patroni, tàm nobiles, quàm obſcuro ſanguine veniant: vt dixerunt Doctores penes Farinaceum *queſt.*41.*nu.*1. Clarus *in* §.*fin.queſt.*64.

Exceptio autem dictæ infertur regulæ circa militem, cui nequaquam inferri torturã eſſe permiſſum placuit: Text. F *in l. miles, ff. de queſtion.* ibi: *Milites nec tormentis, nec plebeorum pœnis cauſis criminalibus ſubiungi concedimus.* Paris de Puteo *tract. de ſyndicatu, in verbo Doctor, cap.*2. *in principio, num.*2. *&* 4. *verſ. nam miles*; & hoc procedit, ipſorum quoniam fulgor nobilitatis reſpicitur. Marſil. *in l. adictum num.* 17. *&* 23. *ff. de queſtionibus*: Vt pari forma nec Doctores, qui actu, lecturæ gerant, & aduo- G cationis munus. Marſil. *in practica,* §. *expedita num.* 37. Hæc autem de iure vim continent, cum ex aduerſo accidat de facto. Farinac. *loco citatò num.*54. Et ex conſuetudinis vi totius per telluris orbem obſeruari certum eſt, cuiuſmodi conſuetudo efficax fermè habetur, legitima dummodo quod indicia præueniant. Decianus *conſ.*93.*num.*135.*lib.*2. Cephal. *conſil.*164.*num.*8. Farinac. *num.* H 65. Quo monitum in loco præbet, neutiquam contrarium committendum.

Ciuitatum accedit decurionibus, ipſorumque filijs, ac nepotibus nequaquam inferri torturam de iure poſſe. Farinac. *num.*57. per Textum *in l. finali, C. de decurionibus lib.* 10. Gomez *de delictis cap.* 13. *tit. de tortura reorum poſt num.* 3. *verſic. item reperitur prohibitus decurio.* De facto atenim, ac è praxis obſeruantia quoad decuriones, Antia- I ni, Ciuitatumque Conſiliarij in dies, ac indiſtincto modo efficitur captura, torturaque infertur, non ſolum ſi finem officium ſuſceperit: ſed etiam ſi perdurare videatur, cum delicti hoc toleret natura. Farinaceus *loco ſupra citato num.* 69.

Qui verò magna ſunt in dignitate conſtituti, Illuſtriſſimi, vnde, ac etiam Clariſſimi excipiunt nomen; neque vt K rei, neque vt teſtes ſubire torturam cogi debent. Farinaceus *num.* 72. *&* 72. per Textum *in l. nullis, C. ad legem Iuliã Maieſtat. & in l. ſeueram, C. de dignitat. lib.*12. Cuius verba: *Seueram indagationem per tormenta, quærendi à clariſſimo homine ſummouemus.* Gomez *loco citato num.*13. *poſt medium, verſic. item reperitur prohibitus ille, qui eſt poſitus in ali-*

A *qua dignitate*. Quod equidem illam intelligi circa dignitatem oportet, quæ magna exiſtat, & clariſſimos efficiat homines. Doctores pones Farinac. *nu.* 71. qui *in num.* 73. Ad cæteras extenſionem facit, quæ nobili fulgeant, ſanguine perſonas: omnia tamen remitti conſuetudini conuenit, cui ſtandum eſſe voluit Farinac. *num.* 75. Clarus §. *fin. quæſt.* 64. *verſ. vlterius quæro.*

B Quid de ætate? Illi primo hoc ire ad tormentum nequeunt, qui pubertatis annos minimè compleuerint: & eſt regula apud DD. deſumpta ex *l. de minore, ff. de quæſtion.* quod impuberes torqueri non poſſunt. Bronus *de indic. & tortura parte 2. cap.* 4. *num.* 16. Clarus *dicta quæſt.* 64. *num.* 10. Guazzinus *ad defenſam reorum* 30. *cap.* 11. Farinaceus *num.* 16. Vt pari forma ſenectute depreſſi hoc perpeti non debent, ac pro C trita regula eſt apud DD. ex *l. ſi quis graui, §. ignoſcitur, ff. ad Senat. conſult. Syllan.* Guazzinus *loco ſupra citato num.* 2. Farinac. *num.* 24. Gauceri *in pract. crim. num.* 180. Et iſtud, nonnulli, ſibi locum vendicare in aſſertis habent quolibet in tormento, licèt leue dicatur. Boſſius *in pract. tit. de tortura num.* 20. Farinac. *num.* 37. *in fine.* Hoc ſed etenim haud equidem indifferenter demandari ob- D ſeruationi debet: ſed contrarium facit de imbecillitate conſideratio fuerit: ex eo quia ſi quacunque forma validitatem ſenes demonſtrent, leuioribus ipſos ſubijci tormentis non vetatur.

Membrorum autem ex parte plurima recenſentur, & à Iuriſperitis, & à Medicis impedimenta, quorum cauſa nemo illis ſubiectus ad torturam habilis nequaquam erit, & omnes equidem E hernioſi, ni & ſubligaculis, aliiſque artibus imminenti remedium. ancto ſoratur periculo, & ſi cum Hernia vel etiam ruptura ex inteſtinis eſt, & magna neutiquam tutum dicitur his fidem præ cautionibus, ac etiam adminiculis habere: ſecundum Zacchiæ ſententiam *lib.* 6. *tit.* 2. *quæſt.* 4. *ſub num.* 9. Quamquam è Fortunato Fideli nonnullos ad ſuſpenſionis, concuſſioniſque tormenta Her- F nioſos fuiſſe admiſſos, cum hæc habita cautela fuerit, conſpiciamus: aduertitur attamen è Zacchia nullum ictibus excruciari hernioſum decens eſſe: qui etiam *num.* 10. Arthiticos, & podagra laborantes hac excuſatos à pœna velit per rationes, quas ea duxit in parte.

Vt æquali etiam forma, qui Gallico fatigari morbo videntur ex hoc repelluntur cruciatu: vt ex Farinaceo *qu.* 38. G *num.* 33. *in fine.* Guazzino in ſuperiùs ducta *defenſ.* 30. *cap.* 4. *num.* 25. Circa illum tamen Gallicum morbum hoc opus eſt intelligi, vt affirmauit Zacchia *ſub nu.* 10. qui grauia ſyntomata ſecum adducit, quemadmodum & artuum dolores: cacoethica etiam vlcera, & maligna, ſimilis naturę tumores, quos gummata nominant, oſſium caries, graues capitis dolores, corporis conſumptio, H maraſmus, ac lenta febricula, necnon id generis alia exiſtunt. Alios etiam enumerat morbos Zacchia, qui huiuſmodi afferunt impedimentum, & cum non magis hi ad Medicorum pertinere, quàm ad Iuriſperitorum cognitionem videantur, Lectorem propterea ad ipſum remitto.

Illa verò quoad impedimenta, quæ ad corporis pertinēt diſpoſitionem hęc I reliqua inter, afferuntur à Zacchia. In primo quidem, prægrandis vbi, luxurians, ac turgida membrorum, inferioriſque compago ventris habeatur; deinde vbi valetudine quicumque laborat, & debilis exiſtit, neutiquam fermè ad perpetiendam, reputauit idoneum à torturam in *num.* 15. cum vterque ob imbecillitatem facilè ſub tormentis peſſimè agitari valeat. Corporis etiam ſpe- K ctare ad diſpoſitionem certum eſt, vt conſideretur; an ieiuno exiſtat repletone corpore homo, an de recenti famis rabiem eſcis eſatiauerit, potuque ſitis extinxerit ſummam, vt aduertit Farinac. *dicta quæſt.* 30. *num.* 33. Guazzinus *dicta defenſ.* 30. *cap.* 4. *num.* 20. tario aſſignatur à Zacchia *ſub num.* 16. Nè tranſuerſa compreſſio eueniat, ſæpè, ex

quo

A quo reddi crebior reſpiratio poſſit. Vt
pari forma ne vomitus illo eueniat ex
actu, & ſuffocationis occurrat pericu-
lum. Qua de cauſa iure quidem optimo
in obſeruantia eſt, vt torturam, per de-
cem ſaltem horarum ſpatium cibus an-
tecedat.

Exempta hoc etiam prægnanti tumi-
dæ vtero mulieres è tormento ſunt, vt
probat Text. *in l. prægnantes, ff. de pœnis,*
B ne partus periculũ patiatur, cuius ver-
ba hæc: *Prægnantibus mulieribus conſu-
menda damnata pœna differtur, quoad pa-
riat; ego quidem, & ne de ea quæſtio ha-
beatur ſic obſeruaui, quamdiù prægnãs eſt.*
Gomez *ſupra citato cap.13. num.3. verſ.
item reperitur prohibita mulier prægnans.*
Clarus *in ſæpè citata quæſt. 64. verſ. qua-
ro modo*, & cæteri apud Farinaceum
dicta quæſt. 41. num. 78. Adde quod
C expectare opus eſt, vt poſtquam ſequu-
tus fuerit fętus quadraginta curſus die-
rum fuerit elapſus; vt adduci torturam
permittatur: vt ſupra citati aſſueuerunt
DD. & ampliationem Farinaceus fecit
*num.*79. qui etiam voluit *ſub num.* 80.
Quod ſi è Genitrice lac puer ſuſcipit,
nec vllo modo nutrix ad hoc muneris
faciendum reperitur, minimè ſubijci
tormentis conceſſum eſt: citat Marſil.
Carrer. & cæteros, qui ibi videri poſſũt.
D qui pariter *in num.* 89. Huius generis è
tormento, & lingua, à natura, & auribus
impeditũ excepit: ſignis etenim haud
equidem poſſunt propriæ oſtendere
voluntatis conceptum. Seruos quoque
dominũ aduerſus tormentis ſubijci ne-
quaquam decet; niſi & cauſæ à iure ex-
preſſæ interueniant: vt voluere Docto-
res penes Farinac. *n.*94.

E Ad hoc tandem regulam pręfigi cer-
tum eſt; quod omnes, quæ ad tormenta
duci minimè de iure valent, Principis
tamen è ſcientia, vel mandato non pro-
hibentur. *l. nullus, C. ad leg. Iul. Maieſtat.*
Farinac. *num.*110.

DE TORTVRA, F

eiuſque gradibus.

Cap.5.

QVO itaque in caſu, qui de deli-
cto ſuſpecti, habiles ad torturæ
tormentum fuerint reperti,
ad illam nequaquam ex abrupto; ſed G
gradibus adhibitis conuenit procedi;
cum exordium ex monitis ſuſcipiatur,
ad minas poſtmodum, ac ad terroris
incuſſionem fiat progreſſus tormento-
rumque ad locum ſucceſſiuè delinquẽ-
tis efficiatur deductio. Deindè verò pro-
prijs denudetur veſtibus corpus (nec
mora) manus funè præſtringantur: vt
ad quamdam, at leuem torturam, poſt
ipſam ad grauiorem, ac dehinc grauiſ- H
ſimam procedatur, Ex Doctoribus er-
go varios præfigi torturæ gradus firmũ
eſt, vt notum Iuſtitiario ſit, qua ſuo re-
gulam ponere arbitrio ratione compel-
latur: quos inter Clarus eſt, qui in
*practica crimin: quæſt.64. verſic. nunc de
gradibus*. Triplicem poſt medium con-
ſtitui gradum affirmauit. Et primum eſ-
ſe territionem dixit, ex qua non ſolum
minas eſſe comprehenſas, ad tormen- I
torum at etiam locum conductionem,
corporis expoliationem, ligaturamque
incluſam ipſius è ſententia habemus.
Poſteriorem vbi reus in tormentis po-
nitur, ac in altum extollitur, nec non
ibidem per notabile alicuius ſpatium
temporis moram facit. Tertium deni-
que videmus, quando non ſolum tor-
mentis ſubijcitur reus, & in ſuſpenſio-
ne cogitur permanere. Singulo quo in K
euentu, ac etiam gemino, aut triplici
funis ictu quaſſatur. Farinaceus verò in
ſæpè *citata quæſt.*38. *num.*40. Quinque
torturæ diuiſionem in gradus fecit. Et
primum illum dixit exiſtere, cum Iudi-
cis è iuſſu reus veſtibus exuitur, liga-
mina ducuntur, funis applicatur, ac ita
in ordine conſtituitur, vt nihil ad tor-
turam, niſi ſola debeat eleuatio inter-

A uenire. Et hunc adhiberi gradum ex
Iudice aſſerit, vbi leuia interſunt indi-
cia, nec ſufficientem continent vigorē,
vt ad plenam deueniatur torturam, quā-
uis benè ſuſpectus cognoſci delinquens
poſſit: vt etiam ſi quos torqueri nego-
tium poſcat debilis corporis, timidi,
nulliuſque animi, ac mollis videat di-
ſpoſitionis, & huiuſmodi licèt appara-
tus nulla dici tortura valeat forma: ex
B eo quia nec afflictio artubus, nec dolor
membris incutitur; quoniam tamen
animi torquent tranquillitatem, menti-
que illius ob cruciatus timorem non
parum & doloris afferat, & tormenti
largo propterea torturam nominare
modo minimè prohibetur, vt ipſe affir-
mare non dubitauit, & citat Follerium
in practica crimin. in verbo, rei indurati
torquentur, nu. 16. Riminald. *conſil.* 395.
C *num.* 44. *col.* 4. Poſteriorem torturæ gra-
dum eſſe ex illo recipimus, quo in caſu
ſublimè reus attollitur, & pro breui
temporis interuallo in ipſo detinetur,
cùm nulla tamen adhibeatur quaſſatio,
quo velut leui, vti, Iudici eſt permiſ-
ſum, vbi magis, quàm primo in gradu
ſuſpectum exiſtimat reum, plenamque
tortitæ probationem fuerint indicia, non
tamen plena ſunt, & proxima, vt ad
D duriorem, grauioremque deuenire tor-
turam permittatur: aſſert Ghirlandum
de quæſtion. & torment. quæſt. 4. *verſic. ſe-*
cundus gradus torturæ eſt: Hippolyt. Ri-
minald. *dicto conſil.* 395. *num.* 45. *lib.* 4.
Bertazol. *conſil.* 45. *num.* 15. *lib.* 1. Tertio
illo in caſu gradum affirmat interueni-
re, quo reus per duorum miſerere ſpa-
tium in tortura detinetur, aut maioris
temporis curſu, cum nulla tamen adſit
quaſſatio; & tunc ad iſtud deſcendere
E opus eſſe affirmat, plena quando, ac
plenè probata fuerint indicia, vel cum
atrox delictum haud exiſtit, aut ſi tale
habetur, nobili tamen ſanguine, vel ho-
neſta, & conditione ſit, & fama delin-
quens: adducit DD. ſupra citatos, &
Foller. *in ſua practica, in verbo rei indu-*
rati torqueantur, num. 17. *verſic. tertius*
gradus eſt, & Corrad. *in rubric. de neg.*

crimin. torment. num. 41. Quartum autem F
tunc videmus gradum, vbi reus lon-
giori tēpore in torturæ cruciatibus per-
manere compellitur, aut ſcilicet per
tertiam vnius horæ partem, vel illius
medietatem, aut per geminas eius par-
tes, vel tandem, per integrum ſingulæ
ſpatium, cum vel vnus, vel gemini fu-
nis ictus, vel quaſſationes, aut plures
efficiantur: quem equidem ad gradum
nullo deſcendere modo, niſi & acriora, G
& aptè probata occurrant indicia; & ob
id maximum in reo ſuſpectum interue-
niat, quod fortia retineat membra, &
atrox videatur, grauiſque crimen ſcan-
dali. exemplum conſtituunt; in magnæ
furto rei, vel etiam ſacræ, ſacrilegij ſi
fuerit crimen perpatratum, maximæ
nex conſiderationis ſit commiſſa, &
Apoſtolicarum falſitas literarum con-
ſpiciatur: ex comprobatione Follerij,
Ghirlandi, Riminaldi, & Cartharij in H
locis ab eodem Farinac. ductis *ſub nu.*
48. Quintum denique illo intereſſe in
accidenti gradum affirmare non eſt ve-
ritus, quo reus in torturæ poſitus tor-
mento impudenti negat pertinacia de-
lictum, ipſamque nullo habere in pre-
tio torturam oſtendat; & hoc in euen-
tu ſi atrociſſima interueniant, maximi-
que momenti crimina, licitum fermè
eſt mandare, vt grauia planeis applicen- I
tur pondera, frigidæque latex dorſo
euoluatur aquæ in tortura: vt ſub *n.* 51.
aſſerit, & authoritatibus DD. qui ſu-
pra, & Flaminij Cartharij *in practica*
interrogandi reos lib. 4. *cap.* 1. *n.* 132.
Illud verò temporis ſpatium, per
quod reus debeat in tortura detineri
Iudicis dependentiam habet ex arbi-
trio; cum & perſonarum qualitas, de-
licti, ac indiciorum ſub conſiderationē K
ponatur: taliter vt funis tormentum
nulla quamlibet per vicem forma horæ
curſum exuperet, quarto licèt in gradu
inferri torturam neceſſitas poſtulet: vt
voluit Farinac. *in ſupra citata quæſt.* 38.
num. 54. Et quæcumque quoniam circa
momenta menſuram opus eſt venire:
ſolitum propterea ex vſu eſt Clepſydrã

A in torturæ loco adeſſe, vt quicumque
horæ lapſus valeat cognoſci.

Cuiuſmodi equidem torturæ crucia-
tus ſemel reo ductus iterum repeti po-
teſt, æquis vbi ex cauſis ad illum iterũ
deuenire erit neceſſe. Scapuccinus *de*
iure non ſcripto lib.5. cap.108. num.14. &
15. Clarus *dicta quæſt. 64. verſ. vltimo.*
Si criminis nimirum poſtulet id imma-
nitas, rei conditio conſideretur, ad-
B ductæque grauitas torturæ perpenda-
tur, & leuitas indiciorumque delin-
quentem aduerſus venientium ad exa-
men vocetur natura. Clarus *quæſt. 194.*
verſic. debet igitur. Et quamuis ad hoc,
vt ſibi torturæ repetitio locum vindi-
cet, ex communi Doctorum ſententia
requiratur, vt noua, & primis addita
interſint indicia. Carrer. *practica crimin.*
cap. circa ſextum; & deceat, vt diuerſi
C ea generis adſint, vt voluit Clarus *dicta*
quæſt. 64. verſic. vltimo videndum. In
practica tamen rerum magiſtra poſitum
videmus, vt prudenti Iudicis arbitrio
torturæ fiat repetitio. Scapuccin. *d. cap.*
108. *num.* 11. Clarus *loco citato*. Quod
equidem, cum nulla veniat difficultas,
tranſit, primæ vbi torturæ tormentum,
prædictis in conſiderationem vocatis,
leue fuerit, ex Carrerio, & Claro in
locis ſupra citatis. Aut etiam ſi vt man-
D datoris demonſtrentur ſocij, aliaque
delicta, & commiſſi cauſæ criminis ex-
plicentur: vt ſcripſit Carrerius *dicto*
nu.6. & Clarus *dicta quæſt.64. verſ. ſuc-*
ceſſiuè.

Stylus atenim, quem in obſeruatio-
ne ponere Criminaliſtæ ſolent, vbi re-
petere torturam velint huiuſmodi eſt:
vt nimirum illa breui tempore, puta
E per dimidiam horæ partem prima infe-
ratur vice; quod ſi reus ſuis eam pro
viribus toleret, acriùs poſtmodum ipſa
conficiatur, indica per integræ ſpatium
horæ. Clarus *dicta quæſt. 6. verſ. vltimo.*
Ipſam verò torturam repetere tertiam
vſque ad vicem eſt permiſſum, cum in
qualibet ter concuti reum minimè ve-
tetur; triplici ſcilicet ictu funis excru-
ciari non prohibetur. Cartar. *dict. pract.*
lib.4. cap.1. num.131. & ſequent. Quòd F
ſi negatiuum ſit dictum in carcerem
inijcitur, & purgata quoniam dictæ
medio torturæ ſint indicia, è carcere
cum fideiuſſione detrahitur. Cumia in
practica de modo procedendi ex abrupto
quæſt. 100. num.3. cum ſequenti. Sæpiùs
tamen, vehementia quo in caſu adue-
niunt indicia, & reus nimium malè de
ſua audiat fama, torturæ quamuis pro
ſua morte ſubſtinuerit tormentum, & G
in negatiuo permanſerit aſſerto aliquã
in extraordinariam pœnam, etiã trien-
nium ad alicuius ſpatium temporis eum
impelli neutiquam prohibetur. Cla-
rus *dicta quæſtione 64. verſic. illata reo*
tortura, & verſ. in hoc propoſito.

Quo atenim in caſu in torturæ cru-
ciatu reus fuerit confeſſus, ſeſe delictũ
perpatraſſe, oportet, cum iuramento
abſque tormentorum formidine confeſ- H
ſionem ad Curiæ bancũ ratificari, quod
ante diem ſequentem, eadem hora mi-
nimè fiat. Nec quidquam intereſt, ſi
feſtus aliquando dies interponitur, &
mora ſequentem trahitur ad diem: ex
eo quia cum facta ratificatio fuerit in-
nocentiç dari terminum reo eſt neceſſe,
cuius infra ſpatium propriam ipſe ad-
ſtringitur innocentiam demonſtrare: vt
dixit Burgius *de modo procedendi ex ab-* I
rupto quæſt. 160. num.11. & 13. Muta
ſuper cap. ritus 169. num.14. Et eo in ac-
cidenti actorum copiæ reo tribuuntur,
vt proprias valeat defenſiones propo-
nere; quod ſi præfixum infra ſpatium
exculpatiuas delicti rationes nec addu-
xerit, nec firmas reddiderit, & illud
fuerit elapſum ad condignam decet
punitionem deſcendere. Doctores pe-
nes Burgium *loco citato num.* 15. Ex con- K
feſſione etenim in torturæ tormento fa-
cta pedem remouere quiſquam non di-
citur, verbo quamuis, ſcriptoque pro-
priæ reuocationem intulerit confeſſio-
ni contrarij dempto quod legitimè
probationem fecerit: ita ex Farinaceo
quæſt. 39. num. 32. & ex Muta *in præ-*
fat. 7. titul. 2. num. 16. tom. 1. Burg. *loco*
citato n.17. & 18.

A Sed etenim ſi denuò cum facta fuerit torturæ repetitio ſeſe crimen affirmet reus perpatraſſe, ac poſtmodum ad faciendam adductus ratificationem ſuis reuocationem dictis intulerit, torturæ fieri permittitur repetitio, ac tertiam vſque ad vicem continuatio. Burgius *loco citato num.* 19. ſicque ſtatutum fuiſſe teſtatur per actum Viceregium in vim pragmaticæ editum in Regno B vigeſimo Octobris 5. Indiction. 1576. Ex qua venit diſpoſitio, quod ſi propria torti delicta perpatrauerint, ac triplici vice tormentorum extra locum dictis reuocationem adduxerint, & ratificare noluerint pro confeſſis reputentur, & conuinctis, atque velut ſi realiter, & conſtanter extra tormentorum partem ſuum confirmauerint aſſertum, & ipſos aduerſum, cum priùs datus innocentiæ terminus fuerit naturalis deuenire ad C mortis pœnam, iuxta delicti naturam eſt permiſſum.

Vbi autem innocentiæ infra terminum æquas attulerit delinquens defenſiones, per quas ipſius clarum quidquam de innocentia videatur: vel inualidè ipſum aduerſus fuerit ad torturã deuentum, & conſequenti modo nullã extitiſſe confeſſionem demonſtrauerit: tunc negat Burgius conceſſum eſſe, vt D confeſſionis vigore ad cõdemnationem fiat progreſſus: vt ex DD. authoritatibus dixit in *num.* 29. qui citat Farinac. *conſ.* 99. *num.* 56. *& quæſt.* 83. *num.* 1. Intrigliol. *ſingul.* 91. *lib.* 1. & cœteros ibi adductos. Et eo in caſu cum eos contra probationes rei euacuauerint, menſis infra ſpatium Capitanei compelluntur totius copiam elogij ad Regiam tranſmittere Theſaurariam: vt E Excellentiſſimi Proregis opera, quemadmodum congruum erit, prouiſio efficiatur: dempto quod ex eodem Excellentiſſimo fuerit ex commiſſione Capitaneis tradita poteſtas definitiuam, vt ad dicti elogij ſentẽtiam habito proprij Iudicis, Aſſeſſoriſque voto, & conſilio deuenirent. Vt pari forma effici ſolitum eſt, quo in caſu rei negatiuo extiterint in tormentis dicto: ex eo quia F Regiam quamuis mittere ad Theſaurariam elogium Capitaneis hoc pro effectu incumbat; ſuæ attamen ex Excellentiæ commiſſione valent illis prouiſionem, ſecundum eam, quæ iuris eſt, diſpoſitionem adducere: vt teſtatur idẽ Burgius *loco citato nu.* 32. in qua quidem *quæſt.* 100. nihil circa torturę practicam, tàm quo in caſu reus alienum torquetur in caput, quàm quo ſententia proferri G modo debeat, intentatum fuerit relictum, ad quem fieri recurſum oportet.

Quid autem Baronalibus, tàm circa ciuilis, quàm criminalis exercitium iuriſdictionis competat Capitaneis. Neutiquam ipſis permittitur, aliquid tractare, niſi & propriorum adſit Iudicum conſilium: vt poſt Fontanel. *de pactis nuptial. gloſa* 10. *clauſula* 4. *num.* 162. dixit H Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 4. *capit.* 17. *num.* 210. *fol.* 103. Quod multo magis vigorem continet, vbi demanialium de Capitaneis Ciuitatum, qui ex Regis, Proregiſque conſtituuntur arbitrio verba faciamus, quibus, vt propriam in cauſis rectè proferant ſententiam, fuerit Iudex tributus.

I DE CAPITANEORVM,

Eccleſiaſticas in perſonas iuriſdictione, & de mixti fori criminibus.

Cap. 6.

K ET ſi luce clariùs penes cunctorum ſententias extet omnium originẽ iuriſdictionum excelſo, velut earum fonte à Rege habere, ac ex ipſo Capitaneis illas fuiſſe datas. Capic. *deciſ.* 9. *ſub num.* 14. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1052. *num.* 7. Marta *deciſ.* 185. *num.* 2. Borel. *de Regum præſtantia cap.* 21. *nu.* 17. Maſtrill. *deciſ.* 300. Petrus de Gregorio *de conceſſione feudorum parte* 2. *quæſt.* 12. *num.*

A *num.* 13. Capiblanc. *de Baron. pragm.* 5. *num.* 34. Nacta *conſ.* 636. *nu.* 126. Giurba *conſil.* 59. *num.* 3. *& conſ.* 52. *num.* 24. Limitationem attamen huiuſmodi ſortitur facultas, proprijque infra limites territorij, in quo ſunt præfecti, nec illud vltra extenſionem excipit. Cuilibet propterea Capitaneo licet, vt ſuæ, in Ciuitate, ac etiam territorio, propriæ conſtituto facultati, deſumant iu- B riſdictionis exercitium, ne iniuriæ ad inuicem inferantur; quo in caſu quiſquam alterius contra voluntatem eius in ditione poteſtatem adhibeat. Giurb. *dicto conſ.* 52. *num.* 26. per Textum *in l. Diuus, ff. de ſeruit. ruſtic. prædior.* Proprij namque extra territorij fines minimè indicatur. *l. fin. ff. de iuriſdict. omn. Iudicum.* vbi latè Iaſon, Decius, & Hippolytus *cap. vt animarum de conſtit. in* 6. C *cap. à nobis, de ſententia excommunic. cap. nouit, de officio legati.* Et quamuis nemo in alterius iuriſdictione, illam ſibi vſurpans, aut quoquo perturbans modo, ſeſe debeat immiſcere, cum ſæcularis nonnulla, quædam Eccleſiaſtica, alia, quæ laicos aduerſus, & alia, quæ in clericos exercetur, extet iuriſdictio, pluros attamen ſunt caſus, regalis in quibus poteſtas Eccleſiaſticas contra per- D ſonas, plurimique, laicos in quibus Eccleſiaſtica extenſionem ſortitur, qui mixti fori nuncupantur, & ſuam Capitaneus facultatem, & Epiſcopi, eorumque Vicarij adhibere neutiquam repelluntur, de illis hac de cauſa verba inſtituam.

Mixtum ergo illud nominamus delictum, quod ciuilis, & canonicæ diſpoſitione legis pœnam excipit: vt notant E omnes *in cap. cum ſit generale, de foro competenti.* Soccinus *conſil.* 219. *n.* 7. *vol.* 4. Deciari. *lib.* 4. *cap.* 26. *num.* 63. qui in *num.* 64. affirmat, illo in caſu, quo ſæcularis habetur perſona, & punitio ex canonico imponitur iure, vtrique permiſſum eſſe, pœnam infligere: Laico perſonæ intuitu, Eccleſiaſtico pœnæ ratione, ac cæteros equidem caſus inter infraſcripti ex DD. cõſtituti vidētur. Et.

Nonnulli primo caſus occurrunt, F Regalis in quibus iuriſdictionis Eccleſiaſticos aduerſus homines conceſſa extenſio eſt, quos penes Doctores adnotatos reperimus, in quibus Capitaneis, velut Regis Miniſtris ſeſe ingerere minimè denegatur. Et conueniens eſt: ipſorum ne officium, aut etiam facultas in contemptum abeat. Et primus eſt, quem adducit Farinaceus *de inquiſitione quæſt.* 8. *à num.* 116. De commiſſo vbi G tractatur delicto, & Clericus capitur ad hoc, vt proprium ad Iudicem Eccleſiaſticum remittatur: hoc eoquod in caſu, ſi de fuga ſuſpectum interuenit, licito efficitur captura modo, & inijci in carcerem ex Capitaneo, ipſiuſque familia valet. Clarus *in pract.* §. *finali, quæſt.* 28. Decianus *lib.* 4. *tract. crimin. num.* 20. *tom.* 1. Boſſius *tit. de captur. nu.* 38. *& de foro competenti, num.* 150. Manoch. *de arbitr. caſu* 180. *num.* 23. Et H viginti per horarum ſpatium proprijs detineri in carceribus eſt illi permiſſum. Farinaceus *loco ſupra citato n.* 118. Bartolus *in l. capite quinto de adult.*

Deindè vbi ex Clerico minoribus inſignito ordinibus renũciationem clericatui adductam certum eſt, habitumque demiſſum non dubitetur; neceſſarium verò dicitur, vt longo tempore, I ſic ſeſe geſſerit, & tanto equidem, vt publicè tanquam laicus æſtimetur: eo quoniam in accidenti fori haud vti priuilegio velle, nec amplius Eccleſiæ ſeruitium præſtare iudicatur: ita Bonacina *de legibus diſput.* 10. *quæſt.* 2. *pun.* 1. §. 4. *num.* 14. Diana *parte* 4. *tract.* 1. *reſol.* 18. *& reſolut.* 43. Et tunc fermè cum Clericus abſque eoquod habitum deferat, ac tonſuram incedēs enormia commit- K tit crimina, poteſt equidem ex Capitaneo capi, trina licèt ſui Superioris monitio haud interfuerit: per Textum in *cap. ex parte, il ſecondo, de priuilegijs.* Farinaceus *dicta quæſt.* 8. *num.* 56. Decian. *dicto lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 90. Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 75. Quod etiam vigorem continebit, vilem vbi artem, vel infamem exercere cleri-

cus

A Sed etenim ſi denuò cum facta fuerit torturæ repetitio ſeſe crimen affirmet reus perpatraſſe, ac poſtmodum ad faciendam adductus ratificationem ſuis reuocationem dictis intulerit, torturæ fieri permittitur repetitio, ac tertiam vſque ad vicem continuatio. Burgius *loco citato num.* 19. ſicque ſtatutum fuiſſe teſtatur per actum Viceregium in vim pragmaticæ editum in Regno
B vigeſimo Octobris 5. Indiction. 1576. Ex qua venit diſpoſitio, quod ſi propria torti delicta perpatrauerint, ac triplici vice tormentorum extra locum dictis reuocationem adduxerint, & ratificare noluerint pro confeſſis reputentur, & conuinctis, atque velut ſi realiter, & conſtanter extra tormentorum partem ſuum confirmauerint aſſertum, & ipſos aduerſum, cum priùs datus innocentiæ terminus fuerit naturalis deuenire ad
C mortis pœnam, iuxta delicti naturam eſt permiſſum.

Vbi autem innocentiæ infra terminum æquas attulerit delinquens defenſiones, per quas ipſius clarum quidquam de innocentia videatur: vel inualidè ipſum aduerſus fuerit ad torturã deuentum, & conſequenti modo nullã extitiſſe confeſſionem demonſtrauerit: tunc negat Burgius conceſſum eſſe, vt
D confeſſionis vigore ad cõdemnationem fiat progreſſus: vt ex DD. authoritatibus dixit in *num.* 29. qui citat Farinac. *conſ.* 99. *num.* 56. & *quæſt.* 83. *num.* 1. Intrigliol. *ſingul.* 91. *lib.* 1. & cœteros ibi adductos. Et eo in caſu cum eos contra probationes rei euacuauerint, menſis infra ſpatium Capitanei compelluntur totius copiam elogij ad Regiam tranſmittere Theſaurariam: vt Ex-
E cellentiſſimi Proregis opera, quemadmodum congruum erit, prouiſio efficiatur: dempto quod ex eodem Excellentiſſimo fuerit ex commiſſione Capitaneis tradita poteſtas definitiuam, vt ad dicti elogij ſentẽtiam habito proprij Iudicis, Aſſeſſoriſque voto, & conſilio deuenirent. Vt pari forma effici ſolitum eſt, quo in caſu rei negatiuo extiterint in tormentis dicto: ex eo quia F
Regiam quamuis mittere ad Theſaurariam elogium Capitaneis hoc pro effectu incumbat; ſuæ attamen ex Excellentiæ commiſſione valent illis prouiſionem, ſecundum eam, quæ iuris eſt, diſpoſitionem adducere: vt teſtatur idẽ Burgius *loco citato nu.* 32. in qua quidem *quæſt.* 100. nihil circa torturę practicam tàm quo in caſu reus alienum torquetur in caput, quàm quo ſententia proferri modo debeat, intentatum fuerit G
relictum, ad quem fieri recurſum oportet.

Quid autem Baronalibus, tàm circa ciuilis, quàm criminalis exercitium iuriſdictionis competat Capitaneis. Neutiquam ipſis permittitur, aliquid tractare, niſi & propriorum adſit Iudicum conſilium: vt poſt Fontanel. *de pactis nnptial. gloſa* 10. *clauſula* 4. *num.* 162. dixit Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 4. *capit.* 17. H
num. 210. *fol.* 103. Quod multo magis vigorem continet, vbi demanialium de Capitaneis Ciuitatum, qui ex Regis, Proregiſque conſtituuntur arbitrio verba faciamus, quibus, vt propriam in cauſis rectè proferant ſententiam, fuerit Iudex tributus.

DE I

CAPITANEORVM

Eccleſiaſticas in perſonas iuriſdictione, & de mixti fori criminibus.

Cap. 6.

ET ſi luce clariùs penes cunctorum ſententias extet omnium originẽ K
iuriſdictionum excelſo, velut earum fonte à Rege habere, ac ex ipſo Capitaneis illas fuiſſe datas. Capic. *deciſ.* 9. *ſub num.* 14. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1052. *num.* 7. Marta *deciſ.* 185. *num.* 2. Borel. *de Regum præſtantia cap.* 21. *nu.* 17. Maſtrill. *deciſ.* 300. Petrus de Gregorio *de conceſſione feudorum parte* 2. *quæſt.* 12. *num.*

A *num.* 13. Capiblanc. *de Baron. pragm.* 5. *num.* 34. Nacta *conſ.* 636. *nu.* 126. Giur-
ba, *conſil.* 59. *num.* 3. *& conſ.* 52. *num.* 24.
Limitationem attamen huiuſmodi ſor-
titur facultas, proprijque infra limites
territorij, in quo ſunt præfecti, nec il-
lud vltra extenſionem excipit. Cuili-
bet propterea Capitaneo licet, vt ſuæ,
in Ciuitate, ac etiam territorio, pro-
priæ conſtituto facultati, deſumant iu-
B riſdictionis exercitium, ne iniuriæ ad
inuicem inferantur; quo in caſu quiſ-
quam alterius contra voluntatem eius
in ditione poteſtatem adhibeat. Giurb.
dicto conſ. 52. *num.* 26. per Textum *in l.*
Diuus, ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. Pro-
prij namque extra territorij fines mini-
mè iudicatur. *l. fin. ff. de iuriſdict. omn.*
Iudicum. vbi latè Iaſon, Decius, & Hip-
polytus *cap. vt animarum de conſtit. in 6.*
C *cap. à nobis, de ſententia excommunic. cap.*
nouit, de officio legati. Et quamuis nemo
in alterius iuriſdictione, illam ſibi vſur-
pans, aut quoquo perturbans modo,
ſeſe debeat immiſcere, cum ſæcularis
nonnulla, quædam Eccleſiaſtica, alia,
quæ laicos aduerſus, & alia, quæ in cle-
ricos exercetur, extet iuriſdictio, plu-
res attamen ſunt caſus, regalis in qui-
bus poteſtas Eccleſiaſticas contra per-
D ſonas, plurimique, laicos in quibus
Eccleſiaſtica extenſionem ſortitur, qui
mixti fori nuncupantur, & ſuam Capi-
taneus facultatem, & Epiſcopi, eorum-
que Vicarij adhibere neutiquam repel-
luntur, de illis hac de cauſa verba in-
ſtituam.

Mixtum ergo illud nominamus de-
lictum, quod ciuilis, & canonicæ diſpo-
ſitione legis pœnam excipit: vt notant
E omnes *in cap. cum ſit generale, de foro cō-*
petenti. Soccinus *conſil.* 219. *n.* 7. *vol.* 4.
Decian. *lib.* 4. *cap.* 26. *num.* 63. qui in
num. 64. affirmat, illo in caſu, quo ſæ-
cularis habetur perſona, & punitio ex
canonico imponitur iure, vtrique per-
miſſum eſſe, pœnam infligere: Laico
perſonæ intuitu, Eccleſiaſtico pœnæ
ratione, ac cæteros equidem caſus inter
infraſcripti ex DD. cōſtituti vidētur. Et

Nonnulli primo caſus occurrunt, F
Regalis in quibus iuriſdictionis Eccle-
ſiaſticos aduerſus homines conceſſa ex-
tenſio eſt, quos penes Doctores adno-
tatos reperimus, in quibus Capitaneis,
velut Regis Miniſtris ſeſe ingerere mi-
nimè denegatur. Et conueniens eſt: ip-
ſorum ne officium, aut etiam facultas
in contemptum abeat. Et primus eſt,
quem adducit Farinaccus *de inquiſitione*
quæſt. 8. *à num.* 116. De commiſſo vbi
tractatur delicto, & Clericus capitur G
ad hoc, vt proprium ad Iudicem Ec-
cleſiaſticum remittatur: hoc eoquod in
caſu, ſi de fuga ſuſpectum interuenit,
licito efficitur captura modo, & inijci
in carcerem ex Capitaneo, ipſiuſque
familia valet. Clarus *in pract.* §. *finali,*
quæſt. 28. Decianus *lib.* 4. *tract. crimin.*
num. 20. *tom.* 1. Boſſius *tit. de captur. nu.*
38. *& de foro competenti, num.* 150. Ma-
noch. *de arbitr. caſu* 180. *num.* 23. Et H
viginti per horarum ſpatium proprijs
detineri in carceribus eſt illi permiſ-
ſum. Farinaccus *loco ſupra citato n.* 118.
Bartolus *in l. capite quinto de adult.*

Deindè vbi ex Clerico minoribus
inſignito ordinibus renūciationem cle-
ricatui adductam certum eſt, habitum-
que demiſſum non dubitetur; neceſſa-
rium verò dicitur, vt longo tempore,
ſic ſeſe gesſerit, & tanto equidem, vt I
publicè tanquam laicus æſtimetur: eo
quoniam in accidenti fori haud vti pri-
uilegio velle, nec ampliùs Eccleſiæ ſer-
uitium præſtare iudicatur: ita Bonacina
de legibus diſput. 10. *quæſt.* 2. *pun.* 1. §. 4.
num. 14. Diana *parte* 4. *tract.* 1. *reſol.* 18.
& reſolut. 43. Et tunc fermè cum Cleri-
cus abſque eoquod habitum deferat,
ac tonſuram incedēs enormia commit- K
tit crimina, poteſt equidem ex Capita-
neo capi, trina licèt ſui Superioris mo-
nitio haud interfuerit: per Textum in
cap. ex parte, il ſecondo, de priuilegijs. Fa-
rinaccus *dicta quæſt.* 8. *num.* 56. Decian.
dicto lib. 4. *cap.* 9. *num.* 90. Barboſa de
iure Eccleſiaſt. lib. 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 75.
Quod etiam vigorem continebit, vilem
vbi artem, vel infamem exercere cleri-
cus

Digitized by Google

A cus neutiquam dubitauerit, quem, ſi per continui ſpatium anni hoc fuerit actum, aut etiam tertia illata fuerit monitio, nec deſiſtere voluerit, conueniri ex Capitaneo poſſe certum eſt. Bonac. *de cenſuris in Bulla Cœnæ diſput.*1.*quæ.*16. *ſect.* 1. *punct.*6. *num.*11. *&* 15. Riccius *de iure perſon.extra gremium Eccleſ. exiſt. lib.*7.*cap.*5.*num.*12.*&* 22.

Aſſaſſinij quo in caſu, tertio, ſcelus
B fuerit è Clerico commiſſum; tunc etenim, quamuis haud illata degradatio fuerit, excipere Capitanei opera punitionem poteſt: vt voluerunt Doctores penes Graſſiam *de nobilit.gloſ.*9.*num.*29. per Textum *in cap.* 1. *de homicidio in* 6. Couar. *in tract. de homicidio par.*2. *nu.*9. Farinac. *loco citato num.*82. Firmum tamen prius eſſe debet aſſaſſinum exiſtere clericum. Farinac. *num.*85. Quæ etenim iuriſdictionem qualitas præbet certa
C reddi ante cætera debet. Farinaceus *num.*86. per Textum *in l.* 2. §. *ſed ſi dubitatur*, *ff. de iudicijs*, *l. ſi quis aliena*, *ff. eodem.* Bartolus *in l. multum*, *ff. de cond. & demonſt.* vide Giurbam *conſ.*49.*n.*18. *& conſ.*48.*n.*17. *&* 18.

Vbi quarto quiſquam, commiſſum poſtquam fuerit delictum, fraudulenter, vt dignam aufugeret pœnam, Cle-
D rici, vel Monachi gradum aſcendere viſus ſit, ex Capitanei quoniam facultate valet adhuc puniri. Farinaceus *loco citato num.*104. ex doctrina Dyni, *& l. idem Vlpianus*, *ff. de excuſatione tutorum.* Bartoli *in l.prima*, *ff.de pœnis*, *& in l.quadam puella*, vbi Iaſon *in* 3. *col.ff.de iuriſd. omnium Iudicum.* Quo enim in caſu excipere punitionem delicta debent, nequaquam ſententiæ: ſed perpatrati tē-
E pus criminis conſiderari opus eſt. Farin. *num.*105. per Text. *in l.* 1. vbi Doctores *ff. de pœnis*, *l. iniuriarum æſtimatio*, *ff. de iniurijs.*

Quando quinto Clericos aduerſus, facinorum ſectatores, ſicarioſque, ac etiam graſſatores, nec non latrocinia perpatrantes, atque ex inſtituto pacem, ac Reipublicæ tranquillitatem euoluētes pœnam inijcere Eccleſiaſtici recu- F
ſent Iudices: ex eo quia cum Eccleſiaſticis expoſcatur Iudicibus, vt punitionem inferant, illique hoc negligere videantur, ſæcularis equidem Iudex, vt Reſpublica in ſereno, quietoque confirmetur ſtatu, licita poterit forma ſeſe in cauſa verſari, & ordinis cuiuſcumque ac gradus exiſtat in clericum animaduertere: vt ſcripſit Graſſia *loco ſupra cit. num.*30. ex authoritate Michaelis de Palacius *in* 4. *diſtinct.* 25. *concl.*5. G

Cum ſexto de perpatrando per Clericum crimine agitur, quoniam vt futuro impedimentum delicto ponatur capturam de illo facere Capitaneo cōceditur: vt dixerunt Doctores penes Farinaceum *dicta quæſt.*8.*num.*120. Hoc attamen punitionis haudequidem reſpectu, at, vt facinus depellatur, quod exiſteret poſtmodum ineuitabile, decens eſſet. Menoch. *de arbitrar.caſ.*180. H
num. 21. Et id præſertim efficaciam includit, de fraganti vbi agitur delicto, ex lege namque obtinere mandatum Capitaneus dicitur, vt capturam de malefactore faciat. *l. raptores*, C. *de Epiſcopis*, *& Clericis*, *l.capite* 5.*ff. de adulter.* Poſtmodum attamen ad proprium Eccleſiaſticum Iudicem de illo debet remiſſio fieri. Boſſius *de foro competenti*, *num.*150. Clarus §. *fin.quæſt.*128. *verſ. ſi verò loquimur.* Farinaceus *loco cit. ſub num.*122. I

Quo in euentu ſeptimo bonorum emptor Clericus retractus conueniri iure debet: poteſt etenim è ſęculari hoc agi Iudice: ex doctrina Triuiſani *deciſ.* 34. *parte* 2. & Giurbæ *deciſ.*25.*num.*10. *& obſeruat.*2. *num.* 18. quo in loco proprię ſuſcipit defenſionem ſententiæ in Antonium de Marinis *reſolut.*55.*num.*6. K
Text. enim *in cap. conſtitutus de in integ. reſtitutione.* Retrahentis coram Iudice retractum fieri permittit: reus etenim minimè actor exiſtit: diffamante quemadmodum in Clerico hoc euenit, quem ſæcularis in aſpectu Iudicis, non autem Eccleſiaſtici conueniri opus eſt: vt ex 18. Capicij *deciſ.* habemus.

Si octauo ſeditionum tumultus è

Cle-

A Clerico commoti, aut rixæ eſſent, ne-
que ſtatim Eccleſiaſticus inueniretur
Iudex, qui eius cohibere inſolentiam,
poſſit: clericalem etenim exemptionem
ſeditionis haudequidem eſſe cauſam,
criminis incentiuum, aut irriuerentiæ
præbere anſam decet: ſic poſt Innocen.
in cap. cum non ab homine, *de iudicijs*, *&*
in cap. vt fama, *de ſenteut. excommunic.*
tenet Graſſia *de nobilit. gloſa 9. num.* 31.
B quo aſſerit in loco è clericatus dignita-
te peccandi nequaquam tribui facultatem,
at benè viuendi neceſſitatem opor-
tere. Bouadil. *in lib. 2. politic. cap.* 18. *nu.*
12. *caſu* 33. Qua ſcriptum in parte reli-
quit; quod, vbi ſeditioſus, ac Reipu-
blicæ pacis perturbator Clericus habe-
retur, permiſſum eſt temporaliter è Re-
gno depelli, & ſi Sacerdos exiſteret.
Immò & de ipſo fieri capturam conceſ-
C ſum eſt Eccleſiaſticus ſi Iudex illìc non
interueniret.

Cum nono fuerit è Clerico quædam
confecta Capitanei ſpectans ad officiũ,
aut iuriſdictionem, vel ipſius in con-
temptum, offenſa; voluit enim hoc in
caſu Graſſia *num.* 32. Neutiquã veritum
Capitaneo eſſe, vt huiuſmodi capturam
faciat de Clerico, illumque in carcerem
inijciat: per Textum *l. addictos*, C. *de*
D *Epiſcopali audientia*. Ex quo affirmatur
hoc varijs contingere modis poſſe. Ac
primo ſęcularem vbi Iudicem aduerſus
perpatratum fuiſſe delictum, aut ipſius
in aſpectu certum ſit: per Textum *in l.*
ſi quis fortè, §. *ſi quos*, *ff. de pœnis*. Statu-
tum qua de cauſa eſt, illum, qui per
impudentiam loqui ſæculari coram Iu-
dice minimè dubitat, capi congruum
eſſe, & ,è Clericorum quamuis nume-
E ro eſſet, in carcerem inijci, temporalis
ne iuriſdictio in contemptum abiret, ac
illuſoria redderetur. Alexand. *in l. ſeſe*
non obtulit, §. *ſi ex conuentione*, *ff. de re*
iudicata. Speculator. *in tit. de iuriſdictio.*
omnium Iudicum, *verſ. fin.* Vt pari forma
ſi regiam ſibi iuriſdictionem vſurpaſſet,
eum quidquam; vel occuparet, vel im-
pedimentum poneret. Graſſia *loco citato*
ſub n. 32. per Text. *in c. ex parte de verb.*
ſignif.

Si decimo ad ſæcularis apicem offi-
cij aſſumptus fuiſſe Clericus videatur: F
illo ex eo quia in caſu nullo modo foro
gaudere illum decens eſſe de conſue-
tudine oſtendit Giurba *conſ.* 96. *nu.* 11.
Cum minimè Clerico denegaretur ſui
excuſationem adducere; quapropter
cum exceſſus aliquid in illo commiſe-
rit, ipſi ſtultitiæ eſt vertendum. Graſſ.
de effectib. cleric. effectu 1. *nu.* 850. Mar-
cabrunus *conſil.* 44. *num.* 50. *cum ſequen.*
Vbi enim officium clericus acceperit, G
velut contrahere, Regijque, vnde offi-
cium prouenit, ſeſe iuriſdictioni ſubij-
cere videtur. Giurba *d. conſ.* 96. *nu.* 24.
Graſſia *d. gloſa* 9. *n.* 33.

Si de Clerico vndecimo facta in de-
poſitarium electio fuerit, illeque depo-
ſiti reſtitutionem facere in Laici Tribu-
nali Iudicis promiſſum iniecerit, eo nam
in euentu, nulla quamuis inſit Capita-
neo iuriſdictio, vt Clericum depoſiti H
ad reſtitutionem cogat, permiſſum at-
tamen eſt iſtiuſmodi Clericum ad red-
dendum illud declarare. Marta *de iuriſ-*
dictione parte 4. *centur.* 2. *conſ.* 104. *nu.* 9.
& alij penes Dianam *part.* 1. *tract.* 2. *de*
immun. Eccleſ. reſol. 27.

Duodecimus adeſt caſus, vbi de re-
conuentione tractatur, ſi nimirum ſæ-
cularem quemquam in Laici aſpectu
Capitanei conuenerit Clericus: quo- I
niam tunc minimè prohibetur, eodem
poſſe coram Capitaneo illum reconue-
niri, infraſcriptæ dummodo quod in-
terueniant conditiones. Ac primo qui-
dem, quod litis in principio, non verò
illius, poſtquam fuerit conteſtatio facta,
ſit reconuentio iniecta. Deindè nè cri-
minali ortum excipiat reconuentio ex
cauſa, ciuili quamquam fuerit medio K
intentata. Tertio ne ſpirituale illa cir-
ca negotium efficiatur, nec illam quoad
rem, quæ ſpirituali ſit annexa. Quarto,
quod nulla Clericus ratione inijci car-
ceribus pro cauſa valeat. Et quinto,
quod neutiquam ſit lis è laico ſub ſpe
clericum in ſæcularis Capitanei Tribu-
nali reconueniendi, fuerit affectata: de
quibus omnibus Diana *parte* 4. *tract.* 1.

Eee *re-*

Digitized by Google

A *reſolut.65. & reſolut.*165.Barboſa *de iure Eccleſiaſt. cap.39. num.* 137. vbi plures addit conditiones: hoc attamen aduerti oportere aſſerit Diana *in dicta reſolut. 65. in fine.* quod huiuſmodi in reconuentione licitis effecta in cauſis, vbi clericum ex Capitaneo condemnationem excipere contigerit, nullo modo per ipſius operam, aut in perſona, aut in rebus effici exequutionē decens
B erit, at Eccleſiaſtico remitti cauſam Iudici erit neceſſe: Vrſil. *decif.*137.*n.*2. vt æquali ratione immò recondere Capitanei debent pectore minimè licitum eſſe reconuentionis etiam per modum clericos vexare: per Textum *in cap. qualitèr, & quando de iudic.* Cartar. *deciſion. crimin.*66. *num.*61. Gammacurta *de immunit.lib.*5.*cap.*14. *nu.*2.

Dum decimotertio laudatus haberetur clericus, vt laici defenſionem
C ſuſciperet emptoris, eo quoniam in caſu in Capitanei aſpectu, coram quo emptoris facta conuentio ſit, ſuſcipere defenſionem debet: Barboſa *de iure Eccleſiaſtico dicto cap.*39. §.2.*num.*107. Molina *de iuſtitia, & iure, tract.*2.*diſp.*380. *verſic. quando venditor.* Bonacina *tom.*2. *diſput.*1. *quaſt.*16. *puncto* 5.*n.*16. Grammat. *decif.*21.*n.*7. *& ſeq.*

Vbi Clericus decimoquarto incen-
D diarius exiſteret, vel etiam ignis appoſitoribus, aut conſilium dederit, aut opem tulerit, vel animum ſuis accenderit dictis; iſto quoniam in facinore illum è Capitanei facultate decet cognoſci, cum neutiquam clericalis debeat fori priuilegio gaudere. prout ſcripſit Giurba *conſ.*48. *num.* 14. Adde quod huiuſmodi hominem ex eccleſiaſtica depelli immunitate opus eſſe affir-
E mauit; per Text. *in cap. ſi quis membrorum* 23. *quaſt.* 8.

Quo decimoquinto in caſu proprio in incorrigibilem fuiſſet è Superiore declaratus, ex eo quia ſi cum trina præceſſerit monitio, effrænem haud moderaretur vitam, nec diſſolutos corrigeret mores, ſeſeque perpatrandis emēdaret è vitijs, delictiſque iure quidem optimo, clericali quamuis in habitu F
incederet, ac tonſura, permiſſum Capitaneo eſſet illum cognoſcere, ac emeritam infligere punitionem; vt voluerūt Canoniſtæ, & præcipuè Ioann. Andreas, & Aret. *in cap. cum non ab homine, de iudicijs.* Couarr. *cap.* 32. *in pract. nu.* 2. *verſic. ſecundo.* Clarus §. *fin. quaſt.* 36. *num.*37. Boſſius *in pract. tit. de foro competenti num.*31. Follerius *in verbo audiatur excuſator.num.*40. Decian.*tract.crim.* G
*lib.*4. *cap.*9.*n.*130. Bouadil. *lib.*2. *Politic. cap.*18. *n.*113.

Si decimoſexto falſum clericus deponere ipſius in Capitanei aſpectu, minimè dubitauerit: eoquod adduci ex illo punitio valet. Decianus *loco citato num.* 82. Ex quo exponitur hoc taliter eſſe intelligendum, vt Capitaneus neutiquam ad procedendum ex alicuius accuſatione laici, ſed ex officio impel- H
latur, ac ciuilitèr in bonis, illius faciat condemnationem: criminalem namque circa pœnam Eccleſiaſtici opus eſt illū ad Iudicis facultatem remitti, quemadmodum eſt ſententia Federici de Senis *conſil.*93.*col.*3. *verſ.item ad id, quod obijcitur ſub num.*2.

Cum decimoſeptimo, clericus armatæ ſe militem conſtituerit militiæ, armaque tractare in prælijs, bellicoque ſeſe I
immiſcere tumultui non veretur, nam clericalis ipſo iure iacturam priuilegij facit, ac ſi ordinarium commiſiſſe delictum videatur, ſubire punitionem Capitanei opera cogitur: vt authoritate Innocent. *in cap.* 1. *de Apoſt.* Gloſa *in cap. final. de Clerico non reſidente*, ac reliquorum Doctorum tenet Decianus *loco citato num.*87. Caſſaneus verò ſuper *conſuetud. Burgund. rubrica prima, Des Iuſtices*, §. 5. *col.*186. *num.* 54. Allata K
neutiquam ſimplici intelligit de militia, ſed ſæua vbi pertractantur arma, qua de cauſa illum adeas, quo in caſu huiuſmodi ſuſcipere tutamen Clerici veli s.

Quando decimo octauo inculatoris, motionisue gerat officium Clericus, ac bina, ternaque excuſſus monitione haud-

A haudequidem deſtiterit, hunc quoniam
ipſo iure clericali priuari priuilegio ne-
minem latet: Caſſaneus *loco ſupra citato*
ſub num. 55. Decianus *dicto cap.* 9. Ad-
das etiam hoc retinere vigorem in cle-
rico ſacris conſtituto in ordinibus iuxta
Geminiani,& Caſſanei *loc cit.* ſententias.

Vbi decimonono coniugato veſtes,
clericalemque tonſuram è clerico mi-
nimè deferri patens ſit. *cap.* 1. *de clerico*
B *coniugato*. Hunc namque clericali neu-
tiquam gaudere priuilegio certum eſt:
quod intelligit Caſſaneus *loco citato ſub*
num. 57. *verſ. decimo fallit*. Perpatrati
quando tempore delicti clericali & ha-
bitu nudus eſſet, ac tonſura, quod ex ad-
uerſo accidit, cum antea, vel poſt illa
dimiſerit, ex eo quia nequaquam ex
hoc clericalis debet iacturam priuilegij
facere, ſi commiſſi tempore criminis
C habitum demonſtraret, ac tonſuram.
Alexan. *conſ.* 8. *col. fin. vol.* 1.

Hoc etiam denique in bigamo pro-
cedit, vbi verè bigamus haberetur, du-
plici nimirum ex matrimonio, aut etiã
ex non virgine: at ſi contraxiſſe cum
corrupta, è ſe ſolo, aut alius opera con-
ſpiciatur, aut etiam ſi neutiquam con-
ſumatum fuerit matrimonium, vel etiã
ſi duplex inieuerit matrimonium vnum
D tamen ſolummodo fuerit conſũmatum,
aut ſi huiuſmodi bigamiam interpreta-
tiuam ex ipſo contractam conſtet, poſt-
quam initum cum vnica, & virgine ma-
trimonium fuerit, adulteri etiam noto-
rij vxorem cognoſceret fori nulla ratio-
ne priuus euadit priuilegia, ex Gloſa
in cap. 1. *de clerico coniugato in* 6. *in verbo*
exaraxerunt, quoniam de verè bigamo
intelligi hoc decet. Clarus §. *fin. qu.* 36.
E *num.* 10. Antonius Cuchus *lib.* 3. *inſtit.*
tit. 9. *num.* 18. Diana *parte* 8. *tract.* 6.
reſolut. 126. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi*
parte 2. *alleg.* 12. *num.* 26.

❧ \$\$ ❧

DE ORDINARIIS,

Extraordinarijſque armorum Capi-taneis ipſorumque in-ſtitutionibus.

Cap. 7.

ORdinarios vltra Capitaneos, quos F
in qualibet reſidentiam facere G
Triquetræ parte neceſſe eſt, Armorum
etiam præfixi Capitanei videntur, &
fermè ordinarij tres exiſtunt, ac ex Re-
gis eliguntur poteſtate, & aureorum
quinquaginta ſalarium in menſem ex-
cipiunt. Extraordinarij etiam veniunt,
qui plures ad Proregis libitum occur-
runt; quorum officium eſt perpetuè
propria in Valle, quæ ipſis fuerit con-
ſtituta ſuorum militum turba, quæ tri- H
ginta ex hominibus ſclopo armatis (hoc
de ordinarijs intelligas, cum extraor-
dinarij ad Proregis libitum illos conſti-
tuant) aureoſque ſeptem cum dimidio
in menſem pro ſtipendio deſumentibus
conſtat: ad Graſſatores, Bannitos, For-
iudicatos, Latrones publicos, campo-
rumque vaſtatores capiendos incum-
bere, ac illis præcipuè in locis, quæ iu-
riſdictionem extra, vel habitatis ſint I
partibus longinqua, quod ex propria
cohorte adſtringuntur agere, cum nul-
los valeant (ordinarij) vel ſe penes,
quocumque in Regni loco Prouiſiona-
tos retinere. Horum atenim inſtructio-
nes pragmaticalibus conſpicimus in
conſtitutionibus, quas inter præcipuè
adſunt hæ: ac

Primo vbi horum quiſquam Capi-
taneorum, vel eorum aliquis miles, cum K
in quacumque aut Ciuitate reperiatur,
aut terra fraganti aliquem in delicto vi-
deat, illius capturam facere nequaquã
repellitur, vt Capitaneo quidem lici-
tum, vt habito Doctoris voto, ſaluis
meri, mixtique Imperij priuilegijs, quæ
in illis inueniantur, ad punitionem de-
ueniũt. Neutiquam verò his permiſſum
dicitur, quemquam delinquentes ex-

A tra, ſpeculatoreſque, quos *Badette* vul-
gò nominant, carceribus inijcere hi ta-
men fuerint ex ipſiſmet deliquentibus,
qui in iuſtitiæ ſeculare perſiſtant voca-
ti, & quos aduerſus ipſi armorum Ca-
pitanei procedere viſi fuerint; nil au-
tem vltra carcerum pœnam vocatos
contra facere conceſſum eſt, quod cum
perpatrarint, certiorem de hoc Prore-
gem debent reddere ipſiuſque ordinē
expectabunt: quod limitationem exci-
B pit, ſi ex his captis delinquentibus vo-
cati Capitanei, Iudiciſue, aut etiam
Iurati fungantur munere, eoquod nul-
la forma ipſis licitum eſt ad carceratio-
nem in eos procedere; dempto quod
ſuſpecti de fuga, ſint; & in quo caſu
fuerint vocati, iuxta quod Doctoris eſt,
votum, à relegatione ſupra punitio ve-
niret, illos poteſt carceribus inijcere,
ac de actis Proregem monere, vt de
C faciendis, quoad illos, erudiatur, nec
denegatur horum cuilibet, aut carce-
ri tradere, aut bannitum quemquam
declarare, vſquequo terminata produ-
ctio fuerit, ſi illis impedimentum, quas
deſumit, informationibus ponatur: no-
tare autem carcerationis cauſam debet
at quo in caſu constructæ informatio-
nes, illos contra fuerint, quos ipſi car-
D ceri tradiderint, cum illarum dierum,
Magiſtratum, & Curiam penes quem
fuerint acceptas, ſi de hoc habuerint
notitiam, ſignent.

Valent ſecundo armorum Capitanei,
aut carcerare teſtes, aut bannire, qui
in veritatis explanatione renitētes fue-
rint; vſquequo illam propalauerint.
Neutiquam verò conueniens ipſis eſt
E Magnæ Curiæ, Ciuitatum, Terrarum-
que, aut aliorum Regni locorum, vel
delegati, aut cuiuſcumque officialis
cauſas cognoſcere. Vt pari forma ne-
quaquam aliter criminalis exercitium
iuriſdictionis poſſunt adhibere, quam
vbi delinquentibus, ex ipſis, eorumque
militibus capitis inferre punitionem
debent; ciuilem autem exercere mini-
mè decens eſt.

Nemo his ex Capitaneis tertio lon-
gius ſpatium, quàm quinque curſus F
dierum ſit militum turmam, aut aliquē
illius numerum qualibet in Ciuitate,
Terra, vel habitato Regni loco moram
facere permittant; vnde dum ibi per-
manet, illos equidem milites in funda-
cis perſiſtere opus eſt, cum ſuis pro
ſeruis, ac ſeipſo debeat gratis hoc pro
tempore hoſpitium ex Vniuerſitate ſu-
ſcipere.

Proſequutorum quarto cauſas in ip- G
ſorum Curia duorum infra menſium
curſus expeditionem ſortiri conuenit;
quod ſi attingat, hoc nequaquam ter-
minati ſpatio illas poſſe, iſtum infra ter-
minum certiorem Proregem reddere,
vt prorogari ille valeat, vel alia fieri
prouiſio, compellitur: quod ſi alio ſe-
ſe gererent modo, Proregis nomine,
ac Magnæ Curiæ perſiſtant, neque ar-
morum Capitanei afferre prouiſionem H
poſſint.

Propriam quinto poteſtatem, autho-
ritatemque ipſi omnes aduerſus graſſa-
tores, bannitos, foriudicatos, publicos
latrones, camporumque vaſtatores, ip-
ſorumque ſpeculatores debent exerce-
re, quorum ipſi, aut etiam eorum mi-
lites fecerint capturam, cum huiuſmo-
di contra delinquentes emeritam de-
ſcendere ad pœnam, iuſtitiæque exe- I
quutionem facere, iuxta delicti quali-
tatem, cogantur.

Quicumque ſexto armorum Capita-
neus vigili curare ſtudio cogitur iuxta
conſtitutionem in titulo *De' libri, e nota-
menti de' banni*, propria retinere in Cu-
ria ex Alphabeto librum debet, in quo
& bannitos, & camporum graſſatores
è banno, aut etiam abſque banno, ac
etiam fori iudicatos adnotet, quorum K
notitiam, vel è Magna Curia, vel quo-
cumque magiſtratu ordinario, aut ex-
traordinario habuerit, ipſaque in nota
literarum, quæ ſint circa hoc acceptæ,
omneſque oſtenſas de patria, ætate,
corporeaque diſpoſitione circumſtan-
tias explicabit: vbi autem huius quali-
tates generis minimè fuerint ex magi-
ſtratibus demonſtratæ omnibus quærēt
armo-

Digitized by Google

A armorum Capitanei modis, eas inueſtigando, illaſque facta de quolibet delinquentium notæ ad calcem addent; ita vt quacumque occaſione promptam, ac adamuſſim de ipſis dare informationem poſſit. Vnde diligenter ſtudebit vnam, aliamque notam inter, ſpatium relinquere, in quos has ponere qualitates valeat. Cum verò facta cuiuslibet delinquentis nota hoc fuerit in libro,
B illius debet in margine eam breuiter deſignare notitiam, quam ex magna, vel quacumque Curia, aut Magiſtratu exceperit, gradatim carcerationis, præſentationiſque, condemnationis, lethi, aut etiam liberationis adnotando tempus, cum de notitia literarum diem explicauerit. Quapropter omnibus inuigilabit medijs, vt habitos delinquentium euentus cognoſcat, quos, ſi benè
C calleat, ac ex certitudine ſciat, eo adnotabit in libro, exceptum de illa oſtēdens ſcientia fundamentum.

Omnibus denique debent cum Magiſtratibus, officialibuſque exactum habere commercium, ita vt alacriter, quę in rectam æquitatis adminiſtrationem faciunt, monita complectantur; ipſiſque auxilium, aut opem in ipſorum negotijs, ac fiſci præſtare non recuſent:
D maximaque præſertim vigilantia, & promptitudine Magnam erga Curiam ſe gerant, diligenter ipſius exequutioni tradentes mandata, cum omni ſtudio (quoad proprij vires muneris tolerant) præcepta obſeruent, quæ *in conſtitut. pragmat. in tit. Della perſecutione de' malandrini di campagna* traduntur. Commercium autem in diem, ac per quam diligens ipſos inter Capitaneos eſſe debeat, vt ex hoc, ac vniuſcuiuſ-
E que ſolertia tuta itinera ſint, nec delinquentes in campis ſua quempiam vexent ſæuitia: cùm peculiarem ponere curam adſtringantur, illorum in proſequutione propriam exercere poteſtatē, qui captiuos efficiunt, vt eos componāt homines:

Quamuis autem horum, qui ordinarij ad arma, Capitaneorum vigilantia ſufficientem retinere vigorem videatur, vt delinquentium nemo cam- F
pos perturbet, & commercia reddat periculoſa, præcipuè cum ex ordinarijs cuiuſcumque Ciuitatis, ac Regni Terræ Capitaneis, iuxta inſtitutiones in latronum proſequutione datas, auxilium feratur; quo attamen in caſu neceſſitas expoſtulet eodem pro negotio nonnullos, qui extraordinarij armorum Capitaneos decet præfigi: ſta- G
tuitur indè ipſorum vnumquemque in obligatione perſiſtere eo, id ſeruitij præſtare, militum, prouiſionatorumque numero, qui fuerint ex Prorege conſtituti, qui illos ex ordine ſequi adſtringuntur, quem extra numerum, neminem ſe penes, vel qualibet in Regni parte decet retinere. Qua de cauſa & ſi quiſquam, vltra turmam, aut miles veniat, aut prouiſionatus, minimè vti ta- H
lis habebitur.

Ipſorum ſed enim ſtipendium, ipſorūmque militum, aut etiam prouiſionatorum, è Rege præfixum nullo exuperare modo ordinariorum, ipſorumque militum ſalarium debet. Summam verò, quæ huiuſmodi penſioni ſit ſtatuta, Generalem venire in Theſaureriā oportet, ac ex luſtratione, officialiumque Regiæ Curiæ opera tribuitur, quæ illo I
detur modo, quo ſalarium, ordinariorum turmæ, ſuſcipiunt. Hi attamen aduertant, ne quacumque ex vniuerſitate, aut Regiæ Curiæ debitoribus, in ſtipendium, aut quolibet colore, nummos, vel ex ſe accipiant, ex alijs proprio nomine ſuſcipi curent, cùm in ipſos reſtitutionis, ac duplici punitio infligatur; cuius medietas denunciatori, K
ex quo clara fiat contrauentio, alia verò Regiæ Curiæ applicetur, quod vltra, puniri eos conuenit tanquam officiales, ex quibus extorſionis committatur delictum. Permiſſum verò ipſis eſt, vt, ſi ita fuerit commiſſio ex Prorege ſcriptis data, curent ex quocumque Generalem ad Theſaureriam nummos proprio conſtitutos ſalario deferri. Ad effectum autem, vt debiti certitu-

do

A do numeri, & militum ad ſeruitia habilium habeatur, oportet ex iſtis, Generalis Veditoris in Curia, Numeratoriſque in loco, vbi Curia permaneat, aut Proregis iuſſu conſtituatur, ſtatim ac turmam coadunauerit, recenſionem dare: qui autem præſenti exiſtunt extraordinarij armorum Capitanei tempore, ſi hanc minimè attulerint luſtrationem illam dare abſque mora compelluntur: nam ſi hoc decem infra dierum B ſpatium, agere neglexerint, ſuſpenſum ipſis, eorumque militibus intelligatur ſtipendium: quo autem accidet in caſu, aut militum, aut prouiſionatorum quemcumque immutari, aliorumque loco quorum habeatur defectus, aliquem conſtitui, hoc, præcedente officiallum præfixo ad id in loco luſtratione fiat, eoquod ſi diuerſo agatur modo neutiquam conſtituti, aut C ſalarium lucrari intelligantur.

Huiuſmodi autem Capitaneis eadem ac ordinarijs, nec minor, aut etiã maior tribuitur facultas, & iuriſdictio, illa in parte, quæ fuerit ipſius curæ commiſſa, ipſamet ratione, ac ſub eiſdem legibus, ſub quibus ſeſe ordinarij gerere compelluntur, quam nullo modo ſtatutam prætergredi homines debeant.

D Quilibet denique, aut ordinarius exiſtat, vel extraordinarius armorum Capitaneus hiſce parere non ſtudebit præceptis ipſo, & iure, & facto in officij priuationem, ac in debiti iacturam ſtipendij, aliaſque Proregis arbitrio reſeruatas punitiones incurrat; cum illis etiam ſubijciatur, quæ ex communi iure, vel conſtitutionibus pragmaticali- E bus, Regnique capitulis deſcendant, & hoc quacumque non obſtante poteſtate, facultate, forma, ac regula ipſis conſtituta, nec in contrarium quolibet vſu, & conſuetudine, huic, vel aduerſo, vel diſſimili veniente. Quod ſi in futurum aliquod ex diuerſo præfigi attigerit, ſubreptitium putetur, ſtatutum, nec exequutioni demandetur, niſi & huic ſit derogatio illata, cum etiam id obſeruetur, quod in titulo *Delle Fiſcalie*, Capitaneorum præponitur obſer- F uantiæ: de his autem nonnulla *in primo Pragmaticarum tomo* reperiuntur explanata.

Quilibet attamen aduertat ex his Capitaneus prohibitum ipſis eſſe aſſecurare, vel indultare bannitos, & foriudicatos, nec eis aliquod guidaticum concedere, niſi Proregis habita facultas fuerit: vt in *pragmatica 6. titulo* 12. G *parte prima*: eoquod ſi hoc ſint auſi, officio priuabuntur, ac iuriſdictionis iacturam facient, aliam incapaces ad adminiſtrationem in perpetuum redditi, cum ipſorum de bonis medietas fiſco debeat in pœnam applicari.

Quicumque autem in vniuerſum inuigilet Magiſtratus, vel ipſius exequutores, ne propria malè vtantur poteſtate, & alia, quàm decens ſit ratio- H ne negotia exequutioni demandent: nam nullo quamuis modo permiſſa rebellio ſit, Magiſtratuſque tolerare potentiam compellantur, ordinario tamen ex iure minimè denegatur, ipſorum querelas ferre de facto. Sed enim ſi quidquam ex iniuria ex Prouinciæ Præſide fuerit, aut Magiſtratu commiſſum, Pomponius aſſerit neutiquam excuſationem præberi, taliter vt vbi I pecunia, vel mortis, aut verberum terrore alicui extorquere non dubitauerint, iniuriarum poſſunt actione conueniri, aut cum perduret Magiſtratus, ſi de minoribus extant; aut cum illum depoſuerint, ſi de maioribus habeantur; aut temporali punitione, ſi poſt depoſitionem obnoxij ſyndicatui ſint. Quo enim alicui necem adferant capturæ exequentes mandatum, cum va- K leant percutiendo illum in ſuam redigere poteſtatem, haud impunè fuerunt; quemadmodum ſcripſit Tholoſanus de *Republica cap. 6. num. 23. lib. 4.* quamquam bannitus quis ſit capiendus, cum cum impunè occidere non liceat, quia maleficum capere, non occidere eſt permiſſum, vt benè dixit Giurba *conſ. 3. num. 12.* Eoquod vis pro defenſionis

forma

forma excipere menſuram debet. Addas etiam pari punitioni ſubditum eſſe modo exequutorem, ſi illum, qui capi abſque reſiſtentia valet, percutere non dubitauerit, vel alia ſui fines mandati ratione prætergredi non vereretur.

At ſi forſitan ad ſui vindictam quiſque bannitum occiderit punitionem, minimè euitabit: vt idem Giurba, & Doctores ibi citati aſſerunt; & ſi ſtatutum adſit morti bannitum tradi impunè poſſe. Giurba *loco citato ſub num.* F
13. *propè finem*; cum priuato ex odio bannito inferens mortem, lethi percuti pœna debeat. Maſtrill. *deciſ.* 104. Giurba *dicto conſilio* 3. *num.* 18. Quo verò in caſu ſolius quiſquam ex contumaciæ cauſa fuerit bannitus, nec impunè quidem tradi neci poteſt: vt idem *loco cit.* affirmat.



A F

DE DECVRIONVM,

B G

SIVE PATRVM CONSCRIPTORVM,

SENATORVMQVE, SEV CIVITATIS DEFENSORVM,

Ac Siculo ſermone

C H

IVRATORVM STATV.

D I

PLurimas occurrere rationes certum eſt, quarum inſtitutę è Catholico Hiſpaniarum Dominatore in Triquetræ Ciuitatibus, habitatiſque locis fuerunt Iurati conſtituti, quas inter præcipuæ tres ſunt. Et prima quidem, ex eo quia parum conduceret ad Ciuitatum emolumentum ſua retinere iura, legeſque, niſi & qui ea valerent in meliorem per dies ducere ſtatum, fuiſſent præfixi; vt ſcripſit Iuriſconſultus *in l. 2. §. poſt originem ff. de origine iuris*. Poſterior, quoniam, vbi difficultatem totius congregatio populi aduehit, certas opus eſt venire perſonas, quarum opera faciliori modo expeditionem ſortiri negotia poſſent, quæ, illud ob impedimentum, quod Vniuerſitatis in congregatione conſiſtit, hoc poſcunt: nam ex Vniuerſitate conſenſum preſtari neutiquam potis eſſe dicitur. *in l. prima, §. fin.* vbi Gloſa *ff. de acquirenda poſſeſſione, l. vnica, ff. de libert. vniuerſ. l. 2. §. deinde quia difficilè, ff. de origine iuris*, cuius verba. *Deindè quia difficilè plebs conuenire cepit, populus certè multò difficilius in tanta turba hominum neceſſitas ipſa curam Reipublicæ ad Senatum adduxit*. Et denique eoquod, k cum Vniuerſitati, communitatiue pręcipua inſint bona, res, ac etiam iura ſupremo ſeparata ex Principis dominio, quorumque libera ad ipſius facultatem iure adminiſtratio ſpectet. *l. 1. §. quibus autem, & §. fin. ff. de verborum ſignific.* Alba *conſ. 186. col. 1.* Opus fuit, aliquos haberi, quorum induſtria huiuſ-

E

iuſ-

A iuſmodi adminiſtratio de bonis fiat. Hac ergo ex cauſa præteritis facta temporibus Decurionum creatio fuit: vt nullo habito obſtaculo conuenire ſimul, ac ſeſe, vt publica expeditionem ſortirentur negotia poſſent congregare, atque per ipſos publicis, regimen deſpmeretur, & adminiſtratio, nec non conſeruatio, rebus. Ex neceſſitate igitur congruum dicitur totius nonnullos ex vni-B uerſitatis conſenſu ſeligi, qui iudicij acutie, cenſus validitate, ac probitatis integritate præſtantiores extarent, ſumma in quos adminiſtrationis, ſtatuendorumque facultas antiquorum in Decurionum locum eſſet tranſlata. *d. l. 2. §. inde quia difficile, ff. de origine iuris.* Lancell. Laudenſis *de Decurionib. col. 2.* Vigil atenim decet ſtudium è Regitoribus adhiberi, vel Eligentibus, cum C horum conſtitutionem Decurionum, Iuratorumque facere coguntur: ex eo quia licèt ipſi ad referentium dicta ſeſe præcipuè gerere debeant, velut ſint compulſi ex hoc officia conferre, ac decipi poſſint, vt, illorum quemadmodum affectus dictant in perſonas ſibi familiares ea deſcendant. Taliter vt illi totis conentur neruis, ſummis decoratos virtutibus deturbare, ac peſſimos D electionis anteponere cauſa: proprio tamen debet Princeps ex munere ſub examen vocatorum conditiones, qualitateſque ponere, ad effectum vt integra ſequi electio valeat. Ac primò fermè aduertant, ne iuuenta floridi ſint: nam indecens equidem dicitur Rerumpublicarum illis cauſas ad regimen tribuere, qui alieno ſeſe moderari conſilio cogantur, propriumque quibus ad-E miniſtratio bonorum prohibita ex legibus eſt, infirmum ex eo quia in illis, qui minorem, quàm quinque ſupra viginti annorum ſit ſpatium, ætatem demonſtrant, conſilium conſtet haberi, ac multis ſuppoſitum captionibus, plurimiſque periculum inſidijs ſit: per Text. *in l. prima, & per totum titulum, ff. de minoribus.* Hinc Martinus Siciliæ Rex in *cap. 46.* Regni ſtatutum protulit nullo permiſſum modo eſſe, & viginti ſupra F quinque minores annorum valeāt gradum ad officia facere; cum illa veniat ratio; quod illis ſcilicet oportet regendi munus tradi, qui doceri nequaquam debeant, at alios erudire, quæ inter Iuratorum adminiſtratio numeratur.

Deindè vt illorum ad publici regimen officij fiat electio, qui diuitijs præclari ſunt: honeſtus namque cenſus, honeſtuſque diuitiarum prouentus ad G hoc neceſſaria dicuntur. *l. ad ſubeunda,* vbi Bartolus, & Ioannes de Platea *C. de Decurionibus, §. interim. Authent. de defenſorib. Ciuitatis.* Auendagnus *de exequendis mandatis Regum lib. 1. cap. 19. nu. 17. l. honores, §. ſi is qui ff. de Decurion. Authen. Præſides gentium, C. de Epiſcopali audientia:* rationem affert Auendagnus *loco ſupra citato.* Ditiores etenim ac optimæ homines famæ alijs anteponi cer- H tum eſt: vt *in Authen. ſed cum teſtator, C. ad legem falcidiam.* Pauperum eoquod infirmorumque, ac etiam vilium ad publica nequaquam dirigenda munera, effici electio debet: per Textum *in l. reſcripto, §. 1. ff. de munerib. & honorib.* Platea *in dicta l. ad ſubeunda, & in l. ſi quis decurio, C. de decurion. lib.* 10. Haud namque aliquo poſſibile modo æſtimauit Polyticorum Princeps *in 2. polyt. lib.* I Pauperi nequaquam permiſſum, vt benè Principis gerant vicem, communibuſque operam nouet negotijs; nec prætercam, diuitiarum opera, maiorem decurionibus conciliari, & authoritatem, & fidem. *l. 3. ff. de teſtibus.* Gloſa in *l. ſancimus, in verbo diuitiarum, Authen. de teſtibus.* Cepolla *de Imperat. milit. deligend. §. diuitijs col. 1.* Alia etiam interuenit ratio: quod cum Iuratorum K officium in communitatis adminiſtratione verſetur; iudicandum eſt, illos eo maiori publicis in gerendis negotijs, & diligentia præfulgere, ac fidelitate, quo ampliores ipſorum in ipſis continentur, propterea pauperes, hæc electi ad munera poſſunt appellationem inſtituere. *l. vnica, C. de potior. ad munera nominandis lib. 10.* cuius verba: *Si ipſe vocatus*

A *ad munera ciuilia potiorem alium nominãdum putaueris, age cauſam tuam.* Ad appellationem ſcilicet recurrendo, vt eodem expoſuit in loco Gloſa.

Tertio, vt illorum in perſona, quæ debeat ad officium aſſumi, & nobilitatis fulgor, & bonæ integritas æſtimationis ſub conſideratione ponatur: iuxta, quod mundi eſt, iudicium. Gloſa *in* §. *inter in coll. 3. Authen. de defenſor. Ciuitatis*; & ſecundum B illam, quæ regionis eſt, conſuetudinem: vt notauit Ioannes Andreas *in addit. ad Speculator.* §. 1. *verſic. ſed quid alias tit. de teſtibus.* Nobiliſſima quamuis, Exemplariſque Meſſanæ Ciuitas non ſolum ex Nobilium numero, ex Popularibus verum etiam hominibus bona præditis conditione electionem, in Senatores facit, ex primis ſcilicet quatuor, poſterioribus verò duos: hos namque proprios tanC quam defenſores Plebs Nobilium contra Senatorum potentiam ſibi excipit: argum. *l. 2.* §. *yſdem temporibus, ff. de origine iuris.* Et ea de cauſa plures in officium nobiles aſſumuntur, minori autem in numero plebei, vigilantiùs quoniam ex illis Ciuitatis deſumitur defenſio: vt notauit Albericus *in dicta l. 2.* §. *deinde, ff. eodem.* Publicæ quamuis adminiſtrationis intuitu æqua redD datur poteſtas: vt voluit Bertrandus *conſ. 141. parte 1.* per Textum *in cap. lex 2. diſtinct.* quo explicatur in loco nobiles infimul, ac plebeos ſtatuere opus eſſe, vt Reipublicæ veniat Gubernatio.

Aduertant ſcrutinantes quarto, ne ad huiuſmodi officium de inhabili electionem faciant perſona: ex eo quia ſi hoc auſi conſulto fuerint perpatrare arbiE traria pœnam excipere diſpoſitione cogantur: *in l. nemo martyres,* & ibi Bald. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Ac Excellentiſſimus Prorex huius homines generis, qui, cum inhabiles ad officia ſint propoſiti, neutiquam ad illa eueher, at denuo fieri ſcrutinium oportet: ex eo quia nominantes illa pro vice nulla nominandi iure priuabuntur forma: prout probat Ripa *in tract. de peſte in 3. parte, ſub num. 424.* & Alexand. *in l. ſextum decimum,* §. *quæſita, ff. de vac. mun.* & F Boer. *deciſ. 2. num. 3.* Excuſationem attamen excipient, quo in caſu inſtantes allegauerint ignorantiam: aut etiam ſi poſtquam moralis adhibita diligentia fuerit haudequidem idoneum, vt proponerent, inuenirent: ac meliùs rei putauerint indignum potiùs, quàm neminem conſtituere: ad quod faciunt G ſcripta per Antonium Cucchum *inſtit. canon. tit. de elect. num. 130.* Lancellott. *de decurionib. num. 9.* Ad Rempublicam namque ſpectat repletum Decurionum ordinem eſſe. *l. General. ff. de Decurio.* Taliter vt quo in euentu minimè idonei adſint, nominari minùs aptos opus eſt; cum neutiquam, niſi plures inter electio detur. *l. ſi tibi electio,* §. 1. *ff. de opt. legat.* §. *fin. coll. 3. in Authen. de defenſor.* H *Ciuit. l. eos, ff. de Decurionib.* ibi: *Nam paucitas eorum, qui muneribus publicis fungi debeant neceſſario hos etiam ad dignitatem municipalem, ſi facultates habeant in Ciuitate.* Bouadil. *lib. 3. Polytic. cap. 8. ſub num. 8.*

Studeant quinto Scrutinantes, ne, ſi certo ſcrutinare, aut electionem facere, tempore cogantur, vel die, illius labatur ſpatium: neutiquam enim, poſtI quam tempus abiuerit, celebrari electionem permiſſum eſt: quod namque certo executioni debet ſpatio demandari, iuxta ſtatutum eſt faciendum: vt notat Baldus *in cap. damnamus de ſumma Trinitate, & Fide Catholica.* Contrariam tamen ſuſcepiſſe tutamen ſententiæ videntur. Alba *in conſ. 93. parte prima.* Caualcan. *de contract. part. 1. deciſ. 49. num. 20.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* K *4. gloſſ. 10. parte 1. fol. 945. nu. 89.* Quod autem ceptum ſit ſcrutinium, & ſi aliquod habeatur impedimentum, perfici nullò valeat modo, tunc poſteriori debet illud ſortiri principium die: cum nullius ſint illa conſiderationis ſuffragia, quæ alicuius ex nominatis in fauorem fuerint allata. Ante autem meditari ceptam ſuffragationem rogamur, diſcu-

tit

A tit Cæſar Berus *deciſ. Bonon.* 58. *per tot.*
Vbi atenim acciderit, altercationem intereſſe: an ex vno, vel pluribus vota valeant præſtari? & quemquam aduerſus proponatur ipſi nullum ineſſe votiſ ditius, & hic ſeſe tempore contendens oſtendere conetur, quoniam in continenti occurrere probationes minimè poſſunt, & differri nominatione haudquaquam eſt conceſſum, omnes debent votum perſonæ afferre, illiuſque in
B quem ſit contentio, votum non repellitur, cum illa ponatur clauſula: *Si & in quantum de iure valeat*. Nullum quipropter nominationi afferret detrimentum, ſi poſtmodum appareat illi nonnis quam votandi facultatem inhærere: vt notauit Abbas *in cap. cum vnus de elect.* Cepolla *cautel.* 230. Litigioſi etenim vitium eligendi circa poteſtatem nullū
C ad electionem ponit impedimentum illi, qui in poſſeſſione eſt. Baldus ibi *l. alienationes ff. familiæ herciſcundæ.*

Qui vniuerſitati ſexto quidquam debent nullo valent modo pro huiuſmodi officio nominari. *l. prima, C. de debitor. Ciuitatis lib.* 10. concordatque Pragmatica Regni 13. *fol.* 475. *colu.* 2. Ex cuius diſpoſitione prohibitum videtur, illos Iuratorum ad officium habiles reddere, qui Vniuerſitati quidquam debeāt:
D vel participes in gabellis extent; vt pari forma nec aliqui, eorum ex familia viri: quod etiam procedit, quamquam habiles ad officia fuerint effecti; nam haud ipſis permittitur ad illa coſcendere. An putas enim eis honorem in vniuerſitatibus tribui, aut dignitatem, niſi & debiti ſolutionem faciant? *l.* 1. *C. de Decurionibus lib.* 11. *l.* 6. *§. debitores*, cum
E duobus paragraphis, qui ſequuntur, *ff. de muneribus, & honoribus*. Minimè nāque Decurionum decet ordinem publicos ad officia debitores admittere, ipſoſque grato animo liberos è ſolutione remittere. *l. ambitioſa ff. de decretis ab ordinar. faciend. l.* 2. & ibi Gloſa *C. de decretis Decurionum lib.* 10. æquali etiam ratione ad hoc venire illis, qui negotiationem cum vniuerſitate videntur exercere, ipſorumque fideiuſſoribus prohibitum. Bouadill. *dicto lib.* 3. *cap.* 8. *polyt. num.* 15. Illis etiam, qui rerum publica- F
rum de adminiſtratione computa neutiquam dederint, reliquatique ſolutionem haud fecerint, ſi ea reddiderint, *l. rescripto, §. debitores*, & ibi Gloſa *ff. de honoribus, & oneribus*. eos etiam addas, qui per bienniſ curſum eodem non vacauerint officio: vt eſt diſpoſitio per cap. . . huius Regni, quemadmodum G
ex hoc illi repelluntur, qui minimè ſyndicati ſint per ea, quæ probauit Ripa *in tract. de peste in 3. par. verſ. ſuſceptores, ſub nu.* 290.

Notatum autem circa ſupradicta in *dicto lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 17. Bouadilla voluit, quod vbi quiſquam, qui incapax fuiſſet in ſcrutinio, ſiue nominatione admiſſus, nullo poteſt modo ex hac depelli, neque ſi fuerit ad officium aſ- H
ſumptus, decens eſt illum hanc ob incapacitatem ex illorum contradictione, qui admiſerunt, deturbari: maiorem namque includit iniuriam actus ille, ob quem ex dignitatis apice aliquis eijcitur, quàm quo tribui officium negatum iuxta illud:

Turpiùs eijcitur, quàm non admittitur hoſpes.

per Textum *in cap. quemadmodum de iureiurando, l. procuratorem ff. de procurat.* I
Acquiſitum etenim ius faciliori conſeruatur negotio, quàm de nouo acquiritur: ſcriptum etiam reliquit Auendagnus *de exequendis mandatis Regum dicta cap.* 19. *ſub num.* 27. *verſ. decimotertio debet inſpici*: quod ſi contra quemcumque, qui nominetur, fiat oppoſitio, quod minimè valeat nominari, nobilium quoniam de numero haud exiſtit, aut ex k
illis, quos circa fieri nominationē opus ſit, tunc aſſerit, vbi huiuſmodi perſona talis priuſquam facta obiectio fuerit in propriæ nobilitatis, qualitatiſque, quæ tali ſit nominationi neceſſaria, poſſeſſione extet, cum nihil impedimenti ea ponat, & hac vti poſſeſſione; ſed etenim vbi hac nequaquam in poſſeſſione habeatur, nulla poteſt id vſque in ſpa-

A tium admitti forma, quo probatum oſtenderit, ſeſe talem eſſe; deſumit argumentum à Textu *in l. ſi ut propenis, C. quando prouoc. non eſt neceſſe*, citatque Didacum Couarr. *lib. 1. reſolut. cap. 16.* & aliquo eoquod in caſu euenit nominantes inter, ex diſſidio, plurimos ſtatuto ad hoc negotij de loco egreſſum facere, cum putent, ni propria interſit perſona, minimè proſequi electionem, reliquos poſſe hac propterea de cauſa:

B ex Bouadill. ſciant prolatum *in d. lib. 3. cap. 8. num. 38.* Quod ſi ſtatutus ſit dies, certuſque electionis faciendæ terminus fuerit, aut etiam nominandi datus, vbi aliqui ex loco recedere haud timeant, illorum quamuis maior, quàm reliquus, ſit numerus; permiſſum illis eſt, qui remanſerint, inceptam proſequi electionem, ſi aduersè namque ageretur, nil

C aliud eſſet, quàm vanum reddere nominatorum actum, & authoritatem: citat ibi Bouadil. plures, qui videri poſſunt, Doctores.

Oportet etiam tàm nominantium, quàm eligentium ex induſtria conſiderari, ne qui Iuratorum concurrere ad officium debent, & hoc euehi ad munus quærant, tales ſint, vt œconomica in adminiſtratione inexperti viſi fuerint, ac diſſoluti: nam qui propriæ re-

D gimen domus ignorant ſuſcipere, alienam haudequidem benè rem poſſunt dirigere: iuxta Diui Pauli ſententiam, ad quem Stobæus accedit *ſermone 43. de Republica, verſic. illum ita: Illum enim, qui in ſua familia non benè vixit, in communibus quoque Reipublicæ negotijs ſimiliter verſaturum exiſtimari debet.* Et ex Laertij doctrina *lib. 1. ibi: Non poſſe præ-*

E *eſſe Reipublicæ (dixit) qui non præeſt ſuæ domui rectè.* & Xenophon *lib. 3. de dictis & factis Socratis*, hæc: *Noli parui pendere homines œconomicos cura namque rerum priuatarum multitudine ſolum differt à gubernatione Reipublicæ*: & Philo de Ioſeph, ſic: *Oportet futurum adminiſtratorem Reipublicæ præexerceri in rebus œconomicis; nam & domus eſt quædam parua Ciuitas, & œconomica: compendiaria Reſ-*

F *publica, ſicut etiam Ciuitas eſt magna domus, & politia, communis, quadam œconomica, vnde facilè dicimus, eumdem eſſe aptum diſpenſationi domeſticæ, & adminiſtrationi publicæ, quamuis hæc multitudine, magnitudineque differant.* Integro propterea debent nominãtes ex animo de optimorum electione pertractare, cũ quilibet, quid ex ſententia ferat, explanare non vereatur. Auendagnus *loc. cit. ſub num. 14. verſ. quarto debet tractari,*

G cum iuramentum procedat, ſeſe rectè vniuſcuiuſque electionem agere. Auendagnus *loco cit.*

Vbi autem nominatorum facta matricula fuerit Excellentiſſimum ad Proregem etiam neceſſe eſt per Spectabilis Prothonotarij Regni, aut Reginalis Cameræ officium tranſmitti: vt officialium in Regij Demanij Ciuitatibus fiat electio: illis autem in locis, qui Baronum

H ſubiecti dominio ſint, ipſos ad Barones, eorumque Procuratores adducitur, illorum verum arbitrio, aut electi officiales, aut confirmati iuriſdictionem dicuntur continere. Auendagnus *loco citato ſub num. 21. verſic. factis autem,* qui adducit Angelũ *in §. de cætero, col. 3. Authen. de defenſor. Ciuitat.* & Text. in *l. lege obueuire, ff. de verb. ſignif.*

At ſi fortè hi, de quibus facta electio

I fuerit, publicum ſibi munus recuſauerint deſumere, vt illud accepſent, poſſunt equidem carcerationis etiam ad id per viam compelli; vt ſcripſere Caſſan. *in Catal. gloria mundi parte 11 conſid. 32.* Maſtil. *ſingul. 177.* Romanus *ſing. 186.* Ioann. Maria Nouar. *quæſt. forenſ. 18.* Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 1. cap. 30.* Ex quo etiam dicitur permiſſum propria

K huiuſmodi hominem extrahi de domo: publicum etenim munus hoc, vel officium neceſſarium appellatur, nulla tali de re valet recuſatione recuſari. Nouar. *loca citato num. 2.* per Textum *in l. ut iudicare, §. iudicandi, ff. de muneribus, & honoribus.* Auendagnus *loco cit. ſub num. 24. verſic. & ab huiuſmodi officij acceptat.* ex quo aſſeritur, nec ætatis inhabilitate, nec dignitatis gradu, aut infamiæ nota

huic

A huic excuſationem tribui; adduciteque
Text. *in l. ſi ad magiſtrat. & l. ex omnibus*
honoribus, C. de Decurionibus lib. 10. Vnde
pœnæ deſcendunt, illos aduerſus illa-
tæ, qui publica recuſent munera ſubi-
re, & iure quidem optimo, quilibet
quoniam ciuis propriæ debet Ciuitatis
officia ſuſcipere, nemo eoquod ſui ip-
ſius tantum commodo, patriæ verum
etiam emolumento, ac vſui natus dici-
B tur. Nouar. *loco citato num.* 3. per Text.
in l. vnica, C. de ventre in poſſeſſ. mittend.
& in l. postliminium, §. filius, ff. de captiu.
postliminio reuerſ.

Huius autem concluſionem generis
pluribus limitatam voluit modis Auen-
dagnus *dicto cap.* 19. *ſub num.* 24. Et pri-
mò equidem ſi nobili hominis ſanguine
decorati ad vile fiat electio officium.
Deindè, vbi indignus ad hoc ſeligatur,
C qui acceptare id neutiquam compelli-
tur: ex eo quia, ſi ſibi deſumat, in puni-
tionem incurreret, honoris dempto
quod ad officium fuerit adductus. Si
tertio ad id ille impellatur, qui perpe-
tui ſæuitia morbi fatigatur. Vt pari for-
ma quartò cum confinatus, aut etiam
è Ciuitate relegatus quiſquam ſit, ni
fuerit ex fraude procurata relegatio.
Quintò, ſi de illo fuerit alia electio in
D parte facta, illi quamquam is repugnãs
ſit: Quando ſextò electus quoquo ali-
quis, in originis nempè loco ſit, & eo-
dem tempore domicilij in parte ſit cõ-
ſtitutus. Quo ſeptimò in caſu neutiquã
voluit filius illud acceptare officium,
quod præterito genitor anno exercuiſſe
videatur; prohibitam namque conti-
nuationem eſſe certum habemus. Cum
ille octauò, qui ſit electus, excommu-
E nicationis incurrerit pœnam. Si nonò
Reipublicæ debitor extet. Vbi decimò
de illo agitur, qui futuris ſit priuatus
honoribus. Quo in caſu aliquis vnde-
cimò ex Principis arbitrio immunitatẽ
obtinuerit, ne ad munera ſublimaretur.
Si tandem ille habeatur, qui duodecim
numero liberorum grauatur: de quibus
omnibus probatum reliquit Auendag.
loco ſup. cit. vſque ad n. 27.

Sed etenim vbi quicumque ſpon- F
tè, aut coactè electi ad Iuratorum offi-
cium aſſumantur, præſtare iuramentum
compelluntur, quoniam Iurati nomi-
nantur: ex eo quia iuramentum præ-
ſtent, ſeſe ex diligentia, legumque iux-
ta dictamen officium adminiſtraturos:
vt dixit Nebriſſenſ. *in vocabulo V. I. in*
verbo Iurati fol. 144. Cuiuſmodi iura-
mentum taliter de forma requiritur, vt,
ſi illud fuerit prætermiſſum, nullius re- G
putetur ponderis, quod eſt à Iuratis
perpatratum. Afflictus *in conſtit. Regni*
lib. 1. rubr. 67. Auendagnus *dict. cap.* 19.
num. 28. *lib. 1. & cap. 2. in principio, de*
exequendis mandatis Regum: quo etiam
in loco omnes circa officiales ſcripta
reliquit Paris *de ſyndic. verſ. iuramẽtum.*
Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 2. cap. 2. nu.* 51.
quo teſtatur in loco, totius hoc de or-
bis conſuetudine receptum. H

Nulla verò electis adminiſtratio in
munere præbetur, niſi poſtquam tradi-
ta officij poſſeſſio ſit. *l. publicus, ff. de con-*
dict. & demonſtrat. l. fin. C. de Conſul.
lib. 12. Bartol. *in l. abſenti quaſt. vſque*
ad finem, de donationibus. & cæteri Do-
ctores penes Bouadil. *d. cap.* 8. *ſub nu.* 57.
litera E.

D. E I

IVRATORVM IVRISDICTIONE,

Et officio.

Cap. I.

VBI autem iuramentum illi præ-
ſtiterint, de quibus facta electio, K
officijque adepti poſſeſſionem ſint, po-
teſtatem ad illius exercitium acquirũt:
vt ex Bouadilla *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 57. in
præcedenti fuit probatum. Maximam-
que authoritatem, publicarum circa
regimen, ac etiam adminiſtrationem
rerum è lege conceſſum retinent: vt di-
cit Gloſa *in l. 3. in verbo, credo, ff. quod*
cuiuſque vniuerſit. nom. Totum etenim
populum, vniuerſumque repreſentant
Ciui-

Digitized by Google

A Ciuitatem. Thorus *in additt. ad tract. de poteſtate Proregl.* Ioan. Franciſci de Põte *tit.4. de regul. impoſit. ad num.34.* Adeò quod quidquid fuerit ex ipſis commiſſum ex totius conſenſu populi dicitur actum, ac etiam Vniuerſitatis. Gloſ. *in rubrica, C. quæ ſit longa conſuet. & in l. aliud refertur, ff. de regulis iuris.* Bartol. *in rubr. ff. de Decurionib. & in l. Ciuitas num. 2. ff. ſi certum petatur.* Rolandus *conſil.90. num.1. vol.1.* Marcus *dec.780. num.4.* B *vol.1. & deciſ.95. num.12. & 22.* Alexand. *conſ.101. num. 1. vol. 1.* Hac de re Bartolus *in l. 5. C. de vſuris.* Eamdem Iuratis ineſſe poteſtatem, ac populo, omniaque geri ex ipſis, permiſſum quæ illi toti non denegantur. Hæc attamen intelligi oportere mihi videntur, ſi per legum etiam id ſtatuta, vel etiam conſuetudinem fuerit expreſſa, C introductum forma: vel etiam firmatũ: prout tenet Alexand. *in l.5. num.15. ff. de verbor. obligat.* & Sola *in proœmio decret. antiqui, in Gloſa 3. num.3. & 4.* vbi clatè aſſerit; quod, Ciuitatis quamuis è Concilio totus repreſentetur populus, illud attamen eo ſuſcipi modo neceſſe eſt, quo ſtatuti vigore, conſuetudiniſue Concilio poteſtas tribuitur.

Limitatio etenim in Regno Iuratorũ D poſita facultati reperitur: *per capitulum Regis Fiderici 116.* quo in loco inſtructiones adſunt, ex quibus demonſtratur, circa quæ ipſorum officium extenſionẽ ſortiatur: ac ex Alphonſo Rege *cap.46. dicti capituli Fiderici*, earum obſeruatio inuiolabili præcipitur modo. Erudiuntur autem ex Alphonſi capitibus: Qua E ſeſe forma Vniuerſitatis quoad res gerere debeant. Præſenti hac de cauſa in capitulo, ea numerari decet, quæ Marius Muta, nec non aliqui Doctores de Iuratorum poteſtate ſcriptis tradidere.

Facultas itaque Iuratis ineſt, vt pretij metam venalibus imponant rebus, quæ quotidianum ad vſum, hominumque in Ciuitate, pertinent eſcam, ipſarum verò appellatione, cuncta, quæ ad comeſtionem, ac potum apta, & etiã quæ ad viuendum neceſſaria videntur, F ſunt compræhenſa; & ita non rarò veſtes, lectique veniunt, ac tapeta: vt dixit Textus *in l. verbo Victus, ff. de verb. ſignificat. & in l. quos nos, §. verbum viuere, ff. eodem.* Pretij propterea taxatio effici à Principe valet, ac ex ipſo mandatum alijs tribui, vt eam comeſtibilibus non dum pro rebus, at pro quæcunque alia inſtituant: vt probat Morla *in emporio iuris parte prima tit.9. quæſt.6.* G & ſpecificè in pannis, ac domorum penſionibus: vt voluit Caſtrenſ. poſt Petrum de Bellapertica *in l. prima in fine, C. de Epiſcopali audientia,* quos citat Ronitus *in pragmatica prima de Annon. n.7.* Afflictus *in præludijs conſtit. Regni quæ.3. num.7.* ex Baldi ſententia *in dicta l. prima, C. de Epiſcopali audientia:* vbi affirmat Superiori licitum vt facere de pretio taxam valeat in rebus, quotidianum ad H vſum circa victum neceſſarijs, nunquam attamen hæc imponi particulari forma taxatio; vel meta poteſt vnum, aduerſus, aut plures, quod ſuas res comeſtibiles certo vendant ex pretio, niſi iuſta interueniat cauſa, vt poſt Albericum, & Iaſonem dixit Afflictus *loco citato num.8.* Cui maiorem aſſerit vim ſententiæ ineſſe, vbi de annona caritas imminere videatur: eò nam in caſu I publicam conuenit vtilitatem priuatæ anteponi. Bartolus *in l. annonam, ff. de extraordinarijs crimin.* Afflictus *loco cit. ſub num.8.* per Textum *in l. prima, C. vt nemini liceat in emptor. ſpecier. lib.10. & in l. ſi pendentes, §. ſed & ſi quid, ff. de vſuris.* Quo firmum in loco dixit haberi, cogi diuites poſſe, vt frumentum famis tempore viliori vendere pretio velint. Hac de cauſa iure quidem optimo Iu- K ratis metæ impoſitio has circa res hominum pro victu neceſſarias demandatur: publicus etenim fauor eiuſmodi eſt, vt cum alienas quoad res fieri venditio pro vſu hominum debeat, pretij veniat taxa. Afflictus *lib.3. rubrica 33. cap. per vniuerſas ſub num.2. fol.162.* Ipſi namque priuata cedere opus eſt. *Authen. res quæ, C. communia de legatis, l. ſan-*

cimus,

A *cluſiuis, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Doctores penes Giurbam *obſeruat. 1. num. 11.* Illa enimuerò publica dicitur vtilitas, quæ cunctos in communi, vnumquemque in particulari inſpicit. Giurba *loco citat.* per Textum *in l. 3. §. quoque, ff. ad Sillan.* Nacta *conſ. 400. num. 11.* Bardell. *conſil. 111. num. 56.* Iuriſdictio itaque Iuratorum eſt rerum ad victum humanum ſpectantium pretium conſtituere, & re-

B cognoſcere pondera, & menſuras, vt dixit Coſta Siculus *conſil. 1. num. 13.* per Textum *in l. fin. §. Epiſcopi, ff. de muner. & honorib.*

Cum autem facta officialium opera taxa, uel impoſita, venales circa res, meta fuerit, nemini eam vltra, quidquam vendere licet: vt aſſerunt Doctores penes Giurbam *in fine num. 11.* qui nam illam prætergrederetur excipere

C punitionem compellitur. Menochius *de arbitr. caſu 384. num. 4.* Cenedo *collect. 118. num. 3.* Cui etiam ſtatuto parere Clerici coguntur, Doctores penes Giurbam *num 21.* Diana *tract. 2. part. 1. reſolut. 7.* Qui proprijs è Prælatis ad metæ taxam facere venditionem adſtringuntur. Surdus *conſ. 301. num. 62.* Gratianus *diſcept. 149. num. 44.* Maſtril. *deciſ. 9.* Francus *deciſ. 9.* Riccius *collect.*

D 914. Surdus *deciſ. 20.* & cæteri penes Giurbam *num. 22.* Fontanell. *deciſ. 306. ſub num. 5.* qui ex Valerio *de differentijs inter vtrumque forum, in verbo Clerici, differ. 3.* Clericos aſſerit, qui taxam vltra vendant, exteriùs quamquam ſecundum forum ſæculares quoad punitiones ſint ſecuri; interiori attamen ex foro tutos haudequidem eſſe, at ex admiratione concutitur, qua de re illis

E maiori attendamus ſtudio, quæ animũ minimè reſpiciunt, quàm conſcientiæ ipſi. Ex qua de cauſa magis exterius reſpiciamus forum, quàm non interius conſideremus, velut pluris illud faciamus, quàm hoc.

Iuriſdictio etiam ipſis ineſt, vt circa pondera, & etiam menſuras cognitionem habeant; maximum namque Reipublicæ detrimentum ipſorum diminutio adfert, ac varietas: ob quod prætextatus Romæ Præfectus anno 367.

F A per vniuerſas pondus conſtituit regiones; multorum quoniam lubidini lances pro arbitrio componentium obſtaculum poni haud valebat. Vnde ſummo cunctorum plauſu lites iudicauit: vt refert Signor. *lib. 7. Imperat. Occident.* Pantaleon verò modium, quo Eccleſiæ coloni frumenta cogebantur adferre,

G B quemque viginti quinque capacem ſextariorum conſpexerat, velut iniquũ in fruſta redegit: ob quod valdè illum laudauit D. Gregorius Pontifex *lib. 1. epiſtol. cap. 39.* ſeuerèque, vt ratione inita iniuſti lucra queſtus, pecuniarum valor rependatur, ac animalium, iniungit. At quid hanc circa virtutem laudis Othocaro Bohemorum Regi dabimus? ex ipſo namque pondera, necnon menſuræ partim variæ ac ſeſe inter, diuer-

H ſæ, partim ex fraudis, aut doli iniquitate corruptæ vnicum, rectumque fuerunt ad modum reuocatæ, vt teſtatus eſt Dubr. *lib. 17.* Menſuræ medio quãcumque metimur rem ipſiuſque deprehendere quantitatem videmur; falſi propterea rei extant, falſique tenentur pœna, qui falſis vti & ponderibus haud erubeſcant, & menſuris. Quare Diuus Adrianus hoſce relegatos non rarò vo-

I luit: vt recenſet Iuriſconſultus *in l. annonam in fine, ff. de varijs, & extraordin. criminib. & in l. penult. ff. de leg. Cornel. de falſis, & ex L. Sylla* huiuſmodi crimen ad legem Corneliam de falſis ſpectaſſe declaratum; cuius equidem generis pœna ſuum non rarò coguntur ſcelus expiare. *l. penultima, ff. de falſis.* Franciſcus Marcus *quæſt. 279. num. 5. p. 1.* ſed Menochius *de arbitr. caſu 317.* Iu-

K dicis ad arbitrium remiſſam vult punitionem, per Textum *in l. Dardarios, ff. de pœnis.* & Tholoſan. *ſyntag. iuris Vniuerſi lib. 36. cap. 1. num. 8. & 10.* præcipitur enim *in cap. 19. Leuitici in fine:* Ne iniquum quidquam in regula, pondere, aut menſura efficiatur; iuſta ſit ſtatera, æqua veniant pondera, non iniquus modius, rectuſque ſit ſextarius. Monitum

A nitum etiam adeſt *in cap.* 25. *Deuteron.*
*num.*13. Nè diuerſa in ſaeculo pondera,
maius, & minus habeamus nè diſten-
ctior, arctiorque domi nobis modius ſit,
iuſtum retineamus pondus, verumque
vt non exiguo vitam æuo ducamus; il-
lum enim Dominus abominabitur, ex
quo hæc perpatrantur, omniſque in
contemptum veniat Iuſtitia. Væ igitur
illi, cuius in domo, & duplex adeſt
B pondus, & menſura. Vigilantèr qua-
propter aduertant Moderatores, nè hu-
iuſmodi propria committantur in di-
tione ſcelera, Ciuitatibuſque, aut etiã
locis: in pauperes adductum reſpiciant
detrimentum, inexplebilem vendito-
rum, emptorumque compeſcant auari-
tiam; adeò vt in tranquillo Reipublicæ
ſtatu iuſtis vnuſquiſque ponderibus,
vendat, emat, menſuriſque. Quod ſi
eccleſiaſticas attigerit perſonas conſti-
C tutam prætergredi normam ipſorum
fieri ad Superiores recurſum oportet, vt
punitionem illi ſubire compellantur: vt
conſilium dedit Diana *part. prima tract.*
immuni. eccleſiaſt. reſolut. 76. authoritate
Filiucci, & Bartholomæi à S. Fauſto *in*
locis ibi citatis.

Hæc autem quoad menſurarum ma-
teriam ſunt adnotanda. Et primò, quod
nullo menſuræ iniuſtitia legitimè pro-
D batur modo, niſi æneis, marmoreiſque
ex publico deputatis fiat comparatio
cum menſuris: iuxta Text. *in l. medios*
9. *C. de ſuſcept. lib.* 10. quo diſpoſitio ha-
betur in loco, menſuras nimirum in pu-
blico hac pro certitudine opus eſſe pro-
poni: vt tradit etiam Petrus de Grego-
rio Tholoſan. *ſyntagm. iuris lib.* 36. *cap.* 1.
*ſub num.*9.

Secundò neceſſe haberi de dolo cõ-
E ſtare, vt ponderum, menſuræque falſi-
tas excipiat punitionem: per Textum
in l. nec exemplum 20. *C. ad leg. Cornel. de*
falſis. Farinac. *de falſis quæſt.* 150. *n.* 273.
Menochius *lib.* 5. *præſumpt.* 20. *num.* 5.
Alexand. *conſil.* 74. *num.* 1. *vol.* 1. Gram-
matic. *conſil. crimin.* 23. *num.* 6. Paris
conſil. 169. *num.* 58. *lib.* 4. Nacta *conſ.* 72.
num. 1. Et eò magis dolus tunc requiri-
tur, quo in caſu ſtatutaria in delinquẽ- F
tes pœna deſcenderet. Farinaceus *dict.*
quæſt. 150. *num.* 285. Huiuſmodi autem
dolus verus debet, non autem præ-
ſumptus exiſtere, taliter vt nec lata ſuf-
ficiens eſt culpa. Clarus §. *falſum, num.*
297. Farinaceus *loco citato, num.* 283.
Propterea vbi probatus minimè fuerit
dolus, caſu eueniſſe falſitas præſumi-
tur, & vtentis ſaltem abſque facto. Hõ-
dedeus *conſil.* 109. *num.* 19. *vol.* 1. Farin. G
deciſ. 69. *lit. A. parte prima crimin.* Paris
conſ. 169. *num.* 56. *& ſequen. vol.* 4. Nacta
dicto conſ. 72. *n.* 1.

Quod ſi quis tertiò iniquam in offi-
cio menſuram reperijt, aut eum noui-
tèr aſſumptum fuiſſet negotium, illam
ignorantèr & retinuiſſe præſumitur, ac
etiam adhibuiſſe. Nacta *dict. conſil.* 72.
num. 4. Quo addit in loco id maximè
vigorem includere, vbi ille, ex quo ha- H
buerit, authorem nominaſſet, ac ſuffi-
ciens eſſe, vt ille pateſiat, ex quo men-
ſura, vel quidquam aliud falſum ſit ob-
tentum, falſitatis licèt author minimè
nominetur: vt probat Text. *in l. maior*
enno 4. *C. ad legem Corneliam de falſ.* Boſſ.
tit. de falſis ſub num. 126. Huius namque
generis ignorantia excuſationem omnẽ
quoad pœnam præbet. Nacta, & Farin.
locis ſupra citatis. Bonifac. de Vital. *in* I
tract. de maleſic. tit. de pœna falſific. menſ.
& pondera, num. 4. Vt paritèr excuſatio-
nem quis obtinet, ſi pondere, menſu-
raque ſibi ex honeſta tributis perſona
vtatur, aut menſura partes inter ſit cõ-
uenta, & ſi alijs non ſit conformis: quæ
circa ſcripta expoſuit Citiac. *contro-*
uerſ. forenſ. 131. *per totam*, & hæc in
num. 56. *&* 57.

Ex Fiderici Regis authoritate Iura- K
tis etiam iuriſdictio tribuitur, vt dili-
genti inueſtigent ſtudio, an publico
quiſquam in loco ædificij conſtructionẽ
faciat, vel ex alius opera exigi procu-
ret, ac de nouo ædificatorem, conſtru-
ctoremque illius iubeant demolitionem
agere, cum pœna ſit per ipſos, ædificã-
tes aduerſus, conſtituta, quæ, contemp-
tus in caſu exigi ab ipſis valet, cũ æqua-

lem

A lem ratione facultatem oſtendant, pro-
hibitionem eliciendi, vt in plateis ne-
mo, publiciſque rughis denuò conſtru-
ctionem faciat, aut veterum, quæ ex
æui curſu collapſæ ædium reædificatio-
nem excogitet; ex ipſis dempto quod
licentia præbeatur, qui, cum plateaſrũ,
ciſarumque menſuram capiant, nouum
coſtruendi ædificium, aut in priſtinum
reſtituendi ſtatum facultatem conce-
B dunt: Prudentiſſimus etenim Rex ſæ-
piùs ædificiorum ex erectione publicã
deſcendere vtilitatem, emolumentum-
que Vrbis venire magnificentiam, ac
etiam ſplendorem, & non raro ex ad-
uerſo incommodum prolabi, aut dam-
num: vt colligimus ex *l. prima, C. de ædi-
ficijs priuatis*, & dixi in ſtatu Archite-
ctorum. Idem factum Romano è popu-
lo legimus *in l. cætera igitur* 41. *& l. fi-
liusfamilias* 114. *§. ædes deſtruenda, ff. de
C legatis primo, l. 2. de ædificijs priuatis, l. 2.
§.* 17. *& l. fin. ne quid in loco publico.* Ve-
titum namque habebatur ædibus ad-
hærentia legari, vel donari poſſe, nè
Ciuitatis aſpectus vndique ruinis de-
formis redderetur, & minùs commoda
efficeretur habitatio; quare multò ma-
gis vetari ex Rege valuit, nè ex præci-
pitij caſu euerſam domum in ortum
conuertere quis auderet: *l. 3. C. de ædi-
D ficijs priuatis.* Optimè igitur ex ipſius vi-
gilantia conſtituti hoc ad munus Iurati
fuerunt, præteritis quemadmodum tẽ-
poribus publicorum, priuatorumque
cura ædificiorum proprij apud Magi-
ſtratus, ædilis, poteſtatem perſiſtebat;
ex quo cætera, inter vias per Ciuitatis
tractum æquas reddi quærebatur, & nè
effluſſiones nocumentum domibus ad-
E ducerent, pontes, vbi opus eſſet, con-
ſtituebantur; vt etiam ſi caduci, qui ad
vias aduehunt, parietes exiſterent: &
nonnulla alia: vt *in l. 1. ff. de via publica:*
Nec ſufficiẽs ad decus Rex haberi pu-
tauit ſtratas præfigere vias, ni & illa-
rum procuraretur conſeruatio: ac in
meliorem illæ afferrentur ſtatum; vt pa-
ri forma, ni ab ijs etiam, quæ incute-
re nocumentum valent, mundæ redde-
rentur. Propterea iuſſus emiſit, vt Iura- F
tis curæ ſit maragmatum immunditias
terrarum, & quidcumque fœtidum ex-
tra Ciuitatis ſepta expelli, ex quibus
aeri poſſit corruptio inferri, permittant:
& huiuſmodi equidem munus ad Aedi-
les curules, viarumque curatores ſpe-
ctaſſe certum eſt *l. 1. & 3. ff. de via pu-
blica:* ſtatuit enim Textus *in l. ædiles, ff.
eodem.* Vt publicas vnuſquiſque vias,
proprium iuxta ædificium, ac etiam G
conductas qui tenent domos conſtrue-
re ſtuderent; diſpendium in pretij com-
puto adnumerantes, illarum vbi domi-
nus ex ſe hoc non agit: de quo latè
Bartolus *in l. 2. C. de immunitate nemini
conceden. lib.* 10. Florianus *in l. ſi quid, §.
ſi quid, n. 6. ff. de vſuris.*
Permiſſum etiã ipſis eſt, vt pulchrio-
ri Ciuitas forma decoretur, & elegan-
tior euadat paruæ ædes conſiderationis; H
ac etiam præiudicij ſolo æquare, cum
pretij tamen facta domino ſolutio ſit: vt
in l. ædificia, C. de operibus public. & no-
tat Romanus *ſingul.* 710. & Hippolytus
in ſua practica, §. aggredior, num. 68. &
Alexander *in apoſtil. ad Bartolum in l. fin.
ff. de damno infecto.* Felinus *in cap. non-
nulli de reſcriptis, verſic. ad euitandos,* &
Angelus *in l. 2. §. ſi quis nomine, ff. ne
quid in loco publico.* Si publico atenim
emolumento domus affert læſionem, I
Iuratis conceſſum eſt illud deſtruere
conceſſum fermè dicitur: vt notat Bal-
dus *in l. lapilli, ff. de rerum diuiſione,* &
facit Text. *in l. Proculus, §. final. ff. de
vſufruct. & l. præſcriptio, C. de operibus
publicis.*
Simili etiam ratione publica vt via
Ciuitatiſque liber ſit exitus permiſſum
Iuratis eſt prohibitum reddere, pro- K
prium nè quilibet vallatum conſtituat
fundum, aut quocumque circumdare
munimine velit, quamuis longè à Ci-
uitate habeatur, quo in caſu illo ex
actu originem ſcandalum ſuſcipiat; vt
voluit Ioannes de Platea *in l. 2. C. de
fundis limit.* ac tali modo æſtimo intelli-
gi oportere Gloſ. & Text. *in l. Prouin-
cias, C. de ædificijs priuatis.* Adde quod

A ad effectum, vt magis lata euadat via,
finium pars è fundo auferri, ex Iurato-
rum officio, valet: vt *in l. ſi locus*, §.1.*ff.*
quemadmodum ſeruitus amittatur. Illos
etiam aduerſus procedunt, qui publi-
cas aut occupent, aut non purgẽt vias.
Text. eſt *in l.3. ff. de via publica*. Id at-
tamen opus eſt aduerti; quod publica,
poſtquam via in aliquam ingreſſum fa-
cit plateam, illud amittit nomen, nec
B ampliùs publica nuncupatur via, verum
platea. Bartolus *in l. prima, ff. de loco. & itin. publico*. Cancer. *lib.2. variar. reſolut. cap.2. num.*92. Quali autem ratione, cu-
iuſque ſumptu æris munda publica
reddi via poſſit, quo in euentu ſit quiſ-
quilijs referta, ſcripſit Auiles *in cap. prætor* 17. *Gloſa eſten limpias*. Illos verò cõ-
tra, qui eas minimè expurgent triplici
exigi vice mulcta per anni ſpatium va-
C let. per Textum *in l. final. C. de moda mulctarum*, quem citat Albericus *in l.3. in princ. ff. de via publica*.

An permiſſum Iuratis, aut etiam
vniuerſitati ſit cuiquam facultatem cõ-
cedere, publicis in vijs, muris, Ciui-
tatiſque foſſatis ædificia conſtruendi?
Explicauit Lucas de Penna *in l. pro ædibus, C. de diuerſ. præd. vrban. lib.*11. qua
etiam in parte tractat, ex quo permitti
D poſſit, vt publico fiat coſtructio in loco.
Quod ſi fortè, publicam viam, aliumq;
quem, qui publicus ſit, locum, aliquo ex
priuato comperiatur fuiſſe occupatum,
aut etiam impeditum, de populo equi-
dem cuicumque, vt id impedimenti
auferatur, & communem locus rema-
neat ad vſum, actio datur. Bertrandus
*conſ.*334. *vol.*3. *par.*1.

Vbi ergo Iurati hanc publicorum
E habent curam locorum aliquod inſpe-
xerint ædificium, publico quod obſta-
ret vſui, non repelluntur, id ex facto
demoliri, ac etiam debent, cum nul-
lum alius ad facultatem Iudicis faciant
recurſum: vt ſcripſit Angelus *in lege* 2.
§. *ſi quis nemine, ff. ne quid in loco publico*.

Conceſſam etenim Iuratis certum
eſt poteſtatem illorum, quæ ruinam
minentur domorum cogendi domi- F
nos, vt earum curent reparationem, vel
demolitioni ſtudeant; ipſis mandantes,
vt proprias ad expenſas ad meliorem
eæ ſtatum reducantur; nam ſi hoc illi
agere nolint, valent illæ in totum de-
ſtrui: cui conſonat ſententiæ Text. in
l. ædiles, verſic. ſtudeant, & ibi Gloſa
in verbo illabilia, ff. de via publica: ex eo
quia ſi domorum, quæ dirutæ, domini
ad faciendam compelli reædificationẽ G
poſſunt cõpelli: per Tex. *in l. ad Curatoris, ff. de damno infecto*. Eò magis ad-
ſtringi ad hoc debent, vt præcipitium
deſignantia reficiantur ad partis, non
dum inſtantiam. Sed tamen ex officio
ædificia, Ciuitatis quoniam pertinere
ad decus firmum eſt, elegantes, necnon
pulchras retinere domos. Romanus
*ſingul.*728. *l. ædificia, C. de operibus publ.*
Bartolus *in l. his, num.* 4. *C. de prædys, & omnibus rebus nauic. lib.* 10. Vt pari H
iubeant forma ne imperfecta quiſquam
relinquat ædificia. Doctores penes Mu-
tam *ſuper conſuetud. Panormit. cap.* 42.
num. 2. *&* 3. Permiſſum etiam ipſis eſt,
Eccleſiaſticæ, ad viarum reparationem,
illaſque lapidibus ſtruere, ſuas ante
domos, cogantur proprios recurrere
ad Iudices: vt voluit Diana *parte prima de immunit. eccleſiaſt. reſolut.*75. & quam- I
quam Doctores per eum citati in reſo-
lutionis principio: conceſſum eſſe affir-
mant, vt ex Iuratis ad viarum, pro-
prias ante domos, reparationem com-
pellantur: hæc tamen eccleſiaſticam
contra immunitatem ſententia venit: vt
voluit Molina *de iuſtit. & iure to.* 3. *tract.* 2. *diſp.*271. *num.*5.

Ipſis etiam poteſtas ineſt cognitionẽ
habendi, ac finem imponendi, omnes K
circa contentiones, ac etiam contro-
uerſias, quæ ciues inter ortum exci-
piunt, quoad ſepes limites, atque vi-
nearum terminos, & domorum, alio-
rumque hiſque ſimilium poſſeſſionum
terminos: vt conſtat *in fine dicti cap.*116.
Regis Friderici: de quibus omnibus ſcrip-
ſit Marius Muta *in dicto cap. num.* 206.
Prudens enim Rex Platonis legem imi-
tatus

Digitized by Google

A tatus eſt, qui *in Dialogo* 8. ſic: *Nemo fines, atque terminos agri moueat, nec ciuis vicini, nec finitimi peregrini, ſi agri extrema poſſideat: ſed putat id eſſe verè, quod dici ſolet, hic immobilia mouet, maliqne vnuſquiſque ſaxum ingens mouere, quam paruum lapidem iureiurando à Dijs firmatum, quo amicitia, & inimicitia terminantur.* Hinc penes Menochium *de arbitr. caſu* 393. Illos aduerſus, qui terminos B moueant conſtitutas conſpicimus iuxta caſuum occurſus; & regulariter in *n.* 2. ex athitrio aſſerit contra hoſce pœnam infligi, citat Bald. *in l. prima, C. de accuſ.* Decium *in cap. ex literis in fine de prob.* & Petrum de Gregorio Tholoſan. *ſyntagm. iuris lib.* 39. *cap.* 13. *num.* 9. tamen *in num.* 10. nonnullos aduenit caſus. Et primò, quando quiſquam fines aufert, non illo animo, vt terminos corrumpat, C ac etiam confundat: ſed vt ſibi lapides furetur, tunc furti punitio, non autem de terminorum amotione infligi pęnam oportet. Clarus *in* §. *fin. quæſt.* 73. *verſ. terminos mouentes.* Poſteriorem attulit caſum, quando quilibet illum fines mouet ad effectum, vt proprij terminos agri vicini ad poſſeſſionis fines extendat; & illo in accidenti arbitrariam ſuſcipere, ſuæ iuxta conditionis qualitates punitionem coguntur. Tertium D figurauit, vbi terminos quiſquam ea tollit mente, non vt proprij fines agri vicinum verſus propinquet: ſed ad effectum, vt circa fines liti ipſos inter verſanti proprium in fauorem definitio afferatur; ac talièr hoc agit, vt limites obſcurentur. Et huic equidem arbitrariam duci punitionem, iuxta perſonæ naturam voluit, & circa læſum aduer- E ſarium ſequutus eſt Text. *in l. ſi conſtiterit, C. finium regund.* & Conſtantinum Harmenop. *de termin. motor.* qui hæc transmiſit: *Qui terminum agri, de quo controuerſia eſt, ante litem abſolutam occuparit, eum in duplum reddit, nam & locum ipſum, quem occupauerit, dat, victori, & tantumdem inſuper, quod ſi locus ille proprius erat, ſufficit ad pœnam eo excidere.* Vltimum expoſuit caſum, vbi terminos quiſpiam ea repellit ratione, F non, vt ſibi emolumento iſtud ſit, at vt detrimentum vicino adferat, iudica ſi alicuius vicini ſui ad alterius commodum tollat; & hoc æſtimauit caſu punitionem ſubire neceſſe, ac publicum ad opus, proprio quoniam facit negotium vicino per biennij ſpatium damnari decens eſſe: ita ex Textu *in l.* 2. *in fine, ff. de term. mot.* Sed etenim eoquod benè cognoſci minimè poteſt cuiuſmo- G di ea veniat punitio, illam putauit Iudicis in arbitrio remanere conueniens.

Poteſtas ipſis etiam tribuitur, vt illos aduerſus procedant, qui corruptas vendere annonas minimè dubitent; vtque prohibitionem inijciant, nè carnes, piſces, fructus, vinum, legumina, olera, cæteraque corrupta victualia ex ipſis venditioni exponantur; & vbi hæc fuerint ad venditionem conſtituta, illa H proijci mandabunt, ne venditio de ipſis fiat. Adde quod, ſæpiùs, ne illarum ex vſu damni quidquam comedens perpetiatur, igni tradi, vel etiam humari præcipiant; nec vllo valent, aut etiam debent permittere modo, vt minori de illis, velut corruptis, valore habeatur venditio, aut etiam pauperibus, vel carceri iniectis dentur; omninò autẽ oportet illarum intercedi comeſtionem, pro- I prium ne ægritudines adducantur ob eſum: vt præcipit Bouadill. *in ſua polyt. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 99. Nec prætereaṁ, eos, qui huiuſmodi corrupta victualia venditioni exponere neutiquam dubitent mortalis reos eſſe criminis, ac ad reſtitutionem, diuinæ tamquam legis, naturaliſque tranſgreſſores cõpelli placuit Bouadillæ *in fine dicti num.* 99. Nauarræ in *Manuali cap.* 23. *num.* 86. Gut- K tierez *pract. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 180. *num.* 14. Et decet maximi ponderis flagello punitionem excipere Iudicis quamquã arbitrio remiſſum, eſt in aſſertis Menochij *de arbitr. caſu* 382. *num.* 3. Cuius equidem ſubire pœnam generis illi coguntur Pharmacopæi, qui de falſis, corruptiſque venditionem aromatibus faciunt; vt pari forma, qui bonos in ſacci

A ſummitate fructus conſtituunt, & corruptos in medio, exeſoſque adferunt; quemadmodum & macellarij, qui fœtidas vendere carnes non verentur; ſicuti & qui corrupto immixtum non mediocris qualitatis triticum venale proponunt: de quibus ſcripſit Menoch. *dicto caſu* 382. *à num.* 4. Bouadill. *dicto cap.* 4. *num.* 100. *cum ſequent.* Maranta *in ſpeculo parte* 4. *diſtinct.* 11. *à num.* 35.
B in quos valent procedere vllus abſque eoquod proceſſus compiletur. Puteus *de ſyndicatu, in verbo Iudicis ſuprema, nu.* 20. *fol.* 119. & alij penes Bouadill. *loco citato num.* 106. Cuius tamen in ſententia eſt, vt rei de vitio ſummariè quidquam firmum in actis ſit. Huius propterea Inſulæ Proreges cęteras inter, circa frumentorum corruptionem cauſas illam putarunt eſſe, quo in caſu & ma-
C lo, & humido illius conſeruatio fiat in loco. Qua de re conſtituerunt, vt nulla permittant Iurati forma, qua in parte haudquaquam Portulanus adeſt, horreis è gypſo ſolùm conſtrui: ac etiam in antra effodientes informationes capiant, & Regium ad Patrimoniũ tranſmitti curent: *vt in pragmatica* 12. §. 16. *de officio Magiſtri Portulani*: paritèr etiam ipſis poteſtas tribuitur, vt informatio-
D nes, aduerſus frumentorum madefactores deſumant, ac etiam ad carcerationem deſcendant: vt *in dicta pragmat.* 12. §. 5. *fol.* 234. Ac circa hæc omnia, aliaque dicto in titulo compræhenſis banna ſtudeant exponi: & in quibus nõ interuenit Magiſter Portulanus locis, ipſis tertia frumentorum pars, quæ ſint ex fraude menſurata; acquiritur, vbi hoc præſtiterint conſenſum domini ad
E ſcelus: vt *in d. pragm.* 12. §. 17.

Permiſſum etiam ipſis eſt, quo ad annonam, caritatis tempore, diuites ad dandas mutuas pecunias compellere, ad hoc vt de frumentis emptio fiat, cum poſtquam; vbi commodum ſit, nummorum reddatur ſumma. Vnde ſi ex voluntate illas neutiquam mutuas dederint, id coguntur vſque in ſpatium in carcere permanere, quo illas duxerint: vt notauit Auendagn. *de exequutione mandat. cap.* 19. *num.* 34. poſt Cu- F
neum *in l. neminem, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & Plateam *in l. prima, C. de omni agro deſerto lib.* 11. Caſſaneum *in conſuet. Burgund. rubrica* 1. § 4. *num.* 48. Cuiuſmodi equidem compulſionem generali, non autem particulari effici modo opus eſt: vt aduertit Auendagnus *loco citato*. His etiam iuriſdictio inhæret; vt quatuor infra dierum terminum, vt in G
pragmat. de ſeminerio §. 17. De tritico exteris vendito redemptionem, propriæ in Ciuitatis commodum, non autem cuiuslibet in emolumentum, patrent: alitèr verò frumentorum extractionem impedire non poſſunt, cum valdè Reg. Patrim. interſit extrahere res venales, illaſq; ad loca caritate laborantes tranſmittere. Borellus *deciſ.* 94. *num.* 11. ac quemcumque ex populo adſtringant H
ad faciendam moderato pretio venditionem, pro ciuium victu, cum hoc Reipublicæ ſuadeat vtilitas: vt in *l. ſi pendentes, §. ſi quid cloacharij*, & ibi Angeles *ff. de vſufructu*. Auendagnus *num.* 33.

Iuratorum etiam pertinet ad officiũ, vt vna cum Secreto in quodcumque bimeſtre ſpatium, vaccarum, bouum, iuuencarumque notamenta in locis, in I
quibus reperiantur, macellatorum, mittant: vt ex *pragmatica* 1. §. 4. *de prohibica macellatione animalium bouini generis, fol.* 311. *&* §. 4. *pragmat.* 5. *eodem titulo, fol.* 336. Nec aliam hoc ob cauſam fuit conſtitutum, quàm agriculturæ in fauorem, ne bouini animalia generis, macellationis ergo, in deterrimum adducerentur ſtatum; tantam namque affert illa vtilitatem Reipublicæ, vt exea, K
tanquam neceſſaria vitam homines cõfiteantur, ac felicitatem: his etiam agrorum circa culturam valdè commendatum ſtudium fuit per *pragmaticã vnicam de ſeminerio*, §. 11. *fol.* 116. in 3. vt in Agricolarum ſtatu dictum fuit.

Ex ipſis etiam requiritur, vt nouæ militibus militiæ pyriũ puluerẽ, plumbeos globos, omniaque ſubminiſtrent ne-

A neceſſaria, vt bellico milites in exerci-
tio peritè verſentur: maximum namque
ad Reipublicæ emolumentum condu-
cit, Martiali ſuetos labori, ac ad armo-
rum tumultus non ineptos retinere ho-
mines: vt Bellico explicaui in ſtatu. De-
bent etiam curare, vt ſtatim ac officium
ſubiuerint, de militum propriæ ſubie-
ctorum iuriſdictioni liſtis ſe informent,
ac qui electi, vt vacantia ſubintrare in
B loca deberent, vt pari ratione de in-
ſtructionum contrauentionibus Procu-
ratori, Prouiſori, Surgentique maiori
cogantur informationem dare: vt in
inſtructionibus nouæ militiæ continen-
tur in §.60.

Nec ipſis denegatur punitionem in
caupones, aut etiam tabernarios infli-
gere, qui album, ſophiſticumque vinũ
in muſcatelli vicem vendant. Auenda-
C gnus *loco citato ſub num.* 10. Hi etenim
deceptores pœnam, velut fraudem de
re ad rem committentes, pœnam ſub-
eunt: vt ſcripſit Baldus *in l. non dubium
col.* 5. *C. de legibus*. Ac pari modo con-
ſtituere ipſis permiſſum, vt venales cer-
to venditioni exponantur loco res, vt
faciliori appareant ratione, & illos, qui
ſeſe diuersè gerunt, rerum iactura pu-
nire. Lucas de Penna *in l. 1. C. ne ruſti-
D ca ad vllum opus lib.* 11. Vt etiam illos
contra pœnam inijcere, qui monopo-
lia committant. Auendagnus *ſub n.* 31.
quemadmodum valeant ruſticos cogere,
vt in Ciuitate, non autem extra terri-
torium res vendant: per Textum *in l.* 1.
ff. de nundinis. Ac vt venditionem in
groſſum, non autem ex minuto faciant,
ne longiori permanentes in Ciuitate
ſpatio detrimentum in agriculturam
E occurrat. Platea *in l. colonos, C. de agri-
colis, & cenſitis lib.* 11. æquali vt forma,
vbi panis adſit, penuria; panis quanti-
tatem ſingulos per dies in Ciuitate vẽ-
dendam, ex ipſis ſtatui permiſſum eſt.
Platea *in l. prima, C. de frument. vrb. con-
ſtant. lib.* 11. cum æqualitas in diſtribu-
tione ſeruetur: vt aduertit Auendagn.
ſub num. 36.

In Propolas etiam, ſiue Ragatterios
procedunt, aut Dardanarios, ac cedere F
ſtatutum poſſunt, ne in Ciuitate de vi-
ctualijs emptionem faciant, certa vſ-
quequo progrediatur hora. Auendagn.
loco, & num. ſupra citato, verſ. & ob vbert.
adeſt etiam in Regno *cap.* 59. *Regis Al-
phonſi*, quo prohibitio in loco adeſt
emptionem facere, medij priuſquam
diei tranſierit curſus: & ſcripſit Muta
ibidem *num.* 2. Ac etiam vetitum red-
dant, ne fœtidas quiſquam artes circa G
exercitium habeant, ne tranſeunti ma-
lus odor læſionem inferat. Auendagnus
loco citato num. 38. qui citat Albericum,
& Florianum *in l. aquiſſimum, §. ſi tamen,
ff. de vſufructu*. Et illos aduerſus, qui
candelas ex officio conſtruunt, polli-
parioſque, ac etiam ſimiles id agant: vt
notat Cepolla *in tract. de ſeruit. vrban.
prædior. rubr. de aere*. Et in illos, qui vẽ-
tris, ac veſſicæ purgamenta, vel etiam H
vini fœces emittant, aut fœtidas publi-
cas in vias è domibus proijciant, aquas.
Ripa *in tract. de peſte in parte prima, verſ.
tranſeo num.* 64. & alia exempla ducit
Platea *in l. decernimus, C. de aquæductu
lib.* 11. Quædam etiam iuriſdictiones
habentur, quas recenſet Maſtrill. *decis.*
300. vbi agitur de poteſtate, & iuriſ-
dictione Spectabil. Panormi Iurato-
rum. I

Quod verò ex Iuratorum requiritur
officio pluribus oſtenditur è rebus. Et
cęteras inter adeſt: vt annonæ præpa-
rationem faciant, cuius curam priſco
tempore cereales apud ædiles perman-
ſiſſe certum eſt. *l. 2. §. deindè Cornelius
Sylla de regalis iuris*: quorum in vicem,
vel auxilium conſtituti annonæ Præfe-
cti fuere, qui in panis cura, cæterarum-
que venalium rerũ quotidianarum, quæ k
pertinere ad vſum viderentur, adeſſe
deberent. *l. numerum, §. Irenarchæ, verſ.
item Epiſcopi, & §. qui annonam, de mu-
neribus, & honoribus*. Bouadill. *lib.* 1.
polytic. cap. 3. *num.* 2. cum huiuſmodi
etiam perſonæ, quibus hæc, circa pa-
nem, diligentia tribuebatur, Epiſcopi
nuncuparentur: *vt in l. num.* 18. *ff. de mu-
nerib. & honor.*

An-

Digitized by Google

A Annonæ verò nomen excipit quicũque annuus fructus, qui ad victum ſpectet. Qua de cauſa non ſolum ad frumentum, coctumque panem qui in dies venditur, extenſionem patitur. *l.* 1. *C. de frument. vrb. conſtant. lib.* 11. Ad vinum verum etiam, & cætera edulia, penſiones, ac ſalarium, victus ergo, tributum, tranſit. Petrus de Gregorio *ſyntagm. iuris vniuerſ. par.* 3. *lib.* 37. *cap.* 30. *in principio*. Præcipuam ſedenim
B ad Reipublicæ prouiſionem panis requiritur, cuius affluentia cæterorum ſupplementum affert æduliorum indigentiæ; panis autem neceſſitas propria nequaquam, æquatur ex reliquis, abundantia. Adde quod quo in caſu ipſe in defectum abit, vel aliarum priuatio rerum maius venit in augmentum, vel diminuta redditur. Bouadilla *loco cit. n.* 7. Magno propterea ſtudio incumbāt Iu-
C rati, ne, vbi inordinata eſt adminiſtratio, rerum penuria creſcat. *l. prima in fine, C. de frumen. Vrb.* Conſtantin. ibi: *Quoniam creſcit inopia, ſi frumenta, quæ pro annona tribuuntur ad vſus alios deputata cognoſcuntur*. Nullo ea de cauſa, modo pecuniarum quantitas, quæ frumentorum fuerit ademptionem conſtituta, nequaquam in minorem deſcendere numerum, aut alios conuerti ad
D vſus debet. *l.* 2. *C. eodem*. vbi Bartolus *in ſumma*: prouerbium enim apud Hiſpanos extat.

Los duelos con pan ſon menos.

Quod Siculè:

Ogni doggbia cu lu pani ſi cũboggbia.

Eſt enim fames inter omnes neceſſitates omnium grauior: vt ait Surdus *de*
E *aliment. tract.* 7. *quæſt.* 6. *num.* 44. Quapropter contra abſcondentes frumentum maledictio minatur *in Prouerb. cap.* 11. *verſ.* 26. ibi: *Qui abſcondit frumentum maledicitur in populis, benedictio autem ſuper caput vendentium.*

Per quam vigiles vnde huiuſce Moderatores Regni præfixum voluerunt, ad effectum, vt quæcumque Ciuitas neceſſariam, circa panem, faciat prouiſionem: ex *Pragmat. ſanctio. tit. de ſeminerio*, §. 17. Ne depromi vetita F poſſint, per quæ prohibita reddatur, ex Ciuitatibus, aut etiam locis, ex quibus aliarum ea pro Ciuitatum victu oporteat deduci, frumentorum extractio. Adde quod, vt auxilium illis feratur, qui frumenti habent indigentiam, eam compelli Ciuitatem decet, quæ illo abundans ſit, nec venditionem egenæ recuſet: vt dixit Angelus *in l. pro locis, C. de annon. & trib. lib.* 10. Bouadilla G *loco citato num.* 53. Mexia *de pane concl.* 1. *num.* 39. Illi atenim Ciuitati, aut loco; vnde frumenti auferre ſummam Rector quærit neceſſaria debet, proprij ad ſuſtentationem populi, prouiſio ineſſe; ordinatam namque charitatem originem conuenit è ſe ipſa excipere, frumentorum quoniam è fœcunditate priùs debent incolæ ſortiri emolumentū, quàm illam, peregrinis hauriat commercijs H ſtudioſa libido. Tholoſan. *ſyntag. iuris lib.* 36. *cap.* 30. *ſub num.* 8 & hoc infra ſpatium putauit Auendagn. *de exequem. mandatis Regum cap.* 19. *num.* 19. *&* 35. *in fine*. Vſquequò fuerit conſtitutum, an frumenti exuberantiam, vel ex aduerſo, Ciuitas habeat minimè denegari, prohibitionem elicere, ne illius, è Ciuitate, aut etiam territorio, extractio fiat: vt probauit Ripa *in tract. de peſte* I *parte* 2. *ſub num.* 16. *& nu.* 189. Bouadil. *loco ſupra citato ſub num.* 59. Florianus *in l. ſi pendentes, §. ſi quid cloacbarij, ff. de vſufruct.* De facto autem vetitum reddidit Prorex *in dicto* §. 17. Illis quoniā in caſibus, in quibus æſtiment Iurati, eam frumentorum ſummam ſibi ex neceſſitate, pro congruo populi victu deſumere, certiorem debent Excellentiā ſuam, ac Regij Tribunal Patrimonij facere, decentem ex quibus ordinationē K expectabunt, & hoc ſeſe temporis interuallo frumentorum è ſequeſtratione abſtineant, ac extractionis è vetito longè ſint, cum ſatius ipſorum negotio fuerit conſultum, quod quatuor curſus dierum ad faciendam venditi tritici ad victum populi redemptionem, facta pretij ſolutione fuerit conſtitutus.

Vt

Google

A Vt frumentorum atenim, cæterórũ-
que victualium emptio fiat, neceſſarias
valent ipſi ob pecunias Ciuitatem, eiuſ-
modi ad emptiones obligare, cum Iu-
ratorio tamen, vel etiam adminiſtrato-
rio ſint nomine debito ſubiecti: vt per
Bartolum *in l. ſi pupilli* §. 1. *ff. de negotijs*
geſtis. l. penult. ff. ſi quis cantion. Talitèr
vt Iurati, poſtquam Iuratorum, Admi-
niſtratorũque depoſuerint munus, nulla
B obligati ſint forma. Muta *in cap.* 16.
Regis Fiderici ſub num. 93. per Textum
in l. poſt mortem §. *fin. & in l. penultima*
ff. quando ex fact. tutor. Alciat. & Decius
in l. Ciuitas, ff. ſi certum petatur. Aduer-
tit autem Muta *loco citat. num.* 94. Quod
vbi proprio ſeſe debito ſupponant no-
mine Iurati, valor obligationi adſit, cũ,
etiam, ſi ex contractu demonſtretur, il-
los ex ſe obligatos haberi, huiuſmodi
C vim includere actum voluerit. Muta
loco citato. Immò vbi vrgeat neceſſitas,
particularibus poſſe ex Ciuibus quem-
cumque compellere, vt ſeſe, pro Vni-
uerſitate, obligationi ſubmittant: vt
placuit Saliceto *in l. Ciuitas in fine, ff. ſi*
certum petatur. Montanar. *de adminiſtr.*
Vniuerſit. pragmat. 2. *num.* 157. Ripa
in l. ſi ſe non obtulit num. 41. *ff. de re iud.*
quemadmodum ad mutuas dandas pe-
D cunias, vt frumentorum emptio fiat, il-
los cogi non denegatur, cum annonæ
caritas impellat: Bald. *conſil.* 458. *lib.* 3.
Antonius Sola *ad conſtit. Sabaud. tit. de*
edictis annonæ gloſ. 6. *in princip.* Nequa-
quam verò Iurati viliori, quàm annona
exigere videatur, pretio triticum ciui-
bus vendere adſtringuntur. *l.* 8. *ff. ad*
municipalem, l. 6. *ff. de adminiſtrat. rer.*
ad Ciuit. pertin. Ipſi verò diligentèr cu-
E rent, nè participes in rerum venditione
fiant, aut etiam colluſionem cum ven-
ditoribus agant, vel cum illis, qui
quamlibet de ſubminiſtranda, pro vni-
uerſitatis victu, impegerint obligatio-
nem. Bouadill. *dicto lib.* 3. *quæſt.* 4. *nu.*
40. *fol.* 69. Muta *in Pragmatic. Regni*
tit. 32. *tom.* 1. *de officio ædilium ſub nu.* 28.
qui ſub num. 29. affirmat. Propterea
neutiquam decens eſſe, vt pecuniæ ciui-

di Iurati extent: ipſorum quoniam F
officium eſt Viditores, Fideles, Cen-
ſoreſque, ac etiam publicos Admini-
ſtratores, velut Vniuerſitatis propu-
gnacula venire.

Iuratorum etiam muneri incumbit,
inuigilare, ne Ragatterij, vel Darda-
narij in Ciuitatem moram faciant: con-
tra quos ſcripſit Lucas de Penna *in l.*
ſeptem diebus, C. de erogat. militum anno-
na lib. 12. Et non ſolùm huiuſmodi ho- G
mines decet ex Ciuitate depelli; ſed
omnium oportet etiã ex amicitia deij-
ci. Bouadill. *dicta cap.* 4. *ſub num.* 60.
Adde etiam minimè congruum eſſe
permittere, vt optimatum emptores
eo colore, quoad eſcam res comeſtibi-
les pro illorum procurent familia, vltra
neceſſarium emant, ac eas poſtmodum
alijs denuò vendere non dubitent: vt
aduertit Bouadil. *loco citato*. In illos etiã H
ſeſe debent ſeueriùs inuehere vendito-
res, qui, vt maius reddatur pretium,
venales occultare ſtudent res. Vnde
iure quidem optimo, de facto fuſtiga-
tione punitum quemdam aſſerit, qui
talia perpatrare non verebatur. Bouad.
loco citato num. 60. *circa finem*. Hac de re
Menochius *de arbitr. caſu* 384. ex arbi-
trio ducendam illos aduerſus conſtituit
pœnam, qui annonam, coemptaſque I
merces ea ſuppriment mente, vt maio-
ri pretio, impellente occaſione, ven-
dant. Quo in loco de Dardano Mago,
ac Thalete Mileſio exempla duxit; ac
de iure diuino hæc habemus in Pro-
uerb. *cap.* 11. *Qui abſcondit frumenta ma-*
ledicetur in populis, benedicentur autem
vendentes.

Ipſorum etiam ad officium, integra,
circa Ciuitatis bona ſpectat adminiſtra- K
tio: propterea ex Alphonſo Rege nor-
mam ipſis tributam videmus, quo ſeſe
hi gerere quoad illorum ingabellatio-
nem modo cogantur: cum, priuſquam
illa ad ingabellationem tradantur, alij
Ciuitatis officiales, ac principaliores,
non minori, quàm denus ſit, numero in-
teruenìant, per quos matura omnium,
vel maioris eorum partis conſideratio-
ne,

Google

A ne, quam publicam redigi in ſcripturã
mandat, earum rationabilem ſtatum
gabellarum, quæ debeant affictari, po-
ni conueniat; ac ita, cum nequaquam
cæteræ in contemptu habeantur ſollẽ-
nitates præconizari curent, iuratorum
quoniam ſub tutamine, cuſtodiaque, ac
regimine moram Ciuitas facit. *l. Reſpu-
blicæ*, & ibi Gloſa *in verbo ſolet*, *C. ex
quibus cauſ. maior. in integr. reſtituant. l.
Rempublic. C. de iure Reipublicæ lib.* 11.
B Gloſa *in l.* 3. & ibi Bartolus *ff. de manu-
miſſ. quæ ſeruis*. Alexand. *conſ.* 196. *n.* 3.
vol. 3. Bald. *in l.* 80. §. 1. *num.* 2. *ff. de
legatis* 1. Qua de cauſa licèt communia
exiſtant, haud tamen decet illa com-
muniter prætermitti. *l.* 2. *quando, & qui-
bus quorum pars lib.* 10. à contrario ſenſu
Iuratis propterea congruum dicitur, vt
prædia, gabellas, aliaque vniuerſitatis
iura ingabellent: vt illarum ex redditi-
C bus publicis valeant neceſſitatibus ſub-
uenire, nec non muneribus, commu-
nibus poſſint expeditionem adducere
negotijs: iuxta Text. *in l.* 2. *C. de prædijs
decur. lib.* 10. Vnde Iuratos decet, ſtu-
dere, vt idoneas conductores fideiuſ-
ſiones præſtent, qui ſeſe Vniuerſitati
obligare minimè recuſent, vt ſolutio-
nem cum aduenerit tempus, aduehant,
ac damna, vbi non fuerit ſubitò allata
D pecunia, in ſe ſuſcipiant: vt eſt Text.
in l. 2. vbi Bald. *num.* 2. *&* 3. *C. de præd.
decurionum ſine decret. non alien. lib.* 10.
Opus igitur eſt publicarum locationes
rerum ex Iuratis committi, cum exigãt
ex debitoribus cautionem. *l.* 4. §. *primo,
col. fin.* §. 3. *ff. de adminiſtrat. rerum ad
Ciuit. pertin.* Nam ſi alio agant modo,
ipſi obligationi ſubijciuntur Iurati, vbi
ad ſoluendum habiles neutiquam con-
E ductores extent. Hoc autem illo ſolum
euenit pro tempore, de quo in locatio-
ne fiat expreſſio, non verò quo tacita
occurrat reconductio. *dicta l.* 4. §. 1. Il-
lorum atenim fideiuſſores, qui vniuer-
ſitatis conduxerint res, ei etiam in vſu-
ris obligantur, niſi de alio effecta ex-
preſſio ſit. *l.* 2. §. *conductorem, cum* §. *qui
fideiuſſerunt, ff. de adminiſtratione rerum
ad Ciuit. pert.*

Nequaquam hac de cauſa præter- F
mitti ſubhaſtationes oportet, quæ cum
præcedentes ſint, nullo debet modo
perfecta locatio augmẽti prętextu alius
ex voluntate facti, reſciſſionem pati. *l.* 2.
& ibi Gloſa *C. de vendit. rer. Ciuit. lib.* 11.
l. 3. *C. de loc. prædior. ciuil. lib.* 11. *l.* 2. *&
fin. C. eodem.* Roland. *conſ.* 99. *num.* 20.
vol. 1. *l.* 21. §. *fin. ff. ad municipalem, l.* 4.
C. de diuerſis prædijs vrbanis lib. 11. Ex
Licitatoribus atenim haudequidem ad- G
mitti eos decet, qui integram præce-
dentis affictus minimè ſolutionem fe-
cerint. Rouitus *in pragmat.* 5. *de admi-
niſtrat. vniuerſit ſub num.* 13. per Tex-
tum *in l. locatio*, §. 1. *verſ. reliquatores, ff.
de public. & vectigal.*

Quę autem ſit certum vſque ad tem-
pus de Vniuerſitatis rebus locatio inie-
cta illius vltra ſpatium nequaquam ex-
tenſionem excipit, ac, vbi illud finem H
ſubit, nullum ampliùs continet vigo-
rem, neque id extra tempus, quod fue-
rit in locatione præfixum conductores
in obligatione, aut etiam fideiuſſores
manent, huiuſmodi quamquam res da-
ri in locationem tantidem non poſſint.
l. 3. §. *cum quinquenn. ff. de iure fiſci*: quo
atenim in caſu, cum terminus fuerit
locationi adductus, primus offert idem
conductor pretium, quod poſterior tri- I
buit, præferri eum opus eſt. *l.* 4. *C. de lo-
cat. prædior. ciuil. lib.* 11.

Prohibitum autem redditur ex Al-
phonſo *in cap.* 48. Vniuerſitatis ne Iu-
rati gabellas conducant, vel directo, in-
directoque modo, palam, occultaue
forma, ſui, aut alterius ex induſtria
participes fiat, cum perpetuæ infamiæ,
ac circa officium priuationis punitio in-
fligatur, incapaceſque reddantur, vt in
ſimilibus ſcripſit Menochius *de arbitr.* K
caſu 459. Quod ipſorum non ſolùm in
perſona, in alijs verum etiam, qui eo-
rum ſint de familia, vim continet, com-
muni quoniam de iure prohibitas hu-
ius generis emptiones, ingabellationes,
aut etiam affictus reddi certum eſt; con-
tra quos habetur Carocc. *de locato, &
conducto, tit. de loc. vectigal. quæſtione* 7.

Do-

A Doctores penes Mutam *in dicto cap.* 48.
ſub num. 1. Adde quod nec permiſſum
ipſis eſt fideiuſſores pro Gabellotis in-
tercedere. *l. Curiales, C. locati* : Affirma-
tur autem ex Muta nulla decens eſſe
ratione tales ad ingabellationes cleri-
cos admitti: allegat §. *alium in Authen.*
de Sanct. Epiſcop. Immò neutiquam his
cōuenire laicorum fideiuſſores pro ga-
bellis eſſe: per Textum *in cap.* 1. *de fide-*
B *iuſſoribus.* Eccleſiaſticæ quo in loco per-
ſonæ repelli à fideiuſſione videntur; ſed
etenim ſi ad hoc fuerint admiſſi, vim
equidem fideiuſſioni voluit inhærere.
Muta *loco citato ſub nu.* 20. poſt Roman.
conſ. 409. & Carocium *loco ducto.*
Quando autem Iuratus quicumque
illius ſucceſſor extet, qui conductor
fuerit, pœnæ quidem abſque metu in
illa remanere conductione permiſſum
C eſt. *l.* 2. §. *primo, ff. de adminiſtratione*
rerum ad Ciuit. pertinen. l. 4. *&* 6. *ff. de*
decurion.
Studeant verò Iurati, ne vniuerſita-
tis debitoribus concedere dilationem,
etiam cum clauſula (habita licentia)
præſumant, at, quoad inhabiles, ex of-
ficio, certiorem Excellentiam ſuam, ac
Regij Patrimonij Tribunal reddant;
quemadmodum eſt diſpoſitio *in pragm.*
D 21. *fol.* 130. *tom.* 1. Dilationem ex eo
quia tribuere temporariam importat li-
berationem, quod fermè agere neuti-
quam valent, nec è congrua permiſſum
eſt ſolutione gratis liberos remittere
debitores. *l. ambitioſa in principio, ff. de*
decretis ab ordin. faciend. l. 2. & ibi Gloſa
C. de decretis Decurionum lib. 10. An ve-
rum huiuſmodi conueniat debitoribus
Reipublicæ compenſationem præpone-
re; & hanc quoad materiam id agi con-
E ceſſum è Doctoribus eſt, dempto quod
non ſit debitor ex cauſis, quæ poſitæ
in l. 3. *C. de compenſat.* circà quod vide-
re licèt Text. *in l.* 13. *C. eodem. l.* 2. §. 2.
& 4. *ff. de adminiſtrat. rer. ad Ciuit pert.*
propterea Rouitus *in pragmatica* 5. *de*
adminiſtrat. vniuerſit. num. 25. firmum
vult; quod nequaquam decet, colle-
ctarum ex cauſis debitorem, cum eo
compenſationem facere, quod ſibi alia F
tribui ex via debet: allegat Bartolum
in §. 1. *in authen. de collat.*
Et nulla quamuis forma tribuere di-
lationem debitoribus valeant, cum vr-
geat tamen neceſſitas, poſſunt, etiamſi
prolapſum haud tempus ſit, ac priuſ-
quam ſolutioni præfixa minimè adue-
nerit dies, eos ad pretium tribuendum
compellere. Iaſon *in l.* 10. *num.* 3. *&* 4.
ff. de condict. indebiti. Quamuis enim, G
qui præmaturè, ac priuſquam occur-
rerit tempus, petat, plus expoſcere
videatur: §. *plus autem, inſtit. de actionib.*
iſtud attamen haudquaquam ſibi locum
vendicat, publica vbi de vtilitate tra-
ctatur; cum in hoc maius inſit Vniuer-
ſitati priuilegium, quàm fiſco: eoquod
iſti cogere ante tempus debitorem, non
permittitur, immò ſi adſtringat nullam
retinet actionem. *l.* 2. *C. de iure fiſci.* H
Vbi autem contigerit, vniuerſita-
tem aduersùs latæ fieri exequutionem
ſententiæ, nullo contra Syndicos mo-
do, nec in Iuratos id agi permittitur,
communi ſed enim ære perpatrari. *l.* 4.
§. *actor,* & ibi Gloſa *in verbo debitor, ff. de*
iudicijs, & ibi Iaſon *num.* 18. & Ripa
num. 4. Felicianos de Sol. *de cenſib. to.* 2.
lib. 2. *cap.* 3. aut eiuſdem in vniuerſitatis
bona, vt ſcriptum eſt ex Poſtio *de ma-* I
nutenend. obſeruat. 102. *num.* 62. Rota
ibi *poſt tract. deciſ.* 276. *num.* 4. *& deciſ.*
331. *num.* 16. Et ſi vniuerſitatis bona
in defectum abiuerint præceptum Syn-
dicis, Iuratiſque fieri oportet, vt col-
lectas imponant, exigantque, ac etiam
faciant ſolutionem, cum competens
tamen datus terminus ſit. Nacta *conſil.*
520. *num.* 2. Ioſeph Ludouiſ. *deciſ. Pe-*
ruſ. 43. *num.* 1. Poſtius *dicta obſeru.* 102.
num. 62. poſt Bartolum *in l.* 4. §. *actor, ff.* k
de iudicijs num. 12. *& in l. prima,* §. *quod*
ſi nemo, ff. quod cuiuſque Vniuerſit. nomin.
Etiamſi de fiſcali agatur debito, &
quod priuilegiatum extet; Guid. Papa
quæſt. 77. Faber *in tit. Codicis, quibus res*
iudicata non nocet, definit. prima in fine.
Maximi namque oneris habetur, & le-
gibus non ſolum, naturali verum etiam

A æquitati contrarium, alieno quempiam
pro debito moleſtiam perferre. *l. unica,*
C. vt nullus ex vicinis lib. 11. quemad-
modum, de Tutore affirmamus, &
Curatore, quorum bona minimè per-
mittuntur pupilli, minoriſue pro de-
bitis capi. *l.4. §. tutor quoque, ff. de re*
iudicata. In Regno tamen vſus inualuit,
quod pro debitis Regiæ Curiæ, ac Re-
gni Deputationi pecunijs proprio con-
B ueniantur nomine Iurati, pro quibus
proprijs non ſolùm in bonis expigno-
rationem perpetiuntur, ſaluo ex Vni-
uerſitate recuperandi iure: iuxta tradi-
ta per Bartolum *in l. miſſi opinatores,*
num.3. C. de exactoribus tributor. lib. 10.
Fontanella *de pactis nuptialib. clauſ. 6.*
gloſ. prima, parte 4. num.35. & ſequenti.
Petrus de Gregorio *ſyntag. iuris lib. 23.*
cap.6. num.7. Marcus *quæſt.* 803. *in fine*
C *parte prima*. De illis verum etiam cap-
tura fit, ac id detinentur vſque in ſpa-
tium, quo ſummæ efficiatur ſolutio: ſe-
cundum ſententiam Caſtrenſ. *in l. ſicut,*
§. ſi quid num.2. ff. quod cuiuſque vniuer-
ſitatis nomine. Petrus de Gregorio *loco*
citato num.70. Poſtius *dict. obſeruat.* 102.
num. 62. Licitum autem eſſe, Iuratos in
negligentiæ pœnam capi traditur ex
Bouadill. *lib. Polytic. 3. cap. 8. num.* 78.
D Fontanell. *loco citato num.* 36. Proindè
poſſe Decuriones capi, ac in ſolidum
exigi ſaluo repetendi ab Vniuerſitate
iure citati oſtendunt Doctores, & Co-
ler. *de proceſſ. exequut. parte 2. cap. 3.*
num 380.

Nulla verum conceditur forma, vt
poſtquam officij terminus aduenerit
aliqua Iuratis, & Syndico moleſtia
inferatur. Bartolus *in l. poſt mortem, §.*
E *tutor, ff. quando ex facto tutoris, & in l.*
Curatores, §. in eum, ff. de adminiſtratio-
ne rerum ad Ciuit. pertinent. & in conſil.
94. Quo in loco de iudicio exequutiuo
ſtatuti virtute, neceſſarium aduerſus
adminiſtratorem intentato verba facit,
cum tutoribus, vt ſuperiùs fuit expli-
catum, atque Curatoribus ſint æqui-
parati. *l. curator in principio, ff. de admi-*
niſtrat. rerum ad Ciuit. pertinent. Vnde
vbi terminatum officium ſit ad nihilum F
ipſos teneri affirmamus. *dict. l. poſt mor-*
tem, §. tutor, l. prima, C. quando ex facto
tutoris. Guttierez *de tutelis cap. 13. par-*
te 2. Borgogninus *in eodem tractatu num.*
330.

Sed etenim vbi vniuerſitatis pro de-
bitis in carceres iniecti inueniantur Iu-
rati, & habiles ad faciendam ſolutio-
nem haud fermè ſint. Permiſſum equi-
dem ipſis eſt bonorum petere ceſſio- G
nem, & admitti ad eam debent. Eo-
quod vbi malè quiſquam Reipublicæ
adminiſtrationem geſſerit cedere bonis
valet. *l. qui pater, ff. qui bonis cedere poſſ.*
Neutiquam verò conceditur, vt ad bo-
norum ceſſionem Vniuerſitas admitta-
tur, minimè namque de facili id per-
mitti decet, quod in Fiſci detrimentum
reſultat, nec Principis ex reſcripto: vt
dixit Faber *in tit. qui bon. cedere poſſ. de-* H
finit.7. num. 3. Cæteros autem contra
creditores communi de iure Vniuerſi-
tatibus permiſſum eſt cedere bonis.
Menochius *de arbitrar. caſu* 183. *num.* 13.
Aretinus *§. 9. num.9. inſtitut. de action.*
Brunus *de ceſſ. bonorum quæſt. 2. quæſtio-*
nis quartæ princip. num. 2. Adeò ta-
men, vt iuris formam in ceſſione ſer-
uare ſtudeant, non autem ignominio-
ſam ex iure inductam. Menochius *loco* I
citato num. 15: Scholarium hi autem de
Vniuerſitate, Fabrorum, Mercatorumue
que, ac etiam ſimilium ſermonem inſti-
tuunt, non verò de illis, quæ cum but-
ſa non ſit ſoluendo, iſtud agendi facul-
tatem habent collectam imponentes,
quæ perſonalis pro rebus per æs efficia-
tur, ac libram. Cancer. *var. reſolutio-*
num parte 2. cap. 6. num. 771. tit. de ſolut.
& liberat. Marcus *quæſt.* 489. *par. prima.* K
Gloſa *in l. prima, §. quod ſi nemo, ff. quod*
cuiuſque vniuerſit. nomine. Hieronymus
Lauret. *deciſ.* 132. *num.* 2. Et quos ad-
uersùs in ſingulorum de Vniuerſitate
bonis pro rata fieri exequutio poteſt.
Marcus *quæſt.* 803. *parte prima*. Taliter
vt ſi particularis quiſquam ſua pro rata
ſoluendo minimè ſit, ex Vniuerſitate
alij ad hoc teneantur. Marcus *ibid. nu.* 3.

Quo

A Quo verò in caſu Reipublicæ debitores haberentur Iurati, permiſſum nequaquam ipſis eſt circa id compenſationem petere, quod eis Reſpublica priuatis tanquam perſonis debet. Petr. de Gregorio Tholoſanus *ſyntagm. iuris lib.*21. *cap.*22. *num.* 6. *in fine*. quo explicatur in loco, Reipublicæ debitum compenſari cum illo minimè poſſe, quod ipſius vel Curator, vel Adminiſtrator proprio ipſi nomine debet. Alexander Trentacinque *variar. reſolution. tit. de compenſat. reſolut. num.*15. Vbi aſſeritur, quod illud, Reipublicæ quod debetur, nullo modo compenſari cum eo valet, quod officiales vel Reipublicæ adminiſtrator debet: quos adducit Barboſa *collect. in lib.* 6. *Codicis*, *in l. ſi velut* 13. *fol.*144. F



A F

DE
SYNDICORVM
STATV.

B G

ILLORVMQVE OFFICIO,

AC ETIAM POTESTATE.

C H

VLtra quod fuerint ad regimen Iurati in Vniuerſitatibus, Ciuitatibuſque conſtituti, Syndici etiam occurrunt, qui Ciuitatis nominã- D tur propugnatores, curatoreſque, Syndicus etenim idẽ in Græco ſonat idiomate, ac in Latino defenſor. Speculat. *de Syndic. in princip.* Muta *ſuper conſuet. Panormit. cap.*79. *num.* 13. per Textum *in cap.*1. & ibi Gloſa, *&* *in rubr. extra de Syndicis*: ac nomen à Syn, conſtat, & dico, ſingulas velut Ciuitatis cauſas dicat. Gloſa *in cap.*1. *de Syndico.* Abbas *in rubrica de Syndico.* Vniuerſitatis enim- E ius proſequuntur, ac in tutamen ſuſcipiunt. *l. prima in principio*, §. *quibus*, *ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomin.* ex Vniuerſitate verò Syndicorum deſcendit creatio, cum, ex habita Proregis facultate conceſſum Iuratis, Deputatiſque eſt, vt, per campanæ ſonum concilium congregent: duæ in quo eliguntur perſonæ, & vnius equidem electio fit, & confirmationem ex Prorege ſortitur: is autem vbi ſit electus, atque confirmatus inuito cogitur animo ſibi munus accipere, publicum namque habetur. Maſtrill. *de magiſtratibus lib.*1.*cap.*30.*nu.* 88. *cum ſequent.* Bartolus *in l. ita autem*, I §. *poſt completum*, *ff. de adminiſtr. tutor.* Muta *loco ſupra citato num.* 18. Nec aliqua dignus excuſatione erit ſi filiorum numerum, vel ſexageſimum vſque ad annum productam allegauerit ætatem: vt deciſum fuiſſe refert Thorus *in compendio deciſ. parte* 2. *in verbo Syndicus.* Quo in loco explicatur Vniuerſitatis Turſij Syndicum ſeſe excuſare neutiquam potuiſſe, ob filiorum numerum, K ac ſexaginta ſupra quinque annorum ætatem.

Per Iuratos ergo, Deputatoſque Syndici efficitur conſtitutio, vel ipſo iure communi, legiſue diſpoſitione dilabitur: cuius equidem in conſtitutione plurima decet interuenire, vt vigorem includat, quorum quædam, vt generalia, alios ad actus quæ perpatrantur

A ex vniuerſitatibus, accedunt: aliqua, velut ſpecialia, & quæ peculiariter modum formamque de ipſo ſyndico conſtitutionis reſpiciunt, & generaliter.

Primo quidem adeſse oportet, vt vniuerſitas, ac etiam illius Concilium fuerit Excellentiſsimi ex mandato Proregis conuocatum: per Tex. *in l. obſeruare C. de decurion. lib.* 10. Deinde, vt
B ipſius concilij publico in loco, in quo hoc agi ſit ſolitum, per campanæ ſonũ, tubæque aut præconis vocem fuerit congregatio facta cum vniuſcuiuſque conſuetudo partis inſpiciatur, & obſeruantia: *vt in dicta l. obſeruare*, & ibi Gloſa *quoque* & Gloſa *in l. aliud*, §. *refertur. ff. de regulis iuris* Boer. *in tract. de ſeditioſ. cap. fin. num.* 8. Tertio quod præſentes illi ſint, qui debent in concilio intereſse, gemina ſaltem ex parte,
C tertia quamuis ex ipſis deſideretur. *l. 3. & 4. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine* Gloſa *in l. 27. ff. ad Senat. Conſ.* Trebel. Roland. *conſ.* 53. *num.* 31. *vol.* 4. Vt maior quarto hoc ad factum ſuum præſtet conſenſum illorum pars, qui ſunt vnà congregati, tàm ſi omnes de Concilio, quàm duplex illorum pars, adſit. *dicta l. 3. & 4.* & ibi Gloſa *ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomine*, & Glo. *in di-*
D *cto* §. *refertur l. quod maior, ff. ad municipalem* Gloſa *in l. 30. verſic. reipublica C. de decurio. lib.* 10. Cuiuſmodi fermè circumſtantiæ omnes requiruntur ad actus, qui fuerint ex Vniuerſitate perpatrati; ſed quinto ſpecialiter, ad hoc vt ſyndici electio vigorem includat, interuenire Principis decretum oportet: per Glo. *in l. 3. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine* Iaſon *in l. 25.* §. *iuſſum à nu. 39.*
E *& 40. ff. de acquirenda heredit.* Quo aſſerit in loco vniuerſitatis ad facultatem electionem, ad Principis autem arbitrium confirmationem ſpectare, neceſſariam namque ipſius reputauit ad hoc, authoritatem Bartol. *in l. 3. num. 7. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomine.* Dempto, quod eius exiſtat Ciuitas qualitatis, vt nullum cognoſcat ſuperiorem; vt dixit Caſtrenſ. *in dicta l. 3. num. 6. & in l.* F
6. §. *ſed ſi ita nu. fin. cum* §. *quod ſi actor ff. eodem.* Ne Sexto ſyndici conſtitutio corruat, decens in electionis inſtrumẽto illorum exprimi ſingillarim nomina, qui de Concilio habentur ipſique adfuerunt electioni. *l. fin. C. de venden. reb. ciuitat. lib.* 11. Marius Muta *ſuper conſuetud. Pan. dicto cap. 79. num.* 15. Et illis præcipuè in cauſis arduis, in quibus neutiquam ſufficiens eſſet affirmare, ex G
Decurionibus ſyndicum conſtitui; difficili quoniam in negotio magis deliberato conuenit modo procedere; vt dixit Muta *loco citato* Authoritate Iaſonis *in repet. l. placet num. 15. C. de ſacroſanct. Eccle.* Ex quo exempla ducuntur quo in caſu quælibet vniuerſitas Baroni ſubdita reperitur, ac lites agere cum ipſo vellet, & male acti ex Barone vaſſalli ad Protegem recurſum faciunt, vt H
illis ad faciendam vnico, aut pluribus de ſyndicis electionem, concedat facultatem, vt lites, Baronem aduerſùs, agitent: quo atenim euentu de nullius momenti, ac præiudicij negotio tractatur, ac vniuerſitas, conciliumque magnum exiſteret, frequens, ac etiam plenum: haudequidem neceſſarium doctores putarunt omnium, qui concurrerent, nomina ſcriptis committere; cum I
difficile haberetur, prolixum apponere numerum; ſufficiens attamen eſſe per Notarij operam inſtrumento adnotare. *Omnes de Concilio, aut duas illius partes adfuiſſe.* Cum ex contrario affirment, quod vbi numeroſa non exiſtit, exiguoque venit vniuerſitas numero, eo in caſu in electionis inſtrumento cunctorum, qui huiuſmodi in concilio adfuerint, nomina deſcribi: vt di- K
xit Bartol. *in l. 1. num. fin. ff. de albo ſcribendi & in l. vltima num. fin. C. de vendend. reb. Ciuit. & in l. 6.* §. *actor num. fin. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomin.* Roland. *conſ.* 90. *num.* 16. 21. *&* 55. *vol.* 1. *& conſ.* 53. *num.* 31. *vol.* 4 Marcuſ. *deciſ.* 780. *num.* 9. *vol.* 1. & latè Mſingerius *centur.* 3. *obſeruat.* 8. *& centur.* 1. *obſeruat.* 76. Qua explicatur

in

in parte, quod ſi ſyndicus ex alicuius Vniuerſitatis arbitrio fuerit collectiuũ per nomen conſtitutus, iudica, ſi exponatur, hac ex Vniuerſitate, ciuitateque talem fuiſſe ſyndicum præfixum, neutiquam in ſyndicatus inſtrumento ſingulorum adduci nomina decet, at ſufficiens habetur affirmare, vniuerſum numerum, vel binas illius partes hoc interfuiſse ad opus; quod ex aduerſo accidit, ſingularia ſi hoc per nomina perpatraretur, iudica, ſi fuerit aſſertum, ex ciuibus conſtitutum fuiſse ſyndicum, quoniam huiuſmodi ſermo circa duos tantum poſſit verificari, ex hoc equidem qui de concilio fuerunt, ac nominationem, electionemue facere quærant, & præſentes ſint, ſingillatim, ſpecificèque poni nomina decet: Maſcard. *concluſ.* 1313. *num.* 7. *vſque ad finem*: In his autem, cum de ipſis facta electio fuerit, ſyndicis per triennij ſpatium perdurare officium debet: vt eſt diſpoſitio *in tit.* 53. *Pragmat. tom.* 2.

Quo atenim in caſu haudequidem legitimo facta modo ſyndici conſtitutio fuerit, cum illa ſcilicet prætermiſsa forma ſit, quæ, vt ſupra dixi, requiritur, huiuſmodi permittitur ſyndici conſtitutionem verbo non ſolum, at etiam facto firmari, puta ſi vniuerſitas per ſyndicum non legitimè præfixum, in lite factas non recuſet ſoluere expenſas, per illum geſta conſpiciuntur ratificata. Decius *conſ.* 486. *num. penult. & conſ.* 262. *num.* 6. *& conſ.* 297. *num.* 3. *& conſ.* 449. *num.* 35. Alex. *conſ.* 117. *num.* 2. *vol.* 5.

Quid autem illo dicendum eſt in accidenti, quo vniuerſitas, cum ſyndicum conſtituerit, Procuratoris illi nomen præbet? An inſtrumentum, in quo habita ſyndici conſtitutio quid vitij cõtineat? Ac ex contrario an vbi Procuratori nomen ſyndici impertit, huiuſmodi appellatio actum reddat inualidum? Huius pro quæſtionis explanatione doctorum occurrit notatum, cum dicant noſtro, tale circa propoſitum iniure quatuor venire nomina, de quibus eſt conſideratio habenda: Syndicus etenim Actor, Procurator, ac etiam œconomus adſunt; Syndicus autem tàm ad negotia, quàm ad iudicia, litiũ vero cauſa tantum eſt Actor præfixus. *l.* 2. *ff. quod quis vniuerſit. nomine*: Syndicoque cum libera mandato generalis inhæret adminiſtratio; vnicam autem Actor præfigitur ad cauſam, & ſpeciale propterea illi tribuitur mandatum. Hac de cauſa ipſa fit ſyndici ex vniuerſitate conſtitutio, vniuerſitatis vero ex Adminiſtratoribus conſtitui, iudica ex Iuratis, quemadmodum ex tutore efficitur ac etiam curatore, valet actor conſtitui. *l. neque C. de Procurat.* Adde quod ex præcedente Proregis facultate, ac detento ex concilio ſyndicus eligitur Procurator autem ſolis ex Iuratis, cum nullæ occurrant ſolemnitates præfigitur: nec prætereas, quod ad lites, tamquæ ſint præſentes, quàm futuræ ſyndicus apponitur, de venturis quamuis nulla fuerit mentio effecta: ex eo quia vbi omnes venit ad cauſas, nec præſentes fuerint expreſsæ, aut futuræ, pro venturis dicitur negotijs præfixus. Theſaur. *deciſ.* 59. *num.* 2. quo in loco hoc aſſerit, illatam deciſionem modo: Actor atenim ad præſentes occurrit lites. *l. nẽ eorum,* §. *ſed ſi ita, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomi.* & ibi Bartol. *num.* 2. *&* 3. Caſtrenſis *in rubr. ff. eodem DD. in l. neque* & ibi Gloſa *C. de Procurat.* Diſcriminis adduci ratio poteſt: diuerſam quoniam actoris officium naturam habet, Actor namque ab actu nomen excipit; ac propterea vbi in actu lis non adeſt, at ſolummodo in potentia venit, actoris nequaquam verificari nomen valet. Bald. *in l. item eorum,* §. *ſi decuriones in* 1. *lectura num. fin. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine*. Aliam etiam conſpicimus; ex eo quia huiuſmodi vbi decretum, aut etiam actoris conſtitutio exter ſententia, ac nulla ratione, certa dempto, quod in re ſententia contineat vigorem, §. *curare inſtit. de action. l. non quemadmodum, ff. de iudicijs l.* 1. §. 1. *ff. de vſuris*. Conſequens eſt, quod

tale

A ratione tibi mandatum futura, iniectum fit de litis, velut incertum, nullam includit vim Gloſa *in l. 6. §. ſed ſi ita, in verbo decretum ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomine*, ac Syndicus nuncupatur, velut ſingulorum dicens cauſam *cap. 1. extra de ſyndico.* Gloſa *in l. 1. §. quibus autem, in verbo ſyndicum ff. eodem.* Ac ſæpius ad faciendam ſtipulationem, non autem promiſſum eſt propoſitus *l. fin. ff. eodem* B Ripa *in l. ſi is qui bona ff. de pignoribus.* Vnica vero ſolummodo actor nuncupatur in cauſa, omnia quamquam ad negotia ſyndicus, ac œconomus ab Epiſcopo tantum atque Eccleſiaſticis præfigitur in rebus Gloſa *in dicto §. quibus, in verbo ſyndicum.* ex qua differentia ſyndicum inter œconomum conſtituitur, & Actorem. Gloſa *in l. item eorum, §. actor, in verbo defendere, & in verbo,* C *ratio ff. eodem.* Gloſa *in l. neque C. de Procuratoribus, in verbo debent* Caſtren. *in l. 6. §. fin. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomi.* Bartol: *in l. 1. §. 1. num. 1. ff. eodem.* Plena quo in loco forma circa differentiam, ſyndicum inter, actorem, Procuratorem, ac œconomum verba facit.

Procurator attamen, & ſyndicus vnum, ac idem ſonat in effectu, & potius conſtituentis in qualitate; atque D conſtituendi ratione, illorumque nomine, aut eorum, qui præfiguntur, fieri diſtinctionem opus eſt: vnde ſi vniuerſitas affirmet. *Ita conſtituimus talem Procuratorem.* Huiuſmodi homo propriè ſyndicus appellatur; & ſi priuatus aſſerat. *Conſtituo talem ſyndicum.* Hic equidem procurator; & ſi nomina hæc ſimul afferantur, ſcilicet vbi dicantur. E *Conſtituo talem ſyndicum, actorem, & procuratorem.* In illa fermè ſuam iſtorum nominum, quodlibet ſignificationem ſumet, quæ conſtituentis congrua ſit qualitati Bald. *in l. 1. §. quibus autem num. 2. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomine, & in l. 21. num. 1. in 2. lectur. ff. de his, qui not. infam. & in l. neque tutores num. 11. C. de Procuratoribus.* Quo ſcriptum in loco reliquit, haud aliquã in nomine vim, at in conſtituendi mo- F do, & mandatæ rei natura ineſse Bartol. *in l. 6. num. fin. & ibid.* Caſtrenſ. *num. 5. ff. de præſcriptis verbis,* idem Bartol. *in l. 1. §. 1. nu. 2. & 3. ff. quod cuiuſque vniuerſit nomine*: Vbi expreſsè explicat, quod ſi eum appello ſyndicũ, qui procurator exiſtat, aut ex aduerſo; huiuſmodi equidem appellatio, vel etiam nominatio actum nequaquam vitiare videtur: quidquam etenim ſæ- G piùs apponitur, & aliud, iuxta, quæ ſubiecta ſit, materiem, perſonarumque qualitatem intelligi decet. Caſtren. *in l. 1. §. 1. num. fin. ff. eodem Innocent. in cap. 6. num. 2. & in cap. 3. in principio extra de iuramento calumniæ.* Ex hac ex cauſa proprium minimè vniuerſitati denegatur in cauſis non ſolum ſyndicũ, verum etiam præfigere Procuratorem. Gloſa *in l. neque tutores, in verbo, debent* H *C. de Procurat.* Bartol. *in l. ſi quis Epiſcopus Authen. de ſacroſanct. Epiſcop.* Caſtrenſ. *in l. 8. §. veterani Procuratores num. vltim. ff. de Procurat. & in l. 1. nu. penult. & fin. ff. eodem, & in l. 6. §. ſed ſi ita num. 2. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nom.*

In multis atenim pari paſſu Procuratorem progredi, ac Syndicum certũ eſt: vt dicit Iuriſconſ. *in l. 6. §. actor* I *vniuerſit. ff. eodem.* Ex eo quia ſui quemadmodum cauſam domini tractat Procurator eo modo vniuerſitatis negotia ſyndicus pertractat: iuxta notata *in rubr. extra de ſyndico*: Hoc namque nomen ex Græco prolabitur fonte, ac defenſorem voce ſua videtur importare.

Vniuerſitatis verò cauſæ ipſamet geruntur forma, ac ſingulorum particula- K riumue perſonarum quoad negotia ſeſe quiſquam verſatur. Bald. *in l. 1. in 2. lectura num. 2. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomine.* Ipſius quoniam in cauſis menſium, vindemiarumque ferias nequaquam ſeruari oportet. Bald. *in l. 5. nu. 2. C. de ferijs*: & ſicut è ſingulari conſtiturus homine, communi, & in agendo, & in excipiendo vtitur iure: pari

etiam

A etiam ſyndicus ratione, cum ſit actu ex
vniuerſitate præfixus, commune adhi-
bet ius: excipias tamen, ni de alio fuerit
expreſſio facta, ſingulari & ſi iure in ex-
cipiendo ſit vſus Bartol. *in l. 3. num. 6.*
ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomine. Bald.
in l. 27. num. ff. ſi certum petatur. Et
quemadmodum nemo in Procuratorem
præſumitur conſtitutus, niſi hoc ex mā-
dato fuerit oſtenſum: ſic haudequidem
B ſyndicus quilibet nominatur, ſi minimè
circa mandatum electionemque ac il-
lius legitima qualitate habita claritas
ſit; & vti nullo permiſſum eſt procura-
tori modo, vt illa ſit teſtis in cauſa, cuius
in fauorem ſuum exercuerit munus;
æquali ratione ſyndico iſtud nō eſt cō-
ceſſum in cauſis, vbi ſua interuenerit
vniuerſitate Maſcard. *concluſ.* 1313. &
ſicut procurator reuocari, poſtquam
C conteſtata lis fuerit, minimè poteſt, niſi
& cauſæ adfuerit cognitio. *l. poſt litem*
ff. de procuratoribus. Non diſſimili for-
ma ſyndicus, vel ex vniuerſitate præfi-
xus Actor conteſtata lite nequaquam
pati reuocationem valet, niſi & ſupe-
rioris hoc agatur authoritate Barthol.
in l. 6. §. actor vniuerſitat. ff. quod cuiuſ-
que vniuerſit. nomine.

Accedit, quod Iudicati quemadmo-
dum actio neutiquam Procuratori, nec
D ipſum aduerſus datur, ſuam dempto,
quod in rem fuerit conſtitutus; pari
forma neque Actori ex vniuerſitatis
electione præfixo, vel ipſum contra hu-
iuſmodi eſt actio conceſſa. *dicta l. 6. §.*
actor vniuerſitatis ff. eodem. Etiam, in
Procuratorem conſtitui filius familias
valet. *l. filius familias, §. ipſe quoque ff. de*
Procuratoribus. Non diſpari ratione
ſyndicus poteſt, Actorque ab vniuerſi-
E tate conſtitui. *dicta l. 6. §. vlt. ff. quod*
cuiuſque vniuerſit. nomine.

Quid autem illo agendum in caſu,
erit, quo fuerit ex aliqua vniuerſitate
certum ſyndicus vſque ad tempus pro-
poſitus, & cum facta litis conteſtatio
ſit, ſuum tempus terminarit curſum?
An litem proſequi compellatur? Di-
ſtinctio aduehitur ex Doctoribus; quod
vel quæſitum ſit, vtrum cogi ex aduer- F
ſario ad cauſam per agendam poſſit? &
affirmatiuum afferunt reſponſum: ali-
quam niſi (æquam) aduehit ſyndicus
cauſam: ex his quæ ponuntur *in dicta l.*
poſt litem cum legibus ſequent. ff. de Pro-
curator. Nequaquam etenim illi reuo-
cationem, in aduerſarij præiudicium
decet adduci: vel quæritur: an adſtrin-
gi ex ipſamet vniuerſitate, ex qua fue-
rit conſtitutus, valeat, adeòquod tenea- G
tur proprij ni exercitium faciat mune-
ris? Atque hoc reputarunt euentu di-
cendum, cogi nullo modo poſſe; nec
etiam teneri, niſi in reddendis inſtru-
mentis, reddendaque ratione ceſſarit,
vt patiter de tutore, ac etiam curatore
affirmatur, qui, poſtquam completa, &
tutela fuerit, & cura cæptæ perfectio-
nem liti cogitur inferre, litis niſi inſtru-
menta reddiderit, & rationes. *l. 5. §.*
poſt completum, vbi Bartol. *ff. de admini-* H
ſtr. tutor. & in l. fin. §. fin. ff. de appella-
tio: Marcus *deciſ.* 55. *nu.* 2. *vol.* 1. Alex.
conſ. 135. *num.* 2. *vol.* 2. & pro mate-
ria vide Surdum *conſ.* 55. *nu.* 15.

Reliquum autem eſt aſſerere, quod
vbi ſyndicum, Procuratoremne, vel etiā
Actorem vniuerſitas ex Baronis conſti-
tuerit authoritate, nullo permiſſum eſt
ſyndico forma, quidquam ipſum agere I
in Baronem, ex Principe dempto, quod
licentia, circa hoc, deſcendat. Muta
ſuper conſuetud. Panor. *cap.* 79. *num.* 16.
Quā ſyndicus autem ratione præfiga-
tur, vbi dominum aduerſus agere ſub-
diti velint? ponit Bartol. *in l. poteſt.* 18
num. fin. ff. de auth. tut. & in dicta l. fin.
ff. quod cuiuſque. vniuerſit. nom. Innocent.
in cap. edoceri, extra de reſcriptis.

Vbi atenim ciuilibus cauſas agit
ſyndicus in negotijs vniuerſitatis con- K
cipere nomine libellum debet: ex eo
quia quo in caſu quidquam ageret, li-
bellumque conciperet, nec exprimere,
Vniuerſitatis, vel ſyndicario nomine. vel-
let, proprio potius agere nomine vide-
retur per Tex. *in l.* 8. *ff. de pollicitatio.*
verſic. quod ſi detractat, vbi. *Quod ſi de-*
tractat actoris conſtitui, qui legitimo pro
ciui-

A *ciuitate agere poſſit nomine publico, adire aduerſus eum Iudices poterunt. l. 1. & fin. C. de accuſat. nominat. lib. 12.*

Criminalibus autem in rebus nequaquam permiſſum ſyndico erit vniuerſitatis, aut ſyndicario nomine libellum concipere, nam illud ex proprio id perpatrare debet, ac etiam efformare Muranta *fol. 296. num. 7.* Bald. *in l. 1. in 2. lectura num. 2. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomine.*

B Addas, eoquod tam actores, quam rei de calumnia compelluntur iuramentum præſtare: *§. ecce enim §. item actoris, inſtit. de pœna temerè litigan.* Videri autem oportet, qualitèr calumniæ cogatur iuramentum vniuerſitas ſubire. Ac certum eſse conſtat, Vniuerſitati conueniens vt proprios per adminiſtratores, Rectoreſque iuramentum præſtet: priuatorum ex eo quia

C non ſolum in cauſis, vniuerſitatum, at etiam in negotijs afferri de calumnia iuramentum ipſa cum per Adminiſtratores, Syndicos, aut etiam actores, decet. Gloſa *in l. 6. §. actor vniuerſitatis, in verbo defendere, in fine, ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomine. l. 2. §. hoc etiam C. de iureiur. propter calum. dan. cum* Gloſa, *in verbo plurima:* Gloſa 1. *in l. fin. C. de venden. reb. ciuit. lib. 11. l. municipibus, ff. de conditioni: & demonſtrat.* & ibi

D Bartol. & Baldus *in dicto §. hoc etiam num. 2. & 3.* Cagnolus *in l. 2. n. 146. ff. de origine iuris* Baldus *enim in dicto §. hoc etiam*: affirmat, quod vniuerſitatis in cauſis adduci iuramentum de calũnia, ſingularium quemadmodum in negotijs, debet. Iuramentum autem Adminiſtratorum, vel maioris, ex ipſis, partis opera, vel per ſyndicum legitimo conſtitutum modo affertur, illiuſ-

E que forma conſtituentium in animam habebitur, non verò vniuerſitatis, hæc etenim anima exiſtit priua, eoquod vniuerſitates, vt tales, iuris nomina, non perſonarum, veniunt: pariter in obſeruantia videmus vniuerſitatis ſyndicum vnà cum calumniæ iuramento reſponsũ poſitionibus dare: *cap. præſentium, extra de teſtibus in 6.* Gloſa *in l. 2. paragr. hæc etiam,* vbi Franc. Curtius *num. 25. C. de iureiuran. propter calum. dand.* Marius *deciſ. 477. vol. 2.*

F Aequales etenim ſyndicos tutoribus reddi certum eſt ſecundum Gloſæ, & Bartoli doctrinam *in l. iusiurandum, §. defenſor. ff. de iureiurando* ad quod facit Tex. *in l. 1. in princip. & in l. munerum §. defenſor. ff. de muner. honor.* Ciuitatum quoniam ſyndici, ac Villarum;

G Generale quoniam cum libera mandatum habere dicuntur, omnibus valent expeditionem adducere negotijs, ſpeciale in quibus opus eſt mandatum interuenire: vt dixerunt Cynus, Baldus, & Salicetus *in l. 1. C. etiam per Procuratorem* Bald. *in l. illud, §. 1. ff. de minori:* Nacta *conſ. 45. num. 4.* Quo tamen in caſu, vt alienationem vniuerſitatis rei adducat ipſe fuerit conſtitutus ad hac faciendam, expreſsam conue-

H nit occurrere licentiam, quæ venditioni debeant bona exponi: nam alio modo ſimplici ſufficientiam ineſſe licentiæ habetur in placitis Rolandi *conſ. 90. nu. 28. vol. 1.* hac de cauſa voluit Ripa *in l. ſi is qui bona num. 2. ff. de pignoribus:* Quod vbi in Syndico vniuerſitatiſque Procuratori libera, generaliſque adminiſtratio, vel ſpeciale præbetur mandatum, haudequidem denegatur ven-

I ditionẽ de vniuerſitatis rebus facere; quod ex aduerſo accidit, ſimplicem vbi adminiſtrationẽ fuiſſe tributum firmum eſt, cuius ex venditionis ui neutiquam ipſe, cum finis fuerit officio adductus, tenetur; ex neceſſitate quoniam officiũ is ſibi aſſumpſit *toto tit. ff. de munerib. & honori.* quod ex contrario venit in Procuratore, qui ſibi ex volnntate munus acceperit. *l. Procurator, qui pro euictio. ff. de Procurator.* per Tex. *in l. 4.*

K *§. in eum ff. de adminiſtrat. rer. ad Ciuit. pertinen.*

Neutiquam verò Syndico, Iuratiſque facultas dicitur tributa, lectas circa, gabellaſque immunitatem alicui velle conceſſam: vt colligi poteſt ex Tex. *in l. 1. & 2.* & ibi Gloſa *C. de decurioni. lib. 10.* Vt pari forma nec lici-

A tum ipſis eſt Vniuerſitatis remittere debitum, vel reddere diminutum, aut punitionem ex iuris, ſtatutique vi quæſitam non expoſcere, aut etiam componere: vt ſcripſit Rouitus *in pragm.* 5. *tit. de administrat. vniuerſit. num.* 40. *fol.* 35. ex quo ducitur Rebuffus *in l. vnica*, C. *de Piſtoribus lib.* 11. appellationi autem, vel inſtantiæ minimè adduci renunciatio poteſt. Alexand. *conſil.* 115. *lib.* 5.

B Suæ autem in Ciuitatis commodum ſtipulari Syndico cõuenit ex Baldi doctrina *in l. Caius, ff. de vſuris*. Alexand. *in* §. *ſtipulet col.* 1. *ff. de obligat.* & ibi Gloſ. *in verbo fieri, & in l.* 1. *ff. de ſtipulat. ſeruor.* Gabriel *concluſ. lib.* 3. *de verbor. obligat. col.* 1. *num.* 104. *fol.* 307. Bald. *in l. certi condictio*, §. *ſi nummos, ff. ſi certum petat.* Ad tutorum quoniam ſimilitudinem occurrunt; qua de cauſa poſſunt in illis

C ſe verſari, ſpeciale in quibus adeſt mãdatum: Mantica *de tacit. titul.* 10. *lib.* 3. *num.* 60. Caſtrorum hac de re Syndici, oppidorumque publicum eoquod gerunt officium illis omnibus valent expeditionem adducere, quæ ad Ciuitatem pertinere, ac Rempublicam conſpiciuntur, ſpeciale quamuis adeſſe mandatum requiratur: vt concluſionem afferunt Cynus, & Baldus *in l. etiam*, C.

D *etiam per Procurat.* Bald. *in l. illud*, §. 1. *ff. de minoribus.* Paulus de Caſtro *in l. iusiurandum*, §. *offenſor, ff. de iureiurand.* Nacta *conſ.* 51. *num.* 24. *vol.* 1. Permiſſumque ipſis eſt, illa tranſactionem facere in cauſa, quæ dubia occurrat. Crauet. *conſil.* 238. *num.* 4. *lib.* 2. *fol.* 76. Speciale quamuis haudquaquam interueniat mandatum. Barboſa *in collect. DD. in l. tranſactionis num.* 5. C. *de tranſact.*

E Ita etiam de calumnia debent iuramẽtum præſtare, abſque eoquod ſpeciale inſit mandatum. Borel. *in ſumma deciſ. tit.* 51. *num.* 24. Tholoſan. *ſyntagm. iuris lib.* 48. *cap.* 7. *num.* 4. Barboſa *in collect. Doctorum in l. cum & Iudices* §. *quod obſeruari*, C. *de iureiurando.* Abbas *in cap. quia in cauſis, de Procurator.* Singulorum autem iuri præiudicium afferre nequaquam poteſt. Alexand. *conſ.* 44. *num.* 5. F

lib. 1. Nec aliquo decet modo illos, velut ſingulos, in obligatione ponere, qui tempore contractus minimè de Vniuerſitate ſint. Mantica *de tacit. dicto titulo* 10. *lib.* 3. *num.* 62.

Ipſius atenim confeſſio vniuerſali præiudicium adducit. Nacta *conſ.* 142. *num.* 21. *vol.* 1. Cum ipſi tamen, ſingulari non autem perſonæ, grauamen aduehatur, & ſi de communitate ſit, dẽpto quod ſtatutum, aut etiam conſuetudo ex contraria veniat parte. Borgogn. G

Caualcan. *deciſ.* 1. *num.* 35. Cui equidem Syndico permiſſum, eſt in vniuerſitatẽ poſtmodum agere, vt damna, & intereſſe compenſentur: vt dixit Ioannes Lopez *in cap. per veſtras*, §. 3. *verſ. quinto infertur, de donat. inter vir. & uxorem.* Paris *conſil.* 104. *vol.* 3. Zabarell. *conſil.* 5. Borgogninus *loco citato num.* 36. Vniuerſitatis quemadmodum in cauſa Syndicus ipſe debet citari. Maſtril. *dec.* 164. *num.* 1. H

Vniuerſitatis verò Syndici in arbitros valent, vel arbitratores illius in cauſis venire, & præcipuè vbi partes haudequidem ex contrario aduerſentur. Borgogn. Caualcan. *deciſ.* 45. *in addit. num.* 31. & 32. *fol.* 212. quod ſi plures fuerint conſtituti, in ſolidum eſſe reputantur. Nacta *conſ.* 45. *num.* 7. I

fol. 31. *vol.* 1. ex Baldi doctrina *in cap.* 1. §. *hoc quod nos, verſ. & ſi plures de pace conſtantia.* Ex quo in caſu diuiſim facultas ipſis fuerit tributa, vnus valet ab alio exigi. Gratianus *diſceptat.* 201. *num.* 93.

Licitum verò Syndico eſt ad legati petitionem, quod pauperibus, monachiſque fuerit relictum agere. Muta *ſuper cap.* 179. *Regis Alphonſi num.* 3. 4. K

Et vbi de annona caritas ſit, procurare banna poſſunt, ne de tritico proprijs è Ciuitatibus extractio habeatur. Nouar. *de grauam. vaſſal. grauam.* 62. *n.* 6. *fol.* 125. *tomo* 2.

Syndici autem ad officium ſpectare, certum eſt, vniuerſitatis procurare defenſionem, tàm vt ſuis manuteneatur

in

A in priuilegijs; quàm ne præiudicium
afferatur; ac vbi aliquod inſpiciat gra-
uamen ciuibus, cuiuſcumque ex im-
pudentia, inferri, facere ad Superiorẽ
debet recurſum, vt grauaminum ad
emendationem inuigilet. Taliter vt li-
citum fermè Syndico ſit criminis reum,
vel etiam expreſſa inferentem priuile-
gio reuocationem forma reuendicare:
vt ſcripſit Muta *in dict. cap. 79. ſub n. 25.*
B qui *in num. 62.* Syndici affirmat ad mu-
nus incumbere Ciuitatis mœnia, cæ-
teraque publica loca inſpicere; nàm ſi
in illis quodquam videat conſtructum
ædificium, quod in publicum inſurgat
detrimentum, petere demolitionem
debet: vt etiam vigilantiam ponere co-
gitur: ſalubrem aeris temperiem in Ci-
uitate haberi: ne ea ſcilicet, quæ illius
ad corruptionem operam dare poſſunt,
in illa obijciantur: vt pari forma ipſum
C decet ſtudere, ne vltra æquitatem ci-
ues gabelloti fatigent, de quibus om-
nibus, alijſque ſcripta emiſit Muta *loco
ſupra citato.*

Sed etenim vbi fortè debitorum ad
Ciuitatem pertinentium exactor conſti-
tutus fuerit Syndicus, proprijs tenetur
damna de bonis reſarcire, ſi congruam
in exactione diligentiam adhibuerit.
Menochius *conſ. 518. num. 1. lib. 6.* Vni-
D uerſitatis autem Syndicus eſſe ille po-
teſt, qui de illa neutiquam exiſtat. Abb.
*in cap. 1. num. 3. & 4. de ſyndico fol. 227.
tom. 2.* Circa quem haudequidẽ in mu-
neris exercitio fieri confirmationem
decet, præcipuè ſi vnus tantum ex con-
trario ſit. Viuius *deciſ. 129. vol. 1.*

Ipſius autem ſpectare ad officium
E certum vniuerſitatis lites, ac etiam pri-
uilegia in tutamen ſuſcipere. Vnde
ſi euenerit, eos è loco facere egreſſum
haudequidem ipſi competere dietas af-
firmamus, ni per Regij Tribunal Pa-
trimonij confirmationem exceperit cõ-
cilium: vt *in pragmat. 29. tit. 53. tomo 2.
paragr.* 1. Magnum deindè ſtudium
ponat, de Vniuerſitatis Patrimonio ad-
miniſtratores integrè ſeſe in officio ver-
ſari, ac illos, qui controuenerint, in
ſyndicatu proſequi non recuſet: vt in F
dicta pragmatica parag. 2. habetur. Scrip-
tis, tertio, tradat mandata, nec aliquo
permittat modo, vniuerſitatis pecunias,
niſi & Theſaurarius id agat, aut etiam
depoſitarius, expendi, ac Magiſtro No-
tario inſtantiam faciat, cæteriſque offi-
cialibus, ex quibus recognoſci compu-
ta neceſſe eſt, ne ſummas legitima neu-
tiquam ſolutas ratione, admittere ve-
lint. *dicta pragmatica paragr. 3.* Inuigi- G
lare, quarto, cogitur, vt cuiuſcumque
in curſu anni ſub examine ponantur
computa; & ſummæ, quæ tribui vni-
uerſitati debeat, ſolutio efficiatur: *dicta
pragmatica 29. paragr. 4.* Interuenire,
quinto, in gabellis, quæ dantur affictui,
adſtringitur, ac etiam curare, vt, vlla
ſine fraude, hoc agatur, habileſque fi-
deiuſſores exiſtant: *dicta pragmatica 29.
paragr.* 5. Viſitare, ſexto, ſemel in cu- H
iuslibet anni ſpatio communia vniuerſi-
tatis bona, & Iuratorum in aſpectu cõ-
uenire occupatores minimè vereatur.
dicta ex pragmatica paragr. 6. In cura,
ſeptimo, habet, vt de Regijs donatiuis
ſuo in muneris curſu, fiat ſolutio, quod
ſi ſufficientes introitus non ſint, ex Con-
cilij opera curet, vt par illius Patrimo-
nium reddatur, & confirmationem ex-
cipiat è Tribunali. *dicta pragm. parag. 7.*
Vigili, octauo, incumbere ſtudio de- I
bet, ne Concilia, quæ de frumentorum
partitis habita, nec fuerint aliquo con-
firmata modo, exequutioni demanden-
tur. *dicta pragmatica 29. paragr.* 8. Ad
ipſum nono, attinet accuſationes pro-
ponere, & ſimul cum Fiſcali officiales
aduersùs, qui ſint culpoſi, venire, &
quo in caſu minimè fiſcalis adeſt, ſolus
debet Syndicus intereſſe. *dicta prag. 29.
§. 9.* Vltra quàm decimo prædictis co- K
gitur incumbere; certiores quoad om-
nia Superiores reddere ipſi etiam con-
uenit, quæ publicum aduersùs com-
modum fuerint ex officialibus perpa-
trata. *dicta pragmatica 29. paragr.* 10.
Statim ac vndecimo, ſibi officij ſu-
ſceperit onus, prædeceſſorem de illa
obligatur adminiſtratione proſequi,

A quæ malè fuerint per ipſum geſta: *dicta pragmatica paragr.* 11. Locorum duodecimo, Syndicos decet, huiuſmodi adamuſſim inſtructiones obſeruare. *pragmatica 29. tit. 53. paragr.* 12. Statutum decimotertio habetur, illum, qui obſeruationi minimè ſubijcere iſta voluerit, quinquaginta mulctam vnciatum ſubire, aliarumque flagellum punitionum, quæ Proregis arbitrio remittuntur. B *dicta pragmatica 29. paragr. 13.* Nemini decimoquarto, Syndici officium exercere, niſi illi, de quo facta ex confirmato Concilio fuit electio, quod in cuiuslibet triennij lapſu effici oportet, cum Prædeceſſor penes Iuratos curare non prætermittat, electionem de aliquo agi *paragr.* 14. Compellitur tandem litium notas, ſcripturaſque ex Magiſtro Notario Iuratorum, tradere ſucceſſori, C atque à ſe ſubſcriptam conſtruere Iulianam *dicta pragm. 29. paragr.* 15.

Plurima verò Syndicum aduersùs opponi firmum eſt. Et primò quidem quod neutiquam fuerit ex Vniuerſitatis arbitrio conſtitutus, *l. prima, ff. quod cuiuſque Vniuerſit. nomin.* Deindè quod neutiquam ex duabus conſulentium partibus fuerit de illo facta electio. *l. nulli, & l. planè, ff. eodem*: aut ſaltem D ex maiori eius parte: *cap. 1. extra de his, quæ fiunt à maiori parte capituli.* Si nulla tertiò fuerint illi forma vocati, quo in Syndici electione interuenire opus ſit, at habiti in contemptu fuerint. *Authen. vt ius, C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. ait Prætor, ff. de iure deliberand.* Cùm abſentium quarto, nomina ſint inſcripta. *cap. 4. extra, de his, quæ fiunt à Prælato ſine capit.* Quòd Conſiliariorum quinto, nomina E in Syndicatus minimè inſtrumento fuerint ſingillatim appoſita. *l. ſi qua hæreditaria 3. C. de vendend. reb. Ciuit. lib. 11. verſic. in prouinc.* Vbi ſextò, inhabilis ad agendum ipſe exiſtat; excommunicationis nempè fuerit pœnę ſubiectus, aut militiæ adſcriptus, ætate minor, vel fœminei ſit ſexus, vt paritèr de reliquis. *l. prima propè finem, ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomine.* Quando ſeptimò, minori quàm par eſt, ſit ipſe præfixus F ſolemnitate, ſi ſcilicet Principis haudquidem interueniſſe, facultatem certum ſit. *l. ſi actor, C. de appellat.* Quod illa tandem fuerit circa eum ex Vniuerſitate facta electio, cuius Rectores excommunicationis fuerit, ac ſint flagello malè acti. *cap. fin. extra, de Procuratoribus.*

Quo autem in caſu alicuius eſt debitrix Vniuerſitas, permiſſum illi eſt, G qui aduersùs eam de facienda ſolutione mandatum impetrarit, id intimare, ac eius contra Vniuerſitatis homines, vnicam tanquam perſonam repræſentantes, exequutioni demandare: per Textum *in l. ſi municeps*, & ibi Caſtrenſ. *ff. quod cuiuſque Vniuerſitatis nomine.* Quæri atenim valet, qua huiuſmodi præcepti forma facienda intimatio ſit. Gloſſa *in l. non poteſt dolo, verſic. item quid, ff. de regulis iuris*, H docet, quod, ad hoc, vt in contumacia vniuerſitas conſtituatur & dolo, neutiquam ſufficiens dicitur in Syndici perſonam intimationem, citationemque facere, at requiritur, vt Vniuerſitas in Arengo, ſcilicet Concilio congregata citetur, ſequitur Bartolus *in extrauag. ad reprimendum, in verbo, citatum corpus.* Gabriel. *commun. concluſ. tit. quod cuiuſque Vniuerſit. nomine, concluſ. 1. nu. 13. verſ.* I *amplia*, & Caſtrenſ. *in l. prima, parag. 1. num. 5. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomin.* Tenet, quod tunc Vniuerſitati debeat citatio dari, quando in Arengo eſt, cum nimirum Syndici, & Conſiliarij vna publico in loco fuerint congregati: alio namque modo nulla in Syndici perſonæ factæ citationi vis ineſt, vt vniuerſitatem ponat in contumacia. Angelus k verò *in l. prima, paragr. omnibus, num. 5. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine*, reputauit, quod ſufficiens ſit citatio in Syndici de Vniuerſitate perſona facta, illiuſque contumaciam vniuerſitati obſtare, nec alium eſſe iudiciorum modum. Cagnol. *in dicta l. non poteſt dolo, ff. de regulis iuris.* Syndicus autem ex vniuerſitate conſtitutus, quæ Ciuitatem,

A tem, Caſtrum, aut Villam, quæ per Iuratorum reguntur moderamen, repræſentat, eius, vbi ad conſtitutionem tota fuit vniuerſitas congregata, vel Conſiliarij, aut Conſulentes Deputati, ex quibus Vniuerſitatis præſefertur populus, legitimam dicitur adminiſtrationem retinere. Caſtrenſ. *in dicta l. 1. num. 9. ff. quod cuiuſque Vniuerſit. nomin.*

Qua de re in Doctorum ſententia eſt, F illam ſufficientem eſſe citationem, quæ Syndici in perſona efficiatur, vbi ſeſe congregare Vniuerſitas recuſet. Bartolus *in dicta l. non poteſt dolo num. 2. ff. de regulis iuris, & in Extrauag. ad requirendum, in verbo citatum.* Cagnolus in *dicta l. non poteſt.* Gabriel. *dicta concl. 1. num. 11. verſic. limita.*

A F

B DE MAGISTRORVM IVRATORVM STATV. G

C EORVMQVE OFFICIO. H

NE malè ſeſe gerere in officio Iurati,& Syndici audeant, Noſter conſtitutū D Rex voluit Magiſtros Iuratos per tres Triquetræ valles haberi, qui expenſionum, exactionumque benè perſpiciant computa; ipſiſque pro malè geſtis punitionem inferant; quorum ſpectare ad officium, certum eſt, poſtquam illi officium, adminiſtrationemque depoſuerint, proprium exercere munus, ac ſeſe perſonaliter, non autem E per ſubſtituti operam ſubiecta ſe conferre ad loca; illo namque in loco, vbi facta adminiſtratio fuerit, reddi rationes debent. *l.1. & 2. C. vbi de latrocin.* Tuſcus *litera A. concluſ.*205. *num.*10.*vt per cap. Regis Alphonſi* diſpoſitio venit *num.*60. Illum autem ad effectum hoc agitur, vt, & de introitibus, gabellarumque, & aliorum Ciuitatis iurium exitibus, computa perquirat, & ſub examine ponat. Ad ipſos verò attinet Iuratis, Theſaurarijs, ipſorumque Iuratorum Magiſtris Notarijs, illis punitionem in delictis inferre, quæ vnciarum quatuor pœnam haud excedant, I cū in quibus grauior inſit malitia proceſſum componant, & ad Regij Tribunal Patrimonij tranſmittant, vt per Magiſtros Rationales deciſio ducatur: quemadmodum *in cap.*61.*Reg. Alphonſ.* continetur. Ac ita rationes adminiſtrationis è Iuratis exigit: qua de cauſa de rationum redditione per Iuratos, ac Vniuerſitatis de rebus adminiſtratores faciēda præſenti agetur in tractatu, præ- K cipuo tanquam munere, quod ad Magiſtrum Iuratum pertinet, extremoque, ac vltimo actu, qui ex Iuratis Vniuerſitatiſque adminiſtratoribus perpatratur.

Per quam firma ergo, ac nulli pernia dubio concluſio habetur, adminiſtratori cuique neceſſarium, vt computa

computa

Digitized by Google

A puta reddat, libroſque geſtis de rebus
conficiat. Qua de re omnes valet pu-
blicos Adminiſtratores Magiſter Iura-
tus ex officio compellere, vt rationem
reddant: Bartolus *in l.3.* & ibi addit *ff.*
ad legem Iuliam de annona, l.prima. l.item
eorum, §. ſi decuriones, ff. quod cuiuſque
Vniuerſ.nomin. Bartol. *in l.comperimus, C.*
de Nauicularijs lib.11.

Vnde Iurati, ac reliqui Adminiſtra-
B tores librum conficere adſtringuntur,
in quo adminiſtratio adnotetur, & in
ipſo data debent, vel recepta oſtende-
re, cum cui, à quo, qua cauſa, qua die,
fuerit, nominatim, ac ſingularitèr ex-
planare; quoniam, vbi hæc fuerint præ-
termiſſa nulla, adminiſtrationis ratio,
forma reddi poteſt: per Textum *in l.*
comperimus, vbi Bartolus *C. de Nauicu-*
larijs lib.11. l.2. §. quod de frumentaria,
C illis verbis: *Ratio tamen adminiſtrationis*
ſecundum fidem acceptorum, & datorum
ponatur. ff. de adminiſtrat. rerum ad Ciuit.
pertinent. l.prima, C. de apocis public. lib.10.
quod ſi perfecta non agant cuncta ra-
tione in dolo dicuntur haberi, ac puni-
tionem ſubibunt. *l.excellentia, C. de ero-*
gat. milit. ann. lib.12. Bald. *in l.vbi exi-*
gitur, §. de dolo, ff. de edendo. Nec nouũ
equidem, aut mirum quidquam hoc
debet Iuratis videri; eos namque ad-
D uerſus iuris occurrit præſumptio, illos
publica ex adminiſtratione locupletes
effectos, dempto quod aliud oſtenda-
tur. Id autem præcipuè venit, quo in
caſu, eo, quo adminiſtrationem ſuſce-
perint tempore, paupertate fuerint op-
preſſi, ac vbi finem illa fuerit ſortita,
diuitijs conſpiciantur diſtenti: publicis
namque diuites ex pecunijs effecti præ-
E ſumuntur, quod ex aduerſo accidit, ſi
integram reddiderint adminiſtrationis
rationem, tali quoniam in euentu ne-
quaquam publicis ex bonis, quorum
habuerint adminiſtrationem, eos præ-
ſumitur lucrum accepiſſe. Baldus *in l.6.*
num.3. C. de bonis, quæ liberis. Borgogn.
deciſ.37. num.36. Decius *conſil.6. num.1.*
Corneus *conſil.103. litera G. volum. 1.*
Menochius *conſil. 80. lib. 1.* Burſaticus
conſil.209. num.24. vol.2, Riminal. Se-
nex *conſil.751. num.17. vol.4.* Quo in F
loco, tutoris circa, ſocijque, ac alius
negotiorum adminiſtratoris perſonam,
qui effectus diues fuerit, ſermo inſti-
tuitur. Gloſa *in l. verum*, & ibi Angel.
ff. de petitione hereditatis. Gloſa *in l. ſiue,*
§. Modeſtinus, ff. de adminiſtr. tutor.

Huiuſmodi atenim, publici admini-
ſtratores, redditus, fructuſque, publi-
cis qui ex bonis, de quibus gerant ad-
miniſtrationem, percipiantur, in libris G
deſcribere, ac etiam adnotare tenētur,
cum minimè confusè, aut etiam in ge-
nere aſſerant, ſeſe de tanto expenſas fe-
ciſſe, tantumque excepiſſe: ex eo quia
ſi alio ſeſe verſentur modo, haudequidē
rationem reddere dicerentur. *l. cum*
ſeruus, ff. de condit. & demonſtrat. quo
autem in accidenti cuncta reperiuntur
ſpecialitèr, adnotata, facili equidem
negotio deprændi veritas, falſumque H
valet. *l. argentarius, ff. de edendo:* eoquòd
qui diuersè rationem reddit, nequa-
quam hoc agit: eoquòd id intelligi mi-
nimè poteſt. *l. antepenult. ff. de condit. &*
demonſtr.

Propterea vbi hi adminiſtratores ra-
tionum haudequidem librum eoquod
non confecerint, exhibere curant: &
dolus exindè in ipſis præſumptus de-
prænditur, ad intereſſe, quod decla- I
rabitur per iuramentum in litem, tene-
buntur: id autem ex vniuerſitate, ſcili-
cet Syndico, vel Iuratis, qui officium
in præſenti agant, preſtari oportet quod
etiam eſt, ſi hunc rationum librum con-
ficere, ac etiam conſtruere nequaquam
neglexerint, at minus legitimè, ac rectè
id agant; quoniam plurima in ſcriptis
omiſerint, explicare; quæ ad ipſos per-
uenere: aut etiam pecuniarum, quæ K
haudquaquam fuerint ſolutæ, exitum
feciſſent: quoniam quo in caſu in eis
dolus deprændatur, ac falſum, Vni-
uerſitatis præiudicium reſultet, cum
proprium publicas pecunias in emolu-
mentum, ſuumque conuertant ad vſum:
prædonum excipiunt nomen, ac pecu-
latus ex ipſis crimen committi firmum
eſt.

A eſt, *l. hac lege* 11. *ff. ad legem Iuliam pecu-*
latus: cuius verba: *Hac lege tenentur, qui*
in tabulis publicis minorem pecuniã, quàm
quid venierit, aut locatum fuerit, ſcripſerit,
aliudue quid ſimile commiſerit. Decianus
tract. crimin. lib. 8. *cap.* 28. *num.* 24. Pu-
blicæ ex eo quia pecuniæ ad alium mi-
nimè vſum debent conuerti, niſi ad quẽ
ipſas conſtet fuiſſe conſtitutas. Tholoſ.
ſyntagm. iuris lib. 33. *cap.* 19. *num.* 2. *l.* 4.
B §. *ſed & qui pecuniam, ff. ad legem Iuliam*
peculatus. Decianus *lib.* 8. *cap.* 28. *nu.* 18.
Nec vllo modo ex Reipublicæ admini-
ſtratoribus mutui valent debiti nomine
retineri. *l. ſacrilegij* 9. §. *Labeo, ff. ad leg.*
Iuliam peculatus. Tholoſanus *loco ſup. cit.*
Decianus *tract. crimin. lib.* 8. *cap.* 28. *nu.*
13. Vt æquali nec publicam ad priuatæ
negotiationis opus poſſunt pecuniam
præfigere. Decianus *loco citato num.* 28.
quo adnotatas in loco punitiones con-
C ſpicimus.

Neutiquam verò excuſationem Iu-
rati excipere, aut etiam cæteri admini-
ſtratores debent, ſi libros affirment ſeſe
non retinere, vel de illis iacturam feciſ-
ſe: nulla namque ipſis datur fides, legi-
timas niſi hoc per probationes fuerit
demonſtratum; eorum quoniam officiũ
extat, ipſos rationum libros in cuſtodia
diligenter habere: Qua de re ex mali-
D tia præſumitur, illos eſſe occultatos iux-
ta notata *in l. ſi quis ex argentarijs,* §. *pen.*
ff. de edendo. Rolandus *conſ.* 44. *volum.*
1. Cuiuſmodi equidem libros, poſt-
quam finem exceperit adminiſtratio,
reſtitui vniuerſitati opus eſt, ac, vt ma-
uis penès detentorem, exiſtere.

Magiſtro Iurato itaque licitum eſt,
condemnationem, vt omnia reſarcirent
Vniuerſitati damna, quæ ipſorum ob
E culpam illi deſcendant, Iuratis inferre.
l. prima, C. de periculo nominatorum lib. 11.
l. 80. §. 2. *ff. de legatis* 2. Neque damni
compenſatio fit, quod Iuratorum pro-
ueniat ex culpa, cum lucro, quod ex
lege, aut etiam conſuetudine prolaba-
tur: ipſorum quamquam ortum habeat
ex contractu; at cum illo, quod ex cõ-
tractu, ac ipſius adminiſtrationis dili-
gentia emergat; optimè compenſatio F
occurrit. *l.* 11. *ff. de vſuris.* Adde quod
Iuratorum vbi ad munus fuerit de ali-
quibus electio facta, & id ſubire dene-
gauerint, omnia equidem ad damna,
quę vniuerſitatis in detrimentum inſur-
gant, obligati extant. *l.* 1. *ff. ad munici-*
pales. Sed etenim ſi appellationem in-
ſtituerint, & fruſtatoria ea fuerit, ex
damni quidem, qui exindè occurrerit,
ſolutioni, minimè excuſabuntur: per G
Textum *in l. prima, ff. ſi tutor, vel cura-*
tor, vel magiſtr. creat. appell. l. 27. *C. de*
appellation. l. 2. *&* 18. *C. de Decurionibus*
lib. 10. *l.* 1. *C. ſumptus in cuncti muneris*
lib. 11.

Qua de cauſa in illa, quæ debet red-
di, ratione, omne venit, quòd negli-
gentèr Iurati omiſerunt, iudica, ſi ne-
gligentèr, vt cautionem exigerent, ſeſe
geſſerint: per Textum *in l.* 2. *C. de admi-* H
niſtrat. rerum public. lib. 11. Aut etiam,
ſi nullum poſuerint ſtudium, vt debita,
vel etiam legata deſumerent: hoc ex eo
quia in caſu ipſis, eorumque hæredibus
condemnatio inferretur. *l. fin.* §. 2. *ff. ad*
municipalem, l. prima, C. de periculo nomi-
natorum lib. 11. Aut, vbi minus habili
gabellarum tradiderint affictum, ipſius
quoniam de facultate informare ſeſe
decebat. *l. qui cum alio, ff. de regulis iur.* I
Huiuſmodi ſed etenim in caſu ad ſortẽ
tantummodo, non autem ad intereſſe,
ſiue vſuras obligati dicuntur. *l. vnica,* &
ibi Bartolus *C. de his, qui ex officio quod*
adminiſtrat. connen. lib. 11. *l. fin. ff. de*
adminiſtrat. rerum ad Ciuit. pertinentium.
l. 21. §. *Paulus reſpondit, ff. ad munici-*
pales.

Vbi atenim pigrè Iurati, cum publi-
cis exigere debeant ex debitoribus pe- K
cunias, ſeſe geſſerint, & deteriorem
ducta ſint eorum nomina, in aliorum
adminiſtratione, in ſtatum, ipſos equi-
dem iure optimo, non autem illos, ex
quibus non ſoluendo fuerint reperti,
periculum manet. *l. fin.* §. *penult. ff. de*
adminiſtrat. rerum ad Ciuit. pertinen. ibi:
Item reſcripſerunt, nominum, quæ deterio-
ra facta ſunt tempore curationis, periculum
ad

A *ad ipſum pertinere; quæ vero, antequam Iuratus fieret, illorum non erant, nequam videri pertinere ad eum non pertinere.*

Quo verum in caſu punitionem ſubire Iurati ex pigritia compulſi non ſunt; ipſis equidẽ firmum eſt in ſimplum multari; ac obligatos ad id eſſe: per Teſt. *in l. Imperatores, §. item reſcripſerunt curator. & l. 7. ff. de adminiſtrat. rerum ad Ciuit. pertinent.* Oſaſc. *deciſ.* 109. *nu.* 8.

B Quod majorem in dolo vim retinet: nox eo quia ſi de negligentia tenentur, quo magis circa dolum erunt obligati? *dict. l. 7. ff. eodem.* Quia de re, qui de dolo malo Iurati ſibi Vniuerſitatis retineãt pecunias, illas equidem coguntur vnà cum vſuratum ſumma reſtituere; aliquiam demas tamen niſi cauſam adeſſe Magiſter Iuratus videatur ob quam, cum allegetur, ad aliam ſeſe conuertere de-

C terminationem poſſit. §. *fin. ff. eodem* vbi: *Niſi quid allegare poſſit qua ex cauſa tardius intulerit.*

Vbi autem proprios illam ad vſus conuertant, quæ publica ſit, pecuniam, ac tali modo, quo ad adminiſtrationẽ, dolum patrant, non ſolum ipſi, eorum at etiam fideiuſſores, ſi qui fuerint ablati, ad faciendam pecuniæ ſimul cum vſuris, reſtitutionem erunt obnoxij;

D quod ex contrario accidit, ſi per culpam, negligentiamue ſeſe malè in officio geſſerint; illo quoniam in caſu, tàm ipſi, quàm illorum fideiuſſores ad ſortem tantum, non autem ad vſuras erũt obligati. *l. in conſtitut. ff. ad municipal.*

Ad quod accedit, vſurarum non ſolum ad vſuras, ac ad centeſimas in quadruplum verum etiam punitionem excipere, malo cum quidquam dolo in adminiſtratione perpatrarint. Caſtrenſ.

E *in l. 40. num. 1. & 2. ff. de negotijs geſtis.* Borgogninus *deciſ. 26. num. 64.* ac lege Iulia, de reſiduis tenentur: nullo verum modo legis Iuliæ peculatus; publicam quo in caſu pecuniam ſubtrahere minimè dubitent, aut aliquid Vniuerſitatis de bonis, rebuſque penes illos remanſerit. *l. lege, §. lex Iulia, ff. ad leg. Iuliam peculatus*: & iſto in caſu plures vnica

puniuntur Iurati poena. *l. ſi multi, ff. de publicanis, l. tres tutores, ff. de adminiſt. tutor.* F

Bartolus *in l. 9. ff. ad legem Iuliam peculatus.*

Non ſolum autem de dolo Iurati, lata verum, leuique tenentur culpa; neutiquam vero de leuiſſima, vel fortuito caſu, aut vitio, quod occurrerit, naturali. Borgogninus *dict. deciſ. 37. nu. 12. & 13.* Ac propterea vbi ex principio publici erant ſoluendo debitores, &

G aliquo poſtmodum fortuito ex caſu facultatibus fuerint deſtituti, nequaquam ex hoc tenentur, qui huiuſmodi cum debitoribus contraxerint; accidentales quoniam circa caſus nullum hominum valet conſilium præuidentiam habere. *l. 2. §. ſi eo tempore, ff. de adminiſtr. rerum ad Ciuit. pertinent.*

Quocumque etenim in caſu id Iurati efficiunt, quod ex qualibet ſedulo pa- H

tresfamilias ſuarum in adminiſtratione rerum perpatraretur, è dolo equidem, lata, leuique culpa liberi eſſe dicuntur. Borgogninus *dicta deciſ. 37. num. 14.* Quod etiam procedit; ſi iuxta prædeceſſorum facta ſeſe geſſerint. Borgogn. *loco citato num. 19.* neutiquam autem excuſatione digni illi dicuntur Iurati, qui ex negligentia, cum deſides domeſticis in rebus, fuerint ipſi, agant. Gomez in I

compend. caſu negligent. n. 142.

Sed etenim vbi libera nequaquam adminiſtratio Iuratis præbetur: eo quod nimirum haud permiſſum ipſis eſt in regimine, abſque clauibus, aliarumque præſentia perſonarum verſari: vbi hac gubernationem habuerint forma, minimè ad damna, vel etiam intereſſe, aut aliquid aliud tenentur, neque hos aduerſus Iuratos, curari in litem eſt per- K

miſſum: ſecundum doctrinam Borgognini *loc. cit. nu. 20. cum ſequen.*

Et Iuratis quoniam in ſolidum illis tribuitur in rebus mandatum, ſpeciale in quibus requiritur, quamuis neutiquam illud fuerit expreſſa expoſitum forma. *l. 11. & ſequent. ff. ad municipalem.* publicam ex eo quia perſonam illos gerere certum eſt. Decius *conſ. 297.* Mar-

A eus *deciſ.780. num. vlt. vol.1.* Maſcard.
concluſ.1314. Ripa *in l.ſi is qui bona,n.4.*
ff. de pignor. In ſolidum propterea eorũ
quicumque, & alter pro altero tenetur,
ac ex ipſo per geſtorum negotiorum
repetit actionem. Caſtrenſ. *in l.cum alicui*
num.4. & l.31. nu.1. & 2. ff.de neg.geſt.
tot.tit.C.quo quiſque ordine conueniend.lib.
10.l.11.cum duab.ſeq.ff. ad municip. An
verò diuiſionis, ordiniſque beneficium
B deceat Iuratis concedi? ponit Boerius
deciſ.60.in princip. ac vbi vnus pro alijs
obligetur, videatur Tex. *in l.2.§.ius Reip.*
cum Gloſa *ff.de adminiſt.rer.ad Ciu.pert.*
cum l.3.4.vltimaque,§.item reſcripſerunt,
ff.eod.l.11.cum trib.ſequen.ff. ad municip.
l.1.& 3.C.de conueniend.fiſcal.debit.lib.10.
& toto tit. C.quo quiſque ordine conueniat.
lib.11. Spectabilis propterea Magiſter
Iuratus, cui hæc Neti Vallis ad curam
C tributa D.Ioannes Trigona, quacumque
dignus laude, ac virtutibus conſpicuus
ſuis ſolitus eſt in reuiſionibus idoneum
inhabilis in vicem cõdemnare, habebit
tamen collega vtilem actionem contra
collegam quando ſoluit, tàm ſi ſpontè,
quàm ſi coactè ſoluiſſet: vt Vlpian. de-
creuit *in l.2.§.actio autem,ff.de adminiſtr.*
rer.ad Ciuit. pert. ad exemplum tutorũ,
vt in *d.l.2.§ prior,* & facit Tex. *in l.fin. ff.*
D *de magiſtrat.conueniend.* ibi: *Quoniam ea-*
dem in magiſtratus actio datur, quæ compe-
tit in tutores. Sed an Iurati nominatis
pro officialibus cogantur? eſt Text. in
l.2. §.ſi eo tempore, iuncta Gloſa, in verbo
idoneus,ff.de admin.rer.ad Ciuit.pert.l.17.
§.penult.ff.ad municip.l.fin.C.de filijsfamil.
& quemadmodum Pater *l.10.l.3.C.de*
conueniend.fiſcal.debit.l.10. l.1.& 2. C. de
periculo nominator.lib.11.l.2.3.& 4.C.quo
quiſque ordine conueniat.lib.11.
E De iure autem vera extat concluſio,
quod ſi filiusfamilias habito genitoris
conſenſu, Iuratorum ſubeat officium, nõ
ſolum ipſe, qui illud acceptarit munus,
pater verum etiam, qui de hoc conſcius
minimè contradixerit, in obligatione
reperitur: pro illo namque fideiuſſionẽ
conſpicitur dediſſe: per Text. *in l.2.ff.*
ad municip.l.filios in poteſtate, C.de Decur.
lib.10. Paris *conſ.93.n.41.vol.1.* Regula B
namque habetur, quod publicis debeat,
velut fideiuſſor, in officijs pater, in filij
vicem, teneri, quo in caſu hoc ſciens
nullo prohibuerit modo. Menochius de
arbitr.caſu 302. n.5. & caſu 345. nu. 9.
Paſchal. *de virib.patriæ poteſt.par.1.cap.6.*
n.81.& 82.fol.71.l.17.§.1.ff.de muner.&
honor. quod etiam procedit, vbi electio-
nem in filij perſona confectam, patrem
ratificaſſe certum eſt. *l.6.§. pater, ff. de* G
Decurion.l.10.C.eodem lib.10.
Præceptum etiam ab Alphonſo Re-
ge Magiſtro Iurato aduenit, vt ſtudium
ponat, certam reddituum partem ad
murorum conſtructionem applicari: ad
Ciuitates quoniam ſpectat, vt murorum
refectio conficiatur, ad quod equidem
perpatrandum cogere ad diſtributionẽ
ciues permittitur, ipſorum quemadmo-
dum facultates exiſtunt. *l.ne ſplendidiſſi-* H
mè,l.omnes,l.turres,C.de operib.publ. cum
è Principe tamen fuerit licentia obten-
ta ex cuius authoritate conſtruere, aut
etiam reficere cuique muros permiſſum
eſt: *l.ſacra,§.muros,ff.de rerum diuiſ.* Luc.
de Penna *in l.fin.C.ex quib.muner.* nemi-
ni licet ſe excuſare. Cuiuſmodi ad refe-
ctionem ſeſe etiam contribuere Eccle-
ſiaſtici compelluntur: iuxta eiuſdẽ Luc.
de Penna ſententiam *in l.fin. C.de exact.* I
tribut. Quod minimè ex legis, è laicorũ
arbitrio confectæ: ſed ex rationis vi de-
ſcendit: ex diſtinctione Doctorum, de
qua per Abbat.& veniunt Canoniſtæ in
cap.Eccleſ.S.Mariæ de conſtit. Hern. *in cap.*
1. §.firmiter,col.3.de prohib.feud.alien.per
Federic.& in prælud.quæſt.3.n.39. & latè
Surdus *conſ.301.vol.3.* & meliùs dixi in
Architectorum ſtatu. Hæc etenim pu-
blicum tendere dicuntur ad emolumẽ- k
tum, quod non ſolùm commune in Vni-
uerſum, ac etiam ſingulis videtur: vbi
autem ex Principis mãdato fuerint dati
præcipites muri, nulla equidem illorum
effici reparatio forma debet: Afflict. in
conſtit.Regni Siciliæ in cap. caſtra, & mu-
nitiones lib.2. Iaſon *in l.quo minus, ff. de*
fluminib. n.24. Quod etiam in Pontium
conſtructionem, vel refectione, ac viarũ
vi-

A vigorem habet; circa quam nemini cõceſſa immunitas eſt, cum nullum in cõtrario priuilegium obſtet. *l. 1. C. de coll. fund. lib. 10.* & ratio ibi redditur; *Nulla enim ratione debent ad hoc, quod in commune omnibus prodeſt, ſeiungi.* Vicini adde quod populi, vt ſe ad pontium contribuant conſtructionem, valent compelli, vbi aliquod exindè percipere emolumentum poſſunt. Auendagn. de
B *exequend. mand. Regum par. 2. cap. 3. ſub num. 8. verſ. ad Fabr. fol. 155.* plura quo in loco circa fabricationis, reparationiſque, cæteras, quoad res, materiã ſcripſit.

Conſtitutum autem ſalarium Magiſtro Iurato fuit *per cap. 63. Reg. Alphonſi:* cum ipſi tamen vetitum ſit ne præſenti ſalarium, aut futuro ſibi capiant pro anno, cum pœna, de facienda quadrupli ſolutione inferatur; nec accipere ſibi
C quidquam poteſt, quod ſubornationem ſapere videatur, at eſculenta ſibi, & pocùlenta deſumant, quæ pro ſe, ſuaque per vnius curſum diei ſufficientia ſint familia: vnde ſi diuerſè ſeſe gerere ſit auſus, primus equidem officio erit, arbi- F
trariamque ſubire punitionem cogetur; hoc autem ciuili conſonat cum iure; quoniam vbi cuicumque aliquod præſtari ſalarium ad opus debet, illius tribui in fiue conuenit. Gloſa *in l. 2. C. locati,* vbi Cynus, Bartolus, & Bald. Abb. *in cap. fin. num 32. de foro compet.* Bartol. *in l. prima, §. diuus, ff. de var. & extraordin. cognit. & in l. qui inſulam, §. qui ædẽ, ff. locati.* Franciſcus Maria Prato *in annotat. ad Paſchal. ſuper par. 1. cap. 3. verſ.* G
an autem fol. 141. In continenti autem oportet de ſportulis ſolutionem fieri ex Abruzij doctrina *in cap. 2. Reg. Ferdinan. comment. 2. num. 65.*

Ipſius tandem ad officium ſpectare neminem latet, vt ſtudium ponat Regis Fiderici capitula ex Iuratis diligenter obſeruari, atque cum iam perfecta
H viſitatio fuerit, de omnibus, quæ fuerint ex ipſo perpatrata certiorem Excellentiſſimum reddere Proregem: vt ex *cap. 64. & 65. Regis Alphonſi* habemus.

DE MAGISTRORVM NOTARIORVM, ACTVARIORVMQVE

Ac etiam COMMISSARIORVM PROCESSIVORVM

STATV.

D NVllius quamuis habere Magiſtri Notarij actorum immediatè iuriſdictionis exercitium dicantur; officiales attamen eſſe nemo inficias ibit: vt voluit Giurba *conſil.*88. *num.*5. qui citat Gloſam *in l. prima, in verbo ob renunciandum, ff. ad legem Cornel. de falſ.* Gizzarell. *deciſ.*24. *num.*4. Fabium de Anna *conſil.* 107. *num.* 21. Baiard. ad Clarum *quaeſt.*16. *num.*10. §. *fin.* impro-
E pria licèt forma tales exiſtere affirmarit Francus *deciſ.*407. Carauita *ritu* 49. *nu.* 22. Capiblanc. *de Baronibus pragmat.* 5. *num.*56. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.*5. *cap.*8. *num.*93. *fol.*190 *tom.*3. Sua etenim mediatè vtuntur iuriſdictione, cum eorum opera, illius ad actum, Iuſtitiæque cognitionem oporteat deuenire; hi namque actorum conſtructores, conſeruatoreſque habentur, quibus propriam I
excipit iudicium perfectionem, cum ad ſententiam inferendam acta vehiculum dicantur. Giurba *loco ſupra citato num.*6. ex Baldi doctrina *in cap. cum ſæpè, ad fin. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & in l. fin. C. de ſuſpect. tutore, & conſ.*344. *vol.* 1. *ad finem.* Surdus *conſil.*159. *num.*46. Menochius *conſil.*390. *num.* 35. & aliorum, qui eo citantur in loco. Quorum medio ſuam exercere poteſtatem Iudici nō vetatur, k
& peſiici iudicium certū eſt, & abſque coquòd illa interueniant, in Iudicem minimè conſtitui quiſquam dicitur; acta etenim, quæ nec ex Magiſtro Notario, vel Iudice fuerint conſcripta, nullum continere vigorem videntur. Giurba *loco citato num.*7. Maranta *de iud. part.*6. *act.*10. *in verbo actum num.* 11. Viuius *deciſ.*48. Qua de cauſa eiuſdem in Giur-

bæ

A bæ aſſertis eſt, ipſos, velut quotitati-
uam iudicij partem, venire, quod, ſi acta
non occurrant, & proceſſus, conſtare,
neutiquam poteſt; cum Magiſtros No-
tarios affirmet Iuſtitiæ depoſitarios ha-
beri, de qua Iudices partibus eorum
indigentibus miniſterio, adminiſtratio-
nem faciunt. Gizzarel. *deciſ.* 24. *num.* 3.
Neceſſarios vndè, acceſſorioſque Iudi-
cibus exiſtere dixit. Giurba *num.* 8. ex
B Gratiano *dec.* 233. *n.* 19. *&* 20.

Iudicialia ergo per actorum Magi-
ſtrum, Actuariumque ſcriptis acta com-
mitti neceſſe eſt. Romanus *conſil.* 281.
num. 5. *verſ. quoad ſecundum*. Talitèr vt
qui ſcribere acta cepit, illa vſque ad fi-
nem proſequi compellitur: nullam ex
eo quia probationem faciunt, ſi ex alio,
quàm qui ſit hoc cōſtitutus ad munus,
illa reperiantur ſcripta: vt dixit idem
C Romanus *dicto conſil.* 281. *num.* 6. ibi
Apoſtill. *in verbo conſcribet*. Alexander
conſ. 120. *num.* 5. *verſic. tertiò obuiat lib.* 7.
Dempto quod aliquod interſit impedi-
mentum, vel abſens ſit. Alexand. *loco
ſupra citato num.* 6. Vnde Iudici, qui fer-
re iudicium cogitur, ſcribere acta, quæ
ſe coram fuerint conſtructa, neutiquam
conceditur, cum Magiſter Notarius nō
interueniat. Gloſa *in authen. vt Iudices*
D *ſine quoque ſuffragio*, §. *neceſſitatem*. An-
tonius de Butrigal. *conſil.* 32. *num.* 2.
verſic. item ſi nunc arbitri. Ea interuenit
ratio, Iudicis eoquod ex mandato acta
ſcribi neceſſe eſt; & quoniam ſibi nemo
poteſt præcipere, aut duplex exercere
munus, de quibus habet Apoſtil. ma-
gna *ad ſingul. primum*. Matheſil. vbi la-
tè, & quia, vt inquit Antonius de Butr.
dicto conſil. 32. Neutiquam decet Iudi-
E cis, & teſtis perſonam ex aliquo geri.
Quare iure quidem optimo Romanos
per patres è Senatoribus aliquos, qui
ſingulari ſeſe perſpicuos oſtenderent in
ſcribas fuiſſe conſtitutos, certum eſt ex
Ciceronis verbis, dum ita pro Sylla in-
quit: *Introductis in Senatu Iudicibus con-
ſtituit Senatores, qui omnia Iudicum dicta,
interrogata, & reſponſa praeſcriberent: At
quos viros, non ſolum ſumma virtute, ac
fide, cuius generis facultas in Senatu ma-
xima: ſed etiam quos ſciebam memoria,* F
*ſcientia, conſuetudine, & celeritate ſcri-
bendi faciliimè prædicerentur, perſequi poſ-
ſe: C. Coſconium, qui tunc erat Prætor, M.
Meſſalam, qui tunc præturam petebat, P.
Nigidium, Ap. Claudium, credo eſſe, nemi-
nem, qui ijs omnibus, aut verè referendis,
aut etiam ſcribendis putet ingenij defuiſſe.*
Eo autem caſu authentici ſcribæ venie-
bant, ac temporanei è Senatoribus cō-
ſtituebantur, quò tacitum faciendum G
eſſe Iuriſconſultum fuerat neceſſe, eò-
quòd tunc, depulſis è curia, qui com-
munes erant, Scribis, è Senatoribus
aliquis ſibi Scribæ officium deſumebat,
nè quidquam fortè aliorum per aures
ferretur: vt ait Iulius Capitolinus in
Gordiano. Qua de re Secretum Magi-
ſter Notarius cogitur ſeruare, ac vbi
fortè, antequam teſtium fiat publicatio
illorum, alteriuſque Iudicis dicta, vel H
cauſæ explanarit partibus arcana, falſi
eum teneri pœna certum eſt: vt aſſerit
Farinac. *de falſis, & ſimulat. quæſt.* 104.
parte 6. *num.* 107. per Textum *in l. prima
§. is qui depoſita, ff. de falſis, l. Senatus, ff.
de accuſat.* Franciſcus Marcus *deciſ.* 120.
num. 3. *par.* 20. & cæteri Doctores pe-
nes eumdem Farinac. *loco ſupra citato.*
Iudicis autem ad ſimilitudinem ipſe in
illis fidelitatem iurat in rebus obſerua- I
re, quæ proprium ſpectent ad munus:
vt aduertit Giurba *dicto conſil.* 84. *ſub
num.* 6. Quodammodò etenim iuriſdi-
ctionem, circa Iudicis ordinaria, dici-
tur exercere, fideiuſſorum quoniam re-
cipit obligationes, iuramentum parti-
bus fideiuſſorum reſpectu exhibet, te-
ſteſque, ex quibus præſtari curat iura-
mentum, recipit: quæ omnia ſecundū
Giurbæ ſententiam ſunt iuriſdictionis k
actus: per Textum *in cap. ſi quis teſtiū,*
vbi Doctores *de teſtibus, clement. prima,
de officio delegati*. Treuiſanus *deciſ.* 10.
num. 12. Borell. *in ſumma deciſ. titul.* 41.
num. 295. Gizzarel. *deciſ.* 24. *nu.* 2. Cu-
ius equidē acta iudicialia generis ple-
nam faciunt probationem, & ſi minimè
in eis teſtium nomina fuerint poſita;
il-

A F

DE MAGISTRORVM NOTARIORVM, ACTVARIORVMQVE

B G

Ac etiam

C H

COMMISSARIORVM PROCESSIVORVM STATV.

D NVllius quamuis habere Magiſtri Notarij actorum immediatè iuriſdictionis exercitium dicantur; officiales attamen eſſe nemo inficias
ibit: vt voluit Giurba *conſil.*88. *num.*5.
qui citat Gloſam *in l. prima, in verbo ob
renunciandum, ff. ad legem Cornel. de falſ.*
Gizzarell. *deciſ.*24. *num.*4. Fabium de
Anna *conſil.* 107. *num.* 21. Baiard. ad
E Clarum *quæſt.*16. *num.*10. §. *fin.* impropria
licèt forma tales exiſtere affirmarit
Francus *deciſ.*407. Carauita *ritu* 49. *nu.*
22. Capiblanc. *de Baronibus pragmat.* 5.
*num.*56. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.*5. *cap.*8.
*num.*93. *fol.*190 *tom.*3. Sua etenim mediatè
vtuntur iuriſdictione, cum eorum
opera, illius ad actum, Iuſtitiæque cognitionem
oporteat deuenire; hi namque
actorum conſtructores, conſerua-
toreſque habentur, quibus propriam I
excipit iudicium perfectionem, cum ad
ſententiam inferendam acta vehiculum
dicantur. Giurba *loco ſupra citato num.*6.
ex Baldi doctrina *in cap. cum ſapè, ad fin.
de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & in l. fin. C. de
ſuſpect. tutore, & conſ.*344. *vol.*1. *ad finem.*
Surdus *conſil.*159. *num.*46. Menochius
*conſil.*390. *num.* 35. & aliorum, qui eo
citantur in loco. Quorum medio ſuam
exercere poteſtatem Iudici nō vetatur,
& perfici iudicium certū eſt, & abſque k
eoquòd illa interueniant, in Iudicem
minimè conſtitui quiſquam dicitur; acta
etenim, quæ nec ex Magiſtro Notario,
vel Iudice fuerint conſcripta, nullum
continere vigorem videntur. Giurba
*loco citato num.*7. Maranta *de iud. part.*6.
*act.*10. *in verbo actum num.* 11. Viuius
*deciſ.*48. Qua de cauſa eiuſdem in Giur-

bæ

A bæ aſſertis eſt, ipſos, velut quotitati-
uam iudicij partem, venire, quod, ſi acta
non occurrant, & proceſſus, conſtare
neutiquam poteſt, cum Magiſtros No-
tarios affirmet Iuſtitiæ depoſitarios ha-
beri, de qua Iudices partibus eorum
indigentibus miniſterio, adminiſtratio-
nem faciunt. Gizzarel. *decis.* 24. *num.* 3.
Neceſſarios vnde, acceſſorioſque Iudi-
cibus exiſtere dixit. Giurba *num.* 8. ex
B Gratiano *dec.* 233. *n.* 19. *&* 20.

Iudicialia ergo per actorum Magi-
ſtrum, Actuariumque ſcriptis acta com-
mitti neceſſe eſt. Romanus *conſil.* 281.
num. 5. *verſ. quoad ſecundum*. Talitèr vt
qui ſcribere acta cepit, illa vſque ad fi-
nem proſequi compellitur: nullam ex
eo quia probationem faciunt, ſi ex alio,
quàm qui ſit hoc cõſtitutus ad munus,
illa reperiantur ſcripta: vt dixit idem
C Romanus *dicto conſil.* 281. *num.* 6. ibi
Apoſtill. *in verbo conſcribet*. Alexander
conſ. 120. *num.* 5. *verſic. tertiò obuiat lib.* 7.
Dempto quod aliquod interſit impedi-
mentum, vel abſens ſit. Alexand. *loco
ſupra citato num.* 6. Vnde Iudici, qui fer-
re iudicium cogitur, ſcribere acta, quæ
ſe coram fuerint conſtructa, neutiquam
conceditur, cum Magiſter Notarius nõ
interueniat. Gloſa *in authen. vt Iudices*
D *ſine quoque ſuffragio, §. neceſſitatem*. An-
tonius de Butrigal. *conſil.* 32. *num.* 2.
verſic. item ſi nunc arbitri. Ea interuenit
ratio, Iudicis eoquod ex mandato acta
ſcribi neceſſe eſt; & quoniam ſibi nemo
poteſt præcipere, aut duplex exercere
munus, de quibus habet Apoſtil. ma-
gna *ad ſingul. primum*. Matheſil. vbi la-
tè, & quia, vt inquit Antonius de Butr.
dicto conſil. 32. Neutiquam decet Iudi-
E cis, & teſtis perſonam ex aliquo geri.
Quare iure quidem optimo Romanos
per patres è Senatoribus aliquos, qui
ſingulari ſeſe perſpicuos oſtenderent in
ſcribas fuiſſe conſtitutos, certum eſt ex
Ciceronis verbis, dum ita pro Sylla in-
quit: *Introductis in Senatu Iudicibus con-
ſtituit Senatores, qui omnia Iudicum dicta,
interrogata, & reſponſa præſcriberent: At
quos viros, non ſolum ſumma virtute, ac
fide, cuius generis facultas in Senatu ma-
xima: ſed etiam quos ſciebam memoria,* F
*ſcientia, conſuetudine, & celeritate ſcri-
bendi facillimè prædicerentur, perſequi poſ-
ſe: C. Coſconium, qui tunc erat Prætor; M.
Meſſalam, qui tunc præturam petebat; P.
Nigidium, Ap. Claudium, credo eſſe nemi-
nem, qui ijs omnibus, aut verè referendis,
aut etiam ſcribendis putet ingeniũ defuiſſe.*
Eo autem caſu authentici ſcribæ venie-
bant, ac temporanei è Senatoribus cõ-
ſtituebantur, quo tacitum faciendum G
eſſe Iuriſconſultum fuerat neceſſe, eò-
quòd tunc, depulſis è curia, qui com-
munes erant, Scribis, è Senatoribus
aliquis ſibi Scribæ officium deſumebat,
nè quidquam fortè aliorum per aures
ferretur: vt ait Iulius Capitolinus in
Gordiano. Qua de re Secretum Magi-
ſter Notarius cogitur ſeruare, ac vbi
fortè, antequam teſtium fiat publicatio
illorum, alteriuſque Iudicis dicta, vel H
cauſæ explanarit partibus arcana, falſi
eum teneri pœna certum eſt: vt aſſerit
Farinac. *de falſis, & ſimulat. quæſt.* 104.
parte 6. *num.* 107. per Textum *in l. prima
§. is qui depoſita, ff. de falſis, l. Senatus, ff.
de accuſat.* Franciſcus Marcus *deciſ.* 120.
num. 3. *par.* 20. & cæteri Doctores pe-
nes eumdem Farinac. *loco ſupra citato.*
Iudicis autem ad ſimilitudinem ipſe in
illis fidelitatem iurat in rebus obſerua- I
re, quæ proprium ſpectent ad munus:
vt aduertit Giurba *dicto conſil.* 84. *ſub
num.* 6. Quodammodò etenim iuriſdi-
ctionem, circa Iudicis ordinaria, dici-
tur exercere, fideiuſſorum quoniam re-
cipit obligationes, iuramentum parti-
bus fideiuſſorum reſpectu exhibet, te-
ſteſque, ex quibus præſtari curat iura-
mentum, recipit: quæ omnia ſecundũ
Giurbæ ſententiam ſunt iuriſdictionis k
actus: per Textum *in cap. ſi quis teſtiũ,*
vbi Doctores *de teſtibus, clement. prima,
de officio delegati.* Treuiſanus *deciſ.* 10.
num. 12. Borell. *in ſumma deciſ. titul.* 41.
num. 295. Gizzarel. *deciſ.* 24. *nu.* 2. Cu-
ius equidẽ acta iudicialia generis ple-
nam faciunt probationem, & ſi minimè
in eis teſtium nomina fuerint poſita;
iu-

A iudicij quoniam ex calore hoc perpetrari firmum eſt. *cap. quoniam contra, de probation.* Alexand. *conſil.* 13. *nu.* 8. *lib.* 1. Ioannes de Anania *conſ.* 85. *num.* 4. vbi Bolognin. Tuſcus *litera A. concl.* 89. *n.* 1. ex Magiſtro Notario igitur, vel Actuario cuncta neceſſe eſt, ad amuſſim, adnotari, ac etiam ſcriptis committi, necnon in actis redigi, quæ per teſtes, reũ, ac Iudicem aguntur. Follerius *in pra-*
B *ctica, in verbo, capiat informationes ſub num* 54. *& in verbo ſi compareat num.* 4. Simanca *de inſtitut. Catholic. tit.* 44. *n.* 15. *in fine*. Cartarius *in practica interrogat. reor. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 99. Franciſ. Perſon. *in tract. de indicijs, & tortura, num.* 181. *circa finem*: quo addit in loco, vt certum eſſe valeat; an aliquis fuerit ex Iudice factus exceſſus? Burſatic. *conſil.* 201. *num.* 86. *vol.* 2. Caualcanus *de teſt. parte* 5. *num.* 1. *&* 119. *& ſub num.* 222.
C Vbi exponit; quod ſi Notarius teſtium neutiquam dicta ſcriptis ad vnguem tradiderit, parti obligatur; in ſpecie verò debet rei pallorem, trepidationẽque, aliaque ſigna ex ipſo prodita, cum is præſens ſit, ac intelligat, adnotare. Cum omnia hæc ex Iudicis mandato explicet: ſed tamen illa viderit, & diligentèr conſiderarit: Iudici namque, fidem habere Magiſter Notarius, Actua-
D riuſque non compellitur. Guazzin. *ad defenſ. reor.* 20. *cap.* 14. *ſub num.* 2. Cuius placitum eſt reorum verba tradi ſcriptis neceſſe, materno quemadmodum ſermone fuerint ex ipſo expoſita: ex Cartar. *in prax. interrogat. reor. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 81. *& cap.* 2. *nu.* 76. Quod ſi Notarius ex his quidquam haud viderit, debet equidem tantummodo affirmare; ita ſibi ex Iudice relatum fuiſſe,
E mandatumque ſecundum Baldum *in l. nullum. C. de teſtibus*; quem ſequitur Felinus *in cap. quoniam contra* 49. *diſtin. in fine de probation.* Boſſius *tit. de oppoſit. contra teſtes num.* 145. Caualcanus *dicta parte* 5. *num.* 129. Cartar. *dicto lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 80. Guazzin. *loco ſup. cit. dict. num.* 2. *in fine.*

At ſi fortè, qui ad examen ex Magi-

ſtro Notario, aut etiam ex Actuario F
ſit teſtis vocatus, à ſe talia deneget depoſita, quemadmodum in atteſtationibus ſcriptum videmus, regulari equidem forma illi potiùs adhibere fidem oportet, quàm illi: ſic Farinac. *de falſ. & ſimulation. quæſt.* 158. *parte* 3. *n.* 187. per Textum *in cap. ad audientiam* §. *nos igitur, extra, de præſcript.* illis verbis: *Nec credẽtes ipſum ſcriniarium cum iuratus ſit officium ſuum fidelitèr exequi, aliud* G
ſcripſiſſe, quàm à teſtibus diceretur. Clarus *in* §. *falſum num.* 11. *verſ. pone teſtis, & in* §. *fin. quæſt.* 53. *num.* 17. *verſ. quintus eſt caſus*. Menoch. *de præſumptionib. lib.* 2. *parte* 79. *num.* 14. *verſ. extenditur tertio*. Maſcard. *de probation.* [illegible] *concluſ.* 1094. *ſub num.* 7. Circa quod ampliatio infertur ex Farinacio *num.* 189. Huic eò magis vigorem ineſſe doctrinæ, quo in caſu ex Magiſtro Notario H
non ſolùm, aut Actuario; ex Iudice, verum etiam, ac Magiſtro Notario ſimul fuerit ad examen adductus. Tunc enim maior præſtatur Iudici, ac Magiſtro Notario fides, quàm teſti: iuxta doctrinam Speculat. *tit. de teſte parte* 1. *num* 48. *verſic. ſi autem Iudex audiuiſſet*. Maſcard. *dicta concluſ.* 1094. *num.* 11. Clarus *dicto* §. *falſum loco citato, & dicta quæſt.* 53. *dicto num.* 17. Cuiuſmodi con- I
cluſionem magnam in ciuilibus efficaciam retinere ait Farinac. *num.* 190. vbi magis credi Magiſtro Notarij dictis deberet. In criminalibus autem negotijs nullam affirmat Notario teſtem aduersùs, nec teſti, Notarium contra fidem præſtari opus eſſe: vt pari forma *in num.* 191. extendit, quo euẽtu ex Magiſtro Notario, vel Actuario ad examẽ fuiſſet vocatus teſtis, & ſcriptor, ex quo explicaretur examen, interuenitet: quo- K
niam tunc magis credi Magiſtro Notario neceſſe eſt, vel Actuario, quàm teſti, qui ex contrario adſit: allegat Alciatum *de præſumpt. regula* 3. *præſum.* 13. *num.* 19. Menochius *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 79. *num.* 16. Maſcardus *dicta concluſ.* 1094. *num.* 20. qui in criminali ampliat cauſa: quòd multò magis procedere

A cedere affirmat Farinac. *num.* 192. Suo
vbi ſeſe ſubſcripſerit teſtis examini, cũ
illi tamen ſuum, quo in caſu petatur,
examen legatur.

Allatis verò ſententijs pluribus li-
mitationem poſuit modis Farinaceus à
num. 193. Et primò equidem quòd mi-
nimè vim includat, quo in caſu con-
trarium quidquam Iudex putet, decer-
nendum ex perſonarum qualitate, iu-
B dica, eoquòd ſuſpectus exiſteret Actua-
rius, nec benè de ſua audiret fama; te-
ſtis autem ſit homo dotibus præclarus,
& quacumque dignus fide. Qua de re
indè Iudex ex arbitrio ſtatuet; an maior
præſtari debeat fides teſti, quàm Actua-
rio? ſecundum opinionem Alberici, re-
liquorumque Doctorum ex Farinaceo
in dicto num. 193. allatorum. Secundo,
vbi teſtis examen non per Magiſtrum
C Notarium, ſed alium per examinato-
rem ſubiuerit, cum ille tamen ſcriptis
depoſitionem traderet, quoniam ſi vnà
cum teſtis dicto examinator concurrat,
rem ſeſe alitèr habere, quàm ſcripta
demonſtrent, magis credendum teſti,
examinatorique, quàm Magiſtro No-
tario eſſet. Vbi tertiò plures vnanimi
conſenſu aſſerant teſtes ſeſe illa mini-
mè protuliſſe, quæ Magiſter Notarius,
D Actuariuſque expoſuerit, qui tamen in
num. 199. explicat: diligentèr perſona-
rum qualitati, non ſolùm teſtium, at
etiam Magiſtro Notario eſſe attenden-
dum: talitèr vt maior iſti fides, quàm
illis præſtetur; limitationem denique
poſuit iſta ciuilibus occurrere in cauſis,
cum ex aduerſo accidat, ſi criminalitèr
de negotio tractetur ad pœnam. Hac
etenim in re nequaquam teſti Notariũ
E aduerſùs, nec Notario, teſtem contra,
credi oportere affirmat.

Sedulo igitur aduertat Magiſter No-
tarius ſtudio, nè falſa ex malitia propo-
nẽtes ad examen ſcientèr teſtes admit-
tat in criminalibus; ex eo quia quo in
caſu id auſus fuerit, perpatrare, vltimi
punitionem ſupplicij, ſi citata parte
fuerint recepti, ſubire compelluntur:
ſed ſi hoc incitata parte ſit actum, nullã
quoniam fidem facit, eo in caſu ad agẽ- F
dos in Regijs Triremibus remos com-
pelluntur: vt fuiſſe deciſum in Magna
Vicariæ Curia refert in deciſionum cõ-
pendio. Thorus *in verbo Actuarius fol.*
16. Grammat. *in conſtitut. Iudices num.* 7.
fol. 46. *& in conſtitut. Regn. qui falſo in-
ſtrumento.* Incumbat etiam, nè inco-
gnitum admittere fideiuſſorem velit:
tunc namque parti tenetur. Propterea
idem Thorus *loco ſupra citato.* Quod, vbi G
Actuarius, aut etiam Notarius vnum
ſibi pro alio in fideiuſſorem aſſumpſe-
rit, nequaquam creditori tenetur, ſi mi-
nimè id malitioſè, at ſimplicitèr fece-
rit; cum ex contrario accidat, quando
hoc doloſè perpatrarit, ac exindè da-
tum creditori terminum inſtãti in cau-
ſa, vt doli probatio efficeretur, habe-
mus *ex deciſ.* Franch. 262. Et quo in ca-
ſu inhabiles ad fideiuſſionem admittere H
minimè dubitauerit, & non ſoluendo
illi fuerint reperti, ipſe equidẽ in obli-
gatione habetur: vt reſolutum legimus
apud Tuſcum *ſingul.* 61. *litera I.* & refert
Francus *deciſ.* 480 *num.* 3. Vltra relatos
à Riccio *collect.* 1258. proprio quoniam
Actuarij fideiuſſionem periculo ſtipu-
lantur: vt docet Muſcarell. *in praxi fi-
deiuſſ. modo* 9. *num.* 11. Et conſequenti
modo ad ſoluendum parti intereſſe, vbi I
haud idoneus fideiuſſor, adſtringitur:
ex traditis per Gratianum *deciſ.* 67. *n.* 6.
cum excluſus attamen fuerit fideiuſſor:
vt per Salicetum *in l. prima, C. de magiſt.
conueniend.* An verò ad vſurarum ſolu-
tionem teneatur? videndus erit Rouit.
conſ. 83. *per totum*, qui *num.* 3. reſolutũ
voluit, minimè ad intereſſe actorem te-
neri: ipſe namque non ex contractu, vel
quaſi, neque ex delicto, aut quaſi, com- K
pellitur, at officij ratione, cuius mode-
ramen habet, & tunc certam iuris con-
cluſionem aſſerit, nequaquam officia-
lem, qui officij reſpectu cogitur, ad in-
tereſſe compelli: per Textum *in l. Lu-
cius Titius, verſic. Paulus reſpondit, ff. ad
municipalem.* Addas etiam ni partis
ex voluntate minùs idoneos recepiſſet
fideiuſſores; vt ex deciſis per Riccium
deciſ.

Digitized by Google

A *deciſ. Archiepiſ. Neapolit. 49. par. 2.* Ideò Muta *in pragmat. Regni tit. 29. de officio Magiſtri Notarij*, monitum præbet; quòd vbi fideiuſſiones tàm ciuilibus, reciprò- tur, quàm criminalibus in negotijs, aduerti opus eſt, nè inhabiles veniant, at mobilia poſſideant, vt exigi pœna poſſit, nè proprijs teneatur de bonis, ipſe enim proprio inuigilare debet ex officio, vt aptus fideiuſſor extet: per Tex. B *in l. prima, §. ſciendum, ff. de magiſtrat. conueniend. & §. ſciendum, inſtitut. qui ſatiſdare cogantur.* Paris de Puteo *de ſyndicatu in verbo fideiuſſ. cap. 3. ſub num. 2.* Clarus *quæſt. 46. verſic. cæterum*: quòd circa eſt in Mutæ placitis, quod ad hoc vt ſufficiens huiuſmodi habilitas ſit, tèpore, quo fideiuſſio præſtatur, venire debeat: vt ſeruatum in practica dicit ex eiuſdem de Puteo doctrina *in dicto cap.* C *3. num. 2.* Notum etenim Magiſtro Notario ſit, ſeſe illa teneri pro fideiuſſione, quæ ſubſtitutum per Actuarium fuerit capta: probatum namque de iure extat de ſubſtituti culpis ipſum, defectibuſque teneri: per Textum *in l. agentes. C. de agent. in rebus.* Marcus Antonius *in tract. de fideiuſſ. parte 2. ſect. 19. cap. 27. num. 13.* Quod equidem vim habet, quo ſubſtituens in caſu propria ex voluntate ſubſtitutionem faceret; cum ex D aduerſo eueniat, ſi aliqua interſit neceſſitas, iudica eoquòd aliud ipſi negotium Princeps iniunxit, ex neceſſe erat, in officio, quòd tunc temporis gerebat, ſubſtitutum apponere: ſed ſi in ſubſtituti electione defectum perpatrauit, eoquod minùs idoneum præfixit proprio videtur de facto potiùs, quàm ſubſtituti obligari, at ſi in illius electione fraudis, negligentiæ, aut etiam defectus E culpa non occurrit, illumque conſtituit, qui idoneus ad hoc eſſet, fidelis, ac optimæ naturæ publicè haberetur, excuſatione fermè dignus reputatur: vt voluit Paris de Puteo *de ſyndicatu, in verbo ſubſtitutus cap. 2. ſub num. 2.* Suos & ſi poſtmodum ſubſtitutus mores immutet: per Tex. *in l. etiam, de magiſt. conuen. & l. 1. §. ſi magiſtr. eodem.*

Quo autem in caſu Iudicis ex man- F dato Magiſter Notarius, aut etiam Actuarius fideiuſſores acciperet, neutiquā ipſe, at Iudex tenetur, vbi idoneus fideiuſſor haudequidem haberetur: vt affirmauit Paris de Puteo *de ſyndicatu, in verbo fideiuſſor officialium cap. 3. ſi iudex num. 1. & ſequent.* Angelus *de maleficijs, in verbo, pro quibus Antonius fideiuſſit, num. 13.* Farinac. *quæſt. 33. num. 84.* Quod ex contrario contigit, ſi ſpontè G Magiſter Notarius, Actuariuſque, fideiuſſores, at non idoneos, accepiſſet, non autem de Iudicis iuſſu: ad ipſos namque pertinet habiles venire fideiuſſores, nè de proprijs teneantur bonis. *l. 1. §. ſciendum, ff. de magiſt. conueniend.* Farinac. *loco citato num.* 88. Ioſeph Ludou. *deciſ. Lucenſ. 33. num. 1. parte prima*: vbi etiam generali ratione ſcripta reliquit, omnibus Magiſtros Notarios, ac Actua- H rios in caſibus, qui tàm ciuiles extent, quàm criminales, quibuſque priuatis læſio perſonis, vel fiſco ipſorum ex facto infertur, ad intereſſe compelli idem voluit Clarus *quæſ. 46. ſub verſic. cæterum*, Farinaceus *loco ſupra citato ſub num.* 88. *in fine.*

Plurimos attamen adnotatos voluit caſus. Farinac. *loco ſupra citato à nu.* 89. In quibus Magiſtros Notarios, Actua- I rioſque neutiquam teneri certum eſt, non idoneos quamuis fideiuſſores acceperint. Ac primus occurrit, quo laudator in caſu ille nempè, qui reddit habiles fideiuſſores, ſuſcipitur. Iudicis vbi ſecundò id ex mandato agitur, vt ſuperiùs fuit explicatum. Quando principalis tertiò nimis haberetur diuitijs diſtentus, & ſoluendo eſſet: quoniam tunc excuſatione dignus Actuarius, vel K etiam Magiſter Notarius reputatur, ſi neutiquam aptum fideiuſſorem excipiat, iſtius eoquòd paupertas ex illius ſuppletur opulentia. Quo in caſu quartò fiſci ex conſenſu, aut partis recepti fideiuſſores fuiſſent; eoquòd vbi ille, exiſtat ſoluendo, nec parti, nec fiſco, qui minimè obſtaret, ipſe tenetur: quod etiam illo procedit in caſu, tacitus vbi adſit

A adſit conſenſus; iudica ſi præſens in fideiuſſione pars extet, nec ex aduerſo quidquam ducat, & tandem ſi fideiuſſionis tempore ſoluendo erat fideiuſſor: ex eo quia quando poſtmodum ad ſoluendum, exactionis tempore. Magiſter Notarius equidem, Actuariuſque neutiquam ad aliquid tenetur: hoc autem debet probatione confirmari, cum præſumptio adſit, quod hodie repertus non ſoluendo fideiuſſor, ita primum B fuiſſe præſumitur; vt pari forma hoc procedit, ſi ſeſe in illis capiendis fideiuſſionibus ingererent ſubſtituti, quas recipere proprium non attinet ad officium: hoc ex eo quia in caſu nequaquam Magiſtri Notarij, locatores, ſubſtituenteſque tenentur, cum ex proprio ſit munere alienum, ac valdè remotũ: vt probat Text. *in l. quicumque, §. non tamen, ff. de inſtitut. action.* dum dicit: C *Nam omne, quod cum inſtitore geritur, obligat eum, qui præpoſuit: ſed ita ſi eius rei gratia, cui præpoſitus fuerat, contractũ eſt, ideſt dumtaxat ad id, ad quod eum præpoſuit*: idem habetur *in l. & ita de facto, §. eodem modo, ff. de naut. caupon. & ſtabul.* dum ita Text. *Tenentur caupones, & Stabularij, qui exercentes negotiũ ſuum recipiunt, cæterum, ſi extra negotiũ ſuum receperint, non tenebuntur.* Certũ D igitur eſt oportere, quòd actus, qui geritur, ex conſequutiua negotij neceſſitate deſcendat, ad hoc, vt dominus in obligatione perſiſtat; quod tradit etiam Innocent. *in cap. quod quibuſdam, in principio, extra, de fideiuſſoribus.* Et iure quidẽ optimo Magiſter Notarius ſubſtituens circa illa tenetur, quæ nullo E pertinere modo ipſius ad officium ſcimus.

2. Actorum autem Magiſtris Curiarum omnia conuenit ſui in aſpectu Capitanei actitare, non ſolùm quo in caſu, velut Capitaneus, locique ordinarius cognoſcit, at etiam quando tanquã Commiſſarius, ac Magnæ Regiæ Curiæ Delegatus in negotijs verſatur: vt dixit Vincentius de Anna *ſingul.* 4. per doctrinam Pauli de Caſtro *in l. cenſemus, C. vbi, & apud quem in 3. notab.* Iacob. *in l. ſolet, §. prætor in 2. lectura, ff. de iuriſdictione omnium Iudicum.* Hi autem ad- F uertere diligentèr debent, nè aliquid, ſcientèr, aut addere in ſcriptura, aut ex illa detrahere velint: falſi namque pœna hoc tenentur in caſu, cum ex contrario accidat, cum dolosè Magiſtro actorum falſa ducatur cedula, vt illam in actis ponat, eoquòd maius quidquã contineat: tunc etenim delatorem, non G autem ipſos teneri, neminem latet: vt ſcriptum reliquit Boſſius *tit. de falſis nu.* 100. per doctrinam Bartoli *in l. ſi quis obrepſerit, ff. de falſis.*

DE
COMMISSARIIS,

Siue Actuarijs ad teſtes examinandes. H

Cap.1.

ILlius autem diligentèr in regulę obſeruantia incumbere Actuarij, Cõmiſſarijque coguntur; quòd ſcilicèt tàm pro producente, quàm illum aduersùs interrogare teſtes velint: vt docet Cagnol. *in l. 2. n. 102. C. de edendo.* I Theſaur. *deciſ.* 261. Qui verò in teſtes pro ferendo teſtimonio ſunt aduocandi, eum ordinariè ad locum venire debent, qui ad cauſæ inueſtigationem fuerit conſtitutus: per Textum *in capit. ſtatutum, §. pro ferendo,* & ibi Gloſa in *verbo auditio, de reſcriptis in Text. cap. ſi quis teſtium, de teſtibus.* Menochius de *recuperand. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 344. Ciuili etenim teſtes in cauſa illius è Iu- K dice, non verò alius opera deſumi opus eſt. Bald. *in dicto cap. ſi quis teſtium.* Alciatus *conſ.* 462. *num.* 1. Felinus *in cap. cum cauſam num.* 10. *de teſtibus.* De loco namque ad locum inuito animo, ad hoc vt examen ſubeat teſtis, deduci, & ſi de ciuili agatur negotio: *cap. 1. de teſtib. cogend.* Theſaur. *deciſ. 39. num.* 3. Hoc attamen de illis intelligi decet teſtibus,

A qui Iudicis iuriſdictioni, cuius in aſpe-
ctu cauſa verſatur, ſubditi exiſtant, &
in ipſius territorio moram faciunt, cum
hi cogi regularitèr poſſint ad veniendū,
vt veritatem, illo coram, deponant: ex
doctrina Caſtrenſ. *in l. eos*, §. *ſi quis*, C.
de appellat. & *in l. ſi quando num.* 1. C. *de
teſtibus.* Cagnol. *in l. prima num.* 20. *ff.
de indicijs.*

Quo autem in caſu neutiquam ſub-
B ditus Iudici teſtis eſſet, nec ipſius vitam
duceret in territorio, ad deponendum
equidem nec adſtringi iniquo animo
valent, nec alium deduci ad locum, at
illum ad Iudicem eſt ſcribendum, cuius
in territorio tempus ſumant, vt illum
ad examen vocet, ipſiuſque dicta clau-
ſa remittat. Caſtrenſis *in dicto* §. *ſi quis.*
Aut Commiſſarius ex cauſæ Iudice
mittendus eſt, ad hoc ſpecialitèr deſti-
natus, vt illos ad examen adducat, cum
C Iudicis teſtium, aut territorij, in quo
per literas in iuris ſubſidium ſunt re-
quiſiti, facultas interueniat. §. & *quo-
niam*, cum ibi not. per Angel. *in authen.
de teſtibus.* Cagnol. *in dicta l.* 1. *num.* 21.
ff. de indicijs. Caſtrenſ. *in dict. l. ſi quando
num.* 2. C. *de teſtibus.* Iacobus Gentili
tit. de libell. oblatione num. 19. Iudex quo-
niam & valet, & debet, quo in caſu
D longinquis à iudicio in partibus examē
in ciuilibus velle Commiſſarijs tradere.
Felinus *in dicto cap. cum cauſam num.* 31.
Lancellot. *de attentat. cap.* 26. *num.* 132.
Menoch. *dicto remed.* 15. *num.* 346. Iu-
dicis cauſæ licèt iuriſdictionem intra,
ſed longinquus, exiſtat locus. Farinac.
quaeſt. 77. *num.* 3. quo autem in caſu ex
altera id petatur parte. Salicetus *in l.
Iudices*, C. *de fide instrument.* Tàm ſi actor
veniat, quàm reus. Miſinger. *obſer.* 40.
E *centur.* 3. Talitèr vt vbi iuſta neutiquam
adſit cauſa, & remiſſoria fuerit in ciui-
libus ex Iudice denegata dari appella-
tio poteſt. Farinac. *dict. quaeſt.* 77. *num.* 4.
Gratian. *diſcept.* 199. *n.* 4.

Plurimæ etenim interueniunt ratio-
nes, quæ impellere Iudicem poſſunt, vt
remiſſoriam deneget, & has inter præ-
cipuè vbi cauſa valdè ardua occurrat,
tunc namque non tenetur teſtium exa- F
men Commiſſario demandare: illos ta-
men poteſt in iudicij locum, ad depo-
nendum, vocare. Farinac. *dict. qu.* 77.
num. 55. Alciatus *conſil.* 462. *num.* 7.
Capicius *deciſ.* 90. *num.* 4. Caſtrenſ. *in
dicta l. Iudices*, C. *de fide instrumentorum.*
Quando ſecundò ſuſpecti de ſuborna-
tione teſtes adſint, & dubium Iudex
habeat, ipſius nè in abſentia facili men-
dacium afferant forma, eoquòd tunc G
examen alijs committere nequaquam
cogitur. Capicius *dicta deciſ.* 90. *num.* 5.
Alciatus *loco citato num.* 4. Farinac. *n.* 25.
dicta quaeſt. 77. quo in caſu tandem te-
ſtes eo interueniant in loco, in quo fa-
cilè ſoliti ſint deierare. Grammaticus
conſil. 41. *num.* 16. Rota apud Farinac.
deciſ. 239. *n.* 3. *in crimin.* & *d. quaeſt.* 77.
num. 26.

At ſi qui ad examen vocari teſtes de- H
beant egregij ſint homines, vel ſenes
habeantur, valetudinarij, impediti, aut
ſimiles, eo in caſu Iudicis neutiquam
in arbitrio permanebit, illos ad Curiam
aduocare, at, vel ipſe accedere cogi-
tur, aut Commiſſarium, Magiſtrumque
Notarium, vt illos ſubijciat examina-
tioni, mittere. Menoch. *dicto remedio*
15. *num.* 360. Farinac. *dicta quaeſt.* 71.
num. 5. huiuſmodi quamuis perſonæ in
iudicio præſentes extent. Farinaceus I
dicto num. 5. ſuſpectos quamuis de ſub-
ornatione illos eſſe conſpiciamus, du-
biumque Iudicem inuadat, ipſorum nè
in abſentia mendacium conſtruatur. Fa-
rinaceus *loco citato num.* 29. & 101. Vi-
uius *opin.* 928. *num.* 8. Follerius *in pract.
crimin. in rubr.* & *facta litis conteſt. nu.* 7.
Neutiquam enim conceſſum Iudici di-
citur, vt priuilegio ex iure tributo, ſe- K
nes, valetudinarios, matronas, egre-
gioſque homines ob ſuſpicionem, ipſo-
rum abſque facto, ſpolient. Benint. *deciſ.*
74. *n.* 1. *in princip.*

Hoc autem Iudicis non rarò depen-
dentiam ex arbitrio excipit, cum varijs
ex cauſis, perſoniſque ſit ſolitus calum-
niam concipere, vt notat Peguer. *deciſ.*
130. *num.* 4. Rota apud Farinaceum

deciſ.

A *deciſ.* 756. *num.* 8. *in nouiſſ. & deciſ.* 94.
num. 8. *in criminalibus*. Hac de cauſa,
vbi calumniam concipiat denegare di-
miſſoriam, valet, ac interloqui, quod
teſtes ad Curiam, ad obtinendam veri-
tatis notitiam, quamuis extra Prouin-
ciæ fines degant, accedere velint. Cla-
rus §. *fin. quæſt.* 26. *num.* 4. Rota apud
Farinaceum *deciſ. crimin.* 239. *num.* 4.
Nonnulli verò interſunt Doctores, quo-
B rum in placitis eſt, quòd cauſæ Iudici
incumbit Magiſtrum Actorum, vel etiã
Commiſſarium illum tranſmittere ad
locum, vbi teſtes perſiſtunt, vt illos
examini ſubijciat: ita Benint. *deciſ.* 74.
in princip. Marcus *quæſt.* 575. *in fine*,
part. 2.

Quo autem teſtes in caſu in crimi-
nalibus ex Actuarijs, aut etiam Acto-
rum Magiſtro fuerint recepti, nequa-
C quam ipſorum interrogatio debet ad
ipſos remitti, cum hoc non ſit laudatũ
à Speculat. *tit. de teſtibus*, §. *nunc tra-
ctandum num.* 2. Viuius *comm. opin. lib.* 1.
opin. 30. *num.* 20. Et meritò Hoſtienſis
in verbo petentium, §. *teſtes*, *ſuper verbo
Interrogatoria, de teſtibus*; ſeſe in Iudices
inuehit, ex quibus teſtium examinatio,
Actuarijs, Magiſtriſque Notarijs fuerit
commiſſa: ipſi namque ad hoc venire
D tenentur, in probationibus etenim to-
tam conſiſtere vim certum eſt: Olaſcus
conſ. 64. *n.* 21. *lib.* 1.

Hiſce verò temporibus contrarium,
quibus ſeruari in cauſis videmus, vt
quando cauſæ Iudex, negotiorũ prop-
ter multitudinem, vel ex alia quæ ſuf-
ficiens ſit, ratione fuerit impeditus, ac
in territorio preſentes habeantur teſtes,
permiſſum Iudici ſit, teſtium iuramen-
ta, ipſorumque examinationem cauſæ
E Actuario velle committere Iudicis taliter
vt ex mandato valida depoſitiones for-
ma recipiat, ac teſtes ad examen ducat.
Rota apud Farinaceum *deciſ.* 147. *num.* 4.
in criminalibus. Menoch. *dicta remed.* 15.
num. 350. Caſtrenſ. *in l. Iudices num.* 2.
C. de fide inſtrumentorum. Capicius *deciſ.*
90. *num.* 6. qua de cauſa Maſtrill. *deciſ.*
292. *num.* 21. aſſerit, quòd, licèt Regis

per Catholicam Maieſtatem ex literis F
fuerit expreſsè prohibitio illata, nè in-
formationes, criminalis abſque eoquòd
Iudicis habeatur interuentus, recipian-
tur: quando tamen infirmitate teſtes
detinentur, vel honeſtæ, ac nobilitate
præfulgidæ mulieres exiſterent, ſolitum
eſt Notario committi, vt ad huiuſmodi
perſonarum domum accedat, illarum-
que dicta, quæ audiuerit, Iudici refer-
re curet, & Iudici eſt conceſſum, ar- G
bitrium ex cauſa inferre, quòd Nota-
rius ipſe examen excipiat; haudequidẽ
enim Conſiliarium decet, Iudicem te-
ſtium adire domum, vt ipſorum capiat
examen, criminalis quamuis ſit cauſa:
allegat Farinac. *quæſt.* 77. *num.* 237. Ci-
uilibus verò in negotijs, vbi teſtes iu-
dicij è loco abſentes ſint, hiſce fermè
temporibus actuarijs, actorumque Ma-
giſtris examen, ac iuramenti receptio H
ſunt commiſſa. Menochius *conſil.* 100.
num. 47. Peguera *dec.* 120. *n.* 2. Farinac.
dicta qu. 77. *num.* 178.

Actuarij attamen, Commiſſarij, aut
etiam actorum Magiſtri aduertant, nè
teſtes, aut etiam iuramenta, Iudicis
abſque eoquòd voluntas interſit, atque
commiſſio, recipiat Iaſon *in l. admonen-
di, num.* 213. *ff. de iureiurando*. Boerius
deciſ. 458. *num.* 3. Quoniam vbi tali fue- I
rit examen receptum ratione nullam
retinebit efficaciam, vigoremque Iaſon
loco citato num. 108. Vantica *de nullitate,
& defect. contract. num.* 43. Riccius *coll.*
162. *in fine*. Boſſius *de manuten. obſer.* 93.
Tuſcus *liter. T. concl.* 164.

Dicendis autem Doctoribus placet,
quòd, vbi talem Magiſtro Notario,
Actuario, aut etiam Commiſſario, vel-
let receptionem Iudex committere, K
neutiquam huiuſmodi valent commiſ-
ſionem illi ſcribere, immò ſi ſcriptis il-
lam tradant, ipſis nulla eſt fides adhi-
benda, alium eoquòd per Actuarium
id agi oportet, contrarios autem inter eſt
Salicetus *in dicta l. Iudices, num.* 2. *C. de
fide inſtrumentorum*. Menoch. *conſ.* 100.
num. 48. *verſ. cæterum*. Maſcard. *de prob.
concluſ.* 1101. *num.* 16. Boerius *dec.* 258.

A *num.*4. Farinac. *dicta quaſt.*77. *num.*185. In praxi attamen contrarium ſeruari videmus, vt in regiſtro idem Commiſſarius, ſeu actorum Magiſter Iudicis ordinationem ſcribat, ac ipſemet poſtmodum examini teſtes ſubijciat: quemadmodum teſtatur Farinac. *dict. qua.*77. *num.* 191. An iſto autem in caſu particularis debeat actus interuenire, & peculiare huius commiſſionis inſtrumentum opus ſit adeſſe; & an ſufficiens
B extet dicta de commiſſione ipſo ex Notario enunciatiuis tantùm verbis fieri mentionem? ſunt videndi Doctores citati à Farinaceo *in dicta quaſtione* 177. *num.*187.

Cauſæ attamen Iudici conuenit inuigilare ſuſpecto nè Commiſſario examen committat: teſtium quoniam receptio haudequidem debet demandari. Gloſa
C *in authen. de trienſe, & ſemiſ.* §. *& quod ſæpè, in verbo artificis.* Oſalc. *conſil.* 65. *num.* 6. *lib.*1. Baldus *in l. ſcire*, §. *ſemper. autem, ff. de tut. & curat. dat.* Angel. *in l. obſeruan. num.*1. *ff. de iudic.* Alio namque modo ad teſtium examen Commiſſarius recuſatur. Gaill. *obſeruat.* 33. *num.*7. *lib.*1. Boerius *deciſ.*258. *num.*7. Purpurat. *conſil.* 105. *num.* 12. Aſinius *in praxi iudic.* §. 14. *num.* 26. quod ſolo efficitur iuramento. Cagnol. *in l. libra-*
D *rius num.*47. *ff. de regulis iuris.* Boerius *dicta deciſ.* 258. *num.* 7. Gaill. *obſeruat.* 33. *num.* 17. *lib.* 1. Maſtrill. *deciſ.* 151. *num.*90. Magnum ex eo quia non infert præiudicium parti; alius eoquòd facili ſolet negotio ſubrogari, Alexand. *conſil.* 394. *num.*2. *lib.*5. Ancharan. *conſ.*263. Neque illum aduersùs, qui iuret commiſſarium haberi ſuſpectum, admitti probationes decet. Menochius *de arbit.*
E *caſu* 202. *num.* 36. Examinatori etenim poteſt indiſtinctè recuſatio inferri. Purpurat. *conſ.*596. *num.*19. Quod eo magis vigorem continet, vbi Notarius Actuariuſque fuerit in commiſſarium conſtitutus. Alexand. *conſil.*104. *num.*2. Gratianus *diſceptat.* 100. *num.* 53. Leuior quoniam cauſa, quàm in Iudicis recuſatione fiat, vim includit, quo in caſu Magiſtro Notario adduci debeat recuſatio, qui ad teſtes examinandos fuerit F
tributus. Rota *deciſ. in nouiſſimis deciſ.* 604. *num.* 1. *par.* 2. Talitèr vt, ſi nullo habita in pretio recuſatione, fuerit examen ſequutum, inualida æſtimari ea poteſt. Farinac. *dicta quaſt.*77. *num.* 124. Gratianus *diſcep.*100. *n.* 53.

Cum criminalibus attamen cauſis ad ſumendas fuerit datus Commiſſarius informationes, neque deſiſtat, ſuſpe- G
ctus quamuis fuerit allegatus, minimè dicitur attentare, cum hoc agat, nè delicti pereant informationes: iuxta Fabri ſententiam: *C. de probation. defenſ.* 37. Vbi namque parte incitata teſtes ad examen fuerint vocati, ni ex Iudice repetantur, nullam faciunt probationem; iterati autem, vt fiſci confirmetur intentio, ſolemnitèr ſunt ad examen ducendi.

Quod autem ſuperiùs fuit, circa exa- H
men explicatum; quòd, cum fuerit ex Commiſſario in ſuſpectum allegato receptum, nullum exter, intelligendum reputo ſi ex parte, aut etiam ipſius procuratore, ſpeciali fuerit mandato propoſita recuſatio, cum ex contrario accidat, ſi abſente domino ex procuratore, qui ſpeciali fuerit abſque mandato præfixus, proponatur. Roland. à Valle I
conſil. 19. *num.* 2. *lib.* 3. Gratianus *dicta diſcept.* 100. *num.*44. Paris *conſil.*31. *nu.* 72. *lib.*1. Rota apud Ludouiſ. *deciſ.*368. *num.* 1. Hæc autem ratio: cum principalis nimirum in animo ſuſpicionem conſiſtere certum ſit, haudequidem potis eſt Procurator, ſpeciale abſque eoquòd interſit mandatum, cordis arcana, & abſconditam conſtituentis voluntatem declarare. Marcheſ. *de commiſ.* K
titulo de Iudice ſuſpecto parte 2. §. 1. *num.* 4.

11. Vbi autè in ſuſpectum allegari Magiſtrum Notarium videmus obſeruari debent, quæ diſpoſita ſunt ex Regia pragmatica, quòd ſcilicèt, quando ſuſpectus fuerit declaratus, neutiquam eligi Magiſter Notarius, niſi eodem perſona de Archiuio poteſt. Maſtrill.
deciſ.

A *deciſ.* 151. *ſub num.* 92. In Regno attamen
obſeruatum fuiſſe affirmat Caſtiglia
deciſ. 53. quemdam fuiſſe in cauſa da-
tum, qui de Archiuio neutiquam erat,
dummodo quòd iura Magiſtro Nota-
rio ſpectantia ipſi tribuantur, laboris
autem iura electo competant. Vnde
quadam in cauſa facta fuit de Secreta-
rio Riualora conſtitutio, cum ſuſpectus
Magiſter Notarius exiſteret, & con-
B grua illi iura, præter laboris mercedem,
tribuerentur, recuſato namque debet
emolumentum præſtari: lucratiuo ete-
nim haudequidem, ſed oneroſo Magi-
ſter Notarius, emptionis nimirum, ti-
tulo id habebat, & meritò quidem
omnẽ officij prouentum ad emptoris
pertinere commodum, voluit Surdus
conſ. 575. *num.* 2. Giurba *deciſ.* 27. *in fine.*
Maſtrill. & Caſtiglia *in locis ſupra citat.*
C Gratianus *dicta diſcept.* 160. *num.* 59. ex
quo affirmatur idem in Romana Curia
obſeruatum ex atteſtatione Gonzal. *de
alternat. gloſ.* 9. §. 1. *in annot. contra nullita-
tem, & attentatum n.* 103.

At quibuſdam quoniam in locis neu-
tiquam recuſatio Magiſtro Notario in-
fertur: ſed adiunctus, huiuſmodi quẽ-
admodum de conſuetudine teſtatur Io.
de Platea *in l. nulli ad finem. C. de numer.
actuar. lib.* 10. & talem eſſe obſeruatio-
D nem in Hiſpanijs aſſerit Gonzales *dicta
Gloſa* 9. *num.* 100. poſt Auendagn. *de
exequend. mandat. part.* 2. *cap.* 15. *num.* 5.
de adiunctis propterea verba faciam; &
eoquòd regulariter in Notario, qui fue-
rit, pro Commiſſario, ad teſtium exa-
men conſtitutus, & ſit in ſuſpectum
allegatus debet remotio adeſſe, neque
ipſi tribui adiunctum opus eſt: ipſius
quoniam per conſtitutionem recuſantis
E indemnitati partis nequaquam proui-
deri certum eſt. Gratian. *dicta diſceptat-
tione. num.* 53. Cum dubium interſit nè
ex recuſato Notario cauſæ merita pan-
dantur, teſtiumque explicentur dicta.
Qua de re neutiquam parti conſulitur,
quo in caſu alter adijciatur Notarius.
Rota *diuerſ. deciſ.* 604. *num.* 2. *parte* 1.
in nouiſſ. Meritò igitur in cauſa relata

ex Maſtrill. Giurba, & Caſtiglia: Nul- F
lum prudentiſſimus Prorex adiunctum,
at Secretarium Riualora Magiſtrum
Notarium, in recuſati locum præ-
buit.

Quo atenim in caſu litigatores inter,
originem, quoad Commiſſarij electio-
nem diſſidia excipiant, nec, aliquem
circa, conſenſum inferant, ipſorum
valet vterque alterum nominare, vt ſi-
mul teſtium nominatio ex Iudicis man- G
detur arbitrio: pluribus namque iſtud
committi haudquaquam decens eſt Se-
uarol. *in tract. de remiſſ. litig. cap.* 20.
Cuius equidem parti tradita facultas
petendi, vt duobus ex Commiſſarijs,
qui ſimul iuriſdictionem exerceãt, exa-
men fiat, neutiquam debet impetrari:
cauſidici namque minimè petunt duos
tribui Commiſſarios, qui ſimul proce-
dant, at Notario teſtes ad examen vo- H
canti ad examen, præberi; tale quo in
loco ſtatutum viget, vel conſuetudo:
vt de his teſtatur Plat. *in l. nulli ad finem.
C. de numer. act.* Theſaur. *deciſ.* 255. *nu.* 1.
vt ſuperiùs explicatum.

Ad idem hoc autem pertinet, vt
aliud ſit, examinatori adiunctum dari,
aliud geminos conſtitui Commiſſarios:
ex eo quia in primo, adiunctus in te-
ſtium examine haudequidem ex Iudice I
præfigitur, at cum datus Commiſſarius
ſit, parti datur monitio, vt certa com-
pareat die, viſura iuramentum teſtibus
deferri, ac etiam interrogatoria ad dã-
dum, & præſentandum adiunctum ſi in
placitis habeatur. Vnde cum facta
præſentatio ſit, Commiſſarius ad exa-
men teſtes ducit, non autem adiunctus.
Rebuff. *tit. de inquiſit. ſeu commiſſ. artic.*
16. *Gloſa vnica num.* 1. Interrogatoria K
his autem præſentat, vt circa illa te-
ſtium fiat interrogatio, teſtium atenim
iuramentum Commiſſarij opus eſt in
manibus inijci non autem adiuncti, cum
ipſius præſentationem Magiſtri Notarij
opera teſtium dicta recipientis, deceat
ſcriptis tradi. Purpurat. *conſ.* 595. *n.* 19.
Seſeque examini ſubſcribere compelli-
tur, vt illam tollat ſuſpicionem, prop-
ter

A ter quam datum adiunctum fuiſſe conſtat. Baldus *in l. iuſiurandi num.*5. C. *de teſtibus*. Seraphinus *deciſione* 1213. *numer.* 45.

Quo autem in caſu duo tributi Cõmiſſarij fuerint ad hoc, vt ad examen teſtes ducant, tunc equidem vtriuſque voluit in manu præſtari iuramentum decens eſſe: voluit Rota apud Farinac. *deciſ.*147. *num.*1. *in criminalibus*: *& deciſ.*31. *num.*1. *in nouiſſimis*: & amborum
B effici in aſpectu examen debet. Seraph. *dicta deciſ.*1213. *num.* 43. Vt etiam vbi duo ad teſtium examen conſtituti fuerint Notarij vtriuſque conuenit ſubſcriptionem dicto in examine interuenire, ex qua valeat dignoſci ambos interfuiſſe; alio namque modo nullam facere fidem poterit. Rota penes Farinaceum *deciſ.*61. *num.* 1. *poſt conſilia criminalia.*

C Si verò duo fuerint Commiſſarij tributi, ad hoc vt teſtium receptionem agant, aut etiam vni datus fuerit, partis ad petitionem, adiunctus; tũc equidem vni abſque alio, ipſiuſque præſentia neutiquam procedere permittitur. argument. Text. *in l. item ſi vnus*, §. *ſi plures*, *&* §. *fin. & l. ſicut tribus*, *ff. de receptis arbitris*. Nec aliqua licet Commiſſario forma, vt teſtes, abſque eo
D quòd interueniat adiunctus, audiat: eo quòd vbi ſic agit nullam includet validitatem examen. Theſaur. *deciſ.* 255. *num.*7. Maſtrill. *deciſ.* 292. *n.* 9. Oſaſc. *conſil.* 36. *num.*30. *lib.* 1. Demas tamen, ni habito partium conſenſu, vel cum ille nil ex contrario adferant, & abſit adiunctus, efficiatur. Rebuff. *titul. de inquiſit. ſeu commiſſ. artic.* 6. *Gloſ. vnica*, *num.* 90. Sed ſi duo verè Commiſſarij
E fuerint conſtituti, minimè horum alicui dicitur permiſſum, vt, abſque eo quòd alius interſit, quidquam agere audeat: vt placuit Iaſoni *in dicta l. duo ex tribus num.* 10. *&* 19. *ff. de re iudicata*. Ruinus *conſil.*5. *num.* 5. *lib.* 5. Maſtrill. *loco citato num.*9. Talitèr vt quo in caſu quiſquam ſine altèrius præſentia aliquid tractet, nullam, ex iuriſdictionis defectu, continet actus efficaciã. Paris *conſil.*57. *num.*47. *vol.*4. Caſtigl. *dec.*87. *in addit.* F

Quoad ſalarium atenim adiuncti laboribus congruum, normam debet ex loci conſuetudine, ac etiam Curiarum ſtilum ad petentis expenſas, ſortiri; vt voluere Rebuff. *titul. de adiunctis Gloſa vnica*, *num.*16. Theſaur. *deciſ.*255. Rota *diuerſor. in nouiſſimis deciſ.*611. *in fine lib.*3. *parte* 3. & facit Text. *in l. ſed & ſi hæreditas*, *ff. ad exhiben.* Vnde proba- G
tio adducitur ex illo expenſarum fieri ſolutionem neceſſe, qui confici actum expoſcat: & de hoc plura tradit Iaſon *in l. prætor ait*, §. *etiam*, *ff. de edenda*. Cum recuſantis præcipuè circa emolumentum hoc agatur, additus namque Actuarius eſt velut teriaca illud contra virus, quòd ex prauo, vti ſuſpecto diffluit Actuario. Vnde cum huic adſit vti- H
litas ipſi tantùm videtur expenſarum incumbere ſolutio, & ſi alteri ſecundariò reſultet parti vtilitas, vt in *l. quoniã liberi*, *C. de teſtibus*. Hoc enim, quod ex inſtituto minimè venit commodum, nullius extat conſiderationis: vt per Gloſam *in cap.*2. *de pactis in* 6. *& in l. de vnoquoque*, *ff. de re iudicata*. At ſi in vtriuſque fauorem partis vtilitas deſcendat, ambæ quidem expenſarum facere ſolutionem compelluntur: vt in I
l. ſed & loci, §. *ſed ſi menſor*, *ff. ſi menſor falſum modum dixerit*. Nonnullis autem placuit, quod, vbi recuſans nullam recuſationi cauſam fecit, at recuſatus Tabellio, ex eo quia ſuſpectus haberetur, anſam circa hoc, præbuerit: eo equidem in caſu, ſi illi iuris authoritate aliũ petat addi, actus iſte è iure permiſſus oneroſus minimè eſſe debet: quoniam
id æquè popoſcit. Immò potiùs videntur expenſæ Actuario adſcribendæ, K
quàm parti: Plurimi verò ex animo affirmant, neutiquam Actuario, cui ſocius eſt additus ſolui expenſis opus eſſe: turpè namque iudicant illi ſalarium eo pro negotio tribuere, cui aſſiſtere ex officio cogitur: tabellionum quoniã ex numero eſt, qui ex neceſſitate ſit in

ſocium

A ſocium dandus, vt infra explicabo. Et qui ſalarium, illo ſibi capit pro negotio, ad quod tenetur, malè agit: per Text. *in l. 3. ff. de condict. ob turpem cauſ.* Vndè licèt quidquam in ſalarium ducatur, illud nequaquam poteſt recipepere; vt notatur *in l. inuitus, ff. de reg. iuris.*

Vbi autenim haud occurrat ſalarium, expenſæ, quas pars tàm pro negotio, B quàm alijs actitatis, in cauſa, ducet, ambos inter Actuarios communes dicuntur, & illo è die, quo fuit aſſociatio facta pati diuiſionem debent, communia velut emolumenta, quæ ſocios inter adueniat: vt in *l. quibus caſibus, ff. pro ſocio*. Ac ita ſcribendi labor partiri vtrique debet, ac alter, abſque eoquòd alius adſit, ſcriptis quidquam tradere minimè valet argument. Text. *in l. vni-* C *ca, ff. de officio Conſuls.* Et quo in caſu facta probatio fuerit, quòd vnus ex his Tabellionis hac cōceſſerit ex aura, minimè poteſt alter ſolus procedere in cauſa, defuncti ſed loco, alium conſtitui opus eſt, qui vna cum viro ſeſe in negotio verſetur illam iuxta formam, quæ tradita *in cap. cum P. Tabellio, de fide inſtrumentorum.* Quòd autem Actuarius vterque ſeſe debeat ſubſcribere, ac D ipſos inter ſportulatorum efficiatur diuiſio: eſt Text. *in l. ſi quis ex argentar. §. cogetur, ff. de edendo, & in l. quædam, §. nummular. ff. eodem*: licito namque modo pecuniam valent pro actorum copijs petere. Lucas de Penna *in l. in ſacris 3. in 4. col. C. de ſacrorum ſcriniorum lib. 12.*

Sed etenim vbi commiſſio duobus tributa fuerit communitèr Commiſſa- E rij, & aliqua illi pro parte maiori vacent ſpatio, vt illius ad examen teſtes ſubijciant, illa equidem plus debet ad expenſas tribuere. Marcus *quæſt. 221. parte prima*. Talitèr vt omnes ea pars teneatur expenſas illo afferre pro tempore, quo Commiſſarius magis vacauerit. Aſinius *in praxi iudiciaria, §. 32. cap. 2. ampliat. 36. num. 3.* quæ etiam vigorem includunt, vbi vnicus Commiſſarius, qui vt pro vtraque teſtes ad examen ducat parte, deſtinetur: F tunc enim quæ primò teſtes produxerit ſubminiſtrare illo pro tempore cogitur expenſas, quo ipſius ad petitionem teſtes deponant: ſed ſi petente poſtquam pro parte iam fuerint examinati, ipſos aduehat aduerſarius, vt ſuis examinis ſubijciantur ſuper capitulis; ſumptus equidem illo debet pro ſpatio præbere, quo vſque ſuis fuerint ſuper arti- G culis in examine poſiti. Salicetus in *l. quoniam, num. 12. C. de teſtibus*: quo autem in caſu vtraque fuerit ex parte commiſſionis cauſa probata, communibus opus eſt commiſſionem expenſis ſolui. Bartol. *in l. ſi poſtulante num. 2. ff. ad legem Iuliam de adulter.* Talitèr vt ambæ in illis coguntur ſeſe expenſis contribuere. *cap. ſtatutum, §. inſuper, de reſcript. in 6.* Purpurat. *conſil. 33. num. 2.* H Surdus *de alimentis tit. 4. quæſt. 21. n. 6.* Communibus eoquòd de illis fieri ſolutionem expenſis decet, commune quæ reſpicere ad emolumentum videmus. Gaill. *obſeruat. 99. num. 8. lib. 1.* Ioſeph Ludouiſ. *deciſ. 74. num. 1.* maiori ergo efficacia quando Commiſſarium Iudex, Notariumque aliquem ad locum mittit, vt examē teſtium ae vtriuſque commodum partis, habeatur: I ille debet vtriuſque ad partis expenſas illuc ire. Menoch. *de arbitr. caſu 228. num. 25.* Iaſon *in l. prætor ait, §. is etiam, n. 9. ff. de edendo.* Decius *in l. conſiliū, n. 6. ff. de offic. aſſeſſor.*

Regulari verò forma obſeruari certū eſt ad illum ſumptus ſpectare, qui remiſſoriam poſtulauit: ex ipſa namque principalitèr commodum ſperat. *d. cap. ſtatutum, §. penult* & ibi Gloſa *de reſcrip. in 6.* Seuerol. *in tract. de remiſſor. litig. cap. 29.* Producentis quoniam expenſis K effici productionem decet: *l. quoniam liberi, C. de teſtibus can. ſi teſtes, §. venturis 4. quæſt. 3.* Gail. *obſeruat. 99. num. 1. lib. 1.* Nec aliquo pars aduerſa modo iſto in expenſis concurrit in caſu, pro vtraque licèt parte teſtificari teſtes cōpelluntur, illiuſque interrogatorijs reſpon-

A ſponſum afferre Montec. *deciſ. Arag. 36. num. 26.* Caſtrenſis *in dicta l. quoniam nu. 1. C. de teſtibus, §. qualiter num. 12. lit. 10.* Marcus *quæſt. 578. parte 2.* Taliter: vt ſi ex Iudice, Commiſſarius, aut etiam Magiſter Notarius fuerit miſſus, qui ſuum extra domicilium proficiſcatur, omnes per illum expenſas afferri conuenit, qui pro examine inſtare videantur Iaſon. *in dicta l. prætor ait §. is etiam, num. 9. ff. de edendo.* B Gloſa *in cap. mulieres in verbo. accedat, de iudicijs in 6.* Et acceſſus non ſolum debet. Receſſus verum etiam præſtari, nec ea de cauſa permiſſum eſt commiſſarium recuſari: expenſas eoquod ipſi pars in itinere ſubminiſtrarit. Marcus *quæſt. 138. parte 1.* Quo atenim in caſu pupillorum, viduarumque, ac miſerabilium perſonarum circa teſtes, examen fieri oportet, nul- C la id agi ſolutione conuenit, per ipſas facienda, qui litem agitent, perſonas, cum neutiquam ex ipſis poſtulari merces, pro actus ſcriptura, ſententiæque ſubſcriptione debeat; vt voluit Afflict. *ſuper conſtit. Regni, rubr. de dandis aduocatis ſub num. 10. fol. 121.*

Sed ſi ruſtici ad examen veniunt, Magiſter Notarius, commiſſariuſque id vulgare conuertere in idioma literali D ſermone tenetur, quod fuerit in articulis explicatum. Bartol. *in l. 1. §. eadem num. 4. ff. de verbor. obligat.* Angel. Aretin. *in §. in hac re num. 2. inſtit. de verbor. obligat.* Atenim barbaris vbi, ineptiſque verbis propriam teſtes exponāt ſententiam, permiſſum Magiſtro Notario, commiſſarioque dicitur, vt melioribus illorum apponat dicta verbis, dūmodo ramen ſubſtantia non corrumpa- E tur. Ioannes Sicardus *in l. 1. num. 39. C. de ſentent. ex breui recit.* Mea tamen ex opinione meliùs videtur ſimplici verba explicare ratione, vt ruſticus dicit, ne vltra, & præterquam depoſuerit, ipſius extendantur aſſerta. Crauer. *conſ. 658. num. 4.*

Quo atenim in caſu noſtræ ignarus linguæ teſtis haberetur, iudica ſi Gallus, Iberuſque exiſteret, aut Germanus, & neutiquam Magiſter Notarius commiſ- F ſariuſque illius calleret idioma, prohibitum haudequidem eſt, vt illius faciat interrogationem interprete vti, ac per illum interrogare. Miſinger. *obſeruat. 45. num. 8. centur. 5.* Boſſius *obſeruat. 92. num. 1.* Bartol. *in l. 1. §. eadem nu. 4. C. de verbor. obligat.* Vbi autem Magiſter Notarius, actuariuſque in lingua benè peritus eſſet, ſufficiens dicitur, abſque eoquod interpres interſit, illius dicta G in italo apponere ſermone. Carrar. *in tract. de exequut. ſentent. cap. 2. num. 53.* Bartol. *in dicta l. & §. eadem num. 4.* Angelus *in dicto §. in hac re num. 2. in inſtit. de verbor. obligat.* Hoc autem vult Iaſon *in dicto §. eadem nu. 10.* Magiſtro Notario, non autem actuarijs, commiſſarijſque concedendum, nec validum eſt, quod Iudex teſtis linguam, ſibi notam habeat: ipſe namque haudequidem H valet in interpretem venire, nec ipſius adhiberi fidem interpretationi decet, vt placuit Angelo *in dicto §. in hac re, inſtit. de verbor. obligat.* Ex quo traditum ſcriptis videmus, quod quemadmodum quiſquam, & teſtis, & Iudicis haud fungi eadem in cauſa valet, pari forma nec Iudicis poteſt, aut interpretis vices gerere Carter. *dicto cap. 2. num. 54.* An autem duo debeant, vel vnus venire in- I terpres; curiæ ſeruari ſtilus debet: vt tradit Rota penès Farinac. *deciſ. 139. num. 6. in nouiſſimis.* Angelus verò *in dicto §. in hac re num. 2.* & Bartol. *in dicta l. 1. §. eadem num. 4.* Nec non Miſinger. *obſeruat. 55. num. 7. centur. 5.* Duos voluere adhibendos interpretes eſſe, quo venire in caſu valent, nec ſufficiens eſſe vnus dicitur, niſi de illo ex partium voluntate fuerit electio facta. Caſtrens, Fulgoſius, & Iaſon. *in dicta l. 1. §. eadem, ff. de verbor. obligat.* Angel. *in dicto §. in hac re 1. in inſtit. eodem.*

Quando autem accidat, longè ex Curia eſſe actuarium, alius debet illius ſuſcipere vicem, vt quæ in cauſa dicuntur neceſſaria, pertractet, cum Iudicis tamen interſit mandatum, non verò actuarij, nec proprio Marte ſeſe in ne-

gorio

A gotio verſet: vt dicit Bald. *in l. Imperator num. 7. verſic. ſed numquid, ff. de ſtatu hominum*: minimè etenim ſubſtitutionẽ facere ipſi permiſſum eſt, Maſtril. *de magiſtrat. lib. 1. cap. 15. num. 15. fol. 150. tom. 1.* rationem aduehit Carauita *ſuper ritu Magnæ Regiæ Curiæ Neapol. 26.* Eo-quòd temerè non conuenit priuata id authoritate vſurpari, quod publica concedat facultas: prout dixit Alexan.
B ad Bartol. *in l. prima, litera D. in verſic. committere, ff. de officio Conſult.* Felinus *in cap. quoniam contra notabil. 2. num. 4. de probation.* & Apoſtill. ad Bartolum *in l. prima, litera M. ſuper verbo, poteſt alius deputari, C. de ſportulis*: additque Carauita non ſolum hæc vigorem habere, ſi Actuarius abſens extet, at etiam, quo in caſu alia eſſet forma impeditus: citat Bald. *in dicta l. prima, verſic. quid*
C *ergo, C. de ſportulis.* At ſi abſens non ſit, nec aliquo detineatur impedimento, ille quidem perficere vſque ad finem proceſſum compellitur, qui eum inceperit: ſecundum ſententiam Bartoli, & Baldi *in dicta l. prima, C. de ſportulis.* item Bartolus *in l. cum ſententiam, C. de ſententijs.* & Baldus *in dicta l. 1. num. 11. quæſt. 17. de officio Conſult.* At ſi alius, abſque eoquòd Iudicis interſit manda-
D tum, vt ſuperiùs explicaui, ſcriptis quidquam traderet, nullam ipſius ſcriptura fidem faciet, vt voluit Carauita *loco cit.* per Baldum ibidem: ex quibus poſſumus affirmare, quòd, ſi alium ex partium conſenſu vellet Actuarium Iudex conſtituere, quem penès iudicialia fiãt acta, cum de numero Actuarij excludantur, nequaquam id permiſſum habetur: vt voluit Boerius *dec. 258. n. 21.* Bald. *in l. repetit.* & idem notat *in l. pri-*
E *ma, C. de ſportulis*: quo affirmat in loco, quòd ſi alius ſcriptis mandata traderet, quàm ille, cui hoc, ex officio, incumbit, nullam facient illa fidem. arg. Tex. *in l. in fraudem, §. quoties, ff. de iure fiſci,* de quo per Baldum, & Doctores *in l. teſtamenta omnia, C. de teſtamentis.* Vnde firmum redditur, quòd illa, quæ huiuſmodi in Actuariorum, Tabellionum-que aſpectu, qui neutiquam de nume- F
ro exiſtant, acta efficiantur, & iudicialia occurrant, nullam facere fidem videntur, tertij ſaltem ob præiudicium; circa illos etenim, qui conſenſum præſtiterint, vbi fuerint confeſſi, validitatem continebit confeſſio ſecũdum Baldi doctrinam *in l. final. C. de edict. Diui Adriani tollend. ſub num. 40.* Talitèr vt quo in caſu neceſſitatis intuitu, ex abſentia, vel etiam infirmitate Magiſtri G
Notarij in cauſa, Actuarijque cuius in aſpectu iudicialia capta fuerint acta; debeat quiſquam, vt actis adducat perfectionem conſtitui, quemadmodum ſuperiùs dixi licitum haberi; huiuſmodi tamen Actuarium, qui impediti, aut etiam abſentis præfigitur in vicem, eiuſdem oportet numeri, de quo exiſteret impeditus, haberi, cum extra numerum quemquam haud deceat conſtitui: vt
dixit Auendagn. *de exequendis mandatis* H
Regum parte 2. cap. 15. num. 3. qui ex Gloſa in Authen *de hered. & falcid. §. ſi verò abſint, in verbo, inuentarium,* infert, quòd inuẽtarij ſcriptura ex vno incepta, neceſſaria valet, ex alio in cauſa perfectionem excipere, dum tamen iſte de illo eſſet numero, in quo eſſet, qui ex impedimento detineretur. Maſtrill, *de magiſtrat. lib. 5. cap. 18. num. 101.* I
Quòd ſi de Actuario fiat è Superiore Iudici conſtitutio, omnibus hic illum excipere in cauſis tenetur, qui debeant ipſius in aſpectu agitari, nec alium præfigere ipſis dicitur permiſſum. Boer. *loco cit. n. 19.*

Notum autem ciuilium cauſarum Actuarijs, Magiſtriſque Notarijs dicitur, neutiquam ſibi licitum, vt criminalia ſcriptis acta committant, cum ex k
aduerſo illis, qui criminalibus ſeſe negotijs verſant, minimè conueniat, vt ciuilia gerant, quod ex illo deſcendit vetito, quod officiorum euenit de commixtione: per Text. *in l. duos de ſuſcept. & arcar. lib. 10.* & Text. *in l. ſolemnis, §. latrunculator, ff. de iudicijs.* Neceſſitatis dempto quod ex cauſa occurrat: ſecundum Angeli doctrinã: vt notauit Guido

A de Cugna *in l. vna, ff. de officio Conſulis:* aut etiam Principis interueniat diſpoſitio. Boer. *dicta deciſ.* 258. *n.* 11.

Vigilantèr autem curent, teſtium nè dicta explicare præſumant, antequam apertura fiat, ſi falſi pœnam quærunt à ſe longè depellere: vt dixit Iacobus de Beluiſo *in conſilio,* quod incipit: *quidam Tabellio*: per Textum *in l. penult.* §. *qui inſtrumenta, ff. de falſis, l. prima in princ.* B *& l. ſi quis aliquid,* §. 1. *&* §. *inſtrumentum, ff. de pœnis, l. ſaccularij* §. 1. *ff. de extraordin. crimin.* Gandin. *in tract. maleſic. rubrica de falſis, col.* 3. *verſic. ſed quid ſi tabellio.*

Nè falſa deindè acta reddere audeāt, lethi quo in caſu punitionem aufugere contendunt: vt *in conſtit. Regni Iudices,* vbi Afflictus *in* 8. *notab.* Nè parti tertiò articulos velint demōſtrare, priuſquam C fiat publicatio in cauſa, vbi enim hoc agunt, falſi compellūtur pœnam ſubire: ex doctrina Paridis de Puteo *de ſyndic. rubric. de exceſſ. aduocat. in prima column.* Vt atteſtationum pari forma copiam dare neutiquam debent, antequam efficiatur publicatio: tunc enim eādem falſi pœnā excipere adſtringuntur: vt dixit Caccialupus *in l. ſi is apud.* Ex Iudice enim edi mandatum debet, actorum vt alicui copię prębeantur, eum, etiamſi D hoc agere Actuarius noluerit, ad hoc ex Iudice poſſit compelli, hoc eoquòd ſpectare ad officium videtur. *l. ſi is apud quem, C. de edendo.* Curent quartò nè, aut vellere acta, vel delere præſumant; vbi namque id perpatrare non dubitent, falſi tenentur pœna: *ex conſilio* Baldi 338. quod incipit: *quidam Notarius in* 2. *col.* Cum idem eueniat, ſi teſtium legere dicta, antequam fiat publicatio, E percontrariæ permiſerit parti: vt dixit Bonifacius *in tract. de maleſic. in rubrica de falſis col.* 4. *verſic. quid ſi Notarius.* Quod non ſolùm accidit, ſi aduerſario exponat, verum etiam ſi alijs explicare non vereatur. Lucas de Penna *in l. in ſacris la* 2. *col.* 6. *C. de proximis ſacr. ſcrin. lib.* 12.

Aduertant quintò, nè quidquam, Iudicis abſque eoquòd interſit manda- F tum, ſcriptis tradant, aut etiam teſtes recipiant: vt eſt doctrina Marcel. Boni ad Bartol. de Capua *fol.* 317. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 93. Inuigilent denique nè teſtium iuramentum, qui examinati fuerint, ſcriptis committere negligant: eoquòd ſi hoc per ſocordiam agere nequaquam cutarint, ex officio illos decet expelli, ſi per dolum autem falſi adſtringuntur punitionem G excipere: vt dixit Ioan. Andreas *in regula: non eſt ſine culpa, in vltima col. de regulis iuris in* 6. Bald. *in authentica qui ſemel in fine, verſ. ſcias, C. de probat.* Caueant etiam Curiæ nè ſecreta reuelent: vt aduertit Bald. *in l. fin. in princip. C. de edendo.* Cui limitationem poſuit ſentētiæ Carauita *in ritu* 3. *num.* 11. Principis dempto quod ex facultate id fuerit actum, vel in teſtes ipſi fuerint aſſumpti. H

Opus etiam eſt aduertere: vt teſtes partis interrogatoria, vel commiſſarij ſub examen aduocare ſtudeant. *cap. præſentium, verſ. teſtes, de teſtibus in* 6. Quade cauſa plurimi habent in ſententia Doctores, quòd ſi ex parte data fuerint interrogatoria, nec aliquo recepti fuerint teſtes modo, circa ea (cum in ciuilibus ſimus) parti remanere facultatem certum eſt, vt ad interrogatoria I eos repeti poſcat. Grammat. *conſil. ciuil.* 89. *num.* 114. Rota apud Puteum *deciſ.* 427. *lib.* 1. Viuius *opin.* 898. *nu.* 6. Gail. *obſeruat.* 95. *num.* 5. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 35. *num.* 4. *lib.* 4. Et quoad petendi poteſtatem, quod cum interrogatorijs teſtes repetantur, omnium in votis eſt, re integra, ſcilicet antequam fiat publicatio, & alia rationabilis interſit cauſa, eos iterum eſſe repetendos, ad hoc, vt in- K terrogatio fiat: vt dixit Poſtius *in tract. de manutenend. obſeruat.* 91. *num.* 21. Et non ſolùm quo teſtes in caſu interrogare productis ſuper interrogatorijs Cōmiſſarius neglexerit, verùm etiam ſi minùs plenè id agere viſus ſit. Quod ſi teſtium dicta fuerint in publicationem data minimè auferri facultatem teſtes

ad

Digitized by Google

A ad interrogatoria repetendi, eſt in aſſertis Bartoli *in authen. at qui ſemel nu. 36. C. de probat.* Menoch. *de arbitr. quaſt. 34. num. 15. in fine.* Viuius *opin. 896. num. 6.* Gaill. *dicta obſeruat. 95. num. 7.* Marantã *in ſpeculo parte 6. de interrogat. 7. membro num. 19.*

Cuiuſmodi opinioni nulla inhæret difficultas, de examinatoris vbi dolo, aut negligentia neutiquam teſtes fue- B rint cum interrogatorijs examini ſubiecti; tali quoniam in caſu examinantis vel malitia, vel negligentia nullum afferre parti detrimentum decet. Farinac. *de oppoſit. contra dicta teſtium quaſtio. 66. num. 280.* Vbi autem dolum, vel examinatoris negligentiam haberi non videmus, minimè, poſtquam facta publicatio ſit, qui teſtes examini ſubiecit, denuò illos repræſentare compellitur, ad hoc, vt ſuper intertogatorijs interro- C gentur, *cap. per tuas, de teſtibus.* Ex eo quia congruo cum intertogatoria tempore non fuerint oblata, validè ipſi dicuntur examini ſubiecti, & ſuæ debet pars hebetudini vertere, quoniam decenti ea non exhibuerit tempore Commiſſario interrogatoria. Nacta *conſ. 537. num. 14.* Peregrin. *deciſ. 129. lib. 1.* Rota apud Farinac. *dec. 147. num. 33. par. 1. & dec. 284. nu. 2. par. 2.*

D Sed etenim Commiſſarij quando ex culpa ipſa fuiſſe omiſſa videantur, ipſius debet expenſis repetitio fieri, cum nullo curarit modo, teſtes interrogare: vt notatum fuit ex Rebuff. *in conſtitut. Reg. artic. 17.* Gloſa vnica *num. 4. tit. de inquiſit. ſeu commiſſione.* At ſi partis interueniat culpa ipſius ſumptibus, non autem Commiſſarij. Sol. *in tit. de tempore*
E *quo trad. deb. interrogat. Gloſa 3. n. 6.*

Reliquum autem eſt, vt interrogatoria de contentis, ipſis in articulis, eorumque circumſtantijs eſſe debeant: iuxta ea, quæ habentur *in cap. cum cauſam de teſtibus.* Gaill. *dicta obſeruat. 95. nu. 4.* Tuſcus *litera l. concluſ. 233.* Scaccia *de iudicijs lib. 2. cap. 8. num. 95.* Poſtius *obſeruat. 91. num. 6.* quæ autem datus non ſpectant ad articulos, intentioni licèt conueniant, defenſionique minimè admitti decet. F Poſtius *dicta obſeru. 91. num. 7.* Neque accipi in congrua, captioſa, ac etiam criminoſa, & ſuperflua interrogatoria debent. Farinaceus *quaſt. 73. num. 48. & 51.* Commiſſario verùm ex officio inutilia depellere cōuenit: iuxta notata per Speculat. *de teſtib. §. iam de interrogat. num. 3.* Gail. *dicta obſeruat. 95. num. 1.* expreſsè, aut etiam tacitè Farinac. *dicta quaſtione 73.* G *num. 38.* Articulans atenim compellitur petere, ne interrogatoria, ni per Iudicem fuerint excuſſa, & reſecata, impertinentia, nec admiſſibilia reſecentur, admitti velint. Farinac. *dicta quaſt. 73. num. 48.* Poſtius *dicta obſernat. 91. nu. 9.* Nec aliqua teſtes forma adſtringuntur Commiſſarij interrogatorijs reſponſum dare. Demas tamen, ni approbationem fuerint ex Iudice ſortiti. Gloſa *in cap. præſentium, in verbo, interrogatoria, de te-* H *ſtibus in 6.*

DE HIS, QVAE OBSERVARI

Ex Magiſtris Notarijs in Pragmaticis Regni, & alibi conſtituta debeant. I

Cap. 2.

OMni ornati prudentia Triquetræ Moderatores nonnullas adduxere inſtructiones, quarum in obſeruantia inſiſtere Magiſtri Notarij, dum proprium exercent munus, compelluntur. Et primò, cuncti vt Miniſtri, qui hoc ſeſe gerere in officio debent, idonei ſufficientesque habeantur, probiſque K moribus, rectaque ſcribendi forma ſint perſpicui: vnde cùm de ipſis facta electio ex illo fuerit poni in matricula decet: & hoc acto, proprium coguntur ex ſe ipſis officium, non autem ſubſtitutis exercere. Deinde vt Magnæ Regiæ Curiæ Magiſter Notarius, omnium, quæ criminales occurrant, cauſarum detineat

A neat quinternum, de quibus Conſer-
uatoris, ac Theſaurarij officiales cape-
re copiam coguntur: vt etiam *in prag.*8.
§.10.*ex tit.3.tom.*1.continetur. Vt in alio
æquali ratione criminales tenetur ſum-
mariè accuſationes apponere, quemad-
modum & banni ſententiæ, ac foriudi-
cationis explicantur, quæ Regio appli-
cari fiſco debeant. Ordinatur etiam in
*pragmat.*4.§.1. Quod, vbi fuerint ex Iu-
dicum Magnæ Regiæ Curiæ aliquo vi-
B ſæ ſcripturæ, ac etiam in archiuium
tranſmiſſæ, nullo partibus tradâtur mo-
do, ſed in Archiuio permaneant: 2. au-
tem in §. *ſtatuitus*: quòd, adeò contu-
macia incuſetur: vt citata primùm, cæ-
dula poſtmodum nuncupetur; aut cita-
toriales Magiſtro Notario literæ tradã-
tur, & tunc equidem ſcriptis contuma-
cia committatur, & eorumdem iuxta
cedularum, citatorialiumque literarum
C formam incuſetur. 4. verò *in prag.* con-
ſtituitur, quod illis, quæ criminales ſint,
in fideiuſſionibus, ac deſcribi in Magna
Regia Curia debeant, & præſtari, Fiſca-
lis tùm Procuratoris, quàm priuatarum
ad inſtantiam partium illud vltra pactũ,
de non opponendo, quòd ſemper appo-
ni ſolitus: clauſula deſcribatur, quòd
tàm illi, qui præſtiterint, quàm ipſorum
fideiuſſores, vti quindena minimè va-
D leant, aut gaudere.

Plurimæ etiam adſunt ordinationes,
quas ex Ill. Ioannis de Vega diſpoſitio-
ne depromptas per Magnæ Regiæ Cu-
riæ Magiſtrum Notarium obſeruari, ci-
tra controuerſiam decet: & vt in omni-
bus, qui ſint in Archiuio, proceſſibus,
& cuiuslibet anni curſu in ordinem re-
diguntur, cartarum numerus in capite
per Alphabetum apponatur, illarum nè
E ſequi ſciſſura poſſit. Vt paritèr manda-
tur, quòd Magiſter Notarius quocum-
que, qui iuridicus extet, die, perſonali-
tèr debeat in archiuij banca geminæ
ſaltèm per horæ ſpatium, antequam ad
prandium eat, & per totidem poſtquam
illud ſit peractum, reſidentiam facere
nequaquam negligat, vt cunctis qui li-
tem agunt, expeditio afferatur: ex ipſo
autem curari oportet, vt omnes, qui di- F
cto verſantur in officio, miniſtri habiles,
ſufficienteſque habeantur, quemadmo-
dum ipſi incumbit conſtituere, quod
omnes iniunctiones, notæ, ac alia, quæ
in diem efficiuntur, acta, ipſomet die,
vel etiam poſteriori, libris, in quibus
neceſſe eſt regiſtrari, demandentur, nè
in pitarijs perſiſtant, paritèrque cunctæ
vt ſententiæ, ac interlocutoriæ quinde-
cim infra dierum ſpatium à tempore, G
quo fuerint latæ, proprijs conſtituantur
in regiſtris: mandatur etiam, vt infor-
mationes è Regij Theſaurarij officio ad
Magnam Regiam Curiam Sollicitato-
ris Fiſcalis opera curent, quas cum Iu-
liana Magiſtro Notario, Actuarioque
tradat, cum hic notam omnibus facere
de diſpenſationibus in quinterno, quem
detineat apud ſe, compellatur: ſeptima
verò in pragmatica præfigitur; vt Ma- H
gnæ Regiæ Curiæ Magiſter Notarius in
Curiæ receſſu illorum debeat ſecum in-
formationes annorum ducere, qui Ex-
cellentiſſimo ex Prorege fuerint deſi-
gnati, cum illas, quæ recipiuntur, in-
formationes, priuſquam ad archiuium
ferantur, Regia opus ſit in Theſaureria
ſub pœna, eo contenta in loco, adnota-
ri: nona etiam in pragmatica mandatur,
vt, quo teſtes recipi negotium in caſu I
poſtulet, depoſitionum in margine de
inimicitia iuramentum apponatur. Ad-
das in pragmatica decima, Magiſtro
Notario præcipi, vt de idonea electio-
nem faciat perſona, quam penès om-
nium Iuliana oppoſitionum, quæ fieri
in Iudicio debeant, vel annotata die,
citataue parte, cunctarumque conſul-
tationum, quæ ad Magnam Curiam
veniant, detineatur: eſt etiam *dicta in* K
*pragmat.*8. §.12. *tit.*3. *de officio Conſeruat.*
adnotatum. Vt ſeparatum habeat quin-
ternum, in quo fideiuſſiones, criminal-
leſque exponantur cauſæ, cuius in mar-
ginibus illas ponat cancellationes, ſti-
pulationeſue, aut etiam ſolutiones, quæ
fuerint commiſſæ, cuius exemplum
quinterni Theſaurario, Conſeruatori,
Procuratorique Fiſcali tribui eſt neceſ-

ſe:

A ſe: quemadmodum hoc circa crimina-
lia cauſarum inuentaria, bannique, &
foriudicationis ſententias agere cogi-
tur: prout *in dicta pragmatica* §.13.con-
tinetur. Cuiuslibet autem in menſis
curſu in Cōſeruatoris officio huiuſmodi
effici quinternorum collatio debet: vt
in 14.habetur § quemadmodum in cu-
iuſcumque menſis ſpatio dictorum te-
netur Procuratori Fiſcali inuētariorum
B exhibere exempla, & actorum: vt in
§. 16. videmus: nec prætereas *in pragm.*
22. tit.53. Magiſtris Notarijs mandari:
nè generales, perpetuaſque regiſtris
tradere ordinationes velint; niſi & pri-
mum in Prothonotarij regiſtrentur of-
ficio.

Reliquum autem eſt, vt videamus
quid ad Regij Patrimonij Magiſtrum
Notarium ſpectet, ac quoad hoc, ipſi
C imponitur, vt certo in libro quolibet
anno de computorum præſentatione
per officiales facta, illarumque conſi-
gnatione ſtatim ex ipſo alicui ex qua-
tuor rationalibus reddita faciat nota-
mentum, cum ipſos quolibet variet an-
no, præcedentis inſimul cum computo
anni, huiuſmodi liquidato miniſtris: vt
continetur *in titulo 2.pragmat. 17. §. 6.*
de officio Magiſtri Rationalis. Cum Ra-
tionalis etiam nomen, cuius diligentiæ
D fuerit examinatio commiſſa, in compu-
torum annotet tabulis: vt *in eadem prag-*
matica §. 11. explicatur. Quolibet etiā
librum formet anno, cuncta in quo ex-
ponantur appuntamenta, reſolutiones,
deciſioneſque: vt in §. 9. habetur: mi-
nor quamuis diſſentiens extet pars, vt
notatum 27. in §. videmus. Separatum
etiam ſignificatoriarum detinere debet
regiſtrum: vt §.10. eſt: quem Theſau-
E rario conſignare curet, vt vna cum ip-
ſius ſignificatorijs concordentur: hic
verò vi §. 21. determinationes per Tri-
bunal confectas cum ipſe abſens eſſet,
Præſidi notificare cogitur priuſquam
exequutioni demandentur. Vt pari for-
ma ex Rationalibus vni præſentata cō-
pellitur computa remittere, eodem,
quo fuerint data, die, vel ſequenti, qui
minimè ſit feriatus: prout in §. 15. hā- F
betur. Ipſi etiam incumbit, expeditas
velle, ac regiſtris traditas prouiſiones,
aliaque Regium quæ ad Patrimonium
pertinere videntur etiam in conſequē-
tiam, prout *in pragm.3.tit.4.de reſcriptis*
continetur. Quolibet addas in anni cur-
ſu Ianuarij menſe ipſum in obligatione
eſſe, vt memoriam Proregi faciat illum
ad effectum, vt computa Magiſtris No-
tarijs diuidat: vt *in pragm.3.tit.4.de offic.* G
Magiſtr.Ration. habetur.

Demum quod ad reliquorum, qui
ſunt Magiſtri Notarij, officium perti-
net; eſt mandatum, vt Straticotialis
Magiſter Notarius Curiæ omnium li-
ſtam bannitorum, ac in campis diſcur-
rentium detineat, cum diligentèr cuius
extent patriæ, quæ ſigna inſint, expli-
cet, & de his Illuſt. Straticotum cer-
tiorem reddat, vt in §. 33. *titul.53.* ha- H
betur.

Qui locorum Iuratis etiam tributi
Magiſtri Notarij fuerint, ſtatim ac poſ-
ſeſſionis aduentarit dies: illis notum
faciant ordinem de promulgandis illas
contra mulieres, quæ madefacta defe-
rant victualia, bannis, vt *in titul.11.§.6.*
pragmat.12. extat, vt etiam vigore in-
ſtructionum nouæ militiæ *cap.25.f.450.*
militum nouæ militiæ in demonſtratio- I
nibus compellitur interuenire.

Magiſtri Portulani, etiam Magiſtro
Notario propriæ tribuuntur inſtructio-
nes, vt perſonalitèr ſemel in cuiuſque
ſpatio anni accedere ad omnia Regni
oneratoria debeat, & omnium capiat
informationes extractionum, illaſque
Magiſtris Rationalibus, & Magiſtro
Portulano aſſignet, cuiuſmodi equidem
officium, velut ſuperfluum deletum k
fuiſſe videmus *in §.19. pragmat.3.tit.11.*
de officio Magiſt. Portul.

Portuum Regni Magiſtri Notarij,
qui de apportandis extractionum re-
ſponſalibus fideiuſſiones recepe re infra
Regnum, quo caſu obligatorum, fide-
iuſſorumque inhabilitas occurrat, de
iuribus ipſi facere ſolutionem compel-
luntur: ex vi *pragm.10.tit.de offic.Magiſt.*
Portul.

Digitized by Google

A *Portul. fol.*230. de apportandis reſpon-
ſalibus propterea fideiuſſiones recipe-
re, cum conſenſu Portulanorum vice,
coguntur, & inhabilitatis in caſu ex ip-
ſis exigi neceſſe eſt: vt *in pragmatic.*17.
eiuſdem tit. continetur.

Regiæ Theſaurariæ verò Magiſter
Notarius publicus debet Notarius ha-
beri, & è Catholicæ Maieſtatis arbitrio
B ad beneplacitum de ipſo fit electio: vt
*in pragm.*13. §.25 *tit.8.de offic. Theſaur.*
extat. Cui prohibitum euenit apocas
ſolutionum, quæ de pecunijs R. C. fa-
ctæ ſint alijs tradere, niſi perſonis rece-
piſſe confidentibus, quique fuerint per
eum cogniti; aut duobus etiam ex te-
ſtibus, vt in §. 15. *eiuſdem tituli* expli-
catur. Gratoque Regiarum introitus,
exituſque pecuniarum conficiat animo,
quorum abſque lucro ſemper dat Re-
gio Fiſco, & parti ſemel copiam: vt in F
§.16.habetur.

Plurimæ etiam adſunt instructiones,
quæ pragmaticalibus ex conſtitutioni-
bus in *tit.de Magiſtr. Notarijs, & Actua-
rys* deſcendunt: quo etiam norma in
loco datur, quo debeant criminalia, ci-
uiliaque annotare negotia, & regiſtra-
re, ad quas ipſos decet recurrere, vbi
fideli optant pectore officij ſumere G
exercitium.

Quidquid verò illa ſpectat ad iura,
quæ Magiſtris Notarijs videntur con-
uenire, vt licitè ſibi pecunias pro factu-
ra, & actorum copijs ſibi capient: vt
voluit Lucas de Penna *in l. in ſacris* 3.
in 4. *col. verſ. & videtur quod Notarius
actorum, C.de proximis ſacrorum ſcrinior.
lib.*12.& Ioannes de Platea *in l.fin.nu.*4.
*C.de princip.agent.in rebus lib.*12.

D E

DE EXEQVVTIVORVM COMMISSARIORVM STATV.

NEceſſarium quoniã Iudicibus dicitur perſonas habere, quę proprias exequutioni demandent ſententias: exequutiui hac de cauſa Commiſſarij, vel etiam Delegati conſtituti in ciuilibus fuere; in criminalibus autem Lictores: vnde operæ pretium iudicaui nonnulla, quæ huiuſmodi ſpectare ad munus videntur, per quam exactè declarare: ipſi autem debitoris nequeunt oppoſitiones admittere, nec ipſis coram, illæ præponi exceptiones debent, quæ, vel impedimentum exequutioni adferant, vel moram, at illius opus eſt in Iudicis aſpectu duci, qui cognitionẽ habeat de cauſa: vt notatum ex Myſyng. *obſeruat. 69. centur. 3.* & habetur in Gloſa *in cap. paſtoralis*, §. *quia vero, in verbo, & ſi ſciat, de officio delegati*. Bartolus, cæterique Doctores *in l. à Diuo Pio*, §. *in venditione, ff. de re iudicata.* Hi etenim mero exequutionem facere de facto dicuntur: vt habemus penès Tuſcum *litera E. concluſ.* 1099. *num.* 7. Ipſorum quoniam ad officium neutiquã de cauſæ Iuſtitiæ cognoſcere, vel iniquitate, at exequutioni incumbere ſpectat: *cap. de cætero*, & ibi Abb. *de ſenten. & re iudicata. l. ſi prætor*, & ibi Gloſa *in verbo cognoſcere*, & Bald. *ff. de re iudic.* Marantta *diſput.* 1. *num.* 12. Gratianus *diſcept.* 118. *num.* 42. Merus quia exequutor nullo ſibi Iudicis partes modo aſſumere valet, ac ſententiæ circa æquitatem cognoſcere, aut etiam quidquam pronunciare, cum, ſi id agere auſus fuerit, nullam retineat validitatem, quod fuerit ex ipſo actum. *l. ſi vt proponis*, *C. de exequutione rei iudicatæ*, & ibi Gloſa *in verbo exequutor*, vbi in ſeruiente hoc intelligit, vel nuncio procedere, cui nulla præbetur cognitio, nec morã exequutioni afferre permiſſum eſt: vt *in pract. Papienſ.* habemus in forma exequutionis ſententiæ definit. Gloſ *publico nuncio num* 5. & dicit Bald. *in cap. grauis num.* 22. *de reſtitut. ſpoliat.* Nullius ergo de negotij natura poſſunt cognoſcere, tàm ſi cauſæ reſpiciãt merita, quàm ſi ad exceptionem, ipſam contra ſententiam,

A tiam, pertineat. Salicet. *in dicta l. ſi vt proponis num.*2. *& in l. & ſi cognitio n.* 7. *C. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam.* Firmum namque eſt, quod, nudam vbi facti cognitionem quemadmodum in commiſſione, quæ in Commiſſarijs fit, nulla ineſt aliquorum cognitio, aut etiã exceptio. Menochius *de arbitr.quæſ.*38. *num.*20.*lib.*1. Quæ aſſignari ratio poteſt hæc: omnis eoquòd cognitio anteceſſit, B ac ſueda ſupereſſe dicitur exequutio, quæ fuerat Commiſſarijs demandata. Bartol. *in dicta l. à Diuo Pio num. primo.* & ibi Alexanderr *num.*12. Iaſon *nu.*13. Nec permiſſum ipſis eſt, an Iuſtitiam iniquitatemque Iudicis includat ſententia, inquirere, ſolummodo attamen exequutioni committere mandatũ debent, perſtrictaſque retinere aures vſquequò pignora obtineant, nè velut ſuſpecti va- C leant allegari. *cap. nouit, de appellatione.* Tuſcus *litera E. concluſ.* 523. *& litera S. concluſ.*907. *num.*15. Franciſcus Marcus *quæſt.*138. *num.*2. *parte prima.* Cum licitum debitori ſit, competentis in aſpectum Iudicis venire, ibique illas deducere cauſas, quibus reuocatio ſit exequutioni allata: Hieronymus à Laur. *deciſ.*27. *num.*7. *verſ. iſtud*: Neutiquam propterea Commiſſarios decet, vel ab D exequutione, vel à ſubhaſtationibus ſeſe abſtinere, appellationem quamuis pars inſtituerit, cum omni Commiſſarij iuriſdictione, cauſeque cognitione priui ſint. *cap. nouit de appellat.* regulariter enim mero ab exequutore minimè appellatur. *dicto cap. nouit, de appellatione.* Tuſcus *litera E. concluſ.*499. *num.*5. Maranta *in ſpeculo parte 6. titul. de appellat. num.*259.

E Circa exceſſum autem conceſſum dicitur appellationem inſtituere, non debent namque illum excedere Commiſſarij modum, qui fuerint ipſis præfixus ex Iudice. Maranta *dicto nu.* 259. Abb. *conſil.*14. *num.*9. *verſic. tertio, cap. nouit, de appellat.* Gloſa *in cap. Paſtoralis, §. quia verò & ſi ſciat, de offic. & poteſt. Iudic delegat.* Oportet attamen intereſſe, vt de cauſa, vel etiam exceſſu fiat expreſſio, ex qua fuerit appellatio confecta. F Bero *conſil.*32. *num.*14. *lib.*3. Alba *loco citato num.*9. Maranta *nu.* 259. Nec ſufficiens habetur, ſi in genere exponatur exceſſus, at illud exprimi neceſſe eſt, in quo factus ex Commiſſario fuit. Surdus *deciſ.* 358. *num.* 9. vbi alios adducit.

Perpatratus atenim dicitur ex Commiſſario exceſſus, vel reſpectu rei, circa quam efficiatur exequutio: vel quantitatis intuitu, pro qua committatur: G aut etiam temporis, in quo fiat: vel cauſæ obiecto: vt notat Gloſa *in l. ab exequutore, ff. de appellat. & relat.* Speculat. *tit. de exequutione ſententiæ, §. nunc dicendum num.*7 Bero *conſil.*32.*num.*15.*lib.*3. Nequaquam verò excedere Commiſſarium affirmamus, legitimas vbi debitoris exceptiones admittere non curarit: illæ namque Iudicis in aſpectu, H priuſquam data de exequutione commiſſio ſit, debent afferri. Bero *dict. conſ.* 32. *num.* 16.

Quo autem in caſu exceſſus interuenerit, ad illum appellari oportet Iudicem, ex quo commiſſio deſcendat, non ad Iudicis verò Superiorem, vbi in mandato ille non grauarit. Bartolus in *dicta l. ab exequutore num.* 3. *ff. de appell. & relat.* hac de re aſſeritur ex DD. hanc veram non eſſe appellationem; ſed I quandam nominari querelam. Salicet. *in dicta l. ſi vt proponis num.*2. *in fine.* Aut etiam recurſum, qui, abſque eoquòd appellatio interſit, vim includit: vt voluit Bartolus *in dicta l. ab exequutore n.*4. Debet verò probari, eoquòd neutiquã præſumitur exceſſus. Garga. *parte* 20. *num.* 10. *lib.* 2. Curia Papienſ. *in Gloſa publico nuncio num.*9. vbi habetur: quod ſi appellatione, aut etiam reclamatione K interpoſita exequutioni Commiſſarius ſententiam de facto demandet, nec aliquo poſſit reo prouideri modo, neutiquam, illi obſtare eſt denegatum: vt habetur *in l. prohibitum, C. de iure fiſci lib.*10. ad nos enim Gloſa tranſmiſit per *l. contra, in verbo, prouinciali, C. de exequ. & exactor. lib.*12. Permiſſum cuicumque

eſſe

A eſſe illi reſiſtere officiali, qui debitum
vltra, faciat exequutionem, & id notat
ibi Bartolus aduerſus ſeruientes, qui ſi
miſſi ad expignorandum aliquem fue-
rint, &, ſtatuta præterquam ſit norma,
ſibi pignus, deſumant, poſſunt ex quo-
cumque, abſque punitionis metu; reſi-
ſtentiam pati: eiuſdemque eſt ſenten-
tiæ Paris de Puteo *in tract. de ſyndicatu,*
in verbo reſiſtentia, in fine. quopiam au-
B tem in exequutore, qui iniquè aliquid
exequi videatur, procedere etiam affir-
mauit, vt reſiſtentiam ipſi facere quiſ-
quam valeat: Poſtius *de manutenen. ob-*
ſeruat. 1. *num.* 82. Vbi verò nihil notoriè
circa exceſſum demonſtretur præſtari
obedientiam Magiſtratui opus eſt; lici-
tum namque dicitur appellationem in-
ſtituere. Myſinger. *obſeruat.* 18. *num.* 3.
centur. 5. Et iure quidem optimo neu-
C tiquam vetitum illos plecti, qui Com-
miſſarijs impedimentum adferant, ne
literarum faciant exequutionem: vt vo-
luit Cancer. *variar. reſolut. parte* 2. *cap.*
10. *poſt num.* 25. Tuſcus *litera E. concluſ.*
512.

Sed enim, quo ex Commiſſarijs ali-
qua ſit expignoratio in caſu, inuigilan-
tèr aduertant, nè alteram penes partem
res deponant: vt voluit Alciatus in
D *l. ſequeſter num.* 2. *ff. de verbor. ſignificat.*
Suum dempto quod partes conſenſum
præbuerint; eoquòd ſi in hoc partes
conueniant non ſolùm apud creditorem
ſequeſtrari pignora cum cautione, at
etiam ipſum apud debitorem valent.
Petrus de Gregorio *ſyntag. iuris part.* 3.
lib. 23. *cap.* 3. *num.* 32. Sed ſi Eccleſiaſti-
cæ in facultate perſonæ res contigerit
deponi, & ille poſtmodum reſtitutionē
E facere noluerit, permiſſum eſt, illum ad
hoc adſtringere: vt ſequeſtrum abſque
mora reſtituat: & ita in placitis habet
Iaſon *in l. fideiuſſor,* §. *ſi ſatiſdatum, ff. qui*
ſatiſdare cogantur: hoc eoquòd in caſu
neutiquam Eccleſiaſticā aduerſus per-
ſonam iudicij per modum, ſed exequu-
tiuè in ſuſcepti conſequentiam officij
proceditur: & huius opinionem gene-
ris tutatur. Myſinger. *obſeruat.* 67. *nu.* 4.
centur. 2. Surdus *conſ.* 280. *num.* 11. Me- F
nochius *remed.* 15. *num.* 214. *de recupe-*
randa poſſeſſ. Afflictus *deciſ.* 24. *num.* 3.
à Ponte *tit. qui ſit Iudex cauſæ feudor. nu.*
42. & videri debet Nouar. *in prax. elect.*
fori ſect. 4. *quæſt.* 55. *num.* 3. Ex quo ha-
bemus accidiſſe, quòd cum ſæcularis
depoſitam ex Iudicis mandato recuſa-
ret clericus quātitatem reſtituere, coa-
ctus fuit, id; captis pignoribus, agere:
quoniam, vbicumque iſte, quem penès G
factum ſit depoſitum, reperiatur, priui-
legio decoratus licèt exiſtat, proprio-
que ſe foro tueatur, ſequeſtri valet per
reſtitutionem illius in aſpectu Iudicis
conueniri, cuius ex mandato confectum
fuerit ſequeſtrum, nec aliquò illius po-
teſt iuriſdictionem declinare. Nouar.
quæſt. 55. *num.* 1. Scaccia *de iudic. par.* 1.
cap. 11. *num.* 96. Baldus *in l. acceptam*
num. 4. *C. de vſuris.* Iaſon *in l.* 1. §. 1. *col.* 3. H
ff. de officio eius, cui mandata eſt iu-
riſdict.

Illius etenim ex Iudicis mandato rei
tenetur ſequeſtratius, hoc eſt quem pe-
nès fiat ſequeſtrum, facere reſtitutionē
tenetur, ex quo fuerit de ipſo facta ele-
ctio. *l. fin.* §. *penult. C. de bonis authorit.*
Iudic. poſſeſſ. Qui ſi reſtituere deneget,
captis pignoribus, ac mulcta in dicta
cōpelli ad hoc debet. Franciſcus Cur- I
tius *in tract. de ſequeſtr. verſic. ſecundo*
quæro num. 58. vel ex perſonæ captura.
Ioann Sicard. *in l. vnica num.* 18. *C. de*
prohibita ſequeſtrat. pecun. Ac talem ad-
uersùs ſequeſtrarium depoſiti præbetur
actio. Surdus *conſil.* 411. *num.* 3. *& deciſ.*
301. *num.* 14. Vbi autem ex vnanimi
partium voluntate facta de ſequeſtrario
ſit electio, præſcriptis, actio, verbis ip-
ſum contra, datur. *l. ſi oleum, ff. de dolo* K
malo. Angelus *in l. intereſſe num.* 2. *ff. de*
acquirend. poſſeſſ. Curt. *loco citato nu.* 58.
Adeò fauorabilis enim depoſiti exiſtit
contractus, vt æqualitèr recipere de-
beat exequutionem, atque inſtrumen-
tum, Iudiciſque ſententia, & debiti
confeſſio. Boer. *conſil.* 25. *num.* 15. Nec
aliquæ conceduntur induciæ. Boerius
deciſ. 296. Francus *deciſ.* 151. Talitèr vt

A ſequeſtrata ſi res minimè appareat, ſe-
queſtrarij dolo abeſſe præſumitur, aut
culpa, ita vt probandi onus, quod res
fortuitò perierit, in ipſum tranſeat. Nacta
conſil. 131. *num.* 1. Maſcard. *de probat.*
concluſ. 468. *num.* 16. Nec ſufficiens di-
citur, quando ſeſe depoſitam affirmet
rem nulla retinere forma, nec dolum
interfuiſſe, aut illius iacturam demon-
ſtret, aut interitum: ad cuſtodiam nam-
B que depoſitarium compelli certum eſt.
Marcus *quæſt.* 443. *num.* 1. *parte* 1. Quo
autem in caſu ſequeſtrata mobilia, ſe-
queſtrarij abſque culpa, vel etiam ne-
gligentia in iacturam abeat, debitoris
perit in detrimentum. *l. pignus, C. de*
pignoribus. Dummodo tamen ni & moram
in faciendæ reſtitutione depoſitarius
contraxiſſet. *l. item ſi verberatum, §. fin.*
ff. de rei vendicat. l. quod te, ff. ſi certum
C *petatur*. Ex eo quia ſi ex mora pignora-
tæ res in interitum eant, aut etiam non
exiſtant, ad intereſſe obligatio ſubit.
Corneus *conſ.* 108. *num.* 2. *lib.* 1. quod
expignorationem paſſi iuramento pro-
batur. Gaill. *in tract. de pignorib. obſeru.*
18. *nu.* 1. Sed etenim temporis vbi cur-
ſu ſequeſtratæ in deteriorē fuerint du-
ctæ, ſtatim res ſufficiens eſt cū ipſas in
gradu reddere, in quo illas reperiri vi-
D demus, nec aliqua ad deteriorationem
forma ſequeſtrarium teneri certum eſt.
Marcus *quæſt.* 444. *num.* 7. *parte* 1. De
mobilibus, excipias tamen, ni rebus
agatur, vel fructibus, qui neutiquam
ſeruando poterant ſeruari: ex eo quia
vbi deperduntur, aut in deteriorem
ducuntur qualitatem, ſequeſtrarius, ex
quo non ſit venditio facta, & pretium
ſit collocatum, de culpa, & etiam de
E negligentia tenetur. Marcus *dict. quæſt.*
444. *num.* 1. Sequeſtrario enim conue-
nit illarum ex Iudicis facultate rerum,
quæ ſequeſtratæ ſint, facere venditionē,
ſequeſtratumque pretiū ſeſe penès reti-
nere. Gailla *obſeruat.* 148. *num.* 3. *lib.* 1.
Bartol. *in l. ſi vlenm num.* 3. *ff. de dolo ma-*
lo. Salicetus *in l. vnica nu.* 4. *C. de prohib.*
ſequeſtr. pecun.

Exequutori autem Commiſſario in-
cumbit, vt ille, cuius in poteſtate pi- F
gnorum efficiatur ſequeſtratio, idoneus
ſequeſtrata extet, pro quantitate: quo-
niam vbi id minimè agere curauerit, in
obligatione perſiſtit. argum. *l.* 1. *ff. de*
magiſt. conuenien. Poſtius *de ſubhaſt. in-*
ſpect. 14. *num.* 77.

Commiſſarijs etiam in cura ſit, ne
vbi pignorum faciant capturam, debi-
tores iniurijs malè agant: eoquòd, ſi
quidquam ex iniuria perpatrarint, ſi ni-
mirum, ſtratum, aut etiam dolia, aliaſ-
que res, ex pignorationis ergo, malitio- G
ſo perfregerint animo, ad intereſſe cō-
pelluntur: argum. *l. cum quem, ff. de pe-*
ric. & rei vendita. Rebuff. *ad ſent. exequ.*
artic. 7. *Gloſa* 12. *num.* 7. & de litis obla-
tione *artic.* 5. *Gloſa* 2. *num.* 8. Quo autē
in caſu aliquid fuerit ex Commiſſarijs
in illum, qui faciat reſiſtentiam, actum,
de illo nequaquam tenentur damno,
quod in capiendis pignoribus fuerit il-
latum. *l. quemadmodum, §. magiſtratus, in* H
fine, ff. ad legem Aquil.

Quod ſi illos contra, qui debitoris
extent hæredes, exequutiuas acciderit
literas exequi, hæredis vtique perſonā
verificare ipſi primum Commiſſarij co-
guntur, ad hoc vt adſtringi, tanquam
tales, poſſint. Cancer. *variar. reſol. p.* 2.
cap. 3. *num.* 58. Gratian. *deciſ.* 122. *nu.* 1.
Alexand. *conſil.* 188. *num.* 2. *lib.* 1. Nacta
conſil. 430. *nu.* 10. Menochius *de acquir.* I
poſſeſſ. remed. 3. *num.* 166. *& conſil.* 75.
num. 101. Hac de cauſa ſi in quemquā,
velut alicuius hæredem, agere Commiſ-
ſarij velint, verificare compelluntur, ta-
lem illum haberi. *l.* 1. *&* 2. *ff. de in-*
ter. act.

Vbi verò capi, ac etiam diſtrahi pi-
gnora opus, iuris ordo ſeruari debet:
Exequutiuum namque per Commiſſa-
rium illa priùs capi decet bona, quę mi- K
nus valent detrimentum debitori affer-
re. Gloſſa *in l. à Diui Pio, §. in venditio-*
ne, in verbo animalia, ff. de re iudicata:
& ante quod aliquid efficiatur, pecuniæ
primum capiantur, res mobiles deindè,
& animalia, quæ neutiquam fuerint
priuilegio decoratæ. *d. §. in venditione.*

Cum

A Cum illa ſint excepta, quæ Agriculturæ ad opus inſeruiunt: vt Agriculturæ fuit explicatum in ſtatu; aut etiam veſtes, quæ ad quotidianum veniant vſum, & vxoris ſint, atque filiorum. Maranta *in ſpeculo parte 6. tit. de exequut. ſententiæ num. 30. & 31.* Immobilia tertiò bona, debitorum. Quartò iura, & etiam nomina. *dicto* §. *in venditione, & l. etiam, C. de exequutione rei indicata.* Ad perſo-

B næ carcerationem denique proceditur, ni variandi facultas fuerit in contractu tributa: coquòd ſi alio ſeſe modo, nec ſeruato iuris ordine ipſi ſeſe gerant, nullam includet exequutio validitatem: ſecundùm Afflicti ſententiam *deciſ.* 358. *num.* 2. Viuij *opin.* 1011. Imolæ, & Alexandri *in dicto* §. *in venditione num.* 13. & Iaſonis *num.* 19. Quoniam, cum in formam inductum fuiſſe ordinem vi-

C deamus, vbi hæc minimè fuerit ſeruata; corruere actus conſpicitur. *l. non dubium, C. de legibus*. Bartol. *in dicto* §. *in venditione, num.* 8. Contraria tamen perſtitit in ſententia Gratianus *diſceptat.* 7. *num.* 36. ex cuius habemus doctrina, quòd nequaquam pro forma ordinis facta conſtitutio, ſed ad exequentis inſtructionem fuit.

Quo autem in caſu fieri ſubhaſtatio-

D nes negotium poſcat, illa ſeruanda forma eſt, quæ noſtro eſt è ritu præfixa: ex eo quia vbi aliquid negligant ſubhaſtantes perpatrare, haudequidem venditionis decretum vigorem includet. Bald. *in l. ordo, C. de exequutione rei iudicata*; ni tamen illa, de qua non habita cura ſit, ſolemnitas; minimè exequutionem deturpet. Alexan. *conſ.* 141. *num.* 9. *in fine lib.* 2. Viuius *opin.* 501.

E *num.* 1. Tuſcus *litera F. concluſ.* 415. *nu.* 13.

Et maxime quoniam Commiſſariorũ officium eſt momenti, ad illud propterea, nemo, admittitur, niſi ab Illuſtri Præſide Magnæ Regiæ Curiæ electionem fuerit ſortitus, cuius iuſſu in Commiſſariorum Magnæ Regiæ Curiæ ordinem coaptatus adſcribitur, cui iuramentum de infraſcriptis obſeruandis præſtatur. Et primum ſeſe diligentèr, ac F fideli animo officij exercitium ſuſcepturos. Quod ſecundò, ex parte, cuius ad inſtantiam quidquid agant, nec ex illa, in quam ſe dirigant, aut etiam ex alijs ipſorum nomine, quocumque modo, aliquid ſibi deſument illud vltra, de quo ex pandectis facta fuerit taxa, & ſi ſpontè fuerit adductum. Quod tertiò illam non excedent commiſſionis formam, quæ fuerit præfixa, & neceſſa- G riam adhibebunt ſolertiam, vbi extremorum fieri probarionem ſit neceſſe, priuſquam ad exequutionem, alicuius aduersùs bona, deſcendant. Quod alijs nequaquam quartò proprio ſub nomine ad exequutionem cõmiſſiones, quæ fuerint tributæ, præbebunt. Seſe illam quintò, conſtitutionem obſeruaturos, ex qua non debent accipere dietarum emolumenta, nec illorum portionem, H ni & circa debitum fecerint complementum. Seſe participes ſextò, cum carcerum cuſtodibus, ipſorumue inſtitutis circa lucra, de animalium carceratione prouenientia minimè fore; etiã, quod neutiquam alicui pignora debitori remittent, vt expignorationem alium faciant in condebitorem: & multò minùs ſi ex pecunijs efficiatur compoſitio. Quod ſeptimò abſque eoquòd I legitima interſit cauſa, minimè ab vno in alium transferent carcerem animalia, de quibus facta expignoratio ſit, & nutritionis præcipuè vbi tempus ineſt. Quod octauò commiſſionis poſtquam terminatum fuerit ſpatium decem infra dies redibunt: vt exequutionis reddant rationem; cum tamen omne ceſſet impedimentum. Seſe tandem proprio in reditu, Tribunali, Magiſtratui, aut K Curię, ex qua fuerint miſſi acta in commiſſionis exequutione perpatrata ducturos, quæ fideliter fuerint confecta.

Eliguntur autem Commiſſarij Exequutiui ad conſtituentis arbitrium: habita priùs de vita, eligendorumque moribus relatione; quod ſi fortè, poſtquam facta electio ſit, mala oriatur

Nnn 2 con-

A contra Commiſſarios fama, ex officio remouentur. Conſtito autem bona de fama, & etiam qualitate, ad examen illos admitti certum eſt nō ſolum, quos Magna Regia Curia ad exequendas mittit literas, at quos etiam Generalis Theſaurarius, Magiſter Portulanus, Magiſter Secretus, Præceptores, Exactoreſque decimæ ac tareni, & fiſcaliarum, & quodcumque aliud, Regium quod ſit officium, conſtituit. Qui vbi
B examen ſubiuerint, ac ſint in matriculam redacti quadraginta fideiuſſionem vnciarum tenentur præſtare, ad hoc vt, cum tranſactus ille fuerit terminus, qui fuerit in literis præfixus, de geſtis per ſe reddere rationem haud recuſet.

DE
C EXAMINE DELEGATORVM,
Commiſſariorumque exequutionem faciendo, Actorumque formis.

Cap. I.

Hi atenim examen, circa plurima, debent ſubire. Ac primò qua opus ſit extremorum fieri verificationē
D forma feudi aduersùs detentores, poſſeſſoreſque? quæ quidem hæc.

Præſenti, & paruo ab hinc tempore Spectabilis N. Baro feudum nominatum N. in poſſeſſione habet, in Valle N. in Territorio N. quod cum feudo N. vel territorio N. ex vna parte, & cum feudo, ac territorio N. aliiſque finibus conterminet ex alia, cum in illo
E ſeminet, & culturam exerceat, aut etiā ſua in illo ad paſcua detineat animalia, vel illud ad gabellationem, vel herbagium præbens, terragiumque, qui ſibi fructus, eiuſque prouentus velut detentor, & poſſeſſor accipit.

Qua ſecundò in detentores, poſſeſſoreſque cuiuſdam prædij fiat verificatio forma? quæ ita.

Præſenti, & paruo ab hinc tempore Magnificus N. ſua retinet in facultate F
fundum, arboribus plenum vna cum vinea, & domo in territorio N. qui prędio, ac vineæ N. conterminus ſit ex vna parte, & cum fundo N. aliiſque finibus ex alia, cum illius ad culturam incumbat, eum ad affictum præbeat, ad locandum, locationemque irritans donat, ſibi etiam fructum, & lucra ex illo deſcendentia verus tāquam detentor percipiat, ac poſſeſſor. G

Vbi autem ſubiugans ad extinctos conceſſerit, vel in alias propria tranſtulerit bona perſonas, optimum erit, vt maior habeatur, cautela; clarum facere ductam vltra verificationem (quo id agi valet in caſu) talis rei ex hoc ſubiugante propria in vita, vel hanc ante translationem fuiſſe detentam.

Vti tertiò herbagerios, terragerios, ac etiam gabellotos aduersùs fiat verificatio extremorum? cuiuſmodi forma H
hæc.

Titius N. ex Ciuitate, vel Terra N. ad paſcua, terragium, vel gabellam, feudum N. retinet, ſitum in valle N. in territorio N. quod ſit conterminum ex vna parte feudo N. ex alia verò N. feudo aliiſque finibus ſit, &c. vt ſupra.

Quomodo extremorum quartò fiat I
verificatio, quod bona erant in dominio ſubiugantis? cuius forma ita.

Magnificus N. Anno N. Menſe N. eiuſdem anni, quo tempore facta fuit ex eodem ſubiugatio, de qua agitur, ſub facultate retinet territorium confine feudo N. vna ex parte, feudo N. aliiſque terminis ex alia, de quo diſponere ad libitum, verus tanquam dominus, ac poſſeſſor, ſit ſolitus: cuiuſmodi feudum, vel territorium poſitum eo modo, K
qui ſupra relatus, hac die poſſidet N. in illo ſeminans, culturam agens, vel locationi, præbens, vel illam renouans, cum eius emolumenta detentor velut, ac poſſeſſor in ſui accipiat commodum.

Qua forma, quintò, poſtquam factę verificationes fuerit primum interponere

A nere decretum debeant? cuius tenor
talis.

Die N. Menſis N. Inditionis N. An-
ni N. apud Ciuitatem N. & coram me
N. Commiſſario exequutiuo Magnæ
Regiæ Curiæ ad cauſam deſtinato com-
parens N. Procurator N. virtute pro-
curationis factæ in actis Notarij N. die
N. poſitus, immiſſus, atque inductus
fuit, in vacuam, liberam, & expeditã
B poſſeſſionem, ducentarum ouium, vi-
ginti iumentorum, & decem mularum
repertarum, & captarum in feudo no-
minato N. & à me ductarum in carce-
rem animalium Ciuitatis prædictæ, &
tandem conſignatarum, & relaxatarum
N. ſub fideiuſſione præſtita in actis meis
die N. de eas reſtituendo ad omne Cu-
riæ mandatum, & prout in ea, tanquam
de bonis in bonis, & ex bonis prædi-
C cti N. debitoris pro debito, & menſu-
ra debiti vnciarum, pro quibus fuit cõ-
tra eum ex parte prædicti N. cauſata
exequutio ad literas dictæ Magnæ Re-
giæ Curiæ mihi directas, datas Panor-
mi die N. ad effectum, vt ſeruatis ſer-
uandis vendantur ad diſcurſum iuxta
formam contractus, & dictarum litera-
rum, & de pretio ſatisfiat prædicto N.
cre ditori debitum prædictum principa-
D le, & expenſæ omnes in dictis literis
contentæ, & aliæ factæ, & faciendæ
vſque ad liberationem, & adiudicatio-
nem, ac integram ſatisfactionem inclu-
ſiuè; quod quidem primum decretum
auctoritate mihi ex literis prædictis at-
tributa fuit à me laudatum, approba-
tum, & confirmatum, & in vim cedu-
læ primi decreti receptum tradito à me
ipſius decreti exemplo conſimili præ-
E dicto N. debitori.

Qui debeat ſextò eſſe ſubhaſtationis
actus in primi decreti margine apponẽ-
dus? qui ſic:

Meuius N. ſeruiens Curiæ Ciuitatis
N. retulit, ſe mandato meo, voce præ-
conia, per loca publica ſolita, & con-
ſueta ſemel, bis, ter, & pluries, & per
legitima temporum interualla banniſſe,
& bona in proximo primo decreto cõ-
tenta ad diſcurſum vendenda, vt ſi quis F
ea emere vellet, compareret coram me
ſuam oblationem facturus.

Cum autem bonorum, quæ expi-
gnorata, fieri liberatio debeat alitèr,
quàm ad diſcurſum, dicto explicari po-
terit id in actu. Sed ſi quiſquam offe-
rens in dictis ſubhaſtationibus compa-
reat, valebit Commiſſarius dicto in
actu explanare: *Ad quam ſubhaſtationem
comparuit N. offerens vncias N. cum one-* G
ribus, &c. At cum veniat poſtquam hæ
factæ ſubhaſtationes fuerint, & ſcriptus
traditus actus hìc extet, ſit hac de com-
paratione, ac oblatione actus ſeparatus
hac forma ad alius calcem actu. *Lucius
N. comparuit coram me Commiſſario offe-
rens pro bonis prædictis in proximo primo
decreto contentis, & ſubhaſtatis vt ſupra,
vncias N. cum honeribus, vel ſine.*

Cuius generis ſeptimò, fideiuſſio in H
quindena fiat? quæ hac forma.

Pro N. contra quem fuit cauſata
exequutio ad inſtantiam N. in vncijs
N. ad literas Magnæ Regiæ Curiæ mi-
hi N. Commiſſario directas datas Pa-
normi, die N. de ſoluendo dictas vn-
cias N. & expenſas omnes factas, &
faciendas infra quindenam, vt Ban-
cus, &c. fideiuſſit N. cum renunciatio-
ne fori etiam Sancti Officij. I

Qualis etiam ſit ſequeſter exequuti-
uo ex Commiſſario factus? qui ita.

Iniunctum paritèr, & mandatum fuit
à me N. Commiſſario deſtinato virtute
literarum Magnæ Regiæ Curiæ mihi
directarum datarum Panormi, die N.
ad inſtantiam N. & illas vncias N. per
eum debitas N. debitori prædicti N.
detinere debeat penès ſe impeditas, &
ſequeſtratas, & nemini ſoluere vſque k
ad alium meum, vel Magnæ Regiæ
Curiæ mandatum, ſub pœna bis ſol-
uendi.

Quæ octauò debeat eſſe fideiuſſio de
præſentando bona, & pignora? cuius
forma iſta.

Pro N. cui fuerunt à me conſignatæ
nè macerẽtur in fundaco ducentæ oues
ei expignoratæ per me N. Commiſſa-
rium

A rium deſtinatum ad inſtantiam N. vir-
tute literarum Magnæ Regię Curiæ da-
tarum Panormi die N. pro debito vn-
ciarum N. in dictis literis contento de
pręſentando dictas oues ad omne man-
datum meum, vel Magnæ Regiæ Cu-
riæ,ſub pœna debiti prædicti, & expen-
ſarum omnium cum pacto de non op-
ponendo,nec quindena vtendo, ac cum
omnibus obligationibus, & renuncia-
tionibus in forma Curiæ, vt bancus,
B iuxta declarationem editam à Sereniſ-
ſimo Rege Alphonſo in Capitulis Re-
gni. Fideiuſſit N.

Quomodo etiam gerere ſeſe in exe-
quutionibus cogantur, vbi data com-
miſſio fuerit,cum clauſula infra triduū?
Et ad hoc ſciant, quod vbi exequutio-
nes fuerint impetratæ cum clauſula in-
fra triduum, & plures aduersùs debi-
tores aliquem fuerint in locum miſſi,
C quorum ſumma decem exuperat vn-
cias, tenentur, priuſquam illos contra
vacent, publicum edere bannum, ex
quo notum ipſis reddatur, quod trium
infra dierum curſum facere de illo ſo-
lutionem velint, quod debent, cum
interim nulla ſibi dietarum capiant lu-
cra, vel quidquam ex debitoribus de-
ſumant. Vnde ſi hęc non fiat dicti infra
temporis curſum ſolutio, impellere ip-
D ſos ad offerendum debitum, & con-
gruas dietas, quæ debent ſolui pro cu-
iuſque rata,valent, banni verò formam
habe.

Ex hoc banno per N. Commiſſarium
exequutiuum Magnæ Regiæ Curiæ cō-
ſtitutum literarum exequutionis vigore
ad ipſum directarum Panormi die N,
ad inſtantiam N. aduersùs infraſcriptos
debitores huius Ciuitatis N. ex infra-
E ſcripta ſumma, ſcilicèt in N. ex vncijs
N. contra N. ex vncijs N. aduersùs N.
ex vncijs N. notum redditur his dicti
N. debitoribus,& ipſorum cuicumque,
vt trium infra ſpatium dierum ſatisfa-
cere creditori ſuo N. vel ipſius Procu-
ratori ſtudeant, cum quilibet ſummam,
vna cum expenſarum exequutionis ra-
ta, & aliatum, eiſdem quæ in literis
ſint contentæ adferat: aliàs, vbi hic ela- F
bitur terminus hic in ipſos vacabit Cō-
miſſarius debitores ipſorum expenſis,
vt ex commiſſionis literis demonſtra-
tur. Hoc verò notatur *in tom. 1. pragmat.
pragm. 9. de officio Commiſſar.*

Cuiuſmodi tandem ſecundi decreti
formam eſſe oporteat? quæ hæc.

Die N. apud Ciuitatem N. & coram
me N. Commiſſario Magnę Regiæ Cu-
riæ ad cauſam deſtinato comparens N. G
Procurator N. expoſuit ad eius inſtan-
tiam pro adimplemento exequutionis
vnciarum N. cauſatæ contra N. ad lite-
ras eiuſdem Magnæ Regiæ Curiæ ad
me datas proceſſum fuiſſe ad interpo-
ſitionem primi decreti tenoris ſequen-
tis, videlicèt: *Apponatur primi decreti
forma*: Poſtquam primi decreti inter-
poſitionem fuerunt bona prædicta in
eo contenta ſemel, bis, ter, & pluries, H
& per legitima temporum interualla in
locis publicis ſolitis, & conſuetis ven-
dendis ad diſcurſum vltimo emptori,&
plus offerenti. Ad quam ſubhaſtationē
nullus hucuſque comparuit emptor,ni-
ſi N. qui obtulit vncias N. vt dictus ſer-
uiens retulit, & mihi conſtat. Tandem
elapſa quindena adimplementi prædi-
cti, & nullis præſentatis oppoſitionibus
ex parte prædicti debitoris, nec eo cu- I
rante ſoluere. Ipſe exponens procura-
torio nomine dicti N. creditoris volens
meliorem conditionem facere prædicto
debitori ſuo, obtulit de bonis prædictis
in præinſerto primo decreto contentis
vncias N. pro totidem,pro quibus pro-
ceſſit ſupradicta exequutio, de qua agi-
tur, vna cum expenſis factis, & facien-
dis vſque ad interpoſitionem huius ſe-
cundi decreti, & actum poſſeſſionis in-
cluſiuè. Quapropter fuerunt bona pręK
dicta in præinſerto primo decreto con-
tenta à me Commiſſario prædicto ex
auctoritate mihi attributa per literas
prædictas Magnæ Regiæ Curię ſeruatis
ſeruandis, harum vi, & tenore diſtra-
cta, adiudicata, vendita, in ſolutum
data, & aſſignata ad diſcurſum iuxta
formam contractus prędicto N. procu-

ratorio

A ratorio nomine, prædicto, tanquam vl-
timo emptori plus offerenti, & melio-
rem conditionem facienti pro ſupradi-
cto pretio vnciarum N. quæ fuerunt ei
à me harum tenore compenſatæ cum il-
lis vncijs N. pro quibus proceſſit ſupra-
dicta exequutio, de qua agitur, vna
cum omnibus expenſis factis, & facien-
dis vſque ad hanc diſtractionem, & actũ
poſſeſſionis incluſiuè.

B Franca, libera, & expedita ab omni
onere, cenſu, grauamine, & cuiuslibet
alterius generis ſeruitute: cum oneri-
bus tamen iurium proprietariorum, ſiue
vtilium dominiorum, ſi quæ deberentur
ſuper dictis bonis, quorum conſenſus
conſeatur, & ſit ad cautelam reſerua-
tus.

Conſtituens me prædictum Commiſ-
ſarium auctoritate prædicta, mihi tribu-
C ta à Magna Regia Curia per conſtitu-
tum, nomine, & ex parte dicti empto-
ris bona prædicta tenere, & poſſidere,
donec, & quouſque vacuam, & libe-
ram, & expeditam intrauerit, & ha-
buerit poſſeſſionem, quam intrandi, ca-
piendi, & habendi propria authoritate,
& de facto, & abſque alicuius Curiæ
iuſſu, & Magiſtratus decreto, licentiam
ei tribui, & conceſſi, ac conſuli, pariter
D & de facto.

Ad habendam per dictum N. procu-
ratorio nomine, quo ſupra, bona præ-
dicta, vt ſupra ad diſcurſum vendita, &
adiudicata cum omnibus iuribus, &
pertinentijs ſuis; eorumque integro, &
indiminuto ſtatu tenendum, poſſiden-
dum, vtifruendum, dandum, venden-
dum, alienandum, & de eis faciendũ,
& diſponendum ad ſuæ libitum volun-
E tatis, tanquam de re propria iuſto titu-
lo, & bona fide acquiſita. Abdicando
à prædicto debitore omne ius, domi-
nium, proprietatem, & poſſeſſionem
bonorum prædictorum, eaque transfe-
rendo in prædictum creditorem, ipſum-
que N. eius procuratorem, quibus, &
eorum cuilibet fuerunt à me ceſſa om-
nia iura, omneſque actiones, reales, per-
ſonales, vtiles, directæ, mixtæ, tacitæ, &
expreſſæ, ciuiles, prætoriæ, rei proſe- F
quutoriæ, & aliæ quæcumque, quas
dictus debitor habuit, & habeat, ac
fortè ſperat quomodolibet in futurum,
ſuper bonis prædictis. Conſtituendo
dictũ emptorem procuratorem in rem
ſuam, & ponens eum in locum ſuum,
obligando etiam dictum debitorem ad
defenſionem dictorum bonorum, ita,
quod in caſu cuiuſcumque litis, ſiue
moleſtiæ teneatur de euictione quomo- G
documque ea ſequeretur, ſiue de toto,
ſiue de parte, ſiue de dominio, ſiue de
poſſeſſione, aut de iure, aut de facto,
aut aliter. Dictuſque creditor, & emp-
tor poſſit vti primæua actione, nullo alio
iure remanente, penes dictum debito-
rem ſuper bonis prædictis, niſi tantum
termino ad redimẽdum menſium qua-
tuor iuxta formam ritus: qui quidem
terminus ſit, & intelligatur, prout H
fuit datus prædicto debitori per hunc
actum ſecundi decreti à me recepti, &
eidem N. debitori notificari, tradito ei
exemplo conſimili per me eumdem
Commiſſarium. In quibus omnibus, &
ſingulis meam, & dictæ Magnæ Regiæ
Curię iudiciariam auctoritatem paritèr,
& decretum interpoſui, & interpono:
quia de eis omnibus mihi plenè conſti- I
tit, atque conſtat.

In cuius rei cauſa, &c.

Dignum tamen notatu eſt, quòd ſi
allatæ oppoſitiones fuerint, & ex inter-
loquutoria ſint depulſæ, opus eſt in ſe-
cundo decreto de hoc meminiſſe, cum
auferatur clauſula: *Elapſa quindena adim-
plementi prædicti, & nullis præſentatis op-
poſitionibus ex parte prædicti debitoris*; &
apponatur: *Nec curante prædicto debitore
ſoluere, ipſe, &c.* Quo in caſu ſeſe ipſo- K
met Commiſſarius gerat modo, quo, &
fuerit commiſſio data.

Cum autem mobilia ſint ſecundi de-
creti bona, minimè neceſſe eſt, illam
apponere clauſulam; *Cum oneribus, &c.*
ſed in termino, ad redimendum, requi-
ritur conſtitui, *dierum quindecim*, non
verò, *menſium quatuor*. Sed vbi accidat
neutiquam ſecundi decreti dari exem-
plum

A plum debitori poſſe, quoniam ſeſe abdere curet, conuenit ad ſolitæ habitationis ianuam affigi, cum talis Commiſſario detur propria in commiſſione, poteſtas, & in clauſulæ locum : *Tradito ei exemplo* : inſcribatur ; *Affixo exemplo conſimili in valuis ianua eius ſolitæ habitationis, quia non facit copiam ſui*. Vnde, vbi tale vel detur, vel affigatur ex Curiæ ſeruiente exemplum, ſpecificari id B decet, non autem dici : *Per me eumdem Commiſſarium*.

At ſi adiudicatio non pacti ad diſcurſum virtute, ſed præcedente exiſtimatione ſit creditori, qui ſibi inſolutum bona deſumat, nè alij occurrant emptores ; tunc ex adiudicatæ rei pretio (ſi mobilis illa ſit) octaua pars debiti, ex quo ſit facta exequutio, deducitur ; ac (ſi de ſtabilibus extet) quarta C accipitur pars ob pingue valens, iuxta Ritus diſpoſitionem.

DE HIS, QVAE PER PRAGMATICAS

Commiſſarÿs Exequutinis ordinantur.

D *Cap. 2.*

MVlta, præter ea, quæ iuramento explicantur, circa Commiſſariorum occurrunt perſonam, quæ ipſorum ad obſeruantiam requiruntur. Et

Primò, nè aliquis hoc admitti ad munus debeat, ni priùs in examine, ad trutinam fuerit excuſſus, ac peritè le- E gere, nec non ſcribere, actorumque formas, quæ in ſuæ commiſſionis exequutionem neceſſariæ, extendere ſciat; quemadmodum ni ſolito ſeſe alligarit iuramento, aut fuerit in matriculam redactus : vt etiam nemini conceditur, ad exequutionem, delegationemque in habitationis, vel natale ſolum ire, pariterque opus eſt, non maius in delegatione, vel commiſſione ſpatium conſtitui, quàm duorum ſit menſium: cum F minimè tranſgredi conueniat, vbi hoc magis exiguum fuerit præfixũ. Aequali ratione haudequidem permittitur alicui Commiſſario, vel commiſſioni, vel delegationi negotiorum, quæ ſint exequutiua Magnæ Regiæ Curiæ, ac Deputationis Regni, expeditionem inferre : ſi nullo modo clareat, præſtitam ex ipſo quadraginta fideiuſſionem vnciarũ fuiſſe, ad hoc vt decem infra dierum G ſpatium reditum faciat ad reddendam adhibitæ diligentiæ, in commiſſione data, rationem, ſucceſſumque referat, actaque reportet : ablato tamen, omni quod legitimum ſit, impedimento.

Habemus, ſecundò, oportere, vt quocumque ex Commiſſario, ac Delegato in exequutione, ad quam pergit, factæ de ſe electionis actus ducatur; vti conueniens eſt ab ipſo, exequutioni, tra- H ditam commiſſionem, haud autem alius opera, demandari, nec alij ad exequendum proprio ſub nomine præberi: quemadmodum nulli conceſſum eſt Commiſſario, vel Delegato, aliquem inuehi in debitorem, ni & expreſſum creditoris interueniat mandatum, quod publico exprimitur actu ; ſed ſi gemino confectus, ante commiſſionem, fuerit menſe, nullam includet validitatem : I denegatur autem, quòd eiuſdem pro debiti ſumma, & ipſomet tempore diuerſi vacare poſſint Commiſſarij, & Delegati. Quo verò Commiſſarius mitti, aut Delegatus ex contractus pacto valet, illa eat pro ſumma, quæ decem exuperet vncias : ipſe atenim fideliter ſeſe, diligentèrque in officio verſet, ac, adamuſſim, traditam exequutioni demandans commiſſionem, ſtatutam ex- K cedat formam.

Proponitur tertiò : vt ex diligentia Commiſſarius agat in extremorum verificatione, quæ fieri, priuſquam in alicuius procedat bona, debet. Requiritur æqualitèr illis ex Commiſſario cõmiſſionis literas, officialibus præſentari, quorum in iuriſdictione eam exequi contigerit. Vnde ſi exequutionem in loco

A loco facere opus eſt, qui minimè ad
habitationem ſit conſtitutus, viciníoris
loci officialibus prẹberi debebunt;quẽ-
admodum, ſi Barones aduersùs inuehi
coguntur, propinquioris, quæ illi non
ſit ſubiecta, partis magiſtratui, tradere
commiſſionem adſtringuntur, ipſius, in
ſui auxilium, brachium petentes.

Statuitur quartò, quòd ſi promptè
alioquo modo Commiſſarius, Delega-
B tuſque debiti facere adimplementũ va-
let, nullam cõmittat animalium, & oui-
no præſertim ex genere, expignoratio-
nem. Qua de re, vbi ex alius medij de-
fectu hoc agi acciderit, omnem circa
oues adhibeat diligentiam, ita vt ſi nul-
la prole fœcundas videat oues, effœtas
relinquat: prohibitum autem dicitur
bouinæ animalia ſpeciei, aliam deſu-
mere ob expignorationem, quàm quæ
C ex ipſorum pretio animalium, herba-
giorumque fieri debet. Sed aduertat, vt
ſolertèr in expignoratorum numero pe-
cudum ſe habeat, cum contentus ſit il-
la accipere, quæ minimè ſummè duplũ
tranſeat: exceſſus namque & Reipubli-
cæ detrimento eſt, neque neceſſarius
creditori; vnde ad magiſtratum ſpectat,
punitionem in contrauentionibus infli-
gere.

Præfigitur quintò, Animalium carce-
D rationem in demanialis Ciuitatis carce-
ribus, in cuius territorio facta expigno-
ratio ſit, effici: at ſi talis non ſit locus, ad
viciniores demanialis carceres adducã-
tur: ſed ſi expignorata in carceres, ac
ſi animalia carcerum recuſabit cuſtos,
permiſſum Commiſſario dicitur illum,
ex iniuntione cogere, vt viginti ſub vn-
ciarum punitione Regio applicãdarum
E Fiſco accipiat, & eo vſque detineat in
loco, quo neceſſitas poſcat: Commiſſa-
rius attamen inuigilet, expignorata ne
animalia remittere neget, vel de illis
liberationem facere, idonea ſi fideiuſſio,
ac rata de illa prẹſentãdo ad omne Cu-
riæ mandatum, ſub pœna debiti, &
expenſarum omnium cum pacto de nõ
opponendo in Curiæ forma.

Compelluntur, ſextò, Commiſſarij
in Regiæ Curiæ debitis de eorum ſatiſ- F
factione ex illo Tribunali, Magiſtratu,
& Curia, ex qua miſſus ſit, minimè
conſtet, incumbere exequutioni; nec
Sancti Officij forum, vel quodcumque
aliud, aut quindenam, aliamque dila-
tionem in Regiæ Curiæ debitis admit-
tant: cum aduertant minùs, quàm poſ-
ſibile ſit, cuſtodum intereſſe, ob ani-
malium expignorationem, atque tuta-
men, afferre, ac, de ipſis, numeri limi-
tationem, eorumque mercedis, carce- G
reſque circa, rationum, quæ notantur
infra, obſeruare: ac etiam curent, nè de
illis electionem faciant, qui cum anima-
lium ad expignorationem ſint neceſſa-
rij, tali ſub prætextu perſequutionem,
quæ in ipſos criminalibus deſcendat ex
cauſis, curent. Vbi autem neutiquam in
contractu dietarum facta fuerit taxa,
illæ ad ſex tarenorum normam intelli-
guntur, & quamuis ex pacto fuerint cõ- H
ſtitutæ, minimè, vltra taxam, eas exigi
decet.

Mandatur ſeptimò, Commiſſarijs nè
proprias accipiant dietas, niſi adimple-
mentum, vel per realem ſolutionem, vel
per fideiuſſionem in quindena, vel per
interpoſitionem decreti, aut per carce-
rationem, ſit factum: nam ſi alio ſe mo-
do gerant, remigationis coguntur pœ-
nam ſubire: cuiuſmodi fermè dietæ il-
lis ſolui Commiſſarijs debent, qui no-
minati in literis fuerint, non verò alijs.

Præcipitur octauò, Commiſſarijs, nè
alios ad dietarum cogant ſolutionem,
quàm illos, de quibus in commiſſione
ſit expreſſio facta; & ſi diuerſorum in
detentores, poſſeſſoreſque prædiorum
ſe dirigant, & aliquem aduersùs vacent,
illum ad complementum, ac dietarum I
ſolutionem cogant, non verò alium: ſed
ſi circa perſonas, varient, ex illo tantùm
ſibi dietas accipiant, contra quem va-
cent, & exequutionis fecerint adimple-
mentum. Vbi autem plures contra eo-
dem tempore veniant, & loco, dietas
tàm ex acceſſu, quàm receſſu deſcen-
dentes pro cuiuſque rata, ſibi afferri
curent. At ſi plurimas ipſi ducant com-

A miſſiones ad ſingulos, vel plures locos
dietarum accipiat ex debitoribus ratam
non recenſendo ex loco, in quo reſi-
dentiam Curia facit: ſed ex quo diſce-
dant: cum nulla ipſi valeant forma, tot
acceſſus, receſſuſque rationes, quot
exiſtunt vel cauſæ, vel perſonæ, iuxta
pandectarum normam.

De extremis verificationis nonò,
exemplum, copiamue dare, tàm inte-
B reſſatis, quàm ex aduerſo, perſonis
exequutiui debent Commiſſarij. Adde
quod illam in Capitanei Curia, Ciuita-
tis, aut Terræ, cuius in Territorio illã
egerint, vel commiſſionis literarũ,quas
ſecum afferunt, copiam, præſentare ad-
ſtringuntur; quo verò fideiuſſiones ca-
piant in caſu illas per ſe nequeunt ſti-
pulari: ſed hoc agere per Capitanei
Curiam, eius in quo fideiuſſiones ca-
C piunt, loci, conuenit.

Minimè decimò, exequutiui Sancti
Officij Commiſſarij fori gaudere priui-
legio valent, tàm ſi de ciuilibus tracte-
tur, quàm de criminalibus, licèt adhuc
perduret commiſſio. Quando attamen
de armentis Commiſſarij expignoratio-
nem faciunt, haud fermè poſſunt ea
extra illam vendere Terram, ac Ciuita-
tem, cuius in territorio fuerit expigno-
D ratio, tàm principali pro debito, quàm
ſuis pro dietis,ſportuliſue confecta.

Certum eſt tandem ex loci diſtantia,
in quo illius tempore Curia, ex qua
fuerit miſſus,perſiſtat, Commiſſario re-
ceſſus dietas præberi: & ſuo in reditu
vnà cum officij ſui actis publici ex ope-
ra Notarij conſtructas, ac vniuerſitatis
ſigillo confirmatas apocas,dietarũ,quas
verè ipſi, & expignorationum cuſtodes
E in ſeruitijs exegerint.

Quando verò animalium expignora-
tionem fieri contigerit, infraſcripta ob-
ſeruare Commiſſarij tenentur, & dele-
gati exequutiui; quod ſcilicèt vbi ma-
gis,quàm diei,noctiſque ſpatiũ ſit, ani-
malia tempus in carcere conſumat, pro
ſequenti temporis curſu tarenos qua-
tuor in diẽ cuſtodi ſolui curabunt:quo-
rum equidem Cuſtodum numerus ita

normam excipit, quod ex vno ad qua- F
tuor vſque vnus tantùm in armentorum
animalibus cuſtos præfigatur, ex qua-
tuor autem vſque ad viginti,duo appo-
nantur: tres verò ſi ex viginti,vſque ad
ſexaginta numerentur;quatuor denique
ſi ex ſexaginta ad quemcumque vſque
numerum inſpicias. Gregarijs autem
in pecoribus, ouibus nimirum, capriſ-
que ad ſexcentos vſque vnus venit cu-
ſtos: duo ſi ad duo millia numerus per- G
gat: tres ſi ad quamcumque accedant
ſummam.

Quo verò ad expenſas ſocijs in ani-
malium expignoratione tribuendas hęc
habe: quòd, ſi hoc fieri acciderit, non
debet illum vltra diem effici, quàm
quo committatur expignoratio, & hoc
tali moderamen ſortitur forma: vnus
conſtituitur ad quatuor incluſiuè de ar-
mentis animalia ſocius, duo ad vigeſi- H
mum vſque numerum apponuntur:tres
à vigeſimo ad ſexageſimum vſque ve-
niunt, quatuor è ſexageſimo ad quem-
cumque numerum occurrunt. In capri-
genis autem, & ouini generis, vnus ad
ſexcenta vſque debet intereſſe, anima-
lia,duo verò, ſi ex ſexcentis vſque ad
duo millia numeres; tres ſi ex duobus
millibus quãcumque ad ſummã inſpi-
cias. Aduertant ſedenim,quòd ſi pede- I
ſter ſocius erit, quatuor afferri tarenos
negotium poſcit,ſi autem equeſter, ſe-
nos; illo tantùm pro die, quo facta ex-
pignoratio ſit.

Sed ſi de animalibus fieri carceratio-
nem acciderit, hæc ſunt in cauſa: quod
nimirùm hac pro re, etiam ſi duorum,
vel trium per dierum ſpatium perdu-
raret, de nulla alia ratione fieri ſolutio-
nẽ oportet, niſi & de ingreſſu, pro quo K
obolos duos in quodcumque animalis
caput ex armentis, afferri debet, quæ
ſunt equi, equæ, muli, aſini, bouinique
generis pecora, ſi expignorari ea, pro
paſcenis, proprioque pretiò conueniat.
Quando verò in gregario id patretur
pecore, oue, hoc eſt, capra, & ſue te-
runtij pretium in quodcumque anima-
lis caput dabitur: at ſi minus in eo ſolui
loco

loco ſolitum ex cõſuetudine ſit, in quo
A carceratio ſuccedat in vſus obſeruantia
Commiſſarij inſiſtant.
Qui autem ad debitorum exactionem
è Spectabili Theſaurario ipſius Locum-
tenente, vel quocumque Commiſſarij,
ac Delegati pro Regia Curia mittuntur
iſta obſeruare ſtudebunt: quòd in quo-
rumcumque ſcilicet bonorum libera-
B tione ſtatutum tempus, quindecim cir-
ca mobilia dies, quatuor, circa ſtabilia
menſes, qui pro ipſorum competunt re-
demptione, currere incipiũt ex die, quo
horum emptori tradita poſſeſſio fuit; li-
berationis autem in actu decet explica-
ri, ſi eam fieri contra debitoris fideiuſ-
ſores acciderit, & illas in perſonas, quę
fuerint in ſolidum obligatæ, in quo etiã
exponitur interfuiſſe, aliquis vbi officia-
C lis in ſubhaſtationibus interueniret, vẽ-
ditionibuſque: ſed ſi Regiæ Curiæ no-
mine adiudicatio fiat, expignorata de-
bent in numero, pondere, & menſura,
ſi talia occurrant. Quando autem eue-
nerit liberationum, adiudicationum-
que copiam in debitorum manus tradi
minimè poſſe, ſolitæ in habitationis F
valuis illud affigendum erit exemplum,
cum ita explicetur: *Per affixionem con-
ſimilis in valuis ſolita habitationis: quia
non facit copiam ſui*; quo verò in caſu or-
dinatum fuerit: vt bona adiudicata, ſiue
incorporata, Secretis, conſignentur, Cõ-
ſeruatoribus, Iuratis, & cuicumque alij
perſonæ, ipſis dicta de adiudicatione
notificationis actus fieri debet, ac vbi G
vel vinea, vel alij generis prædium ſit
huiuſmodi notificatio neceſſitati apta,
veniet, vt in cuſtodia, culturam, con-
grua adhibita diligentia habeant, cum
& tempus, & modus, & cautela de
fructuum collectione, ad hoc, vt bene-
ficium veniat Regiæ Curiæ, conſidere-
tur, normamque exequutio excipiat ex
mandato, quod ex Theſaurario deſcen- H
dat. Hanc denique notificationem ſua
Commiſſarius, Delegatuſue in acta re-
ducet, eum officialis relaxatione, ex
cuius manu eam Secreto, vel alij dari
oportet, & ſi ipſemet præbuerit Com-
miſſarius, aut Delegatus adnotari de-
cet.

DE APPARITORVM STATV.

VT exacta Iuſtitiæ habeatur adminiſtratio, neceſſarij dicuntur Apparitores; eòquod vbi ipſi non adſunt, vix Iudicũ decreta demãdari exequutioni poſſunt: congrua quoniam, ac expedita hi ratione mãdata ſibi ad exequutionem aſſumunt, quorum induſtriam, & miniſterium Prouinciarum Rectores, Iudices, ac Magiſtratus adhibent; quid enim vtile conferret ius in Ciuitate eſſe, ni & extent, qui exequi id velint? vt ait Pomponius *in l.2.§.poſt originem, ff.de origine iuris.* Scriptis enim demandatum eſt ex Alexan. ab Alexan. *dier.genial.lib.1.cap.27.* ex Romanorum Maieſtate duodecim non ſolùm Lictores vna cum faſcibus, & ſecuribus, at etiam Apparitores conſtitutos: præterea qui lateri aſtarent, corporiſque venirẽt ſtipatores; vt quo in caſu negotium poſtularet, Regis ad Imperium, nutumque eſſent veloces; hos etiam vltra Regio Viatores aderant Comitatu, ex quibus, quoties cogi Senatũ oporteret, ex agris Senatores conuocare, contumaceſque citare, ac vi arripere non negligerent; quoniam cum anteactis ſæculis, Vrbis Proceres moram in Ciuitate facerẽt, & publicum vniri Concilium deberet, è Villis in Senatum accerſebantur. Vnde qui tale exercebant munus dicti Viatores fuere, quibuſque ligandi, cædendique ius è Viatoribus tributum Lictoribus nomen eſt.

Varijs hi atenim ſub titulis occurrũt: eoquòd ſæpiùs nuncij dicti fuere; cum, quæ Iudici aut partibus ex Iudicum ſententia, vel etiam præcepto debent nunciari, agere illi ex officio compelluntur: & ita communitèr notatur in *l. prima, §. nunciatio*, & ibi Bartolus *ff. de noui operis nunciatione, & in cap. cum parati, de appellat.* Viatores autem nominati quoniam & ire per vias, & pergere coguntur, ad hoc vt ambaſciatas, & mandata exequutioni tradant: prout illos appellauit Iuriſconſultus *in l.magis puto, §. illud quæri poteſt, ff.de rebus eorũ, & in l. fin. ff. de iudicijs*: vt etiam fuerũt opinatores dicti, vt *in l. miſſi opinatores, C. de exactorib. trib. lib.10.* quemadmodum ab exequendo exequutores nuncupati. *l. ait Prætor, §. ſi exequutor, ff.de negot. geſtis. l. ſi pignor. ff. de euict. l.2.C. de ſportul. §. triplex, inſtit. de action.* vbi Text. exponit Viatores, ideſt Exequutores,

A tores, Apparitoreſque vocari. *in l. appa-*
ris. C. de exact. trib. l. 1. C. de ſportulis l.
cum clericis C. de Epiſcopis, & clericis. Sæ-
pius vero exceptorum ſub nomine con-
tineri videmus *in textu in* §. *his qui cauſas*
præparant in authen. de iudicijs coll. 6. quos
Gloſa ibi Maſſarios vocar, & Bartolus
poſt Gloſam Maſſarios, Baiuloſque illos
dixit: hoc vero de nomine *exceptor* men-
tionem feciſſe videtur Tex. *in* §. *deinde*
B *eos, in fine de defenſ. ciuit. col.* 3. & ibi etiã
Tex. eos vocat officiales, vt habetur *in*
l. prohibitum C. de iure fiſci, vbi, & Cæſa-
rianos illos nominari ſcimus, *& in l. fa-*
cultas C. eodem, de iure fiſci. Qui & Ca-
tholiciani appellantur: vt eſt Tex. *in l.*
pen. §. *fin. C. de bon. damnator.* Magiſtra-
rij non rarò appellantur, Præfectarijque
dicuntur: vt eſt Tex. *qui ſic exponit, in* §.
hoc quoque Authent. litigantes coll. 9. Et nõ
C rarò miniſtratores vocari neminem la-
tet. § *maximè in authen. de quæſtore coll.* 6.
Nuncij interdum nuncupantur: *vt in ex*
trauag. ad reprimend. & ibi Bartol. *in*
verbo, per nuncium: Clientum nonnun-
quam notam excipiunt: prout exponit
Gloſa *in l. non dubito, in verbo clientes,*
ff. de cap. aut ſaltuariorum contineri ſub no-
mine valent: vt ex Tex. *in l. ſi ita legatus,*
§. 1. *ff. de vſu, & habit. & l. quæſitum,*
D §. *quæritur, &* §. *ſaltuariorum ff. de fun-*
do inſtructo, vbi ſaltuarium Labeo putat,
illum denique nominari, qui ad fructuũ
conſeruationem, quemadmodum, &
Maſſarij veniunt, parati ſunt.

Ex his atenim nonnulli magis publici
exiſtunt, quales illi ſunt qui literas ex
Principe obtinent; vt officij vbique exer-
citium faciant; aliqui haud ita largè ad-
ſunt, & illi ſunt, qui quodam tantum in
E territorio fuerint electi in officio verſen-
tur, & alijs ex Magiſtratibus, vt in ſuæ
iuriſdictionis exequutione ſeſe gerant, ac
exercitio, creantur, quicumque cum Iu-
dex, aut ordinarius habeatur, aut dele-
gatus conſtituere, ſeligere, ac etiam or-
dinare ſuæ pro Iuriſdictionis exercitio
nuncium poſſit; vt notatur *in cap. Paſto-*
ralis, de officio delegat. §. 1. *l.* 2. & ibi Bald.
& Salicetus *C. de ſportulis*. Addas etiam
Nuncij ex Arbitrio fieri electionem de- F
cens eſſe. *l. ſed interpellatur,* §. 1. Ac diẽ
in principio proferre: *ff. de arbitr.* & ita
notat Baldus per illum Tex. *in dicta l.*
ſed interpel. Speculat. *in tit. de cit.* §. 1.
verſic. ſed nunquid. Permiſſum inde Ma-
gnæ Regiæ Curiæ Iudicibus dicitur vni-
co ſibi de porterio, electionem illum fa-
cere ad effectum, vt in Pragmatica ex-
plicatur: parum quoniam haberetur iura
concedere, niſi, & venirent, qui con- G
gruæ illa demandarent exequutioni *cap.*
ubi periculum de elect. in 6. & ex Ariſt.
lib. politic. 1. *cap.* 8. Nullum enim ad fi-
nem iudicia exercerentur, ni & ad finem
illa produci quęremus.

Huiuſmodi autem Apparitorum offi-
cium iuxta doctrinam Accurſij *in l. non*
dubito, in verbo, neque ff. de capt. poſtlim.
reuerſ. Nulla vel iuriſdictio inhæret, vel
dignitas: tale namque ſeruitij potius, H
quam honoris, dignitariſque nomen ha-
betur: *argum. gloſa fin. ad medium in cap.*
tuam, de ætate, & qualitate: Ac ita officia-
lium ſub nomine, ac ſeruientium com-
præhenſi extant: Iuſtitiæ quoniam Mi-
niſtri, exequutoreſque dicuntur, *cap. ſi*
quis contra, de foro compet. §. *hi qui cauſas*
Authen. de iudicijs, §. *deinde Authen. de*
defenſor. ciuit. Bouadil. *lib.* 1. *Politic. cap.*
13. *ſub num.* 10.

Iſti autem Apparitores, Algo- I
zirij, aut Birruarij infamiæ ſubiecti ſunt
notæ, ac viliſſimæ reputantur perſonæ:
vt dixit Bald. *in l. fin. in* 8. *quæſt. in fine*
C. de edict. diui Adriani tollen. num. 47. *l.*
fin. ff. de iudicijs. Hi enim ſunt quos, &
nobis oſtendit per quam ſæuos D. Igna-
tius Antiochiæ Epiſcopus in Epiſtola,
quam ad Romanos tranſmiſit, quibus
cum benefeceris peiores fiunt. Nullam K
hac de cauſa fidem illos facere voluit
Bald. *in l. etiam ſub num.* 4. *verſic. ſed re-*
uoco C. de teſtibus Speculat. *in tit. de cit.* §.
1. *in additione magna, & in cap. cum para-*
ti, de appellatio: *Aufer. tract. de teſtibus nu.*
12. Angelus *in l. ſciendum ff. de vſuris*
Alex. *in l.* 3. *ff. de teſtam.* quod vim in-
cludere ducendi affirmant doctores, non
ſolum quo in caſu de ſeparatis proprio
ab

Digitized by Google

A *num.* 388. Apparitorum teſtimonium
in ſui fauorem Magiſtratus vigorem in
ſyndicatu retinere; quod tunc euenit,
quando alij venire teſtes minimè poſ-
ſunt: ſecundum Putei opinionem *de
ſyndicatu, in verbo teſtis, cap. 1. num. 2.*
Vero tamen propinquiorem æſtimauit
ſententiam Farinaceus, quod etiam
ſimplicitèr Apparitores pro poteſtate
defenſionis ergo valeant admitti, ad
B quod non ſolùm Apparitores, at omnes
alij veniunt teſtes. Oportet tamen adeſ-
ſe, vt huiuſmodi miniſtri ampliùs in
Magiſtratus ſeruitio non perſiſtant, vel
alia eſſent ad hoc inhabiles forma, quē-
admodum ſublimitationem duxit Fari-
nac. *loco citato num.* 390. Et defenſionis
vti ex cauſa in teſtes ipſos ſuſcipi ſyn-
dicando pro poteſtate decet, æquali
ratione ipſos in aduerſum occurrere
C haud conuenit: vt aſſeruit Farinac. *loco
cit. num.* 392.

Quo autem in caſu plenam Appari-
toris depoſitio nequaquam facit pro-
bationem, negari non decet, ſuper his
Iudici viam ad inquirēdum aperiri, quæ
fuerint ipſis ex Apparitoribus depoſita.
Farinaceus *loco citato num.* 395. Quorum
equidem inhabilitas aliarum ex perſo-
narum, quæ fide ſint dignæ, depoſitio-
ne, ſuſcipit ſupplementum: vt voluere
Doctores penes Farinaceum *loco citato
num.* 398.

Quamuis atenim Apparitoris rela-
tioni de geſtis credatur; quando tamen
vel ſeſe iniuria diceret affectum, aut
verberibus maleactum, aut literas, man-
datave ſibi violentèr erepta, minimè il-
lius, in totum, amplecti dicta magiſtra-
tus debent, ipſius & ſi relatio, denun-
E ciationis tantùm in vicem veniat, vt de
eo, circa quem fiat delatio, poſſit in-
quiſitio fieri, non autem vt Apparitoris
ex delatione, aut etiam relatione dam-
nationem quiſquam ſubire cogeretur:
vt ſcriptis nobis teſtatur Petrus Greg.
Tholoſan. *ſyntagm. iuris part. 3. lib. 47.
ſub num.* 30. *cap.* 41. qui affert Text. in
l. ea quidem, C. de accuſat. Firmum prop-
terea vult, minimè præſtandam ſimpli-
ci Apparitoris relationi fidem, gemini F
dempto quod ex præſentia teſtis id ro-
bur excepiſſe notum ſit; nè, ſi faci-
les ſimus, fraudi pandamus viam, &
multò minùs illius debemus dicta vera
ducere, vbi propria quidquam affir-
ment in cauſa: iſto quoniam in negotio
ſuſpectum habetur teſtimonium, nec
admitti id refert, niſi quatenus illam
ob cauſam iuſtam dare Iudex compelli-
tur, vt de relatis inquiratur; cum data G
reo etiam ad ducendas in contrarium
probationes, fuerit facultas iuxta Tex.
*in l. optimam, §. fin. C. de contrahen. &
commit. ſtipul.* Vt etiam fuiſſe reſolu-
tum videmus per Guidonem Papam
deciſ. 557.

Vbi verò certum ſit ex aliquo Prin-
cipis, aut Tribunalium literas, cuius
mandata exequutioni committenda
includerent, fuiſſe ademptas, vel Ap- H
paritorum è manibus ſublatas, falſi
equidem pœnis illum ſubijci cōgruum
eſſe dixit Guidon Papa *deciſ.* 579. *nu.* 5.
Baldus *ad l. ſi quis id quod, ff. de iuriſdic.
omnium iudic.* quod eo maiorem conti-
net vim, ſi illas reſcindere nō erubuit,
corrupti quoniam Prætoris Albi ſubire
cogitur punitionem. *dicta l. ſi quis id
quod*; & ibi Bald. *l. hodie, ff. ad leg. Cor-
neliam de falſis*: aut aliam etiam, quæ ex I
arbitrio deſcendat: vt voluit Ioannes
Faber *in §. pœnales, de actionibus*: cum
facti attamen ratio, & animi, quo
id fiat intuitu, habeatur. Pet.
Gregor. Tholoſan. *ſyn-
tag. iuris dicto lib.*
47. *cap.* 40.
ſub nu.
47. k

DE

A

DE HIS, QVAE AVFVGERE, ET obſeruare Apparitores debent.

Cap. vnicum.

Plurima penès DD. conſpicimus, B quæ decet longè ab Apparitoribus depelli: & primò quidem, ne Iudicis abſque eoquòd mandatum interſit, alicuius facere capturam præſumant, aut illum extra locum, vbi moram curia facit, officium audeant exercere, ni cauſę ſpecialitèr commiſſæ occurrant; vt extat diſpoſitio *pragm. 2. tit. de officio commiſſarior. & Algozir.* Vbi autem alicuius facere capturam coguntur, omni C hoc agere ſolertia debent: ex eo quia, ſi ſocordes in cauſa extent; lata erunt in culpa. Pla. *in l. per aquateres num. 1. C. de cenſib. & cenſ. lib 11.* quemadmodum prohibitum eſt, de facienda circa ſe captura quemquam monitum reddere, vt arripere inde fugam ille poſſit. Bouadil. *lib. Polític. 1. cap. 13. num. 11.* Eoquod ſi mandatum de capiendo, debitori notificarint, & ſic notificatus fugam faciat, D non ſolum Apparitor ad faciendam creditori ſolutionem tenetur, ac etiam officio ſpoliari, velut in illo delictum perpatrantem, illum oportet: per Tex. *in l. ſi aliquid C. de ſuſceptoribus lib. 10. & in l. Iudices C. de dignitat. lib. 12.* Capic. *deciſ. 121. num. 17.* Atenim ſi de certiorato fieri capturam criminali conueniebat pro cauſa, ex arbitrio equidem ſubire punitionem, cauſæ iuxta naturam, ad- E ſtringitur. DD. penès Farinac. *quæſt. 32. num. 19.* Menoch. *de arbitr. caſu 583. num. fin.* Cuius in ſententia eſt, illam conueniens eſſe punitionem illi adducere, quæ ij debet infligi, qui fugat carpit.

Ne cuiuſquam de bonis ſecundò, ni Iudicis adſit præceptum, capturam facere præſumant. *l. neminem C. de exhibendis reis l. cum clericus C. de Epiſcopis, & Clericis.* Bouadil. *loco citato num. 16.* Firmum etenim habetur, neutiquã de alicuius bonis facere capturã Apparitores F poſſe, ni & Iudicis, in ſcriptis, detur facultas: vt dictum ex Farinac. *quæſt. 27. num. 8.* quam compellitur, cum capturam facit, demonſtrare: vt ſcripſit idem Farinac. *quæſt. 32. num. 21.* per Tex. *in l. prohibitum C. de iure fiſci* Boer. *deciſ. 170.* & cœteri ibi ducti. Talitèr, vt iuſtè quidem reſiſtere Apparitoribus quiſquam valeat, vbi tali ſine licentia de aliquo faciant capturam: iniquè eoquòd in hoc verſari negotio dicuntur. G Farinac. *loco citato nu. 32.* quemadmodum, & cuicumque haud prohibitum, vt captum ex ipſorum arripiant manu, cum nullam dubitet incurrere in pœnam DD. penès Farinac. *loco ſupra citato num. 33.* Fraganti demas tamen ſi aliquem in crimine inueniant apparitores eo nam in caſu permiſſum ipſis eſt, Iudicis abſque eoquòd veniat mandatum, ipſum ad Iudicem trahere: H officij quoniam ex ratione in id ipſis mandatum tribui firmum eſt. Giurba *conſ. 98. nu. 3.* vt etiam ſi ex cõſuetudine ſit, eis minimè in ſcriptis poteſtatem committi: aut ſi mos ſit poteſtatis ex inſignibus exequutoribus credere: vt ſcriptum eſt ex Tholoſano *de Republ. lib. 4. cap. 6. num. 23. in fine.*

Aduertant tertiò ne aliqua illum forma ictibus malè agant, aut vulneribus I confodiant, de quo facere capturam debent: ex eo quia vbi hoc agere præſumpſerint, cum tutò ſuas illum redigere in manus poſſent, emeritam non aufugient pœnam: vt ſcripſit Pariſ. *de ſyndicatu in verbo, reſiſt. cap. 1. an Iudex poſt num. 5. verſic. adde quod ſi familia poteſt.* Grammat. *deciſ. 49. in fine.* Quo in loco de Apparitore quodam mentio fit, qui cum fugientem inſectaretur, humi lapſum, K vulneribus confodere, ac neci tradere non dubitans regias ad triremes ad remigandum per triennij ſpatium fuit cõdemnatus: Menoch. *autem de arbitr. caſu 578.* Tres attulit in diſtinctionem caſus. Et primus extat, ſi delinquens, qui graue perpatrauit crimen, captandus adeò

in-

A innixis ſeſe viribus tueretur, vt nulla alia in miniſtrorum manus venire forma poſſet, ni, vel ſaucius redderetur, vel necem ſubiret; & hoc in caſu nihil pœnæ in Apparitores adducendum affirmauit. Poſterior eſt, vbi illum contendent capere Apparitores, quem iniquè ſciebant capi, & cum iſte ſui defenſionem ſuſciperet, vulnera excepiſſet, aut morti eſſet datus; tunc equidē
B ob hoc dixit Apparitores, teneri. Vltimus eſt, quando in illum hoc Apparitores agerent, qui & capi iuſtè poſſet, & neutiquam ſeſe tueretur, at humi pronus cecidiſſet, & hoc fermè in caſu extraordinariam, ex Iudicis nempè arbitrio, infligendam punitionem aſſeruit: vt *ex deciſ. ſupra citata* Gramm. *num.* 41. Hac de cauſa probati per Apparitores reſiſtentiam oportet, dum illam, vt ſe
C reddant, excuſatione dignos, proponūt: vt ſcripſit Farinac. *dicta quæſt.* 32. *n.* 59. vbi *num.* 20. Rationem affert ita: quoniam cum vulnera necemque inferre prohibitum ſit, vbi quiſquam aſſerat, ſeſe talia, vel, vt vim repelleret, vel alia ex cauſa perpatraſſe, permiſſo debet in caſu qualitatem, vnde excuſatio deſcendit, claram reddere: nam ſi diuerſo agat modo condemnationem ſubibit: citat Maſcardum *concluſ.* 490. *num.* 17.
D *& concl.* 867.

Quo autem in caſu per publicas ducta iniuria perſonas debeat vindicari, conſiderandum venit: aut illas, dum officium exercent, muneriſque adminiſtrationem retinent, delictum perpatrare: aut, illud extra, crimen committere. Et quoad primum eſt dicendum, quòd æquo iniurias tolerari animo decet, ordinaria quo vſque via con-
E ueniantur: ipſorum namque pro ſententia præſenti muneris ſpatio æquitas præſumitur, donec quidquam ex contrario demonſtretur. *l. penultima*, *ff. de iuſtitia*, *& iure*. Circa poſteriùs poſſumus affirmare; quòd, ſi proprium extra officium iniuria ex ipſis inferatur congruum ad Iudicem, priuatæ velut perſonæ deduci: ſuæ quoniam extra iuriſdictionis limites minimè ad eos F
ſpectat, ſibi ius dicere: Can. *inter querelas* 33. *quæſt.* 4. *l. vnica*, *C. ne quis in ſua cauſa iudic. l. qui iuriſdict. præeſt*, *ff. de iuriſdict. omnium Iudicum*, *l. Iulia: ff. de iud.* Circa miniſtros autem, magiſtratuum iuſſus, eos excuſatione dignos reddunt, aliquem, licèt capite priuaſſent, aut etiam ipſorum mandato neci dediſſent. *l. ſi id quod*, *de iuriſdict. omnium Iudicū. l. quamquam*, *& l. quod Principis*, *de aqua pluuia arcen.* Hoc autem eo verum in G
caſu eſt, quo ex officio, & publicæ velut perſonæ, & proprium ſecundùm munus hoc illis iuſſerint, cum ex contrario accidat, ſi tanquam priuatis hoc ipſis præcipitur. Tholoſan. *loc. cit.*

Apparitores verò, vbi officij in exercitio, excedentes delinquant, vel quidquam committentes, illum conueniri per Iudicem debent, cuius mandatum exequutioni dant, ex quo punitionem H
excipient. At ſi extra officium crimen patrent per ordinarium coerceri Iudicem ipſos, conuenit: vt Tholoſanus *de Republ. lib.* 4. *cap.* 6. *in fine.* per Textum *in l. nulli officialium*, *C. quorum appell. non recipit.*

Quæſtio autem à Doctoribus proponitur: an huiuſmodi Apparitores inculpatæ moderamen tutelæ adhibere compellantur? Nè punitione affligan- I
tur commiſſo pro exceſſu? Et aliqui interſunt, quorum eſt ſententia, ad hoc illos neutiquam adſtringi: vt ſunt Amodeus *in tract. de ſyndicatu*, *in verbo item in eo*, *num.* 100. quem ſequitur Boſſius *tit. de captura num.* 12. Grammat. *dec.* 41. Moder. Roman. *quæſt.* 32. *nu.* 40. *verſic. amplia* 1. Maſcābrunus *conſil.* 53. *nu.* 29. Cabal. *quæſt. crimin. caſu* 132. *n.* 3. *verſ. &* K
hoc adeo.

Aduerſa verò permanet in ſententia Imola *in l. ex hoc conſenſu*, *§. fin. ſub nu.* 39. *ff. de appellat.* quod ſcilicèt omninò inculpatæ moderamine tutelæ debeant vti; quam etiam opinionem defendit Andreas Fachineus *controuer. iuris lib.* 9. *cap.* 73. Boer. *deciſ.* 170. Ac propterea vbi facere de fugiente poterunt, abſque

Ppp eoquòd

A coquòd offenſio interſit, capturam, nulla permittitur forma, illum malè agere. Vnde, ſi ſine armis fiat reſiſtentia, neutiquam licet armis eum opprimere : at ſi pugnis fiat, & pugnis certare Apparitores debent, vt reſiſtentiam repellãt. Grammat. *dicta deciſ.* 41. *in fine.* Moder. Romanus *dicta quæſt.* 32. *num.* 44. *verſ. contrarium credo*; affirmant, quòd minimè conueniens eſt Apparitoribus vulnus, aut necem adducere fugienti, ac
B illi, qui ſuam non ſuſcipiat defenſionẽ telo: propriè namque ille reſiſtere minimè dicitur, qui fugam arripit: vnde quis hoc concedere Apparitoribus velit? cum illorum multum adderet audaciæ: quoniam cum reſiſtentia manualis nominetur actus, nec in fuga iſte interſit actus; ergo qui fugit reſiſtere non dicitur, ac ex conſequenti non de-
C bet ex Apparitoribus, ad reſiſtentium inſtar malè agi.

Meo attamen iudicio tunc Amodei vim retinet ſententia, vbi de illo fieri capturam oportet, qui abſque punitionis metu, excipere à quocumque offenſam poſſet: vt dixit Angelus *de maleſic.* poſt quem Modern. Roman. *dicta quæſt* 32. *num.* 45. & Scaccia *tract. crim. cap.* 46. *num.* 32. *& cap.* 93. *num.* 2. Qua
D firmant in parte, quòd & ſi reſiſtentiam telo haudequidem hic faciat, impunè tamen valet neci tradi: & Caualcan. *de brachio regio par.* 1. *num.* 223. dictum reliquit: quòd vbi grauibus adſit Iudicis mandatum in negotijs, & factis, capiendus reſiſtentiam faciat, itaut impunè à quocũque poſſit offenſione affici, morti que dari, vtile Apparitoribus erit, vt ad ſe teſtes ad omnia adnotanda con-
E uocent, & poſtmodum Iudici referant, qui ex officio informationes adſtringitur conſtruere, ad hoc vt notum ſibi reddatur, quo caſus acciderit modo.

Demas etiam ſi Apparitoribus ex Iudice ſit mandatum, vt vel viuum, vel humanis priuatum auris, capiendum, ſuam reducant in poteſtatem. Baldus *in authen. ſed omnis num.* 37. *verſic. ſed quæritur*, C. *ne vxor. pro marit.* quo autem in caſu talem concedi ex Iudice F
capiendi facultatem decet, quæque debeant requiri: vide Farinac. *d. quæſt.* 32. *num.* 53.

Apparitores igitur moderata ſeſe gerere forma reſiſtentiæ ſecũdum qualitatem, hoc euentu, coguntur, nè de exceſſus delicto argui poſſint: vt voluit Facchin. *dicta controuerſ.* 73. *lib.* 9. Cum habita tamen, inculpatæ ad modum tutelæ ratio ſit; ita vt ſi capiendus reſi- G
ſtere inermis videatur, minimè debet vulneribus deformari, aut etiam armis percuti: vt in puncto firmauit Scaccia *tract. crimin. cap.* 46. *num.* 32. & Cabal. *dicto caſu* 132. *num.* 4. *circa medium*: vbi ſubdit, quòd ſi ex Apparitoribus illa in tutaminis ratione exceſſus committatur, quæ in repellenda reſiſtentia ſeruari debet, excipere punitionem, exceſſus iuxtà quantitatem, qualitatem- H
que compelluntur: & latè Caualcan. *dicta parte* 2. *num.* 64. Quo in loco quinque affert requiſita, ad hoc, vt adhibitum dicatur moderamen: vnde aduertant Apparitores, vt, quoad viribus permiſſum eſt, ſeſe à vulneribus, occiſionibuſque ſtudeant abſtinere, quidquam nè ſcandalum in populo, tumultuſque conſurgat.

Excuſatione verò digni Apparitores I
iudicantur, ſi iniquam Iudicis ſententiam, præceptumque in illis, quæ proprium ſpectant ad officium, exequutioni demandent. Gloſa *in l. non videntur data*, §. *qui iuſſu*, *ff. de regulis iuris*. Farinac. *de pœnis temperan. quæſt.* 97. *caſ.* 6. *num.* 121. Alicui quamquam necem inferant: vt probatur *in cap. miles*, *& cap. cum homo*, *& in cap. homicidium* 23. *qu.* 5. Farinac. *loco citato num.* 122. qui *n.* 123. K
excuſatione voluit dignos eſſe Apparitores, quo in caſu aliquem carceri iniectum, licèt iniquè, tormentis ſupponunt: allegat Baldus *in l. certè conditio*, *col.* 5. *verſic. vnde cum daretur libel. ff. ſi certum petatur.* Vt pari forma excuſationem excipient, ſi alicui, qui delinquens dicatur, alteriuſue Iudicis ex iuſſu, licèt indebitè, domum diruant: per Gloſam

in

A *in l. non videntur data, §. qui iuſſu, in verbo qui iuſſu, ff. de regulis iuris*. Quod ex contrario accidit, ſi Iudex, velut priuatus, id mandaret, aut etiam in his hoc agere, quæ proprium non ſpectare ad munus certum eſt: nulla eoquòd tunc excuſatio, at punitio Apparitoribus infertur. Farinac. *loco citato nu.* 126. Et ſi poſſint in leuiori negotio excuſari: vt voluit Farin. *n.* 128.

B Vigilantèr quartò Apparitores curent, nè illa ſine virga incedant, quæ de Iuſtitiæ adminiſtratione ſignum eſt, perſonalemque denotat officij dignitatem: vt ſcripſit Maſtrill. *lib.* 5. *cap.* 8. *de magiſtrat. ſub num.* 106. Talitèr vt quo in caſu ex horum quiſquam tali abſque ſigno eat, & ab ignorante illos huiuſmodi eſſe, ſit percuſſus, neutiquam in hunc ea infligitur punitio, quæ Regia in pragmatica in reſiſtētes officialibus, C continetur: prout ſcripſit Maſtrill. *loco ſupra citato num.* 108. Valet enim qui offenſam infert, ſui excuſationem ſuſcipere, affirmans, ſibi minimè notum, ipſos tales haberi, immò viſum inimicos fuiſſe: vt ſcripſerunt Doctores penès Farinac. *de carcer. & carcerat. quæſt.* 32. *num.* 37. & Clarus *in pract. quæſt.* 39. *in fine princip.* ibi: *Saltem habeant inſignia, quod ſint ſatellites.*

D Apparitores etenim illo extant inuiolabiles modo, quo legati, cùm etiam ſacroſancti fuerint nūcupati: penès Tholoſan. *ſyntag. iuris lib.* 47. *cap.* 40. *num.* 27. Eorum quoniam poteſtas Principis ex perſona, qui hac exequendi facultate ipſos decorat, conſiderari, propria non autem ex perſona debeat: talitèr vt ſi ex quocumque, dum in Curia ſuum E exercent officium, iniuria fuerint affecti, capitis in cum infligi pœnam decet: quemadmodùm ſi quilibet ipſorum è manibus quemquam ad carceres ducendum eriperet: aut illum, qui confeſſus eſſet conuinctus vel etiam damnatus læſæ crimen patrat Maieſtatis, emeritamque tanto facinori pœnam ſubit: per Text. *in l.* 4. *ff. ad leg. Iuliam maieſtatis*: ibi: *item qui confeſſum in iudicio reum, & propter hoc in vincula coniectum emiſerit*. per Textum quem notauit Bartol. ibidem *n.* 3. Lucas de Pen. *in l. quoties num.* 5. *C. de exact. trib. lib.* 10. Alexan. *conſ.* 35. *num.* 4. *verſ. quandoque punitur vol.* 2. Guidon Papa *dec.* 79. Pet. de Gregor. *ſyntag. iuris d. lib.* 47. *cap.* 40. *num.* 28. Farinac. *de carcerib. & carcerat. quæſt.* 32. *num.* 1. & 2. Vbi aſſerit huiuſmodi Textum vim etiam illum contra includere, qui Apparitorum è manu quemquam eximit; cum nihil obſtet, quod de illo verba faciat, qui carceribus iniectum eripere auſus fuerit: ex eo quia dum captus in miniſtrorum reperitur facultate, carceratus dicitur, nec minoris delictum æſtimationis putauit, quemquam ex officialium auferre manu, quàm ex carcere violentèr liberare; vtroque nam in caſu æquali forma Principis Maieſtas iniutiam excipit. H Qua de re ſi quilibet, aut condemnatus ſit, aut confeſſus, vel quocumque capitali pro crimine pœnam excepturus Apparitorum eximitur è manu, læſæ quamuis non ſit Maieſtatis reus, aut etiā quod nullo modo, vt offenſam adduceret, & Regis diminutum redderet Imperium id egerit, læſæ crimen committet Maieſtatis: vt concluſionem aduehit Farinac. *loco cit. n.* 4. *in fine.*

F

G

I Qui autē debitorem exemerit, æquali pro illo tenetur forma, ac ſi eius in fauorem fideiuſſionem dediſſet: vt eſt in placitis Tholoſ. *loco cit: ſub dict. n.* 28. per Text. *in l.* 3. *C. de exactor. trib. lib.* 10. cuius verba. *Quoties quis, & priuati debitor inuenitur, & fiſci abreptus ab vno officio teneatur ad vniuerſi debiti ſolutionē, qui eum abſtulit carceribus, ac totius ſummæ ſolutionem in ſe ſuſcipiat, qui eumdem audendum, ſubtrahendumque crediderit.* K Et arbitrariæ ſubiectus punitioni erit, eoquòd iuriſdictionem perturbare iniuriamque officio inferre minimè dubitarit: vt ſunt Doctorum dicta penès Farin. *dicta quæſt.* 32. *n.* 7.

Circa quæ ampliationem adferunt Doctores, etiam ſi ille, de quo facta per creditoris calumniam, captura, &

A officialium de manu ſit ereptus, re vera
debitor illa pro quantitate ſit,pro qua
fuit captus:vt probat Tex *in l.ſi per aliū,
§.in eum,ff.ne quis eum, qui in ius vocan.
vi exim.* cuius ſententia hæc;*In eum au-
tem, qui vi eximit in factum iudicium da-
tur, quo non id continetur, quod in veri-
tate eſt: ſed quanti ea res eſt ab actore
æſtimat, de qua controuerſia eſt. Hoc enim
additum eſt, vt appareat etiam ſi calum-
niator quis ſit, tamen hanc pœnam eum*
B *proſequi*. Et per hunc Textum idem af-
firmauit Paris de Puteo *tract.de ſyndica-
tu, in verbo captura, cap.3.num.2.* Non-
nulli tamen adſunt Doctores, qui locū
huic ſententiæ affirmant neutiquam eſ-
ſe, quo in caſu officialium exemptus
de manu iniuſtè fuiſſet captus:per Tex.
in l.edictum,ff.ne quis eum qui: Has autē
opiniones diſtinctionis conciliauit fœ-
dere. Farinaceus *d.quæſt.32.n.13.* affir-
C mans, quòd, vel ereptus debitor ſerua-
to iuris ordine fuerat captus vel ex ad-
uerſo. Et primo caſu,ereptorem voluit
ad debitum teneri, etiamſi ereptus re
vera debitor haud eſſet: poſteriori dicit
nullo modo poſſe ad hoc eum compel-
li, qui hominem ex Appatitorum eri-
puerit facultate.

Extenſionem etiam attulit Farinac.
D *num.*14. huiuſmodi ampliationi vim in-
eſſe, ereptus quamuis debitor in car-
ceres poſtea inijciatur: hunc enim per
actum eripiētem iudicauit illi liberum
eſſe obligatione, in quam eximens in-
ciderat.

Caueant demum ne alijs, ſibi com-
miſſas ad exequutionem tradāt cauſas:
huiuſmodi namque ex ſubcommiſſioni-
bus, vel effectum Iudicis ſententiæ nul-
lum ſortiuntur, vel tardè exequutioni
E demandantur: quemadmodum aduer-
tit Bouadill. *dicto lib.2. cap. 13. num.15.*
plurima qui affert mala, quæ tali ori-
ginem excipiunt ex ſubcommiſſione.
Et quo in caſu de aliquo faciendā cap-
turam, vt carceri inijciatur,Iudex man-
darit, aduertant ne Iudicis in aſpectum
illum aduehant, ad hoc, vt exclamatio-
nes euitentur, nec ex rogamimibus

æquus Iudicis declinet ex Iuſtitia F
animus, ita vt ex ordinarij deſiſtat, aut
etiam ne ſecreta carcerationis cauſa
publica euadat: ſicut aduertit Bouadil.
loco ſup. citato n.42.

Vigilum autem Præfectus horum
nominatur caput *ex l.3.ff.de offic. Præf.
vigilum*, & pedeſtri ſermone, *Capitano
di Guardia di Corte*, nominatur: ſub cu-
ius ductu multi permanent Apparito-
res, ſiue Algozirij, quòd pro Ciuitatis G
cuſtodia diuidit,vbi Curia reſidet,quod
quidem officium ſuam recipit dignita-
tem, fulgoremque: vt ſcripſit Bouadill.
lib.1.Politic.cap.13.ſub nu.10. Cum ma-
gni ſit honoris, authoritatiſque. Ipſi au-
tem norma pragmaticalibus tribuitur
in Conſtitutionibus *parte 2. tit. dell'offi-
cio del Capitano di Guardia di Corte,e delli
Algozini.* Cum etiam circa Apparitores
aliquæ occurrunt inſtructiones: Et H

Primò quidem eum debent Appari-
tores in caput recognoſcere, illique
præſtare obedientiam tenentur, cum &
ipſe penès Proregem, & Magnam Re-
giam Curiam facere moram debeat: ac
illum quando ex palatio egreditur, co-
mitari ſtudeat, ſeſeque promptnm corā
Magnæ Regiæ Curiæ Præſide,Aduoca-
toque Fiſcali criminali præbeat: vt illo-
rum exequutioni tradat mandata: ex- I
cubias nocturno facere, diurnoque tē-
pore cogitur, vt contentiones euiten-
tur: illoſque capiat, qui aliquod per-
patrare delictum ſint auſi, illoſque ho-
mines, quos vulgò vagabundos voca-
mus; quemadmodum & quos aleis ex-
tra Ciuitatis mœnia, illiuſque in por-
tis ludere videat, ſaxiſque, aliaue for-
ma ſeſe inter certaminis inſtar concur-
rere, miniſtrorum opera curet appræ-
hendi; quemadmodum & ſuas redigi
in manus bannitos inuigilet. Hebdo- K
madarij in Iudicis aſpectu, Aduocati-
que Fiſcalis criminalis,aut etiam(ſi hoc
petant) Proregis illos aduehat delin-
quentes, qui fuerint capti, cum, ſi no-
ctu id accidat, ad Hebdomadarium du-
cat, vel in carceribus(vbi non recuſa-
bunt) illos depoſitet: ſed ſi hoc ob ar-
morum,

A morum, vel fragantiæ pœnam eueniat, illa ex intimatione remittat, vt sui in aſpectum poſtero ſe ſiſtat die; quòd ſi illi obedientes ad hoc ſe præſtare recuſarint in Magnæ Regiæ Curiæ actis inmitionem, quæ nullam fuerit obſeruantiam ſortita, denunciet.

Huic autem ex Magnæ Curiæ Præſide examinatorum, eorumque, qui eo in ipſo eat, eiuſque ad petitionem fra- B gantium delictorum, & circa vagabundos etiam capiat informationes, & iniunctiones, quæ ex Magnæ Regiæ Curiæ mandato explicentur, ſcriptis tradere non negligat.

Ex partis verò inſtantia criminalem ob cauſam, quacumque poteſt de perſona facere capturam, aut ex alio fieri mandatum dare (Iudicis etiamſi non interſit iuſſum) ni tamen titulo ſit decorata, vel authoritate præcellens, vt, C vna cum inſtāte parte ad Magnam Curiam trahatur, ad inferendam capti circa,culpa, vel partis, ſi ex calumnia id egerit, ſententiam: cum ciuilibus etiam in negotijs quocumque de homiue tradere exequutioni, ex Iudicis mandato valeat; ipſi atenim incumbit moderatos haberi Algozirios, ipſorumque inuigilare actioni: extorſiones non diſſimu- D let, aut permittat officij ſub colore, quemquam, ex ipſis, malè agi: quos & ad ſeruitia alacres teneat, & ſollicitos, ac in exequutionibus (tuta tamen miniſtrorum perſona) congruam ſeruent, hominum iuxta qualitatem, quos aduersùs id fiat, modeſtiam. Tres in acies, quæ æquales diuidi Algozirios curet, quarum quælibet alternatiuè ad loci excubias, territorijque, vbi Curia ex- E tet, venire non negligat; cuiuſcumque autem Apparitoris munus, qui de acie ſit, omni habetur die, ſe in Capitanei aſpectu præſentare illaque hora,& parte, quæ ſit conſtituta, vt illas exequatur res, quæ in diem fuerint ipſis commiſſæ, rationemque de actis reddat, adeſſe: permiſſum etiam ipſi Capitaneo eſt, cuilibet ad excubias interuenienti plumbeis inſtructos globis ſclopos, haſtataque præbere arma: quālibet etiam F ad excubias præfixam aciem aliquo regi velit ex Algozirio, qui in caput dabitur, maiori ad hoc vt facilitate, ac ordine coaduneur, & in illis, quæ occurrunt, negotijs, veniat: vnicuicumque autem Apparitori licitum eſt, vt è ſeruo haud vetita, tàm diei, quàm noctis tempore, deferri arma faciat, ad hoc vt promptiùs ad excubias interſint. Prohibetur autem Apparitoribus, gemino G in menſe, quo agere excubias tenetur, illo recedere à loco vbi reſidentiam Curia faciat, ad aliquid exequutioni demandandum, niſi & alitèr Illuſtri videbitur Præſidi: vt pari forma nè illas acceptent commiſſiones, ex quibus extra Curiam commorari adſtringantur tempore, quo excubias ipſis incumbat agere.

Capitaneo verùm arma applicantur H ducendo prohibita, ſi in fraganti portantes fuerint capti; vt paritèr conſtitutum eidem pedagij pro iure quinque recipere in Ciuitate tarenos, & ſi tria intra milliaria ex Ciuitate contigerit abeſſe, decem: & ſi hoc vltra ſpatium ſit, & de eorum reuertatur die quindecim dari conuenit, cum noctem extra Ciuitatem ducere vetitum ſit; tenetur verò curare, vt vexillum conſtituti Al- I gozirij aſſocientur, quo quiſquam in caſtr ad mortis trahitur locum, & ex ipſorum vno illud afferri, qui vna cum Capitaneo equeſter ire debet, quemadmodum ad ipſum ſpectat incumbere, vt ſedilia in Eccleſijs aptè collocentur.

Si virgam Apparitor quilibet portare neglexerit ex officio debet per menſis curſum ſuſpendi, & ſi fortè illo abſens eſſet, quòd fuerit præfixum ad agēdas excubias tempore, neutiquam in K poſterū exercere officium valebit; quod ſi legitimū abſque eoquòd interſit impedimentum facere excubias eo, qui contingerit, menſe recuſarit, qualibet pro abſentia duorum emolumenta dicrum, totidem noctium in iacturam dabunt: cum, ſi triplicem hoc per vicem committere ſit auſus, proprio in carceres

res

A res inijcietur ad Præſidis Magnæ Regię Curiæ beneplacitum, Capitaneo, eademque infligitur cuicumque Algozirio pœna, qui, cum ſit illius aciei ad excubias deputatæ, legitimo ſine impedimento abſit. Vnde tenetur ſequenti die ſe ſuo coram Capitaneo perſonalitèr ſiſtere: in carceres etiam Guardiæ in Curia Capitaneus illos debet Algo-
B zirios mittere, qui minimè ſtuduerint condemnatum ad patibulum aſſociari, qui tādiù illo permanebunt in loco, donec Præſidi placeat; vt æqualitèr hanc ſubibunt punitionem, qui proprio pręſtare noluerint obediētiam Capitaneo;
nec ipſe impunè ſe habet, ſi æqua ſine F
cauſa ſeſe quolibet præbere die Præſide coram, Fiſcalique Magnæ Regiæ Curiæ Aduocato neglexerit: ex eo quia vbi hoc agere non dubitarit, illius emolumentis diei, ſequentiſq; noctis priuus euadet; nec non ſi in his controueniat, quæ pragmaticalibus in conſtitutionibus reperiuntur præfixa, punitionem ex Proregis ſubibunt arbitrio. G

Adſunt etiam aliqua hoc ad munus apta, quæ videri ex quocumque poſſunt; & communia cum ſint Commiſſarijs exequutiuis eorum inſpiciantur in ſtatu.



D E

A F

DE
CARCERVM CVSTODVM STATV.

B G

C H

EX Apparitorib⁹ capti, Iuſtitiæ pro adminiſtratione duci ad carceres debent, vt in tuto cuſtodiãtur loco: vnde ſtatuti carcerum Cu-
D ſtodes ſunt, cum ipſis, & ad Iuſtitiæ exercitium neceſſarij dicantur: vt ſcripſit Giurba *in conſil.* 88.*num.* 10. qui aduehit doctrinam Felini *in cap.* 2. *ad finem, de foro competenti.* Mandoſ. *de priuilegijs* ad inſtar *Gloſa* 11. *num.* 32. Rebuffus *de priuilegijs ſcholar. quaſt.* 166. *num.* 1. Gratian. *deciſ.* 233. *num.* 12. *&* 20. Ipſis namque ad hoc, vt
E emerita reis infligatur punitio, eorum cuſtodia incumbit: Baldus enim *in l. imperium in prima lectura, ff. de iuriſdictione omnium Iudicum.* Quadruplici affirmat carcerem genere proponi. Et primum, qui perpetuam ſecum aduehat pœnam: iuxta Canonum diſpoſitionem *cap. nouimus, §. fin. extra, de verborum ſignific.* Abb. *in cap. cum non ab homine, & cap. at ſi Clerici, extra, de iudic.* Et hoc fermè in caſu, perennis quoniam carceris flagellum mortis ſæuitici æquale ducitur, eſt in placitis Innocentij, aliorumque in *cap. qualiter, & quando, extra, de accuſation.* ad merum pertinere imperium: Modicæ conſiderationis ex poſteriori coercionem adduci, & eo euentu minimi di- I
citur Imperij, tertium qui ad cuſtodiendum eſt conſtitutus, & eiuſdem eſt ſpeciei, ac principalis; vltimum tandem domeſticum, qui tunc licitus eſt, vbi expreſſæ adſunt cauſæ: vt *in l. Diuus, ff. de officio Præſidis*: de quibus omnibus ſcripta reliquit Caſſan. *in conſuet. Burg. rub. prima des iuſtices à num.* 99. *verſic. item omnis ſuplex.* Carcerum autem genus triplex ex Cælio Rhodigin. *antiqu.* k
lection. lib. 17. *cap.* 9. eſſe habemus. Ac primùm, in quo parum modeſtiæ amatores, integræque aduerſi vitæ aſſeruabantur, nocturno vt tempore excipere ab eruditis documenta ad æquum animi regimen poſſent, illaque ab artium profeſſoribus inſtructione perpolirētur, quæ bonos ad mores, viuendique modum ſpectare viderentur. Poſteriorem,

quo

A quo alieno implicitos ære inceptaque
ex vitæ petulantia repellendos, detineri
oportebat. Vltimum, cuius in ſinu im-
manibus præclari flagitijs Cœlorum
aſpectu, hominumque cœtu indigni, tor-
quebãtur, vitijs, vitæque turpitudine in-
fames, & propediem punitionem ex-
cepturi ſquallido vmbrarum horrore
cruciabantur.

Ille autem locus carceris ſibi nomen
B vèndicat, in quo noxios includi vide-
mus, aut etiam vnde cuiquam egreſſum
haudequidem facere permittitur, & vt
aſſerit Varro, fuit à coercendo nuncu-
patus: eoquòd in illo ne exire poſſint,
vincti coerceantur; hac de re priſcis tẽ-
poribus, locus, ex quo equidimitteban-
tur, quoque tandiu perſiſtebant, quo
vſque ſignum emiſſioni daretur, carcer
fuit dictus.

C Carceris autem definitionem nobis
dedit. Petrus Gregor. Tholoſa. *ſyntagm.
iuris lib.31. cap. 33. num.6.* Quod tutus
nimirum locus ſit, & horribilis, delin-
quentium, aut debitorum cuſtodiæ de-
putatus: & quidem horridus extat, tàm
ſi oculos ad illas vertas miſerias, ſqual-
loremque ex quo ibi concluſi excruciã-
tur, quàm ſi illam reſpicias ſocietatem,
quæ pernicioſis cum hominibus, cuiuſ-
D modi latrones, homicidæ, ac huius mõ-
ſtra generis ſunt, habetur: his etenim
facili negotio vitæ corrumpitur integri-
tas, peioreſque mali redduntur: vbi au-
tem aliqua minimè diſcedere quis valet
ex parte ſeruituris dicitur ſpecies quæ-
dam, quæ morti diſpar non eſt, vnde
mala nuncupatur manſio, carcer. *l. penes
Labeonem ff. de iudicijs.* Omnes qua de
cauſa carceres, licèt ſpatioſi extant pro-
E pria pænam retinent ex natura, diminu-
ramque reddunr liberratem, & mæſtitia
conſequenter animum afficiunt: vt dixir
loco citato Tholoſ. *num.* 8. quod non ali-
ter incedit, ac in auibus, quæ vbi liber-
tatem, clauſtris incluſæ amittunt, canen-
di dulcedinem, ſuauemque vocis ame-
nitatem deperdunt: vnde optimè Cic.
lib. 2. in Catilin. ſcriptum reliquir. *Vin-
dicem nefariorum, ac maiorum ſcelerum
maiores noſtros carcerem eſſe voluiſſe.* Sce- F
leſtorum igitur audaciam carcerum de-
primit formido, cum Titus Liuius *lib. 1.
ab vrbe condita dec. 1.* ſic *An cum merciũ
ingenti incremento, rebus acutis, cum in
tanta multitudine hominum facinora clan-
deſtina fierent, ad terrorem increſcentis au-
daciæ in media vrbe imminentem fore, ædi-
ficaſſe.*

Et hominum quoniam ad cuſtodiam,
non autem ad punirionem inuentus eſt G
carcer. per Tex. *in l. aut datum* §. *ſolent
ff. de pænis,* ibi *Carcer enim ad continendos
homines non ad puniendos haberi debet.*
Reipublicæ propterea Moderatores ha-
buerunr in cura illi aptos muneri carce-
res ædificari, ad quod fuerint conſtituti,
& qui equidem ſolam præfiguntur ad
cuſtodiam quemadmodum ſunr illi, qui,
vt debitores contineant, aut reos de
quibus nihil ſit probatum, conſtructi, H
haudequidem ita ſæui exiſtere debent,
vt qui ad leuiorum punitionem delicto-
rum fiunt, cum etiam nec qui ad pænam
veniunt illius ſint horroris, quem præ-
ſeferunt qui fuerinr ad ſuplicium depu-
tati: vt explicatum ex Tholoſa. *de Re-
publ. lib.2. cap.7. nu.3.* Alij ideò in fæ-
minarum pænam, alij in virorum terro-
rem erecti carceres fuere: *vt in l. 3. C.
de cuſtod. reorum.* Ac, ex eo quia de iſtis I
haberi cuſtodiam neceſſe eſt, vt expli-
caui: hinc factum, vt cuſtodum cura ſit,
carcere detentos ſecundum Iudicis or-
dinem retinere, cũ eius abſque eoquòd
facultas interſit, neminem poſſint libe-
rum remittere. *l. nequis, & l. milites* §.
ſabino ff. de cuſtodia reorum; & iure qui-
dem optimo ex pragmaticæ Regni di-
ſpoſitione deſcendit, quod nemo liberè
ex carcere valeat dimitti, niſi & Iudicis K
adſit mandatum, magiſtrique Notarij,
vel ipſorum Apodixa detur: *vt in tit. 31.
to. 1.* habetur, vbi Muta *num.* 8. Carce-
rati enim depoſiti veniunt loco, quod
nemini reſtitui oportet, niſi & depo-
nenti *l. bona fides ff. depoſiti argum. l. 1. in
principio. & l. Lucius, ff. depoſiti.* Paris *de
ſyndic. in verbo carcer, & carceratus cap. 5.
in principio.* Talitèr vt permiſſum neuti-
quam

A quam ipſi dicitur, carceribus iniectum,
liberum remittere, ni & Iudicis inter-
ueniat iuſſum, etiamſi proprium credi-
tor præſtet conſenſum, & ſatisfactionē
exceperit. Beccius conſ.44. nu.34.lib.1.
Farinac. dicta quæſt. 31. nu.93. Bouadil.
lib. Politic. 3. cap.15. num. 44. Quòd ſi
aliquo in caſu carceratum de fuga ſu-
ſpectum abſque Iudicis facultate libe-
rare præſumpſerint, læſæ tenetur ſolu-
tionem facere de intereſſe, parti, quam-
B uis de illo iniuſtè facta captura fuiſſet;
quoniam, ni Iudicis occurrat mandatū,
prohibitum redditur, ex carceribus ali-
quem egreſſum facere, permiſſum vel-
le, licèt illud adſit ſtatutum, ex quo
præcipitur, quòd iniquè carceribus in-
iectus, eoquòd hoc Iudicem circa, non
autem carcerarium intelligi decet. An-
char. conſ. 340. num.4. verſic. venio ad
tertium, & conſ. 341. verſic. ſuper tertio,
C num.4. Io. de Auna conſ.53. in fine n. 4.
Tuſcus lit. C. concluſ. 1121. num. 4. Vbi
autem facta ex carceribus remiſſio per
Iudicis facultatem fuerit, neutiquam
carceri cuſtodi vetatur, id vſque in ſpa-
tium retinere carceratum, quo de car-
cerum expenſis fiat ſolutio: vt ſcripſit
Clarus §. fin. quæſt.62. num fin. Guidon
Papa deciſ. 448. & cæteri penès eum.
Sed etenim vbi fugam ex carcere ibi
D detentus faciat, cum cuſtos fuerit pre-
tio corruptus, hic ex Iudicis arbitrio
punitionem excipit, at ſi hoc ex negli-
gentia eueniat ex officio illum remoue-
ri opus eſt: per Tex. in l. carceri præpoſi-
tus ff. de cuſtodia reorum: & ſi Tex. in l.
ad Commentarienſ. C. eodem diſponat. Ad
commentarienſem receptarum perſonarum
cuſtodia, obſeruatioque pertineat, nec putet
hominem abiectum, atque vilem obijcien-
E dum eſſe Iudici, ſi reus modo aliquo fuerit
elapſus, nam ipſum volumus huiuſmodi pœ-
na conſumi, aut obnoxius docebitur, qui au-
fugerit. Nam in l. fin. ff. eodem. haberi
diſpoſitionem videmus. Pœnam pro mo-
do culpæ, vel caſtigantur, vel militiam re-
cuſant. Farinacei verò è ſententia huiuſ-
modi leges, aliaſque concordantis in
quæſt.31. nu. 4. Eamdem videmus car-
cerum cuſtodi adduci punitionem de- F
cens eſſe, quam excipere fugam faciens
carceratus cogebatur: quo in caſu fuga
ex nimia cuſtodis ſocordia fit ſequuta;
ſed ſi nimia neutiquam interuenerit, at
leuior negligentia, eo euentu eſſe pu-
niendum ex Iudicis arbitrio voluit, ita
vt mala ſit opinio DD. penès Farinac.
loco cit. num. 7. Aduehendam ſcilicet
carceris Cuſtodi in punitionem, vbi, &
dolo animum corruptus, & precio car- G
ceratum dimittere non dubitarit: in di-
ſtincto modo lethi pœnam, capitali etiā
ſi pro cauſa nequaquam ille fuerit de-
tentus: verius namque ipſe reputauit
in num. 8. & 9. Quod minimè mortis
pœnam ſubire cuſtos compelli debeat, ſi
ex precij motus intuitu, dimiſerit carce-
ratum, dempto quòd mortis ille puni-
tionem mereretur: ex quo ampliatio in-
fertur in num. 10. ductæ, carceris cuſto- H
dem aduersùs, regulæ non ſolum locū
ineſſe, quo in caſu in dolo cuſtos habe-
retur, ſi ſcilicet ex pecunijs ſtimulatus
carceratum liberarit; vt etiam vbi, abſ-
que eoquòd dolus interſit, in lata ſolùm
culpa, & ita in nimia extet negligentia:
magnam namque affirmat negligentiā
culpam dici, ac pari magnam culpam
forma dolum haberi: per Tex. in l. ma-
gna ff. de verbor. ſignific. Ac alio modo
in doli vicem magnam venire negligē- I
tiam. per Tex. in l. ſi merces §. culpam
ff. locati, qui aſſerit in num. 11. quòd re-
gularitèr quamquam nemini capitali-
tèr, aut quoad corpus, vel criminalibus
etiam in pœnis infligi punitionem de-
cens ſit, ſpeciale attamen exiſtimauit in
cuſtode haberi vt num. 13. ex quo ſub
fide carcerati fuerint dimiſſi, quòd in k
corpore, ac etiam capitalitèr excipere
punitionem adſtringatur, lata licèt ſo-
lummodo culpa, nimiaque interfuerit
negligentia, non autem expreſſo adſit
in dolo: imò in num. 14. ampliatam vo-
luit concluſionem: quod non ſolum de
dolo, nimiaque negligentia, & lata
paritèr de culpa: ſed de omni etiam,
quæ leuis ſit, & leuiſſima, teneatur: ad-
ducens Puteum in tract. de ſynd. in ver-
bo car-

A *bo, carcer, & carcerat. cap.* 3. *num.* 2. in medio, Boer. *in deciſ.* 217. *num.* 10. *qui affirmat* ex Bald. *in l. ſi vſus fructus* §. *denique ff. de vſufructu*, quòd leuiſſima quamuis in omittendo, culpa, dolus neutiquam ſit leuius, eoquòd omittere dicitur, quàm committere: & hac de cauſa criminalem haudequidem deuenire ad punitionem licitum eſt, ſpeciale attamen hoc eſſe in carceris cuſtode af-
B firmat, quòd ſubire punitionem valeat per Grammat. *voto* 29. *num.* 1. & 3. qui cuſtodiæ etenim cauſa ſibi mercedem capit, per quam exactam adſtringitur diligentiam præſtare; illius namque periculum leuiſſima etiam deſcendere ex cauſa poteſt: ex relatione Franciſci Beccij *conſ.* 44. *num.* 15. *lib.* 1. quæ quidem procedere aſſerit Farinac. *n.* 16. Non quoad carcerum cuſtodi corpora-
C litèr, ac etiam capitalitèr infligi pœna debeat; ſed quòd tantum legis Aquiliæ actione, vt damna, & intereſſe ob carcerati fugam ſequuta, reſarciat; ipſe teneatur: non negabit verò *in num.* 17. Leuiſſima permiſſum eſſe Iudici ex culpa, vbi ſibi id viſum fuerit, carcerum cuſtodi criminali forma punitionem adducere, cum habita tamen ipſius pro ratione culpæ conſideratio ſit, & leui
D hac de re, & leuiſſima pro culpa, leuem, leuiſſimamque inferri pœnam decet, neutiquam enim culpa dicitur cuſtos carere, apertum ſi per oſtium, quod fuerit ab ipſo ita relictum, nec ſolito clauſum modo, fugam carceratus arripuerit: ita Farinac. *num.* 26. addas iſto notabili in negligentia eſſe in caſu voluit Grammat. *voto* 29. *num.* 5. Qua de cauſa vbi locus non videatur, ex quo fu-
E gam fecerit, aut etiam arripere carceratus potuerit; vnde valeat cuſtodis culpa depelli, præſumendum eſſe affirmat Farinac. *ſub num.* 28. ex aperto carceratum fugam feciſſe oſtio; imò nec aliquam dicit adhiberi carcerario fidē opus eſſe, quo in caſu dicat, quòd licèt ex ianua carceratus liber exiuerit id attamen haudquaquam ſua voluntate, adulterinis at clauibus, alioque ferreo

inſtrumento actum, ex eo quia cuſtodis F cuius ex aſſertis hoc exponitur, probandi onus incumbit; dubia eoquod in cauſa ipſum aduersùs culpa præſumitur, ac etiam, negligentia: per Tex. *in l. fin. ff. de cuſtodia reor.* Qua præbet conſilium in cauſa, quòd tali debeat in caſu de peritis fieri electio, & quorum dictis demonſtretur, illud oſtium, ex quo fugam carceratus arripuerit, ferreo poſſit inſtrumento, vel adulterina reſerari claue G aut etiam ex contrario, quam iuxta relationem ſuam cogitur ſententiam adducere: ex quibus aſſerit Farinac. *n.* 33. in hoc Iudicis arbitrium interponi caſu decens eſſe, vt ſub conſiderationem, & cuſtodis qualitas, & fugientium conditio, aliæque vocentur circumſtantiæ, vt cognitio adſit; an cuſtodis, vel fugientium ex parte fuga deuenerit.

Negligens etiam carcerum cuſtos H dicitur, vbi carceratum in vinculis retinere minimè ſtudeat; quoniam hac forma neutiquam diligentèr dicirur de aliquo cuſtodiam habere; ac tali de re vbi fugam ille faciat, punitionem cogitur ipſe cuſtos ſubire. vt dixit Farin. *nu.* 35. Excuſatione tamen dignus eſt, vbi aut benè vinculis detentum, aut per ſtrictè ligatum illum teneat, ita vt ſi effractis vinculis, fugam fecerit, nullo, de I culpa, negligentiaue cuſtos argui modo poſſit: vt doctores eundem penès Farinac. *loco citato num.* 34. exponunt.

Negligentiæ autem reus eſt carcerarius, quo in caſu ad habendam carcerū cuſtodiam duos famulos, aut etiam ſub cuſtodes minimè curet apud ſe permanere. Farinac. *num.* 37. per Textum *in l. fin.* & ibi Gloſa *ff. de cuſtodia reorum* ibi. *Nec vni, ſed duobus cuſtodia committenda eſt.* K Quapropter ſi iſti ſic inter ſe nocturnum diuiſerint tempus, vt mediū vſque ad noctis curſum alter vigilias ageret, alter verò ſomno ſe traderet, & tunc, ſi de carceratis quiſquam fugam faciat, ille in obligatione habetur, qui vigil reperitur, cum neutiquam, qui dormit, ad aliquid adſtringatur. Boer. *deciſ.* 217. *ſub num.* 8. *qui in nu.* 38. Ampli-

plia-

A pliationem intulit, eo maiori vi negligentiam præſumi, & cuſtodem in obligatione eſſe, ſi, dum ſol terram auratis illuminat Splendoribus fugam carcerati fecerint: imò, quod plus eſt, ipſius in aſſertis eſt *ſub num.* 39. Negligentiæ reum, cuſtodem,& punitioni ſubiectum haberi, ſi, cum nox orbem tenebris occupat, fugam carceratus arripiat; vbi eum ſtrictiori, ac magis tuto in carcere
B includere non curarit: per ea, quæ notantur. *in l.* 1. *ff. de cuſtodia reorum*, cuius verba. *Et vbi nox geminauerit cuſtodiam in veſtibulis carcerum, & ſalubribus locis recipiat, ac reuertente iterum die, ad primũ ſolis ortum, illicò ad publicum lumen reduci.*

Nec minorem committere negligentiam cuſtos videretur, vbi tàm diei, tempore, quàm noctis, carceres abſque eoquòd alium inuigilate, ibi, curauerit,
C negligenter deſerat; & alium pergat in locum: vt explicauit idem Farinac. *num.* 40. Etiam ſi neceſſitas vrgeat; carceratorum etenim de fuga tàm ipſum teneri certum eſt, quàm ſubſtitutos. Demas tamen, propriam ni ad domum iret, vt membra ſomno reficeret, & eo ſeſe gereret modo, quo ſui facere prædeceſſores conſueuere Farinac. *num.* 42.

In culpa etiam carcerum cuſtodem
D eſſe dicimus, vbi carcerati ſequuta in carceribus mors fuerit, niſi & de contrario fiat probatio Maſcard. *de probat. concluſ.* 267. qui affirmat: obligatum ad ſpeciem, quæ de interitu probationem faciat, liberum reddi, fortuitum quamuis caſum demonſtret. Quod neutiquam vim in eo retineret, qui vel publici, aut priuati ad cuſtodiam officij compelleretur, eoquòd ſufficiens minimè eſt car-
E cerario de morte aliquid probare, ni & culpam non interuenire oſtendat: Clarus *in* §. *fin. quæſt.* 46. *verſic. ſed in hoc propoſito & in num.* 13. Ampliationem detulit Maſcardus, hæc ſibi locum vindicare quo ſibi ipſi in caſu necem carceratus induxerit: cuſtodis eoquòd culpa id accidiſſe præſumitur, quemadmodum attulit reſponſum. Modeſtinus *in l. fin. ff. de cuſtodia reorum.* Carceris enim incumbebat cuſtodi, ex diligenti F
inueſtigare in aliquo abditum loco ferrum haberetur, vel venenum ex quolibet fuerit eam ductum in partem: propterea, ſi hoc agere neglexerit carcerati lethum debet carceris adſcribi cuſtodi: citat Aretinum *conſ* 38. ex Tex. *in l. carcerati in fine ff. de cuſtodia reor.*

In obligatione igitur carcerum habentur cuſtodes, vt impedimentum adferant, ne in carceres arma, venena, & G
ſimilia ducantur, ex quibus, vel mors, vel carcerati fuga valeat ſequi Muta *in Pragmatica* 1. *Regni tit.* 31. *tom.* 1. Ad hoc vt dicere nemo poſſit, vel mortem, vel carcerati fugam ex carcerum cuſtodis culpa, vel negligentia ſequutam: per Tex. *in l.* 2. §. *effracturæ ff. de Præfec. vigilum* Guidon Papa *ſingul.* 15. Ad eos quoniam ſpectat, cuſtodes ponere, & ad iſtud propriam verſare vigilantiam: vt dixit Mura *loco citato num.* 14. H
per Tex. *in l.* 1. *ff. ad Syllanian.* Et eo præcipuè in caſu, quo graui pro cauſa, vel ex facinore in carceribus ille perſiſtat. Farinac. *num.*44. plures quo in loco, pro carcerarij excuſatione præbet cautelas, qui tandem *num.* 46. Iudicis remiſſum vult arbitrio: vt pari forma de mala famulorum, vel commentarienſis electione ipſe tenetur, per Tex. *in l.* I
fin. ff. de cuſtodia reorum, per ea verba. *Non eſt facilè tyroni cuſtodia credenda, nam ea perdita, is culpa reus eſt, qui eam ei committit.* Vbi namque malè ſit electio, culpa venit per Tex. *in l. quidam non idoneum ff. commodati.* Taliter, vt libet neutiquam principalis dicatur ſuum, quo in caſu exhibeat ſubſtitutum: vt habetur *in l. commentarienſem C. de cuſtodia reorum*, cum ſic. *Nec putes hominem ab-* k
iectum, atque vilem obijciendum eſſe Iudici. Quod multo maiori procedere ait efficacia Farinac. *loco citato num.* 52: Quo in caſu fuiſſent ad cuſtodiam, vel ipſius filij, vel vxor conſtituti, de ſuorum, eoquòd ſubditorum culpa, & etiam dolo carcerum tenetur cuſtos ex Iaſonis *conſilio* 27. quod incipit: *cuſtodes carcerum in fine volum.* 3. Quod

A pariter ſocijs in Commentarienſibus vim includit, vnum etenim alterius teneri de culpa, certum eſt. Boer. *dicta deciſ.*217.*num.*8. *poſt medium.* Subſtitutus dempto, quòd cuſtos principali ex commentarienſi diligens ſubſtitutionis tempore, ac fidelis fuiſſet iudicatus, cum talem ſeſe in cuſtodiendo geſſerit: vt aduertit Paris de Puteo de *ſyndicatu in dict. verbo carcer, & carcerat. cap.*5.*num.*40. Huiuſmodi namque ſub-
B ſtituti, quæ præceſſerit, fidelitas, ipſius demonſtrare videtur, culpam fortuitum fuiſſe caſum habito principalis ſubſtituentis reſpectu. Farinac. *loco citato*: per Textum à contrario ſenſu *in dicta l. fin. ff. de cuſtodia reor.* Aut etiam ni aliorum, de quibus, cum eſſent cæteris ſagaciores, eo copia eſſet in loco, electionem fieri non potuiſſet: cum Text. *in d. l. fin.* haudequidem præciſè prohibitum red-
C dat: tyroni committi cuſtodiam opus eſſe, non facili autem negotio id videtur permiſiſſe, quo in caſu minimè ſagaces inueniantur. Farinac. *ſub nu.* 56. Vel vbi de ſubſtituto, ex Iudice, aut ſuperiore facta electio fuiſſet; tunc namque neceſſarius appellatur, & ea de cauſa neutiquam principalem in obligatione haberi firmum eſt: vt voluit Paris *loco citato cap.*2. *num.*4. *verſic. ſi verò illos*
D *appoſuerit Superior*. Menoch *de arbitrar. caſu* 302. *num.*8. qui hoc veniam conceſſam cuſtodi voluit per Textum in *l. fin. verſ. interdum, ff. de cuſtodia reorũ.* quo atenim modo punitionem excipere ſubſtituens compellatur, ſi in culpa ſubſtitutus ſit; explicatum eſt ex Farinaceo *loc. ſupra citato à num.*78.*vſque ad num.*62.

Vbi autem carceratus, qui fugam
E arripuerit, vel iterum capiatur, vel ex voluntate regreſſum ad carceres faciat, leuiorem equidem carcerario pœnam infligi ex Iudicis arbitrio decēs eſſe, pro culpæ, ac perpatratæ negligentiæ forma, voluit Farinac. *loco citato num.*69. *&* 92. Etiam ſi verò fideiuſſor aliquo datus fuerit pro carcerato, & ille fugam arripiat, carcerarium affirmamus, teneri: eoquòd minimè per fideiuſſionem **F**
liber dicitur: vt eſt in placitis Farinac. *loco cit. num.*72.

Illius verò pro carcerati fuga, qui ciuilis ergò debiti in carceribus detineatur eſt in aſſertis Farinac. *d. quæſt.*31. *num.* 74. vt omnia reſarciat creditori damna, & intereſſe, ac, ex conſequenti, vt debiti ſolutionem faciat, cuſtodem impelli, cum ducatur Tex. *in l. fin. ff. de cuſtodia reorum*: vbi: *Quoniam ſi fugitiuum domino reddendum perdiderit, ſi* **G**
facultates habeat, domino pretium reddere iuberi Saturnius probat. Boer. *dicta deciſ.* 217. *num.* 10. *ad finem.* Adde quòd placuit Beccio, quòd, vltraquam debitum ſoluere cogatur, aliquam extraordinariam ſubire pœnam ſit adſtrictus: vt in *conſil.*44.*num.*34.*lib.*1. Cuiuſmodi concluſioni pluribus limitationem duxit modis Farinac. *d. quæſt.*31.*à n.*94.*vſque* **H**
ad 91.

Non ſolùm atenim punitio ex carcerati fuga, ex omni verum etiam, quòd in carceres mittitur, vnde illius aut fuga ſequi, aut lethum valeat, cuſtodi adducitur: propterea voluit Farinaceus *in num.*95. Pro culpæ modo ipſi afferēdam eſſe punitionem: per Textum in *l. carceri præpoſitus, C. de cuſtodia reorum.* & per DD. penès eum *loco ſupra citato.* **I**
aliqua dummodo quòd interueniat cuſtodis culpa, Farinac. *num* 96. plures quo in loco per numeros, qui ſequantur; qua cuſtodis culpa excludi poſſit ratione, diſſerit. Ipſe autem aduertat, nè, eum quemquam ſecretè in carceribus detineri contigerit, ex aliquo ſinat quidquam vel ſermonibus exponi, aut literis deferri: ex eo quia ſi hoc egerit, in dolo habebitur, tàm ſi ipſemet **K**
literas, aut ex alio commiſſa deferat, vel ex alio, prece, præmio, aut præmij ſpe corruptus, ſermones cum illo permittat commiſceri, & tunc maiorem ſubire punitionem cogitur: vt voluit Farinac. *num.*105. quàm ſi ſola ex culpa, negligentiaue hoc eueniſſet; & eo in loco duobus exempla de carcerarijs aduehit, quorum vnus hanc ob cauſam fuſti-

Digitized by Google

A fuſtibus cæſus, deindè triremium ſub pœna bannitus, alter ad triremes fuit ductus.

Illo autem excuſationem recipit Cuſtos carcerum in caſu, quo laxioribus nobili decoratum ſanguine in carceribus detineret, ac ipſe poſtmodum fugam faciat: per Textum *in l. ſi à bone, ff. de rei vendicatione*. ibi: *Nam integræ opinionis videbatur, vt non debuerit custodiri*. B Gloſa *in l. Titio fundus, ff. de condit. & demonſtrat.* vbi: *Et erat vir, cui videbatur credendum*: & adeſt etiam Textus *in l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re militari*: vbi habetur: *Si bonus ante exiſtimatus eſt, propè eſt, vt affirmationi eius credatur*. Puteus *de ſyndicatu, in verbo carcere, cap. 2. num. 2.* omnis etenim, quæ ſiniſtra ſit, in nobilibus ſuſpicio ceſſat. Boer. *deciſ.* 217. *num. 9. propè* C *finem*. Bouadill. *lib. 1. Politic. cap. 13. ſub num.* 27. Menoch. *de arbitr. caſu* 302. *num.* 10. qui *in num* 11. concluſum reliquit, Iudicis hoc arbitrio remitti decens eſſe.

Vt æqualitèr excuſationis ille capax dicitur, quando proditoria carceratus forma fugam faciat, ſi nimirum ita egerit, vt neutiquam id præuideri ex carcerario potuer.t: vt ſcriptis tradidit Pa- D ris de Puteo *in d. tract. de ſyndicat. cap. 3. num.* 8. & Becc. *conſ.* 44 *num. 9. lib.* 1. Et circa hoc venire exempla valent; ſi aliqua ſcilicet mulier, carceratum viſura illum iret ad locum, proprijſque ſeſe veſtibus exuens illas carcerato dederit, eiuſque ſibi veſtimenta deſumpſerit, adeòquòd ille fœminam ſimulans faciat ex carceribus egreſſum, ac mulier in virili veſte ipſius loco carceribus in- E iecta permaneat: vt patet apud Bouad. *lib. 3. politic. cap. 15. num* 130. & Græcorum quidem de vxoribus, qui fuerant è Spartanis capti, & in carcere, vt caput in pœnam darent, poſiti; nam, cum ſeſe ad carceres illæ contuliſſent, veniamque vt ſuis alloqui poſſent viris, obtinuerint, eum ingreſſæ locum, exutis, indutiſque ad inuicem virorum fœminis, fœmineæque viris, veſtibus, libertatem ibi perſiſtentes coniugibus dedere; F ſimile quoddam narratur egiſſe Dominam Sanciam Comitiſſam, quæ virum ſuum ex carceribus, à Lugdunorum Rege ibi detentum, tali arte liberum traxit, cuius factum optimum reputans ac laude dignum Rex illam è carcere iubet educi: hoc autem ipſa priùs etiam egerat, cum idem Comes futurus ſibi ſponſus è Domino Sancio genitore carceribus detineretur; quod ex alijs factum legimus: en Alphonſi Regis filia, & Ferdinandi primi vxor; G en Theodora ex Antiochia virgo; en alij penès Bouadill. *loco ſupra citato*. His namque facilè technis haudequidem poterat carcerum cuſtos occurrere, cũ & caſus non adeò frequens haberetur, & callidè conſtructus difficultèr detegi valeret. Quapropter excuſari eum opus eſt, vbi tale quidquam eueniat: vt voluere Doctores penès Farinac. *d. qu.* 31. *num.* 160. *& quæſt.* 30. *num.* 118. quo ip- H ſius placitum eſt in parte huiuſmodi fœminis extraordinariam conueniens eſſe, punitionem infligi. Menochius *de arbitr. caſu* 301. *num.* 30. Gomez *tom* 3. *variarum reſolut. cap. 4. de captura reorũ in fine*. Bouadill. verò *in num.* 131. Illas nõ ſolùm voluit ex punitione excuſatas, at etiam affirmat, quòd Bononienſi è Senatu tali caſu præmium cuidam tributum, & ſeſe idem aſſerit fa- I cturum, cum bonus hic exter dolus, & in Mediolanenſi Senatu Clarus teſtatur *in §. fin. quæſt. 29. num.* 5. Mulierem quamdam, quæ ſimilia geſſit, neutiquam aliquid moleſtiæ excepiſſe, donec alio prouiſum eſſet modo à Senatu. Bouadilla tamen *in num.* 132. vult: ex arbitrio carcerum cuſtodi punitionem eſſe infligendam: at Farinac. *dict. n.* 160. *quæſt.* 31. De aliquo exemplum ducit K carcerum cuſtode, qui, cum huius generis caſus attigiſſet, aliquot per dierũ ſpatium in carceribus ad punitionem fuit detentus; & tandem, eoquòd ex Iudice nullus in eo dolus fuit repertus, maximaque ante ſolertia propriũ exercuerat officium, dimiſſus abſque puni-

tione

A tione fuit, ac libertati reſtitutus.

Excuſatio autem carcerum cuſtodi tribuitur, ſolita vbi retineat carceratos loco, in quo ſimiles aſſeruari, & in cuſtodia eſse conſuetum fuit, quoniam, cũ id fecerit, quod ſolitum habebatur, nullo de carceratorum fuga modo tenetur. Paris *in dicto tract. de ſyndic. in verbo, carceres cap. 3. num. 14. & 15.* quoniam id, quod eſt conſuetum, æſtimetur ne-
B ceſſarium. *l. ſaccula ff. de extraordin. criminn.* DD. penès Farinac. *dicta quæſt. 31. num. 131.* Propterea quo in caſu omnem cuſtos diligentiam à ſe demonſtraret adhibitam, quod ferreis nimirũ in vinculis, aut compedibus, cæteriſque formis delinquentium iuxta qualitates, carceratos retineret: *vt in l. 1. de cuſtod. reor.* & his non obſtantibus ex illis quiſquam fugam fecerit, haudequidem ad
C aliquid tenetur: eoquòd in culpa minimè eſt, illam enim, ad quam proprio cogebatur ex munere, diligentiam eſt ſectatus. Maſcard. *concluſ. 469. num. 6. & 7.* quemadmodum ſi ea cuſtodiam ille fecerit ratione, qua fieri cuſtodiæ ſolent: vt ex Boerij doctrina *deciſ. 217. col. 2. num. 5. verſ. quam limitat, primò dixit* Maſcard. *concluſ. 267. num. 191.* Vnde tali quando carceratus in parte perma-
D nens aliqua ſeſe præcipitem è feneſtra dederit, fugamque arripere ſit auſus ad nihil equidem teneri carcerarium confirmatur ex DD. aſsertis penes Farinac. *num. 136.* quamuis hac decedat ex aura, quod ex contrario accidit, hoc ſi locus minimè ſolitum eſset, vt in ſe carceratos detineret altiſſima quamuis haberetur feneſtra; vt explicatum fuit ex Farinac. qui rationem *n. 137.* adducit.

E Excuſationem etiam Farinac. *n. 138.* carceratio præbet, latioribus vbi quemquam in carceribus detineret, qui illic, alieno eoquòd eſſet ære impeditus, venerat, cum veriſimilitèr credere non poſſet, quòd fugam facere hinc ille vellet, & ipſe hoc agere non dubitarit ex authoritate Boerij *dicta deciſ. 217.* Tàm ſi claro ipſæ præclarus ſanguine, quàm humili natus loco haberetur, vt placuit Romano *conſ. 320. poſt num. 3. verſic. vltimo neceſſarium eſt* Farinac. *num. 140.* F ex quo Iudicis remiſſum arbitrio fuit, quòd magnum, quòdque paruum dici debitum deberet, ex quo inferri ſententiam opus eſt, non ſolum ſi reſpectus ad carcerati bona, & facultates, at etiam illius ad conditionem, & nobilitatis fulgorem habeatur, circa quod ampliationem intulit *in num. 142.* vim etiam in illo continere, quem leui pro G cauſa, quæ criminalis in carceres iniectum fuiſſe conſtet: iſto quoniam euentu eadem impellit ratio, vt credamus, leui talem pro cauſa in carceribus permanentem tradere ſeſe fugæ voluiſſe, grauioribuſque ſubijcere punitionibus adducit Puteum in ſæpe *citato verbo, carcer, & carceratus cap. 3. num. 15. in medio, verſic. etiam debebit conſiderari qualitas:* Cuiuſmodi etiam excuſationi H vim ineſſe affirmauit *num: 143.* Farinac. criminali etiamſi pro cauſa quiſquam eſſet carceribus iniectus, de proximo vbi, reuera, eſſet liberatio ducenda, & inferri abſolutionem opus eſſet: ex eo quia, ſi talem, qui de proximo reſtitui libertati deberet, laxiori concluderet in carcere, ac ille fugam inde faciat, nullo cuſtos circa hoc, tenetur modo: cui enim aliqua de hac re occurrere ſuſpicio I poſſet? & iſta adſunt pro ſententia Puteus, Boerius, Grammaticus, alijque in locis ex ipſo ductis; vt æquali ratione dixit, efficaciam includere *in n. 148.* In illis, qui & ſenectute prouecti, aut ægritudine malè acti carceribus detinerentur, de ipſis namque haud fermè cogitare quidquam de fuga ille valebat.


Cum autem, alter, ex carceris cuſtode in carceris cuſtodia fecerit præfixus, K & hic cùm carcerato libertatem dederit; vna fugam faciat, venia dignum reputarunt cuſtodem DD. nullam enim è ſocij culpa excipere punitionem inſons debet, neutiquam namque id auertere à ſe potuerat, commune cum in detrimentum fuga cadat; & propterea de illius fide confidere cogebatur.

A batur. Qua de cauſa potiùs iſtud acci-
denti adſcribi opus eſſe, quàm culpæ,
placuit Farinaceo, & facit Tex. *in l. fin.*
ff. de cuſtodia reor. cuius verba. *Interdum*
venia ei datur, nam cum è cuſtodia cum al-
tero cuſtode ſimul fugiſſet, alteri venia dan-
da eſt. Quàm ſequuti ſunt ſententiam
DD. ipſo è Farinaceo ducti *loco ſupra*
citato qui hæc affirmat eo procedere in
caſu *num.* 162. Vbi ſocij fuiſſet conſti-
B tutio è Superiore facta, quod ex aduer-
ſo accidit, ſi talis fuerit ipſomet è cuſto-
de electus, vt ſuperius fuit explicatum:
vt in num. 164. vt verba Tex. *in dicta l.*
fin. Salua, tamquam quæ ſint generalia,
faciat, talis abſque eoquòd interſit de-
claratio: affirmat quòd tunc excuſatio-
ne dignus carcerum cuſtos dicitur,
quando ſocium, vel famulum, qui fue-
rit ex ipſo præfixus, fugam feciſſe vna
C cum carcerato certum ſit; & caſus in-
terueniat, in quo poterat de illo confi-
dentiam habere; puta ſi initæ ſocietatis
tempore, vel etiam ſubſtitutionis illum
omnes bonum iudicabant cuſtodem, fi-
delemque, & ſeſe ita ſemper in cæteris
carceratorum cuſtodijs geſſerit, vt de
ipſo iuſtè confidere valeret; quod ex
contrario euenit, initæ vbi Societatis,
ſubſtitutioniſque tempore haudequi-
D dem talis extitiſſet.

Nonnullas etiam, præter has, tribuunt
DD. carcerum cuſtodi excuſationes, &
in reliquis habemus quòd, ſi cùm car-
cerum, vi, fregerint muros carcerati,
ſeſe fugæ dederint, fingas: eoquòd haud
ita firmi forteſque vti par erat, parietes
habebantur: huiuſmodi namque fugam
nulla conuenit carcerario adſcribi for-
ma, cuius diligentiæ incumbit, munitos
E retinere muros: vt aſſerunt DD. penès
Farinac. *num.* 165. vt æquali ratione ſi
neutiquam obſtare violentijs cuſtos va-
luiſſet: fortuitum eoquòd caſum vio-
lentiam nominamus: vt eſt Doctorum
ſententia penès Farinac. *num.* 116. vbi
idem aſſerit eſſe, carcerati quo in caſu
conſanguinei armis venirent ad carce-
res inſtructi, eoſque violentèr perfrin-
gentes carceratum libertati reſtitue-
rent: duobus tamen limitationem ap- F
poſuit modis. Et primò quo in caſu ex-
preſsè in obligatione ſeſe cuſtos violen-
tiæ circa caſum, poſuerit, vbi ſecundò
culpa caſum antecederet, violentiam-
que: iudica idoneam eoquòd gentem
minimè cuſtos ſecum haberet, violen-
tiæ, ad hoc vt in caſu reſiſtere cuiquam
poſſet, aut futuram quando nouerit vim
potis eſſet ille occurrere, idque agere
non curarit. G

Vigilanter autem carcerum aduer-
tant cuſtodes, ne dona ſibi ex carcera-
tis deſumant, quo ad hoc enim prohi-
bitio ex iure deſcendit: vt aſſerit Boua-
dil. *lib. 3. cap.* 15. *Politic. num.* 122. per
Tex. *in l. fin. C. de erogat. milit. anno. lib.*
12. Nec etiam illos pro ſe, ſuique in fa-
uorem in labotibus cogant verſari, niſi
& ſalarij ſolutio detur: vt idem *dicto*
num. 122. explicauit. Curent etiam ne H
in honeſtè carceribus iniectæ mulieres
tractentur: quia ſi auſi fuerint ex eis ali-
quam luxurioſè cognoſcere, haudequi-
dem lethalem aufugient punitionem:
ſecundùm Ioannis Fabri opinionem: *in*
§. item Lex Iulia: inſtit. de publicis Iudicijs.
Hyppolit. *ſingul.* 150. Boer. *deciſ.* 317.
Follerij *in pract. fol.* 144. *num.* 25. &
aliorum quos citat. Bouadil. *loco ſupra*
citato num. 127. Quibus etiam vim in- I
hærere affirmat, vbi carceribus incluſa
meretrix ex violentia fuerit compreſſa:
Hyppoli. *in l.* 1. *C. ad legem Corneliam*
de Sicarijs Bonacoſa *commu. opin. parte*
1. *verſic. cuſtos carcerum carnaliter cogno-*
ſcens Farinac. *de carceribus, & carceratis*
quæſt. 31. *num.* 112. Sed ſi nulla inter-
ueniſſet vis, ex arbitrio ſubire punitio-
nem cogitur, cum ſub conſiderationem
perſonarum qualitas vocetur: Bouadil.
loco ſupra citato circa medium. Studeant
demum, ne mercaturam ad oppreſſio- K
nem cum carceratis exercere velint:
Regiæ quoniam ex ordinationis vigore
id vetitum fuiſſe conſtat, cuius diſpoſi-
tio ex Maſtril. *de magiſt. lib.* 3. *cap.* 6.
ſub num. 22. hæc *Los Caſtellanos, y Car-*
cereros de las carceres deſſe Reyno ſe tiene
entendido, que hazen à los preſos diuerſas
oppreſ-

A *oppreſſiones, y ſpecialmente forçandolos a que compren de la taberna, que tienen en los Caſtillos vino, pan, y otras coſas, vendiendolo todo à caros pretios, y ſin poſtura, que de mas, que ordinariamente es de mui vil condition la prouiſion, que hazen, y proiben que no ſe traga nada de fuera, para ſalir por eſta via meyor con ſu intento, y porque no ſe deue permittir, que ſemeyante vexation paſſe adelante, ſino que cadauno tenga liberdad de proueirſe de donde quiſiere, y le eſtubiere bien, dareis la orden, que conuengan, para que los dichos Caſtellanos no puedan compeller à los preſos à que compren de ſu tabernas los mantinimientos, que huuieren meneſter, y que lo guarden inuiolabilmente ſo pena, que ſi lo contrauenire, ſe procura en el de remedio.* F



DE

DE LICTORVM STATV.

IVdicis eoquòd ſententia in criminalibus exequutioni Lictoris opera demandatur: *ca. non fruſtra 23. quæ.* Finalis propterea ipſum penès exequutio perſiſtit; cui, antiquis temporibus, Regis iuſſu delinquentes vinculis alligare, veſtibus denudare, virgiſque cædere, ac, ſi crimen expoſceret, ſecuri necem ferre, in cura erat: vnde Alexand. ab Alexand. *lib.* 1. *cap.* 27. *dier. genial.* habemus loca ex ipſis in ſinu geri, Regis in aſpectu apparere, mandatumque ipſis datum facinoribus infames cruta, manuſque perſtrictè vincire.

Ligandi ergo ex munere nuncupati Lictores fuere; & quamuis aliqui ſint, ex quibus cum Apparitoribus Lictores commiſceantur, è vero tamen aberrant, Apparitorum eoquòd ex collegio illorum deſcendebat electio: vt ſcribit Gellius *lib.* 6. *cap.* 3. Vnde Lictores, Carnificum induunt naturam, cum tali funguntur officio, teſte Nonio Marcello, & Valerio Raſo penès Gel. *dicto lib.* 2. *cap.* 3. Tholoſan. *ſyntagm. iuris lib.* 47. *cap.* 40. Aliquorum etiam è ſententia ipſos è lino, aut liccio, quo tranſuerſè cincti incedebant, nominatos conſtat.

Proprio autem iſti modo Lictores, vel Tortores de iure, vel etiam Spiculatores nuncupantur: vt eſt Text. in *l. Diuus Adrian. ff. de bon. damnat.* & ita ipſos Iuriſconſultus in carnifices capit, hoc eſt pro illis, qui ex homine carnes faciant: vt dixit Caſſaneus *in conſuetud. Burgund. rubr.* 1. *des Iuſtices.* §. 7. *col. mihi* 294. *num.* 49.

Priſco etenim æuo Moyſis regimine ad criminalia exequutores de populo aſſumebantur, & de gente quilibet hoc agere munus cogebatur, abſque eoquòd electio intereſſet: vt Exodi 32. legitur, & tranſumptiuè habetur *in cap. diſciplina,* 35. *diſtinct.* & non ſolùm circa quemcumque de populo id agebatur, ex Regibus verum etiam, ipſorumque filijs, ac nobili decoratis ſanguine perſonis huius exercitium muneris adhibitum certum eſt ex Tholoſano, Caſſaneo, & Bouadilla *in locis ſupra citatis, & citandis.*

Noſtris verò temporibus Carnificis,

A Spiculatoriſque, ac etiam Lictoris officium deformen vilitatis notam includit, quamuis per neceſſarium in Republica ſit, cuius in defectu illum legimus ſubrogatum, qui lethi pœnam ſubire ob patrata ſcelera deberet: vt ſcripſit Tholoſanus *ſyntag. iuris lib. 31. cap. fin. num. 5.* Adde quòd aliam, quæ vilis ſit, perſonam, vt hoc exerceat officium adſtringi poſſe, affirmat Bouadil.
B *lib. 3. politic. cap. 15. num. 135.* publicus quo in caſu lictor, aut etiam carnifex non haberetur: allegat Vlpianum in *l. Diuus 6. ff. de bonis damnatorum.* Summum etenim in modum humanæ repugnans eſt naturæ, mortem ex homine homini adduci: propterea nil admirationis incutere nobis debet, ſi huiuſmodi, omnium æſtimatione vile reputatur officium. Bouadilla *loco ſupra citato nu.*
C 136. Petrus de Gregorio *dicto lib. 31. cap. fin. ſub num. 6.* vbi: *Sunt enim exoſi, vel natura ipſa humana huiuſmodi homines mortis etiam emerita ſupplicium, vtpotè communis ſanguinis natura condolente humana, interitu alterius, vt plebs refugit deſtructores naturæ ſimile conſortium, locumque vbi is ſit funeſtum arbitratur.* Leui vnde quilibet ex cauſa occaſionem arripere ſibi ſolet, vt Lictores aduerſus
D inſurgat, quemadmodum ex hiſtorijs Saxoniæ à Iuſtino Globero deſcriptis narratur ex Bouadilla, & Tholoſano *locis ſupra dictis*, de quinque, vnius ſpatio diei, lapidum, verberumque medio ſtragem Spiculatoribus factam: primò ex eo quia ictu aberrare à nece ſolebant.

Hac itaque ex vilitate reſolutum ſtatuunt DD. authoritate Bartoli *in l. fin.*
E *§. final. ff. de pignor. actio.* Permiſſum Iudici eſſe de aliquo, vilis qui ſit conditionis, electionem facere ad effectum, vt cuiquam caput amputet, vel malefactorem ſuſpendat, vtque Lictoris, Tortoriſque, ac Spiculatoris officium exerceat; ac vulgaritèr loquendo: *ſia Boia.* Bald. *in l. final. in fine, C. de exequut. rei iudic.* Clari 8 *quæſt. 99. num. 4.* Guazzin. *in defenſ. reorum 38. cap. 5. num. 5.* Paris de Puteo *de ſyndicatu in verbo Maniuoltus*, vbi plenè explicatur: F
An licitum Iudici ſit aliquem ad hoc condemnare, vt Spiculatoris, Tortoriſue perpetuum, vel certum exercere ad tempus velit: vili quoniam abiectæ ex conditione perſonæ cogi ad hoc debent munus: & ſumitur argumentum à *l. fin. ff. de iudic.* Maiorem eoquòd affert hæc ignominiam, quàm alia, quæ poſſit excogitari, angaria: ad hoc autem illi valent officium impelli, qui, vel G
graue in carceribus detinentur ob delictum, vel propriam talem includerent ſcelera qualitatem, vt perpetuum, vel ſtatutum vſque in ſpatium publicum damnari ad opus poſſint. Bouadilla *dicto lib. 3. Politic. cap. 15. num. 140.* Guazzin. *loco citato, num. 6.* Paris *loco ſupra citato*: qui his tribui ſalarium perſonis conuenire putauit, & refert in H
num. 5. Guazzin. *num. 7. loco ſupra citato*, qui tamen hiſce diebus correctam legem *Diuus, ff. de bonis damnatorum*: affirmat per Authen. *vt nulli Iudices, §. fin.* vt declaratum ex Ioanne Antonio de Nigris *in cap. grauamina num. 100.* eoque ſalarium in loco ad quinque aureos taxatum demonſtrat: per Textum *in l. Diuus, ff. de bonis damnatorum.* Bouadilla *dicto lib. 3. Polytic. cap. 15. num.* I
130. Tholoſan. *loco citato num. 6.* Damnatorum, qui fuerint ex ipſo morti dati; adde quòd veſtes, & ornamenta Spiculatoribus tribuuntur; ni annulum in manu, pretioſumque retineat lapidem, quinque qui aureorum ſummam excedat: id namque fiſci præberi ad commodum voluit. Bouadilla *loco citato num. 138.* per Tex. *in dicta l. Diuus ff. de bonis damnator.* Ipſi tamen prohibitũ K
eſt veſtibus penitùs denudatum interempti relinquere corpus: vt dixit Caroerius *in pract. crimin. fol. 231. num. 58.* Bouadill. *loco citato ſub num. 138.* Quo in loco quẽdam adducit, ex Ammiani ſcriptis, Tortorem flammis deuotum, eoquòd adulterij ream ad ſupplicium trahendam veſtibus penitùs exuit, non quia ſibi eas deſumpſerit, at quoniam

ip-

A ipſius, cum adhuc viua exiſteret, nuda
pudenda omnium oculis; cunctorum-
que libidini aſpicienda reliquerit.
Permiſſum autem Tortori dicitur, vt
pro afferendo ad ſupplicij locum male-
factore, animalia, boues nimirum, &
equos, priuatarum quæ ſint in perſo-
narum poſſeſſione, capiat, cum congrui
tamen pretij ex fiſco, non autem Tor-
tore, ſiue Carnifice, facta ſolutio ſit: vt
B habemus ex DD. penès Guazzinum,
*loco ſupra citato num.*3. Huiuſmodi verò
homines, qui fuerint ad mortem dam-
nati, voluit ipſe, per publica, & con-
ſueta quæ ſint loca trahi, interfecti ſæ-
piùs ante domum, & commiſſi partem
delicti tranſitum facere ex Boſſij doctri-
na *de exequut.ſentent. num.*14. Publica,
ſed enim forma ſententiæ perfici exe-
quutio, non autem occulta, niſi &
C Principis interſit facultas, debet. Ba-
iard.ad Clar. *quæſt.*99.*num.*7. Vt terror
namque alijs incutiatur cũctorum ocu-
lis ſupplicij ſpectaculum apponi opor-
tet. Populum hac de cauſa in vnum,
aliquo conuocari ſigno decet, aut cam-
panæ ſcilicet ſonitu, quæ hoc fuerit ad
opus ſpecialitèr deputata; nobili quem-
admodum, exemplarique in Ciuitate
Meſſanæ obſeruari certum eſt: vel ex
D tubæ, vt in Felici Panormi Vrbe fieri
ſolitum eſt.

Capitalis verò exequutio ſententiæ
neutiquam ex iure feriatis valet diebus
haberi, tàm ſi ad ſuperni cultum Nu-
minis, quàm hominum ad honorem,
oculos vertas, læſæ quamuis de Maie-
ſtatis crimine ſubire condemnationem
ille cogeretur: vt ſcripſit Guazzinus
*defenſ.*38.*cap.*5. per Textum *in l. ſi fe-*
E *riatis, ff. de ferijs.* Clarus *quæſt.*57.*nu.*6.
Boer. *deciſ.*259.*num.*7. & ibi Baiard.
num. 8.

Carnifici autem minimè prohibitũ,
vt, ex Eccleſiaſtici Iudicis mandato
clericum ſubijciat tormentis, tale quo
in caſu exercere clerici munus haud-
equidem ſcirent: vt eſt in placitis De-
ciani *tom.*1. *lib.*4. *cap.*9. *num.*74. *in fine.*
& tenet Bald. *in cap.decernimus, de iudic.*
& quo in caſu dubium habetur, ne ad F
mortem cõdemnatus Carnificis ex ma-
nibus, dum it ad patibulum, auferatur,
permiſſum Iudici eſt mandare, quòd ſi
violentia in itinere fiat, necem gladio
ſubeat reus; vt voluit Baiard.ad Clarũ
*quæſt.*99. *num.* 1. Vnde ſi hæc non in-
teruenerit licentia neutiquam, abſque
puniſitionis metu, is morti datur; vt
ſcripſit Afflict. *in conſtitut. terminus vitæ*
*num.*22. Alexand. & Bartolus *in l. eiſ-* G
dem, §. *transfugas, ff. de ſicarijs.* Baiar-
dus ibidem *num.* 2. Sed ſi mortis pœna
damnatum, & ſupplicij ad locum ad-
ducendum ex Carnificis quicumque
manibus auferre præſumpſerit, læſæ de
crimine Maieſtatis reus exiſtit; cum
Arcadij, & Honorij Imperatorum ex
diſpoſitione fuerit ſtatutum: nemini li-
citum, nec etiam Monachis, Clericiſ-
que haberi, Lictoris è poteſtate quem- H
quam vltimo damnatum ſupplicio, au-
ferre: aut illum, qui ad ſupplicium
pergat, retinere, vel in defenſionem
ſuſcipere; cum datum Iudicibus iuſſum
ex ipſis ſit, ne hoc agi quoquam per-
mittant modo; ex eo quia ſi hoc ſinant
committi, neque vindicent, cum perpa-
trari contigerit, triginta librarum auri
pœnam ſubire, vel capitalem cogantur:
malè etenim ſeſe res haberet: vt dixit
Tholoſanus *loco ſupra citato circa finem.* I
Publica quo in caſu veniente in con-
temptum authoritate, ſupplicio detra-
here nocentes quilibet auderet. Addas
etiam, quòd, ſi Iudicis non adſit facul-
tas, nemini permittitur, damnatorum
cadauera ex patibulo auferre. Clarus
*quæſt.*100. *num.*1.& ibi Baiard. Gomez
*de delictis cap.*14. *num.*8. Guazzin. *dicta*
*defenſ.*38.*cap.*3. *num.* 2. Quòd ſi hoc
agere Anatomiæ cauſa medicæ artis pe- K
riti velint, è ſuperiori neceſſe eſt id fa-
cultate impetrari: vt dicunt Baiard. ad
Clarum *quæſt.*100.*nu.*4.& Clarus *nu.*2.
Caſſan. *in conſuetud. Burgund. in rub.*2.
*num.*7. Guazzin.*loco citato cap.*8. *ſub n.*1.
quam illo concedi euentu licentiam
conuenit, vbi ſolummodò ſuſpenſus,
non autem alio morti datus modo fue-

A rit: vt declaratum fuit ex Sapia *in l. Imperium num.* 10. *ff. de iuriſdictione omniũ Iudic.* Caſſaneus relatus ex Guazzino *dicto cap.* 8. *num.* 2.

Quo autem in caſu ille perfringeretur laqueus, ex quo delinquens pendens eſſet, ac humanis adhuc fruens auris cecidiſſet, quæſtio ex Doctoribus apponitur: an retardari ſententiæ valeret exequutio: vt reſoluunt Gomez, Boſſius, & cæteri adducti ex Bouadilla *loco citato num.* 137. Nil illum contra poſtmodum agi conueniens eſſe, immò conſilium è ſuperiore petendum: ipſe verò Bouadill. cum Iulio Claro æſtimauit, haudequidem è funis ruptura Iuſtitiæ exequutionem excipere moram, conueniens haberi: mala namque hoc ex canapi qualitate, non autem condemnati accidit innocentia. B

A F

DE STATV HOMINVM IN REPVBLICA. B G

LIBER QVARTVS.

C DE MERCATVRA, ET MERCATORVM STATV. H

D FEruidæ hominum mentes tranquillum in ſtatum, per Regum, Miniſtrorumq; prudẽtiam redactæ, cum per ipſos ſceleſti vndiq; depulſi E Reipublicæ quietem peperiſſent, minimè in proprij terminis Regni vitam deſidiosè ducere ſunt perpeſſæ; de nonnullis quoniam rebus, quæ in alijs producebantur è naturæ liberalitate Regionibus indigi, plerumque natales habebantur loci, & ſocietatis eoquòd amans animal homo extat, Mercaturæ hac de cauſa ope cæperunt ſeſe inter, & negotiationem exercere, & conuerſari; vnde, &c. I

Cum valdè neceſſarium ſit, quòd homines inter commercia occurrant, vt eo arctiori vinculo humana perſtringatur ſocietas, nonnullius propterea momenti iuuamen. Mercatorum ſtatum, mercaturamque in Republica inferre, certo certiùs eſt, quemadmodum ad nos tranſmiſit Calliſtrat. *in l. 2. ff. de nundin. authorit. Platonis 2. de Republica*. Ex K quo cum inſtituta fuiſſet norma, ex qua tranquillo Reſpublica ſtatu, imperturbabili frui quiete poſſet, perapti fuerũt reputati Mercatores: nullum etenim dubium interuenit, quòd priſcis mercaturam temporibus grato exercuerit animo vnuſquiſque, cuius opera cum exteris habita nationibus; conſuetudo, ami-

A amicitiæ cum Regibus inectæ: ex qua
cum multis peritia de rebus requiratur,
magnarum nonnulli ad conſtructionem
Ciuitatum Mercatores ſtuduere: vt ex
Plutarchi relato in Solone habemus:
ipſi namque exiſtunt, qui non exiguo,
perſonam circa, periculo, propriarum-
que diſpendio rerum, ex vna in alius
gentis prouinciam, ex Regno ad Re-
gnum, vbi affluentèr quidquam produ-
catur, merces aliam transferunt in par-
tem: vt *dicta in l.2.* videtur: Mercato-
B res namque illi ſunt, qui mercaturam
emendi ſcilicet, vendendique negotiũ
exercent, vt ſcriptum ex Barboſa *collec.
DD.in lib.4. C.de comm.& mercat.tit.63.
fol. mihi* 304.

Ex diuerſo autem, ſynonimè, titulo
Negotiatores nuncupari eos nobis no-
tum eſt, ex Bartol. *in l. legatis, ff. de le-
gatis 3.* & Stracca *de Mercat. par.1.nu.5.*
qui ex Canoniſtarum ſententia ſunt, qui
eo emptionem faciunt de rebus animo,
C vt integras, nec aliqua mutatas ratione
vendendo, lucrum capiant, vt *in cap.
eijciens, distinct.*88. quo in loco, *venden-
do*, generali modo talitèr accipitur, vt
etiam ſub ſe rerum contineat permuta-
tionem, negotiatio quoniam tunc dici-
tur haberi, aliqua vbi res propria ne-
quaquã ex natura immutata, vt aliud
recipiatur, mihi venditur; ex eo quia
emptio fiat de re, diuerſamque redu-
D catur per induſtriam ad formam, artifi-
cium, non autem negotiatio id rei ap-
pellatur: vt habemus *in cap.nunquam de
conſecrat.distinct.*5. Abb. *in cap. fin. de
vita, & honeſtat.cleric.in fine fol.*15. Quo
in loco nulla mercatores ratione, nego-
tiatoreſue, ſed artifices, rigoroſè ſumpto
vocabulo nuncupantur. Surdus *deciſ.*
313.*num.*1. Tuſcus *litera A.concluſ.*515.
*num.*2. Ac tali modo negotiari propriè
E quis dicitur in commercijs, cum emen-
di, vendendique in vicem ius exter cõ-
mercium. Barboſa *loco citato in princip.*
quapropter ſi quis differentiam artifi-
ces inter, ac negotiatores optat habe-
re, videat Rebuff. *tom.2. ad leges Galliæ
tract.de mercat.art.*1. *Gloſ.*1.*n.*25.

Mercatoris autem ſub nomine haud- F
equidem illum exiſtimamus venire, qui
vnico ſeſe in mercatura exercuerit actu,
vt ſcripſerunt Bero *quæſt.* 115. *num.* 4.
quapropter ſi aliquod, mercatores cir-
ca, ſtatutum habeatur, de illis intelli-
gi oportet, qui publici ſint, atque in
matriculam redacti, vt dixit Homodeus
conſ. 246. *verſic. item eſt aduertendum.*
Tuſc. *litera M. concluſ.*208. *num.*1.& 2.
Ioan.à Firmo *in tract. gabell. in 3.parte
princip.quæſt.*23.*n.*48.

Mercatoris atenim definitionem ha- G
bemus penès Straccam *in peculiar.tract.
de mercatura, ſeu mercatore par.*1. *num.*4.
qui priuſquam ſuam definitionem, ſeu,
mauis, deſcriptionem adducat, aliam
ex Alciato refert *in l. merces, ff. de verb.
ſignificat.* qui aſſerit, illum nominari
mercatorem, qui negotiationis exercẽ-
dæ, quæſtuſque obtinendi cauſa de mer-
cibus emptionem faciat, venditionem-
que ex ipſo verò magis ampla redditur
deſcriptio, quo ille nimirum debeat H
mercator haberi, qui negotiationis ob
exercitium, & quæſtus liciti faciendi
ergò, frequentèr merces commutare,
ac emere, & non minutatim, nec diuer-
ſa forma diſtrahere ſtudeat, propriè ta-
men ille hoc ſortitur nomen, qui plu-
res, non autem vnicam ſuam exercere
videtur induſtriam per negotiationes:
vt habetur *in l.prima, §. illud, ff. de trib.*
& facit Text. *in l. ſemper, §. negotiator.* I
ff. de immunit. quo in loco immunitas
Mercatoribus conceſſa in illo ſolum ſi-
bi vendicat locum, qui maiorem ſuis
de facultatibus partem in mercatura
implicat; hoc atenim vulgi remitti opi-
nioni eſt neceſſe, quando quiſquam no-
minari mercator poſſit, vt dixit Bartol.
in l. legatis ſeruis, ff. de legatis 3. Stracca
de mercat.parte 1. *num.*12. vbi mercato-
rem illum voluit appellari, qui vulgi è K
ſententia talis reputatur.

Mercaturæ verò eſſentia explicatur,
officium nempè eſſe, quod liciti ratione
quæſtus frequentèr in mercium permu-
tatione, ac etiam emptione verſatur,
cum ille etiam non mutata ex ſe forma,

vel

A vel etiam minutim reductæ diſtrahi de-
beant, vt eſt ſententia Stracchæ *dicta
parte prima ſub num.* 73. & iſta quidem
triplici haberi ratione valet, per naui-
gationem nimirum, fœnerationem, ne-
gotiationemue; quemadmodum Ari-
ſtot. *lib.* 1. *Politic.* habet: propterea nõ-
nulla dicitur licita, quædam ex aduer-
ſo, mercatura: Et primò quidem illiuſ-
modi reputatur, ad honeſtum ſiquidem
B ſeſe dirigat finem, atque neceſſarium
vitæ, nimirum ſi moderata negotiator
lucrum faciat ratione, vel ad propriæ
ſuſtentationem familię, vel ad paupe-
rum emolumentum, vel ad communi-
tatis leuamen, iuxta illa, quæ ſcripta
ex Diuo Thoma *quæſt.* 7. *artic.* 4. 2.2.
& hac de cauſa licitam dixit, at indif-
ferentem rem mercaturam, ad bonum
quoniam, malumque, vel ad neutrum
C reduci poteſt finem. Poſterior eſt quæ
in cap. quod eſt aliud diſtinct. 88. abomi-
nabilis ducitur, cum per illos exercea-
tur, qui Dei nequaquam conſiderantes
iuſtitiam, auido, ac inexplebili pecu-
niarum deſiderio proprias deturpent
merces, cum plura in rebus periuria
deferant, quàm pretia; vnde optimè
aſſeruit ille:

Periurata ſuo proponit Numina lucro
D *Mercator, Stygijs non niſi dignus*
aquis.

Propterea per quam æqua ſæpiùs ex
cauſa prohibitio in mercaturam deſcē-
dit, vel perſonæ nimirum, vel rei, aut
loci habito reſpectu: & primò.

DE
HIS, QVI RATIONE SVI
E
Mercaturam exercere minimè poſſunt.

Cap. I.

NOnnullas haberi perſonas ſci-
mus, quibus prohibita negotia-
tio exiſtit, & cæteras inter, clericis fer-
mè, ac etiam monachis id vetatur. *cap.*
conſequens diſtinct. 88. *cap. ſecundum, in-* F
ſtitut. 6. nè Clerici, vel Monachi, qui ſi
huiuſmodi haberentur, peſtis ad ſimi-
litudinem debent in abominatione eſſe:
vt affirmatum ex Venero *in exam. Epi-
ſcoporum lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 4. *tit. de Cle-
rico negotiatore*: per Textum *in cap. for-
nicari diſtinct.* 88 Addas, quòd nil aliud
negotiationis dicitur finis, quàm tem-
porale lucrum, quod in contemptu eſſe
Clericis debet, tùm etiam ex eo quia G
rarò equidem exerceri negotiationem
videmus, ni & peccati labes interſit,
nec prætereas, quoniam negotiationis
opera à ſpiritualium ſtudio clerici auo-
cantur, cum & his ex induſtria incum-
bere clericorum dicatur munus; qua
de cauſa ad Corinth. 2. *cap.* 1. habemus:
*Nemo militans Deo applicat ſe negotijs ſæ-
cularibus*: ex mercaturæ namque humi-
litate vilem reddi clericum, Sacerdo- H
tiſque euaneſcere honorem, certum eſt:
cap. per latum 88. *diſtinct.* & cum hi ſeſe
in negotijs exerceant, lethalis rei ſunt
peccati. *cap. nemo, & cap. nullus* 21. *quæ.* 3.
cap. de Clerico negotiat. ad quod videndus
erit Cocton. *controuerſ.* 3. *cap.* 8. *nu.* 158.
Aliorum quamuis opera in mercatura
ſeſe verſarent: neutiquam tamen illas
incurrunt pœnas, quæ negotiatorem
aduersùs clericum fuerint conſtitutæ. I
Demas tamen, ſi monitio interfuerit,
atque ſententia, qua vetitum reddatur,
per alia negotia ſe exercere: vt aſſerit
Vgolin. *de officio, & poteſtate Epiſcoporũ*,
§. 18. *fol.* 88. adductus à Veneno *loc. cit.
in num.* 6. Quòd ſi fortè quiquam ex ip-
ſis negotiationem agant, & trinā haud-
equidem reſipiſcere per monitionem
viſi ſint, pro rebus, quæ ad mercaturā
ſpectent, laicis valent coram Iudicibus, K
ac etiam mercatorum Conſulibus con-
ueniri: vt dixit Stracca *dicto tract. de
mercat. parte* 3. *ſub num.* 9. iuxta Textũ
in cap. fin. de vita, & honeſtat. Clericorũ;
& ea, quæ ſcripſerunt Doctores ibi ci-
tati; inſuper ad gabellarum valent ſo-
lutionem adſtringi, vt probatur expreſ-
sè ex Textu *in cap. quamquam de cenſibus
lib.* 6. vbi: *Quas non cauſa negotiationis*
de-

A *deferunt*. Nauar. *conſ.* 1. *de immunitate Eccleſ.* Bouadill. *lib.* 2. *politicor. cap.* 18. *num.* 123. *& ſequent.* Guttierez *de gabel. quæſt.* 93. Sperel. *deciſ.* 94. *num.* 7. & cæteri penès Barboſam *parte* 2. *allegat.* 13. *num.* 8. Qua euenit ex cauſa, quòd perpetrato Clericus ex delicto, iniectaque turpitudine, nullum conſequi priuilegium debet, ac emolumentum, atque ex conſequenti eius facultates è laico-
B rum ſtatutis, legibus, conſuetudinibuſque nullo compelluntur Eccleſiaſtici Iudicis modo, ſuſcipere in defenſionem: *cap. fin. de vita, & honeſtate Clericorum.* Guttierez *de gabell. quæſt.* 93. *num.* 4. de priuilegio namque iacturam facit, ſtatim ac negotium videtur exercere. Nauar. *conſil.* 139. *num.* 3. Nauar. *Manual. confeſſ. cap.* 17. *num.* 20. Bouadill. *loco citato num.* 123. Speculat. *in tit. de immu-*
C *nit. Eccleſiaſt. n.* 4. Guttierez *dicta quæſt.* 93. *nu.* 1. Carol. de Graſſis *de eff. cler.* 3. *num.* 176.

Illum autem, qui de vino, tritico, ac etiam oleo, beneficij ex redditibus obtentis venditionem faciat, negotiatorem haberi affirmamus cum Rolando *conſil.* 71. *num.* 10. *vol.* 4. Bouadilla *loco ſupra citato num.* 23. Marta *de iuriſdictio. parte* 4. *caſu* 3. *num.* 9. Genuenſ. *in pract.*
D *Archiep. Neapolit. cap.* 123. Cui vim ſententiæ aſſerunt inhærere, propria quamuis patrimonij, Eccleſiæque tranſuehat lucra, & alium ad faciendam venditionem ducat in locum, quàm in eum, in quo de illa facta recollectio ſit: ex eo quia, vbi talitèr ſeſe gerat, nequaquã negotiator nominatur. Venerus *in examin. Epiſcopor. tit. de cler. negotiat. nu.* 5. Torreblanc. *lib.* 15. *cap.* 6. *num.* 49. *in*
E *pract. iuris ſpirit.* Bonacina *in bulla Cœn. Domini diſput.* 1. *quæſt.* 19. *parte* 3. §. 3. *num.* 6. *& de contract. diſput.* 2. *quæſt.* 9. *punct.* 2. cum nihilum ex aduerſo faciat Doctores è Sperello ducti *deciſ.* 94. quibus *in num.* 13. ad vnguem reſpondit: ita vt, cum nulla in contrarium prohibitio occurrat, res poſſint venales etiã ad minutum, abſque eoquòd gabellæ interſit ſolutio, præbere, nec ea de re

tabernam aperire dicuntur: vt ex Nauarr. *Manual. cap.* 25 *num.* 100. Guttierr. *de gabell. quæſt.* 93. *num.* 33. Rolandus *conſil.* 71. *num.* 9. Lamberting. *de iure patron. lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 6. *artic.* 62. *n.* 4. in ſententia habet, & mordicùs excipit *defenſ.* idem Sperell. *num.* 10. Illis etenim in fructibus, qui ex proprijs, Eccleſiaſticiſque prædijs deſcendant, nullam venire mercaturam, aut etiam negotiationem, vel captandi lucri auiditatem certum eſt: & licet Guttierez è ſententia *de gabell. quæſt.* 63. *num.* 68. *&* 72. ac Bellet. *diſquiſit. clericor. tit. diſciplina cleric.* §. 21. *num.* 31. habeatur, illos nuncupari negotiatores opus eſſe, qui ſuo colligunt è ſemine fructus, propriaque induſtria, & alieno ex agro deſumunt, ac ex ea gabellarum ad ſolutionem eſſe obligatos: contraria tamen in opinione perſiſtunt Sperell. *dict. deciſ.* 94. *num.* 16. authoritate Maſcambr. *conſil.* 18. *num.* 296. Meo tamen iudicio, id Iudicis arbitrio relinqui decens eſſe affirmo, cum attenta terrarum quantitatis ingabellatio ſit; ex hoc namque valet deduci, an lucri, ex cauſa, vel propriæ neceſſitate domus, fuerit terrarum conductio perfecta: per ea quæ ſcripta ſunt ex Carolo de Graſſis *dicto effect.* 6. videndus eſt Sperellus *dicta dec.* 94. *ſub num.* 16.

Nec aliquam negotiatorem formam illum nominamus clericum, qui de animalibus illo faciat animo emptionem, vt, cum pinguia fuerint redacta, vel etiã, cum partus in lucem ducant, ipſa, eorumque fœtus venales exponant, ita, eoquòd ſentiunt Roland. *de ſpol. Eccleſ. quæſt.* 2. *num.* 1. Carol. de Graſſ. *effect.* 6. *num.* 7. Molina *de iuſtitia tract.* 2. *diſput.* 342. *num.* 14. Vt paritèr ſi vnica tantùm vice venditionem faciant, emptionemque: Ceuedo *parte prima, collect.* 37. *num.* 2. de Graſſis *loco citato num.* 19. Vt æquali ratione illum minimè nominamus negotiatorem, qui, cum propriæ pro domus vſu rem emat, poſtmodum in meliùs immutata ſententia, quoniam retineat opportunum, cariori vendat

pretio;

A pretio;vt ducendis placuit Doctoribus,
ptimæ ex eo quia in hoc deſtinationi
reſpici,notum eſt Bertech. *de gabell.p.7.*
num. 11. Stracc. *de mercatorib. parte* 3.
tit. de his, qui mercatur. exercer. non poſſ.
Roland. *conſil.* 71. *num.*19.*lib.*4. Clarus
§. *fin. quæſt.*82. *verſic. ſtatutum*. Septi-
mum circa blada, quod tamen intelli-
gi oportere, voluit ibi Baiard. *num.*88.
ſi primum quoad propoſitum clarum
B ſit: alio namque modo præſumitur ani-
mo,reuenditionis faciendæ rem emiſſe,
cuius limitatio generis diſplicuit Spe-
rell. *in num.*15. *deciſ.* 5. *ducta* 94. quo
vult in loco haudequidem id eſſe dicē-
dum,ni perſonæ qualitas hoc inſinuet,
& omni quidem in caſu fidem affirma-
uit opus eſſe, præſtari ex lato Clerici
iuramento, in illis ex eo quia ſumus,
quæ dependere ab animo ſcimus, quòd
C fermè in Eccleſiaſtici manu Iudicis in-
ferri iuramentum debet. Sperell. *deciſ.*
12. *num.*65. Ad hoc atenim, vt quiſque
negotiator clericus nominetur, regula
ponitur, quòd nimirùm, vt explicatum
fuit à Sperell. *loco ſupra citato num.* 15.
Nequaquam res è proprio productas
fundo, at ex alio emptas,venales expo-
nat, deindè, quòd illo emptionem fa-
ciat animo, vt cariori pretio vendat,
D è quibus vbi aliquid abſit, in defe-
ctum etiam negotiationem dicimus ab-
ire.

Quo autem in caſu rem, ad facien-
dam venditionem clericus exportaret,
ex qua tribui gabella deberet, ſi exce-
ptionem minimè habeat delatam, obli-
gatur publicanis rem, atque gabellotis
denunciare,quemadmodum in nonnul-
lis obſeruatio regionibus habetur: ex
E doctrina Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*17.
*num.*8. Ioſeph Ludouiſ. *tom.*3. *commun.*
opin. tit.de gabell. concluſ.vnica,§.infertur
decimò.verſic.iſti etiam. Talitèr vt,ſi nul-
lo manifeſtare quæſiuerit clericus mo-
do, id agere muliones compelluntur;
quòd ſi hoc nequaquam perpatrarint,
reſarcire damnum clerico adſtringun-
tur. Farinac. *pract. crimin. parte* 6.*quæſ.*
12. *num.* 19. Et vbi talis efficiatur per

clericos manifeſtatio, neceſſe eſt, iura- F
mentum ex ipſis præſtari, ſe illas ſuum
ad vſum neceſſitatemque emiſſe, cui
fermè iuramento ſtare opus eſt: vt di-
xere Doctores; demas, ni adnerſam
per partem contrarium fuiſſet demon-
ſtratum, vel aliqua ex aduerſo præ-
ſumptio intereſſet, vt aſſerunt Docto-
res penès Barboſam *part.*2.*allegat.*13.*in*
fine.

Prohibitum ſecundò eſt, vt in mer- G
catura ſeſe milites exerceant per Tex.
in l. vnica C. negotiatores ne milit. lib. 12.
*l. milites C. de re militari lib.*2. vbi Impe-
rator. *Milites, qui à Republica armantur,*
& aluntur, ſolis debent publicis, vtilitati-
bus eo occupari, nec agrorum cultui, & cu-
ſtodiæ animalium, vel mercimoniorum. In-
quit enim Tex. *in l. milites C. locati ar-*
mis,non priuatis negotijs milites occupen-
tur. Talitèr vt vbi ſeſe in negotiation- H
verſent,nullo ferme modo ſeſe fori va-
lent priuilegio tueri, cum ordinarij in
conſpectu Iudicis permiſſum ſit, ipſos
conueniri, vt ſcriptis tradidit Stracca
parte 3. *ſub num.* 12. per Tex. *in l. ma-*
giſteria C. de iuriſdict. omni. Iudic. quo
reſponſum affert legibus, doctoribuſq;
ex contraria qui parte videntur haberi:
ac prohibitum propterea exiſtit; pecu-
liate quoniam retinent Sacramentum, I
vt aduertitur ex Adam Contzen *lib.* 8.
polit. cap. 10. *ſub.* §. 10.

Nobili tertiò ſanguine præclaris ho-
minibus interdictam eſſe mercaturam,
notum eſt, & ratio eſt è Stracca *dicta*
parte 3. *num.*14.vt faciliori ratione ple-
beios inter, atque negotiatores emendi,
vendendique commercium occurrat. *l.*
nobilior. C. de commerc. & mercat. Tali-
tèr, vt reputauerit Tiraquel. *de nobil.* K
*cap.*34. *num.*20. deformem in vrere non
tam nobilitati mercaturam; Quis ete-
nim dignum opus dicat in tam ſordido
permanere exercitio? vnde ſi in mer-
catura nobiles verſentur, viles equi-
dem, & in magno habentur contemp-
tu: maximè namque à nobilitatis fulgo-
re alienam ipſam dixit Ariſt. *lib.* 4. *poli-*
tic. cap. 3. Ad nihilum autem facit con-

A filium Calcan. 8. *qui aſſerit*, eum, qui
ex genere nobilis ſit, minimè iacturam
de ſanguinis dignitate ſubire, ſi in ne-
gotiatione ſe gerat.

Sed etenim ſi priuatis qui nobiles
ſint, prohibita dicitur mercatura, quo
magis diſſona erit à Principum Maie-
ſtate, cum ipſam in ſubditorum potiùs
damnum tendere, quàm ad emolumen-
tum, certum ſit? Lucrum ex eo quia ipſi
B videntur impedire, quod multi perci-
pere illa ex negotiatione valerent, &
cum immoderato res pretio ſubditis
vendant, nullo eam ſequi debent modo,
& quoniam verè dedecens mercaturæ
exercitium habetur, Theophilus prop-
terea Imperator acri malè egit Theo-
doram coniugem repræhenſione, quæ
ſe in negotiatione auidè erat implici-
ta.

C Tantorum autem pace Patrum, qui
nobilitatem aſſerant ex mercatura de-
formari, magis ad illorum ſententiam
accedo, qui mercaturam explicant, nul-
lo modo nobilitate indignam: maiorem
namque præſefert honeſtatem opes
mercaturæ induſtria in augmentum ad-
ducere, quàm è belli violentia in maio-
rem aduehere cumulum, negotia ere-
nim exercere magis nobilitatem decet,
D quàm in rapinis ſanguineque verſari.
Exempla ducuntur è Contzen *lib. 8. po-
litic. cap. 10. in pag. 646. §. decimo nu. 61.*
Cum deplorabili affirmet Hæreticorum
tempore Germanicæ nobilitatis homi-
nes ſeſe ad latrocinia conuertiſſe, atque
rapinas, ac tanti cauſam mali nullam
aliam dixit haberi, quam quòd nobili
ſanguine ortis, aut vetita exiſtebat, aut
vituperio negotiatio ducta: vnde licitã,
E ac permiſſam aſſeruit mercaturã eſſe, cũ
Salamonis hiſtoria id oſtendat 3. *Regum.*
10. 12. vbi *quia ibat claſſis eius per mare
cum claſſe Hiram, ſemel per tres annos in
Tharſis deferens inde aurum, & argentum,
et dentes Elephantorum, & Simias, & Pa-
uos: Magnificatus eſt ergo Rex Salamon
ſuper omnes Reges terræ diuitijs, atque ſa-
pientia.* Quibus equidem ex verbis in-
fert citatus Contzen: de auro, atque

argento nullo abſque dubio emptionẽ F
fieri è claſſe, cum aliæ aduectæ merces
fuiſſent, quemadmodum, & Elephan-
tum magno numero dentes, qui haud-
equidem pro Regis vſu inſeruirent, ac,
vt de ipſis venditio pro magnifico Aſiæ
Emptorio efficeretur.

Adde quòd nulla prohibitum forma
potentibus dicitur in negotijs verſari *in
l. negotiatores 1. de commerc. & mercat.*
vbi *Negotiatores ſi ad domum noſtram* G
*pertinent, potentiorum quoque hominũ ne-
ceſſitatem debitam penſionem, vt honeſtas
poſtulat, agnoſcere moneantur, vt per cun-
ctos, qui emolumenta negotiationibus cap-
tant, tolerabilis fiat agnoſcendæ deuotionis
affectus.* Sed etenim non ea de cauſa
vetitum nobilibus exiſtit, mercaturam
exercere *in l. nobiliores C. eodem. Nobi-
liores natalibus, & honorum luce conſpicuos,
& patrimonio ditiores perniciosum vrbibus* H
mercimonium exercere prohibemus. Illici-
tum quoniam Mercaturæ exercitium
habeatur, at difficiliori eoquòd nego-
tio, eadem humili loco in ciuitate nati
cum potentibus contrahere videntur;
vt in ſuperiùs citata lege demonſtratur,
ibi *Vt inter plebeios, & negotiatores facilis
ſit emendi, vendendique commercium.* Quã
equidem circa rem periculum occurrit
nullum, quapropter, plerique nequa- I
quam erubuerunt Reges, ac nobilitate
præclari penès Tiraquellum ſeſe in
mercaturæ negotijs diligentèr exerce-
re, certum quoniam exiſtit, naturali
mercaturæ quidquam propinquum
negotiationes haberi, ex eo quia nil
aliud nominatur, niſi facultas de illo
acquiſitionẽ faciendi, quod vitæ neceſ-
ſarium reputatur, nobiſque traditum è K
natura, eoquòd, vti fideli tradit ruſti-
cus ſemina terræ, non ſolùm, vt panem
ſibi comparet, ſed etiam vt commuta-
tionem faciat cum nummis, & alia ſibi
vitæ præſidia conquirat, pari negotia-
tor forma cum vinum in Sicilia emat, in
Romanam tranſuehit ditionem, vt ſibi
neceſſaria deſumat; ſuam vterque ope-
ram adhibet, periculorum vterque di-
ſcrimina ſubit, minus autem operæ, at
maio-

Digitized by Google

A maioris aleæ plenum interuenit, in negotiatore opus: è naturæ igitur ſolertia, huiuſmodi ad vitæ tutamen edocti ſcimus modum.

Verum enim verò nequaquam opprobrium nominatur, vili coemptus pretio merces cariùs alium transducere ad locum, & ſi meliorem haudequidem perueniſſe in qualitatem videantur, hoc namque ſic agi expediens Reipublicæ iudicatur, ac propterea res ordinariè
B loci, temporis, aliarumque, nec non habito circumſtantiarum reſpectu, ac præcipuè, vbi reſpicias expenſas: honeſtum quoniam extat, rerum pro pretio facere diſtractionem, cum & id quilibet agat dominator, quo in caſu alicuius de merce generis affluentiam regnum oſtendat, neque dedecens aliquo iudicatur modo Contzen *loco citato.* quòd empta res, quæ meliorem præſeferat
C qualitatem, maiori debeat pretio vendi, ac tali equidem modo vniuerſum perterrarum orbem obſeruationi tradi. & ſereniſſimæ fermè Venetiarum è Maieſtate, Liguriæ Republica, Hiſpaniarum Regno, Siciliæ, aliarumque regionum induſtria ſcimus circa hoc etenim, locorum attendi conſuetudini, opus eſt: ex Maranta in Speculo *parte 4. diſtinct. 9. num. 56.* Cepol. *de Imper. milit. eligen.*
D *cap. 4. num. 13.* dignitas quoniam reputatur, quidquid ex conſuetudine eiuſmodi iudicatur. Bertran. *conſ. 2. num. 30. & 32. vol. 3.* Nec prætereas, quòd nulla forma per ſe, at aliorum ſolertia in negotiationibus ſeſe nobiles exercent, ac tali ratione, cum integer ſit nobilitatis fulgor, mercaturam ſequuntur, vt communitèr DD. affirmant penès Tiraquel. *loco ſupra citato:* accedit quòd
E fuit à Cicerone ſcriptum primò officiorum, quod *mercatura, ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt, ſin magna, & copioſa, multa vndique apportans, multiſque ſine vanitate impertiens non eſt admodum vituperanda.*

Vetitam etiam quartò Mercaturam officialibus, Conſiliarijſque haberi, certum eſt: vti ſcripſit Stracca *dicta parte 3. num. 16.* qui vehit Tex. *in l. fin. C. de reſcinden. vendit. l. nullum C. de offic. recept. prouincial. l. 33. Princip. ff. ſi cert.* F
& rationem ducit Accurſ. minacem, quia valent demonſtrare: aliam etiam reddit Salycetus *in l. vnica C. in quib. cauſ. mil.* Hoc ex Imperatoribus conſtitutum, ne Prouinciarum accolæ, cum ſeſe gratos reddere ipſis quærant, viliori precio vendant: alia verò ex Rouito *in pragm. Regni Neapo. tit. de mercat. of-* G
fic. prohiberi pragm. Diuerſæ quoniam qualitates in officialibus requiri firmum eſt, quæ ex directo mercatores aduerſùs occurrunt, qui dolis, fraudibus, mendacijs, periurijſque præ cæteris implicti habentur, & quaſi vi ad illa compulſi. Adde quòd ex Mercatura, quacumque ac etiam ex negotiatione animus proprij è muneris exercitio redditur alienus; vnde dictæ ex Pragmaticæ H
12. diſpoſitione cunctis in officialibus, tàm qui maiores exiſtant, quàm minores, quibuſcunque nec non actuarijs ampliatio infertur: & pro limitatione ducit Auilam, Mathienſem, Peregrinū, ac Lanarium in locis ibi citatis, & hoc in Regno intereſt *pragmatica 3. tit. 13.* quò venit in loco; nulli, regius qui ſit conſiliarius permiſſum haberi, in cambijs, aſſecurationibuſque aut quocum- I
que Regia ex Curia perpatrando actu participem eſse; cum officij priuatio in punitionem adducatur, Muta *in pragm. Regni tit. 14. vbi num. 5.* aſſeruit, quòd quamuis prohibitum exiſtat, cum alijs contrahere officiali; id attamen de illo intelligi opus ſit, qui prouincialis habeatur, non autem de eo, qui Magiſtri Iuſtitiarij locum tenens ſit, Regentis præſeferat dignitatem, aut ipſius exter K
notarius, vel Iudicis occupet locum, & illis in officialibus, qui perpetui ſint, eis præcipuè in contractibus, quos palam fuiſſe celebratos, certum ſit, quique ex bona fide, ac etiam, cum nulla interueniat fraus, ſint iniecti: ex geſtis etenim manifeſtè per actum omne depelli dictum patet.

Limitationem etiam conſtitutam

 om-

A omnibus clarum illa in contractatione, quæ vnius deſcendat ex contrahentis parte, & quo in caſu quoad victum, ac veſtitum ſui, propriæque familiæ ad emolumentum id fuerit perpatratum, vel etiam ſi illa fuerint empta, quæ proprios ſpectaſſe ad ſucceſſores ſciat. Muta *in cap.* 22. *Regis Alphonſi num.* 18. Scaccia *de commerc. & camb.* §. 1. *quæſt.* 7. *parte* 3. *limit.* 17. *ſub nu.* 16. Qua etiam B limitationem in parte perpetuis in officialibus ponit, ex eo quia qui tales exiſtunt, emptionem facere, venditionem, alioſque facere contractus valent. *l.* 14. *ff. ſi cert. petat.* Adſtringit etiam, quòd prohibitioni locus illis ſit in Officialibus, Rectoribuſque aliena, qui iudicia in patria exerceant, quòd ex aduerſo in propria occurrit, ibi etenim contrahere ipſis permiſſum.

C Vetitum autem de Ciuitatis rebus Adminiſtratori exiſtit, Vniuerſitatum de affictibus, participes, aut aliorum opera, vel ſui diligentia reddi, Doctores penès Mutam *in pragmatic. titul.* 14. *num.* 3. Nec alia licitum ratione habetur, vt officialium quiſquam cum illo de Ciuitatis gabellis, quæ ſubdita ſibi iuriſdictionis reſpectu ſit, vel ſui medio, vel alia induſtria faciat emptionem. Afflict. *in conſtitut. de probat. Curials. commerciante ſub num.* 2. D Prohibitum etiam Theſaurario exiſtit, vt aliquo mercaturam pacto Regia ſimul cum Curia velit exercere, neque cum illis particeps, qui negotia agant, aut banchcrijs, vel etiam magazenerijs, reddatur, *vt in pragmat.* 13. *titul.* 8. *num.* 30. vbi: *Item ordinamos, que ni por ſi, ni por otra perſona directa, nè indirectamente asſi en publico, ò occulto tracto, y participacion en* E *algun contracto, ò partida, que ſe hiziesſen con Regia Corte, ni con magazeni, ni con Magazeneros publicos, ni en alcun banco, ni con banqueros de dicho Reyno.*

Hoc verum in loco breuitèr explicari de Principum Theſaurarijs oportet, ipſos nimirum, antiquis è ſuſceptoribus, archiuarijs, cæteriſque diſſimiles haberi: peculatus etenim haudequidè inciduut in crimen, aut etiam de reſiduis, quamuis de pecúnia ſibi principum tradita è debitoribus tractent, & F proprios conuertant in vſus, cum tranſlatum in ipſos pecuniarum dominium reputetur, ea de cauſa potiùs Argentarij nominantur, nec in illas dicimus incurrere pœnas, in quas ſuſceptores prolabi ſcimus: vt ſcriptum ex Gratia. *diſcept.* 304. *num.* 20. è Menochij *authoritate de Arbitr. caſu* 586. *num.* 24. & Alciat. *conſ.* 100. propterea conſtituit *num.* G 21. lucrum ex ipſis habitum Theſaurarijs, in proprium conuerti emolumentum: citat Peregr. *de iure fiſci lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 10. & Menoch *loco ſupra citato.* Illis licèt publicarum ſuſceptoribus pecuniarum, vel ærarijs nullo permiſſum eſſet, cambium modo, mutuumue, ſi Principis aut largitionum comitis abſit facultas, neque etiam alio pecuniarum H conuerſio concedatur loco, quàm in ærarium; cum prohibitio etiàm mercandi, aliaque commercio perficiendi, habeatur, vel etiam ne contractus cum ſubditis prouincialibus pangant. Grat. *loco ſupra citato in fine* Franc. Marc. *deciſ.* 202. *n.* 3. & 4. *parte* 2.

Quibus etiam fuerit ex Iudice interdicta mercatura, eam denegatur exercere, vt ſcriptis tradidit Stracca *dicta* I *parte.* 3. *num.* 33. punitionis namque ex cauſa prohiberi optimè negotiatio valet. per Tex. *in l. moris verſic. interdicit ff. de pœnis*, & vbi præcipuè amiſsa mercator fide decoqueret, & quidquid fraudis ipſa perpatraret decoctione, Stracca *loco ſuperiori citato num.* 35. Motus ex Tex. *in l. ſi aliquid C. de ſuſcep. Præpoſ.*

K Pleræque tandem occurrunt perſonæ, quibus è morbi vi, aut ætatis ineptitudine prohibitam certum eſt, fuiſſe mercaturam: quos recenſet Stracca *in ſupradicto tract. de mercat. parte* 3. *à nu.* 18. Quo exemplum ducit in loco, primum de furioſo, ac inſano, de quibus verba facit Fabianus *in tract. de cambijs ſub num.* 49. In minore deinde, qui ſub curatoris permaneat regimine, & in

quo-

A quocumque, cui bonorum extat admini-ſtratio interdicta, minori etenim, qui ſub curatoris habeatur moderamine, mobilibus etiam de rebus vetita diſpoſitio exiſtit: vt ſcriptum è Scaccia de *commerc.* §. 1. *quæſt.* 7. *part.* 3. *limit.* 17. *ſub num.* 4.

Nec aliquo decens modo eſt, quòd cum noſtræ hoſtibus Religionis commercia, mercaturaſque exercere Chri-B ſtiani velint, cum excommunicationis infligatur pœna, ac de proprijs confiſcatio bonis, quo in caſu ad illos merces adduci firmum ſit, nec non illius ſubire dominium ſerui iam effecti coguntur, qui de ipſis faciant capturam *cap.* 6. *ita quorumdam*, & ibi latè Nauar. *notab.* 1. & 4. *de Iudæis*, & *Sarac.* Sotus *de iuſtitia, & iure lib.* 6. *quæſt.* 2. *artic.* 2. *col.* 4. *fol.* 565. Strac. in ſæpè *citato tract. parte* 2. *num.* 4. Adde quòd qui Turca-C rum ad munimen, ac orthodoxæ aduerſariorum fidei arma duceret, pyriūque puluerem, ligna, & ſimilia ferret, quæ belli deſeruiant ad robur, lethale vltra quòd peccatum committunt, excommunicationem in bulla Cœnę Domini ſubire coguntur. Nauar. *loco ſupra citato.* Tolet. *de inſtruc. Sacerdot. lib.* 8. *cap.* 53. *de negotiatore, verſic. tertio ratione, & l.* 2. *C. de commerc. & mercat.* Gratianus, D Valentinianus, & Theodoſius præcipiunt. *Vt non ſolum Barbaris aurum, minimè præbeatur, ſed etiam ſi apud eos inuentum fuerit, ſubtili auferatur ingenio: ſed ſi vlterius aurum pro mancipijs, vel quibuſcumque ſpeciebus ad barbaricū fuerit tranſlatum à mercatoribus, non tàm damnis, quàm ſupplicijs ſubiungentur, & ſi Iudex repertum non vindicat, tegere, vt conſcius, criminoſe E feſtinat.*

Sed & quid in aduocatis? neutiquā ipſis conceſſum, vt contractum, pactionemque aliquam cum litigatore, quem in propria recepit fide, inijciat per Text. *in l. quiſquis* 6. *verſ. præterea nullum*, & ibi Gloſ. *C. de poſtulando*, & vt fuſius explicaui in Aduocatorū ſtatu, quod etiā in medico vim includit; ipſi namque dicitur vetitum, vt cum ægroto contra-F hat, quemadmodum in Medicorum ſtatu habetur: Regni enimuerò per pragmaticam *tit.* 11. *de officio Magiſtri Portulan.* §. 18. Proſenetæ denegatur, ne aliqua præſumat de frumento, animalibus, & mercibus quibuſcumque faciant emptionem, venditionemque, vel aliquem, circa ipſa, contractum, aut publica, vel occulta ratione ſuum conficiant opus, aliquoue ſocietatem ineant G cum mercatore: vt in §. 19. continetur.

Aequali etiam Iuratis forma interdicta tritici dicitur mercatura, vſquequo ipſorum officium perduret, quòd ita in 2. *tomo pragmat. tit.* 25. *pragmatica vnica. Item por buenos reſpectos, quiere, y manda el dicho Señor, que ninguno de los Iurados de qualquier Ciudad de dicho Reyno, durante el tiempo de ſu oficio pre-H ſuma de vſar algun comercio, ò mercaduria de trigo tanto por sì, como por interpueſta perſona publica, ò occultamente en las dichas Ciudades, y Tierras, ni alguno en las Tierras de qualquier Prelado, ò Baron, ſo pena de mil onzas de qualquier de los que contrauenieren de exigerſe, y aplicarſe a la Regia Corte.* Illis etiam officialibus, qui portubus, oneratorijſque Regni præſint, ipſiuſque ſint ſubſtituti, I haudequidem permiſſa dicitur mercatura, vel etiam frumenti, hordei, leguminum, ac etiam annonæ extractio, vt *in dicto ſecundo tomo, titul.* 15. extat.

K

A

DE REBVS, QVAE AD MERCATVRAM *vetantur exponi.*

Cap. 2.

QVas atenim res adhibet in exercitio mercatura, noſtro debent B in commercio haberi, ac proprio ſubiectæ dominio eſſe, talitèr vt ſacra, vbi publica, vel etiam religioſa interuenit res, nullam retinere mercaturam vigorem, validitatemque demonſtrat Molina *de iuſtitia, & iure tom.* 3. *de contract. diſput.* 304. *verſic. item res ſacræ;* quo in loco iſtas exponit res, §. 1. *inſtitut. de inutilibus ſtipulat. l. inter ſtipulan.* C *§. ſacram, ff. de verborum obligat. §. nullius, inſtitut. de rerum diuiſ. l. vſucap. ff. de vſucapion.* Illo quamuis tempore huiuſmodi circa res efficiatur, quo tales neutiquam exiſtant. Molina *loco ſupra citato.* Tali enim ratione ſacræ venditio rei prohibita reperitur, vt qui de ipſas diſtractionem facere præſumat, in læſæ crimen Religionis incurrat. Fabianus de Monte *tract. de emptione, & vendit.* D *quæſt.* 4. *princip. num.* 5. Nec permiſſum libero dicitur de homine facere mercaturam, ex eo quia nullo modo ſub ea vendi lege poteſt, *Cum erit ſeruus, l. ſi in emptione* 34. *§. omnium rerum, ff. de contrahend. emptione.* Stracca *in ſæpè cit. tract. parte* 4. *num.* 12. Ludouic. Molina *de iuſtitia tom.* 2. *de contract. diſput.* 340. *verſic. homo liber.* Lopez *de contract. lib.* 1. *cap.* 4. *verſic. præterea, & verſic. ſecunda* E *concluſio.* Demas tamen, ni pater habeatur, qui famis tempore de filio faciat venditionem. *l.* 1. *&* 2. *C. de patr. qui fil. diſtrax.* hiſce quamuis temporibus Chriſtianos inter huiuſmodi nequaquam facultas in vſu habeatur, vt aſſerit Lopez *dicto cap.* 4. *verſic. ineſt ius.* Aut etiam ſi liberi homo ſtatus, cum vigeſimum propriæ ætatis annum excedat, vt particeps de precio efficiatur, de ſe venditionem fieri permittat. *§. ſerui* F *autem, inſtitut. de iure perſonar.* Franc. Grat. *de contract. cap.* 12. *ſub num.* 2. *concluſ.* 2. Qua infortur ex cauſa, minimè libero homini denegatum, vt ſui faciat venditionem, vt in triremibus remos agat, quæ quidem venditio ſeruitutis habetur genus. Grat. *loco citato,* & Lopez *dicto cap.* 4. *verſ. ſecunda concluſio, in fine.*

Malum etiam venenum minimè venale proponi poteſt, vt in Pharmacop. G in ſtatu fuit explicatum; demas, ni id alijs immixtum medelis tali modo nocumentum afferendi amittat naturam, vt ex ipſo antidotum, vel alia conficiantur medicamenta. *l. quod ſæpè* 35. *§.* 1. *ff. de contrahend. emptio. medic. tomo* 2. *tit. de rebus reſtitut. quæſt.* 30. *verſ. ſecundo modo.* Stracca *loco ſupra citato nu.* 43. qui exponit nequaquam, abſque eo H quòd Principis authoritas interſit, negotiationem fieri permiſſum.

Nec prætereas, quòd nulli conceſſum priuato habetur, vt muricis faciat de uellere emptionem, ita vt, ſi quiſquã, aut lanam, aut ſericum, Imperatoris vnde veſtes conſtrui notum eſt, ad venditionem ducat, bonorum non ſolùm publicationem ſubibit, verum etiam pro criminis deformitate, in pænam dabitur. I *l. prima, C. quæ res vendi nõ poſſunt.* Merl. *in empor. iuris ciuil. par.* 1. *tit.* 9. *in præmiſ. num.* 100. quo etiam declarauit in loco, purpuræ commercium priuatis fuiſſe interdictum, tàm ſi ingentẽ pretij reſpicias ſummam, quàm ex eo quia ſolius Maieſtati Principis ipſius conſtitutus dicitur vſus: latè Picard. *in tract. de nobilit. comm. num.* 2. In veſtibus enim conficiendis perſonæ attẽdi qualitatem K oportet, omnes quoniam, æqualitèr adhibere veſtes coguntur, Sutorum quemadmodum in ſtatu fuit explicatũ; & Afflictum addo *deciſ.* 115. *num.* 14. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 3. *caſu* 218. *num.* 5. Barboſ. *in l. quæ dotis num.* 78. *ff. ſoluto matrim.* Stracca *de mercatur. part.* 4. *num.* 6. *&* 25. Purpuræ autem quis fuerit vſus, oportet Plinium vide-

re

A re lib.9. natur. hiſtor. cap.39. Angel. po-
lit. lib. miſcell. cap. 11. Caſſiodor. lib. 1.
variar. cap.1. ad finem. Alexand. ab Ale-
xandro dier. genial. lib.5. cap.18. vbi Ti-
raquellus, Petrus de Gregor. ſyntagm.
iuris lib.9. cap.16. num.27. & lib.36. cap.
29. num.1. Caluin. Lexicon iuris, in verbo
purpura.

Vetitum atenim eſt vinum, oleum,
& de liquoribus quoſdam barbaras
B transferre ad nationes, modicum licèt
id haberetur, & guſtandi cauſa fuerit
adductum. l. prima, C. quæ res exportari
non deb. Nec ille facit ipſorum in fauo-
rem prætextus, quòd ſe Mercatores hu-
iuſmodi de commercijs affirment eſſe.
Gloſa in dicta l. prima in principio, qua
in parte fieri extenſionem ad ſolida vi-
demus. Boer. deciſ.178. num.11. & 12.
Stracca loco citato parte 4. num.12. & 25.
C Clarus lib. 5. §. fin. quæſt. 77. num. 25.
Verum enimuerò ad barbarorum non
ſolùm impias gentes, ad execrandas
verum etiam infamis Mahumetis ſecta-
tores, tàm ſi de Turcarum genere di-
cantur, quàm ſi Tartaricas colant re-
giones, vel Perſarum habitent plagas,
vel Arabum de ſtirpe extent, tàm ſi
Aegypti cultui ſint addicti, quàm ſi in
Africa, vel Mauritania perſiſtant, hu-
D iuſmodi quidquam vehi prohibetur: vt
explicauit Franciſcus Anton. de Soaſ.
in relec. de cenſur. Bullæ Cœnæ cap.8. nu.8.
Azorius inſtit. moral. cap.2. quæſt.4. quo
etiam reſolutum reliquit in loco; licèt
ex Tex. in cap. ita quorundam 6. de Iudæis,
& Saracenis. nullo Chriſtianis modo,
qui ad Iudæorum, Paganorumue, ſeu
Ethnicorum auxilium arma tranſducāt,
excommunicatio inſligatur; haudequi-
E dem enim Iudæos, Paganoſque, Sara-
cenorum nomine ſcimus, demonſtrari:
Pontificia tamen ex conſtitutione, quæ
dicitur in Cœna Domini, propria ſub
excommunicationis pœna Chriſtianos
etiam eſſe comprehenſos, ex quibus
ad Iudæos ſint arma tranſducta, vel etiā
ad Paganos, Ethnicoſue, atque huiuſ-
modi, qui Chriſtiani nominis inimici
ſint, actuque, vel habitu Chriſti ad-
uerſus ſectatores bella gerant, ſint ad- F
uecta.

Armorum atenim ſub titulo non ſo-
lum illa, quæ ad proprium apta ſint tu-
tamen, ea verum etiam, quæ ad infe-
rendam iniuriam, offenſamque ducen-
dam prompta videntur, & quidem hu-
ius generis galeas, loricas, gladios, ha-
ſtas, ſagittas, tela, & adſimilia ſcimus
intereſſe; adde etiam fuſtes, lapides, nō
illos, qui ad ædificiorum inſeruiunt cō- G
ſtructionem, ſed & eos, qui ad bellicas
apti ſunt, res, quemadmodum pilæ, aut
etiam lapidei exiſtunt globi, vel etiam
qui ferrei exiſtant, ac bellico ſolent è
tormento explodi. Azor. cap.23. quæſt.
10. eo tamen vaginæ haudequidem
comprehenduntur, quæ ad enſes de-
ſeruiant recondendos: vt eſt in placi-
tis Deciani tract. crimin. lib. 8. cap. 3.
num. 57.

Verū enimuerò circa ferri materiem H
explicari oportet, quod de ipſo tranſ-
portatio, negotiatioue dicitur interdi-
cta, tàm ſi factum interſit: vt in l. nemo,
C. quæ res export. non debe. facti autem
nomine id venire certum eſt, quod è
ferro conſtructum, bellicos aptum ex-
tat ad vſus, & accommodum: infecti ve-
rò titulo, ferri intelliguntur laminæ, ſeu
ipſius maſſa, tàm ſi in globum redacta,
quàm exporrecta, & impolita, nec non I
rudis occurrat: vt Azorius affirmat di-
cto cap.23. quæſt.12. Adde quòd in pla-
citis Straccæ habetur parte 2. num. 41.
& Clar. §. fin. quæſt. 77. num.25. Quod
vbi per ſanguineos belli feruores bar-
bari moram trahunt, nequaquam licet,
vt pro facienda captiui redemptione
arma, quæ ad certamina perapta, defe-
rantur, nè maius acquirere hoſtes ro- K
bur poſſint; nec prætereas, quòd Aza-
ued l.10. num.7. tit.2. lib.8. nouæ recompil.
à n.3. ampliationem facit hoc efficaciā,
treguæ etiam tempore demonſtrare,
quod & idem affirmat Cepol. conſil.31.
lib.2. quo aſſerit in loco eidem prohibi-
tioni, quæ belli vim tempore oſtendit,
vigorem treguæ ſpatio ineſſe: belli ate-
nim curſu quodcumque prohibitum
habe-

A haberi commercium firmum eſt, quòd
ſi nullos Martis inſpicias futores cir-
cumagi, minimè in merces prohibitio
deſcendit, nec aliquam incurrere facti
dicitur pœnam, quaſcumque exportãs
ad Saracenos, merces; demas tamen,
ſi quædam de mercibus interſit appoſi-
tis *in d.cap.ita quorumdam*, ſicuti affirmat
Barboſa *in collect. in cap. quod olim* 12. *de*
Iudæis,& Saracen. nu. 2. proditioni quo-
B niam proximum extat crimen, arma,
equoſque, atque alia, quæ prohibita
dicuntur, ad hoſtes deportare. Menoc.
de arbitr.caſu 595. *l. nemo*, C.*quæ res ex-*
port. non debe.

De frumento atenim, quod ad Prin-
cipis vehitur exercitum, nulli permiſ-
ſum eſt perſonæ, facere emptionem, ex
eo quia, ſi aliud fuerit perpatratum, &
honeſto ſit ſanguine natus, deportatio-
C nem ſubibit, ſi inferiori ſit in loco, exci-
pere capitis diminutionem adſtringi-
tur. *l.nemo* 4. C. *quæ res vendi non poſſ.*
omniumque incurrunt bonorum amiſ-
ſionem: an vero, ſi prohibita cum lici-
tis commixta mercibus exportantur, ia-
cturam de cunctis faciat mercator? vi-
dere oportet Boer. *dec.*178.Bertac.*trac.*
*de gabell.par.9.quæſt.*8. Clarus §.*fin.quæ.*
82. *num.*9. Peregrin. *de iure fiſci lib.* 6.
D *tit.5.num.*30.Guttierez *pract.quæſ.lib.*4.
*quæſt.*40.*n.*9. vbi, propriam poſtquam
attulit opinionem, quòd nimirum, ſi
neutiquam licitas quiſquam deferat
merces, ac eo modo prohibitas ipſæ
ſolùm fiſco applicentur: limitationem
illo vehit in caſu, quo cunctis amiſſio
de bonis, pro delicti pœna, imponatur:
capitalem autem circa pœnam, qua in-
telligi forma oporteat, & quæ conti-
E neatur, videas Strac. *dicto tract.de mer-*
*cat.par.*4. *à num.*19.

Per frumenti verò nomen, generali
ratione, compræhenſum venit far, hor-
deum, auena, ſiligo, ac pleraque, qui-
bus ineſt ariſta. *l. frugem* 77.*ff.de verb.*
ſignif. Menoch.*de præſump.lib.4.præſum.*
151.*n.*1. excipias, ni expreſſa frumentũ,
hordeumque forma exponãtur, eoquòd
cum ſpecialitèr fuerit explicatum, neu-
tiquam tacitum adeſt, & frumenti no- F
mine haudequidem hordeum contine-
tur. *l.modicus*, C.*de reſcript. præp. arc. lib.*
10, Rebuff. *in dicta l.frugem*, *verſic. li-*
mitatur.

Speciali enimuerò frumentum ratio-
ne (quemadmodum communis loquẽ-
di vſus habet) diſcrimen alios inter, ſe-
ſeque ponit, at ſolùm ipſo nomine oc-
currit, minimè tamen hordeum, cæte-
raque per ariſtam, quæ ſubleuantur. G
Menoch.*d.præſumpt.*151.*n.*4. & de ea
cauſa, vbi prohibitio interſit, ne de
frumento extractio fiat, triticum tan-
tummodo venit, vt ſcriptum fuit ex
Auendagn. *de exequend. mandat. part.*2.
*cap.*19. *num.*35.Mexia *de taxa panis con-*
*cluſ.*1 *num.*56. æquali etiam forma quo
in caſu vetitam ſcimus frumenti haberi
extractionem, de farina etiam dicimus
prohibitionẽ iniectam cum nullo modo H
verborum ſonum, ſed effectum, men-
temque opus ſit, in conſiderationem
vocari, ne ſub famis tyrannide ſubditi
vitam deſerere cogantur, & cariori an-
nona pretio vendatur: vt explicauit
Maranta *de ordin. medic. part.* 2. *princip.*
*nu.*29.Bouadill. *in ſua politic.lib.4.cap.*5.
*num.*23.Menoch.*præſumpt.*151. *num.*5.
*& conſil*106. *num.* 39. Surdus *dec.* 136.
num. 6. I

Neminem etiam latet, haud fermè
permiſſum, vt barbarum quiſquam in
ſolum audeat animalia transferre, vt
notatur *in l. vſurpat. C. de vect. & com.*
Stracc.*dicta parte* 4.*num.*16. qui *in n.*40.
aſſerit, publicis mercaturam in rebus
facere prohibitum eſſe: pleræque inter-
ſunt res, quæ propria nequaquam ex
natura exponi venalia valẽt: cuius equi-
dem generis Sacramentum, aut ſacer- K
dotium dicuntur, quoniam cum gratis
ipſa recipiantur, & grato adminiſtrari
animo decet DD. penes Scacc. *de com-*
merc.§.1. *quæſt.*1.*ſub num.*556.quo etiã
declaratur in loco id minimè agi Iudi-
cis circa ſententiam, vel teſtium dicta
conceſſum, vt etiam ſcriptis tradidit in
*quæſt.7.part.2. ampliat.*19.*n.*100.*& ſeqq.*
Ipſis licèt ſæpè ſæpiùs habiti ratione

labo-

A laboris æqua debeat merces afferri, &
denique affirmat nullo vẽdi modo pec-
caminoſum poſſe opus, ad malum,
etiamſi valeat, ac bonum ſeſe habere.

Sed quis aſſerat aliena venditionem
de re fieri ex aliquo permiſſum? Nemo.
Nam ſi hoc ſcientes inter agatur, cri-
men dicitur commiſſum, qui alienis
namque de rebus facit venditionem,
furti reus extat, & ſcientèr illam emẽs
B de crimine ſuſpicionem affert, immò
ipſemet fur habetur, vt declarauit
Scaccia *de commerc. quæſt.* 7. *& quæſt.* 2.
ampliat. 19. *ſub num.* 82. *verſic. extende*,
vnde conſequens eſt, haud huius vigo-
re venditionis dominium, vel vſucapiẽ-
di conditionem transferri. Fabian. de
Monte *tract. de emptione, & vend. quæ.* 4.
princip. num. 3. Talitèr vt illas reſtituere
domino emptor cogitur, ſi res integra
C habeatur, ſi ex aduerſo pretij facere
ſolutionem, quòd rei præſeferat valo-
rem: vt ex eodem Scaccia *dict. ampliat.*
19. *num.* 82. *verſic. ſubextendo.*

DE MERCATVRA, QVAE LOCI, temporiſque ratione vetatur.

Cap. 3.

D QVo atenim exerceri mercaturam
in caſu negotium expoſcit, ido-
neum eligi, ac è iure permiſ-
ſum decet locum, non illum verò, ſacra
in quo ſcimus celebrari; cuiuſmodi Ec-
cleſiæ, ſupernique delubra numinis exi-
ſtunt, ipſa namque haud fermè apta di-
cuntur, vt in ipſis negotia peragantur,
circa quod exemplum è Chriſto eſt, quì
E æquo mercatores flagello templi re-
pulit è limine, nummulariorumque
menſas euertere cæleſti zelo non dubi-
tauit; eccleſiæq; oſtendit id minimè de-
corum hominibus haberi: & notatum
eſt ex Anton. de Borél. *tract. de vſuris
num.* 50. *in fine to.* 7. *fol.* 68. Medina
in ſuis tract. to. 2. *tit. de reb. reſtit. quæſt.*
30. *verſic. per hæc col.* 1. *fol.* 231. quòd
ſacro autem in loco neutiquam nego- F
tiationes fieri, aut cambia decens ſit,
expoſuit idem Medina ipſomet *to.* 2. *tit.
de reb. per vſur. acquiſit. quæſt.* 5. *col.* 4.
verſic. verum fol. 361. Et ea Chriſtus
ex cauſa illos, qui emptionem facerent
venditionemque depulit, nummulario-
rũque in terrã æs proiecit, eoquòd tem-
pla veneratione proſequi, & auaritiam
odio decet: Sotus *de iuſt. & iure lib.* 6.
quæſt. 2. *artic.* 2. *num.* 5. Ioan. Capiſtrat. G
tract. de vſuris in 2. *parte ſecunda prin-
cip. num.* 146. *to.* 7. Quis etenim inficias
eat, negotiationem, etiam habito loci
reſpectu, prohibitam exiſtere, ac tem-
plis ea de cauſa ſacris locis exerceri
minimè poſſe; cum illa Dei ſint domus,
atque Orationis, non autem ſpelunca
latronum. *cap.* 21. Matthæi *& cap.* 3. *quid
eſt in fine diſtinct.* 88. vbi *Nolite facere
domum patris mei, domum negotiationis* H
& in cap. 2. *decet domum, de immunit. Ec-
cleſiaſt. in* 6. ibi *Ceſſent in Eccleſijs, ea-
rumque cemeterijs negotiationes, & præci-
puè nundinarum.* Talitèr vt, nundinæ
quo in caſu haberentur, aliæque num-
mulariæ negotiationes intereſsent, le-
thalis reus criminis iudicatur, qui ne-
gotia in templis agat, ſed ſi ex aduerſo
accidat, veniale reputatur peccatum,
vt ex Toleto *de inſtruct. Sacerd. habemus* I
lib. 8. *cap.* 53. *de negotiatione verſic. quintò:*
ratio nàm inde fit, quòd Eccleſiæ ne-
quaquam patitur natura, vt in ipſa de
ſpectaculis repræſentatio fiat, ac ludis:
cap. cum decorum de vita, & honeſt. cleric.
Muta *in pragm. Regni tit.* 79. *num.* 11.
to. 1. honeſto adde quòd in loco mi-
nimè negotiari, atque impunè conuer-
ſare, permiſsum eſt. *l. ſi cum dies §. ar-
bitrer ff. de arbitris.*

Temporis etiam reſpectu prohibi- K
tam, ſcimus eſse negotiationem, ſi ni-
mirum Dominico die, vel ſolemni mer-
catura tempore, aut etiam negotiatio
exerceatur, vt habemus, ex Conrad. *de
contract. quæſt.* 51. *concluſ.* 2. Franc. de
Ponte *de poteſt. Proregis tit.* 10. *de mer-
cat. ſeu nundin. ſub num.* 10. Sotus *de
iuſt. & iure lib.* 6. *quæſt.* 5. *col.* 4. *verſ.*

A *verum fol.* 361. & in Regno Pragmaticam retinemus, per cuius diſpoſitionem prohibitio emanat, ne Apothecæ dominicis, feſtiuiſque aperiantur diebus, ad hoc vt de rebus venditio fiat: Demas, ni ad victum deſeruirent, de qua ſcripta reliquit Muta tàm ſuper conſuetudine Panormitana, quàm in ſupracitata Pragmatica *tit.69. num.* 20. Hoc etiam nullam includit, vim ſi de
B mercatura, toleratis, notiſque exercenda in nundinis verba faciemus, cum diuina tamen nullo negligantur modo: vt explicatum fuit è Sylueſtro in ſumma, verbo, negotiatio, *ſub num.* 12. Atque attendi locorum conſuetudini opus eſt idem à Ponte *loco citato.*

Frumēta enimuerò ac Hordea priuſquam fuerint producta, atque Iulij antequam acceſſerit menſis haudequidē ad conſignationem, ſolutionemque
C faciendam, ſed ſolummodò à Maſſario ad mercatorem vendi valent: vnde ſi tali contractus quiſquam forma conſtructus reperiatur, nullā includit vim, & qui contrauenire præſumunt, de hordeis, iacturam, frumentiſque ſubibunt, tertiam quorum partem reuelās habebit, reliquæ vero fiſco tribuentur partes: ob quod, & officium Notarius
D exercere, ac proſenetæ, neutiquā exercere permittuntur: cum ipſis infamiæ nota inuratur, vnciarumque centum illata ſit mulcta: quemadmodum diſponitur per pragmaticam vnicam *titul. de prohibita vendit. in princip.*

Dicimus etiam temporis ratione, haud licitam negotiationem haberi, ſi Reipublicæ inferre detrimētum videatur: plerique etenim de oleo, tritico,
E vino, cæteriſque facere emptionem cōtendunt, vt poſtmodum, cum diù conſeruarint, ac tempus acceſſerit opportunum, maiori pretio vendant, vnde in cauſa ſunt, rerum inopia valdè pauperes fatigari, nec quidquam ad vitæ ſuſtentationem, vt fas eſſet, inuenire, ac ea de re mirum pretia in modum augentur. hinc exiſtimauit Tholoſanus *in Manual. poſt 7. lib. tit. de negotiat. cap.* 53. *ſub num.* 9. Huiuſmodi negotiationem peſſimam, & nonnullius momenti F
damnum Reipublicæ afferre, atque huius homines generis, qui talia patrant, indè pelli neceſſe: atenim, ſi magna rerum affluentia intereſſet, quæ talitèr abundaret, vt cuilibet poſtquam ſatiſfactum neceſſitati ſit, plurimum reliqui occurrat: eo quidem in caſu licitam haberi negotiationem firmum eſt; vt paritèr affirmatur, proprijs vbi ea G
colligeret è terris: nam tunc licitum exiſtit, ea in aliud conſeruare tempus, vt idem loco ſuperiùs ducto explicauit.

Quemadmodum id procedit, quo in caſu, ipſo de tempore fieri venditionem conſpicimus, ſi ſcilicèt temporis expectetur quidquam à vēditore pro ſpatio, pluris det, puta, ſi quæcumque vendita ſit res, ac ſupremum expoſcatur pretium, ob tempus, quod pro facienda H
ſolutione concedatur, propterea ſi de re, quæ ad ſummum, attento pretio rigoroſo, decem contineat valorem, venditio efficiatur, ex duodecim emptori, quoniam ad ſoluendum tempus præbet, venditionem facit; mutuum etenim ipſi pretium dare dicitur, pro quo illa recipit duo, quæ iuſtam exuperare pretij ſummam certum eſt. *cap. in Ciuit.* 6. & ibi Abb. & alij *de vſur.* D. Thom. I
2.2. *quæſt.* 78. *artic.* 2. *verſic. ad ſeptimum;* cum manifeſtam affirmet, vſuram committi: huiuſmodi quoniam pretij expectatio (vt æquali forma ſi minoris infimi pretij ob anticipatam ſolutionem valor detur) mutui continet qualitatem: quod etiam fuit expoſitum à Nauarr. *Manual. confeſſ. cap.* 17. *num.* 206. *verſic. dixi verum.* Sotus *de iuſtitia, & iure lib.* 6. *quæſt.* 1. *artic.* 1. idem etiam in rei ven- K
ditione, quæ in pondere conſiſtat, numero, & menſura occurrit, ſicuti Bald. ſcripſit, *in cap. ad noſtram, de emptione, & vendit.* Quapropter (iuxta quæ declarauit Sigiſmund. Scaccia *de commer.* §. 1. *quæſt.* 7. *parte prima, ſub nu.* 25.) omnem quamuis vſuram ſciamus in mutui contractu verſari, quia tamen duplici mutui con-

A contractus ratione occurrit æquali mo-
do dupliciter habetur vſura, vera ni-
mirum; quam in vero dicimus mutuo
inhærere, ac palliata, quæ in mutuo
conſiſtit palliato, vt docet Abbas in
dicto cap. in Ciuit. num. 2. & Nauar. *loco
ſupra citato, verſic. dixi verum, in fine.*
Vt etiam realis, quæ duplici interuenit
ratione, formalis nimirum, in qua for-
mali mutuum interſit pro lucro, atque
B virtualis, in qua ſolummodò virtuali-
tèr accedat, vtpotè quando cariori mer-
ces pretio, credita pecuniarum ſumma,
vel cũ ante facta ſolutione viliori loco
vendantur: vt ex Azorio *inſtitut. moral.
parte* 3. *lib.* 5. *tit. de vſura, cap.* 3. *verſic.
tertiò diuidi ſolet*, atque ſcripſit Scaccia
loco ſupra citato ſub num. 25. Peccati ergo
reus venditor exiſtit, qui maiori quàm
maximum pretium ſit, dilatam ob ſo-
C lutionem, merces vendit. Lupus *tract. de
vſuris, ſuper cap. nauigan. comment.* 3. §. 5.
Theologiæ namque Doctores, Summi-
ſtæ, ac Iuriſperiti in ſententia habent,
quod nullo modo integro conſcientiæ
candore, expectata ad tempus ſolutio-
ne, augeri pretium poſſit, cum illius
prætextu, vti ſcribit Azor. *inſtit. moral.
parte* 3. *lib.* 8. *tit. de emptione, & vendit.
cap.* 8. *verſic. vis igitur*. Vſuræ quoniam
D reos, qui talitèr ſeſe gerunt, exiſtere
firmum eſt: vt dixit Nauarr. *dict. cap.* 17.
num. 240. *verſic. centeſimo quinto.* & hanc
eſſe communem aſſerit opinionem: hu-
ius eoquòd generis venditio tacitum,
implicitumque dicitur mutuum retine-
re, vt explicauit Azor. *loc. cit.*

Nonnulli tamen, qui vſurarum vſum
volunt excuſatione dignum, interſunt,
cum dicant, primò, quoniam pecunia,
E de qua tardiùs ad tempus, & in futurũ
fieri ſolutio debet, minori habetur æſti-
matione, quàm præſens, vt demonſtra-
tur *in l. ſi cui minus, ff. de verbor. ſignif.
l. ſolidum, ff. de ſolution. l. fideiuſſor in fi-
ne, ff. de fideiuſſor.* quibus equidem in
iuribus videtur, quòd plus eſt ſubitò
dare, maius etiam poſt tempus, quibus
conſona eſt. *l. ſi prædo*, §. 1. *in fine, ff. de
in diem actio.* cuius authoritate Bald. in
l. à Diuo Pio, §. *ſed ſi emptor, ff. de re* F
iudic. affirmatum voluit, quòd aliquid
nequaquam præſenti vẽdere pretio, ſed
ad futurum tribuendo, ſit pretio ven-
dere minori: quod & approbarunt non-
nulli Doctores à Tiraquello ducti in
lib. retract. n. 1. *gloſ.* 18. *n.* 35.

Secundò etiam interuenire ſcimus,
quòd, cum licitum, permiſſumque
mercatoribus exiſtat, lucrum facere, vbi
conceſſum negotia exercere ipſis ſit. G
cap. fornicari 88. *diſtinct.* ex conſequen-
ti deducunt, cariori poſſe pretio ad tẽ-
pus venditionem facere de mercibus,
vt ſibi lucrum acquirat.

Affirmant tertiò licitum venditori
eſſe, ſeſe indemnem ſeruare; qua de
cauſa Diuus Thomas 2. *ſect. quæſt.* 77.
artic. 1. permiſſum affirmat, reſarcin
pretio damnum, quod pati forſitan poſ-
ſet, dilatam ſiquidem propter nummi H
ſolutionem, vt paritèr nonnulla ſubire
detrimenta valeret, quòd nimirum lu-
crum ceſſaret, & ipſius periculum ca-
pitalis veniret, cum id fortè nunquam
ſolueretur, vt æquali modo illis peri-
culum de diſpendijs, expenſiſque, quæ
ſubire, vt de pretio faceret ſolutionem,
cogeretur, vnde, cum huiuſmodi pe-
riculorum metus pecunia æſtimabilis
habeatur, ipſorum dici poteſt reſpectu I
permiſſum cuiquam eſſe, maiori vt pre-
tio licitè venditionem facere valeat de
re: quemadmodum tradidit Abbas in
cap. nauiganti, de vſuris 8. *l. penult. num.*
15. Caietanus *ſuper* 2. 2. *quæſt.* 72. *ar-
tic.* 2. Conrad. *de contract. quæſt.* 59. *con-
cluſ.* 3.

Ipſorum quartò pro ſententia aliam
afferunt rationem ex regula per Docto-
res conſtituta, quòd eo nimirum res K
pretio præſumitur valere, quo vende-
re quiſquam poteſt: vt *in l. prima*, §. *ſi
hæres, ff. ad Tribon.* quo in loco adnota-
tum ex Gloſa *& in l. ſi ſeruus, ff. de cond.
furt.* cum alijs: quapropter Mercatorum
arbitrium eſſe videtur, ſuis pretia mer-
cibus conſtituere in venditione: præci-
puè cum datæ ad tempus, quando id
ex legibus eſt permiſſum, quod etiam

A in emptionis pretio, venditioniſque cõ-
ceſſum ex natura, vt ſeſe ad inuicem
decipiant contrahentes, vt fuit expli-
catum ex Iuriſconſulto *in l. item ſi pre-*
tio, §. fin. ff. loc. & in l. cauſa 12. §. idem
Pompon. ff. de minor. nec aliquo recon-
uentionis ex cauſa modo reſciſſionem
pati huiuſmodi contractus valent: pura
ni ſimplicique in venditione iuſti me-
dietatem pretij deceptio ſuperaret; vt
B *in l. 2. C. de reſcind. vendit.* Hoc atenim
è ciuilium non ſolùm diſpoſitione legũ
occurrit, canonica verum id oſtendunt
ſtatuta: vt *in cap. cum dilecti, & cap. pe-*
nult. vbi Canoniſtæ *de empt. & vendition.*
Ad quòd etiam omnibus inditum facit
deſiderium, quo quiſquam viliori emp-
tionem facere, atque magis rigoroſo
venditionem pretio cupit.

Cum adductæ verumtamen nullum
C ponant impedimentum obiectiones, af-
firmare oportet cum Leſſio *de iuſtit. &*
iure lib. 2. cap. 21. de empt. & vend. dubit. 6.
quòd rigoroſum vltra pretium, quo res
numerata poſſet pecunia vendi, nullo
decens ſit modo, ob dilatam vendere
ſolutionem, ac talis extat ſententia
communis: ratio ab eodem Leſſio affer-
tur, ſolutionis quoniam dilatio impli-
citum quoddam mutuum habetur: vt
D ſuperiùs fuit explicatum (quo etenim
euentu ſolutio à creditore differtur, idẽ
facit, ac ſi traditam à debitore pecuniã
mutuam ipſi det, & quoniã haudequi-
dem permiſſum, vt quidquam pro mu-
tuo exigatur, fit, nec etiam dilata pro
ſolutione iuſtum vltra pretium, eſſe cõ-
ceſſum aliquid aſſumi; decem quippè
venditæ merces valorem includentes,
& ex credito, pro tredecim traditæ ſint,
E proindè affirmauit Lupus venire *in di-*
cto cap. nauiganti, §. 5. comment. 3. Ac ſi,
cum decem ſtatim fuerint ex tempore
dara, ſub trium fœnore ipſi tradantur:
citat D. Thom. *ſect. 2. quæſt. 78. artic. 2.*
ad 7. Vſura verò illa intelligitur, pro
exceſſu, qui iuſtum veniat pretium vl-
tra, ac de facere reſtitutionem vendi-
tores obligantur. Lupus *loco ſupr. ducto.*
ex quo relatis reſponſum affertur ſen-
tentijs, ad quem pro materiæ dilucida- F
tione recurrere decet.

Neutiquam verò denegari putauit
Leſſius *loco citato num.* 53. de pretio fa-
cere augmentum, cum habita ceſſantis
lucri, vel damni illa ex dilatione, aut
etiam ex credito venditione prolaben-
tis ratio ſit, veniente mutui paritate,
iuſtum ſupra pretium affirmauit, cum
venditionis dilatio implicitum exiſtere
mutuum dicatur, vt paritèr æquum G
præter valorem, aliquid capere permit-
titur, ſi periculo, cui ſeſe mercator, ex
credito faciens venditionem, exponit,
oculos conuertas: nec prætereas, quòd,
cum interſit de expenſis, moleſtijſque
reſpectus, quas in ſortis recuperatione
imminere videmus, id agere indecens
non exiſtit, vt aſſerunt Sotus, Nauarra,
Medina, & reliqui apud Leſſium *n.* 54.
Eoquòd vbi tali mercator periculo ſe H
inſerat, actum, cunctorum ſententia,
pretio æſtimabilem patrat: adde fide-
iuſſorem petere fideiuſſori permiſſum,
ex quo, vt pretium illud præſtetur, aut
in ſui curam ſuſcipiatur, iuſtum valet
pretium ſtipulationi committi; dummo-
do tamen quòd verum, non autem
figmentis coſtructum periculum inter-
ſit, ne deindè à venditore adſtringatur,
vt ſe potiùs, quàm alius perſonam ſu- I
ſcipiat emptor pro periculo; vt pluris
ternò exactionem facere non quærarur,
quàm ipſe alteri libentèr præberet, vt
ſimile ſubiret periculum, ſi negotium
poſtularet, vt pro emptore faceret ſolu-
tionem. Significari emptori quartò cõ-
ueniens eſt, quo illam ſummam titulo
ſibi velit, & eo præcipuè in caſu, quo
dubiũ occurrat, an placeat ipſi id age-
re, ne fortè aufugere illo quidquam K
ſub nomine afferre, vt ſcriptum fuit ex
Leſſio *n.* 55. qui ſequenti reputauit *num.*
Permiſſum etiam eſſe illa de merce,
quæ communi ex vſu non alia vendi
forma, quàm ex credito, vel ad termi-
num ſolet, maiori venditionem facere
pretio, numerato ſi tribueretur ære, vt
illis exemplum facit in rebus, quæ in-
genti affluentia nonnullis in excellen-

tia

A tia emporia ex locis perinduſtriè affe-
runtur, & varijs mercatoribus præben-
tur, qui diuerſas de illis diſtractionem
faciant ad partes, quæ ſenſim pecunia
vendantur, duxitque rationem *in n.* 57.
quoniam cum huiuſmodi merces haud.
equidem illa poſſit copia vendi, quæ
Reipublicæ expediens extat: atque in
votis habeant emptores pecunia ven-
dere præſenti: neceſſarium fuit repu-
B tatum modum ad inuenire, vt de ipſis
venditio ex credito, ſiue ad terminum
efficiatur: vnde accidit, quòd empto-
rum magna veniat turba, ex cuius nu-
mero fit, vt pretij conſtitutio magis
creſcat; hinc haudequidem pluris ven-
ditio dilatam ob ſolutionem præcisè fit,
ſed quoniã huius modus generis ope-
ratur, vt pretij augmentum veniat, cum
emptorum copia creſcat.

C

DE MONOPOLIIS E MERCATORE vitandis.

Cap. 4.

MAximum includere dedecus, ac
D ſumma præditum iniquitate
monopolium Mercatores inter exerce-
re, probationem nequaquam requirit:
quæ etenim maior in Republica Tyrã-
nis habetur (vt ſentit etiam Decianus
lib. 7. tract. crimin. nu. 3. vel deformior
peſtis, quàm turbatis vndique rerum
neceſſariarum ad vitæ munimen com-
mercijs, eorum vſum, paucorum ex
auaritia, atque arbitrio virorum pen-
E dere? Qua de cauſa, quod ex mono-
polijs deſcendit lucrum, ingentem pre-
ſefert turpitudinem.

Monopolium ergo nihil aliud exiſtit,
aliqua prætorquàm conuentio, aut lo-
cus, in quo ſoli dicitur permiſſum, fa-
cere de quoquam venditionem, vel
emptionis exercitio incumbere, vti ex-
plicatum è Sylueſtro *in ſumma, in verbo
monopolium*. Generali vero forma qua-
cũque ex Doctoribus pro Mercatorum F
machinatione, nec non induſtria ſcimus
deſumi, vt ipſi tantùm, vel de aliquo
faciant venditionem, vel concordato
venale proponant pretio: Hoc autem
quadruplici fieri forma poſſe, certum
eſt, vt aſſeruit Leſſius *de iuſtitia, & iure
dubit. 21. lib. 2. cap.* 21. Nam, vel ſeſe
inter conſpirant, vt minori nemo ven-
dere pretio præſumat, vel ita ſe gerunt,
vt certas ipſi tantùm vendere merces G
quærant, quod vel Principis priuilegio,
vel propria obtinetur induſtria: aut, cum
omnibus emptionem faciant de merci-
bus, vel ipſas ſupprimere ſtudeant, quo
vſque de pretio efficiatur augmentum,
vel tandem cum impedimentum infe-
rant, ne alias è diuerſorum diligentia,
traducantur in regiones, locoſue.

Eo autem in caſu monopolium oc-
currit, quo alicui Principis anthoritate H
conceſſum priuilegium venit, vt ſolus
ipſe tantùm, aut duo, vel etiam tres,
reliquæ Mercatorum multitudini ante-
cedant, merciumque aceruos ita dili-
gentèr coemant, vt ad ipſos vndique
vniuerſi deuenire, compellantur, vt pa-
ri forma ſi iuramento firmata conſtituãt
fide, vt ipſorum nullus nequaquam fa-
cere venditionem poſſit, præfixum niſi
pretium adducatur: Hoc enimuerò ex I
fonte, ut affirmatum fuit è Scaccia *de
commerc. §. 1. quaſt. 7. parte 3. limitat.* 11.
ſub num. 12. Venditorum cauſa mirum
pretia creſcere in modum uidemus, ac
monopoliorum iniquitatem exoriri. So-
tus *de iuſtitia, & iure lib. 6. quaſt. 2. art. 3.
col. 5. fol.* 569. Et ea monopolium de re
nominatur, quaſi quòd unius negotia-
tio in Ciuitate habeatur, uox uero ex
Græco deſcendit uocabulo Μονο, quod k
unum denotat, & πωλη, quod uendito-
rem importat, uel etiam ex Πωλεῖν ue-
nit, quod uendo ſignificat, uelut quod
unica ſit monopolium uenditio, & uni-
cus monopola uẽditor dicatur, ut ſcrip-
tis tradidit Michael Salz. ad Diuum
Thomam 2. 2. *poſt quaſt.* 78. *tit. de his,
qui monopolia exercent num.* 1. *fol.* 699.
tom. 2. Scaccia *loco ſupra citato ſub num.* 3.

quo

Digitized by Google

A in emptionis pretio, venditioniſque cõ-
ceſſum ex natura, vt ſeſe ad inuicem
decipiant contrahentes, vt fuit expli-
catum ex Iuriſconſulto *in l. item ſi pre-
tio*, §. *fin. ff. loc. & in l. cauſa* 12. §. *idem
Pompon. ff. de minor.* nec aliquo recon-
uentionis ex cauſa modo reſciſſionem
pati huiuſmodi contractus valent: pura
ni ſimplicique in venditione iuſti me-
dietatem pretij deceptio ſuperaret; vt
B *in l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* Hoc atenim
è ciuilium non ſolùm diſpoſitione legũ
occurrit, canonica verum id oſtendunt
ſtatuta: vt *in cap. cum dilecti, & cap. pe-
nult.* vbi Canoniſtæ *de empt. & vendition.*
Ad quòd etiam omnibus inditum facit
deſiderium, quo quiſquam viliori emp-
tionem facere, atque magis rigoroſo
venditionem pretio cupit.

Cum adductæ verumtamen nullum
C ponant impedimentum obiectiones, af-
firmare oportet cum Leſſio *de iuſtit. &
iure lib.* 2. *cap.* 21. *de empt. & vend. dubit.* 6.
quòd rigoroſum vltra pretium, quo res
numerata poſſet pecunia vendi, nullo
decens ſit modo, ob dilatam vendere
ſolutionem, ac talis extat ſententia
communis: ratio ab eodem Leſſio affer-
tur, ſolutionis quoniam dilatio impli-
citum quoddam mutuum habetur: vt
D ſuperiùs fuit explicatum (quo etenim
euentu ſolutio à creditore differtur, idẽ
facit, ac ſi traditam à debitore pecuniã
mutuam ipſi det, & quoniã haudequi-
dem permiſſum, vt quidquam pro mu-
tuo exigatur, ſit, nec etiam dilata pro
ſolutione iuſtum vltra pretium, eſſe cõ-
ceſſum aliquid aſſumi; decem quippè
venditæ merces valorem includentes,
& ex credito, pro tredecim traditæ ſint,
E proindè affirmauit Lupus venire *in di-
cto cap. nauiganti*, §. 5. *comment.* 3. Ac ſi,
cum decem ſtatim fuerint ex tempore
data, ſub trium fœnore ipſi tradantur:
citat D. Thom. *ſect.* 2. *quaſt.* 78. *artic.* 2.
ad 7. Vſura verò illa intelligitur, pro
exceſſu, qui iuſtum veniat pretium vl-
tra, ac de facere reſtitutionem vendi-
tores obligantur. Lupus *loco ſupr. ducto.*
ex quo relatis reſponſum affertur ſen-
tentijs, ad quem pro materiæ dilucida- F
tione recurrere decet.

Neutiquam verò denegari putauit
Leſſius *loco citato num.* 53. de pretio fa-
cere augmentum, cum habita ceſſantis
lucri, vel damni illa ex dilatione, aut
etiam ex credito venditione prolaben-
tis ratio ſit, veniente mutui paritate,
iuſtum ſupra pretium affirmauit, cum
venditionis dilatio implicitum exiſtere
mutuum dicatur, vt paritèr æquum G
præter valorem, aliquid capere permit-
titur, ſi periculo, cui ſeſe mercator, ex
credito faciens venditionem, exponit,
oculos conuertas: nec prætereas, quòd,
cum interſit de expenſis, moleſtijſque
reſpectus, quas in ſortis recuperatione
imminere videmus, id agere indecens
non exiſtit, vt aſſerunt Sotus, Nauarra,
Medina, & reliqui apud Leſſium *n.* 54.
Eoquòd vbi tali mercator periculo ſe H
inferat, actum, cunctorum ſententia,
pretio æſtimabilem pariat; adde fide-
iuſſorem petere fideiuſſori permiſſum,
ex quo, vt pretium illud præſtetur, aut
in ſui curam ſuſcipiatur, iuſtum valet
pretium ſtipulationi committi; dummo-
do tamen quòd verum, non autem
figmentis coſtructum periculum inter-
ſit, ne deindè à venditore adſtringatur,
vt ſe potiùs, quàm alius perſonam ſu- I
ſcipiat emptor pro periculo; vt pluris
tertiò exactionem facere non quæratur,
quàm ipſe alteri libentèr præberet, vt
ſimile ſubiret periculum, ſi negotium
poſtularet, vt pro emptore faceret ſolu-
tionem. Significari emptori quartò cõ-
ueniens eſt, quo illam ſummam titulo
ſibi velit, & eo præcipuè in caſu, quo
dubiũ occurrat, an placeat ipſi id age-
re, ne fortè aufugere illo quidquam K
ſub nomine afferre, vt ſcriptum fuit ex
Leſſio *n.* 55. qui ſequenti reputauit *num.*
Permiſſum etiam eſſe illa de mercen
quæ communi ex vſu non alia vendi
forma, quàm ex credito, vel ad termi-
num ſolet, maiori venditionem facere
pretio, numerato ſi tribueretur ęre, vt
illis exemplum facit in rebus, quæ in-
genti affluentia nonnullis in excellen-
tia

Digitized by Google

A tia emporia ex locis perinduſtriè affe-
runtur, & varijs mercatoribus præben-
tur, qui diuerſas de illis diſtractionem
faciant ad partes, quæ ſenſim pecunia
vendantur, duxitque rationem *in n.*57.
quoniam cum huiuſmodi merces haud-
equidem illa poſſit copia vendi, quæ
Reipublicæ expediens extat: atque in
votis habeant emptores pecunia ven-
dere præſenti: neceſſarium fuit repu-
B tatum modum ad inuenire, vt de ipſis
venditio ex credito, ſiue ad terminum
efficiatur: vnde accidit, quòd empto-
rum magna veniat turba, ex cuius nu-
mero fit, vt pretij conſtitutio magis
creſcat; hinc haudequidem pluris ven-
ditio dilatam ob ſolutionem præcisè fit,
ſed quoniã huius modus generis ope-
ratur, vt pretij augmentum veniat, cum
emptorum copia creſcat.

C

D E

MONOPOLIIS E MERCATORE

vitandis.

Cap. 4.

MAximum includere dedecus, ac
D ſumma præditum iniquitate
monopolium Mercatores inter exerce-
re, probationem nequaquam requirit:
quæ etenim maior in Republica Tyrã-
nis habetur (vt ſentit etiam Decianus
*lib.*7. *tract. crimin. nu.* 3. vel deformior
peſtis, quàm turbatis vndique rerum
neceſſariarum ad vitæ munimen com-
mercijs, eorum vſum, paucorum ex
auaritia, atque arbitrio virorum pen-
E dere? Qua de cauſa, quod ex mono-
polijs deſcendit lucrum, ingentem præ-
ſefert turpitudinem.

Monopolium ergo nihil aliud exiſtit,
aliqua præterquàm conuentio, aut lo-
cus, in quo ſoli dicitur permiſſum, fa-
cere de quoquam venditionem, vel
emptionis exercitio incumbere, vti ex-
plicatum è Sylueſtro *in ſumma, in verbo
monopolium*. Generali vero forma qua-
cũque ex Doctoribus pro Mercatorum F
machinatione, nec non induſtria ſcimus
deſumi, vt ipſi tantùm, vel de aliquo
faciant venditionem, vel concordato
venale proponant pretio: Hoc autem
quadruplici fieri forma poſſe, certum
eſt, vt aſſeruit Leſſius *de iuſtitia, & iure
dubit.*21. *lib.*2. *cap.*21. Nam, vel ſeſe
inter conſpirant, vt minori nemo ven-
dere pretio præſumat, vel ita ſe gerunt,
vt certas ipſi tantùm vendere merces G
quærant, quod vel Principis priuilegio,
vel propria obtinetur induſtria: aut, cum
omnibus emptionem faciant de merci-
bus, vel ipſas ſupprimere ſtudeant, quo
vſque de pretio efficiatur augmentum,
vel tandem cum impedimentum infe-
rant, ne alias è diuerſorum diligentia,
traducantur in regiones, locoſue.

Eo autem in caſu monopolium oc-
currit, quo alicui Principis anthoritate H
conceſſum priuilegium venit, vt ſolus
ipſe tantùm, aut duo, vel etiam tres,
reliquæ Mercatorum multitudini ante-
cedant, merciumque aceruos ita dili-
gentèr coemant, vt ad ipſos vndique
vniuerſi deuenire, compellantur, vt pa-
ri forma ſi iuramento firmata conſtituãt
fide, vt ipſorum nullus nequaquam fa-
cere venditionem poſſit, præfixum niſi
pretium adducatur: Hoc enimuerò ex I
fonte, ut affirmatum fuit è Scaccia *de
commerc.* §.1. *quæſt.* 7. *parte* 3. *limitat.* 11.
ſub num. 12. Venditorum cauſa mirum
pretia creſcere in modum uidemus, ac
monopoliorum iniquitatem exoriri. So-
tus *de iuſtitia, & iure lib.*6. *quæſt.*2. *art.*3.
*col.*5. *fol.* 569. Et ea monopolium de re
nominatur, quaſi quòd unius negotia-
tio in Ciuitate habeatur, uox uero ex
Græco deſcendit uocabulo Μονο, quod k
unum denotat, & πωλα, quod uendito-
rem importat, uel etiam ex Πωλειμ ue-
nit, quod uendo ſignificat, uelut quod
unica ſit monopolium uenditio, & uni-
cus monopola uẽditor dicatur, ut ſcrip-
tis tradidit Michael Salz. ad Diuum
Thomam 2. 2. *poſt quæſt.* 78. *tit. de his,
qui monopolia exercent num.* 1. *fol.* 699.
*tom.*2. Scaccia *loco ſupra citato ſub num.* 3.

quo

Digitized by Google

A quo in locò plurimis exemplum modis,
tàm in mercibus, quàm in cambijs af-
fert, nec etiam, vt affirmauit Decianus
in dicto cap. 21. in ædificiorum artifice
deſideratur, cum inter ſe illius artis ho-
mines pactum inijciunt, quòd eorum,
nemo,aliquod ſibi opus ad conſtructio-
nem, perfectionemue deſumat, vel
principium ipſi det; Pari forma ex illis
committi Monopolium affirmat Gui-
B don Papa *conſ.*211. *num.*1. qui de vni-
uerſitate conueniant; vt pendente nul-
lus in cauſa tali ſuper loco deponere,
præſumat adhoc, vt ille remaneat vni-
uerſitati: quod fermè haudequidem,
placuit Deciano *num.* 10.cum habeat in
aſſertis, venales tantùm quoad res mo-
nopolia vetari,aut eas,quæ locari opor-
teat, & artifices inter per Tex. *in dicta
l.* 1. *C. de Monopol.* Adde quòd mono-
C polium venire affirmat Decianus quo
in caſu Ciuitatis homines præfigunt, ne
frumentum, aliæque merces proximam
deferantur in ciuiratem, ex ruſticis etiã,
qui conueniſſe dicantur, ne proprias
quiſquam merces alicuius ciuitatis cui-
quam præſtet, aut etiam cuilibet, qui
tali moram faciat in villa, vt æquali
artifices ratione, cum pactum fa-
ciant, ne quiſquam illa in diſciplina,
D niſi filius exiſtat, aut nepos, erudiatur;
quod, & quidem procedere aſſeruit, ſi
notarios inter fuerit conuentum, quòd
nullius ſcribere permittatur, niſi ralis è
factione artis exiſtat, vt æquali forma ſi
artifices conſtituant, nè minori pretio,
quàm ſtatutum ſit, vel magis breui,
quàm tres ſint anni, artem quiſquam,
doceatur: vbi etiam conuentiones ef-
ficiuntur, ne domorum locatio, apothe-
E charumque,aliorumue ædificiorum fiat,
aut bonorum, ni tale detur pretium: vel
etiam quando cuiquam notum aliqua
penuriam de merce futuram, an telatis
de ipſis facit emptionem pecunijs, vt
eas poſtmodum reuendat; quemadmo-
dum & ab illis monopolium inijci ſci-
mus, ex quibus fuerit conuentum, ne,
tali emptionem de ſpecie faciat aliquis,
ni ex ipſis ſit precium præfixum.

Quo atenim euentu conceſſum ex F
Principe fuerit cuiquam priuilegium,
vt ipſi tantùm licitum ſit aliquod mer-
cium genus exponere, venale,adhibere
diſtinctionem oportet; quòd nimirum,
vel ex æqua priuilegium illud cauſa,
fuerit datum, vel ex aduerſo: ſi primò
illius factam fuiſſe conceſsionem mo-
do, certum eſt: ſi ſcilicèt nemini tales
ſufficienti affluentia merces aduehere,
obſumptus placeret, qui Interuenirent, G
vel pecunia, eoquòd Princeps publico
indigus habetur pro emolumento, ad
cuius conficiendam tali faciat de priui-
legio venditionem, & tunc equidem,
conueniens haberi firmum eſt, vt mo-
nopolium exerceatur: ita eſt ſententia
Leſſij *loco ſupra citato num.* 148.dummo-
do tamen, quòd illud non excedat pre-
tium, quod iuſtè fuerit ex Principe ta-
xatum, vel, cum circumſtantias reſpi- H
cias cunctas, prudentum debeat iudicio
taxari: oportet namque fieri de pretio
taxam, huiuſmodi quo in caſu priuile-
gium conceſſum exiſtit, eoquòd ſi eius
fuit arbitrio relictum, qui priuilegio de-
coratur;iniquum hac ex parte reddi pri-
uilegium, nemò negabit: cum occaſio
præſtetur, vt iniquo venditio fiat valo-
re, in maximum Reipubl.detrimentum,
quòd proprio Princeps ex officio com- I
pellitur impedire, vt explicat ex Leſſio
loco citato num. 149. & Nauar. *cap.* 23.
*num.*92. Demas, ni pro rebus fuerit
conceſſum, quæ ad delicias ſpectent, &
nemo vendere adſtringitur,vt ex eodem
fuit dictum in fine *dicti num.* 149. Cum
aduerſum illa eueniat in negotiatione,
quæ in communitatis deſcendat dam-
num, cum illicita dicatur, iudica ſi de
rebus,quæ ad vitam neceſſariæ,emptio- K
nem faciunt mercatores, vt eas conſer-
uent; & alio venales tempore apponãt,
huius quoniam emptio generis inopiam
adducit, & pretij augmentum in pau-
perum reſultet detrimentum, cum neu-
tiquam valeant reperire, propriam vn-
de ad ſuſtentationem emant; ac propte-
rea huiuſmodi negotiatio, velut quæ
Reipublicæ affert damnum, debet ex
illa

A illa depelli,vt ex Toleto *in ſumma lib.8.*
cap.13. de negotiat. verſic. ſextò eſt illici-
ta, & aſſerit Scac. *de commerc.* §.1.*qu.7.*
parte 3. limit. 11. num. 2. & eò magis,
vbi res penès monopolas cognoſcamus
inuenlri.

Aufugere verumtamen mercatori-
bus,alijſque artium aſſeclis in ſtudio ſit,
ne monopolia præſumant exercere, vt
de bonorum publicatione à ſe longè
B punitionem reijciant, perpetuumque
exilij deuitent flagellum: *vt in l. vnica*
C. de Monopo. neque ſe alicui debent
priuilegio committere, ex eo quia hic
pœnæ locus videtur reſeratus, quò ni-
mirum nullum priuilegium illud vali-
ditatem includat, quo monopolij exer-
citium eſt permiſſum *vt ex dicta l. vnica*
C. eodem, notatum fuit ex Deciano *in*
lib. 7. cap. 21.nu. 31. Aduertere etiam
notarijs conueniens eſt, ne Monopola-
C rum pactiones ſcriptis tradant; ex eo
quia, ſi facere ſtipulationes præſumant
bonorum publicationem, in pœnam,
ſubire compelluntur Decia. *loco citato*
num fin. exagum. Tex. *in dicta l. 1. C. vt*
nemo ad ſuum patroc. lib. 11. vbi Gloſa
in verſic. auſi fuerint, concordantes ad-
ducit.

D *DE MERCATORVM*
Mercibus.

Cap. 5.

ILla enimuerò ad bona mercis no-
men extendi certum eſt, quæ mo-
bilia occurrant. *l. merces ff. de verbor.*
ſignifie. atque ad illa etiam, quæ nego-
tiationi per via exiſtunt: ea de cauſa,
Margaritas, annuloſque ad faciendam
E venditionem conſtitutos,mercium con-
tineri ſub appellatione placuit Petro
Santer. *de ſponſ.ſimenat.inter tract.* Straccæ
parte 4. num. 64. qui in num. 65. quaſ-
cumque affirmat res, quas ab aliquo
ſcimus,ad faciendam retineri venditio-
nem, mercium loco venire; adde quòd
ſæpè ſæpiùs mercis appellatio excipit
ad pecunias extenſionem: ex eo quia,
vbi negotium expoſcat, de mercibus in F
naui poſitis fieri confiſcationem, adnu-
meratam equidem pecuniam etiam di-
latatur, contrarium licèt in ſtatutis eue-
nire dixerit Santer. *nu.66.*

Ex ductis ergo fieri quæſitum valeat,
an merces, aut etiam venalia occurrant
in hypotheca? & habemus Merlinum,
qui poſteaquam *in tract. de pignor. &*
hypot. lib. 2. tit. 1. quæſt.44. illorum ad-
duxiſſet opinionem, à quibus hoc nega- G
tur, & ipſorum reſponſum dediſſet ar-
gumentis, ſuam affirmatiuè nonnullius
momenti ſententiam exponit per Tex.
in l. cum tabernam 34. ff. de pignor. vbi
Iuriſconſultus tabernæ in obligatione
illos affirmauit intereſſe res, quæ ad fa-
ciendam venditionem, ibi reperiantur,
quæque etiam, cum debitoris ſuperue-
niat lethum, fuerint inuentæ, ac pigno-
ri dicuntur obligatæ, cuiuſmodi opi- H
nionem probam iudicarunt Mant. *de*
tacit. & ambig. lib. 11. tit. 4. num. 36.
verſic. ſed aduertend. Gaet. *de cred.cap.4.*
quæſt. 5. num. 125. cum ſequent. Rota
apud Pacific. *deciſ.125. num.3. & deciſ.*
126. & apud Caualier. *deciſ. 159.* Ne-
guſant. *de pignor. parte 2. num. 2.* & cæ-
teris penès Merlin. *de pignor. loco ſupra*
citato ſub num.9. Qui, vt materies me-
liori percipiatur forma, nonnullos ap- I
ponit caſus &c.

Primùm voluit conſtitutum, omnia,
vbi quiſquam in obligatione bona po-
ſuiſset, ac tali in caſu merces aſſeruit,
cæteraque venalia in obligationis actu
venire, vt pari modo ſi confectæ obli-
gationis tempore nihil aliud in illius
poſſeſſione, quàm venalia, & merces k
haberetur, aut etiam ſi, cum aliquid
merces vltra retineat,illarum tamen re-
ſpectu modicum præſeferant valorem;
venalia quemadmodum quando circa
bona ſubrogatio cadat,& ratio habetur;
eoquòd licèt animo, non ſemper eas
retinendi quiſque habeat poſſeſſionem,
animus tamen, ſubrogandi vnam alte-
rius inuicem cadit, ſubrogata quoniam
res idem repræſentat.

Secundus occurrit caſus, omnia qu

eucn-

A eventu quiſque tali poſita loco inſeruit
in obligatione bona, & vt materies cla-
ra reddatur, duæ afferuntur opiniones,
quas inter prima extat, ex qua nequa-
quam venire venalia dicuntur, ac ratio
aduehitur, ex eo quia ipſa neutiquam
in loco videntur haberi, cum ibi nullo
fuerint deſtinata modo, vt perpetuam
ſortiantur manſionem: per Tex. *in l. de-
bitor pactus 32. ff. de pac. pign.* ibi *reſpon-
dit eoſdem taxato, quia hoc animo à domi-*
B *no inducti eſſent, vt ibi perpetuò eſſent, non
temporis cauſa accommodarentur, obligatos
eſſe.* Et huius defenſionem ſententiæ ſu-
ſcepere Neguſan. Pacific. Gaet. Couar.
ac reliqui locis è Merlino ductis *ſub
num.* 13. & hac voluit ratione pecunias
haberi excluſas per Tex. *in l. ſi chorus*,
§. 1. *ff. de leg.* 3. Menoch. *lib.* 4. *præ-
ſumpt.* 138. *num.* 8. per quàm, vniuerſa-
libus licèt verbis fuerit obligatio con-
C cepta, ducit Menoch. *conſ.* 407. *nu.* 15.
quo atenim euentu certum non eſt re-
ſtricta obligatio ad locum in ipſa etiam
comprehendi merces, fuit in placitis
Manticæ *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 5.
ſub num. 36. Authorit. Bart. *in l. ſi con-
ſtant. in Princip. num.* 73. *ff. ſoluto ma-
trimo. & in l. Generali* §. *vxor num.* 4. *ff.
de vſufruc. leg.* Cuiuſmodi opinio confir-
mationem excepit ex Mantica eodem
D loco. Quoniam, cum venales retineat
debitor merces, ipſas veriſimili forma
debebat in ſpecie obligare, vt pari etiã
ratione, quia ſi venales haudequidem
merces generali venirent in obligatio-
ne, minimè comprehendi pecuniam
decens eſſet, ſed generali pecunia in-
cluditur in obligatione; merces ergo
etiam habentur conſtitutæ. *dicta l. cum
Tabernam* §. *creditor ff. de pignor.* Adde
E quòd alia etiam DD. opinio venit, cum
notato aſſerant pro caſu: venalia eſſe
contenta generali ex regula, quòd bo-
norum in obligatione venalia concur-
rant, nec aliqua poni differentiam for-
ma loci è deſcriptione conueniens exi-
ſtit; huiuſmodi ex eo quia deſcriptio
demonſtrationis ergò facta etiam viden-
tur, ad effectum vt excluſionem perpe-
tiantur, quæ tali nequaquam interſunt F
loco; quo autem in caſu demonſtratio-
nis cauſa locum videmus deſignatum,
haud aliquali ratione obligatio ad illa
coarctatur, quæ debent perenniter per-
manere, vt explicatum fuit ex Gaet.
dicto cap. 4. *quæſt.* 5. *num.* 165. Qua de
cauſa infert Iulianus *num.* 17. excluſio-
nem ſubire non debent, quæ obligatio-
nis tempore in loco non habentur: cum
ſufficientem includat vim, quòd aliena- G
tionis faciendæ facultas reſeruata pute-
tur, taliter, vt cum illa fuerit ſequuta,
libera ex hypotheca conſpiciatur, vnde,
vt benè huius tutamen ſuſcipiat doctri-
na reſponſum affert Tex. *in dicta l. de-
bitor* 32. *ff. de pact.* ad Tex. *in l. ſi chre-
mes*, & eo maiorem præſeferri hac ab
opinione efficaciam ait *in num.* 21. Vni-
uerſali quando verba modo illa deſi-
gnare videantur, ſi nimirum fuerit ex- H
plicatum: *omnias & quæcumque* & quo in
caſu bona, quæ tali extent in parte, fue-
rint deſignata, venalium facta tamen
rerum obligatione, alijs quoniam pro
venalibus, de quibus minimè fuerit
expreſſio facta, regulam habebis, quòd
generali ex diſpoſitione obligationi in-
cludantur, ex Gaet. Couar. & Mol. in
locis à Merlin. notatis *in* 21. *&* 22. *nu.*
qui in ſequenti affirmat, quòd vbi ve- I
nalia ex loci deſignatione interſunt, dici
oporteat, etiam illo venire in caſu, quo
ex accidenti, ac de facto ex obligatio-
nis tempore neutiquam reperiantur,
dummodo tamen ibi extitiſſe firmum
ſit.

Tertium videamus: An in generali
mercium obligatione futuræ etiam, &
quæ adhuc obligationis tempore non
exiſtunt, ſed poſtmodum fuerint acqui-
ſitæ, concurrant? Et poſteaquam Socci- K
ni opinionem, quæ negatiua ſit, conti-
neri dixerit, *in l. qui Romæ* 22. §. *Challi-
machus num.* 2. *verſ. quin imò ff. de ver-
bor. obligat.* quam attulit *in num.* 24. ex
contrario ductam, vtpote magis tutam
ſibi elegit, cum ſequatur Neguſanc. *de
pignor. parte* 2. *membr.* 2. *num.* 17. *& ſe-
quen.* cuius etiã ſententia placuit Strac-
chæ

A chæ *tit. de mandato ſub num. 6. fol. mihi*
171. Quædam coquòd res alterius ap-
ponitur loco, quapropter, tàm præſen-
tes venire, quàm futuras certum eſt,
merces; has tanquam ſubrogatas, ip-
ſumque mercaturæ corpus in augmen-
tum adducentes, vt aſſerit Merlin. *num.*
27. quod intelligi oportere dico, cum
Straccha ſub dicto *n. 6.* Illis de merci-
bus, de quibus facta acquiſitio eo in
B ſpatio ſit, quo perduraſſe illius vitam
ſciamus, qui ſeſe poſuit in obligatione,
cum aduerſum in illis occurrat, quæ,
poſtquam ſequutum obligantis lethum
ſit, eius ab hæredibus requirantur; tales
quoniam merces, nequaquam compre-
henduntur, citat ex Neguſant. *in dict. l.*
cum taber. & Accurſ. eodem *in verbo*
obligata; ac etiam Bart. qui limitationē
facit, ni ab hærede circa illas facta ac-
C quiſitio ſit, cum negotia per defunctū
incæpta explicentur: per Textum *in l.*
furti, §. illud planè, & ibi Accurſius in
verbo ſuccedit, ff. de his, qui notantur
infam.

Oportet autem, hac in materia no-
tum omnibus eſſe, quòd mercium per
hypothecam nullo æſtimamus modo
ereptam debitori facultatem, ſi de illis
faciat alienationem, cum id tacitè per-
D patrare dicatur, permiſſum: vt aſſerit
poſt Stracc. & Neguſant. Merlin. *n.* 28.
vbi putauit ex huiuſmodi hypotheca
nullum afferri diſtractioni impedimen-
tum, vel rerum venalium venditioni: al-
legat Puteum *deciſ.* 297. *num.* 3. *parte* 2.
& Rotam poſt Pacificum *deciſ.* 125. *nu.*
126. Cui ampliationem intulit ſenten-
tiæ Merlinus *num.* 3. *&* 31. quòd non
ſolùm in mercibus, alijs verùm etiam
E in iuribus illarum ad inſtar includat, ac
in grege, vt exempla duxit Stracc. de
mercat. p. 2. n. 95.

Quartus traditus eſt ex eodem Mer-
lino, quòd nimirum tacita merces in
hypotheca eadem comprahendantur
forma, ac in dote efficiatur: & hanc
magis vero propinquam dixit opinio-
nem haberi *in num.* 33. cum aduerſam
reiecerit ſententiam, quæ *in num.* 32.
allata.

Mercium enimuerò, venaliumque F
rerum de pretiò, quod fuerit percep-
tum, quo vſque perduret, ac priuſquā
fuerit è debitore diſtractum, idem etiā
intelligendum placuit Merlino *nu.* 34.
ſicuti & de mercibus in hypotheca di-
cit venire cum Neguſ. *de pignor. part.* 2.
membr. 2. *num.* 19. rationemque duxit,
rei, ex eo quia loco in vniuerſalibus
pretium occurrit; per Tex. *in l. Imperat.*
§. fin. ff. de legat. 2. Puteus *deciſ.* 297. *n.* 1. G
parte 2.

Venditis quintum in mercibus habe-
mus, occurrere in quibus dubium va-
let, an emptorem aduersùs hypotheca
ſit permiſſa? Et poſtquam nonnullas
duxerit doctrinas, illarum deuenit ad
concordiam in *nu.* 50. vbi aſſerit, haud-
equidem conueniens, venalia, vt bona,
& datæ in alienationem repetātur mer-
ces, quando ſingulæ, ac ex minuto H
fuiſſent diſtractæ, vel etiam alienatæ, &
ratio habetur, quoniam, ad hoc vt nul-
lo modo commercio impedimentum
adducatur, propriam iuxta naturam iu-
dicantur obligatæ, ac propterea cū de
ipſis diſtractio ſit facta, alienatio venit
nulla: citat Rotam apud Pacific. *deciſ.*
125. *num.* 7. quæ cum firma ratio ſit, Sa-
liceti comprobatam videmus opinionē
in l. vbi adhuc, C. de iure dotium num. 18. I
verſ. ſed dubitari videtur, vbi affirmat:
In generali nequaquam occurrere ve-
nalia obligatione, cum demas quæ illo
temporis ſpatio debitoris reperiantur
inſtitutæ tempore litis in bonis; actio-
nis autem ortus minimè debet conſide-
rari, vt diſtinctionem habemus ex DD.
penès Merlin. *loco citato num.* 51. quod
ſibi locum vendicare, certum eſt totum
quamuis corpus non fuerit diſtractum, K
at illius pars maior: talitèr vt vniuerſa-
le adhuc rerum venalium corpus cum-
dem penès emptorem conſeruetur, ex
Rotæ authoritate *deciſ.* 126. *nu.* 5. apud
Pacific. cuiuſmodi fermè opinio non ſo-
lùm in mercibus alijs, verum etiam in
rebus, quæ ſint venales, atque eſcu-
lentæ, & poculentæ vigorem demon-
ſtrat; ſicuti in frumento explicatum eſt

A ex Mateſcoto *cap.24. nu. 7. cum ſequen.*
& Merlin. *num.* 51. Hoc autem com-
mercij efficitur fauore, ne in illo confu-
ſio, aut etiam impedimentum interſit,
vt etiam, quia nullum reſultare in cre-
ditores præiudicium certum eſt; nam,
vbi apertam retineant mercatores apo-
thecam, nunc emptionem faciunt, nunc
venditionem, cum vnam alterius in lo-
cum apponant rem, quæ quidem ne-
quaquam efficaciam includũt rationes,
B totum quo in caſu apothecæ venditur
corpus, commercij quoniam ius, ſin-
gularium mercium, & mercaturæ pri-
uilegium ceſſat. Merlini tamen ſenten-
tia exiſtit *in num.* 55. vt quando de
corpore venditio fiat, aliud occurrit;
vniuerſale eoquòd mercatoris corpus
valet conſiderari, vt quidquam ſingulis
è mercibus diſtinctum, ac vniuerſale
tanquam ius dicitur aſſumendo venire:
C hac de cauſa, vbi alius in poſſeſſionem
ipſam transferat debitor apothecam,
negotiumue, proprio certum eſt cum
iure transferri: illa nimirum cum apo-
theca, quæ penès creditorem inuenia-
tur, ipſum veluti ius, & apothecæ cor-
pus: & ita ſententia Merlini.

Quintus adeſt, quo in caſu res, mer-
ceſque in illo fuerint inſtrumento de-
ſcriptæ, in quo appoſita etiam genera-
D lis obligatio exiſtat, tunc enim in ex-
preſſæ, ac ſpecificæ vim veniunt hypo-
thecæ, tàm ſi traditæ alienationi ſit,
quàm ex aduerſo; alienationem nam-
que prohibitam reputauit Pacificus de
Saluian. *in ſpect. 3. cap. 5. num. 101. & ſeq.*
alterius eoquòd in fauorem deſcriptio,
ſpecialem, indiuiduamq; operatur hy-
pothecam, cum vetita alienatione, cum
illo quamuis onere alienatio commi-
E gret. Merlin. *n. 69.* poſt Pacific. *in dict.*
cap. 5. n. 102. quo in loco Saluianum aſ-
ſerit concedere.

Enimuerò ſi mercium circa diſtra-
ctionem creditorum interſit concurſus,
ponitur in obſeruatione, quòd vbi de
pretio fuit habita fides, & ex conſe-
quenti fuerit dominium trãslatum, hy-
pothecarios creditores decens eſt ante-
poni, ex eo quia in creditum abiere: per F
Textum *in l. Procuratoris, §. ſi plus, verſ.*
ſed ſi dedi, ff. de trib. atque hoc ex com-
muni Doctorum ſententia teſtatur, eſſe
receptum Stracca *de decoctor. num. 5. fol.*
mihi 392. Neguſant. *de pignorib. in 2.*
memb. part. 5. num. 13. Mercium atenim
venditores præferri conueniens eſt, vbi
conſtituiſſent, venditas ſibi res illud
vſque in tempus eſſe obligatas, vbi de
toto ſolutio pretio efficiatur, anterio- G
res etiamſi creditores hypothecam re-
tinentes occurrant; vt cenſuit Salicetus
in l. licet, C. qui potior. in pignor. habean.
& Doctores penès Stracc. *loco ſupr. citat.*
Cuiuſmodi fermè pactum ipſo in ven-
ditionis contractu, actuque venditionis
conſtitui decet, talitèr vt ſi minimè cõ-
tractus initio vel ipſa mercium traditio-
ne, at poſt hanc poſitum ſit, nullum aſ-
fertur anterioribus emptoris credito- H
ribus impedimentum, quin ipſorum
ratio priori habeatur loco, ita Neguſan.
dicto in tract. in 4. parte num. 55. per
Textum *in l. prima, §. fin. ff. de reb. eorum,*
& l. licet, C. qui potior. in pignor. habeant.
qui etiam affirmat, quòd poſtquam do-
minium emptori fuerit acquiſitum, an-
terioribus ſtatim creditoribus, qui ha-
beant hypothecam, acquiritur ius: qua
de cauſa eidem minimè permiſſum vẽ- I
ditori, vt pactũ in præiudicium credi-
torum apponat. Argum. *l. id quòd noſtrũ,*
ff. de regul. iuris.

Quo atenim in caſu mercatorum
quiſquam ad faciendam mercium em-
ptionem mutuos dederit expreſsè num-
mos, illi debet locum cedere, qui an-
teriorem demonſtret hypothecam: vt
eſt in placitis Straccę *loco ſupra cit. n.* 10.
qui tali namque ratione mutuam dede- K
rit pecuniam, hypotheca dicitur care-
re, cum ſolummodò priuilegium reti-
neat in perſonali, quo illis præferri cre-
ditoribus debet, qui habeant perſona-
lem: Gloſa *in l. quod quis, ff. de priuileg.*
credit. Neguſ. *de pignorib. in 2. membro*
5. parte num. 1. & 13. & in 3. membro
2. part. num. 303. Addas, pupillari etiam
in pecunia ad faciendam rei emptionẽ,

ius

A ius eſſe ſingulare, quod tacita interue-
niat cum prælationis priuilegio hypo-
theca ad hoc, vt de illa, quæ mutuò
data ſit pecunia, reſtitutio efficiatur.
Lidemque, vbi Bart. *ff. qui potior. in pign.*
habeant.

An tacita verum contineri merces
in hypotheca dicamus? in affirmatiua
permanet ſententia Bald. *in l. vbi adhuc*
num. 38. *C. de iure dotium.* Bartol. *in l. ſi*
B *conſtante num.* 73. *ff. ſoluto matrimon.* in
quo ampliationem adduxit Conar. *var.*
reſolut. cap. 5. *lib.* 2. *ſub n.* 2. illis in mer-
cibus, ac etiam alijs, quæ venalia obli-
gationis tempore non exiſtant, at poſt-
modum fuerint acquiſita venire; quo
in caſu penès debitoris facultatem na-
tæ tempore actionis habeantur. Merlin.
d. tract. de pignor. quæſt. 46. *n.* 2. qui in ſe-
quenti attulit ampliationem illis etiam
C in mercibus, de quibus venditio facta,
ſecundũ quæ allata quinto in caſu ſunt,
ac etiam in grege: cuiuſmodi concluſio
limitata 5. in *num.* fuit: venalibus in re-
bus, quæ locatam fuerint in domum
ductæ, quoniam haudequidem in hypo-
thecam datæ reputantur, quemadmo-
dum reliquæ conductoris res habentur
per Tex. *in l. debitor pactus* 32. *ff. de pign.*
celeris coquòd motus cauſa nequaquã
D in loco videntur: vt explicatũ ex Bald.
in l. certi iuris q. 6. *n.* 12. *C. locati.*

De pluribus autem Menoch. *de adip.*
rem. 3. *à num.* 25. *cum ſeq.* diſtinctionem
caſibus fecit: & primùm quidem vena-
les vbi res in ruſticum, quod fuerit cõ-
ductum, prædium inferantur; vehan-
turque, & eo quidem in caſu æſtimauit,
haud putari, tacitè in hypothecam data
ruſtici pro prædij pottione: nam eo mi-
nimè animo fuerant in locum allata, vt
E ibi, cum perduraret locatio, permane-
rent, neque ipſarum fuerat conductum
ex cauſa, ſed potiùs illa conſtituta in
parte id vſque in ſpatium ſint, quo vſ-
que traductio fiat.

Secundum vides, vrbanum, quando
mercator prædium in Ciuitate ſcilicèt
conſtructam, aut Oppido ædem con-
ducat, non vt in ipſa negotiationem in-
ſtituat, ſed vt poſſit commodè habita- F
re: ac eo in caſu ſi in id merces prædiũ
ea ducat ex mente, vt, cum habita oc-
caſio ſit, diſtractionem faciat, vel alium
in locum, terraſque vehat; reſolutum
fuit, vt in ſuperiori attulit reſponſum
Menoc. *num.* 126. cum illius tales mer-
ces loci nequaquam iudicentur, in quẽ
fuerunt adductæ, ſed eius, ad quem de-
beant tranſportari.

Tertium figurari ſcimus caſum, vr- G
banum quo in caſu prædium ex mer-
catore illa fuerit conductum ex cauſa,
vt in ipſo venales reponat merces, ven-
ditionemque exerceat, quemadmodũ
in mercatorum vſu eſt, ex quibus do-
morum ſimul cum apothecis conductio
fiat, vt eo in loco, & venditionem poſ-
ſint, & negotiationem exercere, at tali
putauit Menochius *in caſu n.* 127. hu-
iuſmodi, quæ venales, merces, in hypo- H
thecam datas, ea iudicari pro penſione,
quæ ex domo, & apotheca debet affer-
ri, cum ea præcipuè fuerint cauſa con-
ducta: ita etiam ibi horreorum peragit
de locatione.

Quartus apponitur, vbi de domo fa-
ctam certum eſt conductionem, vt pa-
terfamilias retineat habitationem, in
qua vina, frumentorumque aceruí, pro-
priorumque cæteri redditus prædiorũ, I
quos equidem ſuos partim in vſus con-
uertit, partim ad venditionem exponit,
quemadmodum quemlibet fieri per diẽ
ex opulentis diuitiarumque copia di-
ſtentis videmus, & tunc Menoch. *num.*
131. hos iudicauit redditus, cum vena-
les ſint in hypotheca haberi domus pro
penſione, illo & ſi paterfamilias animo
conduxit, vt ſibi non ſolùm ſupellecti-
li, verum etiam cæteris prouideret re- K
bus.

Eo atenim in caſu hypothecas inter-
uenire in caſu, quo factæ locationis tẽ-
pore merces exiſtant, cum ex aduerſo
accidat, ſi tales non ſint, ex eo quia illa-
rum aduersùs emptores actio præbetur
nulla. Menoc. *loc. cit. n.* 131. Put. *dec.* 197.
n. 2. *lib.* 2. Rotæ penès Pacif. *dec.* 125. *n.* 3.
& 126. *n.* 5. *&* 205. *n.* 1.

A

DE
NVNDINIS, ET EMPORIIS.

Cap.6.

NON ratò quoniam ad nundinas, ad hoc vt facilior venditio reddatur, merces adducuntur, propterea
B de ipſis hic nonnulla dici oportet: præcipuus namque nundinarum, quæ priuilegio decoratæ, finis vt ſcriptum ex Petro Gregorio Tholoſ. *lib. 25. cap. 3. ſyntag.iuris*. humanæ vtilitas ſocietatis habetur, cui faciliori conſulimus negotio, vbi conceſſa immunitas habeatur, & vectigalium onera per aliquod temporis tollantur, quæ mercatorum terrere animos ſcimus, cum ſecuritas
C extraneis dati, & publica recepti fuerint ſub tutela, ex eo quia, cum ſibi nonnihil formident, propria nequaquã vellent nobis communicare: maximum eoquòd ad emolumentum nundinarum conducit vſus, cum pinguem Ciuitatẽ, aut etiam Caſtrum, in quo celebrantur, reddere certum ſit. Gloſſa *in l.1.verb.locor. C. de nundin.* Ac etiam nonnullius momenti commodum adducant. Bero
D *conſil.76. num.6.* Giurba *obſer.32. nu.1.* Sed etenim ſi per decennij ſpatiũ omiſſum nundinarum vſum certum ſit, velut quæ inutiles dicantur, ciuili auferuntur iure. *l. 1. ff. de nundinis*, & non tarò id, triginta vbi annorum curſus fuerit elapſus, vigorem oſtendit: cuiuſmodi deciſio legis haud vllum ſibi vendicat locum, quo priuilegiorum in caſu mera poſitum exiſtat in uoluntate: ut tenet
E Ripa *in l. quo minus num.97.verſic.intellige ſi per Principem, ff. de fluminib.* Decian. *reſp.43. num. 34. vol. 3.* Vr pati forma nullam dicimus uim illis in contractibus contineri, qui correſpectiui, ſed in priuilegijs ſolùm, de quibus mera ex gratia conceſſio facta: ut eſt ſententia Decian. *reſponſ. 25. num. 113. verſ. præterea vol.1.* per Text. *in l. quod bona fide, ff. de actionibus*. Quòd autem de priuilegio, quod ex Principe impetratum uideatur, fieri iacturam, ſi per F decennij ſpatium intermiſſio occurrat, tradidit ſcriptis Maſtrill. *deciſ.96. nu.1. parte prima*. Menochius *de præſumption. lib.6. præſumpt.41. num.15. & conſ.727.* Decianus *reſp.66. num.15. vol.3.* Nonnullas etiam aduehit Tholoſ. rationes, ac primò: illarum ex eo quia ope barbaras familiaritèr nos gerimus inter gentes, Regum conciliamus amicitiam, G hominum benè percipimus mores, gentium addiſcimus ritus, ut, ubi illæ ſe meliores oſtendant, noſtra emendemus, ſi peiores extent, & ipſæ optimum ducantur in ſtatum, cum noſtra communicemus: publicam deindè oſtendit utilitatem, quam præcipuè commendauit Cicero *orat.pro lege Manil.Nam cum vectigalia ſint nerui Reipubl.& ea ex vectionibus mercatorum ſumantur, conſtat hunc ordinem eſſe negotiatorum fauore dignum.* H Quemadmodum cum & loci, & temporis certitudo conſideretur, ac ordo, & eoquòd circa uenalia fraudes interſunt pleræque, prohibitum extat, ne uetita ducantur, aut uelint transferri, uel etiam uagè incedant mercatores; hinc ne pecunias in perquirendis per Ciuitates mercibus temerè quiſquam pecunias depopulari præſumat, conuentionibus unum in locum cum emptio I efficiatur, ac uenditio, prouidetur; ſtatutis ad hoc peragendum diebus: ut benè ad nos transmiſit Tholoſan. *loco cit. n.11.*

Prius attamen eſt neceſſe, cum facere uenditionem debent, ut Aſtrologorum habetur conſilium, ut Planetam uenalis rei ſignificatorem ſibi aſſumant in angulo fortem, ac ualdè exiſtimatũ; K ut auri ſignificatorem Solem, argenti, Iouem in cadentibus, ubi faciũt emptionem è contra debent ponere in ſua dignitate monetæ ſignificatorem, & in cadentibus rei emptibilis Planetam, ualent etiam Lunam à beneficis ad fortunæ ſuæ radicis partem eligere applicatam, lumenque deferentem; cum autem uenales exponunt res ad fortu-

næ

A næ dominos deferentem; quidquid au-
tem Aſtrologi dicent, cum ex arbitrio
dependeat mercatura, fauſti propterea,
infauſtique dies, Planetarumque poſi-
tiones, nullius hanc ad rem eſſe mo-
menti videmus; potiùs namque indu-
ſtria, rerumque, ac pretij conſideratio
potentior habetur, quàm Planetarum
influxus, & meritò quidem tales de-
pulſæ ex Orthodoxa Eccleſia ſcimus
B obſeruationes.

Nundinæ autem nil aliud, quàm
mercatorum conuentiones, habentur,
cum certus mercimoniorum cauſa lo-
cus præfigatur, tempuſque, ac tale ſor-
itæ nomen fuere, quemlibet eoquòd
in nonum diem illas effici firmum eſt:
hiſce verò temporibus vſus inualuit, vt
ſub harum titulo annua nominemus ſo-
lemnia, quæ ſtatis celebria per emporia,
C ſemel, vel pluries conficiantur, diebus,
quæ vulgò nunc feras dicimus, vel qua-
ſi ferias, à ferendo appellatas, quòd il-
luc quiſque veniat, ad hoc vt aliquid
conducat; octauo autem quocumque
die mercata conficiuntur, ſicut in Cla-
riſſima Catanæ Vrbe, ac Ciuitate Her-
bitæ fit. Bald. *in l. prima*, C. *de nundinis*,
vt etiam ſcriptum ex Theſaur. *dec.* 264.
in princip. nundinarum enimuerò mer-
D catorumue fauore quemquam notum
eſt, poſſe ad faciendam venditionem
impelli contra Tex. *in l. nec emere*, C. *de
iure deliberandi.* Alberic. *in l. vnica* C. *de
nundin.* vbi affirmat, ita per totius ſpa-
tium Italiæ in obſeruatione haberi, illis
ad hoc vt diebus valeant ad conueniē-
dum in Ciuitates adſtringi, eoque vi-
ctualia deferendum, qui nullam ibi re-
tineant habitationem, vt ſequitur Alex.
E *in additione* ad Bartolum *in dicta l. nec
emere.*

Nundinas autem inter, ac mercatus
poſitum ſcimus diſcrimen: hic namque
locus exiſtit, ac etiam dies, vt pariter
venale forū habetur ſtatutis deſeruiens
diebus modico ex priuilegio quemad-
modum (vt ſupra dixi) in Clariſſima
Catanæ Vrbe, ac Herbitæ Ciuitate hoc
Siciliæ in Regno videmus, vbi in quo-
libet Lunæ die mercatus celebrantur F
immunes: illæ præfixi temporibus hiſce
dies in Ciuitatibus, certiſq; locis mer-
caturam exercendi cauſa dicuntur, cum
liberè ſint à Rege concesſi ex immuni-
tate vectigalium, gabellarum, peda-
giorumque ex Principe tributa, vt in
l. vnica, C. *de nundin.* Mercatus licet,
nundinarumque forma concesſionis è
priuilegio debeat perſcrutari, quod
quidem à ſolo tribuitur Principe, cui G
ſolùm cōueniens eſt nundinas inſtitue-
re, mercatuſque, vt aſſerit Tholoſanus
loco ſupra citato ſub num. 4. Nacta *conſil.*
511. & 512. *num.* 5. Menoch. *conſ.* 302.
num. 31. Caſtald. *de Imperat. quæſt.* 110.
verſic. centeſ. Capic. *in inueſtit. rubr. feud.
clauſ. verbo mercat.* Borell. *dict. cap.* 36.
num. 35. Vt æquali ratione Principis ad
authoritatem ſpectat mercatoribus, qui
ad nundinas concurrant, priuilegia im- H
pertire: vt *in l. vnica*, C. *de nundin. &
mercat.* quo in loco ita Valentinus, &
Valētinianus hæc appoſuere. *Qui exer-
cendorum mercatuum, aut nundinarum li-
centiam, vel veterum indulto, vel noſtra
authoritate meruerunt, ita beneficio reſcrip-
ti potiantur, vt nullam in mercibus, atque
nundinis ex negotiatorum mercibus conue-
niant, vel in venalitijs, aut locorum tem-
porali quæſtu, & quomodo priuata ex actio- I
ne ſectentur, vel ſub prætextu priuati de-
biti aliquam ibidem concurrentibus mole-
ſtiam poſſent inferre.* Regiam quoniam
pertinens eſt ad poteſtatem, ad hoc vt
faciliùs, ſecuriùſque mercatores ad
nundinas pro communi populorum
emolumento concurrāt, concedere cir-
ca vectigalia, vel etiam gabellas immu-
nitatem, vt ſcriptum fuit ex Marco *de-
ciſ.* 415. *in fine.* Capic. & Borell. *in locis* k
ſupra citatis. Nullam verò ſecuritatem
è nundinis concedi bannitis certum eſt:
vt explicatum ex Bartol. *in l.* 1. *num.* 1. *ff.
ad leg. Iul. Maieſt.*

Nundinæ atenim generale habentur
forum, ad quod homines vndequaque
concurrunt, vt habetur *in dicta l. vnica*,
& in l. clam, §. *qui nundinas ff. de acquiren.
poſſeſſ.* Qui ergo ad ipſas occurrunt, ne-

qua-

A quaquam adſtringuntur areſto, nec ali-
quo ipſorum bona modo cōijci valent.
Maranta *de ordin. iudit. par.4.diſtinct.9.*
num.82.cum ſequent. vbi ex Angeli ſen-
tentia ſcriptum reliquit, id vigorem
habere, vt qui ad nundinas interſunt,
haudquaquam ex illis poſſint conueni-
ri, qui nundinas proprio in territorio
agant, ex Principis facultate: bene ta-
men, quod alijs ex mercatoribus, qui
B eodem cum ipſis contrahunt in loco,
valent conueniri, vt ſcriptum fuit ex
Petr. Pech. *de iure ſiſtendi cap.10. nu.3.*
Petrus Gregor. *dicto lib.25. cap.3. nu.6.*
qua etiam in parte meminit, quod in-
iecta lex è Ferdinando, ac etiam Iſa-
bella, qui Hiſpaniarum regimen con-
ſortes tenerent, vt de illis quiſquam,
qui priuilegio decoratas ad nundinas
deuenirent, neutiquam oppignoratio-
C nis iure, ſeu repreſaliorum, vel clari-
gationis, nummaria ſcilicet pro vexa-
tione, belliue denunciatione valeat cō-
ueniri. Bartol. *in l. heres abſens, §. pro-*
inde num.110. & 111. ff. de iudicijs, quo
explicatur in loco, haudequidem quē-
quam conueniri permiſſum, illis pro
contractibus, qui alibi fuerint confecti,
ſed pro eis, qui in nundinis ſint coſtru-
cti, ſi pergulam ibi, locum nimirum,
D vbi merces ponantur venales, retineant.
Bartolus *in l. heres abſens, §. proinde, n.32.*
ff. de iudic. vbi etiam, *Poteſt vero debitor*
vagabundum in nundinis conuenire. Gut-
tierez *de Gabel. queſt. 7. num. 28.* quo
affirmat in loco, quòd priuilegium *d. l.*
vnica neutiquam ceſſat, ſi nundinarum
tempore confectus habeatur cōtractus,
non autem facta traditio extet; vendi-
tioniſque addit gabellam, quæ iniectu
E in nundinis ſit, & poſtquam tranſactæ
nundinæ ſint, perficeretur, ſolui haud-
equidem debere; nundinarum ex eó
quia priuilegium locum etiam, condi-
tionis ergo, retractationiſque vendicat
ſibi: hac ex cauſa deſcendit, quod vbi
nundinæ perdurent, minimè alicui per-
miſſum, vt alicui moleſtiam, inferat, vel
ciuilibus cum conueniat, pro cauſis vt
ſcriptum fuit ex Bald. *conſil. 106. in fine*

lib.4. Camil. Borell. *de præſtand. Reg. Ca-* F
thol. cap.36. num.47. & ſequen. quo in
loco limitationem illis adducit in con-
tractibus, qui eodem fuerint in loco fa-
cti. Sicher. *in dicta l. vnica, num.4.* Marc.
collec. de proceſſ. exequut. part. 1. cap. 3.
num. 47. & dictis equidem in cauſis,
abſq; eo quod iudicialis occurrat pro-
ceſſus dictorum iuxta ſententiam Do-
ctorum, & Stracc. *de mercat. par. vltim.*
cap.1. Cephal. *conſil.492. num.28. vol.4.* G
Marant. *dicta part.4. diſtinct 9. num.49.*
Camill. Borel. *conſ. 86. & dicto cap. 36.*
nu.43. qua explicat in parte, quòd vbi
nundinarum lapſum fuiſſe curſum cer-
tum ſit, illi procedendi modo nullus
inhæret vigor, & locorum oportet ritus
ſub conſiderationem ponere.

Rationem aenim, qua probatur,
mercatorem poſſe in nundinis, cum
pergulam ibi retineat, conueniri, ad- H
ducit Barboſa *in dicta l. heres abſens, §.*
proindè, num.106. quo affirmat in loco,
quòd ſi è quoquam fuerit pergula, uel
etiam locus è lateribus apertus, in quo
ad venditionem res exponantur, quem
vulgò *Logia* nuncupamus, nequaquam
ob id præſumitur, quòd ſtatim debeat
illa recedere ex parte, eoquòd firmum
eſt, quòd ſit moram illud vſque in ſpa-
tium facturus, contractibus donec ibi- I
dem celebratis, ſatisfactio ducatur, &
ea optimè ex re valeat conueniri. Pa-
normitani verò in ſententia eſt *in cap. fi-*
nal. num. 35. de foro competen. concluſio-
nem habemus, quòd, vbi quiſquam
velut aduena inſtituat contractum, po-
terit tamen pro contractibus, qui ibi-
dem fuerint celebrati, conueniri, cui
opinioni ſeſe ſubſcribit Marlan. Soccin.
in cap. dilecti num. 21. de foro competenti. K
Soccin. *reg. 159. num.5.* & Bernard.
Diaz *reg.149.* Hæc etenim ſententia
nequaquam placuit Barboſæ *loco citato*
num. 108. qua fatetur in parte, huiuſ-
modi quòd concluſio nullo debeat ad-
hiberi modo, cum repugnet Text. *in di-*
cto §. proindè, in princip. vbi, *à Merca-*
tore aduena: ex eó quia verbum *Merca-*
tor, demonſtrat, quòd eo ille animo
prin-

A principalitèr accurrat, vt emptionem faciat, venditionemque, & tamen quo in caſu velut, aduena fecerit, contractum haudequidem conceſſum, vt eo conueniri in loco poſſit, cum ſit neceſſe, vt illa pergulam habeat in parte, atque hæc fermè Barboſæ habetur doctrina.

Hoc autem in loco ſcitu dignum eſt, an ex Principis authoritate licitum ſit
B nundinas ex aliqua Ciuitate, vel Oppido celebratas auferre, legitimum, quamuis per temporis ſpatium, quod hominum excedat memoriã, illas exercuiſſe certum ſit: & affirmatiuum attulit reſponſum. Theſ. *d. deciſ.* 264. *n.* 3. vt latè conſilium dedit Nacta *conſil.* 511. & 512. Nundinarum quoniam ius ſolius ad Principis ſpectat facultatem, vt diximus in Statu Baronum fol. 178. li-
C tera K. cum ſequentibus; nec aliquo temporis curſu valet, tanquam quod de regalibus eſt præſcribi; & ſi contrarium videamus *ex conſilio* Alciati 208. cuius equidem doctrina vera iudicatur à Theſauro, talis vbi præſcriptio eſſet inducta, quæ conceſſionis titulum ex Principe præſumi faceret præceſſiſſe, de contraria quemadmodum præſcriptione videmus *in l. hoc iure*, §. *ductus aqua*,
D *ff. de aqua pluuia actiua*; tituli namque ipſa, iuſtæque conceſſionis, ac etiam decentèr factæ vim includit: præſenti atenim in materia, ſi negatiuam defendere ſententiam velimus, videndus eſt Crauett. *conſ.* 640. *parte* 4. ex quo vtraque fuerunt authoritates pro parte allatæ; quo in caſu poſſit ex Principe reuocatio illi induci, quod ex antiquiſſimi poſſeſſione temporis, cuius in con-
E trarium memoria ignoratur, in ſubditorum præiudicium acquiſitum: additur etiam ibidem à Theſaur. neutiquam Principi denegatum, vt mercatus, qui certo alicuius in Ciuitatis loco aliam publico pro emolumento in partem transducat.

Quo autem in caſu eodem, vel ipſiſmet diebus pleriſque in Ciuitatibus, aut etiam Oppidis, qui vicina ſint, nundinæ celebrentur, decem oportet milliaria intereſſe, alterius quoniam per concurſum alteri nocumentum afferretur, & tunc equidem cui priùs traditum priuilegium fuit, ac tempore prior extat, permiſſum eſt, inhibitionẽ ex Principe, vel Superiori Magiſtratu poſtulare, nè illa in parte, cui datum poſterius priuilegium fuit, nundinæ celebrentur. Theſaur. *loco cit. num.* 5. *per regulam*, *l. qui prior*, *ff. de iudic.* quo affirmat in loco proprio ita in Senatu per arbitros à Principe conſtitutos, fuiſſe determinatum. F G

Practicam etiam Ioannes Franciſcus *de poteſtat. Proreg. titul.* 10. *de mercatis, & nundinis.* quod vbi ex Principe aliqua petit Ciuitas, vel Baro priuilegium, vt nundinæ concedantur, memoriale traditur Proregi, in quo priuilegium, mercatus faciendi expoſcatur, quod poſtmodum ad Regij Tribunal Patrimonij remittitur, vt ſeſe informet, ac faciat relationem, & prouidetur, vt informationes inde capiantur, an aliud in Regno habeatur mercatus, cui præiudicium valeat inferri: ex eo quia cum hoc ex gratia petatur, neutiquam conueniens Principi extat, vt quidquam concedat, ex quo aliquod tertio præiudicium inferatur. per Text. *in l.* 1. §. *meritò, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico.* Hoc tamen ex vrbanitate affirmat obſeruandum; formatum quoniã non adeſt intereſſe, quamuis valeat prætendi, ex Principe etenim ſuum eſt ius conceſſum, non verò alienum: quòd ſi hoc ſecundariò, id tertiò cauſatur ex conceſſione, haudequidem illi decet attendi, nec aliquo ſub conſideratione venit modo: Princeps quoniam ſuo vti dicitur iure. *l. flaminis*, §. *fin.* & *l. Proculus*, *ff. de damno infecto*, *l. in meo fundo*, *ff. de aqua pluuia arcenda.* H I k

Digitized by Google

A

DE INSTITORIBVS.

Cap. 7.

ENimuerò cum ſæpè non valeant Mercatores per ſe ipſos ad nundinas ſe conferre, vt de proprijs faciãt
B mercibus venditionem, vel de aliorum rebus faciant emptionem; propterea non denegatur, vt Inſtitores conſtituãt, ad effectum, vt ſui ad emolumentum negotia gerant. *l. inſtitor, ff. de inſt. act.* qui tale ſuſcipiunt nomen, quoniam in negotiorum exercitio, vel tabernæ, aut etiam negotiationi præficiuntur. *l. inſtitor, ff. eodem.* quamuis nullus deſignatus fuerit locus. Bartol. *conſil. 79.* Azorius *in ſumma, C. eodem.* Abb. *conſil. 74. vol. 2.*
C Myſinger. *in §. ſi agitur, num. 16. inſtitut. quod cum eo.*

Duplici atenim forma Inſtitores ſcimus conſtitutos, quòd nimirùm alij tacitè, alij expreſsè fuerint præfixi; prima fuit ex Doctoribus demonſtrata, quando, cum ſciat dominus, ac toleret, vt quidquam aliquis agat; ita Bartolus *in l. prima, §. familia in fine, ff. de public.* quo ſcriptis tradidit in loco, alicuius
D factam probari conſtitutionem, eo ipſo ac officij in exercitio verſetur, cum de hoc dominus conſcius extet, affert *l. 1. §. regiſtrum, verſ. ſecundo.* Gratianus *diſcep. 637. num. 23.* hoc namque præcipuè cõgruum DD. indicarunt nè adſtringantur, qui contrahere cum inſtitoribus velint, certam, expreſſamque demonſtrare præpoſitionem, vel ex aduerſo, ne facili contrahentes negotio
E deludantur, & illi, qui præficiat, via ſit fraudibus parata. Bellon. *deciſ. gen. 14. ſub num. 3.* expreſſo atenim modo quiſquam conſtituitur, quo in caſu explicitè hoc agatur, ſi ſcilicèt negotij dominus dicat: Ego Caium meum facio inſtitorem, aut, tali meæ præpono negotiationi. Innocent. *in cap. quod quibuſdam, de fideiuſſor.* Iaſ. *in §. actiones, aut de peculio, num. 49. & 50. inſtit. de actio.* Bald. *in l. mandat. C. mandati.* Id F
namque dicitur expreſſum, quod claris exprimitur verbis. *l. ſi ſeruus, ff. de aſſign. liber. l. ratum, ff. de ſolution.* & cæteris penès Bellonum *loco ſupra citato ſub numero 30.*

Vbi itaque conſtitutio de Inſtitoribus facta, & ſeſe in contractibus verſent, certum eſt proprio conſtituentes ex facto in ſolidum obligari: *tot. tit. ff. & C. de inſtitor. §. eadem ratione, inſtit. quod cum eo.* Gratian. *dicta diſceptat. 677. num. 25.* Iuſtum quoniam Prætori fuit viſum, qui hanc præbet actionem, quòd inſtitoris quemadmodùm ex actu emolumenta ſentimus, pari ex ipſorũ contractibus forma obligemur, aut etiam poſſimus conueniri. *l. 1. in prin. ff. eodem.* & hoc ipſomet agitur modo, ac ſi negotium proprio cum conſtituente fuerit iniectum. *§. fin. inſtit. quod cum eo, l. prætor ait, §. ſed ſi ſeruus, ff. de edendo, l. hæres abſens, §. apud labeonem, ff de iudic.* Roman. *ſingul. 240.* Boer. *deciſ. 114. in princip.* Gratian. *diſcep. 851. num. 67.* nil etenim ſupra quidquam importat, quòd res vel ex ſe, vel inſtitoris induſtria ipſius nomine contrahentis agatur. *cap. qui per alium de regul. iuris in 6.* Adde quòd poſſunt ad pœnam ex Inſtitoribus domini obligari, ſi ex contractus natura pœnæ conſurgant, cum ex aduerſo accidat, ſi eius extra naturam ſit, Bald. *de vbald. in tract. de conſtit. num. 5. fol. mihi 613. inter tractat.* Straccæ *de mercator.*

Ad hoc autem vt conſtituentem dicamus ex Inſtitoris facto in obligatione poni, oportet quòd creditor, qui cum Inſtitore contractum iniecit, præponẽtis credidiſſet contemplationi, ac etiam intuitum habuerit ad ipſum: argumen. *l. poſt mortem, §. fin. in fine,* iuncta Gloſ. ibi, *Contemplatione pupilli, ff. quando ex facto tutor. vel curat. l. ei, qui, C. quod cum eo, l. eum, qui, C. ſi certum petatur.* Nact. *conſil. 567. num. 6.* Paris *conſil. 94. nu. 86.* Alexand. *conſil. 94. num. 6. vol. 3.* Hac de cauſa, qui aliquod mutuum dat, proba-

tum

A tum habere debet, ſeſe illo tribuiſſe animo, vt dominium ex contractu obligaret. Alciat. *in dicta l. ſi inſtitor.* per Tex. *in l. cum qui §. alioquin C. quod cum eo:* quo affirmatur in loco, quòd ſi quiſcum libero, qui alicuius agat res, contraxit, & eius fecerit de perſona electionem, haudequidem Dominum aduersùs retinebit actionem: Demas tamen, ſi pecunia eius tranſiuerit in rem, vel contractum habuerit ratum: & Bar-
B tol. *in l. ſi pupillo, §. 1. num. 5. ff. de negot. geſtis.* illi aſſerit, qui contrahit, notum eſſe oportere, domini contrahi in rem, & hoc illi expediens eſſe, vnde creditori probare incumbet, ſeſe illa pecuniam lege dediſſe Bald. *in §. ſi igitur verſic. eius rei gratia inſtit. quod cum eo:* Diſcriminis atenim ratio deſcendit ex Bello. *loco citato num. 97. in fine.* Inſtitor ex eo quia nequaquam in obligatione
C perſiſtit, ſed quò tamen dominus inſtitoris in caſu abſens reperiatur, & quiſquam ipſi credat, eiuſque fidem ſequatur in obligatione remanebit, ac tali forma illius inſpici animum certum eſt, qui pecunias tradat: Soccinum allegat. *conſ. 150.* Animaduerti attamen oportet, vt ipſe voluit *num. 98.* quòd Bartolus *in l. ſi pupilli, §. 1. num. 7.* illam inter actionem, quæ debet dominum in-
D ter, ac illum, qui contrahat cum procuratore, quò neceſſe eſt euentu domini ad nomen negotiationem exerceri, ponere, & actionem, quæ Procuratorem inter, dominumque conſurgit, ex eo quia nequaquam tunc oportet, quòd domini tunc intuitu efficiatur.

Decens verumtamen extat, adhoc vt inſtitoria ſibi locum actio deſumat, vt illam etiam pecuniæ in cauſam interſint
E *l. 1. §. quod ſi ab initio. ff. de exercit.* Alex. *conſ. 44. num. 6.* Paris *conſ. 94. num. 54.* Quapropter conueniens eſt, vt pecuniam capiens Inſtitor, ſeſe illam nauis merciſue gratia ſuſcipere declaret, ad hoc vt in obligatione conſtituentes ponat. *dicta l. 1. §. quod ſi ab initio.* Inſtitor atenim alicuius negotiationibus, vel officio præpoſitus, nequaquam de mutuo tui.

tenetur, quòd è conſtituentis mandato
F contractum per eum ſit, cum adhoc cōſtituens obligetur: quod, & vigorem includit ſi, abſque eoquòd mandatum inſit, inſtituentis ad emolumentum fuerit pecunia conuerſa, eoquòd ſi minimè hoc agatur, conſtituentem ſolummodò affirmauit teneri. Bellonus *dicto nu. 94.* Genua *de ſcriptura priuata lib. 4. cap. 71. num. 33.* ea inſtitor de re neutiquam ſumere mutuum valet, ni & interueniat
G mandatum, vt idem Bellonus *num. 90.* vbi cum Baldo. Mutuum affirmat in præſenti dupliciter ſub conſiderationem venire caſu, vel tanquam negotiatio, ex ſe diſtracta, cuius exercitatio in mutuandis habetur pecunijs, & tunc præpoſitus menſæ ſumere, abſque eoquòd dubium occurrat mutuum ex debito poteſt; ſatis namque egiſſe de mutuo præponens videtur, vel mutuum
H conſideratur, tanquam quòd merci deſeruiat exercendæ, & eo quidem in caſu licitum inſtitori habetur, quidquam accipere, neceſſaria quatenus ex conſequentia mercis id exercitium expoſcit, ad hoc vt cum aliquis ad pannorum venit emptionem, ſi pecuniæ haudequidem tradantur, eo ipſo ad accipiendam mutuò pecuniam præpoſuiſſe reputatur, ad hoc vt emptio efficiatur; concludi ergo decet, ad hoc vt ex Inſtitoria
I obligetur quiſquam, interuenire, quòd mutuum, vel etiam contractus in præponentis emolumentum, vel negotiationis in cauſam, obquam præpoſitum ſcimus, fuerit confectus, & pro illa ſeſe accipere declaret. Surdus *conſ. 326. nu. 14.* Genua *loco citato num. 38.* Gratian. *deciſ. 178. à num. 1.* vbi notat ad eſſe oportere, ad affectum, vt quemquam
K inſtitoria compellat, quòd minimè mutuò maior pecuniæ quantitas, quàm negotium expoſcat, ſit data, quòdque qui eam præbet, dictæ dederit ad negotiationis cauſam, illum nec non fuerit ad finem accepta, & *num. 8.* ſubdit: quòd ad effectum vt tacitè mutuò in obligationem ponatur, illa concurrant, quæ conſpicimus notata *in l. vltima ff. de Inſtit.*

A *ſtit. & exercit. act.* Cauſæ nimirum ve-
ritas, Præpoſitionis, cauſæque ſcientia,
credulitaſque, congrua demum quanti-
tas, & eo in loco, vbi neceſſitatis vige-
bat cauſa, & etiam celebratio contra-
ctus. Genua *loco ſupra citato nu. 39. vſ-
que ad num.*44. vbi affirmat, quo acci-
denti aliqua qualitatum abeat in defe-
ctum, neutiquam ex mutuo ab *I*nſtitore
facto dominum in obligatione haberi:
B ex Alex.*conſ.*44. *num.*6, *vol.* 2. *& deciſ.*
Gratia. 178. *per totam*. Quòd ſi forte
dicta nequaquam interueniant, probari
neceſſe eſt, pecuniam mutuò datam in
domini vtilitatem commigraſſe. *l. qui-
cumque* §. *non tamen ff. de probat.* Grat.
diſcept. 178. *num.* 3. Maranta *in ſpeculo
diſtinct.* 22. *num.*6. Genua *loco citato nu.*
47. *qui in num.* 50. affirmat, quòd ſi ple-
rique interuenerint in negotio conſti-
C tuentes, omnes inſolidum ex alicuius
ipſorum in obligatione veniant facto,
cum nulla interſit ratio, an plus quiſ-
quam ex conſtituentibus conferat in
negotiatione, alius autem appoſuerit
minus per Tex. *in l.* 1, §. *fin.* & ibi Glo-
ſa *ff. de exercit.* Maranta *loco citato. n.*22.
Bello. *dicta deciſ.* 14. *num.* 20. Capic.
deciſ. 180. *num.* 3. Nec iniquum debet
hoc illi videri, qui pauciorem retineat
in Mercatura portionem, quo in caſu in-
D ſolidum ſentiat, ſe conueniri, ex eo quia
hoc ad nil conducit; nam, cum habeat
partem, extat ipſe in ſolidum obligatus:
per Tex. *in l. nec quiſquam ff. de exercit.*
l. habebat, §. *fin. ff. de inſtit.* Permiſſum
tamen erit, cui minus in negotiatione
rei inſit, vt ſeſe ſocios contra dirigat, &
ſibi congruam ab illis portionem expo-
ſcat, actione pro ſocio, ſi conuentiona-
lis ſocietas habeatur *l. ſi vt ſit ff. pro ſo-*
E *cio, vel communi diuid.* ſi incidens illa
exiſtat. *l. ſocietatem coire l. nam cum. con-
trac. ff. pro ſocio* Bellon. *n.* 22.

Ampliatio attamen illa in regula ve-
nit, ex qua conſtituentes inſtitoris obli-
gantur ex facto penès Genuam *loco ſu-
pra citato à num.* 25. vbi aſſerit: vigorem
primò retinere, tàm ſi ipſi conſtituen-
tes, quàm ipſorum procurator, vel ne-
gotiorum geſtor (cum Dominus tamen F
conſcius extet, habeatque pro rato)
illum præfeciſſe videantur: vt pari Se-
cundò ratione aduersùs hæredes præ-
beatur, ipſum qui præpoſuerint. Vim
Tertiò dicimus habere, illam quoad
pecuniam, quæ ad certam fuit mutuò
data cauſam, & ad quam fuerit inſtitor
præfixus, & eam proprium non conuer-
tat ad vſum: Surdus *deciſ.* 156. Guttier.
Allegat. 1. *num.* 11. Vt etiam Quartò G
patrem aduersùs, qui filij in fauorem
detur tabernæ, alijue negotiationi con-
ſtituti fideiuſſit, vt conſtituens Quintò
in obligatione ſit, in ſeandem quamuis
feciſſe is dicatur, & in contractione ver-
ſatus, eoquòd hoc ſibi vertere conſti-
tuens debet, cum electionem de probo
non fecerit inſtitore. Bellonus *loco ſupra
citato num.* 17. *l.* 1. §. *inde quærit Offilius
ff. de exercit.* 6. qui voluit, quòd in obli- H
gatione præponentes ſint illis etiam ex
contractibus, qui per pueros per ciui-
tatem ad emptionem faciendam vendi-
tionemque miſſos conficiantur.

Creditorum etiam fauore limitatio-
nis in odium ampliationem fecit Ge-
nua, *cum ſub num.* 33. limitare ſtudet
regulam, & quidem primò dicit, quòd
efficaciam includat nullam, quo in caſu
inſtitoris nomine actus fuerit celebra- I
tus, atque ad ponendum in obligatione
dominum tendere videretur, inſtitori
namque minimè permiſſum; vt domi-
num obliget, mandatum etiam ſi inter-
ſit. Oddus *conſ.* 31. *num.* 5. *vol,* 1. Vbi
ſecundò de illo ageretur negotio, ad
quod nullo inſtitor modo eſſet à domi-
no præfixus, ipſumque ad domini no-
men haud negotium haberetur confe-
ctum, eoquòd illo dominum ex facto k
non obligari affirmamus: per Tex. *in l.
in eum* §. *ſeruos pecunijs ff. de inſtit.* Me-
noch. *conſ.* 98. *num.* 74. Burſat. *conſ.* 193.
num. 39. *vol,* 1. rationem Genua ducit.
ibid. num. 35. Nullum quoniam præiu-
dicium valet per inſtitorem adduci, ſi
ea demas, ad quæ ſpecifica illum ra-
tione ſcimus conſtitutum, vt etiam in
illis, quæ domini fuerint ad emolumē-
tum

tum conuerſa. Menoch. *dicto conſ.* 199. *num.* 12. *vol.* 2. Limitationem tertiò ponit, vbi Inſtitutionis pacta, formamque neutiquam fuiſse per Inſtitorem obſeruationi commiſſa cognoſcamus, ad illa quoniam, quæ excedere videntur, haudequidem præponens obligatur; Tex. *allegat in l. & ſi pupillus* §. *conditio ff. de inſtit. actione*, excipias tamen ni clarè præficientis argui fraus poſsit: vt explicatum ex Maranta in Specul. *dicta diſtinct.* 22. *num.* 15.

Notari atenim decet, quòd, quo inſtitor in caſu proprio ſeſe nomine in obligatione ponit, ipſe tenetur: propriā vbi fidem adſtrinxit. Caldas Pereira *de empt. & vendit. cap.* 15. *num.* 57. *verſic. ſeptima concluſio.* Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 1. *tit.* 18. *num.* 4. Tuſcus *in verbo inſtitor concluſ.* 224. *num.* 19. vel cum dicto contrahens nomine ſeſe ad obſeruantiam obligarit Mantica *loco ſupra citato num.* 5. Tuſcus *loco citato num.* 15. & 22. Guttierez *de tutel. parte* 3. *cap.* 13. *num.* 18. Aut quo in caſu inſtitorem ſe fecerit, cum talis non haberetur conditionis, vt explicatum ex doctis DD. vel cum ſe ſuoſque, ab inſtitore ſcimus obligatos hæredes Theſaur. *quaſt. foren. lib.* 3. *quaſt.* 27. *num.* 9. & 10. Mantica *n.* 7. Tuſcus *num.* 22. Et tandem inſtitoris vbi contemplatione celebratum fuiſſe contractum firmum ſit. Pereira *dicto cap.* 15. *num.* 58. *verſic. nona concluſio.* Tuſcus *num.* 23. Mantica *num.* 8. & ſufficientèr ad rei opportunitatem habemus ſcripta Genuæ *loco ſupra citato à nu.* 57. *qui in mum.* 78. Quæſitum facit an Pręponens ex Inſtitoris obligatus remaneat delicto, & vtraque poſtquam ſermonem inſtituerit ex parte, variaſq; doctorum duxerit opiniones, diſtinctionis adhibuit, vt illam conciliaret fœdus, cum affirmet, quòd vel præficienti aliqua ex Inſtitoris crimine vtilitas defluxiſſe videatur, vel ex aduerſo, ſi de primo agimus, nullum occurrit dubium, quin ex hoc teneatur, & valeat conueniri, ſi de ſecundo loquamur, cōtrarium euenit. Menoch. *conſ.* 53. *nu.* 15.

An autem, ſi filius paternis adminiſtrationem habens de bonis mercimonijſque, cum genitor minimè contradicat, imò permittere dicatur, in obligatione pater ipſe ſit; videre neceſſe eſt Afflictum *deciſ.* 308. *per totam*, quo affirmat in loco, Neapolitano in Senatu Patrem aduersùs illatum iudicium fuiſſe.

DE MERCATORVM *libris.*

Cap. 8.

CVm nullo modo, vel ob temporis anguſtiam, vel æris penuriam de proprijs venditionem facere rebus mercatores, ipſorumque valeant Inſtitores, accidit, quòd cuicumque dato longiori temporis interuallo ad faciendam ſolutionem, vendant, proprijſque notamenta faciant in libris, propterea ad materiem deueniens, præſenti de ipſorum agam libris, & quæ fides ipſis, & an, debeat præſtari.

Et quidem, vt ex ordine incedamus, noſcere oportet, quòd vel agimus, fidem ipſis præſtari ex communis diſpoſitione iuris debere, vel ſtatutorum ſecundùm naturam, & primò quidem in caſu ex vnanimi doctorum ſententia negatiuum deſcendit reſponſum: vt concludunt doctores apud Genuam *de ſcriptura priuata lib.* 4. *tit. de libris mercatorum*: certum quoniam eſt, nullam priuatis fidem eſſe adhibendam ſcripturis illorū, qui ſui ſcripſerint in fauorem, vt explicatum ex Bartolo *in l. quadam* §. *nummularios. ff. de edendo*: Perniciosum etenim habetur exemplum illi credere ſcripturæ, propria qua quis debitorem ſibi conſtituit quemcumque *l. exemplo C. de probat.* Cui fermè doctrinæ pluribus ampliationem intulit formis Genua *in ſupracitato loco à num.* 4. *vſque ad* 12. Menochij verò ex mente

A *in tract. 2. de arbitr. lib. 2. centur. 1. concluſ. 91.* Iudicis hoc ad arbitrium remiſſum videmus: omnia eoquòd ex coniecturis, circumſtantijs, perſonarum, ac etiam codicum qualitate dependentiam ſortiatur: vt Barboſ. *conſil. 53. col. 5. lib. 3.* & Salicet. *in l. prima col. 3. verſ. quaro ſed, C. de edendo.* Ex mercatoribus ex eo quia publicum haudequidem officium exercetur, ſed proprio tantùm ſcriptis
B traduntur emolumento, nec aliquo ipſorum munus modo in ſcribendo ſolùm conſiſtere, certum eſt: quemadmodum argentariorum fuiſſe munus ſcimus, quibus ea de re ipſorum fides prſtabatur libris, tàm ſi eorum ageretur in fauorem, quàm alium aduersùm, cum quo geſtum fuiſſe negotium firmum erat: per Text. *in l. argentar. ff. de edendo ibi: Nec intereſt, cum ipſo ne argentario contrauerſia ſit, an cum alio: fruſtra*
C *enim cogeret prætor Argentarium edere etiam contra ſe, niſi illi tertio fides libri noceret poſſet.*

Secundo ex caſu, quoquam vbi ſtatuto, vel conſuetudinis vi, diſpoſitio interfuiſſet, vt debeat mercatorum libris fides præſtari, plenam tunc fermè illiuſmodi codices faciunt fidem, cum publicæ hoc authoritatis fulcro innitatur: vt Doctores concludunt penès Ge-
D nuam *num. 12.* Roland. à Valle *conſ. 91. num. 5. vol. 3.* quo quidem in loco indubitati affirmat iuris haberi, ac etiam tàm in mercatorum fauorem, quàm ipſos contra includere probationem: ita voluit Petrus Enriquez *conſil. 56. nu. 1.* Scaccia *de Iudic. cauſar. ciuil. cap. 11. nu. 133.* Huius eoquòd generis fides, quæ mercatoribus præſtatur, publico dici-
E tur approbata conſenſu; quemadmodum de argentarijs ſcriptis, tradidit Menoch. *loco ſupra citato.* Quod equidem ſtatutum, publicam ob commerciorum vtilitatem, vim includere affirmant Viuius *opin. 806. num. 1.* Tertium quamuis contra tractarotur, vt conſilium dedit Soccin. *conſ. 240. nu. 3. col. 2. verſic. 2. vol. 2.*

Huic igitur concluſioni ampliationẽ legimus illatam penès Doctores, qui F
hac de re ſcribunt. Ac primò aſſerit, ſuum oſtendere vigorem, ſtatuentium etiamſi territorium extrà, liber, mercatoriſque ſcriptura: tali confirmata è ſtatuto ratione, quocumque probationem facit in loco, illo quamquam in iudicio, in quo producatur, hoc neutiquam habeatur ſtatutum. Stracca in ſæpè *citato tract. de mercat. tit. quomodo in cauſa mercator. proced. ſit num. 31.* Iaſon *in l. ſi ar-* G
rogator col. 6. ff. de adopt. Genu. *loco ſupr. citato num. 18.* cum de ſcriptura enim agitur, ille inſpicitur locus, quo fuerit confecta, non autem producta. Guidon Papa *quaſt. 74. lib. 3.* Bald. *conſil. 79. lib. 3.* per Text. *in l. ſi fundus, ff. de euictione.* Viuius *loc. citato num. 4.* Excipias tamen, ni ſtatutum, ex quo fides mercatorum conceditur libris, indiſcretum eſſe certũ ſit, quod cuicumque ſcilicet mercato- H
rum libro credi ſit neceſſe; ratione quoniam deſtitutum, atque ad falſi commiſſionem promptum haberetur. Marſil. *ſingul. 458.* Viuius *num. 4.* Genua *nu. 24. in locis ſupra citatis.* Quemadmodum ni ea circum verſetur, quæ mercaturam extra occurrunt, ex eo quia neutiquam adhiberi tunc libris decet: authoritas quoniam, quæ officij ex ratione conueniens eſt, haudequidem proprium debet effectum ſortiri, proprij extra mu- I
neris naturam. Sola *de libris mercatorum. Gloſa 2. num. 7.* Roman. *conſil. 204. col. 2.* Riminal. *conſil. 35. num. 12.* Menochius *dicto caſu 91. num. 23.* nec vis ſtatuto inhæret, ſi infamis extet mercator. Viuius *num. 8.* Iaſon *in §. ſed iſte col. 24. inſtitut. de action.* nec aliquo modo ſi liber ſtatuentium extra territorium fuiſſet conſcriptus, aut etiam vbi talis non K
vigeat conſuetudo: vt aſſerit Viuius *dicta op. n. 806. num. 9.*

Enimuerò vt fides mercatorum libris præſtetur, ſeptem opus eſt requiri, vt explicatum fuit Guidonis Papæ *deciſ. 441.* Quindecim etſi neceſſariò interuenire conueniens affirmarit Genua *n. 47.* quo maiorem dixit ad cautelam articulandam eſſe, ac etiam probationibus con-

A confirmatam. Et primò quidem requi-
ritur, quòd mercator ipſe verè habea-
tur, & legalis extet homo, ac etiam fi-
de dignus, & in talem fuerit ex omni-
bus receptus: quod ipſiuſmet deindè
mercatoris manu ſcripturam, vel librũ
fuiſſe conſcriptum firmum ſit per Text.
*in l. generaliter, C. de non numerata pecu-
nia.* Contrariam tamen ſententiam com-
plexus eſt Stracca *in dicto tract. de merc.*
B *parte 2. num.* 65. quo affirmat in loco,
nihil intereſſe, quòd liber ipſomet ex
mercatore, vel alius opera ſit ſcriptus;
ille enim ſcriptis quidquam tradere vi-
detur, cuius ſcribitur nomine *per reg.
in l. per alium.* quidquid namque in mer-
catoris libro penès ipſum permanente
legitur, ipſius è conſenſu, ac etiam vo-
luntate præſumitur conſcriptum, donec
de contrario probatio efficiatur. Bald.
C *in rubr. de fide inſtrument. ſub num.* 33.
per Text. *in l. cenſus, ff. de probat.* Alex.
conſil. 245. *num.* 6. *vol.* 6. Bertacch. *de
gabell. verſic. quarto principal. num.* 6.
tertio requiſitum loco Genua voluit,
quòd è mercatore, cuius dicitur liber
haberi veritas ſoleat deſcribi per Text.
in l. vniuerſor. ff. de pignerat. actione. Vi-
uius *deciſ.* 445. *num.* 21. niſi falſitas ap-
pareat in vno, in omnibus ex eo quia
D præſumi debebit, ex Gabrielis opinione
conſil. 148. *num.* 9. Caſtrenſ. *conſil.* 301.
num. 4. *lib.* 1. Oportet quartò interueni-
re, quòd cauſa ex libro demonſtretur,
qua acceptum fuerit, libris conſtitutum,
& ex qua poſitum expenſum; nudæ
quoniam rationes cauſæ eſſe neutiquã
debent. *l. nuda ratio, ff. de donation.* Abb.
in cap. 2. *num.* 12. *de fide inſtrumentorum.*
Iaſon *in repetit. l. admonendi ſub num.* 96.
E *ff. de ver.* ſic enim illo ex actu propriam
ſcimus, fidem, atque diligentiam de-
monſtrari. *l.* 1. *§. officio, ff. de tutel. &
rat. diſtrah.* vt æquali forma ſi neutiquã
adijciatur cauſa, vel talis, quàm rectè
intelligere nequeamus. Alexand. *conſil.*
172. *num.* 6. *vol.* 2. qui Bartolum addu-
cit *in l. quidquid adſtringendæ col.* 1. *ff. de
verb. oblig.*

Occurrere quintò decet, quòd ali-
quid ſeſe aduerſum in eodem ſcripſerit F
libro Genua *num.* 64. per Textum in
*l. publica, §. fin. ff. de depoſit. & l. quadam
§. nummularius, ff. de edendo.* Viuius *de-
ciſ.* 445. *num.* 16. Surdus *conſil.* 443. *n.* 5.
Sexta conuenit ſede adeſſe, vt merca-
toris libri certo rationes ſub die con-
ſcriptas oſtendant, cum etiam ex aliqui-
bus conſul expreſsè ponatur, ex eo
quia ſi certus non interſit dies, impli-
citas reddi rationes, & exemplari mi- G
nimè poſſe certum eſt. Stracca *loco ſup.
citato num.* 61. *fol.* 76. Roland. *dicto conſil.*
92. *num.* 8. Genua *num.* 75. qui in ſe-
quenti, hoc declarat requiſitum, neceſ-
ſarium haberi; vt ſcribentis in fauorem
faciat probationem, cum contrarium
illo eueniat in caſu, quo in ipſum aga-
tur, propria quoniam ex culpa emolu-
mentum nemo percipere debet. Strac.
de indic. cauſ. ciuil. cap. 11. *nu.* 282. Sep-
timo expoſcitur loco, vt ex vero non H
longinquis circumſtantijs, ac etiam
præſumptionibus verum poſſit id ha-
beri, quod in libris conſcriptum repe-
rimus, cum habitus ad contractus de-
biti temporis factæ ſolutionis tempus,
fuerit reſpectus, & ad contrahentes,
oculos conuertere, perſonas velimus:
vt placuit Roland. à Valle *d. conſil.* 92.
Strac. *de mercat. dicta parte* 2. *num.* 62.
verſic. denique. Iaſon *conſil.* 4. *vol.* 3. Ex eo I
quia quo veriſimilia euentu ex libro
cognoſcimus abeſſe, & aliæ in defectũ
irent probationes, cum ex mercatore
iuramentum inferatur, fides poterit
præſtari: vt affirmat Stracca *dicto n.* 62.
Neceſſe octauò eſt, vt huius deſcriptæ
in libris illæ fuerint partitæ, quæ ad
mercaturam, vel etiam, de quo agitur,
exercitium, non autem ad aliud ſpectẽt;
vt voluit idem Roland. *dicto conſil.* 92. K
num. 8. Nona erit conditio, quòd appa-
reat traditas ex mercatore merces fuiſ-
ſe, quamuis probationem de quantita-
te facere neutiquam expediens ſit, nec
aliqua de pretio ratione, cum ex libris
quantitas probetur, pretiumque, Ge-
nua *num.* 82. Quòd nulla decimò in li-
bris forma libri cancellationes interſint
in

Digitized by Google

A inductiones, ſuperinductiones, & omnes denique ſuſpiciones, per quæ ſcripſit Bartol. *in conſil.* 372. *num.* 14. *vol.* 5. & facit Text. *in l. prima, ff. de his, quæ in teſtamento delentur, l. ſi vnus, C. de teſtam.* Stracc. *dicta parte* 2. *num.* 63. & 64. Genua 86. qui antecedenti *num.* 84. huiuſmodi affirmauit, libros diuerſa oportere manu ſcriptos, & atramento, nec aliquam oſtendere maculam. Intereſſe vndecimò decet, quòd hoc de datis, receptiſque in libro facta deſcriptio ſit, vt etiam ex quo, quaue ex cauſa tributum: vt veritas, falſitaſque depræhendi in eodem valeret: vt explicatum ex Genua *num.* 88. authoritate Ludou. *concluſ.* 29. *verſic. vigeſimò quinto,* requiritur Barſatic. *conſil.* 283. *num.* 8. Debiti propterea extractionē dicimus, eſſe inductam per partitatum contrapoſitionem, quæ fuerint pro ſolutione, proprio in ſolutionum libro conſtitutæ, ſolutò namque ad computum, & partitæ extractionem debito, contrapoſitæ per ſolutionis modum facta reputatur vt *reſolut.* 41. ſcriptum reliquit Anton. Amat. per authorit. DD. qui ea ducuntur in parte. Intereſſe duodecimò debet, quòd ipſo iuramentum ex mercatore præſtetur, eodem contenta in libro vera extare. Genua *num.* 89. quo namque in caſu, ex alicuius diſpoſitione ſtatuti cuiuſquam aſſertioni præſtari fidem opus eſt, intelligitur dummodo quòd iuramento fuerit aſſertum: quod quidem, cum præſtetur in ſui officij initio, neutiquam debet poſtmodum inferri. Decimotertiò exigitur, quòd partis ad petitionem liber exhibeatur, ad hoc vt ipſum aduerſus opponi quidquam poſſit: ex Roman. *conſil.* 186. Menoch. *conſil.* 23. *num.* 17. & Marſil. *ſingul.* 81. Quòd decimoquartò præfato in libro contineatur, vt exemplum ducit Genua *num.* 96. & Stracc. *num.* 53. *dict. parte* 2. *de mercator.* Libri decimoquintò ſtructuram, regionis iuxta morem, locique ſecundum conſuetudinem fuiſſe confectam. Ludouic. *dicta concluſ.* 29. Genua *num.* 97. *loco ſupra citato*, vbi in *num.* 106. quæſitum facit, An huius F contra libros generis valeant ex contrario probationes interuenire, & poſtquam Alexandri opinionem oſtendit in *l.* 1. §. *ſi abſens, num.* 7. *ff. ſi ex noxalibus.* cauſa ducti è Stracca *loco ſupra cit. titul. quomodo in cauſis mercat. proced. ſit, n.* 35. & Viuius *decif.* 445. *num.* 3. qui affirmēt, haudequidē admitti probationes opus eſſe, quæ ex aduerſo concurrant: in *nu.* 109. vero magis propinquam aſſerit illam eſſe, qui eam dicunt, eſſe admittendam. G

Quæſitum etiam facit *num.* 110. An ex iſtis mercatorum libris, qui tanquā publica, è ſtatuti, vel conſuetudinis vigore fuerint habita inſtrumenta, exequutio deſcendat parata, & poſteriori anteponantur creditori, qui ſeſe in inſtrumento fundaret? Et nos ad Gratian. *decif.* 203. remittit, vbi *in n.* 5. affirmat, H quòd mercatorum, vel artificum verba facimus de libris, quorum fermè partitæ, aut etiam Iudicis è commiſſione exemplificatæ in publicum recipiuntur inſtrumentum, & paratam oſtendunt exequutionem, guarantigia quemadmodum inſtrumenta, & ſic debitoris bona obligationi, & hypothecæ ſubiectæ, ſtatuti ſecundùm formam intelliguntur: & eo quidem in caſu illorum erit opinio vera, qui affirmant, nullam I inhærere vim diſpoſitioni. *l. ſcripturas, C. qui potior. in pign. habean.* dicto autem ex libro anteriori creditor tempore poſterioti debet præferri creditori, qui publico ſeſe fundet inſtrumento, eo aſſignari loco rationem videmus, priuata quoniam in ſcriptura faciliori valet negotio fraus, circa tempus, perpatrari; eo quòd, quamuis noſtris hiſce temporibus dies ſcribatur, præteriti attamen K dies temporis valet apponi; huiuſmodi attamen laus neutiquam poteſt in libris committi, cum ſcribi in eis data, & etiam recepta ſingulis continuatim per dies ſolita ſint: ac tali ratione difficile habetur, temporis veritatem, dierumque mutare; quòd ſi fortè varietur, poterit quidem facilè præteritos ſcripturarum

A rarium dies haberi: & hæc è doctrina Gratiani loco ſup. cit.

Denique cum ſtatutum, vel etiam conſuetudo ceſſent explicare; neceſſe eſt, priuati librum, ſcribentem aduerſus vſque facere probationem, vt affirmauit Accurſ. per Textum in l. quidem §. nummular. ff. de edendo. Alexand. conſil. 91. vol. 4. & conſ. 245. vol. 6. Bartolus in l. prima, C. de edendo, & Doctores penès Maſcard. de probat. concluſ. 974.

B Cum nihil obſtet, quòd aliqua abſente parte confeſſio conſcribatur. Crauetta de antiquit. temporis parte prima. verſic. vidimus abundè num. 26. In quo intulit ampliationem Maſcard. vim haberi, eo quòd nullum ponit impedimentum, quòd mercator neget, propria ſcripturam manu haudequidem, vel ex voluntate confectam: affert Alexandrū

C conſil. 147. col. 3. vol. 2. Crauett. loco cit. num. 28. Roman. in l. nuda ratio, ff. de donation. vt, æquali forma, ſi mercatoris quidquam in libro fuiſſet manu illius conſcriptum, cum quo controuerſiam ſcimus agitari: talis eoquòd liber probationem etiam aduerſarium contra includit, eius quoniam voluntate dicitur conſtructus. Cumanus conſil. 246. Cum nihil in contrarium faciat, quòd minimè in libro annus, alięue interſint ſolē-

D nitates: vt idem Maſcard. num. 11. affirmauit: ex quo ſequenti numero ampliationem conſpicimus illatam, efficaciam vſque demonſtrare non ſolùm ſi ſcribentem contra, ipſius verùm etiam hæredes, ſingulareſque ſucceſſores agatur: demas tamen, nullam ſi debiti cauſam ex libro demonſtrari certum eſſet, tali quoniam in caſu, nequaquam ſcribentem contra probationem facit, præ-

E terquam ſi nonnullę concurrerent coniecturæ, quæ debiti claram redderent cauſam, quoniam, vbi ipſæ interueniāt allatæ, nullus dabitur timirationi locus. Maſcar. num. 18. qua reſtringit in parte, quoad ſchedulam, quæ rationum in libro fuerit reperta: neutiquam nāque aliquam in ſcribentem facit probationem, vt pari limitauit forma, quòd minimè illo procedat in libro, qui rationum in modum non fuerit confectus, neque data continet, ac recepta: ducit Bald. in l. rationes, C. de probation. cæteroſque Doctores, qui eo uideri in loco poſſunt; contraria quamquam in ſententia perſiſtat Decius, & Crauetta locis in num. 22. ex Maſcardo notat. F

Neutiquam verò fieri ex mercatorū libris in tertij fauorem, quamquam aduerſùs probationem eſt in placitis Felini in cap. 2. num. 33. de fide inſtrumentor. ac Menoch. conſil. 33. n. 15. cæterorumque doctorū ex Maſcard. concl. 975. n. 7. ex contrario licet ſentire certum ſit, Bartolum, & Decium in locis ſupra dictis è Maſcardo num. 8. ex quibus affirmatur, mercatorum libros pro tertio contra tertium facere probationem, hoc etenim procedit, dummodo quòd mercator ab initio iuramentum iniecisſet, ſeſe artem ſuam fidelitèr adminiſtraturum. Alexander conſil. 134. col. 3. verſic. præterea lib. 2. Maſcard. loco citato num. 9. qui notatum dignum eſſe aſſeruit, quòd, vbi de facienda, circa ſcripti ſcientiam, notitiamque probatione tractetur, tunc fermè plenam aduehit probationem: ducit Abbas in conſil. 81. & parte prima, lib. 1. Mercatorum etenim libri, etiamſi illi habeantur decocti, facti cæteras inter perſonas faciunt probationem. Bellon. deciſ. 10. num. 6. Salicetus in l. filiusfamilias, ff. ad Macedonian. G H I K

DE

A

DE EXHIBITIONE LIBRORVM Mercatoris.

Cap. 9.

CVm ex mercatoribus igitur libri B fuerint exarati, eos compelluntur, vbi requiſitio ex debitore fiat, exhibere, tacito quoniam ex mandato id confeciſse dicuntur. Magon. *deciſ. luccenſ.* 5. *num.* 11. Stracca *de mercat. parte* 2. *nu.* 70. Bartol. *in l. quadam* §. *nummular. ff. de edendo* Caſtrenſ. *in l. prætor ait nu.* 3. *ff. eodem.* de quo extenſionem facit Bartol. *in dicto* §. *nummular.* ad omnes eos, qui retineant Apothecas, & faciãt ven- C ditionem, tàm ſi ex libris, quàm ex Chirographo aliaue ſcriptura, vel inſtrumento agant. Fab. *de fin.* 16. *tit. de edendo*: quod ſi forte illum edere recuſauerint, ad id equidem tenentur, quod petentẽ ſpectet ad partem. *l. vbi exigitur ff. eodem l. ſi quis ex argent.* §. *prætor ait in verbo*, *in longinquo ff. eodem.* rationes quoniam præſumitur occulqiſſe, cum illarum Codicem afferre in mediũ D noluit, ac propterea iuramenti ope in litem ad declarandum partis intereſſe adſtringitur, vt eſt doctrina *controuerſ.* 544. *num.* 9. Stracca *loco ſupra citato nu.* 68. excipias, ni fortuitum amiſſionis librorum caſum probaſſent. Ciriac. *loco citato num.* 42. Gloſſa, & DD. *in l. ſi quis argentar.* §. *prætor ait.* Quamuis, vbi ad exhibendum fuerit condemnatus, inijci carceribus poſſit; quemadmodum qui, E cum fuerit ad promendum condemnatus, inſtrumentum id agere recuſet, Olea *de iurium ceſſione tit.* 5. *quæſt.* 8. *num.* 10. per Eccleſiaſticas imò compellitur cenſuras, Giurba *deciſ.* 94. *num.* 1. Quo ſed etenim euentu amiſſionem è mercatoris culpa ſequutam certum ſit, cum negotij locum extra illum voluit transferre, ad partis intereſſe, quæ petat editionem tenetur. Caſtrenſ. *in l. prætor ait* §. *ex hoc eſt conſtitutum num.* 1. *ff. de edendo.* F Iuſta niſi tamen cauſa concurrat. Caſtren. *ibid. num.* 1. Sed ſi liber fuerit iam exhibitus, & alios petat pars illum vltra edi eorum adſtringitur exiſtentiam probare. Ciriac. *dicta controuerſ.* 544. *num.* 18. Rota apud Mangil. *de ſubhaſtat. deciſ. deciſ.* 1. *num.* 4. & mercatoris fides præſtatur iuramento, qui affirmat, nullos alios ſeſe libros retinere Ciriac. *num.* 27. neutiquam verò ſecre- G tum depromere mercatores librum, occultis, quem particularibuſque ipſe pro rationibus tenet. Ciriac. *num.* 32. Dec. *in l.* 1. *num.* 19. *C. de edendo*: excipias tamen, ſi aliqua de libro fraudis ſuſpicio inſurgat: qui *vulgò Giornale*, dicitur: vt latè Ciriac. *loco ſupra citato.* affirmat. Canonica verumtamen æquitate libros ad faciendam ſui memoriam confectos compellitur exhibere, quo probetur in H caſu, illos vere intereſſe, vt tenet Rota penès Farinac. *deciſ.* 348. *num.* 3. *part.* 1. Poſtius *de manutenen. obſeruat.* 99. *nu.* 1. Quæ quidem exiſtentia veras per probationes, motæ ex tempore litis, non autem præſumptiuas, debet oſtendi, vt librum exhibere mercator teneretur, qui pro memoria deſeruiret. Rota penès eundem Farinac. *deciſ.* 259. *num.* 1. *in ſelectis.*

I Quo etenim librorum, qui minimè producti, exhibitionem aperte poſcit, illis compellitur ſtare: quamquam de odioſis agamus, & de his, quæ ſcribentis pertinent ad fauorem. Surdus *deciſ.* 199. Crauet. *conſ.* 265. *num.* 2. Alciatus *conſ.* 373. ſcripturam quoniam videtur approbare, illa quicumque nonnullo vtatur modo: Surdus *loco citato num.* 7. Quique alicuius eligit fidem, K neutiquam properè approbare, ac reſpuere pro parte debet. Iaſon *in repetit. l. ad mouend. num.* 129. *in fine ff. de iureiurand.*

Quo autem in caſu, qui exhibitionem petat, ex aduerſario interrogatur, an ſtare libris ſuis in fauorem, ac ex contrario velit, nequaquam ſimplicitèr dare cogitur reſponſum, at illud deſumitur,

Digitized by Google

A tur; ſe nimirum velle ſtare (ſi & quæ-
mus iuris) Capicius Latro *deciſ.* 113.
Gratia. *diſcep.* 262. *num.* 3. Sola *tit. de li-
bris mercat. gloſa.* 2. *num.* 19. Poſtius *dicta
obſeruat.* 99. Declarationem namque,
quòd quiſquam ſtare librorum partitis
velit, intelligere oportet, arbitrio boni
viri; & quamuis certum de errore ſit,
nullum ex huiuſmodi declaratione,
præiudicium adduci, firmum eſt Ludo-
B uiſ. *deciſ.* 79. *num.* 4. Nec aliqua per-
miſſum procuratori forma extat, quòd,
abſque eo, quòd mandatum interſit, de-
claratio efficiatur; vt affirmat Ludouiſ.
loco ſupra citato num. 3. Caſtrenſ. autem
conſ. 314. *num.* 1. *lib.* 2. Quo quidem aſ-
ſerit in loco, quòd, vbi controuerſia oc-
currat, præbetur cautela, quòd libros
præcipiat mercatoris exhiberi, cum
ſalua tamen, vtriuſque partis habeantur
iura.

C Non ſolum at enim edere compelli-
tur mercator libros, quo in caſu litem
ipſe agit, vbi verùm etiam duo alij per
lites verſentur, alterius ad iſtantiam id
debeat perpatrare, præcipuè ſi tertius
negocium cum petentis aduerſario ha-
beat commune. Magon. *deciſ.* 5. *num.* 2.
Riminald. *in addit. ad Salicet. in l. pro-
curat.* 1. *edit. C. de edendo: huiuſmodi ra-
D tione*: quoniam minimè denegatur, pro-
prium cogere aduerſarium, quemad-
modum, & tertium, cuius penès poſſeſ-
ſionem communi, ſcriptura, de negotio
perſiſtat; vt ipſam exhibere minimè re-
cuſet, quod & maximè vim demonſtrat
in mercatore, cuius officium, velut pu-
blicum, argentariorum ad inſtar, num-
mulariorumque habeatur: vt voluere
DD. *in l. argentar. in princip. ff. de
edendo.*

E Quo verò Mercatores euentu geſti
libros in negotij loco retinerent, ſi do-
micilij conueniantur in parte, adhoc vt
illos adducant, haudequidem illos, ne-
gotiationis adſtringuntur extra locũ af-
ferre, niſi & partis è voluntate agatur;
quòd illuc libri proprijs expenſis, peri-
culoue ducantur. Magon. *dicta deciſ.* 5.
num. 14. Bellon. *deciſ.* 98. *nu.* 4. per Tex.
in l. Prætor ait in fine, vbi Caſtrenſ. *ff. de* F
edendo. Soccin. *conſ.* 149. *num.* 4. *lib.* 1.
Iudici verò conuenit, vt alios, ad geſtæ
locum adminiſtrationis, idoneos mittat
homines, ad librorum inſpectionem, re-
lationemque dandam Bartol. *in dicta l.
prætor* §. *fin.* & Iaſon ibi *in* §. *is etiam
num.* 8. Aut illi debet iudici commiſ-
ſum velle, qui loco negotiationis geſtæ
præſit, vt libros videat, ac rei de verita-
te ſibi reſcribat. Fulgoſ. *in dicto* §. *nu.* 6. G
& ibi Iaſon hanc magis tutam affirmat,
praxim haberi, & ſequitur Magon. *dicta
deciſ.* 5. *num.* 15.

Enimuerò ſi proprios, geſti extra ne-
gotij partem, tranſtulit mercator libros,
dicitur in culpa eſſe, & proprio adſtrin-
gitur periculo, atque ſumptu ad nego-
tij locum adducere; vt eſt ſententia Ca-
ſtren. *in dicta l. prætor ait.* §. *ſed eſt hoc
conſtitutum, num.* 1.

Quid autem? An huiuſce temporis H
mercatores ſuarum libros rationum, vt
actoris fundent intentionem, in medium
aduehere teneantur? & pro affirmatiua
venit opinione Genua *tract. de ſcriptura
priuata lib.* 4. *fol.* 245. vbi vtramque ſub
examen rem ponit, & authoritates ad
hoc probandum affert.

DE MERCATORVM LITERIS, I
& Apodixis.

Cap. 10.

IN vſu verò habetur, quòd è merca-
toribus literæ, ac etiam Apodixæ
ad abſentes dirigantur; & quia non rarò
ipſarum circa laborem, atque probatio-
nem, altercationes in curijs occurrunt; K
hac de cauſa de ipſis hoc loco inſtitue-
re ſermonem decreui: vnde, cum Apo-
dixarum ſub nomine, literas contineri
certum ſit, vt dixit Gloſa, *& diſtin. tot.
in authen. vt hi qui obli. ſcal. in verſic.
ad curatorem* Soccin. *iuni. conſ.* 3. *nu.* 32.
vol. 1. Bellon. *deciſ.* 182. *num.* 5. Ea de
re de Apodixis, literiſque, confuſa ſcri-
bens ratione, pertracto; cum hæc ani-

A maduerſio habeatur, quòd aliquod, vbi
ea inter diſcrimen interſit, proprio no-
mine declarabo.

Varijs atenim literæ veniunt formis;
aliæ namque Miſſiuæ dicuntur, aliæ Au-
uiſi, nonnullæ Commendatitiæ, pleræq;
Credentiæ, quædam Cambij, & aliquæ
ſecundum naturam, occaſionemque,
è quibus ſcribentem aduersùs fieri pro-
bationem ſcimus: vt affirmat Bellonus
B *deciſ.* 41. *num.* 4. *&* *deciſ.* 51. *num.* 1.
deciſ. 81. *num.* 3. *deciſ.* 70. *num.* 6. *deciſ.*
27. *num.* 9. Et cum initium è Miſſiuis
ſumam, ex illis affirmo, fieri ſcriben-
tem contra, probationem, & tradunt
communitèr DD. *in l. admouendi ff. de
iure* Boer. *deciſ.* 333. *num.* 9. *verſic. in
hac cauſa*, vbi adducit Text. quem di-
cit ſingularem *in l. creditor* §. *Titius ff.
mandati*: eſt quoque Tex. *in l. publica in
C fine ff. depoſiti* Paulus *conſ.* 214. Talitèr
vt, poſtquam ad aliquem literæ fuerint
directæ, inducta, ipſos inter, obligatio
dicitur ex Bartol. *in l. cum tabernam.* §.
idem quæſijt ff. de pignor. Boer. *deciſ.* 282.
num. 6. Tiraquel. *de retract. ſanguinis* §.
1. *gloſ.* 17. *num.* 49. *verſic. fateor.* Bellon.
poſt citat. author. deciſ. 80. *num.* 1. Huiuſ-
modi ergo literæ Miſſiuæ cum acceptæ
tæ è mercatore, & recognitæ ſint, opti-
mam adducunt probationem, validam-
D que confeſſionem aduehunt: circa quod
ſemper loquuntur Bellon. *deciſ.* 48. *n.* 2.
per Tex. *in l.* 1. §. *inuito ff. de officio Præ-
fec. vrbis* Bartol. *in l. nuda ratio, num.* 4.
verſic. non obſtat ff. de donat. Alex. *conſ.*
78. *num.* 2. Crauet. *conſ.* 73. *num.* 16.
& alij penès Bellon. *loco proximè citato*
Auiſi etiam literis ſuam etiam ineſſe
probationem in placitis exiſtit Bellon.
deciſ. 142. *num.* 3. Quo enim verò in ca-
E ſu, & qua forma credentiæ, ac etiam
commendatitiæ faciant literæ, ſcriben-
tem contra, probationem, explicatum
ex Genua de ſcriptura priuata *lib.* 3. *tit.
de literis credentibus*, *vel affert: per to-
tum.*

Sed etenim realis quoniam Cambij
literæ frequenti habentur in vſu, &
Reipublicæ adducunt emolumentum,

ex eo quia, vt commercia conſeruentur, F
illas fuiſſe inuentas, certum eſt: & hac
Pontifices ex cauſa chriſtianæ illam
voluere Reipubl. permiſſas, vt dixit
Genua *tract. de ſcriptura priuata lib.* 3. *tit.
de literis cambij fol.* 147. de iſtis igitur
ſolùm verba faciam, non autem de ſic-
cis, fictiſque cambijs, quæ iure quidem
optimo, ſummaque Romani antiſtitis
ratione, velut quæ vſuram includant,
omnimodè condemnantur, & à Repu- G
blica depellenda exiſtimantur.

Triplici verumtamen forma fieri Cam-
bium valet, vt voluit Genua *loco ſupra
citato num.* 31. *&* 1. vt adducitur ex
ipſo exemplum). vbi aliquo quiſquam
in loco, venetijs puta, pecunias retineat,
quas Romæ aliquod requirat ad opus;
& alius habeatur, qui, cum nummos
Romæ poſſideat, Venetijs ipſos expo-
ſcat, & inde, pro cuiuſcumque authori- H
tate, & commodo, de loco permutent
ad locum, quòd fermè licitum exiſtit,
atque permiſſum, vt affirmatum ex DD.
penès Genuam *num.* 23.

Poſterior habetur modus, vt exem-
plum affert, quo quiſquam in caſu tan-
tum præbet pecuniæ Venetijs campſo-
ri, quantum Romæ vellet haberi, cum
certa cambij ratione, fuiſſet merces cõ-
ſtituta, & hæc quidem Cambij ſpecies, I
æqui ſi modum lucri, mercediſque non
excedat, ſed generalem iuxta conſuetu-
dinem efficiatur, permiſſa, abſque eo
quòd interſit dubium, exiſtit, atque
poteſt exerceri: DD. penès Genuam
loco ſupra citato num. 35.

Vltimus tandem occurrit modus, vbi
quiſquam, cum Romæ certa pecuniæ
indigeat quantitate, ipſam ibi in cam-
bijs cum obligatione deſumit, ac etiam
conditione, vt de eadem Venetijs ſolu- K
tio efficiatur, poſt tres, quatuorue, ac-
ceptæ à die pecuniæ, menſes, cum lu-
crum ipſi tribuatur danti: cuiuſmodi
fermè cambium licitum nominatur pe-
nès Genu. *num.* 39. dummodò tamen
quòd, & dolus inde, ac ſimulatio longè
ſit, ex eo quia ſi fictum extet, ne-
ceſſe eſt, vt ſiccum habeatur, &
con-

A conſequenter reprobatum.

Hæ autem ferè cambiorum literæ ſimilibus, vel mercatoribus diriguntur, vel Argentarijs, aut nummulariæ alicuius Ciuitatis Gubernatoribus tabulæ, aut etiam ad alicuius publici banchi Banchierios mittuntur, hæ autem literæ ſcribentem in obligatione ponunt, quo diſpoſitiuè in caſu loqui videntur; & ſubiecta patiatur materia; quemad- B modum tradidit ſcriptis Scac. *in tract. de commerc.* §. 2. *gloſ. 9. ſub num. 6.* fultus Follerij authoritate ad Marantam in Speculo *parte 6. act. 6. princip. num. 46. verſic. hoc loco.* Ex quo huius generis literas his videmus verbis: *Pagherete al portator di queſta onze ... per altri tanti riceuuti.* Sed etenim vbi Enunciatiuè verba faciunt literæ, minimè in obligatione aliquem ex ipſis poni, affirmat C Scaccia *loco citato*: ſed ſolummodò probant ex eo, quia nulla ex ipſis diſpoſitio deſcendit, vt etiam demonſtratur in *Gloſa 5. num. 430. limit. 8.*

Quo verò ad mercatorem, qui huiuſmodi literas acceptet, ſi remaneat in obligatione, diſtinguere placuit. Scaccia *loco citato* §. 2. *gloſa 9. num. 9.* quòd nimirum, vel fuerint acceptatæ, & tunc fermè ſtatim ac facta acceptatio fuit, obligatus habetur, vt ex Foller. *loco ſupra citato*, vel neutiquam fuerint ſtatim D acceptatæ; & eo quidem in caſu minimè affirmat, obligari, cum nemo inuito cogatur animo ſuſcipere mandatum, vnde, cum mandatum haud fuerit ſuſceptum, nequaquam agi de obligatione permiſſum eſt.

Siciliæ atenim ex ritu, cambij literis via conceditur exequutiua; tàm ſi ſcribentem aduersùs, quam in acceptantē E agatur, vt in ritu 14. videtur: vbi *Et pro literis cambij poſſit exequtiiè procedere.* Cuiuſmodi quidem literis, vt explanatum ex Maſtril. *deciſ. 9. num. 3.* eadem inhæret vis, tàm ſi fuerint acceptatæ, quàm ex aduerſo; & conſequentèr ritus verba generali intelligere forma oportet, præcipuè quo in caſu nulla diuerſitatis ratio valeat adduci: alia etiam interuenit ratio, nimirum, quòd ſi acceptans ex literarum acceptatione obli- F gatus haberetur, & illas conſcribens liberatus remaneret, vt eſt aſſertum, Paſchal. *de viribus patr. poteſt. parte 2. cap. 8. ſub num. 72.* Maſtril. *loco citato ſub num. 4.* per Tex. *in l. Titius ff. de conſtituta pecun.* Vincent. de Anna *allegat. 89. num. 2.* & Maſcard. *de probat. concluſ. 989. nob. vol. 2.* Etiam ſcribentis decoctio accidat, etiamſi facta acceptatio ſit, G vt deciſionem refert illatam Vincent. de Franc. *dec. 309.* conſequens eſset, quòd ad nihilum faceret ſtatutum, quo in caſu acceptantem aduersùs exequutiua neutiquam tribueretur via, cum huiuſmodi fauor illius veniat reſpectu, ex quo cambium datum fuiſse certum ſit, vt ex Decia. *reſponſ. 109. num. 13. lib. 2.* dixit Maſtril. *loco citato num. 5.* proptetea concludit *in num. 6.* ſtatutum ſub H conſideratione poni opus eſse: tàm ſi ſcribentem aduersùs, quàm acceptantem contra: Eccleſiaſticas, demas tamen, ſi in perſonas ageretur, ex eo quia huius generis ſtatuto haudequidem locus è ſtatuentis defectu iuriſdictionis daretur illos contra, qui ſubiecti non haberentur. Giurba *obſeruat. 104. n. 34.* Riccius *deciſ. 249. parte 4.* Ipſe, adde quòd ritus, qui cambij literis exequu- I tionē permittat, non ſolùm pro ſumma, quæ in ipſis contineatur, intelligi debet, pro intereſſe; verùm etiam, quod ex cambijs deſcendat, ad quod quidem ſcribentes firmum eſt, teneri, atque acceptantem, vt affirmat idem Maſtril. *deciſ. 221. num. 9.* Nec aliquo de cambij literis acceptatio liberum mandantem, & eum, qui ipſas ſcribat, reddit, K facta quo vſque ſolutio ſit, nec etiam nouationem aſſerimus, adduci, vt eſt ſententia Maſtril. *loco citato num. 19.* cum creditoris habeatur in electione illum contra, quem velit, ſeſe inuehere, vel nimirum ſcribentem aduersùs, vel acceptantem contra, decoctum etiamſi ex ipſis alterum videamus: cum terminus ſolutionis adhuc pendens extet. Franchus *deciſ. 303.* Maſtril. *loco citato dicto*

A *num.* 19. Status demas tamen, quòd
mutatio literarum antequam factam
acceptationem fuiſſe ſciamus, accidiſſet,
Surdus *conſ.* 528. Fabius de Anna
conſ. 82. *num.* 22. Quod ſi facta ex pro-
teſtatione ſolutio ſit, & poſtmodum li-
terarum iuxta formam, perfecta ſine
proteſtatione reputatur, quiſquam ſol-
uiſſe. Rota Gen. *deciſ.* 6. *Genu. de literis
cambij lib.* 3. *num.* 83. Excipias, ſi accep-
B tata ſub proteſtu fuiſſet. Amatus *reſolut.*
47. *num.* 42.

Sed etenim ſi præſentatæ nequaquã
literæ ſint, aut etiam acceptatæ, at pro-
miſſa per eum fuerit ſolutio, cui literæ
fuerint directæ, illarum vigore *d'Auiſo*,
Qui talem facit promiſſionem, co mpelli
minimè poteſt, ad hoc vt ſumma pro
cambio tributa ſoluatur, vt eſt in placi-
tis Maſtril. *deciſ.* 221. *num.* 23. Merca-
C tores namque cogi neutiquam valent,
vt ſolutionem du ſumma pro cambio
data faciant, nſ principales vbi literæ ſint
præſentatæ, quia literis *d' Auiſo* ſuffi-
ciens non inhæret vigor, cum ex ipſis
inferri neutiquam liceat conſenſum, &
expreſſam mercatoris obligationem in-
ducit rationem præbet: idem Amat. *re-
ſolut.* 47. *num.* 41. & Maſtril. *num.* 25.
Actus quoniam, qui literis explicatur,
D proprium non adducit ſecum effectum,
ni & illæ fuerint præſentatæ: Bald. ad-
ducit *in rubr. C. de datis promiſ.* quem
ſequitur Gamma *deciſ.* 336. *nu.* 2. Rouit.
Pragm. de literis cambij: eo tamen euen-
tu cambij literas, dicimus acceptatas,
vbi ille, ad quem ipſæ fuerint directæ,
penès ſe retineat, quod ex aduerſo con-
tingit, ſi reſtituat portanti, niſi alio de
præſentatione conſtiterit modo, vt di-
E xit Luna *in additioni ſuper conſ.* 15. *ad
numerum* 25. *& in add. ſua num.* 7. mer-
catorum quoniam obſeruatio habetur,
acceptatas præſentanti literas, ſua reſti-
tuere pro cautela. Hac de cauſa quo-
cumque acceptationem in caſu probe-
mus, minimè neceſſaria retentio dicitur
literarum, vt concludit Vinc. de Franch.
dicta deciſ. 393. *ſub num.* 5. de literarum
eo quòd cambij acceptatione fieri per
teſtes probatio valet, præſentantis quã-
F uis penès poſſeſſionem, literas perman-
ſiſſe certum ſit: vt ſcriptis tradidit Ama-
tus *reſol.* 47. *num.* 39. vbi etiam *in nu.* 40.
affirmat, poſſe etiam literarum circa
retentionem, ex acceptante factam, ab
probationes afferri, vt æquali modo di-
citur acceptaſſe, ſi poſtquam literæ fue-
rint ex ipſo perlectæ, *in filza* (*vt dicunt*)
ponantur: taliter vt minimè illi permiſ-
G ſum ſit facti pænitere, & conſequenti
ex ratione illa neutiquam valet recuſa-
re, quæ in ea contineantur. Paris *conſ.* 5.
num. 206. Soccin. *iun. con.* 121. *nu.* 31.
lib. 2. *in num.* 82. qui aduertit prudenti
è campſore, qui literas cambij recepe-
rit, & ipſas nolit approbare, ſcribi lite-
rarum in dorſo, ſolitum eſſe, ſe illas,
quamuis receperit, non acceptaſſe.

Literarum enimuerò traditio propriũ
H ſortitur effectum, ſi de illis facta ſolu-
tio ſit. *L. ſi literarum C. de ſoluti.* Bellon.
deciſ. 2. *num.* 10. Et ita creditor literas
ſub eadem videtur conditione rece-
piſſe, ſi illæ ſibi fuerint ſolutæ. Rota *de-
ciſ.* 334. *num.* 7. *parte* 5. *recen.* Gabriel.
de nouat. concluſ. 1. *num.* 191. *verſ. con-
trarium*, ac tali modo, velut de ſoluen-
dis agitur, non autem ſolutis. Rota *deciſ.*
445. *parte* 4. Ac tali forma triplex in
I ipſis commercium ponitur ſub conſide-
ratione; primum, quod numerantem
inter, literaſque accipientem interſit,
Poſterius, quod numerantem inter, ac
illum, cui literæ dirigantur, occurrit: vl-
timum, quod literas accipientem inter,
ac eum, cui mittantur, vt conſideratum
fuit, ex Rota penès Seraph. *deciſ.* 562.
num. 5.

Qua euenit ex cauſa, quòd, cum ad
K literas dantem, accipientemque reſpe-
ctus habeatur; initus mandati contra-
ctus videtur, ſecundùm quæ ſcriptis
tradidit. Bellon. *dicta deciſ.* 2. *num.* 3.
Petrus Cabal. *conſ.* 145. *num.* 1. *lib.* 2.
Paris *conſ.* 92. *num.* 4. *lib.* 1. & ſupponit
Rota Romana *in locis ſupra ductis*. Hac
de cauſa, cum neutiquam ſolutio ſit ſe-
quuta, remanet vſque obligatus, qui li-
teras tradit. Mareſcot. *variar. reſolut.
lib.* 2.

A *lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 1. Rota *dicta deciſ.* 334.
num. 7. Inde eſt, quòd vbi, priuſquam
ſolutio de literis fiat, mercator, qui id
agere teneatur, decoxerit, imputari
caſus debitori, non verò creditori, qui
literas deſumit, debet, & ex hoc primæ-
ua creditori iura remanebunt, atque
actiones. Mareſc. *loco citato.* Gratia. *de-
ſcept.* 64. Fontanel. *deciſ.* 124.
Nec ad aliquid facit, negligentiam
B creditori literas acceptanti obiectare; ſi
ſcribentis neutiquam debitor ille ha-
beatur, cui dirigi literas videmus, quo-
niã ea nullo, conſideratione digna mo-
do, extat; quoniam cum mercator, cui
literæ fuerint directæ, nullum inferre
præiudicium mora valent. Gaet. *de
credi. cap.* 2. *tit.* 7. *num.* 2376. Sed ſi de-
bitor exiſtit, & de hoc à campſore, qui
literas conſcripſit, facta mentio ſit, ex
C mora quidem nullam culpabilem ne-
gligentiam dicimus oriri. Rota coram
Verolpio *in Bon. literæ cambij* 8. *April.*
1647. Sed etenim ſi benè noſcat, quòd
creditor ſcribens haberetur, neutiquam
etiam in culpabilem illum negligen-
tiam incidere affirmamus; excipias, ni
mercatoris ipſe ſtatum ſciret, ad quem
literæ fuerint directæ, quòd nimirum
proximo eſſet de tempore decocturus,
D & illis extaret in terminis, in quibus
de neglectis mandatarium teneri certũ
eſt. Hac propterea ex mora, nulla huius
generis mora penès DD. digna fuit iu-
dicata conſideratione, quemadmodum
probatum fuit ex Mareſc. *dicto cap.* 11.
num. 5. Borat. *deciſ.* 486. *num.* 5. Cum
illa tamen ſupina exiſtat, ac etiam craſ-
ſa, qua de re, vt huiuſmodi clariùs vi-
deri caſus poſſit, plures fuiſſe conſtitu-
E tas à Merlino conſpicimus *in tract. de
pignor. & hypothec. lib.* 4. *tit.* 5. *qu.* 150.
à num. 65. *concluſiones.*
Et prima quidem habetur, quo acci-
denti, qui literas recepiſſe dicatur, nullo
mercatori modo, ad quem dirigantur,
literas præſentet, & longius labi permi-
ſit tempus, quàm negotium pateretur,
cum etiam campſor, qui literas tradi-
dit, illius erat creditor mercatoris, ad
quem ſcriptas certum eſt, literas fuiſſe, F
& tali quidem in caſu creditoris negli-
gentia, qui literas ſuſcepit, ſibi debet
damno eſſe; vbi ipſa & mora magnæ
habeatur conſiderationis: vt illatam
deciſionem aſſerit Fontan. *deciſ.* 124.
num. 9. *& deciſ.* 25. Et hoc infertur ex
Merlino, vt qui literas (etiam ſi facta
præſentatio ſit) ſuſcepit, minimè libe-
ratus extat; ex eo quia, vbi de literis fa-
cere non poteſt exactionem, ſtatim cõ- G
pellitur, illum reddere cum proteſtatio-
ne certum, qui ſibi literas dedit, vt de-
monſtratum ex cambijs, §. 2. *gloſ.* 5.
num. 326. *& in num.* 264. quo exemplũ
aduehit in loco, quòd, ſi ego cambio
tibi centum præbeo ſcutos, & tu cam-
bij literas à Petro ſoluendas facis, qui
percurrentis lapſu temporis decoquat,
ac vana tali de re haberetur acceptatio
literarum; mihi permiſſum iure quidem H
optimo extat, vt te, ad faciendam his de
ſcutis ſolutionem, cogam: dummodò
tamen, quòd ex me tibi cum proteſta-
tione ſcriptum ſit, quòd nequaquã po-
tuerit eos exigere à Petro, & rationem
habemus, quoniam in effectu me inter,
ac te actum exiſtit, quòd mihi mandati
literas facere tenearis, quæ cum effe-
ctu acceptentur, & earum vigore, mihi,
vel alteri in literis nominato, ſoluatur, I
Baldum *citat conſ.* 349. *num.* 2. *lib.* 1.
Secunda fuit concluſio ducta, quòd
vbi mercator, ad quem literæ fuerint
directæ, illas acceptarit, earumque pro-
miſerit adimplementum; in primis in
obligatione permanſit, perinde, ac ſi
ſolemni ſeſe ſtipulatione ſoluturum
præſentanti promiſiſſet: nec aliqua ipſi
exceptio præbetur. Quòd ſi ſponte in
libro procreditore præſentantem con- K
ſcripſiſſe videatur, tali affirmat in caſu
reputari, quòd virtualis ſolutio, & re-
ſpectiuè depoſitum concurrat, campſo-
rem hac de cauſa, qui ſcribat, liberum
iudicauit reddi, & quæcumque dicun-
tur iura diſſoluta: citat Gaeta *de credita
cap.* 2. *tit.* 7. *nu.* 2381. Puteum *deciſ.* 124.
lib. 3.
Tertiam ſcimus, venire concluſionẽ,
vbi

Digitized by Google

A vbi eſſet delegatio ſubſequuta; eo quòd nimirum requiſita interuenirent : mercatoris quoniam nomine fuiſſet ceſſum, ad quem literæ verè debitoris ſcribuntur. Ac tali caſu, Merlinus *num.* 75. affirmat; primæua diſſoluta remanere iura, & caſum debere ceſſionario imputari, per quæ ſcriptis tradidit Maroſcot. *dicto cap.* 11. *num.* 3. *&* 4. & Rota *deciſ.* 445. *parte* 4. *& deciſ.* 253. *num.* 2. *&* 6.
B *parte* 1. *recent.* Delegatio etenim nil aliud, quàm debiti ſolutio exiſtit, debitoremq; eo ipſo liberum reddit; primãque aufert obligationem. Gratianus *deciſ.* 164. *num.* 13. Francus *deciſ.* 108. Puteus *deciſ.* 124. Amatus *reſolut.* 47. *num.* 27.

Quarta concluſio habetur, quando receptas à campſore literas, per campſorem firmum ſit, quæ fuerint præſentatæ, ipſaſque mercator, ad quem fue-
C rint directæ, dicatur acceptaſſe; quæ tamen poſtmodum creditorum illius ad inſtantiam fuerint ſequeſtratæ, qui literas acceptarit, ſi decoctionis veniat caſus, primæua, nequaquam reuiuiſcere, affirmamus iura, iſtius ad fauorem creditoris, per quem literas recipi firmum eſt; ita Rota *deciſ.* 689. *parte* 1. *recent.*

D Quintò interuenit concluſio in loco, quod, ſi ex aliquo literæ ſint acceptæ, quas, ad quem dirigebantur, Mercatori præſentauit, cum ipſomet mandatum receperit ex mercatore, pro eadem pecuniarium alium ad Mercatorem ſumma; adhoc, vt alio pecunia loco habeatur, vel alium ad effectum ſit ſolutio facienda; primæua nullius vigoris exiſtent iura : nouum quoniam per huiuſmodi ordinem virtualis primarum ſolutio li-
E terarum intelligitur facta. Ac tali modo Merlinus *num.* 72. omnibus vim obligationibus demi, quæ procedant, notum eſt, & quòd primus renouatus ſit, & alter initus contractus. Scaccia *de cambijs dicta* §. 2. *qu.* 5. *num.* 409.

Oportet tamen interuenire, vt ſupradictæ verificatio inferatur concluſioni, reuera contractus reformationem appa-
rere, taliter vt vnus, alius propter initus F
ſit, & primarum ſolutio literarum breui manufacta: vt explicatum ex Rota *deciſ.* 334. *num.* 8. neceſſarium haberi Merlinus indicauit, quòd eiuſdem exiſtant ſummæ quantitatis, ex quo valeat, præſumi, vnam breui manu ſolutionem propter aliam fuiſſe confectam, ſed etenim, ſi eædem non habeantur ſummæ, at diuerſæ; cõtractuum pluralitas, diuerſitaſque præſumitur obligationum. citat G
Sardum *conſ.* 8. *num.* 14. & Angel. *in l. ſcire debemus* 29. *num.* 3. *in fine ff. de verbor. obligation.* Cocci. *deciſ.* 331. *nu.* 2.

Sextam dicimus, eſſe concluſionem, quando, qui literas ſuſcepit, ipſas etiam Mercatori præſentauit, ad quem fuerãt directæ, & illo quidem ex Mercatore fuerint acceptæ; non autem de ipſis ſtatim ſolutio facta; quoniam in promptu nequaquam erant, aut etiam aliqua non interfuit conſiderabilis momenti mora H
ex illo, qui literas præberet, ac tali quidem in caſu Merlinus *affirmauit nu.* 74. ex ſola literarum acceptatione, haud equidẽ nouationẽ, liberationẽq; præcedentium obligationum, eius, qui dedit literas cambij, creditori inferri; quoniam vſque ratio militat, quòd liberationis effectus ex literarum datione minimè ſequatur; ni tamen confecta ſolu- I
tio videatur: Huiuſmodi quoniam conditio iſto tacita forma in contractu dicitur, inhærere. citat Maſtril. *deciſ.* 221. *num.* 16. *&* 17. Franc. *deciſ.* 363. & reliquos eo ductos loco.

Nonnulli etiam interueniunt caſus quibus ille, ad quem literæ fuerint directæ, quamuis fuerint acceptatæ, ad faciendam tamen ipſarum ſolutionem minimè obligatur; & primò quidem, K
vbi ſcribentis decoctio, antequam literarum acceptatio fuiſſet ſequuta, cum de illa ignarus haberetur acceptans; vt explicatum ex Fabio de Anna *conſ.* 82. *num.* 11. cum pluribus, qui ſequuntur; & colligitur, *ex deciſ.* Franchi 303. Secundò ſi poſtquam acceptatio fuit perfecta, ſcribens morti cedat, eo namque in caſu, extinctum eſſe videtur manda-

tum,

A tum, & conſequenti ratione, qui literas acceptaret, nullo, ad faciendam ſolutionem modo, valet compelli, vt affirmauit Rouit. *Pragm. 1. tit. de literis cambij num. 5.* per Tex. *in l. fin. in fine ff. de ſol.* Etſi affirmet, conſiderari opus eſſe, poſtquam fuerit decoctio id mandate terminatum, acceptante vbi literæ ſint: vt patet *ex dicta deciſ.* Franc. 709. & vt placuit Amato *reſolut. 47. num. 24.* qui *in*

B *num. 29.* explicat opinionem affirmantium, quo in euentu cambij literas acceptans, poſtquam acceptatio, & antequã ſolutio facta ſit, decoxerit, ſcribens equidem erit liberatus: adeo quòd, ſi acceptans, ipſorum decoxerit ante ſolutionem, nequaquam campſoris pecuniã reſtituere tenetur: ex eo quia, vbi acceptata litera, fuerit, vel partita, facta perfictionem delegatio, ac nouatio di-

C catur; vera eſſe per Tex. *in l. ſingularia ff.* ſi certum petatur paria etenim viſa fuerunt Amato *ſub num. 26.* eſſe, ſoluere; aut quòd mercator, ſine campſor ſeſe faciat debitorem, cum præſtet creditor conſenſum, per literarum cambij acceptationem Vincent. de Anna, *allegat. 89. num. 2.* Pereira de Caſtro *deciſ. 126. ſub num. 1.* Afflict. *deciſ.* 353. Amat. *dicta reſolut. 47. num. 26.* qui *in*

D *num. 28.* limitationem voluit conſtitutam, nullam efficaciam præſeferre, quo in caſu illi, qui literas ſcribebat, notum præſumptiuè haberetur, illum, cui literæ fuerant directæ, decoctum eſſe, aut etiam in proximo decocturum, earum quoniam per acceptationem minimè redditur acceptans, nec aliqua conceſſa delegatio dicitur, forma ex ſcribentis dicto; Caſtigl. *deciſ. 46. lib. 1.* Maſtril.

E *deciſ.* 177. & nonnulli Doctores apud Amatum adducti *dicto n. 28.*

Limitationem ſecundò poni ſcimus, quòd nullus inhæreat vigor, quo mercator in caſu, ad quem, ad faciendam ſolutionem literæ dirigantur, nulla ſcribentis ratione debitor haberetur, eo quoniam in caſu minimè eſt delegatio facta, etiamſi fuerint literæ acceptatæ, & conſequenti modo haud fermè debi-

F tor ſcribens liberatus exiſtimatur, qua de cauſa, cum decoquat, acceptant pecuniæ repetitionem ſcribente, vel etiam permutante à mercatore, dari affirmarũt DD. penès ipſummet Amatum *dicta reſolut. 47. nu. 29.* in contraria quamuis quidam perſiſtant DD. *in num. 70. dicto.*

Declaratum attamen ex Amato *nu.* 31. fuit, quòd, ſi delegatus nequaquam debitor ſit delegantis; non propterea

G inualida delegatio, vel nullius habebitur vigoris; impropria tamen vocatur, cui eũdem dicimus effectum inhærere, atque propriæ inſit: ipſomet quoniam modo facere ſolutionem tenetur, quẽadmodum, ſi debitor delegatus fuiſſet; iſte ſaltem acceptans in fideiuſſoris recipietur locum, quamquam debitor nõ exiſtat, vt affirmatum fuit ex DD. *in eodem* ex Amato *dicto num.* 31. &

H 32.

Eorum autem opinionem eſſe magis communem reputarunt, qui aſſerunt, quòd cambij literas coſcribens nullo libet tempore reddatur, ni effectiua fuerit ſolutio ſequuta, & ſi literæ, per mercatorem, qui correſpondentiam habeat in loco, fuerint acceptatæ, & poſtquam acceptatio ſequuta, ſit propria ex conditione mutatus, aut infimum, ex deco-

I ctione, in ſtatum ſit ductus: vtrumque etiam in obligatione affirmauit haberi, acceptantem nimirum, qui tanquam fideiuſſor exiſtat, atque ſcribentem, qui Principalis habetur Franch. *deciſ.* 679. *parte 1. tom. 2.* Maſtril. *deciſ.* 221. *nu.* 17. Rouitus *in dicta pragmatica de literis cambij num. 1. & 2. & cæteri in dicto nu.* 23. ab Amato ducti Pereira de Caſtro *dicta deciſ. 126.* qui 3. aduertit in nu-

K mero cambij affirmans in literis plures opus eſſe, poni ſub conſideratione, caſus, qui maximum ſeſe inter diſcrimen oſtendunt. Primus habetur, vbi cambij litera pura mittatur, de qua (*à viſta*) fieri ſolutio debet, ac tali quidem euentu, prudentèr ex illo agi exiſtimauit, qui nullas dederit dilationes debitori, adhoc vt ipſi nequaquam valeat imputari,

quòd

A quòd conceſſerit dilationes; ipſius ta-
men ſententia habetur, quòd, etiamſi
ea fieri ſolutio debeat, modicum tamen
oportet tempus præberi, vt commodè
agere quiſquam ſolutionem poſſit; &
hoc equidẽ ſpatiũ ad duos tribui, treſue
dies valet, & quòd decem ſolutionem
differri per dierum curſum permittatur,
affirmat Scaccia *de commerc.* §. 2. *gloſ.* 5.
à num. 4. Olea *de iurium ceſſione tit.* 5.
B *quæſt.*8. *num.* 6. Quæ tamen oportet in
nundinis ſolui, exigunt, vt mandatarius
vigintiquatuor infra ſpatium horarum
debeat acceptare, aut etiam recuſare,
ad effectum, vt poſtquam illi fuerint
elapſi, exactionem facere ſui per ope-
ram vel alius poſſit, per Textum vt ex-
plicauit Scaccia *de commercijs* §. 2. *gloſ.* 4.
num. 10. & Amatus *reſolut.* 47. *nu.* 47.
Hæc autem modica dilatio neutiquam
C debet domino verti, & quidem aliqua
ſi dilatio tribuatur, nullum includit vi-
gorem, vt nouatio inducatur, abſque
eoquòd expreſſa de nouando conuen-
tio interſit, exigua quoniam in dilatio-
ne haudequidem aliqua culpam inclu-
dens occurrit præſumptio moræ in exa-
ctione: Adde quòd, vt eſt in aſſertis
Amati *loco citato*, haudequidem ſoli vi-
gor ineſt dilationi, vt nouationem indu-
cat, abſque eoquòd expreſſa de nouan-
D do conuentio interſit.

Poſterior ex Peguera ductus habetur
caſus, vbi termino, ad ſolutionem faciẽ-
dam, aſſignato litera expeditur, ex eo
quia, ſi ſtatutum acceptans infra termi-
num ſolutionem minimè facit; eo qui-
dem, mittens, in caſu minimè liber red-
detur, nec aliquo delegatio modo hac
valet ex acceptatione prætendi, neque
nouationis inducuntur effectus: ni & cũ
E acceptata litera de debito ſit, ex cambij
creditore alia data fuerit, literas accep-
tanti, dilatio; vel cum acceptata crediti
cambij ſit pars, acquieſcat, dum ſibi cõ-
fidit, futuro reſiduũ tempore ſolui de-
bere: quo affirmat euentu Peguera, ve-
ram intereſſe delegationem, & quòd
primus incipit debitor in obligatione
non eſſe, talitèr vt, vbi decoquat ſol-
uens, ipſi neutiquam oportet, ſed cam- F
bij creditori imputari.

Nulla enimuerò communi de iure
cambij literis conceditur hypotheca:
quoniam iſta nequaquam ineſt, niſi, vel
expreſſum occurrat pactum, aut diſpo-
ſitio legis. *l.* 2. vbi Gloſa *ff. priuil. credit.*
Surd. *deciſ.* 32. *num.* 9. *& conſ.* 499. *n.* 2.
Genua *de ſcriptura priuata, tit. de literis
cambij quæſt.* 2. Gaeta *de credito cap.* 2.
tit. 7. *num.* 2458. quo latè in loco Bur- G
ſaticum confirmat. Merlin. *de pignor. lib.*
3. *tit.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 7. Siciliæ atenim
in Regno cambij, virtute literarum, om-
nibus ſuper bonis, etiamſi feudalia exi-
ſtant, videmus procedi. Caſtil. *deciſ.* 183.
regularitèr namque hypotheca induci
è ſtatuto valet: Amatus *reſolut.* 57. *n.* 17.
è Soccin. *conſ.* 240. *lib.* 2. Grat. *dec.* 203.
num. 10. Qua propter mirum non habea-
tur, ſi in Pragmatica Comitis de Ca- H
ſtro §. 27. diſpoſitio emanat, vt proce-
di bonis ſuper valeat, ex quo fermè in-
ducitur hypotheca. Afflict. *deciſ.* 162.
num. 2. Crauet. *conſ.* 20. *num.* 10. Amatus
dicta reſolut. 57. *num.* 26.

Solitum etiam Mercatoribus extat,
literas facere, atque Apodixas, alicui-
que dirigere, vt vnicuicumque de illis
faciat ſolutionem: tali vnde in caſu ex
eo, quem penès huiuſmodi reperiatur I
Apodixa, abſque eoquòd alia interſit
probatio, fieri exactionem permiſſum
eſt: vt explicatum ex Rebuf. *de literis
obleg. artic.* 1. *gloſa* 9. *num.* 33. Stracca
de adiecto cap. 8. *num.* 21. Petrus Pech. *de
iure ſiſtendi cap.* 3. *num.* 5. qui hoc intel-
ligit dummodò quòd literarum allator
indemnitatis præbeat cautionem, Gra-
tian. *diſcept.* 90. *à num.* 20. Scac. *de com-
merc.* §. 2. *gloſ.* 7. *à num.* 55. Ex quo Col- k
lerius arguitur, qui aduerſa permanet
in opinione. Quòd ſi ex mercatore ſit
promiſſum, cuicumque facere ſolutio-
nem, ex quo alterius allatæ literæ Mer-
catoris, cui ſit promiſſio facta, dubium
adeſt, an qui defert, agere poſſit, de
mandato licet nihil certum ſit; & ad
hoc videre oportet. Tex. *in l. ſi quis vxo-
ri* §. *apud Labeonem ff. de furtis* Cancer.

variar.

Digitized by Google

A *variar. reſolut. lib. 1. cap. 22. nu. 22.* quò affirmat in loco pro dubio, quòd vbi quiſquam de facienda ſolutione injiciat promiſſum; illam poteſt recuſare; ni de mandato quidquam certum habeatur; quòd ſi falſo è nuncio ſoluerit ignorans, cum illum aduersùs actio competit. Olea *de iurium ceſſione, loco ſupra citato, num. 27.*

B Quo autem Mercator euentu, alcuius literas in fauorem, de quibus, alium per mercatorem, fieri ſolutionem opus ſit, conſcribat; nullus, vt huius pæniteat, vel reuocationem inferat, locus datur: huiuſmodi quoniam, vtriuſque conſtruitur ad emolumentum contractus; & niſi amborum interſit voluntas, nequaquam diſtrahi valet, ac reſcindi: & hoc non ſolùm in ſubſtantialibus, verùm etiam in accidentalibus vim habet: & C præcipuè poſtquam literæ fuerint à debitore acceptatæ, vt eſt in aſſertis Scacciæ *de commerc. §. 2. gloſ. 5. quæſt. 18. à num. 447.* Amati *reſol. 47. num. 9.* Fontanel. *deciſ. 17. num. 15.* & licèt Cancer. *2. parte variar. reſolut. cap. 17. num. 15.* dixerit: Mercatori, qui literas conſcripſit, tàm ſi acceptatæ minimè ſint, quàm exaduerſo, & factum de agenda ſolutione promiſſum ſit, haberi conceſſum, D vt mandato inferat reuocationem, mandatorioque inhibeat, ne facere ſolutionem velit; ipſius autem ſententiam cõplexus eſt Olea *de iurium ceſſione tit. 8. quæſt. 1. num. 27.* qui reputauit, mandato, ſi gratia creditoris (vt euenire ſolet) fuiſſet appoſitum, neutiquam induci reuocationem poſſe; atque ius creditori præberi campſorem aduersùs, qui ſcripſit, vt adimpleat promiſſa: quamuis, E vbi mandato reuocatio ſit illata, priuſquam literæ ſint acceptatæ, nulla illum contra actio tribuatur, cui ad agẽdam literæ ſolutionem dirigebantur: cambij quoniam literæ mercatorem, cui fuerant directæ, abſque eoquòd acceptatio interſit, nullo in obligatione, ponunt modo, Scaccia *loco citato §. 2. gloſ. 9. num. 6. & 7.* Gaeta *de credito cap. 2. num. 2375.*

Enim verò, quid ſi cambij literæ F priuſquam ſit illi præſentatio facta, ad quem dirigebantur, in iacturam abiuerint? Nonnullorum doctrina eſt, quòd ſcribentem contra repetitio detur, cum præſtita ſit cautio indemnitatis, illarum habito literarum reſpectu, vt refertur è Maſcardo *concluſ. 990. num. 3.* & iuxta quorumdam ſententias ſufficiens habetur, quòd publicum, ipſum liberet per inſtrumentum, vt explicat Anton. Grã- G mat. *deciſ. 336. num. 1.* DD. penès Amatum *dicta reſolut. 47. in princip.* Demas tamen, ni qui de pecunia cambium fecerit, apodixaſque receperit, ſimulato affirmaret modo, cambij ſe literas amiſiſſe, vt ex illo recederet, cui ſtare omninò compelluntur campſores, & ab eo, alterius pænitentia, recedere nequaquã licet Scaccia *de commercijs §. 2. gloſa 5. ſub num. 351.* qua demonſtrat in partes, H diuersè in negotijs euenire, ſi eſſet cãpſori permiſſum, vt ficta literarum amiſſione, cambij reſcindere contractum, vulgatam aduersùs regulam, quòd quæ ab initio voluntatis ſiunt, poſtea neceſſitatis fiant: quod eo magis vigorem includit, dum in promptu remedium habetur, eoquòd campſori minimè denegatur, alias, eodem ſub tenore, Apodixas reiterare, præiudicium namque K ſcribenti non adfert, vnis pluribus ex literis, fieri ſolutionem: vt aduertitur ex Amato *loco ſupra citato,* & Scaccia *dicto num. 352. in fine, qui num. 353.* Huic limitationem opoſuit opinioni, quòd neutiquam vim retineat, vbi ille, ad quem literæ, ad faciendam ſolutionem mittuntur, ſuum in illis conſenſum præſtet, & interim haudquidem ſufficientem oſtenderet habilitatem, ac domicilij K permutaſſet locum: tali quoniam in ſtatu, mandantis neutiquam haberetur in poteſtate, alias præbere literas.

Vbi autem vnanimi campſores voluntate conſtituant, vt à cambio, amiſſis literis, recedatur; concludit Scaccia *num. 354.* quòd, qui de literis fecerit amiſſionem, illud tenetur vſque in tempus expectare, quo mercator, cui literæ

fuerant directæ, de illarum iactura, contractuſque cambij reſciſſione certior reddatur: talitèr vt, ſi ad ipſum fuerint delatæ, neutiquam faciat ſolutionem: vnde, cum ipſe certior ſit factus, & habitum de nuncio fuerit reſponſum, dicitur campſori permiſſum, vt de pecunijs faciat reſtitutionem, cum authentica ipſi liberatio detur, & cum vlteriùs præſtita idonea ſit fideiuſſio campſori, quòd dictarum ex literarum vigore, nullam perpetiatur moleſtiam, caſu, quo fuerint inuentæ, perquæ ſcripta reliquit Franc. *deciſ.* 348.

Tabulæ atenim, Apodixas circa, & banchi, breui explicandum eſt ratione, quòd, quamuis priuatæ habeantur ſcripturæ, quemadmodum Apodixæ, mercatorumque tantùm literæ exiſtunt; paratam attamen oſtendunt exequutionem, & ſi debitoris de bonis agatur, *ex Prag. Comitis de Caſtro* §. 17. & abſq; eo, quòd quindena præbeatur, vt alia diſponitur ex Pragm. tempore regiminis Marci Antonij Columnæ, *tit.* 16. *parte* 2. §. 1. *&* 2. quamquam conſuetudinis vi quatuor, quindenæ, dierum terminus tribuatur ad ſolutionem, non autem ad opponendum: vt ſcriptum ex Amato *reſolut.* 57. *à num.* 8. *vſque ad* 13. *qui num.* 27. affirmat, quòd, vbi exequutiua tribuatur via, & quindena denegetur, iſtis per conſequens Apodixis, implicita, pactum de non opponendo, ratione continetur, & ſi pactum ad diſcurſum nullo includant modo. ſequitur Groſ. *in dicta conſtit. Pragm. cap.* 27. *num.* 11.

Sed etenim quo apodixa in caſu fuerit ſcripta, & infra decennium tributa, tunc fermè quindena, de facienda ſolutione præbetur, abſque eo, quòd pactum de non opponendo tribuatur: vt tenet doctiſſimus Baron. *de cit. to.* 2. *in addit. ad quæſt.* 5. *num.* 23. Cum præſentatæ attamen oppoſitiones ſint, oppoſitoria proceditur in cauſa, iuxta illam, quæ à Ritu datur, formam. Amatus, & Baronius locis citatis Cutelli *de donatio. de obſeruantia namque teſtamentaria tracta.* 2. *diſcurſ.* 1. *ſpecial.* 32. *numer.* 20.

Sed ſi decennij curſum fuiſſe lapſum, certum ſit; exequutiua neutiquam via procedere permiſſum eſt, ſed cedulæ. Nouar. *quæſt. forenſ.* 90. *num.* 3. *lib.* 2. Baron. *quæſt.* 5. *num.* 25. In quibus cauſam, oportet, contineri: nam alitèr ipſarum vigore, exequutiua minimè conceditur via: obligatio etenim, ſi cauſa non occurrat, nullam retinet validitatem. Baron. *loco citato num.* 26. Cutel. *dicto ſpec.* 32. *num.* 20. Burg. *Laudem. parte* 3 *inſpect.* 40. *num.* 90.

Notatu etiam dignum eſt, quòd de iure inſtrumenti ſub appellatione Apodixæ etiam veniunt compræhenſæ per Tex. *in l.* 1. *ff. de fide inſtrum.* communis, excipias, ſi vſus alium præbeat modum. Afflic. *de feud. lib.* 3. *tit. quæ ſint regalia in verbo. vectigal. ſub num.* 21.

DE
MERCATORVM STYLO IPSOrumque cauſarum priuilegijs, atque Conſulibus.

Cap. 11.

NEutiquam verò mercatorum denegari collegijs poteſt, vt proprium ſibi conſtituant ius, vt clarè demonſtratur penès Straccam *de mercat. tit. quomodo in cauſis mercat. procedend. ſit in n.* 8. ex eo, quia, quæ licitis è collegijs, collegiatos inter, fuerint conſtituta, firma exiſtunt: per Tex. *in l.* 2. *in fine C. de conſtituta pecunia*, & DD. penès Straccam *loco ſupra ducto*: quo vult in loco, hæc intelligi oportere, quòd illa in his valeant edere ſtatuta, in quibus ipſis iuriſdictio præbetur, & in illis, quæ ipſam pertinere ad mercaturam, mercatoreſque certum eſt, cum, ex contrario, in illis accidat, quæ ipſorum remota ex officio ſunt, ac etiam habentur ex profeſſione longinqua, cuiuſmodi fermè ſtatuta, ſiue ſtylum nullum alio in foro exigere obſeruantiam, firmum eſt, ea, quam adhibuit Maranta, ratione, *in ſuo ſpeculo diſtinct.*

A *Ancil.* 102. *tit. vt iudicium Mercatorum num.* 71. Eoquòd, nimirum, nulla permiſsum forma mercatoribus, vt alijs, ſtatuant officialibus legem, imponantque. Gloſa *in l. receptitia C. de conſt. pecun.* cuiquidem, afferé reſponſum, Gloſſ, Baldus affirmans, quòd, ex eo quia talia, periuris communis vigorem, confirmantur ſtatuta, ipſi neutiquam mercatores, at commune imponit ius, per
B Tex. *in l.* 1. §. *omnia C. de veter. iure enucleand.* Hac dicit ex cauſa, ex doctoribus allatum, quòd vel mercatorum conſtitutio eorum reſpicit actus, actorumque fidem, quod oſtendit, loco citato, Maranta, ſi mercatorum ſtatutum plenam faciat fidem, & eo quidem euentu; quolibet obſeruari id in foro eſt neceſſe, in ſeculari non ſolum, eccleſiaſtica verum etiam in Curia; demas, ni ad proprios mercatorum iudices ſeſe
C ſtatutum referret, cum ſtatutariam, ipſorum ad conſules, remittat diſpoſitionem, tunc namque tales inter mercatores, & conſulum in aſpectu, decet, ſeruari. Sed etenim ſi procedendi modus reſpiceretur è ſtatuto, iudica, vt mercatorum in cauſis de plano, & ſine ſtrepitu, & abſque vlla iudicij figura procedatur: & eo quidam in caſu, eorum nequaquam proceditur in foro, quòd ſi
D locorum agitur, coram ordinarijs, iuris ſeruabitur ordo, qua inducit ex cauſa Maranta, quòd mercatorũ cauſæ, quas, nundinarum dum perdurat curſus, agitari nundinarum, coram ordinariis, certũ eſt, ſi illo expeditionem tempore non ſortiantur, per quòd nundinas perdurare ſciamus, & conſequenti modo, in ordinarij loci remanerent cognitione, illis debent in terminis, in quibus reperian-
E tur, ordinariorum in conſpectu agitari, illam iuxtà, quæ in iure ſeruatur formã, non illo autem modo, quo fuerint, nundinarum coram Magiſtro, agitatæ: qua opinione ſcripſerunt Baldus, & Salicetus *in dicta l. receptitia*, quo ſubdit in loco, quod ſi actor, ac etiam reus eamdem oſtendat profeſſionem, ac tali modo, locorum coram ordinarijs agerent mercatores, ipſorum opus eſt F
ſtatutum ipſos inter obſeruari, ordinariorum quamuis in foro agi videatur; quòd ex aduerſo dicimus, euenire, ſi eorum alter tantũ Mercator exiſtat Stracc. *de mercat. tit. quomodo in cauſis mercat. proceden. ſit, ſub num.* 10. Romanus *conſ.* 242. & 243. Paulus de Caſtro *in l. cum qui* §. *quòd exigimus ff. de conſtituta pecunia.* Marantæ attamen ex dictis habemus, quòd ipſe ita viderit, vſque de G
conſuetudine ſeruari, eorum quamquã alter exiſteret mercator; quibus equidẽ in cauſis veritati opus eſt, ac fidei attendi, vt explicatum fuit ex Muta *deciſ.* 92. *ſub num.* 15. Stracca *de mercat. tit. quomodo in cauſis mercat. proced. ſit, ſub num.* 1. *qui in nu.* 9. affirmat huiuſmodi mercatorum ſtatutis haudquaquam neceſſariò oportere, vt ſuperioris è facultate excipiant confirmationem: cum ea certum ſit, fuiſſe à lege approbata per Tex. H
in l. fin. C. de iuriſdict. omnium Iudic. Angel. Seuer. & Cro. *in l. omnes populi ff. de iuſt. & iure.*

Mercatorum atenim ſtylus multiplici occurrit forma, & primò quidem, quo mandatum in caſu pluribus fuerit tributum, quamuis dictum minimè ſit in ſolidum; mercatorum attamen è ſtylò inſolidum reputatur id actum. Puteus I
deciſ. 19. *lib.* 1. Tuſcus *lit. M. concluſ.* 208. *num.* 1. qui extenſionem facit, quòd idẽ procedat, ſi mercatores inter fuerit commiſſio data, quòd nimirum ex quolibet ſeruetur quidquid, ſecundum ordinem A. B. C. ordinatur, vnius quoniam poteſt conſtitutionem ſequi Puteus *loco citato*, qui ampliationem facit, quo in caſu, communi de loquendi vſu agatur; eo nam euentu intelligi verba K
opus eſt, illam ſecundum formam, quã percipiant mercatores, vbi eos inter actus geratur, vt eſt in placitis Alex. *in conſ.* 102. *lib.* 6. Ipſorum quoniam morem, conſuetudinemque, illos inter, ſeruari neceſſe eſt. Corneus *conſ.* 319. *num.* 2. *lib.* 3. Guidon Papa *conſ.* 163. *num.* 2. Vt æquali dicit Tuſcus forma, quòd quamuis delegationem effici

Zzz 2 neu-

A neutiquam ſit permiſſum, ni & ſtipulatio interſit: inter mercatores tamen id, etiamſi ea non habeatur, fieri conceſſū extat. Puteus *deciſ.* 129. *&* 126. *lib.* 3. Diuiſionis: adde quòd exceptio nullum ſibi, mercatores inter, vendicabit locum ex Aretini *conſil.* 126. *col. fin.* Nec prætereas, quòd nullo mercator modo ſimpliciter fideiubens opponere diſcuſſionis exceptionem poteſt, illam prop-
B ter bonam fidem, quæ in ipſo habetur Guidon Papa *dicto conſil.* 183. *nu.* 2. Tuſcus *loco citato num.* 11. Vnicus autem teſtis probationem, mercatores inter, facit. Rota Genuen. *deciſ.* 171. *num.* 4. Intrigliol. *deciſ.* 50. *num.* 19. *& ſequent.* Contrius *diſceptat. forenſ. cauſa* 44. *ſub num.* 13.

Mercatorum etiam ſtylus habetur, quòd, vbi duo nomen expendere vi-
C deantur, quemcumque in ſolidum teneri, certum eſt; vt ſcriptum ex Bellon. *deciſ.* 30. *num.* 5. quòd autem literam recipiens, ſolutionem facere ſub proteſtatione poſſit, idem affirmauit *deciſ.* 23. *num.* 17. & quo è literas ſcribente debeat inueſtigari, ſi illæ acceptentur, ſcriptum reliquit *dicta deciſ.* 23. *num.* 19. Vt æquali ratione Mercatorum, aſſerimus ſtylum haberi, quòd in libris con-
D ſcribant, illum ſolutionem feciſſe, cuius de mandato id agunt; non verò illum, cui pecunias præbent; quemadmodum dixit citatus *deciſ.* 26. *num.* 18. Mercatorum etiam è ſtylo cognoſcimus, obligatos ſcriptores haberi, atque receptores. Idem *deciſ.* 8. *num.* 18. quòd etiam quiſquam cambia literarū ſoluere pro onere poſſit; vt *in deciſ.* 32. *num.* 1. Maximum namque aduehit emolumentum,
E quòd fides, Mercatores inter, ſeruetur, ac etiā ſuis adhibeatur factis, nonnullos quoniā dedecus momenti mercatorib⁹ afferri firmum eſt, ſi promiſſa neutiquā obſeruent. Alexand. *conſ.* 80. *num.* 12. *lib.* 5. Mercatorum etenim domus, æquitatis debent eſſe, veritatiſque domus. Angel. *conſil.* 338. *&* 321. Alexand. *conſ.* 80. *n.* 12. *lib.* 5.

Mercatorum etiam de ſtylo exiſtit, quòd, quamuis excipiens, nequaquam fateri dicatur, quemadmodum ſi quiſquam pecuniam dixerit, ab aliquo petitam, reſtituiſſe, inter mercatores attamen dicitur recipiens fateri. Tuſcus *liter. M. concl.* 208. *n.* 14. Fulgoſ. *conſ.* 197. *verſ. ſuper ducatis vero.* F

Mercatorum, adde quòd ſcripturas, ac etiam verba, groſſo neceſſe eſt intelligi modo, vulgares iuxta formas, communemque loquendi vſum; idiotę namque habentur, & ſubtilitatū minimè retinent cognitionem: vt affirmat Alexan. *conſ.* 102. *lib.* 6. Hiſce tamen temporibus ſubtiliori profectò Mercatores habentur ingenio, quàm ſint legum periti: ſicuti experientiæ lumine demonſtratur, cum nummis etenim polleant, & amorem à quocumque expetunt, & honorem; immò maiorem Tullio facundiam, oſtendunt: vt, illo carmine: G H

Nummus honoratur, ſine nummis nullus amatur,

Nummus vbi loquitur, Tullius ipſe tacet.

Ipſorum enimuerò in cauſis illa non admittuntur, quæ de iuris apicibus exiſtunt, de bona quoniam tractatur fide, vt habetur in placitis Baldi *conſil.* 198. ad intelligentiam *num.* 5. *verſic. item in cauſis mercator lib.* 1. Guidon Papa *conſil.* 103. *num.* 2. *verſic. item etiam quia*. Hac de cauſa tàm ſi de iure ſit, quàm ex conſuetudine ipſorum, ſummariè in cauſis, curiaque procedi, neceſſe eſt: ſimplici quoniam veritati reſpicere decet, Marranta *in praxi par.* 4. *diſtinct.* 9. *num.* 149. bonam quoniam fidem, æquitatemque ponere ſub conſideratione debemus, Romanus *conſil.* 94. *col.* 1. *verſ. & maximè mercatores, & conſ.* 193. I

Mercatorum verò ſtatutum, ex quo diſpoſitio deſcendit, quod ipſorum deciſio cauſis de bona inferatur æquitate, cum omiſſæ iuris fuerint ſolemnitates; illa quamuis demat, quæ ad apices ſpectant, non autem tollit, quæ ciuili exiſtunt de iure: vt placuit Bald. *in l. ſi pro ea, C. mandatis.* Tuſcus *litera M. concluſ.* 207. *num.* 7. Mercatorum autem iuriſ- K

dictio

A dictiq; fori, iuxta æquitatis rationem, cõ-
ſetur, cum iuris ſit rigor ſemotus; in
dubio propterea pœnarum neutiquam
cauſas rigoroſasque ſectat: Imola
conſil. 141. Tuſcus *loco citato num.* 18.
qui ſequenti explicat *num.* quòd modo
ex illorum cauſarum cognitione depel-
luntur, ex eo, quia quemadmodum &
mercatores, ita ipſi æquitatem tuentur,
& habent. Caſtrenſ. *in l. prima n. 9. ff. de*
B *iuſtitia, & iure.*

Et hominum quoniam commercia
maximum adferunt emolumentum, ne-
gotiatoribus placuit proprios apponi
Iudices, quòd omnes ferè apud gentes
obſeruari, certum eſt: iuris gentium nã-
que ipſa dicuntur, *l. ex hoc iure, ff. de iu-*
ſtitia, & iure. His atenim ſummariè con-
uenit ſeſe gerere, ac de plano, necnon
cognoſcere ex æquitate, & iudicium
C cum neutiquam iuris inſpiciantur api-
ces inferre. Bartol. *in l. ſi fideiuſſores, §.*
quadam, & in l. quintus Mutius, ff. man-
dato, ea de re ita Caſſiodorus: *Quidquid*
in are, argento, gemmis, veſtibus ambitio
humana poteſt habere pretioſum huius or-
dinationi abſcondebant, & ad iudicium eius
confluebant de extremis partibus aduenien-
tia. Cuiuſmodi fermè curam ſacrarum
comitibus largitionũ tributam, ſcimus
D ex *eodem lib. 6. variar. cap.* 7. Hac de re
ipſorum quoad Conſules nonnulla cõ-
ſcripta ſunt è Stracca *in 2. partic. ultim.*
par. princip. tit. quomodo in cauſis mercat.
procedend. ſit. quo quidem concedit in
loco permiſſum mercatoribus eſſe, vt ſi-
bi de Iudice faciant electionem, cuius
cum fecerint conſtitutionem, declinari
iuriſdictio nulla valet forma non ſolùm
autem vnum, plures verum etiam eli-
E gi conceſſum eſt, dummodo tamen ad-
uertatur, quòd quemlibet illorum adi-
re ſeorſim nemo valet: ex Baldi doctri-
na *in l. uni, ff. de Conſulibus:* cuius ver-
ba è Stracca mihi tranſcribere viſum
eſt. *Quartò quæritur, pone: Peruſij ſunt*
quatuor Conſules Mercatorum, qui habent
cognoſcere de factis mercatorum, numquid
quilibet poſſit ſeorſim adiri? Et dic quòd nõ,
quia iuriſdictio eſt conceſſa eis ſub vno no-
mine collectiuo, ſcilicet Conſulum, & ſub F
forma pluralis numeri, quia dicitur: Con-
ſules cognoſcant, non Conſul cognoſcat, &
ſic eſt forma data, quòd per plures cogno-
ſcatur non per vnum, quia pluralis nume-
rus non verificatur in vno, vt ex l. Lucius
Plurbus ad Sen. Conſul. Trebell. Et ideò li-
cèt mandatum legis videatur alias datum,
cuilibet in ſolidum, ſecus in mandato homi-
nis. l. pluribus, C. de Procurat. tamen hic
ſecus eſt propter datam formam, qua non G
eſt recedendum l. ſuper creandis, C. de iure
fiſci lib. 10. *Sed numquid ſufficiat maior*
pars? Dico, quòd ſic: quia, quando lex plu-
ribus committit, ſemper tacitè videtur in-
eſſe, vt ſufficiat maior pars: l. maiorem, ff.
de pactis, l. planè, quod cuiuſque vniuerſi-
tatum. etiam ſi, tanquam ſingularis, fiat
commiſſio, ſecus verò, ſi per hominem ali-
quid committatur. ſubditque Bald. *Quin-*
tò quæritur numquid ſufficiat maior pars H
numeri, alijs abſentibus, & irrequiſitis? &
hoc diſtinctionem adhibens in caſu, ita
ſenſit: *Quod aut eſt actus, in quo conſide-*
ratur facientium utilitas, & animi affectio,
aut ſolius numeri impletio: Prima *caſu, re-*
quiri debent abſentes, quia tractatur de eo-
rum præiudicio, vt in electionibus, ſecundo
caſu ſiquidem eſt actus collegialis, debet
conuocari collegium ſono tubæ, vel campa-
na, more ſolito. Si verò eſt actus ſingularis, I
non requiritur conuocatio; ideò quod faciũt
tres, ex dictis Conſulibus mercatorum, quar-
to irrequiſito valet; facit quod notat Bartol.
in l. hæredes mei, §. peto, ff. ad Trebel. Ad-
de quòd, vbi ex facto aliquorum generatur
alijs ſingulis præiudicium, niſi ipſis facien-
tibus, & non eſt actus collegialis, ſed ſin-
gulorum, tunc non requiritur collectio, pri-
mum probatur in l. fundum, ff. de ſeruit.
ruſtic. prædior. ſed ſi eſt actus collegialis, K
ſemper requiritur, quod ſimul ſint congre-
gati: ad quod pergit ſic: *Et nota, quòd ſi*
tres inceperunt, & vnus eorum abeſt, quar-
tus poteſt ſupplere vices illius abſentis. Et
hæc enarratiuè ex Baldo attulimus,
quapropter Conſulum in electione in-
iecta reſpicere oportet ſtatuta.

Poſtquam atenim facta de conſuli-
bus electio ſit, ordinariam ipſis tribuũ
iu-

A iuriſdictionem neminem latet; vnde,
cum illos quiſquā alleget in ſuſpectos,
recuſetque eodem tali caſu, ac in Iu-
dicibus proceditur modo, vt habetur
ſententia Straccæ *loco cit. n.* 5. qui *in n.* 6.
Huiuſmodi affirmauit, Conſulibus ne-
quaquam ſuperioris confirmationem
eſſe neceſſariam, ſed certum eſſe, quòd,
poſtquam electio facta, permiſſum ipſis
haberi, vt poſſint iuriſdictionem exer-
B cere; optimè tamen quòd, quamuis ip-
ſos inter mercatores iuriſdictio conſu-
libus præbeatur, non ea de cauſa ordi-
narij reputatur ablata facultas: adde,
quòd ipſos & mercatores cognoſcimus,
& conſules, ordinarijs ſubiectati; atque
actoris habetur in manu, an Iudicum,
Conſulumue in coſpectu proponere li-
tem velit. Stracca *loco citato num.* 8. per
Textum *in l.* 1. *C. de offic. Præfect. vrb. per*
C *regulam quòd*, vbi quiſquam pluribus
coram Iudicibus compellitur reſpon-
dere, electio actori datur, quoniam ve-
lit reum conuenire. *l. tam Clericis, C. de*
Epiſcop. & Cler.
Illis ergo in rebus, quæ mercaturæ
veniunt occaſione, iuriſdictio, mercato-
res aduerſus, conſulibus eſt permiſſa; ta-
liter, vt ipſi coram illis cogantur, vt
explicatum ex Imola *conſ.* 139. Et qui-
dem alicuius rei cognitio, quæ ad de-
D pendentias ex arte, connexaque ſpectet,
conſulibus præbetur, Imola *loco citato.*
Demas tamen, ſi connexio, dependen-
tia, vel etiam occaſio proxima neuti-
quam haberetur, ſed remota. Idem *loco*
citato num. 6. *& in conſ.* 140. & 141. quò
affirmat in loco, quòd ſi conſulibus iu-
riſdictio præbetur, mercatores inter
mercium occaſione, ac dependentiæ,
nequaquam Iudices in ſalui conducti
E cauſa pœnæ, mercatori, propter merca-
turas decocto, dandæ habebuntur, vbi
pœnam circa tractatur; dependentiam
namque nimis remotam, ſcimus eſſe;
præcipuè, quo in caſu, particulares exi-
ſtant Iudices pœnarum. Tuſcus *liter.* C.
concluſ. 96 t. *num.* 3. Hinc euenit, quòd
mercaturæ occaſione, ac etiam cauſa
horum in aſpectu conſulum, mercatores
valent à quocumque conueniri, vt eſt F
in placitis Straccæ *loc. cit. n.* 14. Quamuis
qui debeat conueniri, clericus merca-
tor, vel miles haberetur. Stracca ibidem
num. 17.

Neceſſe atenim dicitur, vt mercato-
rum conſules æquitati ſtudeant, ex lege
per circumſtantias conſideratæ, ex quo
accidit, plerumque vt æquo æquius
quidquam ſibi legibus conſtituant eiſ-
dem, nec ab ipſis recedant: vt aduer- G
titur è Stracca *in vlt. partic. tit. quomodo*
in cauſis mercat. agendum ſit: debent ta-
men obſeruare, vt ex arbitrio, per legē
dato, ex æquo procedant, vbi æquitas
conſcripta in iure inueniatur, quamuis
in ſpecie non adſit, at vel in genere, aut
etiam in ſimili, de ſimilibus ad ſimilia
procedendo, ſi caſus, qui in controuer-
ſum venit, in lege neutiquā fuiſſet com-
prænenſus. Stracca *loco citato ſub n.* 6. qui H
ſequen. in num. affirmat, quòd ſi aliquo
ſcripta in iure inueniatur euentu, quam-
uis in ſpecie reperiatur; in ſimili tamen
ad cauendum valet de ſimilibus, ad ſi-
milia compellere procedendo: ſi Iudex
atenim æquitate moueretur, nec aliquo
modo illo ſcripta in caſu, neque in ſi-
mili ad cauendum habeatur; haudequi-
dem permiſſum extat, vt quiſquam ad-
ſtringatur per Textum *in l. placuit, C. de* I
iudic. cap. fin. de tranſact.

Monitos etiam Stracca *num.* 10. Con-
ſules vult, vt faciles præbeant litem
agentibus aures, & ſeſe in adeundo non
arduos demonſtret, cum aptè cognitio-
nem incumbant habere; nec animi ex
motu, verbiſque, aut etiam vultu ad
quidquam impellantur, ex munere alie-
num, nec aliqua quemquam forma
per aduerſarij potentiam, permittant K
conculcari, patientiæ tolerantia præ-
diti ſint, & illiſmet ſint qualitatibus or-
nati, quas in Iudicum adduxi Statu per
Textum *in l. obſeruandam, ff. de off. Præſid.*

Huiuſmodi atenim Conſules, poſt-
quam fuerit ex mercatoribus electio
facta, cum æqua interſit cauſa, valent
reprobari, quod ex aduerſo dicit eue-
nire, ſi ea non occurrat. Stracc. *in* 2. *part.*
ſub n. 34.

Ge-

A Genuenſium verò conſules, circa vnica pragmatica eſt conſtructa *in titul.* 13. *tom.* 3. in cuius §. 1. diſponitur, quòd Genuenſium Conſuli Generalis tribuitur iuriſdictio, mercantilibus non ſolùm in cauſis, verùm etiam in quacumque; in ſecundo habetur, quòd in Conſulatus Curia, appellationis haudquaquam via, reuiſioniſue cognoſci cauſæ poſsūt, cum nullitas valeat, & reſtitutio ibi proponi in §. 3. explicatur quòd cauſæ B in Conſulatus Curia diſcuſſæ, grauaminis poſſunt medio, ad Magnam Regiam Curiam introduci, & vbi fuerit pro grauamine deciſum; nullo ad conſulem modo iterum reuertuntur, cum mercantiles excipiātur cauſæ, quæ ſint collegialitèr terminatæ, à quibus grauamen proponi minimè conceſſum. in quarto exponitur, quòd minimè denegatur viduis, & priuilegio decoratis, vt declinatoria fori via, omnes ad Magnam F Regiam Curiam cauſas (mercantilibus demptis) introducant §. 5. extat. Genuenſium cauſas, qui è Regno abſentes, & in Regno domicilium habeant, aut contraxere, diſcuti in Conſulatus Curia opus eſſe: ſed vbi reali proceditur actione in Magna Regia Curia procedant, quòd alitèr accidit, ſi perſonalis actio ſit. in ſexto quamuis Genuenſes per vxoris ductionem, vel habitationem Regnicolæ effecti, Conſulis G non eximantur ex iuriſdictione, electio tamen actori datur, an eos in M. R. C. vel conſulatus velit in foro ipſos conuenire. In ſeptimo tandem, quòd iuriſdictionis competentia M. R. C. inter aliamque inferiorem, & Genuenſium Conſulem habita, per ipſam Regiam Curiam debet cognoſci.

A E

DE
B
NAVTICA ARTE
G
ET
NAVTARVM STATV
C H

CVm plurimas Mercatorum merces alium trāſferri in locum opus ſit, ad hoc vt faciliori traducantur negotio, illas mari committere ſunt auſi; quod quidem agunt,
D tàm, vt ingentes euitentur ſumptus, qui occurrerent, ſi terra veherentur, quàm vt citiùs iter agatur iuxtà illud Horatij:

Impiger extremos currit mercator ad indos

Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.

Vnde, hoc ad opus Nautica adinuenta Ars fuit, quam quacumque ex parte
E neceſſariam dicimus, Reipublicæ haberi: vt ex Iuriſconſulto explicatur *in l. 1. ff. de exerc.* Cuiuſmodi fermè diſciplinā ex aliquorum ſententia Neptuno tributam ſcimus, vt Diodori eſt mens in *6. lib.* Cum & claſſem primus ipſe inſtruxiſſe perhibeatur Euſebij autem relatio eſt, quod Samothraces, vel Atlantem ipſa in inuentores cognoſcat Iſidorus attamen *lib. Ethymol. 19. cap. 1.* Lydis vertit: ſed Tibullus *eleg. 7.* ita:

Prima ratem ventis credere docta Tyros.

Polidori autem Virgilij *lib. 3. cap. 14* ex doctrina Noe præbetur, cum Euſebij *teſtimon. lib. 10. de praparai. Euangel.* ipſe & Danao, & Neptuno natu longè I
grandior extitiſſet: à quo etiam nauium conſtructio ſuum cognoſcit ortum, cum & Deus illum arcam conficere iuſſerit, quæ nauis ad inſtar fuiſſe, certum eſt.

Naues atenim ex Cedrino excitari ligno cypreſſinoque penès Aſiaticos ex quercino vero, apud Europços firmum eſt, præ reliquis, quoniam minus poroſum habetur, ac fortiùs aquarum impetui reſiſtit, Aegyptiorum autem indu- K
ſtria, hoc palmas ad opus compage per induſtrioſa coniungit: quin Indi cum arborem cauam reddant, marinas, cymbæ ad ſimilitudinem, peragrant vndas.

Diuerſi naues generis occurrunt, variaque retinent armamenta, inſtrumētaque, & ab Iſidoro *lib. Ethymol. 19.* explicantur: nauim atenim vel æquoream ac-

A accipere, vel fluuialem debemus, tàm ſi aliquo nauiget in Stagno, quàm in Synedria extet. *l.* 1. §. *nauem autem, ff. de exercit. actione.*

Triplici enimuerò cognoſcimus ſpecie occurrere nauigantes, vt explicatū è Stracca *loco citato num.* 17. In prima illi includuntur, qui pyratica exercentur immanitate, & huiuſmodi hominum genus peſſimum affirmat eſſe: vt in B *Authen. nauigia, C. de furt. l. poſt limin.* §. *à pyratis, ff. de capt.* In poſteriori certum eſt illos reperiri, qui neceſſaria occurrunt ex cauſa, qui nimirum annonæ ergo Vrbibus deſeruiunt, & delectas ad annonam ſpecies traſportant, & hi omnem obtinent ſecuritatem, vt in *tit. C. de nauicular. lib.* 10. & à cura, tutelaque excuſantur, & de perſonalibus muneribus quamdiù in actu ſeruiunt, im- C munes ſunt. Gloſ. *in rubric. C. eodem.* Vltimò tandem illos certum eſt compræhendi, qui mercaturæ, ſiue mercium, venaliumque rerum transportationi incumbunt: primos prætermitto de nouiſſimis tractemus. Petrus autem Gregor. Tholoſan. *ſyntagm. iuris lib.* 29. *cap.* 11. *num.* 1. intriſa quidem illos genera diuiſit, quòd alij nimirum Magiſtri exiſtant, nonnulli nautæ, ſeu remi- D ges, & aliqui vectores, qui vel mercatores ſunt, vel viatores.

Qui ergo ad vecturā, lucri cauſa, merces accipiunt, locatores nominantur, mercatores autem, qui pecunias hunc præbent ad effectum, conductores dicimus appellari, vt penès Straccam in *dicto tit. de naut. naui. & nauig. parte* 2. *num.* 1. & 2.

Diuerſo enimuerò nomine, qui hac E verſantur in arte, diſtinguuntur, licèt ſtricto nautam modo illum dicamus, qui in naui exercetur, largo verò cum forma, qui faciendæ nanigationis ergò, ſunt in naui, aſſerimus compræhendi. *l. prima*, §. *qui ſunt igitur, ff. naut. caup. ſtab. l. vnica, ff. de furt.* aduerſus nautas, de quibus ſcripſit Stracca *loco ſupra cit. num.* 4. *cum ſequent.* Dominus autem qui quemquam naui præponit, illius aliquando habetur dominus, non rarò F ex contrario extat. *l.* 1. §. *magiſtris autē, & §. exercitum, de exerc. act.* Ille autem exercitor nuncupatur, qui gerendæ præfectus naui habetur, cuius fermè ad lucrum nauigationis dicimus, prouentiones ſpectare, tàm ſi dominus exiſtat, quàm ex domino nauim cōduxerit per auerſionem, tàm ſi hoc ad tempus, quā in perpetuum agatur. Tholoſan. *ſyntag. iuris lib.* 29. *cap.* 9. *num.* 5. qui nullum G affirmat, diſcrimen haberi, ſi maſculus hic exiſtat, fœmina, ſeruus, pater familias, aut familiæ filius; ſolummodò tamen in pupillo, tutoris authoritatem dicimus requiri. *d. l.* 1. §. *exercitorem.*

Illum autem nauis dicimus, Magiſtrū haberi, qui totius anchoram nauis, nimirum adminiſtrationem ſibi deſumit. *l.* 1. §. *magiſtrum nauis, ff. de exercit. act.* quem eo conſtitutum affirmamus fine, H vt, vel de naui faciant locationem, vel ad merces, hominesque tranſuehendos, armamentaque emenda incumbant. *dicta l.* 1. §. *magiſtrum autem.*

Illos atenim contra, quorum opera nauis exerceatur prætoriam dicimus actionem dari ex edicto: *Nautæ, Caupones, Stabularij*; vt affirmat. Tholoſanus *loco ſupra citato num.* 9. qui dicit, quòd ex eo quia nauis exercitium habent, in I Caupona verſantur, ac etiam ſtabulo, ſecuritatem videntur illis polliceri, qui in naui ſint, aut viatores, aut iumenta tradant; hac de cauſa æquum eſſe putauit, de ipſorum eos periculo, ac detrimento teneri, quo illa per ſe, ſuoſque in parte fuerint perpeſſi: oportet namque ipſorum ſequi fidem, eorumque cuſtodiæ res velle commiſſas.

Nautæ verumtamen periculo, cun- K ctas, in nauim, ductas affirmamus, res haberi, tàm ſi fuerint aſſignatæ, quàm ex aduerſo, ex eo quia vbi quidquam eſt in naui miſſum, omnium dicitur votis receptum, omnium quoniam rerum ſibi cuſtodiam deſumit, quæ fuerint in naui conſtitutæ, & Nautarum non ſolum ad factum, vectorum verum etiam, illorum ſcilicèt, qui

A in naui aduehuntur , exercitor tene-
tur. *l.* 1. §. *fin. & l. debet* 7. *ff. nauta cau-
pon.* Ipſius etiam ad periculum dicimus,
ſpectare mercium non receptarum ia-
cturam, quæ in littore periere. *l.* 3. §. *idem
ait ff. eodem.* Vt ipſe etiam ſuorum facta
nautarum , famulorumque præſtare
compelluntur : affert rationem Tholo-
ſan. *ſub num.* 10. Ipſi quoniam proprio
illos periculo accepit. *l. debet* 7. *ff. eodem.*
B denique ſi damnum extra nauim fuerit
tributum , neutiquam dominum teneri
aliquis affirmabit. *dicta l.* 7. *in fine ff. eo-
dem*: excipitur etiam ex Vlpiano *ſupra-
citata in lege* §. *item.* Si ante fuerit ex
nauta explicatum , vt ſuas vnuſquiſque
vectorum ſeruet res , nec eo caſu dam-
num ſeſe aliqua præſtaturum forma , &
ſuum præſtiterint conſenſum vectores,
ad nihilum nauta tenetur. *l. itaque* 32.
C *ff. de edilit. edicto* , niſi ex ipſo ad hoc
aliquod perpatraretur delictum. Gloſa
in dicto §. *item* , *in verbo conuenietur*: vt
æquali limitatio præfigitur ratione , ſi
negotium extra, quod gerendum ſuſce-
perit, nauta delinquat; nam tunc nequa-
quam dominus , vel etiam præponens
tenetur. *l.* 3. §. *eodem modo, ff. eodem.* An
autem dominus vel Præficiens exerci-
toris, nautarumne teneatur facto , ſi ex-
D preſſa prohibitionem iniecerit forma, ne
alicuius ad vecturam ſuſcipiant bona :
videre oportet Afflictum *in deciſ.* 82. *per
totam: quem in num.* 9. Eniti videmus, vt
diſſidentes conciliet opiniones , adde
Tex. *diſpoſitionem in* §. *igitur* , *&* §. *ma-
giſtrum, il ſecondo ff. de exercit. cum dicto
in* §. Igitur nullo in obligatione pona-
tur dominus modo , ſi mandati finem
excedere nauis audeat Magiſter *at in* §.
E *magiſtrum* habeatur , quod omni regu-
lariter dominus ex contractu, factoque
nauis, quòd è magiſtro commiſſum , ad
ſtringatur , ac omni etiam ex delicto ,
quòd nautæ perpatrarint : Adde quòd
ibi diſponitur , ſi iniectum è domino
vetitum, ne ſibi accipiat ſubſtitutum, &
ille in prohibitionis contemptum, ſibi
alium minimè dubitet præfigere, & hic
quidquam faciat delictum , dominum
de illius facto teneri: per Tex. *in d. l.* 1. F
§. *magiſtrum il ſecondo*, & ibi Bald. *ff. de
exercit. actione*, quo ex eodem in loco
habemus , dum conciliet, quòd ſpecia-
lis *in* §. *magiſtrum*, caſus extat, igitur in
contrarium commune venit ius, *vt in l.
ſingulare ff. de legibus* Afflicti verò mens
hiſce verbis *ſub num.* 10. demonſtratur.
*Vnde dicendum eſt , quòd ex facto nauta-
rum non tenetur dominus , ſi dominus ex-
preſsè prohibuit delictum ; quia fecerunt* G
contra mandatum: vt in dicto §. *igitur*, *vel
poteſt dici, quòd dominus tenetur ex delicto
inſtitoris etiam , quòd deliquit contra eius
mandatum , ſecùs quando contrahit contra
eius mandatum vt innuit* Gloſsa *in l. debet
ff. naut. cauſ. ſtab. in* §. *item ſi prædixerit.*
Alia namque contrahendo, diuerſa ex-
tat ratio delinquendi. *l.* 1. §. *ſi cum quo-
libet. ff. de exercit.*

Exercitorem atenim tantummodò H
de contractu , quem cum nauis Præpo-
ſito , vel magiſtro quis iniecerit , dici-
mus teneri , nulla verò forma de con-
tractu, cum nautis, aut etiam remigibus
confecto , obligatur , cuiuſuis illorum
quamquā ex delicto , qui nauim ad na-
uigandum ingrediuntur actio, exercito-
rem aduersùs præbeatur, ſi quidem qui
magiſtrum præponit, contractum inijci
cum ipſo permittit ; qui nautas atenim I
retinet, minimè cum ipſis contrahi ſinit;
culpa tamen illos , ac dolo carere in-
cumbat. *dicta l.* 1. §. *ſi cum quolibet ff.
de exercit. actione.* Tholoſ. *loco citato ſub
num.* 19. vbi naualem Iuſtiniani legem
ducit, qui: *Naucleri ex contractibus nau-
tarum non obligantur, ex delictis tamen eo-
rum , qui nauis nauigandæ cauſa in naui
ſunt, tenentur.*

Vt æquali ratione haudquaquam K
exercitorem dicimus teneri , ſi aliquis
naui ſit Præfectus ad effectum , vt ve-
cturæ exigere pretia velit , non autem
vt faciat locationem; ex eo quia, ſi forte
fecerit locationem ; minimè exercito-
rem affirmamus teneri , ſed magiſtrum,
vel ex aduerſo, ad locandum nimirum,
non verò ad exigendum ſit conſtitutus,
vel etiam ad hoc , vt vectoribus locare
non

A non recuſet, neutiquam, vt mercibus
nauim præſtet; & denique ſi modum
fuetir egreſſus, haud fermè exercitorem
obligabit: quemadmodum Vlpianus
conſtituit *in l.* 1. §. *igitur ff. de exercit.*
actione, ex quo additur, quòd, ſi certis
præfixa locatio mercibus ſiiit, ſiue le-
guminibus, cannabi, pannis, & ille ad
marmora, vel alias materias tranſue-
hendas locauit; dicere opus eſt, exerci-
B torem nequaquam teneri *dicta l.* 1. §. *ſed*
& ſi, ff. eodem.

DE HIS, CIRCA QVAE

inculpatur nauta, excu-
ſatur-ne.

Cap. 1.

C CVm neceſſarium enim verò ſit
Nautis tàm illa eſſe nota, è qui-
bus aufugere debent, quàm ea, quibus
inconuentionis caſu, valeant ſui excuſa-
tionem afferre, præſenti hac de cauſa
in negotio, illa oportet explicare, in
quibus arguitur nauita, vel ex aduerſo:
& primò quidem illis conuenit cauere,
ſuſceptaſne ad vecturam merces in ne-
b gotiationis conuertat emolumenta. *l.*
quòd quis 18. *l. qui nauem* 10. *ff. de pri-*
uilegijs creditor. Vt æquali ſe abſtineat
ratione, incongruo ne tempore ad naui-
gationem, inepto ſe pelago commit-
tat, quoniam cum ex imprudentia id
agat, in culpa erit. *l.* 2. §. *quod diximus*
ff. ſi quis cautioni. vt ſi per inſidioſa na-
uim ducere loca non vereatur. *l. qui pe-*
titorio 37. §. *qui in rem ff. de rei vendi-*
E *catione l. item quæritur* §. *ſi quis ſeruum*
ff. locat. Non euitabunt etiam damnum
ſoluere, imò & deportationis ſubire
pœnam coguntur nautæ, publicæ ex
quibus merces deferuntur; vbi, cum cō-
ueniens perflet ventus, in portu perſi-
ſtant, vt etiam punitio Iudicibus, mu-
nicipibuſque eſt conſtituta, qui tunc il-
los in portu eſſe paſſi ſunt. *l. fin. C. de*
nauic. lib. 10. qua de cauſa, vbi ſecundior
ad faciendam inuitet nauigationem F
flatus, & nautæ, cum de hoc nullam
habeant curam, permaneant in portu,
& oneratæ pereunt merces, vel dete-
riorem deſumunt qualitatem, neceſſe
eſt, vt ipſi conductoribus mercatoribuſ-
que reſarciant damnum. Stracca *de nau-*
tis, & nauib. parte 3. *num.* 5. Demas ta-
men, ſi nauta, abſque eoquòd dolus in-
terueniat, vel culpa, publicè retineatur,
vel morbi diritate impediatur, & ideò G
non nauiget, aut differat nauigationem.
l. fin. §. *idem iuris ff. ad legem Rhod. de*
iactu. In culpa etiam dicimus, nautam
haberi magiſtrumque, ſi, cum aduerſa
exoriatur tempeſtas, nauim derelinquāt;
eadem quoniam culpa, cæteri puniun-
tur vectores ea, quam refert Cicero,
lege: *Lex eſto, qui aduerſa tempeſtate na-*
uem reliquerint, omnia amittunto, eorum
nauis, & onera ſunto, qui in naui reman- H
ſerunt. Culpam etiam ex nautis dicimus
committi, ſi, vbi vetitum interſit tem-
pus, nauigationem inſtituant: idoneum
autem nauigationi tempus ex Aprilis
calendis ad Octobris vſque perdurat.
l. quoties C. de naufrag. lib. 10. Gloſa
in l. qui petitorio in fine ff. de rei vendic.
Vt pari forma, ſi aduerſo ſe committat
mari, tempore: qua de re, ſi tempeſtatis
vi merces, aut etiam nauis periſſe di-
cantur; illos in obligatione eſſe vnuſ- I
quiſque fatetur. *l. vtique* §. *fin. ff. eodem*
l. qui petitorio §. *fin. eodem tit. de rei vē-*
dicat. l. item quæritur §. *ſi manicul. ff. locati*
Gloſa *in l. fin. C. de naufrag.* quòd ſi
ſtatutum fortè infra temporis ſpatium
nauim agere nauta promittat, & poſt-
quam conuentum dilapſum fuerit tem-
pus, mari ſe tradat, eoquòd nauigatio
ſecundùm conuentionem non eſt inſti-
tuta; ad ipſum traiectititiæ periculum K
pecuniæ ſpectabit. *l. qui Romæ* §. *Cal-*
limachus ff. de verbor. obligat. vbi affir-
mat Bald. quòd qui indebito permare
pergat tempore, proprio nauigat peri-
culo.

Aduertant ſecundo Nautæ propriæ
ne nauis in alterius impingatur naui-
gium, ſcaphamque ex eo quia ſi dam-

A num inde accidat, & ipſorum fuerit in
poteſtate id amouere, ob culpam eue-
niat, lege Aquileia illos teneri; certum
habetur. *l. fin. §. idem dicemus, ff. ad le-*
gem Rhod. de iactu. quod ex aduerſo di-
cimus accidere, ſi fune rupto, aut, eum
nullius in regimine eſſet nauis, curriſ-
ſet, nam tunc in dominum agi opus eſt:
l. quemadmodum 39. §. ſi nauis ff. ad le-
gem Aquileiam: ſcribit etiam Labeo *in di-*
B *cta l. 39. §. item labeo.* Quòd ſi ventorum
impulſu nauis quædam in funes ancho-
ris adnexas, nauis alterius, occurriſſet,
& nautæ funes præcidere viſi ſint, ſi
nulla alia periculum euitare potuiſſent
ratione, ni & hæc induſtria interſit; haud
fermè aliqua in illos actio occurret: ſed
etenim ſi qualibet phaſelus quidam à
naui obruta ex occurſu fuiſſet, vel in
Gubernatorem, vel in ductorem, actio-
C nem incuriæ damni tribui, affirmauit
Alphenus: excipias ſi talis haberetur
vehementia nauis, vt nullo temperari
valeat modo, & quoniam in caſu nulla
in dominum actio erit danda. Cum au-
tem nautæ id efficiatur culpâ, Aquileia
ſufficiens eſt, ſed ſi funem quiſque quo
religatam ſcimus nauim, præciderit,
actio in factum erit *dicta l. quemadmodum.*
§. ſi nauis alteram, & §. ſequen. ff. ad le-
D *gem Aquileiam, ex lege Rhodienſium 3.*
etiam habemus, quòd ſi nauis, dimiſſis
prouecta velis, aliud in nauigum, quod
in ſtatione perſiſtat, ex impetu feratur,
vel ſua, diei ſpatio, vela demitrat, vnum-
quodque colliſionis damnum ex nau-
clero, aut etiam vectoribus oportet re-
ſarciri; ſed etenim ſi hoc per nocturnas
interuenit vmbras illi, qui vela ſubdu-
cit, ignem conuenit excitari, quòd ſi
E hoc agere minimè valet; clamorem ede-
re opus eſt, quòd ſi cum hoc fuerit
omiſſum, detrimentum naui acciderit
duci, hoc per teſtes demonſtrato, ſui ſi-
bi cauſam exitij vertat, & indemnem
dicimus aliam eſſe nauim: Rhodiorum
etiam ex lege in contributionem, &
nautæ occurrunt, ac vectores, ſi pecu-
niæ, aliæue res è naui, per hoſtes, pu-
blicumque exercitum diripiuntur, aut

latrones: Seruius autem Offilius, atque
Labeo præfigunt, quòd ſi nauis fuerit è F
Piratis redempta, ex omnibus fieri col-
lationem oportet, quod verò prædones
abſtulerint, illius tranſit in iacturam,
cuius in poſſeſſione ſit, nec fieri ab eis
collationem oportet, qui ſuis fecerint
de mercibus redemptionem. *l. 2. §. ſi*
nauis ff. ad legem Rhod. de iact. Iulianus
verò ait *in l. nauis 6. ff. eodem.* Quòd ſi
fulminis ictu, cum tempeſtas habeatur G
aduerſa, & deiecta fuerit arbor, ac etiã
antenna, quæ integrum tulit onus; nul-
lo illos modo affirmauit nautas com-
pelli, vt conferant pro damno huiuſmo-
di: quoniam ſumptus magis ad nauis in-
ſtructionem effici neceſſe eſt, quàm
ad hoc vt merces ſeruentur. *dicta l. na-*
uis ff. eodem.

Aduertant tertiò nautæ, ne res, aut
etiam merces, quæ ipſorum debebant H
ſuper naui adduci, cum nulla neceſſitas
compellat in deterioris nauim condi-
tionis (quo in caſu id mercium domi-
num nolle cognoſcunt) ferre non dubi-
tent, ex eo quia, vbi merces cum ipſa-
met perierint naui, in qua nouiſſimè
fuerint aduectæ, mercium dominus ex
conducto, & locato, priori cum nauta
actionem habebit, vt diſpoſitio deſcen-
dit per Tex. *in l. ſi vehenda 10. §. ſi ea* I
ff. ad legem Rhod. de iactu. demas, ſi illius
ſpatio nauigationis, vtraque in iacturam
eat nauis; quoniam id ſine dolo, & cul-
pa eſt in perdendo effectum, ſed acci-
derit in mutatione *dicta l. in fine,* vbi
Iuriſconſultus, *in §. idem iuris primo af-*
firmat eſſe, priori ſi nautæ publicè pona-
tur impedimentum, vt in nauigatione
dictis cum mercibus verſetur, vt pari
forma, excuſatio nauitæ præbetur, ſi ea K
ex mercatore condictione conduxiſſet,
vt certam mercatori ſolueret pænam,
conſtitutum niſi ante diem mercatoris
cum ducantur merces in locum, in quẽ
vehi debebant: nec ex eo dependeret,
quin illud efficeret, nullam putat, ſibi
infligi pænam poſſe. *dicta l. 10. §. idem l.*
2. ff. ad legem Rhodiam de iactu.

Fugiant quartò Nautæ, horreantque

ne,

Digitized by Google

A ne, vbi in contemptu reſtat ipſi nauiga-
tio ſit, deuia ſectentur litora, ex eo quia,
dum aſſquerum negligere iter non ve-
rentur, & merces periſſe oertum ſit, aut
merces in pyratarum prædam cecidiſ-
ſe, vel è tempeſtatis furore deiectas, in
obligatione ſunt, vt mercium præſtent
valorem. *l. fiſcales C. de nauicul. lib.* 11.
l. cum proponas C. de nautic. fænor. Cor-
neus *conſ.* 273. *vol.* 1. *per totum.* Boer.
B *deciſ.* 178. *&* 1. *nu.* 32. Crauet. *conſ.* 125.
Cui poſuit limitationem Stracca *loco ſu-
pra citato deciſ. ſub nu.* 6. excipias, ſi æqua
nautam cauſa moueret, vt rectam non
ſeruaret nauigationem; & exemplum
affert, quòd nimirum, vt reficeret na-
uim, quæ vitium habet, & inquam ex
tempeſtatis violentia penetrauerat vn-
da, & merces poterant corrumpi, aut
etiam impetu ventorum, atque procel-
C læ, vel Pyratarum terrore, quas, naui-
gationem inter, conſpexerant, portum
intraſſent, allegat Baldum, & Salicetũ
*in l. cum proponas in fine C. de nautico fæ-
nore.* Baldus etenim affirmat, *conſ.* 395.
vol. 3. Quòd cum ventorum flatui ſit na-
uis commiſſa, neutiquam quò nauitæ
placet, ſed quem ille impellit in locum,
habetur curſus: qua de cauſa, vbi ven-
torum impulſu, aut etiam tempeſtatis
D vi, vel hoſtium metu ad portum reie-
ctam fuiſſe nauim certum ſit, ac merci-
bus onuſta videatur, nullo facere de
gabella ſolutionem debet modo; ex eo
quia non propria ex voluntate, ſed in-
fortunij violentia eum fuit ductus in
locum. Marſil. *in l.* 1. *§. præterea nu.* 32.
ff. de quæſtio. Franciſc. Marcus *deciſ.* 803.
num. 11. *quæſt.* 1. Giurba *obſeruat.* 32. *nu.*
21. ex quo habemus, quòd, dum nauis
E in portu extat, minimè anchoragij ius,
quòd pro reſidentia in portu Regi de-
bet afferri, ſolui oportet, vt inquit Mon-
tan. *de regal. Glo. portus num.* 1. *& ſeq.*
Bertachin. *de gabel.* 5. *parte* 8. *num.* qui
ventorum equidem violentia, & aqua-
rũ magnitudo fortuitos recẽſetur inter
caſus. Giurba *loco citato num.* 2. per Tex.
in l. contractus ff. de regulis iuris. Scaccia
de cambio §. 2. *quæſt.* 1. *num.* 135. Cui
etiam vim ſententiæ affirmauit in eſſe F
Stracca *de nauibus num.* 26. etiamſi ho-
ſtium, pyratarumque timore ad portum
recurrerit: & quoniam euentum, nequa-
quam neceſſe eſt vectigal præberi.

Enimuerò, ſi nec ventorum impetus,
nec tempeſtatis vigor nautam ita ade-
gerit, vt in vada, ſiue ſcopulos impel-
latur, & nauim confringat, & ea mer-
ces è cauſa, vel ſint in iacturam datæ, vel
deteriorem ſint ductæ in ſtatum; ipſum G
ad damni illati valorem dicimus tene-
ri: culpæ quoniam imperitiam ſcimus
annumerari. *l. culpa ff. de reg. iuris*, pa-
riemiam namque penès cunctos ſcimus
haberi (quam quiſque norit artem, in
hac ſe exerceat.) Non enim qui naui-
gationis inſtituendæ artem ignorat, pro-
fiteri nauclerum, nautamque debet, na-
uigationis eoquòd peritia ipſis conue-
nit. *l. cum Nauarchorum C. de Nauicul.* H
lib. 11. Vt æquali modo, nautam dici-
mus teneri, ſi malos adhibuiſſe mini-
ſtros certum ſit. *l. vtique ff. de rei vendic.*
quemadmodum, ſi neceſſarijs haudqua-
quam omnes fuerint in naui miniſtri, cũ
nauigij inſpicitur genus, ex eo quia,
vbi merces in iacturam ex hoc abiece-
rint, vel deteriorem deſumpſerint qua-
litatem, illatum reſarcire damnum cõ-
pelluntur. *l. itẽ quæritur §. ſi magiſter na-* I
uis ff. locati. Stracca *loco ſupracitato nu.* 12.
& 36. *l. vtique ff. de rei vendic.*

In culpa quintò nautam dicimus ha-
beri, ſi incolumem non adducant, vt ha-
buere, nauim, ad id nam, quòd intereſt
conductoris, ipſi tenentur, *l. ſed, et edes
§.* 1. *ff. locati l. tenetur ff. ſed ſi vnus, &
l. quidquid ff. de actioni. empti. l. proinde
ff. de ædilit. edicto.* Vt æquali affirmamus,
nautam ratione teneri vt voluit Stracca
ſub num. 41. mala, ſi propter nauis, ar- K
mamenta periculum ſubeat: tunc ete-
nim ad mercium valorem teneri nau-
tam indubitatum eſt.

Vigilantèr ſextò aduertant nautæ ne
plus æquo nauim oneribus aggrauent;
quoniam hac vbi ex cauſa naufragium
ſit ſequutum, mercesque fluctibus mer-
ſæ, vel deteriorem ſumpſerint qualita-
tem

Digitized by Google

A tem, ipſi in obligatione habentur. Strac. *loco citato num.* 13. Cum ipſorum depēderet ex arbitrio, quòd adeò non opprimerent pondere nauim; vt etiam ipſis conuenit cauere ignotos ne in nauim homines reciperent, eoquod vbi mercium hinc amiſſio ſequatur mercĩũ ſoluere ipſi valorem adſtringuntur: mala nam ex electione culpam ſtatutum eſt dilabi: vt placuit Corneo *conſ.* 273. B *num.* 27. Iuriſconſultus etenim *in l. videamus ff. locati. Mihi itaque placet, vt culpam aliam eorum, quos induxit, præſtet ſub nomine, etiamſi nil conuenit.*

Studeant ſeptimò ne per maris diſcrimina, vaſtitatemque, nauigationem inſtituant, vbi eam lacunarum medio, abſque eoquòd periculum interſit, perficere valuiſſent, quoniam, ſi, cum tutã ſpreuerint nauigationem, per æquoris mediũ iter agant, damnumque illo C fuerint in caſu perpeſſi, id ipſorum tribui culpæ debet. Stracca *loco citato num.* 19. quemadmodum, & maxima attendere diligentia coguntur, illicitas ne in nauim merces introducant, eoquòd cũ hoc omnes è delicto merces contigerit publicari, ipſi in obligatione de earum valore ſunt. *l. cum proponas C. de nautico fænore* Strac. *loco ſupra citato num.* 20. qui ſequenti numero affirmat, nautarum D culpas inter annumerari opus eſſe, illicita ſi adhibere inſignia innaui conſpiciuntur, & ea merces è cauſa, vel ablatæ fuerint, vel amiſſæ: circa damnum etiam à muribus datum, nautam dicimus teneri, cum facili quoad hoc præcauere negotio poſſit, domeſticas vbi retineat in naui feles, quemadmodum placuit. Straccæ *loco ſupra citato*, qui ſequenti explicat in numero, quòd, vbi E nautarum propter inimicitias aliquod inferatur mercatori detrimentum, ab ipſis fore præſtandum, affirmamus per Tex. *in l. ſi merces §. colpæ ff. locati*, quòd intelligi opus eſſe explicauit Stracca, tàm, ſi, cum ipſorum interueniat culpa, quàm ex aduerſo inimicitias occurriſſe certum ſit: ſufficiens quoniam haberi (putauit ipſe) vt dici valeat eorum fuiſſe culpam damnum illatum, quod F proprias accidit obſimultates, qui caſum proponit *in num.* 51. An culpæ nautis conueniat verti, ſi pluuiali ex aqua vndique perlutæ merces deteriorem ductæ fuerint in ſtatum? Et diſtinctionem, huius pro reſolutione caſus, voluit adhibere; quòd nimirum, vel tectum conduxerit nauigium, vel ex contrario mercator; primò, cum vitiatis ex compagibus, quæ neutiquam ſeſe inter co- G hærent, pluuia diffluat aqua, & damnum adducat, à nauta, veluti illius reo, tenetur: poſteriori euentu excuſari nautas certum eſt, cum hoc præuidere mercator deberet. Nauis tandem magiſter vſque reputatur in culpa eſſe, cum illi minimè prouidet, quòd ex ſedulo poterat diligentèr præcognoſci. Strac. *loco citato num.* 26.

Incumbant octauò nautæ ne alio na- H ues in loco mercibus, oneribuſque grauent, quàm in illo, qui fuerat ipſis conſtitutus, ex eo quia cum mandati fines excedant, de caſu, ac detrimento, quòd fuerit inde ſequutum, in obligatione ſunt. Corneus *conſ.* 273. Ciſon. *conſ.* 91. *num.* 2. Manetius *deciſ.* 54. *num.* 61. Aut etiam, vbi mandatum fuerit datum, vt per certa; liberaque pergant loca, & ipſi diuerſas accedere; ac tranſire voluerint I per partes, vbi neutiquam fortuna compellat; tunc ad cuncta tenentur damna, ſi quæ in locis extra commiſſionem peragratis, euenirent. Baldus *conſ.* 51. *in* 4. Giurba *obſeruat.* 81. *num.* 5. Vt pari inuigilent forma; ne facere auri, argentiq; monetarum denuntiationem prætermittant, quæ de Regno extrahantur: ad id namque *per cap. Regis Martini* 50. compelluntur.

K Ex Regni autem Pragmaticis conſtituitur, vt nauiculariis, qui naues, deferendis pro victualiis locant, illas deberi hoc admunius, aptas, ſaccoſque tumulorum quatuor, modiorumque duorum; ſolidoſque habere, *vt in prag.* 1. *tit. de officio Portulani* §. 10. *extat.* Nauium autem Patroni, in Regnum venientes, adhoc vt victualium faciant extractio-

nem

Digitized by Google

A nem, tàm ciuilibus pro cauſis, quàm
pro criminalibus (nonnullis demptis)
quidantur, triginta quo vſque longè
per milliaria ſint, & maris vi redeant,
aut ventorum : ibid. Nauicularijs ate-
nim nullo ſoluuntur iura modo, ni & ſit
oneratio completa §. 57. *ibid.* Sed ſi vi-
ctualia, quæ exportãtur, madeficiant, vel
in ea malitiam inducant, excipere puni-
tionem coguntur; *vt in* §. 13. *ibid.* qui,
B priuſquam onera ſuſcipere incipiunt, in
Viceportulani Curia præſtare fideiuſ-
ſionem adſtringuntur §. 3. *ibidem*. Vnde,
cum onerata nauigia extent, nulla de il-
lis forma fieri venditio, aut emptio va-
let. §. 13. *ibid.* eſſent & alia, quæ, ve-
lut ad rem non ita neceſſaria, præter-
mitto.

Illis enimuerò pro delictis, quæ fue-
rint in mari ex nautis commiſsa, vigi-
C lantiſſimo conſtitutus è Rege Iudex ha-
betur, quem magnum vocamus Admi-
ratum, & olim Maris nominabatur Pre-
fectus, cui vna quæque ciuilis, crimina-
liſque iuriſdictio abdicatiua etiam cum
clauſula, omnibus in cauſis, quæ mari-
timæ, illiſque in hominibus, qui nauti-
cam exercent artem præbetur, tàm ſi
demanij, quàm Baronum agatur in lo-
cis : huius autem Curia magna, ſupre-
D mumque nuncupatur Tribunal, ex qua
fermè hortatoriales procedi per literas
ſcimus, propriorumque de delictis of-
ficialium obtinet cognitionem, ipſiuſ-
que literis fides præſtatur ad effectum,
vt ſui propriam remittantur ſubditi ad
iuriſdictionem, vt de omnibus teſtatur
Maſtril. *de magiſt. lib.* 5. *cap.* 13. *à num.*
10. *vſque finem.* Nulla tamen iuriſdi-
ctio magno tribuitur Admirato, vt co-
E gnitionem nautarum nationum habeat
de cauſis, eorum namque conſules Iu-
dices habentur, vt idem *lib.* 3. *cap.* 4. *nu.*
153. *& ſequenti demonſtrat.* vbi verò
hi conſule carent, tàm ciuili, quàm
criminali nautæ pro cauſa debent corã
Admirato conueniri : vt habetur *ex cap.*
Regis Ioan. 91. Huius autem de Admi-
rati poteſtate, competentibuſque iuri-
bus, ac iuriſdictionis exercitio ſcripta
reliquit Marius Muta *ſuper cap.* 91. *to.* 6. F
ad quem fieri decet recurſum, vbi ca-
ſus occurrant.

DE
NAVIVM, AC MERCIVM
Aſſecuratoribuſque, atque Aſſe-
curatione.

Cap. 2. G

DVbiæ quoniam plenum opus aleę,
incertique diſcriminis nauigatio
habetur, vt ſcripſit Stracca *de nauig. n.* 1.
Maris quoniam itinera ex momento
præſeferunt mutationem, atque pericu-
lum includunt, Giurba *obſeruat.* 32. *num.*
10. Talitèr, vt nauigantes, velut qui in
maximo vitæ diſcrimine ſunt conſtituti,
nec viuos, nec mortuos inter valent an- H
numerari: Rota Genuenſ. *deciſ.* 36. *n.* 6.
Thomat. *deciſ.* 93. *num.* 21. Giurba
loco ſupra citato circa finem. Et non magis
diſtant à iactura merces, quàm ab aquis
longinqua ſit nauis. Thomat. *loco citato*
num. 21. Tali mercatorum in vſu habe-
tur ex cauſa, quòd merces ab aliquo
aſſecurentur, cum pretij tamen valor
fuerit ipſos inter præfixus, aut etiam
gratis efficiatur cuiuſmodi fermè aſſe- I
curationis contractus, tàm ſi emptio-
nem illum dicere velimus, quàm ven-
ditionem, vt placuit Stac. *de commerc.*
quæſt. 7. *parte* 3. *num.* 5. vel emptioni ſi-
milem vocemus, aut locatio exiſtat, cõ-
ductio, vt ſcriptum fuit ex Conrado *de*
contract. quæſt. 71. vel innominatum ap-
pelles ſimilem venditioni contractum:
vt reliquit Santer. *tract. de aſſecuratio.*
parte 1. *num.* 7. *to.* 6. & Strac. *in præfatio.* K
num. 47. *verſ. & illud*: aut etiam fideiuſ-
ſionis habeatur contractus, vt eſt in sẽ-
tentia Franciſci Gratiæ *de contr. cap.* 39.
num. 6. Siue alieni ſit præſtatio pericli,
vel contractus extet, quo alienæ quiſ-
quam rei in ſe periculum deſumit, cum
ſe in obligatione, grato ex animo ponat,
vel, cum certum conſtituatur pretium,
vt mercis de exiſtimatione ſolutio fiat,
vbi

Digitized by Google

A vbi periculum perpetiatur, vel quidquid aliud dicatur, licitus habetur; ex eo quia circa illum nulla in iure prohibitio reperitur: vt eſt in ſententia DD. penès Scacciam *de commerc.* §. 1. *quæſt.* 1. *ſub nu.* 129. Sotum *de Iuſt. & iure lib.* 4. *quæſt.* 5. *artic.* 2. *verſic. quamobrem* Michael Sal. ad D. Thomam 2. 2. *qu.* 5. *de Domin. artic.* 6. Strac. *de ſponſ. parte* 4. *verſic. item quærit num.* 1. Huic autem
B contractui rectitudo, æquitaſque inhæret *cap. neganti, de vſuris.* Vnde nonnullius vtile momenti Reipublicæ adducit: vt explicatum è Scaccia *loco citato num.* 130. Et ſi fortunæ, ac periculo ſubiacere firmum ſit, eoquòd, ſi merces, quas quiſquam aſsecurat, perijſſe dicantur, proprijs ipſe de rebus earum ſoluere domino valorem tenetur. Scaccia *dicto* §. 1. *quæſt.* 7. *ſub num.* 7. *parte* 1.
C Tali de cauſa, neutiquam debet pretium Aſſecuratori pretium contractûs præberi, vbi res tuto, ſciat in loco permanere, quoniam, cum nullum Tali caſu ſubeat diſcrimen, haudequidem valet periculi pretium ſortiri. Leſſius *de Iuſt. & iure cap.* 28. *ſub* 34. *verſ. hunc ſequitur.* Scaccia §. 1. *quæſt.* 7. *parte* 2. *ampliat.* 10. *ſub num.* 21. *fol. mihi* 206. Leſſius *de Iuſtitia, & iure lib.* 2. *dicto cap.* 28. *num.* 25. *verſ. ſequitur.*

D Pari etiam forma nequaquam opus eſt, pretium aſſecurato dari, ſi notum ipſi erat, antequã eſſet aſſecuratio facta, nauim, merceſque in iacturam abijſſe: vt declarauit Scaccia *dicto tract.* §. 2. *gloſ.* 5. *ſub num.* 229. Quòd ſi quiſquam, cum ſiniſtro ſit orta de caſu fama, ſeſe fecerit aſſecurari, haudequidem aſſecurationi vis ineſt, quod ex aduerſo acci-
E dit, ſi caſus, antequã eſſet aſſecuratio cõfecta, minimè notus erat. Stracca *in tract. de aſſecurat. gloſa* 27. *ſub num.* 2. Giurba *deciſ.* 181. Quod quidem efficaciam retinere, Bellonus affirmauit *deciſ.* 36. *ſub num.* 10. Vbi generali aſſecuratio ratione fuiſſet confecta, cum præteritum, futurumque includeret caſum: quod nequaquam tunc procedit, cum venturo fuiſſet pro euentu facta; prop-

F terea nullo aſſecurator modo circa aliquod tenetur, non autem de præterito; & quòd fuerit, ante promiſſionem, ſequutum: aſſecurationis hac de re apocæ, debent diligentèr obſeruari *l. in conuentioni. ff. de verbor. obligat.* Quis etenim negabit, huiuſmodi contractum, à pactis, conuentionibuſque recipere legem? *l.* 1. §. *ſi conuenerit ff. depoſiti.*

Quando verò ſiniſter aſſecurati ex
G culpa euenerit caſus, haud fermè aſſecuratorem dicimus teneri Grot. *in cap. nauiganti num.* 2. *de vſuris.* Iudica, quẽadmodum exemplum affertur è Scaccia *dicto* §. 1. *quæſt.* 1. *ſub num.* 54. vbi merces fuerint interceptæ, quoniam de vetitis habeantur, vel eoquòd facta de gabella ſolutio minimè fuit, vel quidquid aliud culposè commiſſum, doloſèue. *l. cum proponas C. de nautico fœnore.* Santer.
H *tract. de Aſſecurat. parte* 4. *num.* 16. *in fine.* Sed etenim, ſi alterius hoc accidiſſe culpa certum ſit, finge gubernatoris nauis, aut etiam nautarum, cum nullum interſit dubium aſſecuratorem dicimus in obligatione haberi. Santer. *loco citato num.* 18. *in fine.* Scaccia *loco ſupra citato num.* 155. Giurba *obſeruat.* 73. *num.* 3. Bonillus *conſ.* 47. *num.* 18. Eoquòd cum omnes in ſe caſus, rerumque in ſe ſuſce-
I perint pericula quocumque euentu, quo aſſecuratas non habuit res, atque aſſecuratus recepit, aſſecuratores in obligatione habentur. Fontanel. *deciſ.* 243. *num.* 13. Giurba *loco citato num.* 3. Maſtrilli *deciſ.* 179. *num.* 12. Quod quidem circa Genuenſes fallere certum eſt qui de conſuetudine minimè ſeruant prædicta, vt dixit Bellon. *deciſ.* 3. *nu.* 15. Neque retinet vigorem quo aſſecura-
K tus in caſu, de Patrono, vel Inſtitore feciſſet electionem, qui vulgò *ſopracarrico* nominatur, cuius fidelitati commiſſæ merces, ipſarumque venditio, ac pretium fuiſſent; hoc namque in caſu nequaquam de dolo ac barattaria patroni aſſecurantem dicimus teneri, cui cunctã præſtitit aſſecuratus fidem, ſibi ea de re negligentiæ vertat, cum mali adhibuerit operam viri. Giurba *loco citato nu.* 23.

Santer.

A Santer. *de aſſecurat. parte 3. num. 25.* Sforza *conſ. 31. num. 28.* Giurba quoniã affirmat, quòd ſiniſter vbi acciderit caſus, aſſecurati, qui perperam elegit id culpa eueniſſe dicere oportet, non autẽ aſſecurantis, excipias niſi aſſecuratorum etiam pro culpa promiſiſſent aſſecurantes. Cuiuſmodi fermè nauigationis patronus ſi aliam inſtituerit nauigationem ad partem, cum deſtinatum relinqueret
B iter, amplius aſſecuratorem in obligatione minimè ponit: vt exemplificat Bellon. *deciſ. Genuen. 63. per totam*, vt æquali aſſerit modo *in deciſ. 40.* Quòd aſſecurationes de mercibus, quæ debeãt naui ſuper imponi, cum illa iter reliquêrit præfixũ, & aliud aſſumpſerit, nullius extant vigoris, quaſi quæ nunquam fuerint confectæ: Huius quoniam ob impedimentum generis factis iudicatur ab
C aſſecurationibus omnes receſſiſſe, vel illis nunquam locum fuiſſe: aliter eueniret, vt aſſeruit Bellon. Quòd ſi nauis per decennij ſpatium remaneret impedita, de vtroque alterum perficere adſtringerentur, mercatores, vel quòd coſteum amittant, vel permitterent mercium intereſſe deuaſtationem, & pretij minui valorem, quòd nimis aſperum haberetur; vt æquali ratione cum nauis ſecundum aggrediatur iter, primam Aſ-
D ſecuratores ad nauigationem nequaquã remanent in obligatione; ipſi enim de alio non tenentur caſu, aliaque nauigatione, ni & de proxima dictum ſit, quæque fuerit in aſſecuratione compræhenſa Bellon. *deciſ. 25. num. 2.* Tali de cauſa cum acceptum ſecundum fuerit iter, primi aſſecuratores illnteris nequaquam tenentur Bellon. *loco citato num. 6.*
E qui in ſequenti affirmat, quòd nauis, qui ad extraneos diuertit actus, iter mutaſſe dicatur. Qui atenim nauis tritico onuſtæ facit aſſecurationem, ac omne circa periculum id agit, nulla de diſcrimine tenetur forma, quòd ex tritici retentione ob pecuniam ex rege factã veniret, cuius per Regnum nauigatio efficiebatur; & tunc præcipuè ſi conductori, aut etiam emptori verti poſſet, quòd, cum alium poſſet agere nauigationem F per locum, vel periculum ſciret, euitare minimè ſtuduit, aut etiam nullam faceret inſtantiam penès Regem pro reſtitutione, vt conſilium dedit. Bald. *conſ. 395. lib. 2.* Contraria verùm perſiſtunt in opinione Angel. *in conſ. 219.* quo affirmat in loco, tàm æquitatis vi, quàm è iuris rigore mercatorem, vel etiam patronum, ex quo fuerit promiſſum frumenti nauim è Sicilia, in aliam duce- G re partem, & ad omnes, qui fortuiti, ſeſe obligauerit, caſus, excepto quòd nauis facta ſit iactura, vel capta ex claſſi fuerit, aut ſit è naufragio abſumpta, teneri, quamuis è Rege, pro Regni abundantia eamdem fuiſſe impeditam certum ſit. Tuſcus *lit. A. concluſ. 237. num. 2.*

Quo autem in caſu quiſquam nauim aſſecurat, de continenti in dubio intelligi oportet, niſi diuerſum aliquid ex cô- H iecturis ipſos in contrahentes deducatur; ſed ſi vnus, & idem nauium, merciumque dominus exiſtat, ac nauim faciat aſſecurari, an dicatur id, quoad vtrumque agere? Id oſtendere coniecturæ poſſunt, cum in ambiguo de continenti tantùm intelligatur: hoc ex mẽte Bartoli eſt *in l. pen. ff. de pigno.* in quæ eſt *de taber. & merc.* vbi verò quis mer- I ces in naui habens illam dicat mercium nauim ſibi aſſecurari; nullo circa nauim modo id interpretatur, eoquòd ſua nequaquam erat, ſed circa merces: at cũ ex aduerſo nauim in dominio retinens dicat vbi illam aſecurari, neutiquam fermè quo ad merces hoc intelligi decet; propriè etenim contenti appellatione haudequidem contines venit cum dubium namque interſit, propriè deſu- K mi decet, non autem impropriè *l. non aliter de leg. 2.* Deci. *in l. vt verbor. n. 7. C. qui adbo*: Demas tamen, ni clara impropriętatis ratio adſit, aut etiam quando propriè accipi non valent: vt Bart. *in l. ſi tibi ff. ſi certum petatur*: quemadmodum ſi aliquo ſignificari, modo, côtinens, & contentum poteſt, in dubio continẽs adnotatur. *cap. ſi cui, de ſententia excomm. lib. 6.* Bbbb Po-

A Ponas verò, quòd aliquis diuerſorũ coria trahat animalium, & de mille facta ſit aſſecuratio, de quibus intelligatur, & an vigorem includat diſcutere debemus? Et quidem efficax eſt contractus, eoquòd, quamuis diuerſa exiſtant, cognoſci tamen valet, quòd hoc bouis ſit, illud cerui: *per nota. in l. ſi domus, ff. de legat.* 1. Elegit nam aſſecurator, quæ ſentit, vt poſtea ſoluat æſtimationem, vbi deperdantur. B *dicta l. ſi domus eodem tit.* vbi verò eiuſdem coria ſpeciei haberentur, bouum nimirum, ceruorumue, & varias diſtinguerentur per marcas, diuerſas attamen per prouincias, & ſit aſſecuratio de mille, quæ habet in tali naui, an valeat? nulla quidẽ appellatur, eoquòd eſt incertorum de incertis: per notata *in l. ſi domus, quæ ſinem facto hominis habet, & l. cum poſt., §. gener. ff. de iure dot.* C Quòd atenim de corijs dictum fuit, alias etiam intellige circa merces, & de argento, quando erat in materie, ac opera, iudica poculis, &c.

An verò quo in caſu merces aſſecurantur, pecunia interſit, ſi nimirum arca aureis cruciatis, aut iuſtis noſtræ monetæ plena reperiatur? Et dico, quòd in contractu licet facta expreſſio minimè D ſit, illud occurrit, quod in vocabuli ſignificatione valet includi, quomodocumque de pecunia fuit explicatum ex Bartol. *in l. labeo, de ſup. leg.* Sed quid conuenit dici, ſi nil aliud in naui mercator deferret, præterquam pecunias, quæ ad mercium emptionem habeantur? Quid, ſi ſetuos, annuloſque aduceheret, vel margaritas? Et quidem affirmare aliquis poſſet, quòd mercium E etiam aſſecuratio ad iſta patitur extenſionem, vt eſt ſententia Petri Santernæ *de ſponſion. mercat. 4. parte num. 63.* Talis autem aſſecuratio nullum retineret effectum. *l. ſi ſtipulat. de verbor. obligat.* quo autem in caſu alias adduceret merces, ac pecuniam, vel margaritas, maius occurrit dubium, & affirmandum eſt ex eiuſdem Petri Santernæ ipſomet loco doctrina *num. 64.* quòd tales nominentur, cum ad vendendum fuerint F conſtitutæ: addas, quòd & ſi prædictæ merces minimè ſint, mercium tamen loco interſunt, vt dictum fuit *in l. ſeruos, §. eum, qui de leg. 3.* Iſta etenim quamuis merces ex interpretatione vocentur, largè tamen extant compræhenſa, quoniam ad negotia peragenda interſunt: vt in *l. cum proponas, C. de naut. fæno.* Sed ſi, abſque eoquòd numeri expreſſio efficiatur, atque menſura, indetermina- G ta exiſtat aſſecuratio, dicendũ eſt, quòd nullam contineat vim: *ex l. ita ſtipulat. ff. de verbor. obligat.* Contrahentes namque de certis intelligere volebant, neque certum, de quibus. Vbi verò ex conditione fuerit aſſecuratio facta, & nauigatio eſſet, nullo modo periculi pretium aſſecuratio habebit, vt explicatum è Santerna *parte 5. num. 10.* Quæritur autem, an, vbi facta fuerit aliqua H de naui aſſecuratio, cum quiſque dicat: Aſſecuro merces, quæ tali deuehuntur in naui, de quacumque intelligatur facienda nauigatione, vel de prima, & præcipuè vbi bis in anno ſolita eſſet nauis, certum petere portum? & circa primam intelligi oportet ex Text. in *l. fideicom. miſſa, §. ſi quis ita, de leg. 3.* Demas tamen, ni aliud fuerit expreſſũ, ad quod *l. boues, §. hoc ſermone, de verb. I ſignificat. & in ſimilibus de verbor. obligat.* vnde hoc in caſu decens eſt, pretij qualitatem, quod in aſſecuratione interſit, & perſonæ aſſecurantis, merciumque domini conditionem conſiderare ex Bartol. *in l. cum quidam, ff. de annu. leg.* Vbi verò aſſecuratio in ſubmerſionis, naufragijque caſu fuerit concepta, & cum nauis intrare portum vellet ibi degentes diffugere pyratas quærens, in K altum ſeſe æquor iterum reduxiſſet, ibique perierit, dicendum eſt, quòd ſi appoſita conditio non ſit: *Si nauis acceſſerit ſalua*, damnum, tàm ad aſſecurantem, quàm ad mercium dominum ſpectat: *ex l. maritus, C. locati.* ſed ſi appoſitum, *Donec ſalua ad portum peruenerit*, ſubmerſionis periculum in aſſecurantẽ cadit. *l. opus, quod in aduerſ. ff. loc. in prin.*

Sed

Digitized by Google

A Sed etenim an; ſi nauim aliquis aſſecu-
ratis periculi ſibi aſſumat euentum, cum
adicat: *Aſſecuro tuas merces à caſu tempe-
ſtatis*: obligetur in pyratarum, furtiui-
ue incurſu? & diſtingui oportet; quòd
ſi hoc cui euenit, indica nauis domino,
ex imprudentia contigit; cum fortè id
per mare iter faceret, in quo prædones,
corſarioſque ſciebat reperiri, eo in ca-
ſu nulla obligatur aſſecurator formæ,
B cum non ſit tempeſtatis euentus, ſed ex
negligentia nautarum occurrat: quòd
ſi aduerſum accidat, contrarium infe-
ras; quòd firmatur ex notat. per Bald.
*in l. fin. C. de temp. appell. in 1. & 2. col. &
in conſ. 570. in 5. vol.* Contractus autem
verba magnum duci in pondus debent,
atque diligentèr conſideranda ſunt: vt
explicatur *in l. in conuent. de verb. oblig.*
Ipſius atenim contractus forma huiuſ-
modi eſt. *Si accidat hac in nauigatione res
C tuas, aut merces ob tempeſtatem, latronum,
pyratarumue violentiam deperdi, ego pro-
mitto valorem tuarum mercium, & hoc,
dummodo mihi des octo pro centenario.* Vel
alio quouis modo, vt explanatum è Pe-
tro Santer. *de ſponſ. mercator. 3. part. n. 25.*
Qui ferme, vti quiuis alius poteſt re-
ſciſſionem pati, ſi ex contrahentibus al-
ter læſus ſit, quia etiam in ipſo datur
læſio, atque exceſſus è Scaccia §. 1.
D *quæſt. 1. ſub num. 232.*

Quid autem illo dicendum in caſu
eſt, cum qui merces aſſecurauerit, at-
que ad ipſarum æſtimationem ſit coa-
ctus, eoquòd deperditæ ſint, an poſſit
aſſecuratum cogere, vt res ſibi capiat,
pretijque faciat reſtitutionem, ſi illæ
poſtmodum appareant, & ex *l. incom-
modato, §. fin. ff. commod.* eſt affirmandũ,
quòd ex his venum debet eligere aſſe-
E curatus, vel pretium reddere, vel re-
cuperatas mihi merces præſtare: ad
quod addo, quòd ſi deuaſtatæ merces
ſint, mercator poterit illas aſſecuranti
remittere, ſed ſi incolumes (quòd ra-
rò accidit) valebit pretium illi dare,
pro aſſecuratione ſuſceptũ. Quid enim-
uerò, vbi caſus per culpam aliquod na-
uis periculum incurrat, & hoc ex ter-
tio contingat; an aſſecurator excuſatio- F
ne dignus ſit, & videtur quòd non; tertij
namque factum neutiquam impendit,
obligationem committi. *l. quibus diebus
ff. de condict. & demonſtrat.* actio tamen
tertium aduersùs dicitur conceſſa, illius
reſpectu damni, quod culpa fuerit illa-
tum. *l. inde Neratius §. 1. ff. ad leg. Aquil.*
Et cum periculi damnum ex ipſo per-
petiatur aſſecuratore, ipſi actio compe-
tit *ex l. fin.* eodem de eo, per quem fa- G
ctum erit: vnde cum Tertius ſoluendo
minimè ſit, aſſecurator neutiquam in
obligatione eſt, veluti domini id acci-
dent culpa. *l. planè la ſeconda de legibus
1. & in l. 2. de inſtit. actio.* vbi verò ali-
quid in naui ad mercium detrimentum
accidat, puta ſi ex tinea corrodantur,
vel ex muribus, aſſecurator, qui fortui-
tum ſibi aſſumpſit caſum, de nihil obli-
gationem habet, hoc namque ex aliena H
potius culpa, quàm ex quouis alio de-
ſcendit. *l. item quæritur, §. ſi fullo ff. loc.*
quòd etiã illo accidit in caſu, quo Pyra-
tarum expreſsè periculum poſuiſſet,
caſu euenit, quòd exiſtẽte adhuc in por-
tu naui, graſſatores merces è naui ſurri-
perent; magna enim differẽtia latrones
inter, ac pyratas intercedit. *l. in rebus,
ff. commod.* Nec diſſimili dicendum ra-
tione tunc eſt, cum mercium exonera- I
tio fiat in nauis ſcapha, & merces pe-
reant: de ipſa quoniam nulla eſt in aſ-
ſecurationis contractũ habita mentio.
l. quidquid de verbor. obligat. Cum etiam
nequaquam nauis nomine ſcapha con-
tineri dicatur. *l. fin. ff. de fund. inſtruct.*
Quo autem caſu proprias mille æſti-
maſſet merces aſſecuratus, & in rei ve-
ritate tales non eſſent, diſtingui opor-
tet, quòd nimirum vel dictum fuit in K
contractu. *Si tuæ perierint res, tibi dabo
mille*: vel *ſi tuæ peribunt merces æſtima-
tionem dabo, quæ eſt de mille.* Et primò
dicendum in caſu, aſſecuratorem obli-
gari, cum ita præſtiterit conſenſum ex
regula contractus. *l. contractus, ff. de re-
gulis iuris.* Secundò, quòd, vbi deceptus
reperiatur in valore aſſecurator, huiuſ-
modi reſcindi æſtimationem decet, ne-

A que aliquid ipſi valoris inhæret ex *l.* 2.
C. qua res vend. Sed etenim qua debeat
mercium venire pretium æſtimatione,ſi
deperdantur, optimum eſt videre, an
reſpiciendum infortunij tempus, an
emptionis, vel tempus, quo poterant
vendi, ſi ſaluæ ad portum perueniſſent.
& dico cum Santerna *de ſponſ. mercator.*
*3. parte num.*40. & Amat. *reſol.* 91. pro
huius dubij enodatione, quòd infortu-
B nij reſpiciendum tempus ſit, quoniam
cum contractus iſte conditionalis ha-
beatur, conditionis de periculo conſi-
derari tempus eſt neceſſe; ex *l. quoties,*
de verbor. obligat. Demas tamen,ni cer-
tum vſque ad locum promiſerit aſſecu-
rator mercium incolumitatem, ex eo
quia tunc illius debet loci inſpici æſti-
matio, ad quem illas duci negotium
expoſcebat: vt *l. fin. ff. de titul. condit.*
Amatus *d. reſol.*9 1.*per totam.*

C Vbi verò plures extent aſſecurato-
res, & aliqua ſinguli promittant pro
parte, ac mercium pereat dimidium,
& dicendum eſt, quòd ſi partes fuerint
deſignatæ, illi in obligatione ſunt,quo-
rum partes deperdantur, ſed ſi fuerint
poſitæ in confuſum, omnes in ſolidum
tenentur ex Leſſij doctrina *in dub.*4. *lib.*
2. *cap.*28. *de fideiuſſ. & aſſecur. n.*30.

D

DE
MERCIVM IN MARIS
tempeſtatibus iactura.
Cap. 3.

E OMnibus notum extat ſæpiùs (mi-
rum quòd non vſque) ob effe-
ratas æquoris procellas, vt nimio naues
onere leuentur,merces, in pelagi proij-
ci vndas; qua de cauſa Paulus *in l.* 1. *ff.*
ad legem Rhod. de iact. affirmauit, quòd
Lege Rhodia cauetur, ſi leuanda nauis gra-
tia iactus mercium factus ſit, omnium con-
tributione ſarciatur, quòd pro omnibus fa-
ctum eſt. Propterea quo in caſu nonnul-
li in naui mercatores, ipſorumque ha-
berentur merces, & eorum quiſquam, F
vt nauim onere leuaret, proprias abie-
cerit merces, contributionem reliquis
è mercatoribus, merciumue dominis
fieri opus eſt: vt proijcientis reſarcia-
tur damnum, quemadmodum explica-
uit Viuian. *in dicta l.* 1. Ea de re mer-
cium, quæ in mare proiectæ, dominis,
actio magiſtrum aduersùs datur;iſti ve-
rò cęteros contra non ſolùm actio,mer-
cium verum etiam retentio, vt efficia- G
tur contributio, præbetur, vtriſque
actio ex locato in alium tribuitur. *l.* 2.
& ibi Gloſa *ff. eodem.* Maximè namque
æquitati conſentaneum habetur, com-
muni incommodo percipi ab illis de-
trimentum,qui alienarum propter mer-
cium amiſſionem obtinuere, vt ſuas in-
columes haberent res. *dicta l.* 2. *in fine.*
Sed etenim ſi deteriorem nauis ducta
in ſtatum ſit, iudica ſi plures nauim H
conducant, & aliquis, vt graui nauim
onere leuaret, maioris eoquòd merces
ponderis in naui retineret, ipſas proij-
ciat in fluctus, & aliquem ipſa in locum
fuerit colliſa, nec tamen perijſſet, ne-
quaquam opus eſt,illato pro detrimen-
to fieri contributionem, excipias, niſi
ex mercatorum voluntate, aliove acci-
derit metu. *l.* 2. *§. ſi conſeruatis*; quo vi-
demus in loco rationem, quia nimirum
diſſimilis illorum exiſtit cauſa, quâ na- I
uis ſcimus gratia comparari,& illorum,
pro quibus tributam alicui mercedem
firmum eſt, eoquòd quamuis incudem
faber,malleumue confregit,neutiquam
illi tamen vertitur, qui eius operâ con-
duxit.

Neceſſe etiam eſt, vt omnes ſeſe
inter faciant contributionem, qui,poſt-
quam iactus fuerit confectus, in naui K
remanſere, ad quos iacturam fieri ſpe-
ctauit,ad illorum reſarciendum damnũ,
qui res, cuiuſcumque ponderis, maio-
ris, vel minoris haberent, mercium
pro pretio,etiamſi gemmæ haberentur,
cum liberorum fuerit æſtimatio corpo-
rum excepta; nulla enim extat,vt nauis
etiam dominus, qui illam reſpicit inco-
lumem, nauis pro portione ſit obliga-

A tus. *l. 2. §. cum eadem naue, ff. ad leg. Rhod.*
de iactu. conſtituta pro valore rerum
parte, quæ euaſerint ſaluæ, ac illarum,
quæ abiuerint in iacturam, hoc tamen
obſeruari neceſſe eſt, vt, cum amiſſarũ
fieri debet æſtimatio rerum, damni, non
autem lucri ratio habeatur, vtpotè æſti-
metur, quo emptio facta pretio ſit, non
autem quanti venditio effici potuiſſet;
his verò in rebus, quas impendere ad
B reſarciendam iacturam debemus, decet
æſtimationem eſſe, non quali emptæ
fuerant valore, ſed quo vendi conue-
niebat. *d. l. 2. §. portio.*

Adde quòd non minor facienda æſti-
matio ſeruorum, qui non ſpontè perijſ-
ſe dicantur, quam vbi ægri vitales in
naui reliquerint auras, vel alioqui ſeſe
præcipitarint, aut etiam ſint è Prædo-
nibus rapti. *dicta l. 2. §. ſeruorum*, ibi-
C que Gloſ. *ff. ad leg. Rhod.* Nec aliquo res
modo computantur, quæ, poſtquam
fuerint proiectæ, apparuere: contribu-
tio nãque ex ipſis exoneratur, & quid-
quid illarum fuit nomine exactum re-
peti decet. *d. l. 2. §. ſi res, qui eſt penult. ff.*
eodem. Res verò, quæ in iacturam ab-
iuere domini eſſe in poſſeſſione, haud-
quaquam deſinunt, neque poſſunt pro
derelictis haberi. *d. l. 2. §. fin.*

D Sed etenim, vbi res, quæ reliquæ
ſint, deteriorem ductæ fuerint in ſtatũ,
fieri æſtimationem præſens iuxta pretiũ
opus eſt, ne meliores veniant in æſti-
mationem. *l. nauis 4. §. cum autem, in §.*
fin. ff. eodem. vbi Gloſa *in verbo non au-*
tem; affirmauit, quòd, ſi damnum fuerit
in rebus illatum; quæ in naui remanſe-
re, præſenti opus eſt pro pretio æſtima-
ri: An autem is huiuſmodi conferat
damni ratione? diſtinguere ipſi placet,
E quòd, vel damnum illis datum fuerit in
mercibus, quæ in naui habentur, mali
habito reſpectu loci, vel aſperginis ex
cauſa: & primò quidem euentu nequa-
quam fieri collationem, in poſteriori
agi oportet: affert etiam, quòd ſi quiſ-
quam habeat in merce, & conferre ad-
ſtringatur, an duplici debeat onere
grauari, tàm ſi maius extet damnum,
quàm collatio, negatiuum ad vtrumque F
affert reſponſum, at de ducto conferat
damno.

Non incongruum autem eſt hac Ca-
ſiſtrati afferre verba in parte, vt *in d. l. 4.*
§. ſed ſi nauis; quòd: *Si nauis, quæ in tem-*
peſtate iactu mercium vnius mercatoris le-
uata eſt, in alio loco ſubmerſa eſt, & ali-
quorum mercatorum merces per vrinatores
extracta ſunt data mercede, rationem ha-
bere debere eius, cuius merces in nauigatio- G
ne leuandæ nauis cauſa iacta ſunt ab ijs, qui
poſtea ſuas per vrinatores ſeruauerunt. Sa-
binus æquè reſpondit. Eorum verò, qui ita
ſeruauerunt, inuicem rationem haberi non
deberi ab eo, qui in nauigatione iactum fe-
cit, ſi quadam ex his mercibus per vrina-
tores extracta ſunt; eorum enim merces nõ
poſſunt videri ſeruandæ nauis cauſa iacta
eſſe, quæ perijt.

In ruinam verò datæ nauis damnum H
nullo collationis conſortio debet per
eos reſarciri, qui ſuas liberauerint ex
illa merces. *l. amiſſæ 5. ff. eodem.* Huius
quoniam æquitas collationis eo debet
in caſu admitti, quo iactus remedio,
cæteris communi in diſcrimine, incu-
lumi conſultum fuit naui, vbi autem
ceſa fuerit arbor, vt nauis vna cũ mer-
cibus euadere libera poſſit contribu-
tionis æquitas ſibi vendicat locum, vt I
explicatum ex Hermogeniano *in d. l. 5.*
§. arbore, ff. eodem; & vbi depreſſa, de-
iectaue ſit nauis, quòd quiſquam ex il-
la ſuum ſeruauerit, eodem dicitur mo-
do, atque ex incendio ſeruaſſe: vt patet
ex *l. 7. ff. eodem.* aduertere tamen opor-
tet, quòd vbi naufragium quiſque pa-
tiatur, & res propè littus iactari videan-
tur, illo præſumuntur animo proiectæ,
vt de ipſis recuperatio fiat, quòd ex ad- K
uerſo accidit, ſi procul à terra iactentur,
vt ſcriptum è Menoch. *præſum. 30. lib. 5.*
num. 13.

Enimuerò vbi naufragium, iactumue
quiſque fuerit perpeſſus, & valorem
vnciarum 200. contineat amiſſio, de
hoc informationes in Magiſtrorum Ra-
tionalium, & Conſeruatoris, vel Ma-
giſtri Portulani 200. intra vncias offi-

cio

A cio debent deſumi: ſed ſi locus è Reſidentiæ Curia per milliaria triginta longè ſit: in Vice-Portulani officio, cum Capitanei interuentu, aut Secreti loci, vel Iurati accipiuntur *ex prag.* 1. *fol.* 270. quæ antequam capiantur maritimo, & viciniori in loco ſtatim, ac applicuerit damnum patiens loci qualitatem, temporis, diei, ac nauigij fracturæ, nautarūque circumſtantias coram Secreto, & illius in defectu, in Iuratorum loci aſpe-
B ctu probare compellitur *prag.* 1. *fol.* 271. Teſtes verò, qui de naufragio debent examinari, duo exiſtant de naui, aut tres, qui meliori cognoſcant negotio veritatem, qui cum in defectu ſint, ad alios oportet deuenire, vt ſtatutum habemus *in l. quoties* 3. *C. eodem*, qui ſummaria examinari forma debēt; & ex eo quia illa reperitur in cognitione, permiſſum eſt per inquiſitionem procedi:
C cauſam verò biennij ſpatium infra conuenit terminari, nam alitèr abſolutus nauicularius extat. *l. de ſubmerſis* 5. *C. eod.* Nauicularius etenim, qui naufragium ſe dicit feciſſe, cogitur per teſtes, ſupradictis, coram officialibus id probare. *l. ſi quis nauic.* 2. *C. de naufrag. lib.* 11. Talitèr vt, vbi per anni ſpatium veritas fuerit reuelata, competenti procedatur diſpoſitione; ſed ſi illius, per ne-
D gligentiam, curſum tranſigere permittat, neutiquam placuit Imperatori Valentino, & Valentiniano inanes admitti exclamationes. *d. l.* 2. *C. eodem.*

Municipali verò de iure ex *cap.* 91. F
Regis Ioannis eſt conſtitutum, cætera inter, quæ Regium pertinent ad Admiratum, quòd cuncta, quæ exteris de nauigijs, phaſeliſque in portubus, maritimiſque littoribus naufragium paſſis, occurrunt, elapſo tridui curſu, & dominus non apparet, Admiratus, ipſiuſque Locumtenens ſui in emolumentum habebit: quòd ex contrario dicimus euenire, ſi dominus, vt recuperet iactu- G
ram, interſit; quoniam tunc nullum aliena ius in calamitate fiſcus præbetur, cum de re tàm luctuoſa reliquias inſectari minimè decens ſit, vt habetur ex Conſtant. *diſpoſ.* 8. *in l.* 1. *C. de naufrag. lib.* 11.

Hoc autem in loco non erit incongruum explicare, quòd libri Patroni nauis benè compoſiti, participātem aduerſùs proprium, etiam ad beneficium H
faciunt fidem, vt explicauit Genua *de ſcriptura priuata lib.* 4. *tit. de libro Patroni nauis.* Rota Genuenſ. *deciſ.* 85. *& deciſ.* 170. *num.* 2. Et multò magis ipſum contra probant Genua *loco cit. num.* 4. quo notat in loco, nauium patronos in mari compelli, vt rationem ſingulis participantibus reddant, nec ſeſe valent excuſare illam patronis, qui in terra ſint, reddere. Rota Genuen. *deciſ.* 20. Ad- I
ditque Genua, quòd nauis ſcribæ in illis oportet fidem præſtari, proprium quæ, ad officium ſpectant. Caſtell. *deciſ.* 23. *n.* 4.

E K

DE ASTROLOGIA, ET ASTROLOGORVM STATV.

NVllo enimuerò eo quòd incognitum illis modo haberetur, qui per æquoreas iter faciāt procellas, nec mortuorum in numero, viuorumue recenſeri, quoniam & adhuc, licèt vſque mortis periculo, ſpirant, & digito ex aqua, in qua lethum reperitur, diſtant. Hac de cauſa enixis adhibuere ſtudium viribus, vt, quoad ingenij tolerâret ſolertia, marina euitarent diſcrimina, & cum hoc per Aſtrologiæ, Metheorologiæque ope obtineri poſſe perciperent, huiuſmodi ſectari diſciplinas non deſtiterunt; harum etenim auxilio perinduſtriè cognoſcitur, quo dirigi nauigationem oporteat, &, an ipſā inſtitui conducat? Quiſnam abneget, primæ auxilio ſtellarum influxus, ſupernorumque effectus corporum perſcrutari? Et poſteriori naturæ motus præuideri? Propterea cum de Nautis, verba, & nauigatione fecerim, de his ſermonem inijcere, tamquam eius adminiſtris, haudequidem dubitaui.

Aſtrologiam ergo, proprium vt demonſtrat Ethymon, de Aſtris ſcientiam nominamus, ac dicta fuit ex ἄστρον, nēpè ſidere, & λόγος, hoc eſt ſermone, eadem Aſtronomia à νόμος, quaſi lex, & de Aſtrorum cognitione norma nuncupatur: Priſcis autem temporibus Aſtronomiam nonnulli vocabant Aſtrologiā, poſterior atenim ætas ſcientiarum cognoſcens diuerſitatem, varia quoque nomina impertiuit: propria quoniam ratione illi Aſtronomi habentur, qui ſiderum obſeruant motus, Aſtrologi verò, qui iudicium indè ducunt.

Aſtrologiæ verò diuiſionē videmus, quòd alia nimirum naturalis, iudiciaria altera exiſtat; prior illa dicitur, quæ Aſtrorum, & Planetarum præcipuè ex ortu, occaſu, coniunctione, varioque aſpectu, & colore, de futuris elementorum effectibus coniectat; poſterior, quæ, cum ſiderum obſeruet aſpectum,

de

A de futuris iudicium affert, quæ libero
aliqua forma ex arbitrio dependent,
alijſque humanis caſibus, præteritis
adde quòd, & de rebus diſcurrit. Na-
turalis enimuerò Aſtrologiæ auxilio,
ſtellarum naturam, cognoſcimus, ac
proprietates, effectuſque & tali ex cau-
ſa ipſarum ex qualitatibus, motibuſque
in ipſis venturi Cælis inueſtigantur
euentus, ac talium fermè prædictio na-
B turalium effectuum ex aſtris deducta,
minimè improba ex ſe habetur, aut in-
terdicta, vt probatur ex Bulla Sixti V.
quo excipiuntur in loco, futuri qui ſint
caſus neceſſariò naturalibus ex cauſis
prouenientes, & inferiùs Agriculturam
circa, nauigationem, & medicam ar-
tem prædictiones affert, huiuſmodi
quoniam effectus haudquaquam ha-
bentur occulti, ſed proprias cognoſci
C per cauſas poſſunt, vt explicatum fuit
è Suarez *lib. 2. de ſuperſtit. cap. 11. num. 5.*
qui huiuſmodi affirmat, effectus ad mo-
dum incertos haberi, certa quoniam
cognitio, cunctarum ſimul aſtrorum ex
concurſu pendet, atque aſpectu, hic
autem, cum quolibet varias reddatur
momento, maximam incertitudinem
includit; adde quòd huiuſmodi non
ſolùm effectus cœleſtibus dependent
D ex cauſis, ab inferioribus verum etiam,
nec ſolùm ab efficientibus, ex materia-
libus, at etiam dilabuntur, vt affirmat
Suarez *loco cit. num.* 11. & Filiuc. *trac.* 24.
cap. 4. n. 79.

Iudiciaria enimuerò libera contin-
gentia futura, quæ libero dependentiã
habent ex arbitrio prædicentem dici-
mus Aſtrologiam ſuperſtitioſam eſſe,
quòd minimè denegamus, futurorum
E quoniam contingentium liberorum
prædictio, vel fundatur in aſtris, velut
in cauſis, quod hæreticum exiſtit, vel
puris tamquam in ſignis, ac ſuperſtitio-
nem præſefert, cæteræ, quemadmodũ
diuinationes, habentur; in altero autẽ
cogitur ſibi conſtituere fundamentum,
certa vbi prædictio decernatur, ac tali
reputabant Ethnici ratione fato cuncta
duci, ac ineluctabili quadam neceſſita-
te; hac de cauſa cum iſtam adhibeant F
artem, humanam alligant libertatem,
quòd fermè hæreticum eſt, vnde iudi-
ciaria vti, quæ eſt ſuperſtitione plena,
damnanda eſt Aſtrologia, & qui eius
exercitio incumbunt, debent ex Repu-
blica depelli, quemadmodum legimus
Romæ in obſeruatione fuiſſe penès Ta-
citum *lib.* 17. Hominum tanqnam ge-
nus, quòd cunctis infidum, ac potenti-
bus fallax exiſtat, & Dei quoniam in G
Eccleſia nonnullius perniciem momen-
ti vehit, ea de re ipſam præter, in Na-
uigatione, Medica arte, atque Agri-
cultura profitentes ab Inquiſitoribus
hæreticam aduersùs prauitatem conſti-
tutis ſubire punitionem compelluntur:
vt ex dicta Sixti V. Bulla diſpoſitum.
Quòd ſi fortè de Reipublicæ Chriſtia-
næ, aut Sedis Apoſtolicæ ſtatu, vel Ro-
mani Pontificis, ipſiuſque conſangui- H
neorum vita facere iudicia præſumant,
vel facta ſe apud, in poſterum retinere,
aut alicui demonſtrare, & verbis expli-
care, excommunicationis non ſolùm
maioris latæ ſententiæ pœnam, læſæ
verùm etiam, vt rei Maieſtatis vltimi
punitionem ſupplicij incurrunt, & om-
nibus confiſcationem perpetientur de
bonis, quòd ſi Clerici extant, benefi-
ciorum, officiorumue facient iacturam, I
ex Vrbani VIII. *conſtit.* 4. aliàs 113. cũ
incipiat: *Inſcrutabilis edita Kal. Aprilis*
1631.

Iure igitur optimo *in l. 3. C. de maleſic.*
& mathematic. combuſtionis huiuſmodi
homines ad pœnam impelluntur, qui
autem illorum ſibi operas ſeruire, vel
ſuaſionibus audent, vel præmijs in In-
ſulam, poſtquam facta bonorum adẽp-
tio deportatur, futurorum quoniam
præſcientia ſolius Dei, ad ſapientiam K
ſpectat, vt *Iſaiæ* 41. *verſic.* 23. Quam
prorsùs homini aufert, vt in Eccleſ. 8.
verſic. 7. & cap. 20. *verſ.* 14. Et vnum-
quemque admonet, ne Aſtrologiæ in-
ſiſtat, vel ſibi quidquam ex aſtris diſcat,
cum vana infidelium lex habeatur, vt
per Ierem. conſtat *cap.* 20. *verſ.* 2. *Ipſe*
enim eſt Deus irrita faciens ſigna diuino-
rum,

A *rum, & ariolos in furorem vertens, conuertens ſapientes retrorſum, & ſcientiam eorum ſtultas faciens*, vt dicit Eſa. *cap.* 44. *num.* 25. Optimè igitur è Concilijs non ſolùm, Pontificijs conſtitutionibus, canonibus, legibuſque ciuilibus, ex Philoſophis verum etiam, Medicis, & Iuriſconſultis improba iudiciaria reputatur Aſtrologia, vt conſtat apud Martinum Del-Rio *diſquiſit. magic. lib.* 4. *cap.* 3.
B *par.* 1.

Et licèt, quemadmodum eruditè Suarez, & poſt ipſum nonnulli ex Ioāne Maldero citati *in tract.* 10. *cap.* 7. *dub.* 6. *de Iuſtitia, & Religione*. nequaquam omni dicitur ex parte illicitum rei naturà, vt è ſiderum influxu, ac obſeruato nati ortu, ipſius coniecturam de temperamento ſumamus, & aliquas indè naturales inclinationes, propenſioneſ-
C que indicemus, cum ad has, illaſue poſſit paſſiones, iſthæc ad vitia, virtutumque ad captum præceps ire, iudica quòd ad libidinem, caſtitatem, iram, manſuetudinem, propendeat; cœleſtes quoniam conſtellationes magnam præbent hominum temperamentis efficaciam: vanum tamen opus huiuſmodi reputauit coniecturas, quæ fortunas circa, moreſque, nec non complexionem,
D efficiuntur ex horoſcopo, & cum obſeruentur influxus, qui natiuitatis ex ortu, fuerint, aut ſunt venturi, dum ipſius perduret adhuc vitæ curſus; quod è ſacris colligitur monumentis, vt ſuperiùs explicatum, quibus monemur ne Cœli timeamus è ſignis quidquam, quæ gentes formidant, quia Sapiens dominabitur aſtris: iure igitur optimo tali ſeſe inuehit carmine Maiolus Aſtrologum aduersùs, cùm maximas ipſi dignitates
E ſponderet.

Quid tellure iacens ſcrutaris ſidera Olympi,
Cum ſociam nequeas cernere pauperiem?
Quid mihi purpureas promittis ab ethere mitras,
Cum tibi dent humilem ſidera pauperiem?

DE SENTENTIIS ASTROLOGORVM, operationibuſque. F

Cap. 1.

AFfirmant verò ad conciliandam hominum fidem, atque enixis ex- G
plicant viribus, omnium in confeſſo haberi, quòd ſidera mera neutiquam ſigna, ſed phyſicæ quoque cauſæ exiſtāt, plurimi vnde prolabuntur effectus, quaſi nimirùm, quod ex ipſis vanè iactatur, cæteros debeat quoad effectus concedi: clarum namque dicunt eſſe, inferiores non abſque ratione res cæleſtibus eſſe ſubiectas, cum tam aperto ab ipſis modo, vim, motum, regimen ſortiantur; H
quis etenim abneget, Solem, & lucis cauſam, dici, & caloris, cuius ortu, & occaſu ſeries, atque annualium viciſſitudo tempeſtatum inducatur, plantæ procreantur, & animalia, & ſpecialī homo cum homine ratione gignatur, fumi ex terra ſubleuentur, qui ſeſe in aquam conuertant, in ventum abeant, ſimiliaque conficiant? Quis ibit inficias è Luna, & plena reddi, & vacua con- I
chylia, & animalium oſſa; plurimumque humanas circa res impendi, & præcipuè quoad mare, cuius fermè acceſſus, receſſuſque ipſius temperatur ad motum? & tandem quis non concedet, influentias dari, quibus, & duo hæc, nō minùs, quàm reliqua ſidera, ſuam exercerent quoad inferiora potētiam? Quoniam non otioſa debent aſtra ſe habere, ac exiſtere effectus, qui alias reuocari k
ad cauſas, præterquam ad ſidera minimè valent; quemadmodum & morborum chriſes, ac tempeſtatum æqualitates extant; quæ, cum alia Sol vniformi ratione motum faciat loco, ipſæmet quotannis reditum haud faciunt; ſed nunc humidiores, nunc maiori prædita calore occurrunt.

Probationum hæc ſumma adeſt, quā in-

A increduli homines animi pręmittunt,&
quidem quæ Solem circa, nec non Lu-
nam exponunt , eiuſmodi ſunt,vt faci-
li cuiuſque aures alliciant forma,& ſibi
excipiant attentionem : videre autem
oportet,parem ne cętera includant eui-
dentiam oſtenta , nec aliquis iudicet,
eos poſſe ſtatim adeò exordiri, vt nil
aliud , quàm fabulas apponant. Enim-
uerò maximè longinquum habetur , vt
B tàm humano capiti,formoſoque vultui
conſentanea præbeant membra, diſpo-
ſitos adnectant artus : Illa ſubitò alle-
gant , cuius in probationem nulla nec
experientia venire, nec ratio poteſt;An
ſileant ? mirum;Ptolemæum vides, Fir-
micum, Manilium , pleroſque non in-
fimæ notæ authores , ſeriò initiari pro-
ſcenio, ac eo, quòd magno dignos ho-
nore viros , philoſophiæ amatores , ſe-
C ctatoreſque ſcientiarum decet , in pue-
riles è momento nugas irruere , atque
animalium abire in deliramenta . De-
forme quidem opus , illorum ſub colo-
re , quæ in confeſſo cunctis ſunt , tali-
tèr ingenijs illudere , vt quæ poſtmodũ
adducunt, æqualis extent euidentiæ,at-
que certitudinis præſeferant conditio-
nem . Improbum quidem , ſpecioſo ex
antecedente conſequens, vlla abſque
D conſequutionis ſpe depromere : expe-
rientia namque docemur varias è Sole
tempeſtates reddi , conchylia ex Luna
impleri , aliaque ſimilia prolabi : ſed
etenim poterunt-ne illi eiuſdem auxi-
lium experientiæ, circa Zodiaci ſigna,
graduſque de Saturni , Mercurij, cæte-
rorumque ſiderum influxu afferre?Quis
dicet? nequaquam ipſi aliqua oſtendent
obſeruatione per exiguum effectum ,
vnum quem ad ſignum potiùs , ſiduſue,
E quàm ad aliud , aliamue cauſam refer-
re ſit neceſſe, quemadmodum,& paſſim
attingam . Aliquam aduehunt hoc ad
opus rationem ? Cui innoteſcit ? omnis
quoniam ratio experientię fundamento
firmatur , hic verò nullam video,vt de-
duci ad ſummũ poſſit , quodlibet quod
ſidus , cum lucidum habeatur , ſuæ pro
lucis modulo ſplendorem emittat , ca-
loremque & ſi quid aliud huiuſmodi F
poſſit è luce,caloreque promanare.

Nec prætereas , quòd , cum ſidera
generales tantùm habeantur cauſæ ho-
rum reſpectu inferiorum,poſcunt ratio-
nem, vt præcipua effectus cuiuſque de-
terminatio ad ſingularem aliquam cau-
ſam , in his , quæ inferioribus exiſtit,
ipſa non autem ad ſidera ducatur:quip-
pè dum Agricola campos ſtercore fæ-
cundans lætiores excipit ſegetes , & in- G
cendiariam admouẽtes facem vndique
excurrunt , quòd haudequidem ad ſi-
dera ſed alias referri ad cauſas debet,
vt etiam frugum de abundantia , & ca-
ritate dicendum.

Fixas enimuerò quoad ſtellas nihil
ipſi tribuunt vigoris , niſi & Zodiaco
ſint compræhenſæ , aliquando namque
de Meduſæ capite Canis , Arcturi , &
paucarum ſolẽt meminiſſe: Adde quòd H
nec valdè inſigni efficacia Zodiaci pro-
ponunt ſtellas , Tauri quemadmodum
oculum , Leonis cor , Virginis ariſtam,
Scorpijque cor , certos niſi quod ad ſi-
gnorum gradus referuntur. Inde pecu-
liaris illorum cura ſignorum circa gra-
duumque diſtributionem habetur præ-
cipuum , velut artis fundamentum : vt
illa deindè,quæ de Planetis proponunt,
domibuſque miro ſuperinducantur ar- I
tificio, & vt nonnulla ſingulis afferamus
è capitibus , duodecim fermè in partes
Zodiacum ſunt partiti , quòd dicitur
Græcè Δωδεκατημορια, quæ nominarunt
ſigna , illas propter conſtellationes,quæ
in Zodiaco ex his occurrunt , quæ Pa-
ſtores , Agricolæ , Nautæ Cælo dicun-
tur affinxiſſe, ac proprio nomine vocaſ-
ſe , qui non modò quodlibet triginta in
gradus ſignum , quemlibet at gradum K
ſua diſtinxerunt in minuta : ipſa etiam
duodecim ſigna vario inueſtigarunt ti-
tulo , ex nomine appoſuerunt , atque
compararunt : & quidem non ſatis ſibi
eſſe iudicantes , vt illa in Verna diſtin-
guerent,Aeſtiua , Hyemalia,& Autum-
nalia , in Borealia etiam,atque imperã-
tia,Auſtralia , atque obedientia rursùs
in aſcendentia, vel recta, & deſcenden-
tia,

Digitized by Google

A tia, aut tortuoſa, in cardinalia etiam, media, ſeu fixa, & communia inconiuncta, vel quæ aliquo trino aſpectu, quadrato, alioue ſeſe intuentur, disiuncta quæ nullo, Antiſcia, quæ æquis à cardine punctis diſtant. Alia verum etiam voluerunt ignea eſſe, quemadmodum extat ♈ ♌ ♐ nonnulla terrea, iudica ♉ ♍ ♑ quædam aerea, dic ♊ ♎ ♒ aliqua aquea, puta ♋
B ♏ ♓. Hinc etiam ſunt ſignorum quatuor decantatiſſimi trigoni. Alia etiam ſunt ex ipſis conſtituta, humana vt ♊ ♍, nonnulla ferina, vt ♈ ♉, quædam reptilia, vt ♋ ♏. Etiam alia pulchra retinentia vocem, vt ♊ ♍, quædam media, vt ♌. alia nullam, vt ♓. Adde nonnulla maſculina, nec non diurna, quædam ferina, & nocturna; maſculinum fermè, ac maſculinum præfigunt;
C ♈ fœmineum, atque nocturnum ♉. ac tali modo alternè procedendo.

Ponunt etiam nonnulla exiſtere fœcunda, vt ♓, quædam ſterilia, vt ♍, alia mediocria, vt ♑. Aliqua adde felicium ingeniorum, vt ♊. quædam ſtupidorum, vt ♉. Cum alia etiam in audientia diſtinguant, atque videntia, in formoſa nonnulla, & deformia, in obeſa etiam, & macilenta, in ruminantia, atque non ruminantia, in iracunda
D etiam, & ſalacia, &c. Quòd ſi ſigna cum Planetis æquiparantur, alia aliorũ domicilia præfiguntur ♋ etenim ☽ domus efficitur ♌ ☉: bina ordine venit circumſtantia, cæterorum ex ordine ♊, & ♍ ☿ ♉, & ♎ ♀ ♈, & ♏ ♂. ♓ & ♐ ♃ ♒, & ♑ ♄, cum & altera vſque diurna, altera extent nocturna.

E Notatu etiam dignum eſt, quòd exilia planetis quibuslibet, domibuſque habentur ſigna conſtituta, vt ♑ ☽. ♒ ☉. ♈, & ♏ ♀, & ſic de reliquis.

Alia deinde reliquorum exaltationes Planetarum extant ☉ namque in ♈ exaltatur ☽ in ♉. ♄ in ♎ ♃ in ♋ ♂ in ♑ ♀ in ♓ ☿ in ♍. Nota etiam & deiectiones, & caſus vnicuique oppoſitum vocari ſignum, ☉ ♎ ☽ ♏, &c. Neque negligi aliquo decet modo ex ♌ atque ♒ vllis exaltationē Planetæ, deiectionemue præberi. ♊ verò, ♐ tribui ☋ & ☊.

F Nonnulli tertiò cuiuſque ſigni decani, ſeu aliorum facies Planetarum ſunt, primi namque decem ♈ gradus ♂ poſteriores decem ☉ poſtremi ♀ dantur. Decem primi ♉ ☿, & ſic ſequendo.

G Quinque etiam quartò ☉ præter, ac ☽ conſtituuntur Planetæ, ita quinque cuiuslibet ſigni fines habentur, ex ♈ namque ſex primi gradus ♃ tribuũtur, ſequentes octo, vel ſex ♀ alij ſeptem, vel octo ☿, & ſic de cæteris.

Ex quatuor etiam ductis Trigonis proprius ☉, & ♃ dicitur igneus eſſe; terreus ♀, & ☽ aereus ♄, & ☿ aqueus verò ♂ ſolus. Vnde habemus quinam, quorũ reſpectu Trigono-cratores Pla-
H netæ dicantur, vnus nimirum interdiù, alius autem noctu, vbi ſcilicèt duo habentur, ambo debent comparationes ſub ſilentio præteriri, ſubiectarum quoniam ſignis obiecto rerum ita partiũtur Prouincias, putà ♈ Galliam, ſubijciant, ♌ Italiam, ♋ Nouergiam, ac ſingulas etiam Ciuitates, adde quòd & quaſcumque humani corporis partes, ♈ ni-
I mium caput, ♉ collum, &c. ſingulos etiam vitæ cuiuslibet annos, vt primũ ſcilicet ſigno, in quo ☉ natiuitatis tēpore permanebunt, ſecundum ſequenti, & ita deinceps ad decimum vſque annum præbeatur, quòd cum abſolutũ iam ſpatium fuerit, ſeries iterum inſtauratur, vnde & duo dodecaeterides nominatæ. Nec prætercam quòd, iſta primum excogitarint antiquiores, vt
K occaſionem præbuerint Aſteriſmi, quos firmamento, vel octauo inhæreſſe Cœlo ipſorum in ſententia habebatur, quòd & in primum ſumebant mobile, quodque iudicabant diurno ſolummodò occaſum verſus progredi motu; poſteriores quoniam Aſteriſmi ortum verſus motum facere, atque priſcis exire compræhenduntur è ſedibus, taliter, vt ♈ ſtellæ Verno haudquaquam ampliùs in

A æquinoctio reperirentur, nec priſtinis
cæteras in locis videres, vt ſuperiùs
fuit declaratum: hac de cauſa cum ſu-
periùs excogitauerint Cælum, quod in
occaſum tantùm motum facit, nudum
affinxere ipſi Zodiacum, abſque eoquòd
ſtellæ interſint, atque intellexere, vt il-
le in duodecim pateretur diuiſionem
partes, quas quidem non Aſteriſmos,
at ſigna ♈. ♉. &c. dixerunt, cum ex
verno inciperent æquinoctio, atque
B omnia ipſis, quæ iam numerata tribue-
rent aſteriſmis loca, ſubindè commu-
tantibus, deinceps neglectis. Signa
verò ſunt ita accepta, nimirùm inuaria-
ta, primoque in mobili, quæ quidem,
& dodecatemoria nūcupare ſoliti ſunt:
Licèt velint, quòd adnotandum dode-
catemorion Zodiaci etiam pars nuncu-
petur, in quam numerus ex gradu duo-
decies Multiplicato confectus finitur,
C quamque ex Planeta dicimus occupa-
ri, atque ſigni ex principio, in quo mo-
ram Planeta facit numerati: quemad-
modum ſi hìc in quinto reperiatur gra-
du, cum quinque Arietis minutis, vti
exemplum Firmicus adducit, & cum
numerus hic duodecim multiplicatus
per vices vnum præbeat vlitra ſexagin-
ta, qui ab Arietis ſupputati principio
in primum Geminorum definunt gra-
D dum, Planetarum hac de cauſa dode-
catemorion Geminorum dicetur, in
gradu permanente.

Affirmant etiam Planetas circa, quòd,
vbi ſecundum ſe conſiderentur, vide-
bimus ☉ validum emittere calorem, &
perexiguè exiccare, ♂ ſiccando vrere,
♄ valdè frigidum quidquam reddere,
♃ ♀, ac ☽ nonnihil calefacientes, etiā
humectare, ♃ autem parum id agit, ♀
E valdè, ☽ plurimum, ☿ verò indifferenti
ſole habet modo. Addunt etiam quòd
♃, & ♀ benefici exiſtunt Planetæ; ille
maior, hæc minor Fortuna nuncupe-
tur, ☽ enimuerò potiùs benefica extat,
quàm malefica, ♄ & ☿ nunc bonos ſe-
ſe oſtendunt, nunc malos.

Nec ſilentio committitur, quòd ♄,
♃, & ♂ maſculei dicantur, ☽ verò
ac ♀ fæminei, ☿ ἀνδρόγυνος cum & dican- F
tur eo maſculeſcere in caſu Planetæ, vbi
lumine aucti habentur, Orientales, ac
directi, effæminari qui luce diminuti,
occidentales, atque retrogradi exiſtāt;
item ☉, ♄, ♃, diurnos nuncuparunt;
☽ verò ♂, & ♀ nocturnos, ☿ autem
promiſcuum.

Sed etenim ſecundò, ſi illos ad Zo-
diacum referamus, eo quidem in caſu
dignitates obtinentur, quas eſſentiales, G
dices, & varia, ex quibus fortitudinis
teſtimonia deſumuntur; ex domo qui-
dem quinque, ex exaltatione quatuor,
ex triplicitate tries, ex fine duæ, ex de-
cano vnum. Ad quòd etiam notari de-
cet, quòd nulla vbi harum dignitas in-
ſit, Planetæ feralis excipiunt nomen, ac
peregrini, & quinque debilitatis teſti-
monia præſefert; qui autem in exilio
eſt quinque ſimili retinet modo, qua- H
tuor qui in deiectione. Nec aliquem
lateat, quòd plurium aggeries, om-
niumque harum dignitatum vulgò ap-
pellatur Carpentum, Thronum, Re-
gnum, ſoliumque. Notatu etiam di-
gnum eſt, iſtas præter aliam, dari, quæ
gaudium nuncupantur, cum Planeta ni-
mirum in diurno habetur ſigno, quem-
admodum, & aliam, quæ perſona, ſiue
Amulgea nuncupetur, cum Planeta I
eiuſmodi è ☉, atque ☽ demonſtret di-
ſtantiam, qualem ipſius domus ab al-
tetutrius oſtendit domo: vtraque au-
tem dignitas vnum fortitudinis teſti-
monium præſefert. Neque hanc præ-
tereunt ad materiam, quod è ♄ in ♈
varia portenduntur mala; paternas ex-
plicat in ♉ è quonquam diſſipari ſub-
ſtantias, & vltimò tandem conſideratur
loco, quemadmodum directi extant, K
retrogradi, ſtationarij (primò quoniā
in caſu illum, quem pollicentur effe-
ctum elargiri non prætermittunt, po-
ſteriori dicuntur reuocare, in tertio au-
tem retardare) atque alia id generis
nonnulla.

Tertiò habetur, quòd vbi ſeſe inter
Planetæ comparantur, multiplex aſpe-
ctum genus ortum habet ✶ nimirum
vbi

A vbi vnum inter, aliudque duo conſtituuntur ſigna, ſeu ſexta Zodiaci pars apponatur □ cum etiam tres, vel etiam quadrans intercedat △, quando quatuor interſint, vel triens ☍, cum ſex interueniunt, ſiue diameter tota, ☌ nullo vbi, vel eodem habentur in ſigno: ⚹ atque △ benefica exiſtunt, □, & ☍ malefica adſunt ☌ medio interſit modo; ex ipſis propterea dignitates petuntur accidentales, quas infirmitates B nuncupamus, cum diuerſa etiam occurrere fortitudinis teſtimonia debilitatiſque certum ſit, △ namque aſpectus, qui beneficas inter occurrit fortitudines, quatuor includit, & illorum alterutrius cum ☉, aut ☿ tres, adſtrictus ☽ duas, cum ♂, aut ♄ vnam, ⚹ atenim vnam ſemper minùs compræhendit □ maleficorum ſeſe inter, quatuor C in ſe debilitates demonſtrat, cum ☉ tres, & ſic de cæteris, vt æquali oppoſitio extat modo: beneficorum autem ☌ quinque præſefert fortitudines, maleficorum quinque exponit debilitates; beneficorum vnà cum maleficis quatuor retinet fortitudines, cum indifferentibus atenim tres: neque negligas, quòd, benefici vbi ex maleficis, prouenuint Planetis aſpectus, aut è beneficis D malefici oriuntur, nullam, vel fortitudinem habent, vel debilitatem, nec non addas, quòd non vſque præciſi interueniunt aſpectus, aut, vti affirmant, partiales, ſed lata ſumuntur ratione, placitique habentur, taliter vt ſpatium non nihil verum, præciſumue, præcedens, aſpectum applicatio nominetur, conſequens defluxus dicatur, aut ſeparatio velociore ſcilicet in Planeta facta: Huc E etiam varia fortitudinis, debilitatiſque teſtimonia, quæ cæteris tribuuntur Planetis ſpectant, quemadmodum, extant in ☉ corde, corporaliter nimirum cum ☉ coniuncti, combuſtiuè, ☉ nempè inter marginem, ſextumque ab ipſo circitèr gradum, aut Hypaugi, ſextum ſcilicet, ac decimumquintum circitèr gradum extent, puta vbi adhuc ſub radijs latent, aut liberi à combuſtione, ac radijs habentur, vel orientales adſunt, F ſiue dextri, aut occidentales, ſiue ſiniſtri, directi, retrogradi, veloces, aut etiã tardi, &c. Magnas atenim coniunctiones circa admirabiliſſima proponunt euenire, cum ♄ nimirum, ac ♃ ſeſe inter coniunguntur, quòd quidem vigeſimo quoque accidit anno, vel ſi hoc in ♄, ♃, atque ♂ accidat, quòd octingenteſimi vbi anni terminari curſus cõtingit, vt etiam illis dicitur de coniun- G ctionibus, quæ ex tribus, quatuorue inferioribus deſcendunt, cum ſignorum præcipuè triplicitates inſpiciãtur, ignea in quibus, aqueaue exiſtant, terrea, vel aerea, &c.

Duodecimas vbi quartò referantur ad domos, quæ inthemate, figuraue, natalitia nuncupata, reperiantur diſtinctæ (Planetarum nempè domos vltra, quæque fixæ habeantur, alias vti vagas H conſtituunt domos, varioque ſitu, diurnoque motu ſupra, & Horizontem infra) varia interſunt, quæ Planetis tribuuntur, ante cætera namque affirmant, quòd ſpeciali quiſque domo gaudet, præcipuus in qua ſignificator exiſtat, vt ♄ duodecima, ♃ vndecima, ♂ decima, ☉ nona, ☿ quinta, ♀ prima, ☽ tertia, in reliquis verò nullus gaudium habet Planeta, & ſi tàm in illis, quàm I in cæteris conſignificator extet, quemadmodum ♄ in prima, ♃ in ſecunda, ♂ in tertia, & ita de reliquis; varia etiam diuerſis decernuntur in domibus, ſignificanturque & hoc hominum reſpectu; in prima quoniam ♄, & ♂ vitam denotant breuem, ♃, ac ♀ longam ſignificat, ☉ dominium portendit, ☿ ſcientiam, ☽ peregrinationes, in ſecunda verò ♄, ac ♂ inopiam, ♃, ac ♀ K abundantiam ☽ pulchritudinem, ☿ fauorem, crebras ſtatus mutationes, & nonnulla quaſi infinita; nec prætereas quòd etiam ſunt & Planetis adnexa ☊, & ☋, tum etiam fortunæ partem, quæ eſt is Zodiaci locus, in quem cum ex ♈ numeretur, conflatus cadit numerus, ex orientis, ſeu horoſcopi gradu, & ☽ diſtantia, è ☉, prima nimirum in domo


A mo ♌ honores è magnis afferendos
viris demonſtrat, ☊ verò alterius ocu-
li ſignificat læſionem, fortunæ pars in
ludis, contractibuſque, ac reliquis de-
notat proſperitatem: ad hæc, Planeta,
quicumque plura fortitudinis teſtimo-
nia oſtendit, thematis quibus dominus,
ſiue gubernator valeat iudicari: anni-
que tali forma dominus appellatur, qui
erecta ex initio veris in figura fortiſſi-
B mus habetur: Demas tamen, ſi factis ad
initia ſingularum tempeſtatum, non-
nulli ex figuris fortitudines colligant,
itemque ad nouilunia, nec non pleni-
lunia ipſi proxima confectis; ea forma
dominus genituræ vocatur, qui ſimili-
tèr fortiſſimus natalitio in themate oc-
currit, alijs quamquam aliundè deſu-
mant; ſed etenim vbi plura Planetæ in
ſigno vnamquamque inchoãte domum
C tribuantur, dominus nuncupatur do-
mus, incipiente qui in gradu, domus
diſpoſitor habetur, & Arabicè Amul-
tan appellatur, ſic etiam ſpeciali ratio-
ne dominus auditur aſcendentis, aut
horoſcopi, qui, vei diuerſis reperitur in
domicilijs, varia etiam dicitur perpa-
trare: Præfigitur etiam ex ipſis ♄ agri-
culturæ, ♃ politiæ, ♂ militiæ, ☉ ho-
noribus, ♀ amoribus, ☿ mercaturæ,
☽ peregrinationis, &c.
D Quidquid verò domibus conueniens
eſt, cœleſti diſtinctionem facimus in
figura, natalitioue, themate, ac toto di-
uiſionem proponimus de cœlo, qua-
cumque circa terras patet, duodecim
in partes, regioneſue, quæ domi nun-
cupantur, & hoc ſex circulorum bene-
ficio, qui mutuò ſeſe in duobus punctis
oppoſitis interſecent, ac Zodiaci ſpe-
E ciali ratione intercipiant partes. Vigi-
lantèr etiam authores incumbunt, vt ea
Zodiaci pars, ac exindè domus, prima
nuncupatur, quæ adhuc tota perma-
neat ſub Orizonte; atque incipiat exo-
riri, ſecunda, quæ ſub terra conſequa-
tur, & deinceps, vt explicabo. Enim-
verò haudquaquam de illis interſectio-
num punctis, Zodiacique portionibus
ſeſe inter videntur Aſtrologi conſenti-
re: alij namque circulos in Zodiaci po- F
lis aſſerunt interſecari, alij in æquato-
ris, vel mundi polis partiri, in mutuis
alij horizontis ſectionibus, vel meridia-
ni. Qui at enim Zodiaci deligunt polos,
vel illius diuiſionem faciunt, duodecim
in partes omninò æquales, vel oppoſi-
tos tantùm ſemidiurnos, ſeminoctur-
noſque arcus, ternas diſtribuunt pates
in partes. Maximam prior modus præ-
ſefert antiquitatem, & ex Empyrico G
nõ vulgaritèr probatur, dicitur è Chal-
dæis fuiſſe: Illum Ptolemæus continuat,
cum de Apheris pertractat, eumdem
Iulius Firmicus ſectatur, Arabes ex ipſo
neutiquam diſcedunt, & ex recentiori-
bus præcipui habentur Schonerus, at-
que Cardanus, qui eum tuentur, æqua-
liſque nuncupatur modus: Poſterior
Porphyrio attribuitur, ipſumque ſequi-
tur Gauricus, atque Scaliger, Indos af- H
firmat, ipſum ſolitos adhibere; vt etiã
de minutis octo gradibus, tàm in do-
morum initijs, quàm etiam in Planeta-
rum locis. Qui mundi verò polos, æqua-
toriſue conſtituunt, ſemidiurnos, ſemi-
nocturnoſque Zodiaci arcus referri ad
æquatorem volunt, quem æquales duo-
decim diuidunt in partes; cum ſingulos
illius quadrantes, qui meredianum in-
ter, atque orizontem intercipiuntur, in I
ternas ſegregant æquales partes: hanc
ſequutus fuit normam Alcabitzij au-
thor, & qui in eum commentaria de-
prompſit, Ioannes à Saxonia. Qui tan-
dem mutuas Horizontis faciunt, & me-
ridiani, vel in duodecim æquales par-
tes partiuntur æquatorem, ac tali Zo-
diacum interceptum forma inæqualitèr
dirimunt (ſolæ namque diurnæ ſeſe in-
ter, nocturnæque partes oppoſitæ ha- K
bentur) vel primariam verticalem pro
æquatore, ex quo etiam pari Zodiacus
inæqualitatis genere diſpertitur, & po-
ſteriorem fermè huius ſpeciei modum,
vel peruerticalem Campanus, & Ga-
zulus probant, vt priorem illum, ſiue
per æquatorem Ptolemæo ſcimus pla-
cuiſſe, ex tertio eius libro, ac ex Pro-
cli Paraphraſi in librum quartum: Me-
mo-


Digitized by Google

A moratus à Saxonia illum Abrahamo Aben-ezre dat, & Regio-montanus ipſum amplexus, rationalemque vocans, magis quàm omnes, fecit receptum.: quidquid verò extet certo noſtris temporibus Aſtrologi ſchemate deſignauit; B & id proponam, quod erectum fuit in Natiuitate mei Nepotis ex Filia Don. Antonini Pagano, & Riſicato Primogeniti Illuſtris Principis Veriæ.

Partes
P.Vitæ g.2.3.♋
P-Mort.g.16.52.♎
P.Fort. g.16.19. ♓
P.lucri g.27.54♒
P.milit. g.13.50♌
P.victor.g.12.2.♎
P.fratrũ g.18.14.♏
P.matris g. 28.35. ♉
P.patris g.23.25. ♐
P.fil.maſc.g.6. 48. ♐
P.fil.fæmin.g. 1.12.♎
P.hæredit. g.4. 50. ♐
P.infirm.g.23. 47. ♋
P.coniugij g.23.31.♈
P.theſaur.g.12.30.♒
P.itinerũ.g.16.25. ♎
P.religion.g.13.20.♈
P. regni g. 1. 22. ♈
P.magiſter. g.0. 23.♓
P.honoris g.21. 15.♓
P.dignitat.g.20.22.♓
P.amicor.g.21.52.♒
P.inimic. g.20. 20. ♉
P.carcerũ. g.9. 56. ♐
P.ſeruor.g.26. 43. ♎

Grad.Interlũ.26.36♓
Domini interlun.♃ ♀
Domin. geniture. ☿
Grag. Eclyp. præced. 25.32. ♒
Dom. Eclyp. præc.♄
Hygel. natiuit. p.☽
Hygel.ſecun. Horoſc.
Dom. Horoſc. ♃☽♃
Cronocrator 1.♂
Cronocrator 2.♄
Diuiſor 1.☿ 2.
Dom. par. vitæ ☽♃♂
Dom.par.infir.☽♃♂,
Dom.par.mort.♀♃♄





Stellæ fixæ cum Planetis, & Cuſp.
♄ Cum lucida lance Auſtr. g.10.24. m. lat. ☉ 26. B. decli. 13.30.A.Aſc. recta 218.5. aſc. obliq. 229.45. mag. 2. nat. ♄ ♂
♃ Cum ſect. Argona. m.3.n. ♄ ♃. g. 23. 16. ♍. lat. 63. A. decl.52. A.Aſc.recta 196. 52. Aſc. obliq.
♂ Cum ſpica ♍ m.2. n.♀ p.♂, g. 29. 12. ♎ lat.2.decl.9.14. A.Aſc.rect.196.52 diff.aſc.obliq. 204. 9.
☉ Cum 1. ſub ala ſin. A.♍.m.4.n ☿.☉11 ♎.lat.1.25.B.decl. ☽ 29. B. Aſc. rect. 180.27.Aſc.obliq. 180.4.
♀ Cum poplite poſt ♌ in 4.n.♀ ☿ in 14. 4.♍.decl.1. 40. B. decl. 8. B. aſc. rect. 166.aſc.oblig.159. 42.
☿ Cum extrema alæ ſin. ♍ m. 3. n ☿ ♂ g. 21. 27. ♍ lat. ☉ 45.B.decl.3.48. B. Aſc. rect. 173.24. aſc.obli.171.2.
Cum ☉ comæ Beren. n.☿ ☽ gr.20.46. ♍ lat.25. 30. B.decl. 27.B.Aſc.rect.182.

32

32. aſc. obliq. 159. 4.

☉ Cum ocul. ♉ bor. m. 3. n. ♂ ☉ in ♎ g. 3. 49. ♊ lat. 2. 36. A. decl. 18. 21. B. aſc. rect. 62. 18. aſc. obliqu. 47. 17.

Cum Aldebaran m. 1. n. ♂ 95. 8. ♊ lat. 5. 31. A. decl. 15. 44. B. aſc. rect. 64. 13. aſc. obliq. 51. 50.

Aſc. cum ventre ♊ m. 4. n. ♄ g. 13. 52. ♊ lat. ☉. 13. A. decl. 22. 40. B. aſc. rect. 105. 1. aſc. obliq. 48. 58.

M.C. cum ext. caud. cæti m. 3. n. ♄. g. 26. 19. ♓ lat. 10. A. decl. 11. A. Aſcen. rec. ☼ 33. aſc. obliq. g. 6.

⊕ Cum occipitio ♓ m. 4. n. ☿ ♄ g. 16. 45. ♓ lat. 76. B. decl. 1. 6. B. aſc. rec. 345. 1. aſc. obliq. 344. 10.


VI. Cum genu dextro Ophiachi m. 3. n. ♂ ♃ g. 13. 20. ♐ lat. 7. 18. B. decl. 15. g. A. aſc. rec. 252. 51. aſc. obliqu. 265. 4.

VII. Cum contactu ♐ m. 4. n. ♃ ♀ in gr. 13. 40. ♑ lat. 3. 6. Bor. decl. 19. 46. A. aſc. rect. 284. 30. aſc. obliq. 30. 48.

Longitudo	Latitudo	Antiſcia	Contrantis.
♄ 10. 12. ♏	2. 8. S. D.	19 42 ♒	19 42 ♌
♃ 25. 52. ♍	1. 5. S. A.	4 8 ♈	4 8 ♎
♂ 16 32. ♎	0. 27. S. D.	13 28 ♓	13 28 ♍
☉ 1. 22. ♎	0. 0. 0.	28 38 ♓	28 38 ♍
♀ 13. 44 ♍	7 40. M.A.	16 16 ♈	16 16 ♎
☿ 21. 15 ♍	2 0 M. A.	8 45 ♈	8 45 ♎
☽ 3. 57. ♊	2 6 M.A.	26 3 ♋	26 3 ♑

Decl.			Aſc. recta		Diſt.	Differ.	Cic.	Poſ.		Aſc. Obliq.	
13	5	In. T.	418	33	42	20	7	58	31	226	31
2	25	S. I. T.	176	13	0	0	0	0	00	176	13
5	42	S. in T.	194	57	18	44				196	30
0	33	M. S. T.	181	15	5	2	1	33	15	181	18
1	44	S. I. T.	168	12	8	1	0	3	4	186	0
1	37	M. S.	171	11					6	171	4
18	2	M.	62	33	5	2	1	12	4	50	22
							1	7			
					66	20	12	33	5		

A Enimuerò non ſolùm genituræ ſchema, conceptus verum etiam ſolent excitare, vt ſubiecta videtur figura in dicti Nepotis mei conceptu erecta, iuxta regulas Valentini Nayboclæ, & Alcabitij. F



B G

C H

Stellæ fixæ cum Cuſp.

Octaua domus cum hum. ſig. ♑ in 6. n. ♂ ♉ ☿ g. 7. 9. ♒ lat. 88. A. decl. 26. 30. A. aſc. rect. 311. 13. aſc. obliq. 3347.

Nona dum ſeq. conſtell. ♒ m. 6. n. ♄ ☿ g. 29. 27. ♒ lat. 2. 29. B. decl. g. 29. A. aſc. rect. 330. 42. aſc. obliq. 338. 12.

D Vndecima cum ſcheder. m. 3. n. ♄ ♁ g. 3. 12. ♉ lat. 46. 35. B. decl. 54. 30. B. aſc. rect. 5. 29. aſc. obliq. nō habet.

Duodecima Poſter hædor. m. 4. n. ♂ ☿ prior hæd. m. 4. n. ♀ ☿ g. 14. 30. ♊ lat. 18. 10. B. decl. 40. 40. B. aſc. rect. 70. aſc. obl. 28.

Secunda cum hum. ſig. ♐ m. 4. n. ♃ ☿ 247. ♑ lat. 3. 31. A. decl. 26. 50. aſc. rect. 278. 39. aſc. obl. 301. 56.

E Cum o. ♐ N. n ☼ g. 7. 26. ♐ lat. o. 45. B decl. 22. ♎ A. aſc. rect. 278. aſc. obliq. 296. 24.

Tertia cū ſpina ♑ m. 4. n. ♂ ☿ g. 15 21. ♒ lat. 4. 48. A. decl. 21. A. aſc. rect. 319. 20. aſc. obliq. 336. 47.

Quinta cum cōnexu ♓ m. 5. n. ♄ ☿ 923. 6. ♈ lat. 1. 38. B. decl. 10. 24. B. aſc. rect. 20. 47. aſc. obliq. 12. 35.

Status Planetarum, & ſign. in conceptu.

♃ ♄ tenent loca natiuitatis.

☽ tenet Horoſc. natiuit. 8.

♂ locum ☽ nauit. 7.

☼ ☿ ♀ tenent exalt. ♂ 2.

Aſc. conco. tenet 6. natiu.

Locus ☽ nat. ☍ horoſc. conc.

M.C. conc. eſt 4. natiu.

6. concep. eſt 11. natiu.

8. concep. eſt aſc. natiu.

12. concep. eſt 5. natiu.

11. concep. eſt 4. natiu.

M.C. nat. eſt 4. concep.

9. concep. eſt 3. natiu.

7. concep. eſt 12. natiu.

5. conc. eſt in c. natiu.

4. conc. eſt in c. natiuit.

3. conc. eſt 9. natiu. 9.

2. conc. eſt 7. natiu.

☼ ♁ ☿ tenet 7. natiuit.

I K

A F

PLANETARVM EXAMEN,

Et Cuſpidum iuxta ſuas fortitudines, & debilitates in data Genitura.

♄

Fortitudines ♄ circa remiſſionem malæ

libe. à radijs ☉	8
Directus curſu	3
Auctus motu	4
Auctus lumine	4
In termino ♃	3
In decuria ☉	3
In ſextili ♀	4
In quinta domo	4
Cum latit. Bor.	3
	36.

B

Debilitates.

In domo ♂ aquea	4
Occidentalis à ☉	3
Cum lance auſtrali	12
In gaudio maleficæ	2
In gradu puteali	2
In gradu fœmin.	1
Vacuus curſu	3
Sub terra	1
In ſigno nocturno fæm.	2
	30.

C

♃

Fortitudines.

Directus curſu	g. 2
Auctus motu	g. 4
In coniunct. benef.	7
In angulo	10
Orientalis à ☉	4
Occidentalis à ☽	3
Applicans ☉	4
Defluens à ☿	2
Cum latit. bor.	3
In gradu maſc.	1
In decur. ☿ benef.	3
In dign. 2. ☿ benef.	7
	51.

D

E

Debilitates.

Combuſtus	10
Minutus lumine	4
In terminis ♄	4
In ſign. fæmin. noct.	4
Cum ſtella malef.	12
Sub terra in ſuo caſu	11
	45.

♂

Fortitudines.

Directus curſu	g. 3
Velox motu	g. 4
In terminis ♃	g. 3
In quarta	g. 4
Cum ſtella benef.	12
Cum latit. boreal.	3
In g. maſcul.	1
In ſigno maſc.	n. 3
In domo ♀	4
	35

G

Debilitates.

Sub radijs ☉	8
Minutus lumine	4
In exaltatione ♄	4
In propria dict.	9
In decur. malefic.	4
Occid. à ☉	3
Orient. à ☽	3
In gaudio ♄	2
Sub terra	1
In fouea	2
	40.

H

☉

Fortitudines.

In decuria ☽	4
In quarta domo	4
Cum fixa benefica	12
In domo ♀	4
Defluens à ♃	2
Transfer. lum. ♃	2
In g. maſcul.	1
In ſig. maſcul.	2
In gau. beneficæ.	2
In triplic. ☿ benef.	3
	36.

I

Debilitates.

In exaltatione ♄	4
In termin. ♄	4
In triplic. ♄	5
In proprio caſu	10
In fouea	2
Cum ♂ malefico	8
In gr. puteali.	2
Sub terra	1
In ſigno nocturno.	2
	30.

K

A ♀

Fortitudines.

Libera à radijs ☼ ------8
Aucta lumine. --------4
in propria triplicitate.--8
in proprijs terminis.----7
in propria decuria.-----5
in proprio Ayx. ------6
in ☌ benefici. ------7
Orientalis à ☼ -------4
B Occidentalis à ☽ ----3
Cum fixa benefica. ---12
Applicans beneficæ. ---4
in gaudio benef. -----4
in grad. fæmin. ------1
in ſig. fæm. noct. -----3
Sub terra. ----------1

81.

Debilitates.

In proprio caſu. ----10
C Retrograda. --------5
Tarda motu. ---------3
Cum latit. merid.------2
in gradu puteali .------2

22.

Aſcendens.

Fortitudines.

Liber à radijs ☼ -------8
in ✱ trium benef. ---12
in exalt. ♃ domo ☽ ---6
D Pulſatus à 3. benef. ---12
in ter. ben. in dec. ben.--7
in grad. maſcul. -----1

46.

Debilitates.

In ☊ ♂ & ☼ --------8
Cum fixa malefica.---12
in ſigno fæmin. ------2

22.

VII.

Fortitudines.

E Liber. à rad. ☉ term. ☿ 11
In △ 3. ben. in tripl. ♀ 15
Cum fixa. ♃ ------12

38.

Debilitates.

in domo ♄ & g. ſig. fæm. 8
in exalt. dec. II ♂ ----12
in □ p. mortis . -----4

24.

F ☿

Fortitudines.

in propria domo. -----10
in pr. exal. carp. de. gau. 25
in Almulgea ☉ -----6
in ſuo Ayx ☿ -------6
in ☌ beneficæ. -------4
Applicans benefic. -----4
in tertia domo. -------4
Orientalis à ☼ -------4
G Occidentalis à ☽ ------3
Defluens à benef. -----3
Transfer. lum. benef. ---3
Obſeſſus à benef. -----3
in grad. maſcul. ------1
in mutua recept. ☽ -----5

90.

Debilitates.

Retrogradus. --------5
Sub radijs . --------8
H Tard. min. lum. -----7
in term. ♄ in 10. ♄ ----8
In g. put. ſub. ter. lat. mer. 5
Cum ſtella malefic. ----6

39.

M.C.

Fortitudines.

in do. ♃ exal. ♀ tri. ☿ ☽ 14
Liber. à radijs ☉ ------8
in gaud. & carp. ♀ ------8
I Cũ fix. be. inf. ♓ 24.40. 12
in ☌ ♃ ----------6
in grad. maſcul. -----1

49.

Debilitates.

in termin. ♂ & trip. ♂.--7
in decuria malef. -----4

11.

VI.

Liber. à rad. ☼ dec. ☉ 12
in □ trium benefic. ---12
K in do. trip. ter. ga. car. ♃ 11
in trip. ☉ ſig. maſ. S. diur. 7

52.

Debilitates.

in □ ♂ ----------4
in grad. fæmin. ------1
Cum fixa ♄ ☿ -----12

17.

A F

PLANETARVM EXAMEN,

Et Cuſpidum iuxta ſuas fortitudines, & debilitates in data Genitura.

♄

Fortitudines ♄ circa remiſſionem malæ

libe. à radijs ☼ ------8
Directus curſu---------3
Auctus motu-----------4
B Auctus lumine---------4
In termino ♃ ---------3
In decuria ☼ ---------3
In ſextili ♀ ----------4
In quinta domo--------4
Cum latit. Bor.---------3

36.

Debilitates.

In domo ♂ aquea------4
Occidentalis à ☼ ------3
C Cum lance auſtrali ---12
In gaudio maleficæ-----2
In gradu puteali --------2
In gradu fæmin. -------1
Vacuus curſu ----------3
Sub terra -------------1
In ſigno nocturno fæm.--2

30.

♃

Fortitudines.

D Directus curſu-------g.2
Auctus motu---------g.4
In coniunct. benef. ---7
In angulo ------------10
Orientalis à ☼ --------4
Occidentalis à ☽ ------3
Applicans ☼ ----------4
Defluens à ☿ ----------2
Cum latit. bor.---------3
In gradu maſc.---------1
E In decur. ☿ benef. ---3
In dign. 2. ☿ benef.---7

51.

Debilitates.

Combuſtus ------- 10
Minutus lumine -----4
In terminis ♄ -------4
In ſign. fæmin. noct. ---4
Cum ſtella malef.-----12
Sub terra in ſuo caſu--11

45.

♂

Fortitudines.

Directus curſu ------g.3
Velox motu---------g.4
In terminis ♃ -------g.3
In quarta-----------g.4 G
Cum ſtella benef.-----12
Cum latit. boreal. -----3
In g. maſcul. ---------1
In ſigno maſc. -------n.3
In domo ♀ -----------4

35

Debilitates.

Sub radijs ☼ ---------8
Minutus lumine ------4
In exaltatione ♄ -----4 H
In propria dect. ------9
In decur. malefic. -----4
Occid. à ☼ -----------3
Orient. à ☽ -----------3
In gaudio ♄ ----------2
Sub terra ------------1
In fouea -------------2

40.

☼

Fortitudines.

In decuria ☽ ---------4 I
In quarta domo ------4
Cum fixa benefica ----12
In domo ♀ -----------4
Defluens à ♃ ---------2
Transfer. lum. ♃ ----2
In g. maſcul. ---------1
In ſig. maſcul. -------2
In gau. beneficæ. ------2
In triplic. ♀ benef. ----3 K

36.

Debilitates.

In exaltatione ♄------4
In termin. ♄ ---------4
In triplic. ♄ ---------5
In proprio caſu. ------ 10
In fouea -------------2
Cum ♂ malefico ------8
In gr. puteali. --------2
Sub terra ------------1
In ſigno nocturno. ----2

30.

Digitized by Google

A ♀

Fortitudines.

Libera à radijs ☼ -----8
Aucta lumine. -------4
in propria triplicitate.--8
in proprijs terminis.----7
in propria decuria.-----5
in proprio Ayx. ------6
in ☌ benefici. ------7
Orientalis à ☼ ------4
B Occidentalis à ☽ -----3
Cum fixa benefica. --- 12
Applicans beneficæ. ---4
in gaudio benef. -----4
in grad. fæmin. ------1
in fig. fæm. noct. ----3
Sub terra. --------2

81.

Debilitates.

In proprio caſu. ----10
C Retrograda. -------5
Tarda motu. -------3
Cum latit. merid.------2
in gradu puteali -----2

22.

Aſcendens.

Fortitudines.

Liber à radijs ☼ -----8
in ✱ trium benef. ---12
in exalt. ♃ domo ☽ ---6
D Pulſatus à 3. benef. ---12
in ter. ben. in dec. ben.--7
in grad. maſcul. -----1

46.

Debilitates.

In ♊ ♂ & ☼ -------8
Cum fixa maleſica.---12
in ſigno fæmin. -----2

22.

VII.

Fortitudines.

E Liber. à rad. ☼ term. ☿ 11
In △ 3. ben. in tripl. ♀ 15
Cum fixa. ♃ -----12

38.

Debilitates.

in domo ♄ & g. ſig. fæm. 8
in exalt. dec. ♊ ♂ ---12
in □ p. mortis. ----4

24.

☿ F

Fortitudines.

in propria domo. -----10
in pr. exal. carp. de gau. 25
in Almulgea. ☉ ----6
in ſuo Ayx. -----6
in ☌ beneficæ. -----4
Applicans benefic. ----4
in tertia domo. ----4
Orientalis à ☼ ----4
Occidentalis à ☽ ----3 G
Defluens à benef. ----3
Transfer lum. benef. ---3
Obſeſſus à benef. ----3
in grad. maſcul. -----1
in mutua recept. ☽ ----5

90.

Debilitates.

Retrogradus. -----5
Sub radijs. ------8
Tard. min. lum. -----7
in term. ♄ in 10. ♄ ---8 H
In g. put. ſub ter. lat. mer. 5
Cum ſtella maleſic. ---6

39.

M.C.

Fortitudines.

in do. ♃ exal. ♀ tri. ☿☽ 14
Liber. à radijs ☉ -----8
in gaud. & carp. ♀ -----8
Cũ fix. be. inf. ♓ 24. 40. 12
in ☌ ♃ ----------6 I
in grad. maſcul. -----1

49.

Debilitates.

in termin. ♂ & trip. ♂.--7
in decuria malef. -----4

11.

VI.

Liber. à rad. ☼ dec. ☉ 12
in □ trium benefic. ---12
in do. trip. ter. ga. car. ♃ 11 k
in trip. ☉ ſig. maſ. S. diur. 7

52.

Debilitates.

in □ ♂ ------4
in grad. fæmin. -----1
Cum fixa ♄ ☋ ----12

17.

A

☽ Fortitudines
Libera è radijs. ----8
Aucta lumine. ----4
Aucta motu. ----4
In △ ♃ fig. long.aſc.---5
In △ △ ♀ ☿ ſimilibus-10
In 11. domo. ----5
Orientalis à ☉ ----4
In dign. benef. ----3
In terminis benef. ----3
In gradu fœmin. ----2
In triplic. ☿ benef. ---4
In decuria ♃ ----4
56.

B

Debilitates.
In triplicitate. ♄ ----4
Supra terram. ----1
Cum latit. merid. ----3
Cum ſtella malef.----12
20.

C

VII. Fortitudines.
Libera à radijs. ----8
In △ 3. fortun. ----15
In triplic. ☿ & ☽ ----6
49.
Debilitates.
In domo ♄ exalt. ♂----8
In dec. ♂ in □ ♂----8
In gaud.& carp. ♂----8
In gr.fœmin. ----5
IV. 25

D

In coniunct.fortun.----7
Cum benef. in fæm.g.--7.
In domo ☿ benef.----4
In dom.gau.exal.☿ ben.6
In trip.☿ dec.♃ ſig.ma.8
32.
Debilitates.
Combuſt.in côtran.☉ 14
In term.♃ dec.♂----6
20.

E

VIII. Fortitudines.
Lib.à radijs ter.ben.--11
Dec.♀trip.☿ ſig.maſ.ſup.
terram ----10
21.
Debilitates.
In domo trip.♄ g.fæm.-9
Cum fixa ♂ ♀ ----12
21.

F

⊕ In domo ♃ ----4
In exaltatione ♀ ----4
In triplicit. ♀ ☽ ----6
Liber.à rad.♀ ----8
In M. C. ----10
In termin. ☿ benef. ----3
In decur. ♃ ----3
In gaudio ♀ ----2
in carpen. ♀ ----6
46.

C

Debilitates.
In triplici ♂ ----3
In gradu fæm. ----1
Prope antiſc. ♂ ----3
7.
Pars vitæ Fortitud.
In domo, & tripl. ☽---8
in exal.& term.♃ ----8
in tripl. & decur. ♀---7
Libera à rad. ☉ ----8

H

in ✶ 3.benefic. ----12
in Horoſcopo ----10
Cum fixa ♀ ☿ ----12
in carpento ☽ ----6
Debilitates. 71
In triplic. matris. ----4
in gr. fæmin. ----1
in □ ☉ debilis. ----4
9.
Pars mortis. Fortit.

I

Cum fixa ♀, & ♌ ---16
in domo term.contr.♀ 11
in tripl. in g. maſcul. --4
Debilitates. 31.
Sub rad. ☉ ----8
In exaltat.tripl.dec.♄-11
In ☌ ♂ fouea ſub terr.11
30.
Pars.infirmit.Fortitud.
In aſc.lib. à rad. ☉ ---18
in exalt. gaud. ♃ ----6

k

in do.trip.dec. carp.☽ 16
in tripl. term. ♀ ----7
in ✶ trium benef. ---12
Supra terram ----1
60.
Debilitates.
In triplic. & □ ♂ ----7
In ſig. & g. fæm.noct.--4
11.
Pars

A • Pars Amicorum.
Fortitudines.
Libera à rad. ☉ ter. ♃. 11
In ſig. grad. maſ. ſup. ter. 5
In decur. ☽ triplic. ☿ ——7
23.

Debilitates.
In do. tripl. ♄ & ant. ♄ 12
In 8. in gr. puteali—— 10
B Cum Stella ♄ ☿ ——12
34.

Pars inimicorum.
In domo, & tripl. ♀——8
In exal. & triplic. ☽.——8
In term. ♃ in 11. ——8
In g. maſc. ſuper terram—3
Cum fixa ♀ ——13
In △ trium benef. ——12
C 51.

Debilitates.
In ☍ & decur. ♄ ——8
In ſign. noct. fœm. ——4
12.

Pars infirm. g. 25. 47. ♋
Declinat. S. ſub ter. 21. 25.
Aſc. rect. p. ——114. 40.
D Aſc. rect. I. C. ——176. 13.
Diſt. à Mer. ——61. 33.
Circul. poſit. ——37.
Aſc. obliq. ——98. 20.

Pars itineris. g. 16. 25. ♎
Declinatio. g. 6. 27.
Aſc. recta. g. 195. 10.
Aſc. rect. I. C. g. 18. 57.
Circulus poſit. g. 13.
E Aſc. obliq. g. 196. 37.

Pars inimicor. g. 20. 48. 8.
Declinatio g. 18. 26.
Aſc. recta. g. 47. 50.
Aſc. recta M. C. g. 356. 13.
Diſtin. à merid, g. 51. 37.
Circul. poſit. g. 27.
Aſc. obliq. g. 38. 34.

Pars coniugij. F
Fortitudines.
Lib. à rad. ☉ in gau. ☉ 12.
In M. C. dec. ♀ trip. ♃ 16.
In ter. ☿ ſ. ter ſig. m. diu. 9.
51.
Debilitates.
Cũ ☊ in dom. & ☍ ♂ 18
Cum ſtella ♄ ♀ in g. fœm.
put. 16.
34. G

Pars victoriæ.
Fortitud.
Cum ♂ in gau. ♃. 13.
In domo term. ♀ 8.
Cum ſtella ☿ ♀ trip. ☿ 15
In ang. 4. in △ ☉ pl. 10.
In cõt. ☿ ♀ ſig. m. diu. 12
57.

Debilitates. H
Sub rad. ☉ in g. fœm. ſub.
ter. 10
In exalt. tripl. dec. ♄ 11
21.

Pars vitæ. g. 2. 3. ♋
Declin. S. S. T. g. 23. 31.
Aſc. rect. par. g. 92. 14.
Aſc. rect. M. C. g. 356. 13.
Diſt. à Mer. g. 95. 1 I
Circul. poſſ. g. 37
Aſc. obliq. g. 73. 7

Pars lucri. g. 27. 54. ♒
Declin. g. 19. 45.
Aſc. recta. g. 321. 8.
Aſc. rect. M. C. g. 356. 13.
Diſtin. à merid. g. 35. 5.
Circ. Poſit. g. 20. K
Aſc. obliq. g. 334. 42

Pars Theſau. g. 12. 30. ♒
Declin. g. 17. 24.
Aſc. rect. g. 345.
Aſ. rect. M. C. g. 356. 13.
Diſt. à merid. g. 41. 13.
Circ. poſit. g. 3. 2.
Aſcen. obliq. g. 326. 6.
Pars

A Pars Regni.
Fortitudines.
In domo ♂ in M.C.——15
Lib.à rad.in exal.trip.☉17
in ter.antiſ. ♃ dec.♂ ——9
Cum ſtella ♂ in g.m. ſig.
maſc.diu. ——16
Supra terram. ——2
59.
Debilitates.
B In ☌ ☉ & gaud. malef.8

II.
Libera à radijs. ——10
in triplicit. ♃ ——4
in termino. ♀ ——3
in ſig. maſ. diu.ign. ——4
in ✶ ♀ ſign.Boreali. ——2
26.

Debilitates.
C In domo ♄ ——2
in gradu fæmin. ——1
In □ ♄ ——4
in fixa maleſ. ♄ 2. m. 10.
17.

Pars mortis. g.16. 52.♎
Declinatio. g.6. 38.
Aſc.rect.p. g.193.34.
D Aſc.rect.I.C. g.176.13.
Diſt.à Mer. g.17.21.
Circa poſſ. g.cir.13.
Aſc. obliq. g.197.4.

Pars victoriæ. g.11. 2.♎
Declinatio. g.4 23.
Aſc.recta. g. 190. 7.
Aſc.rect.I.C. g.176.13.
Diſtin.à merid. g.13.54.
E Circa poſit. g.10.
Aſc. obliq. g.190.54.

Pars magiſterij. g.0.35.♓
Declinatio g.11. 20.
Aſc. rect. g.332.40.
Aſc.rect. M.C.g.356.13.
Diſt. à Mer. g.23.33.
Circ. poſit. g.20.
Aſc.obliq. g.336.53.

Duodenariæ Planetæ F
♄ g. 2. 24. ♓
♃ g. 10. 24 ♍
♂ g. 18. 24. ♈
☉ g. 16. 24. ♎
♀ g. 15. 48. ♒
☿ g. 5. 0. ♉
☽ g. 17. 24. ♋

⊕ long. ♓ g.16.19.
Declinatio. g.5. 25. G
Aſc. recta. g.347.2.
Diſt. è merid. g.8. 48.
Circul.poſit. g.8.
Aſc. obliq. g.348.

✝ Cōiug. lōg.g.23.31.♈
Declin. p.c. g.9. 10.B.
Aſc.rect. p.c. g.21.45.
Aſc.rect.m.c. g.356.13.
Diſt.à merid. g.25.32. H
Circul.poſit. g. 17.
Aſc.obliq.p.c. g.18.54.

Pars carcerum g.9.56.♐
Declinatio. g.22.
Aſc.recta. g.248.17.
Aſc.rect.I.C. g.176.13.
Diſtin.à Mer. g.72.4.
Circ. poſit. g.33.
Aſc.obliq. g.263. 30. I

Pars Hæredit. g.4.50.♐
Declinatio. g.21.11.
Aſc. rect. g.242.50.
Aſc. rect.I.C. g.176.13.
Diſt. à merid. g.66.37.
Circul. poſ. g.32.
Aſc. obliq. g.255.4.

Pars dignitat. g.20.22.♓ K
Declinatio. g.3.50.
Aſc.recta. g.351. 10.
Aſc. rect.M. C.g.356.13.
Diſtinct.à merid. g.5.3.
Circa poſit. g.4.
Aſc. obliq. g.351.55.

Prima

A Prima enimverò domus (quã & Aſcendentem, atque Horoſcopum nuncupamus (vitæ nominatur complexioniſque incorporeorumq; de accidentiũ domus: Poſterior (quæ porta inferna) diuitiarũ domum, quæ propria comparantur induſtria, vocamus: Tertia (quæ Dea) fratrum domus, breuiorumque itinerũ appellatur: Quarta (quæ imum Cœli, ac Planetarum fouea) parentum, matrimonijque domus nuncupatur: Quinta (quæ bona fortuna) domus erit liberorum: Sexta (quæ mala fortuna) valetudinis domus, morborum, ſeruorumque, ac minorum animalium habetur: Septima (quæ occaſus) coniugij domus, emptionis, venditioniſque, nec non conditionis inimicorum dicitur: Octaua (quæ mortis principium, & animal pigrum) mortis domus, laborum, occultorumque Theſaurorum nominatur: Nonam (quæ Deus Monomæria) Religionis domum, ſomniorum, longiorumque itinerum appellamus: Decima (quæ medium Cœli) dignitatum domus, conditionis vitæ dicitur: Vndecima (quæ bonus Dœmon) Amicorum domus, ac fructuum, qui deſcendant ex amicitia, vocatur: Duodecima (quæ malus Dœmon) inimicorum domus, carcerum, ſeruorumque fidei, animaliumque maiorum ſolet nũcupari.

Addas etiam, quòd prima, quarta, ſeptima, decimaque domus cardines vulgò nominantur, Anguli Græcè κέντρα aliæ quatuor ſuccedentes, ἐπαναφοραί, reliquæ verò cadentes ἀποκλίματα. Nec prætereas, quòd primæ tres, Septentrionales, quarta hyemalis, ſenilis, ac etiam Flegmatica nuncupantur, poſteriores tres quarta Occidentalis, Autumnalis, Virilis, ac Melanchonica existunt; aliæ quarta, Meridionalis, Aeſtiua, Iuuenalis, & cholerica occurrãt: vltimæ tandem Orientalis, Verna, Pœrilis, ſanguineaque inſerſint, quibus & proprij tribuuntur colores, prima namque ſibi album, viridem ſecũda, croceũ tertia, rubeum quarta vſurpat.

His igitur obitèr notis, atque, vt nonnulla de ipſius operibus Aſtrologiæ videantur, tractatis, ad noſtrum redeo inſtitutum; & dico, quòd F

Ad hoc etiam obſeruatum ex Aſtrologis fuit, quòd ſi vndis quiſquam ſe gaudet audacitèr committere, id fugiat, atque eum vbi proprio ſignum habetur in aſcendente, ſicut ♋, & ♓, & ♏; vt pari forma, ſi ☽ in aliquo extet ſigno cum ♃, aut ♀, vel ex ipſis △, aut ✶ ſit intuita aſpectu, quemadmodum quo in caſu ♂, & ♄ tàm ſi debiles exiſtunt, G quàm ex aduerſo intueantur ☽ aſcendentemue, quemadmodum vbi ☉, & ☽ in aſcendente ipſorumue radij reſpiciãt aſcendentem ☍, aut □ nonnullius namque momenti afferent detrimentũ: maximum etiam damnum afferetur, procelloſas vbi, violentaſque ſtellas in Aſcendente certum ſit reperiri, cuiuſmodi Pleiades, Hyades, Orion, Arcturus, Hercules, Dolphin, Argo, Canis H minor, Hædi habentur, & Capella, quod non ſolum in aſcendente, in ⊗ verum etiam procedit. Tali ſedet enim euentu nullum, aut in Aſcendente, aut in ☽ domibium maleficæ debent ſtellæ, Planetæue demonſtrare; at cùm hoc euenerit, tunc expectetur temporis, vbi ex benefico ♃ aſpectu ipſas intueatur. Caueat etiam quiſquam, ne vel in aſcẽdente, aut ⊗ loco, ſtellæ dominentur, I quo in aſcendente in caſu, aliove angulo exiſtant. Nec prætercam, quòd magni eſt ♂ nocumenti, decima vbi vel in vndecima reperitur domo: ⊗ verò pro ſecundo curſu, in dignitate beneficorum ſit, vt ✶, vel △, vel felici ex illis reſpiciatur aſpectu, vel cum beneficis ſit coniuncta, & terram ſuper, ſubterue in tertia, vel quinta exiſtat domo, quoniam ſi ☋ reperitur, aut ☊, K malefica habetur Draconis.

⊗ Autem loci, & aſcendentis domini, fortes, ac orientalibus in angulis benefici extent, atque è maleficis liberi, atque læto inſpecti è beneficis radio in dignitato ſint, neque peregrini, combuſti, cadentes, debileſque habeantur, ne-

A neque in figuræ locis, ſexta nimirum, octaua, duodecimaque ſint domo, aut cum retrogradis inueniantur, aut tales ipſi extent. Habemus: etiā ex Cl. Ptolemæi quadripartito, *lib.* 4. *& lib.* 10. quòd vbi ☿ in ♍ reperitur ♓ humidiſque ſignis, & ♄ reſpicit natum, fore, vt mergatur vndis, prædicit: ex naui Argo verò naufragia ſignificantur.

B

DE HIS, QVAE AERIS CIRCA *Mutationem ex Aſtrologia occurrunt.*

Cap. 2.

C Onſequens atenim eſt, vt de illis nonnulla pertractem, quæ aeris pertinent ad mutationem, ad hoc vt illa cognoſcantur, quæ temporum explanant qualitates, iuxta quæ ex Aſtrologis colliguntur; & quamuis infinita exiſtant, quæ dicenda occurrunt, ſumma tamen capita in medium adduco, quorum aliqua vniuersè de aeris per totum annum conſtitutione traduntur, nonnulla de conſtitutione per quadrātes, ſiue anni tempeſtates, pleraque de cōſtitutione per ſingulos anni dies, & quidem, ad Generalis per totius anni ſpatium conſtitutionis prædictionem ſpectat, ſolitum eſt, quātuor, vel octo, aut duodecim quoque figuras cæleſtes excitare, quatuor nimirum, totidem ad momenta, quibus Sol in ♈, ♋, ♎, & ♑ ingreſſum facit, quatuor ad Nouilunium, Pleniluniumue, quòd proximè conſequatur, & eo in caſu cum ſingularum loca Planetarum, tàm in figura, domibuſue, quàm in Zodiaco adnotentur, omnes omnium fortitudines colliguntur Planetarum, cunctorumque omnes exponuntur debilitates, & cum illi accipiantur, quibus plures adhæreant fortitudines, quàm debilitates, illi omni inuigilatur ſtudio, qui omniū fortiſſimus reperitur, vel etiam cuius plura fortitudinis teſtimonia exiſtant, qui & anni dominus præfigitur, alio in ſocium conſtituto, qui plurima poſt ipſum habet, anni vbi dominus ſit ſtatutus, quemadmodum ille, calidus, humidus, frigidus, ſiccus, beneficus, maleficus, &c. habeatur.

D

E

F Ventura etiam de totius anni conſtitutione iudicium fertur, tàm ſi de validis præcipuè æſtibus, frigoribus, ſiccitatibus, pluuijs, fulguribus, tonitruis, aut ventis ſententiam vehamus, ſiue de futura aeris ſalubri, in ſalubriue temperie, futuraue frugum copia, vel inopia, aliaque ſimilia pertractemus.

G Cum ſingulos atenim fiat per quadrantes, tribus ex cuiuſcumque quadrantis figuris conſtitutionis prædictio, colligere ſimili modo nequaquam negligitur, cuiuſque dominum quadrantis pro fortitudinum prædominio: ex domini enimuerò natura, quale futurū debeat eſſe ver, pronunciatur, qualis & æſtas, &c. ♂ namque v. g. æſtatem maximè caloribus inflammabit, Hyeme frigus reddet, veris maiorem exponet calorem, quàm frigus, & ſimili Autumnum forma ♄ verò ex oppoſito habetur, & reliqua de cæteris dicendum.

H

I Ad faciendam atenim conſtitutionis prædictionem ſingulos per dies quatuor præſertim themata quolibet volūt menſe, ad momenta nempè nouilunij, plenilunij, & vtriuſque quadraturæ excitari: & eo quidem in caſu collecto æquali ratione quadrantis menſis domino, tàm de aeris conſtitutione totum per menſis quadrantem, quàm ſingulis de conſtitutione per dies depromunt, quemadmodum dominium langueſcit, vel dominij pro conditione proximo quadrante, aut oppoſitæ, aut eiuſdem, mediæue futuri naturæ demonſtratur.

K Et quoniam non rarò tales nullam retinent vim prædictiones, quas ex his conſtituant dominijs, pleraque ducuntur, quæ futuris afferant effectibus impedimentum, ipſiſque oppoſita exiſtāt: &, vt ſub ſilentio prætereeam inſignem

cite-

A effectuum varietatem, quas affirmamus
non modò ex varijs Zodiaci ſtellis (alias
namque Saturninas, nonnullas Iouiales,
quaſdam Martiales, &c. certum eſt eſ-
ſe) dicimus prouenire, ab ipſis verum
etiam dodecatemorijs, ipſorumque
partibus, quarum aliæ extant ſuapte
natura tonitruum excitatrices, quaſdã
pluuiarum, pleraſque grandinum, non-
nullas niuium, quamplurimas Aquilo-
B num, aliquas Auſtrorum, & cæ. præci-
puam ecce varietatem, quæ Planetarũ
ex aſpectibus ortum habet, iiſque in
quibus interea locis perſiſtunt.

Et quidem hoc explicatur ad opus,
nonnihil efficaciæ, vt æri adferat mu-
tationem, coniunctionis retinere aſpe-
ctum, tàm ſi ☌ extiterit quàm poſteà
□ exinde △, poſtremò ⚹. Robur etenim
Planetæ capiunt vires, non ſolùm ſi è
C ſimiliũ, promiſcuorũ, verũ etiã ſi debi-
liorũ vires accedant; ex diſſimiliũ autẽ
vigore, vel infirmi redduntur, vel tem-
perati, quemadmodum ſeſe mutuò re-
ſpexerint; & vniuersè aëris clementia
deſignatur, ſalubritaſque, ac aliæ id
genus, ſi △, & ⚹ fuerit aſpectus, op-
poſita ſi ☍ exiterit, aut □, alterutra ſi ☌
occurrat, & dominantis quidem ex cõ-
ditione.

D Nec denegatur effectus etiã, quæ por-
tarum apertiones, ſiue valuarum, ca-
taractarumque vocantur, inſignes ni-
mirum mutationes, vehementium per
vim ventorum, imbrium, tonitruorum,
grandinumque perpetratas non ſolum
vbi ☍ ſeſe aſpectu reſpiciant, vel □
planetæ, quorum, & naturæ, & domus
oppoſitæ habentur, quo verum etiam
præcipuè in caſu ☉ quemquam relin-
E quens Planetam ipſiuſque aſpectum, ad
alium, eiuſque aſpectum, qui præce-
dentèr oppoſitus fuit, exportatur; vbi
ſcilicet ☉ ducitur è ♑ ad ♋, vel ex ad-
uerſo immenſæ caliginum obſcuritates,
denſæ, coagmentatæque nubium cater-
uæ, copioſæ vndarum alluuiones, in-
tolerabilium vim frigorum ortum fir-
matur habere; quo verò in caſu è ♃
ad ♉ vehitur, vel ex contrario, vndique

vehementes ſeſe excitant venti, & hi F
præſertim, qui Boreales extant, Orien-
taleſque, ſi ex ♂ verò ad ♀ ventos etiã
non placidos conſurgere iudicabis, &
illos præcipuè, qui meridionales ſunt,
occidentaleſque, fulgura, nec non, to-
nitrua concurrere, aliaque.

Ex locis verò diſcriminis non parum
præſigitur circa effectus, ſi Planetæ ni-
mirum fuerint Orientales, & directi, ac
circa Apogeum non exigua ſiccitas de- G
notatur, vel ſi occidentales, retrogra-
di, & circa Perigeum extant, eo qui-
dem caſu pluuiæ figurantur, cum exci-
pias inde ♂, ex quo præcipuè, dum
radios intra fulget, magis intenſa ſic-
citas denotatur: vigilantèr etiam de ſi-
gnis ratio habetur, ob triplicitatem, ſeu
trigonos, in quibus ſeſe inter Planetæ
configurantur: eo nam ex fonte, prout
Planetarum aſpectus in illis extant, ori- H
ginem ignei, aqueique, &c. ſortiuntur
effectus.

Mirè autem extollitur ☌, & tunc
præcipuè, vbi de illis habeatur, quas
magnas, maximaſque nuncupamus: vbi
namque igneis eueniat in ſignis, con-
flagrationes portenduntur, ſi in humi-
dis verò, diluuia, ſi in terreis, inuſitati
terremotus, vbi autem in aereis, efferatæ
denotantur peſtilentiæ: quomodocum-
que autem contingat ♄ dominium in- I
eſſe, graues exoriuntur morbi, ſed ſi ♃
nullus quidem, vbi verò ♂ acuti, pro-
labuntur.

Ex aſpectibus enimuerò aëris prædi-
cuntur affectiones, & ex inferioribus
præcipuè ☌ planetarum, quod eò ma-
gis vim habet, omnes vbi ſimul con-
iungantur; nam ſi in ſignis quidem
aqueis hoc eueniat, nonnulli diluuia
proferunt excitari, quod neque mirum, K
nam à ☉, tribuſque ſuperioribus Pla-
netis ſerenitates explicantur, ex tribus
verò inferioribus pluuiæ indicantur;
quamuis non rarò ♂ pluuias è ſuperio-
ribus adferre, aliquibus ſit indubitatũ,
☿ verò ex inferioribus ſerenitatem por-
tendit, qui & pro Aeolo habetur, cum
turbidos interdum commoueat ventos,

A ſæpè adferat ſerenitatem: quoniam vbi
♄ applicatur, obſcuritatem ſecum ad-
vehet, imbres, vehementeſque depro-
met ventos; ſi ♃ leuitèr ſeſe habebit, ac
pluuiarum expers erit: ſi ♂ adurens
exiſtet, ſi Sol caliditatem oſtendet, &
in ſalubris exhibit, &c.

Ex Baranzario atenim nonnullas ha-
bemus regulas, peritioribus ex Aſtrolo-
gis deſumptas, quas ad maiorem mate-
B riæ dilucidationem ecce.

Et prima quidem habetur, quòd ſi ♂
vbi ver faciat ingreſſum, luminarium
aſpexerit locum, eo in caſu ☉ coniun-
cta, vel etiam pleno, fulgura exorientur,
coruſcationes; necnon tonitrua; ſi verò
combuſti fuerint Planetæ, nebulæ con-
ſurgent, ſi retrogradi autem, & præci-
puè vnus, cum ☉ in ♈ ſit, vel ♉ plu-
uiæ occurrent multæ.

Poſterior habetur, quòd ſi veris in-
C erit dominium ♄ frigora vndique cõ-
creſcent, ſuamque demonſtrabunt vim;
ſed ſi æſtiuo id accidat tempore, cum
Planetæ ſint directi, non tam acer ha-
bebitur calor. Tertia eſt, quòd inſpi-
cere ♂ oportet, aſpectus □ cum ☉ &
☍, debetque etiam conſiderari, quiſ-
nam his in quartis dominus extet; ex
eo quia ſi fuerit ♄ denſæ inualeſcent
nubes, tetræ orientur caligines, tene-
D bræ, frigoraque grandines, niueſque,
temporis cum qualitas cõſideretur; ſed
vbi hyemali tempeſtate feliciter ex ♃
aſpiciantur, ſerenitatem prænunciate,
orientaleſque ſerenos ventos firmum
eſt; quoniam ſi ♃ interſit, ſalubritas, ſe-
renitaſque, ac in aere tepiditas occur-
rent; cum verò ♂, calor oborietur, ſic-
citas, nec non æſtus; vbi ☉, calor qua-
cumque inceſſet, ſiccitaſque, etſi non
E adeò intenſa exiſtat; quo in caſu ♀, hu-
miditas minimè deſideratur; quando ☿,
mutationes in aere videbis, ventoſque,
ſi ☽ tandē, pluuiæ paſſim irruent. Quar-
tò etiam ſupponere conſiderationi de-
cet, quæ ſint Planetarum ☌, quoniam
vbi ſeſe inter ♄ coniunguntur, & ♃,
magnam per nonnullorũ ſpatium die-
rum, vel ſerenitatem habebis, aut ven-

torum vim, aut pluuiæ violentiam; cum F
verò ſiccis hoc eueniet in ſignis, non
contemnenda erit ſiccitas, ſi in humi-
dis, alluuiones quemquam infeſtabunt
locum; ponas autem quòd ſit per aſpe-
ctum cum ♃ iunctus, pluuias, diſtento
circum vortice, grãdinibus commixtas
emanare ſcimus, ventiſque trinum au-
tem per ſpatium dierum ante, vel po-
ſtea grandines æſtiuo tempore demit-
tet, pluuias, tonitruaque, ſi humidis G
cum ♂ in ſignis reperitur coniunctus ♃
hiberno autem tempore ipſomet niues
modo ſparget; cum ☉ atenim pluuias
frigiditatemque cogit emanare, & non
rarò grandines proijciet; ſed ſi in ♑ &
♄ maiorem dabit frigori vim, quem-
admodum & cum ♀ accidet, ac ♃ in
ſiccis autem ☿ coniunctus, ſiccitatem
adducit, in humidis verò pluuias ad-
uehit; in aereis enimuerò cum ☽ frigus H
dabit, non rarò grandines.

Vbi autem ♃ cum ♄ habes ſupra,
cum ♂ verò in humidis coniunctus ſi-
gnis, pluuijs ortum præbebit, flatibus,
tonitruis, coruſcationibuſque; in igneis
verò grandines immittet, tempeſtateſ-
que excitabit, hiberno tempore niues;
in aeris cum ☉ ſerenitatem adducit, ſa-
lutaribus dat ortum ventis, moderatũ-
que reddit tempus; ſi in humidis repe- I
ritur, fœcundas ſpargit vndique plu-
uias; ſed ſi cum ♂ inuenitur, ſerenitatẽ
affert, & aqueis in locis leues excitat
pluuias; quando in ☿ adeſt, flatus com-
mouet, caloreſque, tenebrarum aduehit
obſcuritatem, pluuiaſque.

Sed ſi ♂ cum ♄, & ♃ iam explica-
tum; bicorporeis verò in ſignis cum ☉
æſtus depromet, tenebras, morboſque;
in aqueis, indicat imbres, fulgura, to- K
nitruaque, horrida exorituraſi in igneis
videtur, ſiccitatem inferet, vbi com-
buſtus pluuiarum minuit copiã, quan-
do cum ☉ coniunctus grandines tri-
buit, immixtus ♀ non exiguas præbe-
bit pluuias; in calidis verò cum ☿, ca-
liditatem habebis; in ſiccis autem, ad-
uehet ſiccitatem, in aqueis imbres im-
mittet, atque ſæpè, ſæpiùs conſurgent
ven-

A venti, atque Autumnali grandines tẽ-
pore, hiberno autem niues adducet.
Cum verò ☉ immixtus ♄ habetur, &
♂, ſupra expoſui: cum ♀ autem, humi-
ditas conſurgit, & eò magis vbi ipſa
retrograda exiſtit, quando ☉ occupet
♑, ♒, ♈, ac etiam ♓, cum ☿ verò in
aereis, ventos depromet, in humidis
pluuias.
At ſi ♂ cum ♄ habetur ☌, & ☉ iam
B declaraui, cum ☿, imbres parturit tàm
ſi retrogradus ipſe extet, quàm ſtatio-
narius, cum ☽, impetuoſi fermè venti
conſurgent, pluuiæ orientur, turbidæ-
que occurrent nubes, præcipuè vbi ☌
adſit tempus, quemadmodum ex diuer-
ſis Cardani colligitur locis.
Quinto atenim loco alios Planetarũ
decet aſpectus conſiderare, ſicuti dice-
tur: omnes autem Planetæ proprias cũ
C ☽ coniuncti vires exercent, quæ illo
cognoſcuntur in caſu, ſigni vbi ex ☽
poſſeſſi ratio habeatur, ſtellarumque
fixarum, quibus coniugatur, de latitu-
dine ☽, loci dominatoris, ☌, ☍, □,
cæterorumque; ipſomet enim modo eri-
genda eſt, quemadmodum dixi, cæle-
ſtis figura in puncto □ aſpectus, quo in
principio lunationis, & ☉ in ſigna in-
greſſum; Hac de re, vt facili erecta fi-
D gura negotio circa effectus iudicetur,
haſce habes regulas ex Cardani Apho-
riſmis, Steflero, Plinio, aliiſque Philo-
ſophis collectas, quarum ad obſeruatio-
nem incumbere quiſque debet, & qui-
dem.
Quo in caſu vel corporalitèr, vel per
aſpectum ☽ copulatus extat ♄ frigus
augetur, vt ex 7. *Apheriſ.* 45. Sed ſi hoc
vacuæ curſu ☽ accidit, ſiccitas denota-
E tur, ſic *idem* 64. cum ſiccis euenit tem-
poribus, pruinam affirmatur, atque vre-
dinem generari; vt *Aphoriſ.* 23. humi-
dis verò, nebulæ inſurgunt, ac frigus;
quando verumtamen aliqua eſt aperitio
portarum futura, erit aeris mutatio nõ
ſpernenda, vt Steflerus *in Ephem.* de
aeris mutatione: cum autem ☽ iuncta
♃ eſt, vel □, vel ☍ ſerenitates oboriũ-
tur, Septentrionaleſque venti, ſic Ste-
F flerus ibidẽ affirmat, in ♈ verò, aut ♑
albæ conſurgunt nubes; cum ♂ teſtimo-
nio, coruſcationes interſunt, ac toni-
trua, vbi verò ☽ ex ♃ ad ☿ currit, por-
tarum aperitio aduentos efficitur, quã-
do cum ♂ igneis extat in ſignis, rubeæ
apparent nubes, tumultus interueniũt,
coruſcationes, fulgura, tonitruaque,
quemadmodum de cunctis ſcripſit Ste-
flerus ibidem. In terreis autem hiberno
G tempore, nebulæ adſunt, pluuiæ, ac
frigiditates, in aqueis tepiditas adeſt,
Occidentales venti, frigoriſque remiſ-
ſio habetur; ſed ſi ex ♂ ad ♀ fiat pro-
greſſus, ad pluuias aperitio portarum
occurrit, quemadmodum Steflerus *loco*
ſupra ducto, quando verò ☽ cum ☉ ad
♄ immediata procedit forma portarum
aperitio habetur, ſed ſi ad obſidem
conſcendat, & nobis vicina, vel pluuios
H etiam cum ſtella, diuturni perfluent im-
bres, vti eſt ſententia Cardani 7. *Apho-*
riſm. 114. ex quo aſſertum, quod idem
in ♄ aſpectu procedit; quando verò in
humidis permanet, ſalubres emanãt
pluuiæ, ac frigus rigeſcit, ex ipſa au-
tem ad ♂ ☌ radiumue, portarum aperi-
tio ad imbres ſubſequitur, fulmina ex-
citantur, ac tonitrua, vbi ☽ cum ☿ in
humidis coniuncta, pluuiæ emanant;
I ſed ſi ex ♃ fiat, ad ipſam præcipuè cum
♄ teſtimonio, & ♂ in □, vel ☍ ad vẽ-
tos aperitio portarum habetur.
Prædicitur etiã ex Cardano 7. *Aphor.*
74. quòd magnæ coniunctiones cùm
hyemales exiſtunt, niui ortum facilè
præbent, ſi vernæ autem, ventis, gran-
dinibus, ſi æſtiuæ; adde quòd, & validæ
contrariorum conſtitutiones Planetarũ
K contrarios commouent vẽtos, imbrium
afferunt congregationem, niuem, gran-
dinemque, temporum, quemadmodum
differentiæ occurrũt: ſimili modò cum
prædominantur, infortuniorum aqueis
obſides inſignis, & præſertim in ♒,
periculoſæ interſũt alluuiones: in igneis
ſterilitates prænotantur, atque incen-
dia; in terreis concuſſiones ſignifican-
tur; in aereis ægritudines, & fixæ præ-
ſertim vbi ſtellæ, Apogei ſimileſq; ha-

Digitized by Google

A bentur locis, vti Cardanus *loco cit.* 124.
Prænotantur etiam ex celeri cæleſtium
Planetarum motu mutationes, quoniã
id contigit ex ☽, ♀, atque ☿, qui ſic-
citatẽ ſignificãt, ſi ſtationarij autẽ, ſunt,
ventos præponunt, ſi retrogradi, eodem
ex Cardano *num.* 7. *Aphoriſ.* 137. aquas,
quemadmodum explicatur, quòd vbi
Planeta, occidentalis, retrogradus, aut
tardus, combuſtuſque reperiatur, (cum
B ♂ excipias, ex quo ſiccitas ſignificatur)
pluuias dimittet. Sed ſi orientalis inue-
nitur, directus, velox, & radijs liber, ex-
ſiccabit; nec aliqui deſiderantur, qui
affirmant ex eiuſdem Cardani doctrina
Aphoriſ. 119. quòd calidus Planeta, hu-
miduſque eiuſdem qualitatis, naturæ-
que ſtellis, coniunctus, aut ſignis, quæ
ſaltem calida, turbulentum, æſtuoſum,
aduehet aerem, inſalubrẽque, vt æquali
C ratione, quod ſuperioribus è Planetis,
(cum ♂ dematur) nullo pluuias com-
moueri modo aſſeritur, ex inferioribus
(vbi ☿ auferatur) haudquaquam affer-
ri ſerenitatem: qua de cauſa firmum
reſtat, quòd tribus è ſuperioribus Pla-
netis, cum ☉ ſerenitas affertur, infe-
rioribus verò pluuias naſci.

Portarum enimuerò aperitiones (vt
alio explicatum loco) aeris nimirum
mutationes ad tempeſtates, ventos, im-
D breſque, nec non grandines diſpoſitas,
dicimus haberi, primò, vbi Planetæ,
quibus oppoſita domus, & contraria,
ſeſe inter coniungantur, vel ex □, aut
☍ ſe aſpectu reſpiciant, deindè quo in
caſu de aliquo huiuſmodi Planetarum
aſpectu ad alium ☽ tranſitum facit:
propterea cum ad ☉ ☍ vadit ♄, ex eo
quia ♒ extat domus ♄, & oppoſita
eſt ♌, qui ☉ eſt domus, aut ♄ erat ad
E ☉ ♌, quæ in ♑ exiſtat, qui eſt altera
eius domus ♋ oppoſita, qui eſt ☽ do-
mus, efficitur aperitio portarum: pari
modo ſi ♃, vt ſupra dictum, pergat ad
☍, vel ☿ ♊ eum permaneat in ♓ ex eo
quia ♓, qui ♃ domus eſt, & ♍ do-
mus ☿ extant oppoſiti. Quemadmodũ
& quando de ♂ ad ♀ in ♉, & ♏,
fiat progreſſus, quoniam aduerſantur

huiuſmodi namque oppoſitiones his F
commiſſæ in ſignis magnas aduehunt
reuolutiones; vti etiam dices, ſi ☽ per-
gat ex ☌, ☍, aut □, ♃, ♂, ac ☉, ad
☿, ♀, & ♄, qui ſeſe mutuò reſpiciant,
nam tunc ſecundam habebis aperitio-
nem. Propterea ſi ex ♂ ad ♀ incedat,
vel ex aduerſo humiditatem affert, plu-
uias, fulminaque, æſtiuo tempore toni-
trua concipit, hiberno niues, meridio-
naleſque ventos, ac occidentales de- G
promit.

Nec prætereas, quòd Trigoni ignei
dominantes in ſignis in eclypſi, vt ♈
♐, ♌ cum præcipuè dominentur ☌,
☍, aut □ luminarium, magnam exci-
tant æſtiuo tempore ſiccitatem; hiber-
no, ſi in terreis adſint ſignis, frigoris
inferunt vehementiam, hyemali autem
inſimul, & æſtiuo, caloris denotant re-
miſſionem; in aqueis autem pluuiæ, ac H
moderata ſignificatur æſtas; æſtiuo au-
tem tempore grandines occurrunt, &
niues, hyemali, autumnalique vbi in
aereis perſiſtat, aeris temperies venit.
Additur etiam, quòd nouilunia æſtate
calida habentur, hyeme verò frigida,
quod ex contrario in plenilunijs proce-
dit, nam æſtate frigida ſunt, hyeme
autem temperata; demas tamen, ni
obicem è ♄ poni non ambigatur, vt I
Cardanus *Aphoriſ.* 100. ex quo aſſeri-
tur, luminarium, aliorumque planeta-
rum ☍ pluuias commouere; ♃ enim-
uerò à ☉ orientalis ſæpiùs inducere ſe-
renitatem, ſeptentrionaleſque ventos,
moderatumque calorem perhibetur: at
occidentalis humiditatem.

Explicatur etiam ex ☌ cum ☉ bicor-
poreis in ſignis fieri, præſertim vere, te-
nebras, æſtate infirmitates, in aqueis K
autem imbres, fulgura, tonitruaque, in
igneis ſiccitatem, denotari; quando
atenim combuſtus habetur, pluuias mi-
nuit, ſi cum ☉ reperitur grandines af-
fert, cum ♀ coruſcationes, pluuias, to-
nitruaque, cum ☿, atque etiam in cali-
dis calorem ſignificat, in ſiccis ſiccita-
tem, in aqueis verò pluuias, in Autum-
no hæc in grandines mutat, hyeme, &

vere

A vere in niues, æſtate verò ventos com-
mouet vehementes.
Verumtamen vbi ♃ cum ♂ humidis
reperiatur in ſignis, pluuias adducit, co-
ruſcationes, ventoſque; in igneis verò
ſignis procelloſa propè ſydera, media
etiam hyeme grandines aduehit, aut
niues, cum Sol in aereis ſerenitatem,
fæcundos in humidis imbres, ♀ im-
mixtus ſerenitatem ſignificat, in aqueis
B pluuias gignit, cum ☿ ventis augmen-
tum, & caliditati præbet, aerem tur-
bidum reddit, pluuiaſque concitat
tranſeuntes in □ vel ☌ ☽ ſerenitatem,
ſeptentrionaleſque aduehit ventos in
♈, & ♏, alba cælum contingit nu-
be, quòd ſi ex illo ad ☿ fertur, venti
facilè perflant.
Circa ♄ verò affirmatur, quòd quã-
do cum ♃ inuenitur coniunctus, multo-
C rum per dierum curſum, vel ſerenita-
tem in aerem vehit, aut pluuias, vel
ventos immittit, & tali fermè modo
nunquam fallax regula habetur, quiſ-
quam eoquòd prædictis debet ex effe-
ctibus euenire, in humidis autem ſignis
humiditatem præbet, in ſiccis ſiccita-
tem, in terreis ventos explicat, cum ♂
in humidis copioſos pluuiarum vorti-
ces deijcit, & grandines demittit, cùm
D ☉ in aqueis frigus aduehit pluuias,
grandineſque in ♐; & ♑ ſeſe inter, fri-
gus tribuit in ♀ in humidis cum ☉ te-
ſtimonio pluuias generat frigusque, cũ
☿ in humidis ſerenitatem cõducit, in ☽
aereiſq; ſignis frigori vim præbebit. At
ſi cum ☉ dominator loci reperiatur ♄
vices duplicat, propterea, vbi ipſa ple-
na habetur, valdè moleſtum adeſt fri-
gus, quando vacua, ſiccis denotat tem-
E poribus ſiccitatem, vredinem, nec non
pruinam, humidis, nebulas aduehit, ac
frigiditatem, & quo ♄ in caſu tranſitũ
de ſigno, ad ſignum facit, plurium per
ſpatium dierum ſplendida conſurgunt
ſigna.
Verumtamen ſi cum ☿ reſpicitur,
imbribus ortum dat, in ☌ ☉, vel aeris,
vel aqueis exiſtentis in ſignis, procello-
ſos commouet ventos, imbriumque in

medium ponit turbationes, quod ęqua- F
li ratione in eiuſdem ☉ □ procedit.
Aduertitur autem ex quarto die è ☌
luminarium, non tarò indicari, quid
toto futurum ſit menſe, cum tunc ſe
primò ex ☌ oſtendat. Si verò ☉ humi-
dis in ſignis cũ ♀ reperitur, gratas pro-
mittit, frigorique commixtas pluuias,
quòd ſi ex ea ♂ ad ☌ radiumue fera-
tur, ad magnas portæ aperiuntur plu-
uias, fulmina, tonitruaque.
Cum autem orientales exiſtant Pla- G
netæ, candorem præſagiunt; ſi occidẽ-
tales, obſcuritatem; vbi meridionales,
lenitatem, & ſi in nodis permanẽt, am-
biguitatem; interlunij verò dominus
nonnihil valet, aeris cum inæqualitas
interſit; quemadmodum & qui cum
reſpiciunt, quòd & præcipuè procedit,
ſi in cardinibus exiſtant. Planeta verò,
qui primus è ☼ radijs exit, atq; nulli vi- H
detur applicari, puriſſimos demonſtrat
effectus. Vti & Cometæ, ſi immobiles
indicant ſeditiones, ſi ex aduerſo, bella
ab externis comparata, in octauo autẽ,
aut decimo loco, ſegetum portendunt
iacturam, in cardinibus, Principis mor-
tem, in vndecima, nobilium lethum
canunt.
Igneis atenim ♄ in ſignis cum debili
Sole cõiunctus inducit ethicos morbos, I
♃ verò ſãguineos, abſq; eoquòd putredo
adſit, vbi autem interueniat ♂, putridas
vehit; quo enimuerò in caſu in ipſis
♂ perſiſtat, ardentes omnis generis fe-
bres excitat, ♀ ephimeras, ſed ſi ♂
coniuncta, putridas, cum pituita faciet
exoriri; quando mixtus extat ☿, & ☉
ſimili forma in illis ſit, mala explicãtur
augeri, vt dixit Cardanus in *Aphoriſ.* 1.
Aduertere autem oportet, quòd K
plurium varij redduntur Cælorum in-
fluxus, proprios quoad in ſpecie effe-
ctus, cum temporum diuerſitas reſpi-
ciatur, veris nimirum, æſtatis, autum-
nique, apti qua de cauſa illis tempori-
bus oriuntur effectus, atque fermè ſic
regionum à diuerſitatibus, varij, ac ſu-
peruenientibus ab eclypſibus reddun-
tur, & omnia ea de re, veris vt muta-
tio

A tio pronuncietur hanc circa, vel illam, inſpicere ſedula alacritate, ſingularitatem cuiuſque ſtudium decet.

Conueniens etiam ſextò eſt fixas cõſiderationem verſare circa ſtellas, quæ iunctæ cum Planetis habentur, & cum ipſis vna occidunt, vel oriuntur, quemadmodum deinceps: quorum huius eſt generis vigor.

Saturninæ frigus, glaciem, grandi- B neſque adducent, Iouiales humiditatẽ, pluuias non inſalubres, nonnullis cum tonitruis, ventoſque, moderatum necnon calorem excitabunt; ex Martialibus ingens calor, vſtio, ſiccitas, tonitrua, procellæ, tempeſtateſque ortum habent; Solares caloris non parum, exiguam ſiccitatem depromunt: plurimũ ex Venereis humoris, per paucũ emanabit caloris; Mercuriales indifferenti C ſeſe habent ratione: humiditatis copiã dabunt Lunares, exiguumque calorem: Saturninæ atenim, ac Lunares variè occurrent, ex eo quia nunc frigus afferent, nunc humidum oſtendent, modò ſiccitatem, modò nebulas, & nunc grãdines exponent; Martiales autem cum Lunaribus imbres præbebunt, Mercuriales cum Saturninis gelu, cum Venereis verò peſtem, necnon venenum; Iouialibus atenim iunctæ tempeſtates D Martialibus impetuoſos aducent effectus, & eò vehementiori efficacia huiuſmodi agunt ſtellæ, quò maior ipſarum numerus adeſt, clariores lumine ſunt, atque magis Eclypſi propinquæ: vt etiam quæ alicui regioni verticales habentur, ac magis noſtro in Orizonte Septentrionales.

Generali etiam ratione cogimur meditari, quòd Orientales excitat ♄ ven- E tos, ♃ Septentrionales, Mars Occidẽtales, atque ☉ varios pro vt ſignorum varietas exiſtit, magis autem commouet Subſolanum ♀, verumtamen Meridionales, & omnibus ☿ vim præbet, ☾ verò diuerſis locorum, prout varietas conſideratur.

Deindè, quòd ex Planetis auſtrales ſolent venti commoueri, Cœli dum in medio, aut latitudine perſiſtunt, vel F auſtrali in declinatione: Tertiò Orientales quòd venti Orientalibus ortum è Planetis, Occidentales ab Occidentalibus habent. Sed quid de Borealibus? è Septentrione, ac imo cæli dilabuntur. Quartò, quòd è ♓ Occidentales gignũtur venti, ex ♈ Septentrionales, è ♉ Orientales, è ♊ Auſtrales. Quintò, quòd Orientales Saturninæ Stellæ donant ventos, Iouiales Septentrionalibus G vim præbent, Martiales Occidentalibus, Venereæ verò generant Auſtrales. Sextò, quòd maiori ſpirat flatu nocturno tempore Auſter, diurno verò Aquilo; ille magis in mari ſæuit, hìc in terra. Septimò, quòd calidiſſima quaque, frigidiſſimaque tempeſtate ratò exoriuntur venti. Octauò, quòd Corus vbi ☾ ad ♄ Martij, Februarijque Menſe, ac Octobri grandines immittit, Maio pro- H cellas, Aquilo Aprilis, Maijque menſe ſpirans flores comburit; Circius hyemali tempore niues creat, æſtiuo autem grandines: Fauonius hyemis rigiditatẽ reſoluit. Nonò tandem, quòd anniuerſarij venti caniculæ tempore ſpirantes, è tertia diei hora, veſperas vſque perdurant.

Huiuſmodi atenim venti Prodromi, aut Eteſiæ nuncupati, illi habentur, I qui ſtatuta per anni tempora, aliqua exoriuntur ex parte; quemadmodum in Italia ab Aquilone perflant, in Hiſpania ex Oriente, & alibi alijs ſpirant ex locis; penès Orientales autem ex Septentrionalibus in Orientales ad Zephyrum vſque conuertuntur, apud Occidentales è Septentrionalibus in Oriẽtales ad Subſolanum vſque, conſurgunt. K

Duplicis atenim generis venti extãt, quemadmodum ſcriptis tranſmiſit Argoli *in Pand. Sfer. cap.* 8. Aeſtiui quos octo circitèr per dierum ſpatium caniculæ ante ortum ſpirare cœperimus, & quadraginta per dierum curſum ſcimus perdurare, tertiaque, vel quarta diei hora conſurgunt, noctu autem haudequidem perflant, hiberni, qui oppoſiti haben-

A habentur, contrario exoriuntur tempore: Celidonius enimuerò hirundinũ ex aduentu occurrit, cum Arcturi Veſpertinus exortus veris tempore adeſt; hic autem ventus omnium fermè ſuauiſſimus exiſtit, & in Fauonium conuertitur, Zephyrumque.

Procelloſos nominat flatus Ariſtoteles Etnephiam, Thyphonem, ac Præſtera; qui reliqua inter mala, quæ ſo-
B lent adducere, maximas in mari concitant tempeſtates, nauibuſque miſerum infetunt, ac hominibus naufragium. Et-nephias autem vocatur, quaſi ex nubibus erumpens: non rarò etenim quamplurimæ interueniunt denſæ ſpirationes, ac vnà coniunctæ ſeſe è terra mirè attollunt, cauamque ingreſſum faciunt in nubem, qua de cauſa cum circumſtantem ob frigiditatem ſeſe in-
C ter concitentur; aut per velocem è nube commiſſum motum calidæ euadant, libertati ſe tradere quærunt: caloris nãque proprium habetur maiori dilatare locum vi, & propterea impetuoſo in nube obſtrepunt fragore, & magna illam violentia diſrumpunt, ac redigunt in fruſta; vnde cum exitus illinc non exigua efficiatur vehementia, fulminis ad inſtar aerem perturbant, ventique
D flatum, qui maximi habeatur terroris, vigoriſque, depromunt. Propterea Nautæ huiuſmodi quo in caſu nubes non vulgari craſſitate, denſitateque obſcuras aſpiciunt, & vndique contiratas, vela deijciunt, ex eo quia ſi id minimè agant, è rabido nubis furore nauigia demerguntur.

Plurium autem nubium ex pugna, qua ad inuicem hoſtilitèr concurrunt,
E aut diſſimilium partium, eadem in nube Typho ortum habet, quæ vbi ſe percutere neutiquam deſiſtunt, longè reſiliunt, aut vnum aggregantur in corpus, ac circulos efformant turbulentos, & quemadmodum Etnephias rectè deſcenſum facit, pari forma Typho, vel turbo vertitur in gyrum; omnia quapropter nauigia, & quidquam in aqua, vel in mari exiſtit, in gyrum agit, & in altum ſecum attollit, ac præceps dat; F
ipſe verò improuiſa ortum ſortitur cauſa, cuius præbent ſignum nubes, vbi ſeſe veloci moueant agitatione, atque inuicem concurrant; tunc namque iudicium effici oportet, quòd ſtatim ac vicinæ interſint, turbinem conſtabunt; ad quod remedium præbetur, ex Helmontio in Blas meteoron ex relatione F. Stephani de Luſignan ex Cypri Regum familia, vltimi in deſcriptione G
Cypri fol. 212. edita Pariſijs ann. 1580. Orientalibus nimirum nautis ſolitum huius quo in caſu turbinem generis videant, nigro cultrum capere manubrio; & cum dicant: In principio erat Verbũ, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, nubem interſecare, quo facto, ſtatim ille diſſipatur.

Illo atenim in caſu. Præſter occurrit, quo concitati vndique, attritique vapo- H
res ignem eliciant, & deorſum turbinis ad ſimilitudinem fortiori deſcendũt motu, atque vſtionem tali aduehunt forma, talitèr, vt æquorei etiam fluctus inde calidi efficiantur: diſcrimen enim verò Præſtera inter, ac fulmen intercedit, eoquòd ſcilicet hoc maiorem continet in ſe flammam, quàm flatum; ille verò plus flatus præſeferat, quàm flammæ.

Nonnulli verò, quibus non rudis I
Minerua, & aliqua de cœleſtium ſumma cognitio adeſt, affirmare non verentur, à Deo ſtellis inditum vigorem, quo & ſtatuta moueantur ratione, vt ipſarũ motu temporum deſcriptio habeatur, & tributam illam inferendi facultatem exerceant, quã ſupremum Cœlorum Numen perpatrari mandauit. Duplici fermè dicimus ſtellas motu circumagi; K
aliæ namque adeò æquali procedunt, vt ipſammet ſeſe inter vſque diſtantiam demonſtrent, & fixas huiuſmodi vocamus ſtellas; pleræque diuerſos oſtendunt motus, eoquòd non ſemper æquali diſtant interuallo, ac nunc coniunctæ habentur, nunc diſſidentes aſpiciuntur, modò ſpatio extant longinquo, modò propiores occurrunt: atque hæ quidem

Pla-

A Planetæ, nec non errantes appellantur.
Duplicis hic habetur motus generis
in ſtellis, alius quo ipſæ parem vſque
ſeſe inter diſtantiam retinentes, proce-
dunt, alter, qui è fixarum motu ſtella-
rum diuerſus habetur, & quemcumque
quo Planetam peculiari modo incede-
re affirmamus; vulgo verò, Primus, &
Secundus hic appellatur motus; &
Aſtronomorum aſſertis primum illum
B dicimus eſſe motum, quo ſuperna ſe-
mel viginti quatuor per horarum de-
curſum ſphæra circumgyratur, exteras
que ab ortu in occaſum ſphæras, poſte-
riorem, quo reliquas propria ratione
ſphæras aſſerimus cogitari, & ex primo
mobili ex aduerſo, & ab occaſu ad or-
tum niti, cum aliæ ferme velociori, aliæ
magis tardo progrediantur motu: Hu-
iuſmodi verumtamen motus diſtinctio-
C nem libenti animo Aſtronomis conce-
do, eam vbi Hypotheſeos loco ha-
bent.
His igitur fixis etiam dicimus è ſtel-
lis, aeris de mutatione poſſe cognitionē
venire; dicitur enim, quod Oriente
cum Sole, aliove Planeta, ipſum ante,
maiori autem, minoriue forma Corui
è roſtro aer perturbatur, atque redditur
craſſus; quando autem ſiniſter ♒ hu-
D merus conſurgit frigida occurrit aura,
glacieſque, ac etiam ventus, vbi ♏
cauda, aeris oriuntur varietates; ſed ſi
♈ cornu pluuiæ concitantur vel niues,
Pleiades vndique Fauonium expellunt,
vltima ex ♈ cauda rorem præbebit,
oculus, boreus ♉ tempeſtates depro-
met; Hyades pluuias elicient, & Aqui-
lonares paſſim venti proprium amittent
vigorem: ♉ ex oculo pluuiæ deſcen-
dent, ac tempeſtates; dexter Orionis
E humerus pluuias præbebit; Orionis
cingulum pluuiæ tribuet continuatio-
nem, proprio, vbi die cæperit emana-
re, tempeſtates verò ♂ eum, aut ♃ ha-
beatur coniunctas: ſiniſtro ex Orionis
pede tranquillitatem dicimus, ſereni-
tatemque prolabi; Precion Erlocos im-
mittet, anniuerſarios nimirum ventos;
Sirius maris, terræque, ac animantium
perturbationes denotabit, ſiccitatem, F
morboſque; ſi tamen ☽ in ♈ perſiſtat
procellæ exoriuntur, ſi in ♉ peſtilentia
ſæuit, quando in ♊ tribuet ſiccitatem,
cum in ♋ magni occurrent æſtus, ſi in
♌ imbrium frequentiam videbis; in
♍ ſiccam habebimus intemperiem; in
♎ peſtilentiæ conſurgunt; in ♏,
pluuiæ emanãt in ♐ & ♑ ſiccitas, mor-
bique ſignificentur; vbi in ♒ pluuiæ
inſurgunt non breues, eo, qui ſequetur, G
anno, vt ſimili in ♓ modo: quo autem
tempore Regulus apparet, Aquilonis
excurrent flatus: ♌ tergum exiguam
afferret frigiditatem; humiditatemque,
cauda tempeſtates adducet, grandineſ-
que; lucida ex corona venti prolabun-
tur, Corui Ceruix aeris denotat incon-
ſtantiam, dexter Herculis humerus ven-
tos præbebit, ſiniſter ſubitam dabit tē-
peſtatem, ventoſque: ſed pluuiæ ad- H
ſunt, & tonitrua, cum ♄, & ♂ inter-
ſint in ♎; lucida lancea Borealis Fauoniũ
conducet; Auſtralis lanx ventos in-
ordinatos, frigoris acrimoniam turbi-
neſque Ophiuchi tribuit caput; è cauo
ſiniſtri pedis Ophiuchi nebulæ, tene-
bræque deſcendunt: dexter Centauri
humerus ventos, niueſue, aut pluuias
immittet; ♏ cor humiditatem, tem-
peſtateſque, Aquila pluuias, aut niues, I
frigoriſque remiſſionem; Delphini ex
cauda pluuiæ, aut niues deſcendunt, è
nebuloſa ♐ nebulæ, nec non humidi-
tates; ventorumque conflictus, ex ca-
pite Andromedæ aeris ſerenitas.
Stellarum etiam ex nominibus præ-
ſagia occurrunt: veſpertino etenim in
cinguli Orionis ortu Fauonius perflat;
in Nebuloſa capitis Orionis Hapelio-
res venti interſunt, frigoris remiſſio, ac K
aer craſſus; Lucida coronæ tempeſtates
exponunt; Aſelli, & Præſepe pluuias ☽
vbi, aut ♀ coniunguntur; Canis minor
aeris dabit varietatem; Leporis venter
aſperum frigus; Syrius frigoris remiſ-
ſionem, leuemque auram; frigoris aug-
mentum Regulus affert: tergũ ♌ ne-
bulas, atque frigiditatem; Lucida hy-
dræ pluuias, niueſque; cauda ♌ humi-
ditatem

A ditatem ſignat præcedentem in Herculis femore venti, ac tempeſtates; gelidum vehit Vindemiator Aquilonem; Arcturus tempeſtatem, Fauoniumue, procellaſue; è Corui ceruice pluuioſus deſcendit Auſter; è ſpica ♍ frigiditas, humiditaſque, nec non aeris perturbatio;aeris frigiditas Corui è roſtro;Oriẽtales dexter Herculis humerus dabit ventos, dexterum illius bracchium ventos, ſiniſter eius humerus aerem
B niue, pluuijſque agitabit, & caput tonitrua excitabit; Lucida lanx Boreæ frigidiorem adducit noctem; dexter Centauri humerus aeris humiditatem; ♏ cor tempeſtates; Aquila in plenilunio oleas, floribuſque cinctas vites reddet minus fœcundas; è Delphino nebulæ, aeriſque varietas; Andromedę ex capite grata ſerenitas; ex ſiniſtro ♒ humecto frigidæ auræ, ventique deſcẽ-
C dent; vbi Auſtralis oritur Aſellus,Cæli ſignatur obſcuritas, pluuiæque ſic, ♈ cornu aeris inconſtantia; cum Pleiades otiũtur,pluuiæ copioſæ,Auſterq; vẽtus; ex dextro Aurigę talo turbidi cõcitãtur venti, ex ♉ oculo frigida aura, & niuoſa, ex dextero Ophiuchi pede, obſcuritas, nebulæque ex ♊ capite, ac ſiniſtro humeroOrionis frigoris remiſſio, ventorumque conflictus, caput præce-
D dens, dexterque Orionis humerus niues, occidentaleſque fert ventos.

Matutini etiam ſtellarum occaſus cum prognoſticis occurrunt;& quidem turbida ex Corui roſtro aura ſignificatur, & craſſa; Boreali aeris varietas ab Aſello; ex Algorach, ſeu dextera Corui ala, nubes, niues, aeriſque turbationes: Regulus pluuias diffundit, & Aquilonem; ſpica ♍ humiditatem, &
E ventos,cauda ♏, pluuiaſque,tonitruſque, nebuloſa aculeum ♏ ſequens, nebulas, & Aquilonem; ♌ cauda niuem, atque frigus; Tergus ♌ nebulas vehit, roremque, ♏ cor aerem æſtuoſum; ſiniſtrum ♐ fęmur ſerenitatem; Ophiuchi ſtellæ nubes; è ♐ Axilla ſerenitas denotatur: è iaculo ♐ pluuiæ; aer intemperatus ab Arcturo;

turbidus, nubiloſuſque è ♐ nubiloſa F
aer: Lucida corona Auſtrum dabit; Aquila Africum, æſtumque, dexter tibiæ ♒ Auſtralis tonitrua, nec non coruſcationes, dexter ♒ humerus pluuias, ventoſque, ac etiam coruſcationes; Delphinus ęſtum, imbreſque, caloremque, dexter ♒ cubitus pluuias, coruſcationes, ac ventos; è Ceti cauda nebulæ aduehuntur; Occidentales è ſiniſtro Herculis femore venti; gratiſſi- G
ma ex Andromedæ capite aeris quies ex ♈ cornu aer inconſtans,ex Leporis ventre, venti vbique Trianguli, alex Occidentales inducet ventos; Orionis clypeus nubes, ac, ſine pluuia ventos; vltima caudæ ♈ pluuias cum niue; Canis minor Africum cum pluuijs; Hyades gelidas pluuias; Pleiades Aquilonem; quod ſi nubes adeſt,pluuioſa aderit hyems, aſpera, vbi ſerenum: ex H
Palilitio pluuia vehitur cũ niue,exProcyone cum pluuijs Africus, & halcinoñ dies;ex Lucida Hydra nebulæ,humiditaſque cum ventis, caput præcedens ♊ niues, Occidentaleſq;ventos ſignificat.

Veſpertini etiam explicantur, ad faciendam temporum prædictionem, ortus; quoniam vbi lucida coronæ interſit, tempeſtas occurrit: Aquila, etiam tempeſtas; ſiniſter ♒ humerus,frigidi- I
tas, Delphini cauda, violentus Auſter, cum pluuia interueniat, vel nix: dexter ♒ cubitus, pluuioſus ventus; Cygni autem os tempeſtatẽ in mari, pluuioſoſque in mari ventos adducit: ſiniſtrũ herculis femur, violentos, qui occidentales, ventos; Andromedæ caput frigiditatem; Leporis venter frigidos ventos: ſiniſter Orionis pes temperatam aeris complexionem; pluuias cly- K
peus Orionis; nocturnas ♈ cauda pluuias; Syrius Auſtrum, & Aquilonem, quòd ſi Plenilunium ante, vel poſt, biduo id accidat, ſegeti rubiginem, florentibuſque Vredinem minatur; ex Hyadibus frigidi feruntur venti; ex Pleiadibus Africus, qui poſtmodum ad Fauonium deuoluatur;ſi cum ♂ ſint, aut ♀ pluuioſa tempeſtas; ex ♉ oculo

A tempeſtas, ex Procyone fluctuatio riuorum; Procyon, vbi cum Plenilunio adſit, cunctarum læſio frugum, ſi interlunio vndique oleas, florenteſque vites afficit Vredo; ex Lucida Hydræ, cum pluuia nubes; è Corui roſtro, tranquillitas, ſerenus venit aer: inconſtantem Corui ceruix aerem dabit, fulguraque immittet tonitruſque, caput ♊ occidentales ventos; Aſellus Boreus
B Aquilones; dextra Corui ala, nubes, pluuiaſque nocturnas; Regulus Fauonium; ♏ cauda tempeſtatem; cauda ♌ tepiditatem; tergus nebulas, nubeſque vbi ♋ cor apparet, pluuiæ conſurgunt; ſi læuum ♐ fæmur venti, ſerenitaſque ſerenum ♐ axilla frigus; quando ipſius iaculum aura lenis, frigoriſque remiſſio: at ſi Arcturus, Auſtri flatus, & denique cum ♐ nebuloſa, nu-
C bes interueniunt, & obſcuritates.

Proponuntur itaque ſeptuaginta ſupra nouem ſtellarum ortus, & occaſus, vt cognoſcantur, quando, & quomodo antepoſiti ſtellarum effectus ſint venturi; & quidem ortus Scapulæ Andromedæ habetur ad gradus decem ♒ minutis tribus, Occaſus autem ad gradus viginti vltra nouem, ♈ minutis tribus; matutinus adeſt occaſus ad vi-
D ginti tres Octobr. dies; ſiniſter Andromedæ cubitus ortum habet ad quatuor ♓ gradus, minutis ſupra viginti tribus, occidit ad gradus viginti quatuor ♈ minutis treſdecim, illius occaſus matutinus decimo octauo Octobris die; ſummitas Trianguli ortum excipit ad gradum decimumquartum, ♓ minutis octo ſupra quinquaginta, occaſum ad gradus vndecim, ♉ minutis quadragin-
E ta ſex, occaſum matutinum quinto Nouembris die; cornu ♈ præcedens oritur ad gradus nouem ♈ minutis duobus; occidit ad primum gradum, minutis triginta duobus; illius occaſus matutinus vigeſimo quinto Octobri die: Sequens ortum excipit gradu ſeptimo, minutis decem, occaſum ad gradum tertium, minutis ſex, occaſum matutinum vigeſimo ſeptimo Octobris die;

Venter Ceti oritur vigeſimo octauo ♉ F
gradu, minutis viginti quinque, occidit gradu ſeptimo ♈, minutis quinquaginta quatuor, eius ortus matutinus vigeſimo Maij die; Piſcium nexus oritur duodecimo ♉ gradu, vigeſimo nono minuto, occidit gradu vigeſimo, minutis tribus; ortus veſpertinus quinto Nouembris: Fluuij conuerſio oritur vigeſimo ſeptimo ♊ gradu, minutis quinquaginta, occidit decimo, minutis C
quinquaginta duobus: occaſus matutinus, Octobris quarto; media ♈ cauda oritur decimo ♉ gradu, minutis quinquaginta nouem, occidit decimo ſeptimo gradu, minutis quadraginta; ortus veſpertinus, tertio Nouembri; Borealior Pleiadum oritur decimo tertio ♉ gradu, minutis quinquaginta ſupra vnum, occidit vigeſimo ſexto, minutis triginta quinque, ortus matutinus quin- H
to Maij; pectus ♉ exoritur gradu ♊ octauo minutis decem, & nouem, occidit decimono ♉ gradu, minutis quadraginta, & octo; Prima Hyadum ortum habet nono gradu minutis viginti, & duobus, occidit gradu vigeſimo quinto, minutis quinquaginta, vltra duo; occaſus veſpertinus decimoſeptimo Maij; quinta oritur duodecimo ♊ gradu, minutis ſex, occidit gradu ♊ I
minutis tribus; ortus matutinus tertio Ianuarij; Clypei Orionis ſexta vigeſimo ſexto oritur gradu, minutis quinquaginta poſt tres, occidit vigeſimo quarto ♉ gradu, minutis triginta ſex; Siniſter Orionis humerus oritur tertio ♋ gradu, occidit vigeſimo octauo, minutis viginti vltra duo; Cornu Boreale ♉ oritur octauo ♊ gradu, minutis triginta, & nouem, occidit vigeſimo ſe- k
cundo ♊ gradu, minutis decem, & ſeptem; occaſus veſpertinus vigeſimo quarto Ianuarij die; Siniſter Orionis pes oritur decimoquinto ♋ gradu, minutis quadraginta, & vno, occidit decimo octauo ♉ gradu, minutis treſdecim; Cornu Auſtrale ♉ oritur vigeſimo primo ♊ gradu, minutis quinquaginta, & duobus, occidit decimo ſexto ♊ gradu,

A dii. Media enſis Orionis oritur decimo
octauo ♋ gradu, minutis .ii. ♉, occidit
vigeſimo quarto ♉ gradu, minutis qua-
draginta, occaſus veſpertinus decimo
ſexto Maij die; media cinguli Orionis
oritur decimo quarto, minutis quin-
quaginta, occidit vigeſimo octauo, mi-
nutis quadraginta nouem, venter Lepo-
ris oritur primo ♌ gradu, minutis vi-
ginti, & tribus; occidit duodecimo, mi-
B nutis viginti, & nouem; occaſus matu-
tinus quinto Nouēbris; humerus Orio-
nis dexter oritur vndecimo ♋ gradu,
minutis decem ſupra ſeptem; occidit
octauo ♊ gradu, minutis decem; ſini-
ſter pes ſequens ♊ oritur decimo, mi-
nutis quinquaginta ſupra ſex, occidit
vigeſimo quarto, minutis quadraginta
vltra nouem; Canis maior oritur deci-
mo ♌ gradu, minuto primo, occidit
C minutis quinquaginta poſt quinque; oc-
caſus, ortuſque veſpertinus trigeſimo
Ianuarij die; Canis venter ortum ha-
bet, vigeſimo quarto ♌ gradu, occidit
quinto ♉ gradu, minutis quadraginta;
occaſus veſpertinus decimo ſeptimo
Maij die, ortus veſpertinus decimo ter-
tio Februarij; Hercules exoritur vnde-
cimo ♋ gradu, minutis triginta poſt
tria, occidit vigeſimo nono ♋ gradu,
D minutis decem, & octo; Canis minor
oritur ſecundo ♌ gradu, minutis qua-
tuor, & viginti, occidit vigeſimo nono
♊ gradu, minutis quinquaginta ſupra
tria; occaſus veſpertinus vigeſimo ſe-
cundo Maij die, ortus veſpertinus vi-
geſimo ſecundo Ianuarij die; Scutum
Argi, oritur vigeſimo nono, minutis
octo, occidit primo, minutis quadra-
ginta ſupra tria; occaſus veſpertinus
E vigeſimo tertio Maij die; Præſepe ori-
tur primo ♌ gradu, minutis tribus, oc-
cidit ſecundo ♌ gradu, minutis quin-
quaginta, & ſeptem; veſpertinus ortus
vigeſimo primo Ianuarij die, Matuti-
nus occaſus vigeſimo tertio Ianuarij;
Aſinus Boreus oritur vigeſimo nono ♋
gradu, minutis quatuor, & triginta,
occaſus ſexto, minutis quadraginta, &
vno; veſpertinus ortus decimonono Ia-

nuarij; Auſtrinus ortum habet ſecundo F
♌ gradu, minutis quadraginta vltra
vnum, occidit ſecundo, minutis decem,
& nouem; Matutinus occaſus vigeſimo
tertio Ianuarij die; Lucida Hydræ pri-
mo oritur ♍ gradu, minutis quatuor,
& viginti, occidit decimoſexto ♋ gra-
du, minutis decem vltra quatuor, ve-
ſpertinus ortus vigeſimo Februarij; Cor
♌, ſeu regulus, oritur vigeſimo tertio
♌ gradu, minutis quadraginta, & vno, G
occidit vigeſimo quarto ♌ gradu, mi-
nutis tribus, veſpertinus ortus duode-
cimo Februarij, matutinus occaſus deci-
mo tertio; Fundus Crateris oritur vi-
geſimo ſeptimo ♍ gradu, minutis de-
cem, & quinque, occidit vigeſimo
octauo ♋ gradu, minutis viginti, & tri-
bus; veſpertinus ortus decimo octauo
Martij; cauda ♌ oritur decimo ♍ gra-
du, minutis triginta, & quinque, occi- H
dit decimo ſexto ♎ gradu, minutis
quinquaginta vltra quinque; Roſtrum
Corui oritur decimo ſexto ♎ gradu,
minutis quinque, occidit duodecimo
♌ gradu, minutis triginta, Matutinus
occaſus Feburarij ſecundo, veſpertinus
ortus ſexto Aprilis; Præuindemiatrix
oritur vigeſimo quinto ♍ gradu, minu-
tis decem, ac ſeptem, occidit nono ♏
gradu, minutis quadraginta, & nouem, I
veſpertinus ortus decimo octauo Mar-
tij die; Spica ♍ oritur decimo octauo
♎ gradu, minutis triginta, & vno, oc-
cidit decimo tertio ♎ gradu, minutis
triginta, & duobus, Matutinus occaſus
quarto Aprilis, veſpertinus ortus deci-
mo octauo eiuſdem die; Arcturus ori-
tur quarto, minutis duodecim, occi-
dit decimo nono ♓ gradu, minutis qua-
tuor, veſpertinus ortus vigeſimo quin-
to Martij, Matutinus ortus vndecimo K
Ianuarij die; Lanx Auſtralis oritur de-
cimo octauo ♏ gradu, minutis
quinquaginta quinque, occidit vigeſi-
mo ſexto ♎ gradu; Borealis oritur
octauo, minutis quadraginta, & octo,
occidit vigeſimo nono ♏ gradu,
minutis decem, & ſeptem: matutinus
occaſus vigeſimo primo Maij die; ſini-

A ſtrum Ophiuchi genu oritur decimo tertio ♏ gradu, minutis triginta, occidit tertio ♐ gradu, minutis triginta, & duobus; Bracchium dexterum Engonaſci, oritur vigeſimo octauo ♎ gradu, minutis triginta, & duobus, occidit decimo ſexto ♑, minutis viginta, & octo; Caput Engonaſci oritur duodecimo ♏ gradu, minutis quinquaginta, & tribus, occidit vigeſimo
B ♑ gradu, minutis triginta nouem; occaſus veſpertinus vndecimo Ianuarij; caput Ophiuchi oritur decimo nono, minutis quinque, occidit vigeſimo tertio, minutis quindecim, veſpertinus occaſus decimo tertio Ianuarij; Cuſpis ♐ oritur quarto ♑ gradu, minutis duodecim, occidit decimo nono ♐ gradu, Humerus ♐ finiſter oritur vndecimo, minutis ſeptem, occidit ſecundo ♑
C gradu, minutis quinquaginta, & vno: Axilla ♐ oritur decimo octauo, minutis viginti, & vno, occidit vigeſimo nono ♐ minutis quindecim, Matutinus ortus nono Ianuarij; Roſtrum Gallinæ oritur vigeſimo octauo ♏ gradu, minutis decem, & nouem, occidit vigeſimo nono ♒ gradu, minutis quatuor, & quadraginta, matutinus occaſus vigeſimo quarto Auguſti; Aquila
D volans oritur decimo nono ♐ gradu, minutis quinquaginta quinque, occidit, decimo quarto, minutis viginti quinque, veſpertinus occaſus tertio Februarij; Caput Antinoi oritur ♑, minutis quadraginta quinque, occidit decimo tertio, minutis quadraginta, & tribus, veſpertinus occaſus tertio Februarij, Matutinus ortus vigeſimo tertio Decembris die; Cauda Delphini oritur vigeſimo ſeptimo ♐ gradu, mi-
E nutis quinquaginta, & octo, occidit, vigeſimo quinto, minutis viginti, & duobus, veſpertinus occaſus decimo quarto Februarij; Dextrum genu ♑, oritur decimo ſexto ♒ gradu, minutis quatuor, occidit vigeſimo ſexto ♑ gradu, minutis quinquaginta ſupra octo; Sequens oris Aquilæ oritur ſeptimo ♑ gradu, minutis viginti ſupra duo, occidit ♓, minutis quadraginta, & vno; F
Rictus Pegaſi oritur decimo octauo, minutis treſdecim, occidit ſexto, minutis quadraginta poſt vnum, matutinus ortus Ianuarij nono, veſpertinus occaſus vigeſimo quinto Februarij; Caudæ ♑ ſequens oritur vigeſimo ſecundo ♒ gradu, minuto primo, occidit decimo ſexto ♒ gradu, minutis viginti ſeptem: Dexter humerus ♒ oritur quinto, minutis quatuor, & quadraginta, occidit ſecundo ♓ gradu, minutis quadraginta G
ſex; dextrum ♒ brachium oritur duodecimo, minutis decem, & octo, occidit quarto, minutis quadraginta ſex; Pegaſi vmbilicus oritur tertio ♒ gradu, minutis decem, & octo, occidit vigeſimo primo ♈ gradu, minutis viginti, & octo, Matutinus ortus vigeſimo quarto Februarij; extrema Pegaſi ala oritur primo ♓ gradu, minutis quinquaginta ſupra ſex, occidit octauo, mi- H
nutis triginta; Caput Algol oritur vigeſimo nono ♒ gradu, minutis quinquaginta, occidit decimoquarto ♊ gradu, minutis triginta, & vno, veſpertinus occaſus Ianuarij ſexto; Lucida Eridani oritur primo ♌ gradu, minutis decem, & ſex, occidit decimoſeptimo ♓ gradu, minutis quinquaginta tribus, veſpertinus ortus vigeſimo primo Ianuarij, veſpertinus occaſus Martij octauo; Hæ- I
dorum prior oritur vigeſimo primo ♈ gradu, minutis decem vltra ſex, occidit decimo ♋ gradu, minutis quinquaginta ſupra quinque, matutinus ortus duodecimo Aprilis; dexter humerus aurigæ oritur vigeſimo ſecundo ♈ gradu, minutis ſeptem, occidit duodecimo ♌ gradu, minutis quadraginta, & vno; Caput Apollinis oritur tertio ♋ k
gradu, minutis decem, & nouem, occidit tertio ♌ gradu, minutis vndecim: Sectio Tranſtrinauis oritur vndecimo ♍ gradu, occidit quatuordecim ♊ minutis; Berenicis Coma oritur minutis tribus, occidit quinto ♐ gradu, minutis triginta ſupra vnum, occaſus veſpertinus vigeſimo octauo Nouembris; Lucida Coronæ oritur duodecimo ♎ gradu,

A tus, minutis decem, occidit decimo quinto ♑ gradu, minutis ſexdecim, veſpertinus occaſus Ianuarij quinto; Aculeus ♏ oritur ſeptimo ♑ gradu, minutis viginti quinque, occidit vigeſimo ♏ gradu, vigeſimo ſeptimo minuto, matutinus occaſus duodecimo Maij; Lucida Lyræ oritur primo ♏ gradu, quadraginta quatuor minutis, occidit ſexto ♓ gradu, duobus minutis,
B veſpertinus occaſus vigeſimo quinto Ianuarij; Cauda Cygni octauo, minutis duodecim, occidit decimo ſexto ♈ gradu, minutis vndecim, veſpertinus occaſus Aprilis octauo; Pectus Oloris oritur vigeſimo tertio, minutis tribus, occidit vigeſimo ſexto ♓ gradu, minutis quindecim, matutinus occaſus vigeſimo Septembris, veſpertinus occaſus decimo quarto Maij; Media Vmbi-
C lici Andromedæ oritur vigeſimo quinto ♑ gradu minutis quadraginta, & octo, occidit duodecimo ♉ gradu; Siniſter Andromedæ pes oritur vigeſimo quarto ♒ gradu, minutis triginta, & ſeptem, occidit vigeſimoquinto gradu; Antecedens à capite Meduſæ oritur nono ♓ gradu, vndecim minutis, occidit tertio ♊ gradu, minutis quatuor, veſpertinus occaſus vigeſimo quarto
D Maij: Siniſtrum Perſei genu oritur vigeſimo quarto, minutis ſex, occidit, uigeſimo ſecundo, minutis quinquaginta tribus; Siniſtrum ♐ femur occidit uigeſimo ♒ gradu, minutis ſexdecim, occidit ſecundo ♑ gradu, minutis decem, & octo; Præcedens Baſis trianguli, oritur vigeſimo quarto ♈ gradu, quinquaginta, & tribus minutis, occidit, quinto ♊ gradu, minutis decem,
E & nouem: & hæc de ortu, ſtellarumque occaſu explicaſſe ſufficiat, vt etiam Zanardus in vniuerſo elementari peregit, cum aduertatur tamen, quòd vbi alicuius in ortu ſtellæ, aut occaſu nullum demonſtratur ſignum, cuius in gradu ſtella ſit, intelligitur de ſigno, quòd in ortu prænotatæ ſtellæ ſit, vel occaſu, puta, vt dixi: Caput Engonaſci oritur duodecimo ♏ gradu, minutis quinquaginta, & tribus, occidit F vigeſimo ♑ gradu, &c. Caput Ophiuchi oritur decimonono, &c. occidit vigeſimo tertio, &c. In ortu Ophiuchi pro gradu decimonono habetur ſignum ortus appoſitæ ſtellæ, nimirum ♏, in occaſu verò pro vigeſimo tertio gradu venit ♑ ſignum occaſus prænotatæ ſtellæ, ac tali ratione de alijs explana.

G Meteora, vltra ſtellarum ſignificationes, influxuſque occurrunt etiam ſigna, eoquòd non parui erit emolumenti ad particularium præuiſiones ſignificationum, illa ſignare, quæ Solis iuxta lumen, Lunæ, ſtellarumque conſpiciuntur: quoniam vbi tàm ſublime Solis iubar in ortu circa ſigna reſpicimus, diurnis coniectamus de tempeſtatibus, quādo illū in occaſu intuemur, de nocturnis facimus iudicium; de diuturnioribus, quo in caſu cum Luna configuratus
H habetur, denotatur namque inde, qualis futura extet tempeſtas: qua de cauſa cum ſplendida Sol luce, caliginem quaque nubeſque depellens, illorumque obſcuritatibus expers ſeſe in ortu demonſtrat, aut occaſu, ferenam denotat fore tempeſtatem. Sed ſi nigro, aut etiam lurido, tàm in ortu apparuerit, quàm in occaſu aſpectu, & nubibus
I exiſtat obuolutus, vel vna illum area circumdet ex parte, vel parelia ex vtraque, aut liuidos, nigroſque radios ſpargat, imbres dicimus minari: ſed ſi vario, igneoue conſurgat orbe, occidatque, rubenteſque radios immittat, tàm ſi extent in rectum exporrecti, vel in ſe retorti, ac ſubiectis in nubibus, aliqua ex parte illa fuerint ab ipſo ef-
K formata, quæ virgæ nominantur, aut etiam flatuo diſtinguat nubes colore, aut longos vndique radios extendat, non exiguos denotat flatus illo violenter ex angulo erupturos, quem apud illa reſpiciantur ſigna.

Neque aliquo Lunam negliges modo ad obſeruandum ſuo in itinere, tàm ſi ante ſit, quàm vel poſt interlunia, & plenilunia, & medij curſu tēporis, quo Solem

Solem verſùs quadratum, interpretari quoniam, vbi nigro ſe ſpiciatur colore, ſpiſſa circum ſit, pallidoque aſpectu hyemes dicitur, atque imbres prænotare; cum per exigua verò luce rubeat, & tota fuerit perſpicua, illa etiam parte inſpecta, qua luce ſit deſtituta eo ventos depromet è loco, in quem occaſum faciat; quando autem puro lumine ſplendet, nec aliquid ipſam circa reperiatur, ſerenitatis tranquillum pollicetur. Ad quod etiam areæ faciunt, quæ Lunam circumuincire videantur; ex eo quia vna, quando exiſtat, putaque, ac pedetentim euaneſcens, ſerenitas vndique oborietur; ſi duæ verò, aut tres imbres dicuntur prænunciare; cum etenim hæ conſurgant ſubrubræ, & velut diſſitæ impetuoſos, vehementeſque prænũciant ventos fore; at ſi caligine obuolutæ, ac ſpiſſæ extent, niues inſimul prædicunt; cum nigro tamen, pulloue aſpiciantur colore, laceræque permaneant, vna cum vtriſque habebuntur; ad quod nota eo maiores ſignificari imbres, quò maiori numero areæ conſurgant; quando verò errantes, & non inerrantes redimunt areæ ſtellas, illæ proprio denotant colore, quæ illius de natura habentur.

Quo etenim in caſu inerrantes minores, magis fulgeant, & grandiorem præſeferant magnitudinem, quam ſolitum ſit, quacumque perſiſtant in Cœli plaga ventorum indè flatum deſignãt: nebuloſi adde, quòd vbi gyri videãtur, vt in Præſepe, Cœloue appareant tranquillo, aut viſum fugiant, vel ſpiſſi extent denſique, nimbos promittunt; qui verò puritatem oſtendunt, & continuò ſcintillare aſpiciuntur, turbidos ventorum excurſus demonſtrant: quando geminæ aliqua ſtellæ, quæ vtrinque ad Præſepe cernuntur, Aſinique excipiunt appellationem, ſeſe abſcondat, ſi Septentrionalis exiſtat, Aquilonem excitabit, cum illa verò, quæ Auſtralis, Auſtrum firmum eſt commoueri.

Sed quid de oſtentis, quæ certis in Cœlo ſui pompam faciunt temporibus? crinita quidem ipſorum ſydera ſqualorem vſque, ventorumque annunciant exortum, qui quidem eò vehementiori conſurgent flatu, quò grandius & ipſius habeatur corpus. In ſtellarum verò traiectionibus, iaculationibuſque, aliquo vbi ex angulo ferantur ventorũ, qui mox erumpent, ortum denotari affirmamus; ſed ſi proprio curſu ſeſe inter concurrant, prælia ſpondent; quando tamen quatuor inſurgant ex plagis varias adducent hyemes, fulminũque, fulgurumque terrorem, & huius generis nonnulla; vbi verò nubes ad flocci lanarum ſimilitudinem proſpicis die, & pluuias inde ſequuturas; quo tandem euentu arcus quaque vides, ſereno ſi cœlum extet aſpectu imbres vehent, cũ imber adſit, tranquillitatem promittunt, quod habes è Claudio Ptolomæo *in libro Prædict. Aſtron.* 2.

Verum enimuerò ſtellarum non ſolùm è ſignis, meteororumque futuras poſſumus, vel ſerenitatem, vel pluuias, ex Cometarum verũ etiam natali prænotare; ipſe namque, vt eſt authoritas Danielis Berckhringeri *in diſſert. hiſtor. Politica de Cometis in* §. 12. Tempeſtates non rarò, ventoſque præſagiuere; ita quòd (vt ipſe ducit antiquorum enumerãta) Anno è Mundi faſcijs 3483. Anaxagoræ, quo ingenes paſſim per ſeptuaginta quinque dierum ſpatium flãmas viſus eſt, ardoreſque iminittere, Cometes, quem tantus ventorum poſtmodum impetus excepit, vt lapidem eſſedi, qui magnitudinem æquaret, celſo ferrent turbines volatu, ac Aegi Thraciæ fluminis deiecerint in vndas; ad quod accedit, Cometam horridè fulguraſſe priuſquam Achaiæ Vrbes Helice, ac Bura, maritimas præcipitium ſubiicerint vi tempeſtatum in vndas. Sed quid? Debacchantes impetuoſo furore venti Cometæ anno 7. à Domini exortui plauſum fecere; quemadmodum & 1254. 1391. ac 1456. & 1506. habetur, & hoc præcipuè, cum igneo penè, terrens hominum mentes, vapore apparuiſſet Cometes, ſui imo

oc-

Digitized by Google

A occaſu, dum per aeris tractum diffluit,
tria demiſit, non exigua magnitudine
ſaxa, quorum aliud centum ſexaginta,
aliud ſexaginta, vltimum viginti libra-
rum pondere habebatur, quod in Lom-
bardia explicatur eueniſſe: Quid am-
pliùs moror? Anno 1541. Cometa
exurgit, vbi Carolus Quintus Impera-
tor infelici in Africam nauigatione
progreditur, cum & quamplurimæ na-
B ues naufragio ſint abſorptæ, & quam-
plures mortem ex procellis exceperint
milites: Sed qua ſanè cauſa, ratio-
neque afferre vẽtos poſſe dicimus Co-
metas? Habe: neutiquam ortum Co-
metes ſortitur, ni extollantur ſupremã
in aeris regionem exhalationes, quæ
non ordinaria interſint copia, & nullo
illum peruenire ad locum valent modo,
ſi magna, in infima, mediaque aeris
C regione non relinquatur alituum mul-
titudo, qui ventis afferunt vigorem: vt
explicatum fuit ex Abra de Raconis
part. 3. Phil. ſiue Phyſ. part. 462. Aut
etiam vehemẽti quoniam è Solis actio-
ne, plerique terræ, qui in viſceribus
ſint concluſi, generantur venti, ex qui-
bus, ſi liberum obtineant exitum, in
aerem ſubleuatis, illas violenti motu fe-
riunt partes, vnde ventorum flatus cõ-
D mouentur, vt eſt ſententia Hieronymi
Sauanar. Ferrar. *lib.* 8. *Epiſ. Phyſ. p.* 385.
Quæ atenim circa ſtellarum ortus, oc-
caſuſque, illorumque effectu notata
communis experientia demonſtrauit.

DE VENTIS.

Cap. 3.

E SEd etenim, cæteras quoniam inter
cauſas, è quarum vi nauigia in
naufragium irruunt violentèr, venti an-
numerantur, de ipſis propterea ſermo-
nem inſtituere operæ pretium duco, &
præ reliquis, vt ordinatè procedam, il-
lorum perſcrutari generationem lubet,
in diuerſas circa quod Philoſophi ſen-
tentias abiuere; nonnulli quoniam af-
firmarunt, aliud ventos non eſſe, niſi & F
peculiari aerem motu concitatum, ac è
niue, glacieque, vehementique gelu, è
fluminibus, nec non ſtagnis ſpirare, qui
etiam humida, & frigefacta conſurgat
è terra: hanc legimus opinionem ex
Hyppocrate in defenſionem ſuſceptam
in lib. de flatibus. Quidam, quos inter
Anaximander præcipuus, aeris fluxum,
humidiores, cui Sol partes conſumpſit,
protulerunt ventum haberi: Aliqui vt G
Stoici, aeris appellarunt motum, im-
petumque, diuerſis cui ex Mundi par-
tibus tribuitur origo; Plerique, in quo-
rum numero Vitruuius *lib. Architect.* 2.
cap. 6. aeris illum vocarunt vndam, cum
incerta etiam redundantia occurrat.
Iſidorus verò *lib.* 13. Aeris agitationem
ventum nuncupauit, ſed ex Aſtrologis
habemus, quòd ſyderea aereis motio
exiſtat: qua explicant ex cauſa, quòd
vbi ♃, ☼, ac ☽, nec non ☿, vel ♂ ☿ H
aſpiciat, diametrali, ſeu, vt dicimus
oppoſito aſpectu, aut quadrato, & ma-
iori efficacia, ſi aereis ambo in ſignis
perſiſtant, eo fermè in caſu, ventorum
prænotatur portas aperiri, vt ſuperiùs
explicatum: ex Helmontio verò exce-
pimus definitionem, quòd naturalis ex-
tet fluens aer ſtellarum è Blas commo-
tus; naturalis dixit, vt diſcrimen pone- I
ret prodigioſum inter ventum, qui Dæ-
monis ope ſuſcitetur. Andreæ verò
Argoli *in Pandoſ. Sphærico cap.* 7. *de vent.*
in placitis extat, quòd ex illis exhala-
tionibus, quæ non facili negotio accen-
duntur, neque in ignis tranſeunt natu-
ram, ventorum cognoſcimus generatio-
nem: terrenos quoniam humores affir-
mauit, ventos haberi; qui aeris ſuperio-
ra traſcendentes, è frigida eliciuntur K
regione.

Motus atenim cauſa, & agitationis,
qua venti excitentur varia ex Authori-
bus ſententia demonſtratur, vt videre
potes apud Franciſcum Piccolomineũ
lib. de Meteor. cap. 22. *Colleg. Conimbric.*
de Meteor. tract. 6. *cap.* 3. & quidem non
parum hac in quæſtione difficultatis
exiſtit, ambiguitatiſque: Aliquorum

ta-

Digitized by Google

A tamen ex opinione habemus, quod ſic-
cæ vbi exhalationes mediam ferè vſque
ad aeris regionem coſcendunt, ipſius
frigore depelluntur, & propria quoniã
leues extant natura, ſurſumque ſeſe
inuehere contendunt, & frigidi vigor
aeris ipſos deijcit, atque pertrahit in
obliquum, ea de re vndique agitatæ
commouentur, ventumque immittunt,
quod non euenit diuersè, ac in fumo,
B qui, cum è fornace exitum faciat, & al-
tè aſcendere quærat occurrente repel-
litur ex vento, & dum ſe extollit obli-
qua retrocedit ratione, ac diuerſas di-
ſpergitur in partes. Ad quam formam
calida exhalatio in mediam aeris regio-
nem elata, illique occurrens, ob illius
inde frigus repellitur, & conſequentèr
ventus concitatur, quod minimè ab-
ſurdum æſtimarunt. Huiuſmodi autem
ſententia nulla diſplicuit Sennerto for-
C ma *in lib.*4. *Epit. Philoſ. cap.*3. *de ventis.*
quo in loco, vt illi vim indat, ac robur
quatuor attulit notãda. Et primò, quòd,
licet impetus ille, ac etiam motus de-
beat præcipuè exhalationibus verti, ip-
ſe attamen aer illi augmentum impetui
affert, qui ab exhalationum efficacia
excitatur, & ipſemet augetur, diuer-
ſaſque rapitur in partes, quemadmodũ
experientiæ demonſtrat lumen, quod
D ex flagello nimirum, manu, aliaue cõ-
motum re ventus excitetur.

Addit etiam ſecundò, quòd vix vẽ-
ti occurrunt, abſque eoquòd valida in-
terueniat exhalatio, & ſicca, cum vnum
rarò, halituum genus, vbi alterum lon-
gè ſit, aſcendere poſſit, nihil tamen in
contrario affirmat adeſſe, quin frigidi
etiam vapores, humidique materiem
præbeant ventis; explicatur tandem
E nonnullos frigidos, pleroſque humi-
dos, experientiæ luce haberi.

Tertiò affirmatur, veritati conſenta-
neum eſſe halituum vim ex terra plu-
uijs madefacta prolabi; hoc namque fi-
dem ſibi vendicat nullam, ex eo quia
firmum eſſe minimè poteſt, omnis quin
materies ventorum terræ è ſuperficie
attollatur; quodque decem plus, mi-
nuſue intra ſpatium pedum ex altitudi- F
ne tales emittere tellus valeat vapores,
vt ſufficientes ſint ad faciendam vento-
rum procreationem, qui non rarò ip-
ſiſmet plurium per curſum dierum cõ-
tinuè perflent violento, rapidoque im-
petu in locis; ſæpè namque pluuiæ in
terram deſcendunt, ipſaque dum ma-
dida exiſtit, venti paſſim conſurgunt;
proculdubio etenim maximam conſtat
ventorum copiam terræ erumpere ex G
cauernis: firmum quoniam habetur,
hiberni temporis excurſu, cuncta vbi
rigida ſub gelu, glacieique tyrannide
ſubiecta conſpiciuntur, plures vndique
ventos, ac magis, quàm æſtas requirat,
turbidos excitari, quemadmodum è
fluuijs, æquoreis nec non vndis illos
dicimus emanare.

Additur quartò è Sennerto, quòd
venti, quo in caſu è terræ cauernis erũ-
punt, proprium haudequidem amittũt H
vigorem, paluſtribus vt pari forma è
fluuijs, lacubuſque non ſolum auram
conſurgere, tranquillo verum etiam
ex mari ſubitò dicimus oriri.

Suam denique protulit Zanardus in
*quæſt.*24. circa ventos opinionem, quòd
nimirum ventus è ſicca, fumoſaque,
terreſtri, calida, nec non ſubtili origi-
nem habeat exhalationem. Et primò I
quidem, talis eoquòd vbi exhalatio
abundat, ſicut in Vere, Autumnoque
eò magis in copia venti emanant; Se-
cundò, Solis quoniam ab ortu ſæpiùs
venti ſuum exordiuntur flatum, cum
illius temporis ſpatio magnam vaporũ
quantitatem ad ſe Sol trahat, qui ex
humidis, frigidiſque noctis qualitati-
bus conflatur. Tertio loco Cæli ex eo
quia rubedo cum magnam denotet ae-
ris caliditatem, Ventos præſignat. Quar- K
tò tandem, plurimas eoquòd Venti per
uices exſiccant, ſicca nam, calidaque,
nec non aduſtiua conſurgunt materia.

Circularis etiam è Zanardo ibidem
motus Ventis tribuitur, ac tortuoſus,
quapropter, neque aſcenſum facere,
neque deſcenſum propriè, & directè,
ſed potiùs per circuli arcum afferi mo-
ueri,

A uerſi, eaque reſponſum illis affert in
parte, qui contrariam tenent opinio-
nem.
Ventorum enimuerò numerus uariè
uarijs ducitur ex Authoribus; penès
Ariſtotelem uidere quicumque poteſt,
lib. 2. Metheor. cap. 6. Senecam *quaſ. not.*
lib. 1. cap. 16. Plinium *2. hiſtor. natur.*
cap. 27. Gellium *lib. 2. cap. 22.* quorum
etiam ſententiæ diuerſæ habentur, tàm
B circa nomina, quàm quoad Ventorum
ſitum, & ſi concordes in hoc ſint, quòd
cardinales alij, nonnullos alios cardina-
libus intermedios appellent Ventos.
Cardinales autem illi ſunt, qui ex
quatuor Mundi angulis ſeorſim flatus
emittunt, Oriente nimirum, Occiden-
te, Septentrione, ac Auſtro, ac ex eo-
rum nomine ſuum etiam deſumunt,
Boreas ſcilicet, Auſter, Fauonius, &
C Subſolanus, & Boreas quidem ſpirans
è Septentrione Ventus nullas habet
præterquam frigidas, ſiccaſque quali-
tates; ſaluberrimus fermè extat, ſere-
nitatis genitor, & omnia ex corruptio-
nis caducitate conſeruans, nimiam ue-
rò propter frigiditatem, magnam, & ar-
boribus, recentibuſque uitibus perni-
ciem affert, & hic Vulgò *Tramontana*
uocatur.
D Auſter autem, ſeu Notus è meridie
ortum habens, calidæ habetur, humi-
dæque naturæ, noxias retinet qualita-
tes, æſtum, peſtiferumque halitum ad-
ducit, caput equidem replet, hebetem
reddit uiſum, aduehit certatim mor-
bos, febres, ac pleuritides generat ex
corruptione, pulmoni maligno infert
inflammationes flatus; quòd ſi ſerenitas
parturiatur, noxio coniuncta erit ca-
lori.
E Fauonius, qui à fauendo nomen ex-
cepit, ac Zephirus uocatur ex occiden-
tali plaga ſpirat, humidas temperatè
qualitates oſtendit, pluuias non rarò
commouet, ac tonitrua depromit, in-
dè niues afferuntur, pluuiæque, & ſem-
per equidem propè meridiem flatus
emittit.
Subſolanus autem, ſiue Eurus æqui-
noctiali deſcendit ex Oriente, ac tem- F
peratè calidus habetur, & ſiccus, con-
tagio extat inimicus, & ſalubritatem
adducit, nec non corpus è putredine
præſeruat, hyemali verò tempore, cum
frigidiorem aſſumat ſibi naturam, gelu
conficit, Solis perflat in ortu, & noctur-
no quietus tempore exiſtit.
Et quatuor licet huiuſmodi ventos
contentos ſcimus, antiquos extitiſſe, po-
ſterior tamē ætas alios addidit quatuor, G
cum perindè moueretur, non eodem
quoniam ſemper loco Sol habet ortū,
& occaſus, alius namque æquinoctialis
ortus habetur, occaſuſque, Subſolanus
ex quibus, Fauoniuſque ſpirant, diuer-
ſus Solſtitialis æſtiuus, varius hibernus;
ac propterea recentèr additos affirmāt,
ſuos emittere flatus quatuor ex punctis,
in numero ſectionis Tropicorum, atque
Orizontis, ortus ſiue, Soliſque æſtiui, H
nec non hiberni punctis occaſus: illum
autem, qui æſtiuo perflat ab ortu, Cæ-
ciam nominarunt, qui verò ab Hiber-
no exoritur Vulturnum, eum qui æſtiuo
erumpit ab occaſu Corum, qui ex hye-
mali Africum.
Ipſis attamen alios quatuor è non-
nullis ſuper impoſitos notum eſt, qui,
Zodiaci è Polis, oppoſitiſque punctis,
polorumque lateribus, polaribuſque I
circulis, punctiſque ab ijs in Orizonte
adnotatis ſpirare dicuntur, quilibet ta-
litèr, vt cardinalis Ventus duos retineat
collaterales, illi autem, qui Septen-
trionem inter, æſtiuumque permanet
ortum, nomen Boreæ dederunt, cum
qui Septentrionem inter æſtiuumque
perſiſtit occaſum Traſciam vocarunt,
illum, qui Auſtrum inter, Brumalem-
que ortum efflat, Phæniciam nuncupa- K
runt: & hic fermè cunctorum penès
ſententiam extat numerus Ventorum
fabuloſus.
Acutiores enimuerò nautæ triginta
vltra duos conſtitutos voluere Ventos,
cum Orizōtis diuiſionem in octo æqua-
les faciant partes, totidem quibus tri-
buunt Ventos; qui principalium titu-
lum ſibi deſumunt, quorum ſcilicèt fla-

A tus, è quatuor Cardinalibus Orizontis punctis, nec non punctis, hæc inter, medijs, his alios addiderunt octo, qui medium, principales inter, locum habent, medijque appellantur, hiſque ſex vltra decem alios impoſuere, quos medio, principales inter, loco inſeruere, ac intermedios appellarunt; ex actam autem ipſorum figuram, nominaque habes in Zanardo folio 327. & 125. & B in ventorum deſcriptione Christophori Fornarij, edita Romæ anno 1599. vt paritèr in Rutilij Almanacho fol. 466.

DE AESTV, SEV FLVXV,

Et refluxu maris.

Cap. 4.

C IN tàm celebri manum ponere materia opus expoſcit, & maxime quamuis varietate Aſtrologorum opiniones, maris circa fluxum, & refluxum habeantur, vt illa cognitionem excipiamus de cauſa, ex qua ille deſcendit, non exigua tamen ipſorum pars naturæ ſe in limine ſiſtit, cum, per pauci, Solem D aliaque reputent aſtra id perpatrare; qui diuerſas tamen cauſas hoc circa negotium exponunt, ipſiuſmet è maris profundo vim aſciſcunt; & ex Lunæ vigore commoueri, excitarique viribus contendunt enixis, & iure quidem optimo, tàm admirabilis, vel vnica, vel præcipua cauſa effectus videtur Luna cognoſci; talis quandoquidem ipſum inter, ac Lunam connexio occurrit, vt cæcum illum dicas, qui nullo ipſius de- E pendentiam modo ex illa obſeruet, ac profiteatur, cum nautæ circa hoc periti diuerſas per maris partes, habita temporis ratione, ad hoc affirmandum ſuo nos exemplo compellant.

Præcipuò enimuerò ex maris æſtu ipſius fluxus originem, refluxuſque trahit, quos ex incoſtanti Lunæ motu dicimus excitari, talitèr, vt modo grandium vbertate humorum tumidū reddatur, modo augmentum deperdat, ac F inductum mare aquarum tumulos frænet, ac alluuionem vetet, cum Lunæ id ex efficacia deſcendat, cuius ex aſpectu in duplici maris parte per diametri menſuram ad inuicem contrapoſiti, huiuſmodi, & diminutio prolabatur, atque incrementum, in Lunæ ſcilicèt in directo, ac oppoſito quidem in loco, nec non auerſo. G

Quo enim caſu Orizontem Luna conſcendit, fluxum conſtituitur exoriri, qui per ſex ſpatium horarum perdurat, vbi verò ipſa recedat, totidem refluxum horis generari; talis quandoquidem generis planeta, quando in Orizonte perſiſtit, eius è lumine radios, tanquam bibulos, emittente, dum ſpongiæ ad ſimilitudinem, mirabili aquas attractu in tumorem excitat, vndæ velut fermentatæ in fluxus ſeſe præcipites dāt; enimuerò eius quando lampas diſceſſum H facit, illis luminaris Syphonibus, atque ſpiritu Lunæ humiditas destituta in ſuū prolapſa terminum, conficit refluxum.

Hac igitur ex cauſa vniuerſus maris ambitus, & concitatio quatuor in momenti partes excipit diuiſionem; duas, quarum ſpatio fluxus efficiatur, duas I verò, quarum curſu refluxus demōſtretur: iſte autem motus integri per diei naturalis lapſum, horis nimirum quatuor ſupra viginti abſoluitur, cum additio tantùm vnius horæ habeatur, proprium ob Lunæ motum, qui ex Occidente in Orientem primum contra motum, & vniuerſalium primo mobili adſcriptum: iſtum quoniam propter motum vna circitèr poſt hora ſingulos ortum per dies excipit Luna, ac tali mo- K do huiuſmodi circuitus, periodusque tota per viginti vltrà quinque horarum curſum abſoluitur.

Vbi verumtamen Orizontis Luna in altitudinem conſcendit, tumidè ſeſe mare incipit efferre, atque aſcendere terram, ipſo quemadmodum percipimus è ſenſu, Cœli quo vſque in mediū ve-

A vehatur Planeta; vbi autem inde lumi-
nare declinet, prolabi exorditur vnda,
occidentis vſquouſque lineam pertingat,
& quidem in antipodibus aqua denuo
aſcendere inceptat, Cœli donec adimũ
noſtri reſpectu ſenſus peruenit; ac ad
littora poſtmodum facit regreſſum: cũ
allatum tamen inter imum Cœli, no-
ſtrumque moram ſumat Orizontem, ex
quo denuò fluxum facere incipit in ter-
B ras, talitèr exindè, vt neceſſarium ſit,
alterum occurrere refluxũ, vbi in exor-
tu Luna perſiſtat, alterum quo euentu
maneat in occaſu, non equidem præci-
sè (queadmodum ait Gaſſendus Phyſ.
ſectio 3. lib. 1. de Globo ipſius telluris)
cùm Luna in Orizonte perſiſtit, ſicuti
eſt opinio nonnullorum, ſed quando
in dicto ſex horarum circulo habetur.

Fluxum etiam, ac refluxum adiuua-
C men è Solis vl excipere, Lunæ prætet
efficaciam, explicatum fuit ex Argolo,
ex quo diſcimus, quòd maiores in con-
iunctione Lunæ cum Sole fluxus con-
ſurgant, ac refluxus, quàm in quadra-
turis, alijſque temporibus contingat;
diuerſi licet ex locorum ſitu, & maiorũ
accidat poſitu ad Lunam.

Et quatuor quamuis anni quadran-
tes exiſtant, punctaque in ipſis cardina-
D lia nominata, cum maiores quidem æ-
ſtus ſub æquinoctia creentur, ſolſtitia-
que, quàm reliquis occurrant tempori-
bvs (aliundè nãque ſolſtitialibus æqui-
noctiales, vernis autũnales æſtuoſiores
extant) depræhenditur attamen tali ex
Luna huiuſmodi æſtus ratione regimen
ſortiri, vt maximorum maximos inter,
ipſis in nouilunijs, plenilunijſque, quæ
ſint æquinoctijs, propiora, ſolſtitijſque
E ipſi nomen habent.

Sub examen etiam Petrus Gaſſendus
ponit *loco ſupra citato*, quà fluxum pariat,
& refluxum Luna? Et nonnullos adue-
hit, quorum ſententia extat, id ad mo-
tum referri, quo interceptus aer com-
preſſuſque aquam cum fluida ſit, vrgeat
illo quidem modo, quem Seleucus ex-
cogitauit, qui, cum motum tribuat
Lunæ, ipſius reuolutioni, motuique ad-
uerſam explicat Lunam haberi; & quo F
ventus in caſu, qui duo inter huiuſmo-
di corpora intercipiatur, diuerſas
trahitur in partes. Hac de cauſa in
Atlanticum vbi ille incidat mare, ſtatim
in illo motus conſpiciuntur: affirmat
verò Gaſſendus, ipſum haud fermè ae-
rem fluxiliorem eſſe, neque velut vtre
quodam poſſe preſſili cohiberi, neque
ita valere à corpore compelli, Lunæ-
que globo, vt terram vſque compulſio, G
minimè nobis, illam ſentientibus, pro-
pagetur.

Aliorum excipimus etiam ab opinio-
ne, id luci verti, quòd non abſurdè con-
fici probatur, ipſamet ex eo quia lux,
vbi magis copioſa exiſtit, animalium
eò magis oſſa, eademque oſtrea com-
plet, at firmum eſſe explanat, non ſe-
mel per menſem, at ſingulos bis per
dies diffluere mare, tàm ſi plena exi- H
ſtat Luna, quàm ex aduerſo, ſeu ſupra
terram ſit, ſiue infra, vel cælo habea-
tur ſereno, pluuioue.

Nonnullos id magneticæ, ſeu tra-
ctiuæ tribuiſſe virtuti ſcimus, vt affirmat
Gaſſendus, ex qua Luna, cum tranſitum
faciat per mare, ipſius ad ſe alliciat vn-
das, ac iterum poſt progreſſum remit-
tat, ac tali forma, cum mare tumidum
reddatur, illamque deponat tumidita- I
tem, fluxum creat, & refluxum.

Plerique verò rarefactricem afferunt
virtutem, qua mare, veniens in augmẽ-
tum, abundanti extollatur copia, quo
vſque aqua ſeſe iterum acritèr conden-
ſus proprium redeat in ſitum. At ſi, dũ
aſcendit, rarior fuiſſet effecta, eo qui-
dem in caſu, leuior depræhenderetur,
& ſalſedinem retinens minorem, atque
adeò non perindè nauigia ſuſtineret, K
nautæque naufragium miſerè experi-
rentur, ſed nil tale occurrit, vt fieri è
Gaſſendo eſt obſeruatum.

Nec alij deſiderantur, quorum in
placitis extat, bituminoſam, vel ſimi-
lis naturæ marini fundi materiem, in
halitus, vaporeſq; à Lunæ vigore diſſol-
ui, qui mare ſubtèr euoluant, vndaſque
attollentes compellant effundi; parita-

A tem adducit Fornerius è Gaſſendo al-
latus, quòd quemadmodum ſtati fe-
brium paroſiſmi, ſuccenſo quodam per
vices fomite creantur, pari etiam æſtus
ratione, quaſi maris paroſiſmos illa ex
halituum, vaporumque cōmotione ex-
citatur; ſed tamen in Gaſſendi aſſertis
habetur, quòd, quacumque valeant
huiuſmodi halitus commoueri forma,
neutiquam erit impedimentum, quin
B talis, tantæque abſque molis eleuatio-
ne, exilire poſſint, ac permeare, & vbi
aqua illius ad ſimilitudinem, quæ in
Sebete ebullit, ſubuehi deberet, notum
vnicuique eſt, quantum nauibus immi-
neret diſcrimen, illarum ad exemplum
commotionum, quæ non rarò ſolent
ſæpiùs ſubtèr euenire.

Quæſitum autem adducitur ex Gaſ-
ſendo, cauſam circa, cuius efficacia
æſtus, non ſolum quo in caſu Orizontē
C ſupra, Luna verſatur, verum etiam cum
infra perſiſtit, creetur, neque poſſe in
mari agere videatur? Ad quod quam-
plurimos ducit, qui affirment, quòd, cū
radios in oppoſitas cæli partes dirigat
Luna, ibi reflectantur, & cum incidant
in mare, ipſamet ipſum forma, atque
directos afficere, atque perturbare.

Quorum verò è ſententia dixit, pro-
ferri, quòd aquæ in tumorem ſub Lu-
D næ aſpectu collectæ, illa, quæ ſuperemi-
nēt mari, parte, refluant in ortum, vbi
ipſa occaſum verſus progrediatur, ac
tali modo, quo tempore tumor in occa-
ſus loco, cui imminet Luna, attractas
procreatur ob aquas, ſimilis in ortus
parte, ob aquas illùc relapſas occurrit:
vnde cum progreſſum faciat Luna in-
feriorem in Meridiani partē, illùc æqua-
li ratione attractas tumor ob vndas, &
E eodem tempore in ſuperiore non diſſi-
milis illos ob fluctus, quæ ſint refluen-
tes creatur: ac ſimili forma, cùm greſ-
ſum faciat circum terram ſingulos per
dies Luna, geminum quoque dicimus
circumire tumorem, alium, qui ſem-
per ſub Luna perſiſtat, alterum, qui op-
poſita ſemper in parte manet, ex quo
mare non rotundæ, ſed oualis exiſtet

figuræ. Gaſſendo verum libuit propriā F
ſub ſilentij tenebris haberi opinionem,
cum dixerit, eſſe quidem ex Luna flu-
xus, refluxuſque, qui bis accidat per
curſū diei, cauſā verò, & qua id eueniat
efficacia, ſe penitus ignarum profeſſus
eſt, vnde ad practicæ opem recurrere
neceſſe eſt.

Ad quod ſpectat, quòd (plurimi
quemadmodum authores ſcribunt, &
nautæ ſunt experientia docti) quando G
in Aquilone reperitur Luna, aut Li-
bonoto, plenam habebis aquam, & vbi
in Circio, vel Euro extat, per exiguam
inuenietur, & hoc Ibericis vim retinet
in pelagis: in totius autem Oceani ſpa-
tio hoc verum neutiquam dicitur; tot
imò conſpiciuntur varietates, quòd niſi
ex longo experientiæ vſu, difficili ne-
gotio aliorum exigere fidem quiſquam
quoad hoc poſſit: Hac etenim in re ita H
peritè naucleri verſantur, vt, abſque
eo quòd librorum interſit iuuamen, op-
timè æſtus, ipſorumque tempora co-
gnoſcant: licet verum ſit, quòd maio-
rem ad opem loca nauicularij deferant
in ſcriptis, & quo tempore id contin-
gat. Et vniuerſalem quoniam prius re-
gulam ſcire neceſſe eſt, notum ſit, quòd
cum in Aquilone Luna perſiſtat, ple-
num habebitur mare, & hoc illo eue-
niet die, quo Lunæ cum Sole coniun- I
ctio fiat, & ſex tranſactis horis Luna
Solque in Euro habentur, per exiguam
occurret aqua, reliquis autem ſex ho-
ris in Libonoto reperiuntur, & plena
iterum reſpicietur aqua: indè ſex per
horarum ſpatium Luna cum Sole in
Circio inuenitur, & tunc aqua erit va-
cua, & poſtmodum, vbi Luna cum So-
le habetur in Aquilone, iterum diſten-
cta reſpicitur aqua. Sed quoniam vſque K
Luna cum Sole coniuncta neutiquam
cernitur, imò perpetuò per Zodiacum
incedat motu, qui ex Occidente ad
Orientem treſdecim gradus, decē mi-
nuta, & viginti quatuor ſecundas cir-
ca, & Sol nequaquam ampliùs ambu-
let, præterquam quinquaginta ſupra
nouem per minuta, & vigintiquatuor
circi-

A circitèr per ſecundas, talitèr vt, quemcumque in diem proprio in curſu horũ differentia planetarum, graduum duodecim, & viginti ſupra vnum minutorum in numero conſiſtat; ex hoc Lunam videmus ſecundo coniunctionis die, à Sole longinquam, & cum in Orientem procedat, tertio die in ſitu magis longo diſtare, ac ita quemlibet in diem mage diſtat, quemadmodum vſquequo ſit
B quintadecima, videtur, & poſtea ſimilitèr appropinquatur, illud vſque in ſpatium, quo iterum Soli coniungatur: & hinc deſcendit, quòd quolibet naturali die quatuor horæ, quinta magis, ad veniendum in Aquilonem retardet; atque adeò quocumque die, vt plena veniat aqua, quatuor horæ quinta tranſacto tardiùs die moratur. Quòd ſi horum differentia planetarum gradus quinde-
C cim (vti eſt duodecimi) & minuta viginti, & vnum contineat, aqua tardiùs quocumque per horam die, quam in altero aqua procedet; poſteriori nimirum, quàm in antecedenti; vti nunc quatuor horæ quinta oſtendit: talis nãque proportio inter quindecim habetur, ac 360. qualis extat vnum, & viginti quatuor inter nam cum multiplicentur quindecim per 24. dabunt 360.
D vnde affirmandum, quòd 360. gradus, qui ſphæram circumdant 24. in partes diuiſi, vel horas, cuicumque traduntur gradus parti, ac horæ, ita vt vbi per 15. gradus, quibus elongatur à Sole, hora moratur magis, quàm Sol, vt ſupra eleuetur, vel ſubtèr Orizontem ponatur, ac duodecim per gradus quatuor horæ quinta conſumuntur in mora, ex eo quia eadem inter duodecim, & quin-
E decim differentia intercedit, quæ inter quatuor, & quinque habetur; quoniam, cum multiplicentur quinque ex duodecim, depromment ſexaginta, & cum quatuor ex quindecim ipſummet numerum dabunt, talitèr vt, quindecim per gradus hora retardans, per trium regulam in gradibus duodecim videtur quatuor per horas quinta circitèr immorari: nec totum per Lunæ ſpatium maior differẽtia occurrit, quàm $\frac{413}{900}$. & horæ vnius, F
quòd media minus hora eſſet, vt videtur, & hoc illa euenit ex cauſa, quoniã Luna magis elongatur per quatuordecim minuta graduum duodecim, ex eo quia ſi æqui duodecim haberentur gradus, hæc minimè differentia intereſſet: quæ fermè quatuordecim minuta per 29. ½ Lunæ dies multiplicata aduehũt
413. minuta: & cum hora ſit graduum G
quindecim, hi multiplicati per 60. minuta 900. præbebunt: Vnius igitur horæ ſpatio incedente Luna per 900. gradus minuta, in minori, quàm media ſit hora, curſu, 413. præcurret minuta; 900. quoniam medietas ſunt 450. quod fuit explicatum, non, quòd aliquod afferat momenti vtile, ſed vt noſcatur, qua Luna ex cauſa aliquo magis, quàm ſequẽti quatuor ſupradicta horæ quinta, non H
autem magis, vel minus; omnes tamen ad regulas ſcire decet, qui ſit primus Lunæ dies, & quæ æqua ſit hora, quæ in Libonoto reperitur, ad hoc vt notum ſit, vbi plena extet aqua.

Additur etiam, quòd vbi in Auſtro duodecima diei hora inueniatur Luna, duodecima nimirum hora, poſtquam media tranſacta nox ſit, & reliquas per duodecim horas in Septentrione reperiatur ad Meridiani oppoſitionẽ, quòd I
media erit nocte; penès authores autẽ videbis, quòd, vbi Sol in Græco exiſtit, tres, dimidiam vltra noctem, habebuntur horæ, & cum in Oriente erit, ſex dimidiam poſt noctem interueniẽt horæ, cum in Septentrione mediam poſt noctem duodecim, quod ſpatium fermè medium perficiet diem: ſed ſi in Gabrino permanebit, tres dimidiũ poſt diem erunt, ac cum in Fauonio ſex, dimidium poſt diem, habebis, cum in k
Magiſtri meridiem poſt, nouẽ occurrẽt; & denique ſi in Septentrione poſt meridiem duodecim erunt, & tunc media intererit nox, talitèr vt aliquo ex vento vſque ad alium perueniat tribus moratur Sol horis, & octo in ventis, viginti quatuor ſumit horas, & ita conueniunt autho-

A authores, quòd prima die, poſtquam
coniunctio cum Sole contingit, vbi ex
Græci quarta ad Subſolanum reperia-
tur, Luna in Græco erit, & aqua exi-
ſtet plena, & hoc horis tribus,& quar-
tis totidem, dimidiam accidet poſt no-
ctem; quoniam ſi Sol (vt dixi)in Græco
eſſet, tres æquæ horæ dimidiam poſt
noctem occurrent: ſed quoniam quar-
tam anterioris exuperat vẽti, horæ tres,
B totidemque habebuntur quadrãtes, eo-
quòd Sol tres horæ per quadrantes,ſin-
gulis in venti quartis moratur,& ſecun-
do Lunæ die, cum Sol in Græco Sub-
ſolanum versùs exiſtet; Luna in Græco
erit,& plena aqua,quòd horis quatuor,
& dimidia, mediam poſt noctem acci-
det, & ſic deinceps, & cum Rhombus,
ſeu venti addatur quarta;quod tres ho-
ræ quadrantes dabit; ac ratio inuenitur,
C vbi Luna in Græco, aut Gabrino ſit, &
hoc obtento, ſcies quando plena, vel
exigua aqua ſit,&, cum in augmentum
venit, aut defectum. Notum tamen ſit,
quòd ſi Luna cum Sole ſit cõiuncta, vel
ex aduerſo, vſquequo in Græco habe-
bitur, aut Gabrino,plena exiſtet aqua.

Habemus ad hæc, quòd vbi Sol in
coniunctione cum Luna reperitur, cum
Rhombi prætereantur, ventique, hoc
D numerantur modo, nimirum cum ita in
Sole perſiſtat, aqua, horis poſt mediam
noctem tribus,plena permanet, ex eo
quia tunc Luna in Græco erit,& primò
poſt coniunctionem die, aqua horis F
tribus, & quatuor quintis erit plena;
poſteriori die horis quinqne, ac quin-
tis tribus, & ita quolibet die,cum qua-
tuor addantur quinta, & ſucceſſiuè cõ-
putum inuenies æquũ, nec vllam aliã,
quàm duorum quintorum vnius in cur-
ſu Lunæ, ex vna ſcilicet aliam ad con-
iunctionem, conſpicies differentiam:&
vt maiori hoc lumine demõſtretur qua-
dam fit conſtructio de figura,ita vt,cum
dierum numerus deſumatur poſt primũ G
coniunctionis diem exordiamur, & eo
quidem tempore tertia Lunam hora, &
quatuor quintis in Græco dicimus, ha-
beri, & aquam exiſtere plenam; cum
tamen aduertatur, quòd horarum an-
numeratio, & mediæ curſu noctis effi-
ciatur, vſque ad alium: & vbi viginti
ſeptem occurrẽt ex coniunctione dies,
eo quidem euentu vigeſima quarta ho-
ra,& tribus quintis Luna in Græco erit, H
& plena exiſtet aqua. Hoc autem illo
eueniet tempore,cum tria dimidiæ poſt
ſequentis noctis lapſum præterierint
quinta, & cum trigeſimo è coniunctio-
nis die Luna extabit, & coniuncta fer-
mè cum Sole tertia dimidiam poſt no-
ctem erit, & cum Sole in Græco Luna
erit, & aqua occurret plena, quemad-
modum experientia docti ſunt nautæ.
Quomodo verò ſe habeat figura, vide I
in Nicolao *ſacri tract. de fluxu, & refluxu
maris fol.* 14.

A F

B DE PROSENETARVM, G
SENSARIORVMVE,
SEV, MAVIS,
MEDIANORVM
C STATV. H

D VBi Aſtrologorum ope, Nautæ portum tenuerint, cum nulla merces forma, niſi & difficili vendere negotio ſui tantum opera poſſint; Proſenetarum, Medianorumue ſolertiam hoc adhibent ad opus Mercatores; qui, circa rerum valorem, cambiorumque exercitium partes ſeſe inter reddant concordes, & negotiationes faciliter perficiant. Maſcardus *de probat. concluſ.* 1036. *num.* 1. *vol.* 2. E Hujuſmodi propterea ſtatus nõnullius ferme vtile momenti adducere Reipublicæ reputatur, vt omnium æſtimari votis debet. Gloſa *in l. final. ff. de Proſenet.* Quorum medio plurimos celebrari cõtractus certum eſt, de his verba facit *tot. tit. de Proſenet.* Maranta *in ſpeculo vt iudicum Mercator. num.* 144. Proſeneta enimuerò Paranymphus, media nimirum perſona, nominatur, per quem aliquis iniri contractus procuratur; talis eſt ſententia Narbon, *in vocabulo iuris vtriuſque, in verbo, Proſeneta*, Gloſa in *d. l. fin. ff. de Proſenet.* I Duplici atenim ratione valet Proſeneta vocari, primò, quo pretium ſuſcipit in caſu; poſteriori, vbi gratis per eum contrahentium voluntates vniuntur. Baldus *conſ.* 469. *num.* 3. *verſic. ſuper tertia lib.* 2. & 4. *conſil.* 370. Et proprio Proſeneta dicitur modo ad contractum, aliumue actum mediator. Tuſcus *liter. P. concluſ.* 954. k *num.* 2. per Text. *in cap.* 1. *de teſtib. in* 6. Alexand. *conſ.* 128. *lib.* 2.

Hos autem de dolo, voluit culpaue Bartolus teneri *in l. aut qui aliter*, §. *hac verba, ff. quod vi, aut clam*. Quòd ſi fortè vſurarium ex ipſis confectũ fuiſſe contractum firmum ſit, vt reſtitutionem faciant in obligatione habentur; vt eſt Gloſa *in l. ſi ſciente, ff. ad leg. Pompeiam,*

de

A *de Parricid.* & ibi Bartoluſ, Angelus,& Alexander *in l. 2. §. ſi procurator, ff. quod quiſque iuris.* Ludouic. Rom. *ſingul.* 271. Paris *in addit. ad Bartol. in l. 1. C. de vſuris, verſic. item an Proſeneta col.* 1. Neutiquam tamen dicimus, in obligatione Proſenetam haberi, qui egit, vt alicui mutuum daretur, cum idoneam affirmauerit perſonam eſſe, & ille poſtmodum non ſoluendo reperiatur, ex eo B quia magis nomen Proſeneta demonſtrat, quàm mandet, & ſi aliquem laudet. *l. 2. ff. de Proſenetic.* Quamuis huiuſmodi ob officium ſuſcipiat mercedẽ: Demas, ſi dolus circa negotium fuerit commiſſus, cum creditor circumueniatur, quoniam haudequidem, vel ex locato, vel ex conducto actio erit, ſed de doli tenebitur actione. *dicta l.* 2. & ibi Gloſa *ff. eodem.* Stracca *de decoct. n.* 35. C *fol.* 386.

Conceſſum atenim ementi dicitur Proſenetæ, vt redhibitoriæ agat ex valore, iuxta ſententiam Alber. de Roſat. *in l. ſi Proſeneta ff. de Proſenet.* Quo verò quidquam euentu, pretij vltra conſtitutionem, fuerit emptum, & proſeneticũ, ius nimirum, quod competit Proſenetis datum ipſorum prò officio ſit, & fieri contigerit redhibitionem, repetere D emptori licet, quòd ex neceſſitate dedit; ex aduerſo autem euenire affirmamus, ſi ſponte fuerit tributum. Bartol. *in l. debet 37. ff. de ædilit. edit.* Gratian. *diſcept. forenſ.* 343. *num.* 11. *&* 25. Quo plures in loco Doctorum ſententias adducit, quas inter prima exiſtit, neceſſarijs quando in expenſis illæ fuerint annumeratæ, quæ tribui Proſenetis, mediatoribuſque ſolent; aliquorum ſecundò in mente habetur; quòd vſque illo- E rum debet ratio haberi, quæ fuerint Proſenetis data; aliquorum tertiò ex opinione deſcendit, quòd, ſi aliquid mulier vendat decem continens librarum valorem, & proſenetarũ fuerit prò iuribus aliqua facta expẽſa; etiamſi prohibitio habeatur, ne à mulieribus venditio nouem vltra librarum ſummam efficiatur, valida illa dicetur, cùm nil F obſtet, quòd de decem fuerit facta; libra namque Proſenetis tributa nequaquam venit in conſiderationem: aliorũ etiam ſententia extat, quòd nulla repetere forma illæ valent res, quæ proprio dantur mediatori motu, ex emptoribus, cum voluntarijs dependentium oſtendant ex cauſis; & ideò, cum non dicãtur neceſſariæ, minimè conſiderantur: per Text. *in l. debet 37. de ædilit. edict.* G nonnullorum etiam occurrit doctrina, nequaquam conſiderari, quòd ſolutiones Proſenetis ex voluntate fuerint cõfectæ, ſi in ſimilibus verſari emptionibus ſoleant ipſi; cum namque ipſorum valeat ad faciendam emptor de iuribus ſolutionem compelli, adſtrictus dicitur fuiſſe, ſponte licet effecerit actum, velut paria extent, quòd coactè quidquã, vel metu coactionis ſoluatur, taliter vſque inuito ſoluere animo dicatur, qui H cogi poſſe ſciebat per Text. *in l. nouiſſime 7. ff. quod falſ. tut. auct. geſt.* eſſe dicat: vltimò adeſt illorum opinio loco, quòd Mediatorum, Proſenetarumque de expenſis, velut quæ neceſſariæ habentur, illi debeat fieri reſtitutio, ex quo emptæ retractæ ſint res; ſemper etenim primum ex illis emptorem indemnẽ ſeruari opus eſſe affirmat. Gloſa *in l. illud ſciendum 29. in verbo acceſſio-* I *nes quæ, ff. de ædilit. edict.* quidquid enim ſoluitur Proſenetæ, vel Mediano prò mediania, repeti debet à retrahente. Muta *ſuper cap. d94. Regis Alphonſi num.* 16. *fol.* 394. Neutiquam verò dicimus Proſenetam repelli, vt teſtimonium illo in negotio agat, quòd Mercatores inter ipſius fuerat opera exagitatum, vt placuit Gloſæ *in §. quoniam verò,* & ibi Bartol. *in authent. de teſtib.* Abb. *in cap.* K *dilector. num. 3. de teſtib. cogend.* Bellon. *deciſ. Genuenſ.* 188. & cæteris penès Farinac. *tract. de oppoſit. contra perſon. teſt. quæſt.* 60. *num.* 407. Contraria verò ex parte, quorum ſententiam dixit vero magis propinquam. Farinac. *loco citato num.* 408. perſiſtunt Stracca *de Proſenet. part. 4. inquiſ. incipien. etiam quæſtio, n.* 4. *&* 7. Gabriel *de teſtibus concluſ.* 20. *nu.* 1.

lib. 1.

A *lib.* 1. Magon. *deciſ.* 95. *nu.* 14. Maſcard. *de probat.* 1232. *nu.* 4. & nonnulli, quos affert copioſè Farinac. *loco ſupra citato num.* 406. Cuiuſmodi quidem concluſioni plurimis ampliationẽ intulit modis: & primò, vt eò magis retineat vigorem, quò neutra conſenſum præſtet pars, vt in teſtem admittatur proſeneta; ſecundò, vt efficaciam non ſolùm in illo includat, proſeneta, qui merce-
B dem, ſalariumue conſequatur; ex eo quia fuerit mediator, in illo, verùm etiam, qui nullum obtineat ſalarium, ac gratis operetur; quòd tertiò ſuum regula ſortiatur effectum, non ſolùm vbi nullam habeat contractus perfectionẽ, &, vt perficiatur, emolumentum ipſi, merceſque affert proſenetæ; at in contractu, etiam præſumptam ob affectionem, non autem propter intereſſe, per-
C fecto; vt neque quartò fides libris proſenetarum præſtetur, quoniam cum viuæ haudquaquam credatur voci, quo minus ipſi, & voci: quòd ſi quintò proſeneta fuerit in teſtem examinationi ſubiectus minimè ſemiplenam adducit probationem, ea de cauſa deferri ſuppletorium per Iudices iuramentum non debebit.

Verùm enimuerò huiuſmodi decet
D concluſionem Iudicis arbitrio remitti, cum circumſtantiæ, perſonarum qualitas, & negotij ſubſtantia conſideretur; an ſit in teſtem admittendus proſeneta, vt placuit Maſcard. *de probat. conc.* 1036. *num.* 5. *lib.* 2. Alexand. *conſil.* 126. *n.* 10. Abb. *in cap. dilectum num.* 3. *de teſt. cog. in* 6. & alij apud Farinaceum *loco ſupra citato ſub num.* 114. & penès Maſcard. *d. num.* 5.

E Ex teſtimonio igitur minimè proſenetæ reijciuntur, ſi proprium partes præſtiterint conſenſum. Bertazol. *conſ.* 346. *num.* 6. Maſcard. *dicta concl.* 1036. *num.* 8. & Farinac. *in citata quæſt.* 40. *num.* 115. Etiamſi vnicus exiſtat. Grot. *de teſtib. num* 176. Maſcard. *num.* 9. Farinac. *nu.* 116. *in locis ſupra ductis.* quòd ſibi locum affirmauit vindicare Farin. *in num.* 417. & ibi oſtendunt DD. quo veritas in caſu alia non poteſt ratione haberi, cum tunc admitti proſenetæ teſtimonium opus ſit. Gabriel *tit. de teſt. concluſ.* 20. *num.* 7. *lib.* 1. Maſcard. *dicta concluſ.* 1036. *num.* 16. iudica in vſurarum delicto, eo quòd, cum id ſolitum ſit occultè perpetrari, validum erit teſtimonium proſenetæ, & ſcripſerunt Doctores penès Farinaceum *loco citato num.* 430. Quemadmodum in inſtrumẽtis recipitur, contractibuſque, in quibus nihil habetur, quòd proſenetæ recipi teſtimonium vetet. Gabriel *loco cit. nu.* 9. Maſcard. *num.* 21. vt pari forma vbi in contractu, negotione perfecto de alicuius probatione qualitatis, ſeu ipſius contractus præludijs tractatur, & hoc fermè in caſu haud improbum teſtimonium Proſenetæ reputatur, vt placuit DD. penès Farinac. *num.* 432. Rota Genuenſ. *deciſ.* 97. *num.* 4. *& deciſ.* 88. *num.* 9. *&* 10.

Adde, quòd Proſenetæ teſtimonium validitatem continebit, vbi non ex contrahentibus, ſed aliquo fuerit ab extraneo productus; vt voluit Felinus in *cap. cum à nobis num.* 6. *de teſtibus*. Maſcard. *dicta concluſ.* 1036. *num.* 22. Vt æquali forma, vbi diuerſo proſeneta in contractu, negotioue induceretur, quàm in quo fuerat mediator. Farinac. *loco cit. num.* 135. neque debet repelli, ſi, vt probent cõtractus inualiditatem, afferatur. Gabriel *dicta concluſ.* 20. *num.* Maſcard. *dicta concluſ.* 3036. *num.* 17. Proſenetæ quoniam depoſitionem, vel ex alterius habilitate teſtis, vel afferentium numero dicimus ſuppleri. Farinac. *num.* 438. & Maſcard. *num.* 28. Vigor etiam proſenetæ teſtimonio inhæret, cum ita mandet ſtatutum Farinac. *loco ſupra cit. num.* 441.

Vt hæc autem optimam ſortiantur intelligentiam, dicere oportet, quòd vtriuſque valet ex partis conſenſu ad ferendum teſtimonium proſeneta compelli, ſed etenim dicas, quòd vbi iſte non interueniat conſenſus, agere id minimè poteſt, quemadmodum neque valet ad id cogi, etiamſi vnius adſit par-

A tis conſenſus , licèt ipſe aſſentiens repelli è teſtimonio non poſſit ; vt contraria refert ex opinione Bellonus *dictæ deciſ. Genuenſ.* 188. *ſub num. 6.* qui has dixit,probari diſtinctiones per Textum *in §. quoniam , authen. de teſtib.* affirmat Textui magnam ineſſe æquitatem, non videns qua de cauſa , cum inuiti ad teſtificandum non adſtringuntur , ad hoc
B volentes non poſſint admitti ? *l. inuiti, ff de teſtibus.* explicat propterea idem *ſub num.*8. Quòd quo DD.euentu nullo poſſe modo aſſerunt,recipi in teſtem; ni vtraque deſcendat ex parte conſenſus , intelligi oportet, quòdque nequaquam valet ad id impelli ; ex eo quia vbi ambæ velint , cogi hoc ad opus valet ; ſed ſi altera illarum velit, minimè permittitur,illum adſtringi , cum recipiatur , ſi placeat , ad teſtificandum proſeneta . Videndus pro materia erit
C Gabriel. *concl.*20.*lib* 1 *tit.de teſtib.*

De iſtorum verò libris dicere oportet , vt affirmauit Bellonus *in deciſione Genuenſ.*110. Ipſorum è ſcriptura,proprium non in fauorem , ſed alios inter facere probationem , nulla etenim fides priuatis præſtari ſcripturis ſcribentium in opem debet: ex traditis per Bartol. *in l. quædam* , §. *nummular. ff. de*
D *edendo*: magni quoniam habetur detrimenti , ſcripturæ credere , qua quiſquam ſibi poteſt propria conſtituere quemlibet adnotatione creditorem. *l. exemplo* , C. *de probation.* Quòd etiam vim retinet , etiamſi illi fuerint ex publico approbationem ſortiti;ex eo quia nulla eorundem libris fides tali caſu debet præſtari. Bellonus *loco cit. num.*5. DD. *in dicta l. quædam* , §. *nummular. ff. de edendo* : qua ampliationem adducit
E in parte , ipſiſmet nequaquam libris credi opus eſſe , alios inter , vel reliquorum ad auxilium , quam confirmauit Genua *de ſcriptura priuata lib.*4. *de libris Proſenetar.num.*7. explicans,fabuloſum haberi axioma, quòd idem viua operatur alicuius vox, quod & mortua, vt ſcriptura exiſtit ; vt ſuperiùs fuit explicatum ; minor imò fides datur, mortuæ , quàm viuæ , vt eſt ſententia F
Baldi *in l.* 1. *col.* 1. *C. de edendo* . Proſenetæ atenim teſtimonio reliquos inter, illo ſuper contractu, in quo fuit mediator , nulla præſtatur fides : vt dictum : ergo neque ſcripturæ.

Quod limitatum fuiſſe certum eſt, ijdem quando Proſenetæ fuerint ex publico præfixi , & de illis ageretur , quæ ipſorum ſpectarent ad munus,tali quoniam in caſu plena eorum debet libris G
adhiberi fides : Bellon. & Genua *in locis ſupra citatis* , quo Genua *in loco num.* 11. affirmat , Senſariorum , dummodo quòd libri benè compoſiti haberentur; in ipſis quoniam perſonarum conuentiones non perfunctoriè , oſcitantèr,vel obſcurè , ſed clarè , apertèque debent conſcribi, cum probè ſeſe circa illa gerant , quæ proprium ſpectant ad munus : vt etiam aduertit Strace. *de proſen.* H
*part.*2. *num.* 7. Qui fermè libri eo debent in caſu edi , quo expoſcantur ex parte ; illorum autem non dimidium , ſed totum oportet exponi, circa quod in ſcriptura continetur , in quo tractata conuentio reperitur inſcripta. venit argumentum Genuæ *num.*13. *ex. l. prima,* §. *edenda,* & *l. argentarius* , §. *edi autem, ff. de edendo.* Plures quamuis proſenetæ habeantur ad vnum , idemque negotium conſtituti , omnes namque , vel I
vnus,editioni ſubſcribere compelluntur ad Textum *in l ſi quis,* §. *cogentur* , *ff. eodem* , Stracca *dicta parte* 3. *num. fin. de Proſenet.*

† k

DE

Digitized by Google

A

DE PROSENETARVM IVRIBVS,

Medianorum-ue.

Cap. vnicum.

B CVM Proſenetæ officium ſordidum haberi firmum ſit. *l. 3. ff. de proſenet.* tali Præſide, ex cauſa proſeneticum, ſalarium nimirum conueniens, ſibi retinent ipſi conſtitutum, vt dicit Gloſa *in dicta l. 3. ff. eodem*. Inde his iura, ex magna fuerunt ratione præfixa, in conſtitutionibus, ac pandectis ſuper officijs, & ſalarijs omnium officialium editis regiminis tempore Ioannis Excellentiſſimi Vegæ, & quidem
C pro quolibet partito, accordato, & ita, & talitèr concluſo, vt diſcedi ab eo minimè poſſit, niſi & vtriuſque adſit partis conſenſus, quacunque pro venditione ſeruorum, ſeruarumue, equorum, mulorumque, aut etiam iumentorum emptione ſolui proſenetæ ſuo pro iure ab vncijs decem infra tarenum vnum ab emptore, aliumque à venditore, ſupra verò tarenos duos ab emptore, ac
D totidem à venditore oportet. Auri verò, argentique, pannorum, broccatorum, ſericorum, cindatorum, telarum etiam aurearum, argentearumque, bõbicis, lanæ, mellis, coriorum, ceræ, cuiuſcumque generis pellium, caſeorum, equicaſeorum, tonnitiorum, carnium ſalitarum, vini, olei, aliarumque mercium, ſpecierum, aromatorumue; adde quòd vaccarum, porcorum, iuuen-
E corum, & bouum pro venditione, ac emptione, qualibet granum pro vncia mediano, emptor præbeat, venditorque, vbi vel emantur, vel vendantur frumentum, hordeum, legumina, nonnullaque victualia de maſſario ad mercatorem, tres, tàm ab emptore, quàm à venditore denarij quacumque pro ſalma dentur decem, adeòquod vncias ſumma non excedat, quarum dimidiũ

à venditore, dimidium ab emptore F
præbeatur. Quando verò, nauiũ, quorumcumque phaſelorũ de naulis concluditur partitum, vnus cum dimidio à patrono denarius, & tantumdem ex mercatore qualibet pro ſalma, ſeu cantario proſenetæ afferatur, adeoquòd tres nequaquam vncię ſuperentur, quarum dimidium ex vna, dimidium ex altero datur. Sed ſi quãcumque circa
aſſecurationem pręfigitur partitum; de- G
narium vnum cum dimidio, ex aſſecurato, ac etiam aſſecuratore qualibet pro vncia ſolui mediano neceſſe eſt: tali tamen forma, vt tota vncias tres ſumma neutiquam excedat, quarum dimidium ex aſſecurato, reliquum ex aſſecuratore ſoluatur. Pro partito enimuerò circa quæcumque frumenti, hordeique, ac aliorum victualium, qui detur, etiam ad renouandum, cambia, H
tàm Regnum intrà, quàm extra illud, ſingulis pro ſalmis centum, vtraque ex parte grana quinque dentur, ita verò, vt quinque non exſuperet vncias, ſumma, & dimidium ex vna, dimidium ex altera ducatur; pro rata autem centum circitèr ſalmas. Atenim ſi partitum quæcumque circa cambia vera, & realia de quacumque ſpecie fiat, tùm ſi per Regnum, cùm ſi id extra ſit, qualibet de- I
narius vnus cum dimidio pro vncia quacumque tribuatur ex parte; tota ſed ſumma, quinque vltra vncias non extendatur, quarum medietas ex vna, reliquum ex altera detur. Quando verò partitum quorumcumque prædiorum locationem circa, ingabellationemue efficiatur, medianiæ pro iure ex vncijs decem infra, duo præbeantur, alter à locatore, alter ex conductore tareni; K
decem verò ſupra, vſque ad infinitum, hos vltra, granum vnum cum dimidio qualibet pro vncia, tàm ex illo, quàm ex hoc detur, cum totius temporis loheria pro cuius ſpatio hoc acciderit ingabellari, ſumma calculetur; in totum autem quatuor non excedantur vnciæ, quarum dimidium vna, dimidium altera ſoluat. Cum de mobilium, & ſeſe

Hhhh 2 mo-

A mouentium vẽditione bonorum agitur,
quæ ad incantum fiat, pro qualiber vn-
cia, grani quinque à venditore ſolum-
modò tribuantur eorum,quę ita liberã-
tur;ſumma tamen duas in totum vncias
non excedat. Verumtamen ſi partitum
circa ingabellationem, vel arrendamẽ-
tum feudorum, gabellarum, aut Baro-
niarum, etiam cum vaſſallis conclu da-
tur, duo tàm ex locatore grana, quàm
B ex conductore qualibet pro vncia præ-
beantur,cum loheriorum ſumma totius
temporis, pro quo illa contigerit loca-
ri, calculcetur: cum ſeptem autem vn-
cias non excedat in totum ſumma, qua-
rum dimidium ille det, iſte reliquum.
Quo verumtamen in caſu emptio, ven-
ditioque redditunm quorumcumque
iurium cenſualium, bonorumque ſtabi-
lium, ſeu burgenſaticorum, aut luendi
C iuris efficiatur,tria ex emptore,vt etiam
ex venditore pro qualibet pretij prin-
cipalis vncia ſoluantur grana, cum in
totum decem vnciæ non exſuperentur,
quorum medietas ex vno, altera ex al-
tero ſoluatur. Si emantur verò,vel ven-
dantur quæcumque cenſualia perpetua
iura, proprietates, vtilia dominia, terri-
toria, ſtabiliaque bona, ſeu burgenſa-
tica, ſeu ius luendi eadem bona, iurane
cenſualia ſine aliqua gratia,& redimen-
D di ſpe, tribuere pro medianiæ iure ven-
ditor,atque emptor grana tria pro qua-
liber pretij principalis vncia debet;cum
in totum tamen quindecim non exce-
dantur vnciæ, quarum medietas ex
emptore, alia ex venditore præbeatur.
Cum circa venditionem verò,emptionẽ
feudalium bonorum, terrarum, baro-
niarumque cum vaſſallis agatur,vel iu-
ris luendi ipſamet feudalia bona, ſeu
E baronias, tria det emptor grana, ven-
ditorque qualibet pro pretij principalis
vncia: & ſic quindecim non excedat
proſenetici iuris pretium vncias,ſi ven-
ditio cum redimendi gratia ſit cõfecta;
ſi tali verò abſque redimendi ſpe,vigin-
ti non exſuperet, dimidium emptor
præbeat, reliquum venditor det.Quan-
do partitum quocumque ſuper matti-
monio concludatur, in quo ſit dos con- F
ſtituta,& donatio propter nuptias in pe-
cunia, bonis mobilibus, burgenſaticis
prædijs, tàm ruſticis, quàm vrbanis,
redditibus, cenſualibus iuribus, vel in
luẽdi eadem bona iure efficeretur; pro-
ſenetæ ſuo pro iure ex vnciarum centũ
ſumma, quindecim ex vtraque parte
præbeantur tareni, ex centum verò in-
fra pro dictorum rata, ex centum vltra,
grana duo, à quacumque pro qualibet G
ſummæ dotis vncia, & donationis par-
te afferantur, cum tamen quindecim
vncias non excedãt, quarum dimidium
alia, altera cæterum adducat.

Quò verò acciderit in caſu,quodquã
in dotem præfigi, vel propter nuptias
donari prædium, aut ius luendi inæſti-
matum,grana duo quacumque ex parte
Senſario pro quacumque principalis
pretij vncia tribuantur,ipſius ſecundùm H
rei valorem, de quo dotantis iuramẽto,
vel dotatoris ſtetur, ac tali modo vncias
decem ſupra quinque non excedat,quę
debent æqualitèr tàm vna ex parte,quã
ex alia præſtari.

Adde etiam,quòd ſi propter nuptias
aliquod donari euenerit, vel conſtitui
in dotem feudum, terram, caſtrum, vel
baroniam cum vaſſallis,aut ſine cũ nul-
lum interueniat pretium, aut luendi ea- I
dem bona, caſtrum, vel baroniam ius,
mediano qualibet pro vncia pretij prin-
ci palis tria ex qualibet parte grana da-
buntur rei iuxta valorem; circa quod
dotantis, donatoriſue ſtetur iuramento,
cum quindecim tamen vnciæ non exſu-
perentur in totum, quorum medietas
ex altera illarum afferatur, reliquum
verò ob aliam.

Enimuerò ſi aliquod acciderit par- k
titum, quamliber circa emptionem,vẽ-
ditionemque ſtabiliri, vel quocumque
ſuper mattimonio, vbi partim mobilia,
partim ſtabilia,& burgenſatica interſint
bona,redditus, actiones,iura quæcumq;
& feudalia partim bona, minimè per-
mittitur proſenetæ, vt vtroque pro me-
dianiæ iure ſummam vltra petat, quæ
burgenſaticis in bonis, feudalibuſque
eſt

A eſt conſtituta: & tali modo vndequa-
que quindecim non excedantur vnciæ,
cum medietas ex partium aliqua ſolua-
tur, alia verò ex altera.
Sed ſi aliquod Senſatius partitum
pertractauit, ſeparatim cum vna ex al-
tera parte agens, ac id non concludat,
& poſtmodum fuerit alio ex Proſeneta
adeò præfixum, vt diſcedi exindè non
poſſit, niſi & vtriuſque non habeatur
partis conſenſus; proſeneticum, vtrum-
B que inter ius æquali diuidetur ratione:
quo autem aliqua quorumcumque per-
mutatio bonorum, iurium, actionumq;
quarumlibet mediani opera efficiatur,
vnicum tunc illi ius ſoluatur; illius tan-
tùm reſpectu rei, quæ permutata ma-
ioris exiſteret valoris, non autem vtriuſ-
que; vuicum quoniam partium occur-
rit, iuxta taxam in Panormitanis pande-
ctis appoſitam, pro rerum, bonorumue
C dictorum venditione, cum ad bonorum,
rerumue qualitatis, de quibus interſit
permutatio, habeatur reſpectus.

Hæc atenim iura tunc Medianis ac-
quiruntur, atque taxata dicuntur, quã-
do anni principio nouæ officialiũ crea-
tionis, Prætoris in manu præſtiterint iu-
ramentum, ſe fideli officium animo, &
legalitèr, ac benè exercituros cum fi-
deiuſſionem in actis Curiæ Prætoris co-
D gantur dare, pro qua ſinguli tareni, &
grana quinque ſoluantur; illę Prætori,
hæc Magiſtris dictæ Curiæ Notarijs ac-
quirantur, quòd & quacumque vim re-
tinet in fideiuſſione.

Aduertant denique Proſenetæ, ne
aliquod faciant partitum quibuſcumq;
ſuper mercimonijs, aut rebus, quæ (vt
vulgò) dantur à ciuimenti, atque in
partitis, quæ dicuntur cum repetagli;
E illis etiam ſuper contentionibus, quæ
mercatores inter, vel quoſcumque oc-
currunt aliquo de rei præteritæ euentu,
præſentis, aut etiam venturæ, iudica,
quòd talis vitales reliquerit autas, vel
ex aduerſo, quòd hoc fuit, vel nõ, quòd
caritas habebitur, peſtis, exercitus in-
curſus, vel quidquam ſimile, etiam ſe-
curitatis fuerint ſub nomine commiſſa,

ſuper eo, quòd (vulgaritèr) dicitur du- F
plicare, triplicare, e quadruplicare la
poſta, ex eo quia, vltra quòd nihil ſuo
acquirunt pro iure, ipſo in vigintiquin-
que vnciarum pœnam facto prolabun-
tur, quæ Vrbis Panormitanæ ædificijs
applicentur; hac autem in contrauen-
tione ad Syndici petitionem procedi-
tur, cum nullus & iuris, & titus ordo
ſeruetur, cum trium ſolummodò ter-
minus dierum præbeatur peremptoriè
mediano, ad faciendam de eo, quod G
voluerit, probationem, cuius cum di-
lapſus fuerit curſus termini, ſtatim per
Syndicum exigitur pœna, cum nulla
alia inter locutoria, vel ſententia re-
quiratur, & quodcumque appellationis,
nullitatis, reuiſionis, & recurſu reme-
dium penitus auferatur: ſed ſi hanc
accidat contrauentionem alicuius ope-
ra denunciati, eo quidem in caſu quar-
ta dictæ pœnæ pars illi, qui eam pone- H
re in clarum incubuerit, tribui debet:
cum in Syndicum, ſi negligentèr in il-
lius ex actione ſe geſſit; aliarum viginti
quinque vnciarum pœna infligatur, quæ
ædificijs, ſeu (vt dicunt) Maragmati-
bus Vrbis applicetur.

Mercedem verò proſenetico pro iu-
re, nec palam, neque occultè petere,
Notarijs permittitur in caſu, quo Me-
diani alicuius venditionis haberentur: I
tale quoniam officium interdictum ip-
ſis extat in Regno ex conſtitutione D.
Ioãnis Veghæ olim Protegis *in cap.* 22.
nam ipſo iute totam, & contractus, &
medianiæ amittunt mercedem: imò in-
famiæ nota ipſis inuritur, & officij pri-
uatio adfertur. Et hæc de tam arida
materie tetigiſſe ſit ſatis.

K

DE
ARITHMETICA
ET
ARITHMETICORVM
STATV.

Cœteras inter artes, diſciplinaſque, quarũ opera mercaturæ in ſeruitium adhibetur, Arithmetica eſt: quoniam, cum neceſſariũ haberetur, & mercium pretia notari, & pecuniarum ſupputari ſummas: Phænices mercaturæ, per quam ſtudioſi, eam adinueniſſe perhibẽtur è Strabonis relato *lib.* 17. Ipſa atenim Ethymologia, ex verbo Græco ἀριθμεῖν, latinè numero demonſtrat: qua de cauſa idem Arithmetice extat, ac numeri, & numerandi diſciplina, vt affirmauit Iſid. *Ethymol.* 3. Ipſam verò principem ſibi locum vendicare mathematicas inter profeſſiones, certum eſt, cui & Geometria, Muſice, atque Aſtronomia victas dant manus; ea namque indigent, nec aliquid ſi hæc longè ſit, agere valent, cum & eius ſupputationes, proportiones, ac numeri non nihil ad illarum conferant dignitatem: quapropter, Socrates illos dixit, qui hac eſſent in diſciplina periti, reliquas magis promptos ad diſciplinas reddi; & quamuis ipſam Lycurgus nullo habuerit in pretio, velutque popularem, turbulentamque artem è Lacedæmone depulerit: eoquòd attamen optimè nouerunt Aegyptij, omnes auferri artes, & cunctas in interitũ abire, ſi Arithmetice abſit, proprios voluere pueros in hac inſtructos diſciplina, vt refert Alexand. *lib.* 2. *cap.* 2. Diodorus *lib.* 2. *cap.* 2. Addas etiam Romanorum adoleſcentes hác amplexos artem, ad quod venit illud Horatij.

Romani pueri longis rationibus aſſem
Diſcunt in partes centũ diducere. Dicat
Filius Albini ſi de quicunce remota eſt
Vnica, quid ſupereſt? Poteras dixiſſe triens. o.
Rem poteris ſeruare tuam? Redit vnica: quid fit?
Semis --------

Ipſius verò laudes ita Stigelius lepido Epigrammate deſcribit.

Soli homini numerare datum eſt: hanc indicat artem,
Cum prima nobis Religione Deus:

Qua

A *Quæ, ceu matre, ſata eſt, quæ diuidit omnia punctis,*
Semen ab his artes omne duabus habent.
Hac igitur meritò geminas Plato credidit alas,
Quæ noſtros animos ardua ad aſtra vehant.
Illa viam ingenuas meditando munit ad artes,
B *Per quas maieſtas conſpicienda Dei eſt.*
Communem vitæ parit hæc ciuilis ad vſum
Organa; mechanica quæque regenda manu.

Omnia etenim, quæ in vniuerſo cõſpicis orbe (vt Boetij habetur ſententia) ad ſui conſtructionem numeros demonſtrant concurrentes: vnde Al-
C bertus Magnus:

Hic numeris conſtat rerum pulcherrimus ordo.

Cuncta quoniam Deus in numero, põdere, ac menſura creauit, vt eſt Sap. *cap.* 11. Vnde mirum eſſe minimè debet, ex Pythagoricis prolatum, omnia ex numeris extructa, quemadmodum eſt Ariſt. doctrina *Methaphyſic.* 1. *cap.* 5. & Macrobij, ex quo animam certa nu-
D meri ratione corporibus adnecti aſſertum eſt *in lib.* 1. *de ſomnio Scipion. cap.* 13.

Huius autem diſciplinæ ſubiectum numerum conſtitui, omnium votis cõfirmatur, qui quidem nil aliud eſt, quã multitudo ex vnitatibus deſcendens; numeri verò nomen ex nummo denominationem ſortiri affirmat Iſid. *Ethym. lib.* 3.

Duplici atenim forma numeri conſideratio, atque etiam diuiſio fit, vel
E ſecundum Theoricam, vel iuxta Practicam; ex prima partitur, aut ſecundùm ſe Geometricas non applicitus ad figuras, quemadmodum ſi duo ſimplicitèr dicatur, aut ad aliquid, facta ad aliud relatione; ſicuti ſi conſiderentur quatuor, cum ad duo relatio habeatur, vel figuræ obiecto: ſecundum ſe denuò excipit diuiſionem, quòd par nimirum extat, aut impar. Illa duo, namque duo numeri nuncupantur elementa, ſecun- F
dùm Ariſtot. ſententiam 1. *Methaphyſ. cap.* 1. Illius vnde mixtio venit, qui paritèr par, ac paritèr impar exiſtit. Paris verò æquales in numeros partitio fit, imparis in inæquales: ille autem paritèr par vocatur, cuius partes æquali diuiduntur forma; ille paritèr impar appellatur, qui in æquas partitur in partes, at quæ diſſecari minimè poſſint: impa- G
ritèr par extat, qui impari ex numero imparitèr numeratur, quod ſubiectè vides.

Par 2. 8. 16.
Impar 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15.
Paritèr par vt 8. 32. 64.
Paritèr impar vt 6. 10. 14. 22.
Imparitèr impar, qui ſemper in pares haudequidem diuiditur, vt 12. 20. 28.
Imparitèr impar, qui ex impari impa- H
ritèr numero adnumeratur, vt 25. 49.

Subdiuiſionem etiam de numero nõ pauci faciunt, quòd perfectus nimirum ſit, atque diminutus, cum alio abundans, æqualis, aut inæqualis, maior, vel minor, duplus, triplus, &c. Abundantem verò in ſuper particularem, ſexqui alterum, ſexquiquartum, ac ſuper partientem diuidi ſcimus.

Ex ſecunda, ſcilicet practica, triplex I
habetur numerus, vel ſimplex, ſiue digitus, aut compoſitus, vel etiam articulus; primus extat, qui ſola exaratur figura, vt 1. 2. 3. 4. 5. &c. Poſterior occurrit, vbi duæ, aut etiam plures, quæ ſignificatiuæ ſint, figuræ ſub cõſideratione ponuntur. Articulus eo adeſt in caſu, quo aliqua, quæ ſignificatiua ſit, figura ſingulari, geminæ, vel pluribus nõ ſignificatiuis adnectitur figuris: K
vt 10. 20. 200. 2000. Nec aliud eſt ex Reiſch ſententia, quàm numerus, de quo in partes, quæ omnes decades ſint, tali diuidi lege valet, vt, cum facta diuiſio ſit, nil ipſi deſit, aut ſuperfluum habeatur.

Hunc autem circa numerum, vtpotè quem ſubiectum habet, ſeptem conſiderare dicitur Arithmetica paſſiones,

qua-

Digitized by Google

A quarum prima figurarum extat Lectio, ſiue, vt aliqui aſſerunt, repræſentatio, calculique ordinatio;ſecunda venit Additio, tertia Subtractio, quarta Multiplicatio,quinta Partitio, ſexta Progreſſio, & ſeptima dicitur Modus eximendi quadratas, cubaſque radices: quinque, quæ primæ ſunt, principales nuncupantur; hæ autem poſteriores depẽdentiam ex ipſis oſtendunt. vnde.

B

DE CALCVLI ORDINATIONE.

Cap. I.

Figuræ atenim, ſiue notæ, quibus numeri repræſentatio efficitur, & quas numerando adhibemus, decem exiſtunt; harum nouem nouum vſque ad numerum ſignificatiuæ dicũtur, hoc C eſt 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. vna minimè ſignificatiua eſt, & vbicumque ad hoc vt decem, demonſtret, ſuperaddita eſt illaſque multiplicat figuras, aliarumq; F valorem notarum denario auget; hæc in literæ o formam exaratur, vnde ſi poſt 1. conſtituatur, monadem in decadem tranſmutat, ſed ſi decem ſuperaddatur, decies decem illum conſtituit numerum: huiuſmodi atenim figura ex Græcis Omicron, à Latinis O. ex Arithmeticis Zero, vel Zerum nominatur.

Quoad calculi verò ordinationem, G aut etiam computationem, oportet obſeruari, quòd minor is extat numerus, qui ad dexteram apponitur illo, qui è ſiniſtra ſit præfixus: calculi autem caput ſiniſtram neceſſe eſt, circa inſcriptionem, lectionemque dexteram principium conſiderationis, haberi; inde cum in dextera ſiniſtrã versùs greſſum facias, primum dic monadem, ſecundũ decadem, tertium centenarium, quartum millenarium, quintum decadem H millenarij, ſextum centenarium millenarij, ſeptimum myriadem: exemplum habe.

Siniſtra	3	4	5	6	7	8	9	Dextera
D	Myriades	Centena millenaria	Decas millenarij	Millenarium	Centenarium	Decades	Monades	I

Vbi verò ſignificatiua ſolùm figura, & Zeris calculi cõpoſita ordinatio extat, nullam quamuis per ſe Zerum includat ſignificationem, vt ſuperiùs explanatum; prima attamen valorem E præbet notæ quemadmodum figura hæc: 5. & primus quidem dextera ex parte, vltimus reſpectu ſcripturæ monadis occupabit locum, habe.

Siniſtra	5	o	o	o	o	o	o	Dextera
	Myriades	Cẽtenaria millenarij	Decades millenarij	Millenaria	Centenaria	Decades	Monades	K

D E

A

DE ADDITIONE.

Cap. 2.

QVæ poſterior Arithmetices paſſio habetur, additio eſt, ac nil aliud dicitur, quàm plurium numerorum vnam collectio in ſummam: additionis atenim regulæ duæ occurrunt.
B Prima quoad perpendiculariter addẽdum verſatur, cum propriam ſecundum naturam ſubſcribat, monades monadibus, decades, decadibus, centenaria, centenarijs, ac tandem cum linea inferiùs ſuppoſita claudat, vt:

1	5	6	7
1	5	3	2
4	5	2	1
7	6	2	0

C

Poſterior eſt regula, cum ſiniſtra incipit operatio ex parte, ſi monadibus nimirum, & numerum numero addatur; quòd ſi decadem vltrà peruenerit ſumma, duarum vltima figurarum ſcribi ſolummodò debet, & prima reliquis ad calculandum adiungi, vt vides ita.
D .7. 2. 1. efficiunt 10. ſcribitur o. & 1. ſexto adiungitur numero 6. quæ decadis ſignificat notam, cum dicas 1. & 6. ſeptem, & tres, decem, & duo, duodecimum, circa quæ vulgato loquuntur Arithmetici ſermone.

DE SVBTRACTIONE.

E *Cap. 3.*

SVbtractionis autem, ſiue ſubductionis nomine, nil aliud intelligimus, quàm ſubtilem, è maiori, aut æquali numero ablationem: illud etenim, quod æquatis duobus ſupereſt numeris, abſtractio habetur, ſuntque tres numeri.

Numerus maior, vel æqualis	2 6 7 5
Minor, vel inæqualis	1 4 3 4
Abſtractus, vel reſiduus	1 2 4 1

F

De hoc verò præcipuæ interſunt regulæ, & prima circa ordinationem venit, vt ſupra explicaui, cùm monades monadibus ſuperinſcribantur, decades, decadibus, &c.
G Secunda quo in caſu nequaquam ſupereſt, non ſignificatiua, Zerum ſcilicet, apponitur figura.

Tertius faciendi progreſſum modus eſt, è monadibus ad ſiniſtram, vt ſupra.

Quarta eſt, ſi ſubiectus aliquo in loco ſuperiore maior numerus ſit, vna ſemper ſuperiori ex numero deſumitur Monas, quæ decem includat valorem: quibus equidem ex numeris figura maior inferiori ſubtrahatur, & illius debet
H in ſubtractione conſiderari, ex quo erupta monas videatur: vnde patet:

4	5	6
1	6	8
2	8	8

DE MVLTIPLICATIONE.

I *Cap. 4.*

TVnc atenim Multiplicatio venit, cum duobus numeris oblatis, alterum toties componamus, quot in reliquo vnitates exiſtunt, vt: quatèr tèr ſunt duodecim: vnde ad hoc vt iſtius faciliras operationis habeatur, omnes fermè Arithmetici tabellas efformant, numeri verò ſic tali in operatione explicantur.
K

Numerus multiplicandus	42
Multiplicans	24
1. progreſſio numeri 4 per 42	168
2. progreſſio numeri 2 per 42	84
Productum ex additione ambarũ progreſſionum.	1008

A Regulæ occurrunt, vt ſemper ex dex-
tera (quemadmodum in allatis paſſio-
nibus dictum) parte, operationem, &
ex monadibus incipiamus, & prima
efficiatur progreſſio, atque ſub linea,
quæ ſub multiplicandis, multiplican-
tibuſque veniat numeris, apponatur; ſe-
cunda poſtmodùm, quæ ſibi locum
vendicat ſub prima, illa tamen ſerie, vt
ſecundæ monas ſub primæ decade per-
B pendicularitèr collocetur; deindè per
additionis operationē collectio habea-
tur: productum verò, aut etiam reſi-
duum inter media cum linea inferiùs ſit
conſcriptum.

DE PARTITIONE,

Cap. 5.

C CErtas enimuerò diſtributio numeri
in partes, extat partitio, & tunc
habetur, cum ex maiori numerum de-
ducimus minorem, vbi id agi non de-
negatur; primus autem numerus diui-
dendus, ſecundus diuidens, tertius pro-
ueniens nuncupatur.

Quæ interſunt regulæ hæ: quòd è ſi-
niſtra fiat in dexteram progreſſus, cum
ex prima diuidendi numeri nota inci-
piatur, vbi interuenire diuidens poſſit;
D ſin minus è prima, & ſecunda, & ſæ-
piùs ex tertia exordiamur, vt diuidens
tamen ad vtraſque referatur antece-
dentes.

Poſterior, quòd ſi in diuiſo aliquid
relictum fuerit indiuiduum, quod eua-
cuari nullo valeat modo, ſubſcribi illud
oportet, numero, qui diuiſus, ſubtra-
ctus, & euacuatus: ac poſtmodùm mi-
nores debet reliquum in partes ipſum-
E met per diuidentem multiplicari, atque
partiri.

Tertia eſt quòd, antequam primæ,
vel ſecundæ fiat diuiſio notæ, inſpicere
debemus, diuidens quoties numerus
ingredi in diuidendum poſſit, at ita
primùm fieri multiplicationem conue-
nit, deindè ſubtractionem.

Poſtrema eſt, quòd proueniens nu-
merus aliorum ad latus lineari debeat F
diſtinctione apponi, quemadmodum in
numero 136. cum ternarium diuiſio
per numerum fiat, quod hic habes.

Numerus diuidendus 136
Partiens, ſeu diuidens 3

Productus 45 $\frac{1}{3}$ Superſl. ſeu ſuppartiens.

G

Et hic quidem modus per columnam
partitio nuncupatur.
Alium etiam intereſſe modum ſcimus,
qui partitio per Triremem dicitur; nu-
merorum quoniam figura operationis
in fine ſimilis triremi habetur.

Per dannam tertius ab Arithmeticis
appellatur, & quartus tandem per re-
ciſionem fit, & hic tunc occurrit, cum
ſemel, vel ſæpè non ſignificatiua, Ze- H
rum ſcilicet, interuenit figura.

Arithmeticæ poſtmodùm accedunt
progreſſiones, quæ gemina offeruntur
forma; & prima naturalis, & continua
fuit nominata, in qua abſque eoquòd
intermiſſio habeatur, poſt principium
numeri ſequuntur: vt 1. 2. 3. 4. 5. 6.
vel 2. 3. 4. 5. 6. Diſcontinua, vel in-
terrupta progreſſio altera nominatur, in
qua vna, vel etiam plures poſt princi- I
pium relinquuntur figuræ: vt 1. 3. 5. 7.
circa quod interroganti quot ſint E. G.
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Reſponſum affertur,
primam iungendo vltimæ figurā, quòd
ſi numerus par habebitur, omnis loco-
rum numerus illius per medietatem
multiplicatur, ac ſtatim ſumma obti-
netur; qua de cauſa, cum in primo
exemplo monas ſeptenario adnectatur,
octo aderunt, cuius medietatem qua- K
tuor adimplent; qui equidem numerus,
cum numerorum progreſſionis locis,
qui ſunt 7. cum dicatur 4. per ſeptem
multiplicatus, viginti octo habentur, &
hæc omnium dicitur ſumma, quas fer-
mè circa progreſſiones diffusè mentio-
nem facere neutiquam oportet.

Quadratæ ita etiam radicis, & cubę
educatio procedit. quadratus is eſt nu-
merus,

A merus, qui ex numero per ſe ipſum
multiplicato deſcendit; & quadratus
numerus is radix eſt ei: Ut ſi affirmem:
ternarius numerus ex ſe ipſo multipli-
catus nouem producit, quaternarius
per ſe ipſum ad multiplicationem pro-
propoſitus ſexdecim promit; ſexdecim
autem, & nouem quadrati exiſtunt nu-
meri, tres, & quatuor numerorum
habentur radices; tres, nouem, & qua-
B tuor ſexdecim conficiunt. Cubus ille
numerus eſt, qui ex numero per ſe ip-
ſum prius multiplicato, & ex multipli-
catione eumdem per numerum multi-
plicata deſcendat: vt cum dicitur qua-
tuor per quatuor quater multiplicatus
efficit 64. & indè numerus 64. cubus
numerus appellatur; quatuor autem
radix cuba: poſtmodum etenim Arith-
metici, quocumque ſibi propoſito ex
C numero, quadratas, cubaſque educunt
radices; quarum vſu progreſſionum,
Geometria, Muſice, & Aſtrologia, Ma-
thematicæ partes, & quamplurimæ è
ſcientijs, ſeſe ornant, cum & omnes Me-
chanicæ profeſſiones, & mercatura pre-
ſertim, ipſum exerceat.

Addas etiam, quòd, cum iſtæ etiam
habeantur progreſſiones, nonnulli re-
gulam trium, ſiue ſocietatis adhibent;
D quapropter quòd Arithmetice ſit pu-
blico accommoda emolumento, haud-
equidem exigit probationem, cum lu-
ce clariùs extet: vnde & per quam ſtu-
dioſi Quirites, circa ipſam fuere: cum
haudequidem centum vltrà cum Alba-
nis numerare nouiſſent, atque Thraces
nullo modo quartum trãſire numerum
enarrando ſciuerint.

Hinc è ſententia Caſſaneuz Franci-
E ſcus Patritius *lib. 11. de inſtit. Republic.*
tit. 2. Arithmeticam affirmauit, vt Ma-
thematicis vnam è diſciplinis ciuili ne-
ceſſariam haberi viro; quod etiam fuit
explicatum ex Iodoco Clitoueo ſua in
Epiſtola ad introductionem in Iacobi
Fabri Arithmetica, cum ita: *Inter eas*
diſciplinas, quas Mathemata Græci vocãt,
duæ, Arithmetica, & Geometria præcipuũ
ſi vendicant locum, quoniam ad cæteras
aſſequendas viam aperiunt, ipſiſque igno- F
ratis ne quidquam reliquis ediſcendis præ-
ſtiter opera? Quis enim Arithmeticæ indo-
ctus muſicam ſanè intellexerit? Quibus
etiam ſeſe Plato in Epinomide adiũgit:
cum omnes inter, quæ liberales ſint,
diſciplinas, contemplatiueſque ſcien-
tias præcipuam, & proximè diuinam
numerandi profeſſionem habere dixe-
rit: vnde cum ex ipſo quiſquam ſciſci-
taretur, quo deo rei omni præditum ſa- G
pientia exiſteret animal, homo: eo quòd
numerare noſſit, pro reſpõſo dedit: qua-
re eandem cum ſupradicto Caſſaneuz
in catal. glor. Mundi p. 11. conſid. 4. inferre
concluſionem licet, huiuſmodi profeſ-
ſores in ſcientia promptum habentes
ingenium, atq; honore attolli opus eſſe,
in Rempublicam admitti: huius etenim
generis diſciplinam, nonnullius, non
ſolùm vtile momenti adducere, neceſ- H
ſariam verùm etiam haberi certo cer-
tiùs extat.

Quis namque deneget, ſuum ex quo-
cumque acquiri, cum dati per calcula-
tionem, receptique ſuum proprium
vnuſquiſque ius conſequi nõ impedia-
tur; vt notatum ex Angelo Aret. *conſil.*
48. num. 15. verſ. nam ponere calculum:
eo quòd quo in caſu datorum, recepto-
rumque computa confuſa reperiuntur, I
opus eſt ad calculum, calculatorumque
electionem deuenire. *l. ſi cui libertas*, &
ibi Bartolus *ff. de condit. & demonſtrat.*
idem & Gloſa *l. 2. cap. de iure fiſc. lib. 10.*
Ipſorum autem ex Iudice electio fit, qui
cum ſuam præbeant relationem ad con-
demnationem, abſolutionemue infere-
dam ipſum impellunt, & eorum quam-
uis calculatio neutiquam faciat proba-
tionem; paratam attamen exequutionẽ K
includit. Bartol. & Angel. *l. inſtar. cot.*
penult. de iure fiſci lib. 10. Caſtrenſ. *in l.*
ſi cui libertas, de condit. & demonſtrat.
Corneus *conſ. 43. lib. 1.* Quæ quidem
relatio iuramentum exigit ad confir-
mationem; ex eo quia nullam, niſi, &
iuramentum adhibeatur, fidem haberi
decet. Alexand. *conſil. 64. num. 4. lib. 6.*
Calculationis verò finis nil aliud, quam

A approbatio, Iudicis opera facienda, extat, ex qua, vel abſolutus remanet, vel condemnationem ſubit reus; calculo etenim definitiua nequaquam inhæret vis, vt condemnationem, abſolutionẽue Iudex adducat; demas tamen, ni ex ipſo fuerit approbationem ſortitus. *l.2.* & ibi Gloſa, & Bartol. *C.de iure fiſc.lib.* 10. Talitèr vt ex calculo, quem calculatores, partium etiamſi interuenerit B conſenſus, fecerint, ſententiæ minimè retinet vigorem, ex qua exequutiuo poſſit modo ſine Iudicis prolato procedi, ordinaria datur via: vt explicatum ex Tuſco *lit.C.concluſ.7.nu.* 2. vbi igitur reddi rationem oportet, calculatores interſint. *l.ſicuti libertas, ff. de condit. & demonſtr.*

Calculus atenim computatio dicitur, quæ tranſacto æuo per lapillos efficieC batur. Gloſa *in l. vnica, C. de err. calcul.* cauſæ licet non rarò cognitionem ſignificare, numerationemque certum ſit. *l. rem non nouem, C.de iud.* ac definitiuam etiam in ſententiam ſępiùs deſumamus. *l. ſi actor, C.de appell.* & quandoque pro carbone accipiatur, ſecundum Archid. ſententiam *in cap. in ſcripturis* 8. *quaeſ.1.* quo demonſtratur in loco, nil aliud calculum fuiſſe, præterquam prunam, vbi D ignis ad perpetui opus ſacrificij conſtituebatur.

Quando atenim liquida nequaquam credita ſint, quamuis fuerint in iudicium adducta, Iudici conueniens eſt, mandare, vt de calculatoribus, ſiue Arithmeticis, vt calculus habeatur, electio fiat: argum. Text. *in l ſi reſiduum, C. de diſtr.pignor.* Bartol. *in l.penul. in princ. verſ. prædicta vera, ff.eodem, & conſ.149. in princip.lib.1.* Abb. *conſ.21. lib.2.* quod E omni quidem in cauſa, vel etiam negotio, in quo neceſſaria calculatio exiſtat, ſibi vendicat locum. Alex. *conſ.82.nu.6. & 7.lib.3. & conſ.64. num.3.& 4.lib.6.* Qualibet namque in quæſtione in computis mercantilitèr datis, receptiſque peritos in arte ad Arithmeticos remitti partes neceſſe eſt. Bartol. *in l. 2.C. de iure fiſci lib.10.* Caſtren. *in l.ſi cum libertas, ff. de conditione, & demonſtratione:* F omni qua de cauſa in computo, vbi liquidæ, creditorem inter, debitoremque ratione non exiſtant, ſed confuſæ reperiantur, & obſcuræ, permiſſum creditori eſt, illum in iudicium vocare, ad hoc, vt electio de calculatore, ad computa calculanda, efficiatur: Bartolus *in l. cred. col.fin. ff. de diſtract.pignor.* Alexand. *in l.ſi mora. col.2. ff. ſolut. matrimon.* Calculum etenim G ponere eſt data, nec non recepta, hinc indè videre, atque calculare. Aretin. *conſil.48. num.15. verſ. nam ponere calculum*: quòd ſi altera contumax habeatur pars, electionem Iudex facit. Bartolus *in l. prima, §. ex hoc, ff. de ventre inſpicien.* Abbas, Felinus, Decius, & nonnulli *in cap.prapoſuiſti de probationib.* cum hoc tamẽ interſit diſcrimen, quòd ſi hic ex partium ſeligatur conſenſu, arH bitrator vocatur: ſed ſi Iudicis id fiat ex voluntate, arbiter dicitur. Corneus *conſ.43.col.3. n.5. & ſequen. verſ. tamen his non obſtant.lib.1.*

Huiuſmodi atenim electio illam calculatoribus tribuit facultatem, qua & abſoluere valeant, & condemnare, cum iuriſdictionem ipſis ineſſe certum ſit. Angelus *conſil.130.* Nec eis denegatur, debitum cum credito compenſare, ſenI tentiamque ferre, cum vnum altericondemnent, vt declaratum ex Caſtrenſ. *in l. ſi cui libertas, ff. de condit.& demon.* Maiorem autem ea poteſtatem non includunt, quæ fuerit ipſis in electione tributa, & propterea æquiparari arbitratori ſcimus. Alexand. *conſil.21.nu.8. lib.7.* Ex eo quia, quemadmodum nullo conueniens eſt arbitratori modo, liK mites excedere compromiſſi, *l. non diſtinguemus, §. de officio, ff. de arbitrar.* æquali calculatoris forma, calculationis tranſigere fines, haudequidem eſt conceſſum; quòd ſi fortè mandatum vltrà, quidquam ex ipſo fiat, nullam cõtinebit efficaciam actum, vt ſimilitèr laudum, quod extra compromiſſum ex mandati defectu fuerit iniectum: nam cum certè ad ſtatutam electi fuerint rationem

tionem

Digitized by Google

A tionem, aliud effecere. *dicta l. non diſtinguimus*, §. *fin. ff. de arbitr.* calculatores etenim propriæ terminos electionis pertranſire minimè debent. Caſtrenſ. *conſil.* 148. viſo, & examinato, in principio *lib.* 1. Specialis quoniam calculus nihil extra ſpeciem, vigoris oſtendit. Bald. *conſ.* 47. *illa quæſtio in principio lib.* 4. Et ex conſequenti nullam aliam affert liberationem, niſi &
B de quo facta calculatio ſit: ſed etenim generalis vbi habetur, generalem etiã induci liberratem, certum eſt. Bald. *dicto conſil.* 47. Fulgoſ. *conſil.* 130. Ipſorum autem decretum ſententiæ ſuſcipit nomen, atque obedientiam ſibi exigit præſtari. per Text. *in l.* 2. *C. de iure fiſci lib.* 10.

Multiplici enimuerò ratione poteſt è calculatoribus, ſiue Arithmeticis error committi, cum nimirum id omit-
C tant, quod in calculo poni oportebat, & illa ex aduerſo conſtituãt, quæ omitti neceſſe erat: vt reſponſum dedit Pariſ. *conſil.* 89. *in principio num.* 27. *verſic. & de errore*. Gratian. *diſceptat. forenſ. quæſt.* 823. *num.* 31. vel etiam vbi ſummarum additionem faciant, collectionemue, cum vel diminuiſſe dati numeros, ac recepti viſi ſint, ex quo par-
D tium reſultet detrimentum: læſis propterea magnam præſtat opem titulus de calculi errore: fallax etenim calculatio neutiquam debet exequutioni committi, cum error oſtendatur, immò, cum Iudicis authoritas interſit, repeti, atque retractari eam decet. Bartolus *in l.* 2. *verſic. aut qui reuocat col. fin. C. de iure fiſci lib.* 10. quem ſequutus eſt Ioann. de Plat. *in dicta l.* 2. *quæſtion.* 3.
E Cuius in ſententia eſt, nullo conueniens eſſe modo, vt fallax exequutioni calculatio tradatur, cum error demonſtretur, *l. prima*, *C. de appellat.* Pariſ. *dicto conſil.* 89. *num.* 35. Demas, ni poſtquam fuerit calculatio peracta, ad tranſactionem ſit è partibus deuentum, ſiue iudicatam fuerit tranſactum in rem. *l. vnica*, *C. de errore calcul.* Fulgoſ. *conſil.* 142. Maſcard. *de probat. concluſ.* 253. F
num. 10. qui *in num.* 11. Id eo maiorem includere vim affirmat, vbi abſolutio interſit, & generalis liberatio lata commiſſa per verba, quæ vnumquodque retinerent, comprahẽſum: allegat Gloſ. & DD. *in l. emptor*, §. *Lucius, ff. de pact.* excipias, quando calculatorum fraus intercedat, doluſque, cum ſcilicet perquiſitis diligentèr libris, in quibus, & accepti nota, & expenſi videatur, G
clarè appareat, nullam de hoc factam fuiſſe in calculo mentionem: hoc ex eo quia in caſu fallacem dicemus ſtipulationem, pactumque, & habito fraudulenti calculi reſpectu, nullam retinet validitatem, impedimentum, quoniam minimè ponit, quia ſemel, ac ſæpè valeat calculus retractari. *l. vnica*, *C. de errore calculi*. Maſcard. *dicta concluſ. num.* 17. *vbi ſub num.* 18. H
rationemque reddit, cum huius pactum generis, ſtipulationemue ſub conſiderationem afferat venire, circa liberationis effectum, quæ, cum pacto vallata fuerit, aut etiam iuramento, nequaquam valorem præſeferr, vtpotè quæ per fraudem confecta, & ex dolo dicatur extorta: ducit Soccin. *conſil.* 92. *col. penult. num.* 19. *lib.* 2. & Iaſon. in *dicta l. vnica*, *C. de errore calculi in* 2. I
notab. Quo atenim in caſu circa calculum, errorem partes commiſere, & quoad illum tranſegerint, minimè quidem excipere ipſius de errore valent, vel expoſcere reuiſionem. Iaſon in *dicta l. vnica*, *C. de errore calculi num.* 11. *in fine*, *verſic. ſecundus caſus*. Vt pari modo, quod ex errore ſolutum, tranſactionis ex cauſa nulla repetitur forma. Decius *conſil.* 349. *viſis alleg. n.* 2. K
Sed etenim vbi tranſactio, calculi de errore, nequaquam fuiſſet confecta, ſed vbi viſi calculi ſint, principali ſuper negotio fuerit tranſactum, & illi ſint in errore inuenti; calculi fermè error cum nullum adducat tranſactio impedimentum, non ſolum ſemel, bis, verùm etiam, ac pluriès poteſt videri.

De-

A Decius *dicto conſil.* 349. *num.* 7. *cum ſequent.* Caſtrenſ. *conſil.* 341. *col.* 2. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 22. *num.* 10. Barboſa *in l. vnica*, C. *de errore calculi num.* 13. Quamuis adfuiſſe iuramentum certum ſit, id namque errorem minimè aufert. Idem repetit *conſ. ſequent.* Cephal. *conſil.* 562. *num.* 17. Ille autem error, qui patens in calculo ſit, minimè patitur præſcriptionem, at allegari vſque valet, mille quamuis anni tranſegiſſe B videantur. Gloſa *in l.* 2. vbi Bartolus C. *de iure fiſci lib.* 10. Calculatio nam, quæ ex errore efficitur, nullum affert nocumentum, licet ſæpiùs fuerit iniecta, vt explicatum ex Gloſa *in dicta l. vnica*, C. *de errore calculi*: eo verùm in errore, qui haudquaquam apparet, viginti annorum debet ſpatium ad præſcriptionem venire. Iaſon. *in dicta* C *l. vnica*, C. *de errore calculi num.* 3. Tuſcus *litera* E. *concluſ.* 313. *num.* 2. *l. calculi.* 9. vbi Gloſa *ff. de adminiſtratione rerum ad Rempublicam pertinent.* Bartolus *in dicta l.* 2. C. *de iure fiſci lib.* 10. Theſaur. *deciſ.* 239. *num.* 12. Ad nil enim dicitur obſtare, ſi, poſtquam calculatio fiat, promiſſum interſit, eò quòd ipſam per indebiti conditionem reuocari certum eſt, atque reſcindi. *dicta l. vnica in fine*, vbi Gloſa D *in verbo conditio*, C. *de errore calculi*. Cephal. *dicto conſil.* 562. vbi explicatur, quòd ipſamet facilitate, qua quiſque ſimplicitèr approbationem computationi duxerit, ſimili reputatur promiſiſſe. Gratian. *dicto cap.* 823. *num.* 35.

Conueniens ergo Iudici dicitur, & Calculatori, reſpicere quando, & quæ ſumma plures in duabus Apocis quan- E titates, ſcripturiſque fuerint comprehenſæ; ad hoc vt videatur, an ſint, vel non geminatæ partitæ, ex eo quia eadem vbi cauſa cum ipſamet interuenit quantitate, ac temporis interuallum minimè videatur, vna equidem ſumma duplicitèr dicitur promiſſa: nimirùm, vt exemplum duxit Menochius *de arbitr. iudicum caſu* 223. Pro- F miſſum eſt tibi ex me mutui ex cauſa, decem; aliquot deindè poſtquam elapſi dies ipſius ex mutui reſpectu decem per ſtipulationem promiſſum eſt, eamdem reputari ſummam, affirmauit. Bartolus *in l. triduum num.* 4. & ibi Alexand. *num.* 6. *de verborum obligat.* Crauett. *conſil.* 282. *num.* 1. *verſic. amplius*: Temporis atenim intermiſſio Iudicis debet arbitrio præfigi. G Idem Menochius *loco ſupra citato num.* 4.

Pari etiam ratione, ſi eadem duplicitèr occurrat quantitas, at vna expreſſa fuerit cauſa, ſi decem nimirum fuerint ob mutuum promiſſa, & nonnulli poſtquam tranſacti dies, per ſtipulationem id ſit actum: hoc in caſu docuit Bartol. *in dicta l. triduum, num.* 5. eamdem iudicari ſummam, H actuum ex eo quia pluralitas nulla præſumitur forma. Menochius *dicto caſu num.* 6. & 8. Vt æqualitèr duæ ſi extraiudiciales, atque eadem ex cauſa ipſiuſmet ſummæ confeſſiones ſint factæ: ſingula quidem vera præſumitur eſſe: ita Iaſon *in dicta l. triduum*, & quamplures apud Menochium *dicto caſu, num.* 36. nequaquam etenim duplicata quantitas æſtimatur, cum po- I ſteriori facta confeſſio loco, minimè ad augmentum, ſed ad confeſſionis robur dicatur emiſſa. Menochius *dicto num.* 36. Et tandem quo in caſu probatum per teſtes fuiſſet Scio de quinquaginta factam ſolutionem, & alij aſſerant, illi centum data: tali euentu interpretatio interuenit, quòd geminata numeratio exiſtat, & prior, in poſteriori contineatur ſumma. Menoch. K qui ſupra *num.* 40.

Ex allatis hac de re deduci primùm decet, quòd nullum ex calculi errore præiudicium veritati ducatur, atque rationes calculi ex errore confecti prætextu, retractari permiſſum ſit: prout *ex dicta l. vnica*, C. *de errore calculi* habetur.

Vbi

Vbi ſecundò ſequuta ſententia ſit,
A nullum dari locum, vt erroneus calculus, allegetur, atque indebitum calculi per errorem condicatur, dempto quòd ipſius circa errorem facta tranſactio fuiſſet. *dicta l. vnica*, vbi Gloſa, & Doctores, *C. de errore calcul.* Barboſ. *collect. DD. in lib. Cod. & de error. calculi*, vbi *num.* 11, Mantica *de tacit. & ambig. conuent, lib.* 26. *tit.* 9. *num.* 41. *verſ. item tenet*; nullo denegari modo, vt tranſactio, læſionis reſpectu, quæ ex calculo F per errorem confecto deſcendat, valeat reuocationem pati: quamuis facta expreſſio de errore minimè ſit, ni tamen (vt dictum eſt) ipſum quoad calculi errorem fuerit tranſactum,

Computorum tandem in calculatione opus eſſe, vt partes citentur; ex authoritate Angeli *in l. prima*, §. *Marcellus, ff. ſi cui pluſquam per legem Falcidiã*, Gratian. *diſcept.* 874. *num.* 36.



D E

A F

DE GEOMETRIA

B G

ET GEOMETRARVM STATV.

C H

PLeriſque ſolitum eſt in caſibus, ob mercium valorem, ſolutionem mercatoribus, dato longioris ſpatio temporis, è debi-
D tore præberi, & ex eo quia non raró ad hoc habiles illi non ſunt, ſeſe inter propterea conueniunt, vt ſtabilia ob pretium bona, fundique tribuantur, quòd quidem ad opus, vt huiuſmodi valor bonorum cognoſcatur, Geometras adhibent, cuius diſciplinæ origo perantiqua exiſtit: nam omnium votis celeberrimus, fluuios inter Nilus propria inundatione elatus, qua, & aqua-
E rum fæcunditate æſtiuo à Solſtitio Auſtrali ad Aequinoctium vſque ſolet Aegypti rura mirabili roborare virtute, in cauſa fuit, vt Geometria ex Aegyptijs inueniretur, (quamquam *lib.* 1. *Antiqu.* Ioſeph illam ex Abrahamo Aegyptijs affirmet tranſmiſſam, cui ſeſe Polydorus Virgilius adnectit:) *Agrorum etenim limites huius alluuione generis ita confuſi quidem habebantur, vt ſigna, quibus diuiſus hic ab alio eſſet, omnium penitùs ex oculis auferrentur; qua de cauſa terra ſæpè ſæpiùs ad menſuram incumbebant: cum vnicuique opus eſſet, ſuam tribui camporum portionem*: huiuſmodi eſt relatum Strabonis 17. Georg. Herodoti, Petri de I
Gregorio *lib.* 3. *ſyntag. artis mirab.* Et Cælij Rhodigini. Ipſam etenim principem diſciplinas inter locum vendicare, Philonis in ſententia eſt. Geometria verò ex Γία, ſcilicet terra, & Μιτρει, nimirum menſura nomen deſumit, putas quoniam circa dimenſiones, quemadmodum, & quoad numeros Arithmetice, ipſa verſatur, lineamenta in ſe continet, interualla, magnitudines, di- k
menſioneſque, ac numeros in figuris comprehendit. Practicam autem præſefert, atque Theoricā; hæc ſola mentis conſideratione quantitates, ipſarumque meditatur menſuras: illa ſenſibili metitur experimento.

Huius verò diſciplinæ ſubiectum continua extat quantitas, vel magnitudo, quæ quidem vniuſcuiuſque extenſio

A ſio rei eſt, & fermè triplici efficitur ratione, vel in longum, vel in latum, vel in longum, latum, ac etiam profundum: longitudo autem linea dicitur, quæ lõgum latum in ſuperficie demonſtrat: quòd verumtamen longitudinem, latitudinemque, nec non profunditatem oſtendit, corpus appellatur.

Enimuerò linea nil aliud eſt, quàm longitudo abſque latitudine, quæ ex
B punctis conſtet, & concluſa habeatur.

Punctum extat, quod nullo diuidi modo poteſt, & quod magnitudinis haudequidem pars, at principium eſt: lineæ autem diuiſio in rectam fit, curuã, & iſtas inter, mediam: prima dicitur, quæ propria æqualitèr trahitur ad puncta, vel, ex Euclidis ſententia, breuiſſima eſt, vno ex puncto ad aliud linea
C transuecta, ipſiuſque in extremitatibus vtraque deſumit puncta: poſterior, nimirum curua eſt, quæ ad aliud minimè ex directo deſcendit.

Id verò ſuperficies nominatur, quod latitudinem retinens, lõgitudinemque, lineas ad ſui exigit compoſitionem, quemadmodum, & lineæ puncta.

Figuræ, ac etiã ſuperficies ex lineis componuntur; ſi quidem in corporibus
D lineæ videntur concluſæ; duo figurarũ genera exiſtunt, planum, quod latum habetur, longumque, Triquetra quemadmodum in area, & quadrata conſpicitur figura, vt omnes etiam rectæ, circulares, æquales, inæqualeſque habẽtur: plures occurrunt anguli, aliqui etenim rectilinei, nonnulli obtuſi, plerique conuexi, quidam acuti, aliqui concaui dicuntur: ſolidum autem figuræ ſunt corporibus communes, ſicuti
E triangulum exiſtit, quod ſecundùm Ariſtot. doctrinam 1. *moral. cap.* 10. figuræ initium præbet: alia namque Agonia, nullis nimirum cum angulis, vt ſphærica, quædam abſque longitudine, vt quemadmodum in globo, nonnulla ex longitudine, quæ rotunda ſit, ſicuti in Cylindrica, cum latitudine rotunda aliqua, vt in Trochleis habetur.

Angulares autem figuræ, Triangularis extant, quadrata, Rhombus, F ac etiam pendens Quadrata, Rhomboides, Patallelogrammum, quadrata, ex altera longior parte, Pentagonus, Exagonus, Heptagonus, Iſopleuros, cuius latera tria, quæ angularia exiſtunt, æqualiaque; rectus angulus, qui media quadrati pars eſt, & omni ex latere habetur inæqualis, Scalenus, Trapezus, qui altera inæqualitatem ex parte demonſtrat, &c. *vt in lib.* 5. Ioannis Re- G gio-Montani, de triangulis omnimodis, & circuli quadratura, videri poteſt, & Nicolaus Cuſane, ac Horontius Fineus *in eodem tract.*

Cuncta hæc circa corporis dimẽſiones interſunt, quæ tres, vt explicatum, longitudo nimirum, latitudo nec non profunditas, occurrunt, vt Ariſt. 3. *Methaphyſ. cap.* 3. Corpus autem hac in di- H ſciplina, vel in infinitum, quod eſt in mente, aut in finitum, quòd vna ex parte, vel ſuperficie, aut etiam pluribus terminatur, vel quemadmodum ſphæra ſolida, & concaua, Pyramis, columna, &c. diuiſum extat: duæ Pyramidũ ſpecies, alia perfecta, altera curta; prima, quæ ad conum, ſupremumque verticem procedit, quæ, & Rotunda, Trigona, Tetragona, & Pentagona, &c. I iuxta baſis figuram, eſt, poſterior, quæ nullo modo ad conum aſcendit: ac diuerſa etiam ſecundum baſis formã eſſe valet: habentur etiam columnæ Trigonæ, Rotundæ, Tetragonæ, quibus varia pro conſtitutione diuerſæ apponuntur baſes, Capitula, Epiſtylia, Puluini, Volutella, Coronæ, Scapi, Thori, Stiriæ, Supercilia, Aſtragoli, Cimatia, & id genus alia, ipſarum forma Ionica, K Corinthia, & Dorica, *vt Vitruu. lib.* 3. *&* 4. & Leo-Baptiſta Alb. *lib.* 7. *de re ædific. cap.* 6. 7. 8. 9. *& lib.* & nos in Architectura diximus.


Inſtrumenta enimuerò, quæ Geometra ſui adhibet ad vſum: hæc, ſcadra, ſcilicet, quæ priùs norma, & libella, perpendiculum, circinus, & rectus, & Valgius, Aſtrolabium, radius Aſtronomi-

A nomicus, vel baculus Iacob, pertica, huiuſque modi non diſpares; vnde triplicem deſcendere commẽſurationem ſcimus, Altimetriam nimirum, quæ circa altitudinem pertractat, Planimetriã, quæ de longitudine, ac latitudine menſuram facit, atque Stereometriam, quæ de longitudine, latitudine, atque profunditate agit: menſuræ autem definitionem habemus, quod ſit quidquam
B pondere, capacitate, longitudine, altitudine, ac animo excipiens perfectionẽ.

Digitos etenim Geometræ, qui minima ſunt agreſtium pars, menſurarum exercent; vnceas, palmos, ac perticas, &c.& tali modo quatuor è tritici granis digitus conſtruitur: tres vncea digitos requirit, quatuor exigit palmus, palmoſque quatuor pes ad ſui perfectionẽ expoſcit: duplex autem paſſus quinque
C poſtulat pedes; ſimplex, iuxta ſententiam Reiſch Margar. Philoſ. *tract. 2. lib. 6.* & Petri de Gregor. *in ſyntagm. iuris loco citato*, geminos poſcit, cum dimidio ad ſui conſtructionem pedes, qui Geometricus autem extat, quinque: Orica verò, vlna, vel brachium Hexapeda dicitur menſura: ſex comprehendit palmos cubitus; in calamo ſex cubiti, & F palmi concurrunt: pertica, quæ à portando nomen deſumit, decem includit pedes. Clita verò quadraginta vndique verſus demonſtrat: ſcrupulum, minima iugeri pars, decem in longum, latumq; quadratum præſefert; in iugero ducentum quadraginta ſcrupula ſecundũm longitudinem interſunt, iuxta latitudinem verò centum interueniunt, ſupra C viginti: huiuſmodi autem menſura quadratus dicitur vndique actus, illudque habetur ſpatium, quod vnius ſpatio diei boum par voluit aratro; maiores autem orbem in partes diuiſum voluere, partes in prouincias, has in regiones, regiones in loca, iſta in territoria, territoria ipſa in agros, agros in centurias, centurias in iugera, hæc in climata, quæ poſtmodum in actus, perticas, paſſus, H gradus, cubitos, pedes, palmos, vncias, & digitos partire ſtuduerunt.

Eoquòd autem hoc pro Geometris agrorũ intelligimus diuiſores, loco pro menſura ſubiectæ adductæ icones.

D I
E k



A Et circa hoc quidem, vbi quæratur area quadrilateri rectanguli, multiplicari latus in latus reliquum, & veniet areæ quantitas.

Quando perfectum, prima quemadmodum in figura, veniat quadratum, atque vtrumque pedes quindecim contineat latus, alteramne menſuram, ſi quindecim per eumdē numerum mul-
B tiplicentur, quadrati area pedum ducentorum ſupra viginti quinque conſurget. Sed ſi quadratum fuerit altera parte longiùs, & latus ſit 15. reliquum viginti, in ſecunda vti vides figura, multiplicatis 15. per viginti area 300. quadrati occurret. Vbi verò Icon Quadrilatera, vel altera non fuerit rectangula, vt Rhombus, Rhomboides, vel Trapezia, plura debet ad rectangula reduci, ac triāgulorum inueſtigari aream opus eſt:
C vel ex ſumma per trium omnium trianguli laterum, hæc habetur, vel ex perpendiculari trianguli ſuper baſim ducta.

Primum autem circa modum trianguli ſimul coniunguntur latera, circa dimidium diuiditur aggregata, dicto poſtmodum ex dimidio quodlibet ſubtrahitur latus; & horum reſiduo laterum multiplicato, numerus conſurgens
D dictum multiplicatus per dimidium, numerum dabit, cuius radix quadrata rectanguli area dicetur.

Veniat triangulum tertiæ figuræ, cuius latera extent 13. 14. & 15. qui ſimul coniuncti conficiunt 42. dimidium eſt 21. ſi auferatur 13. à 21. reliquum eſt 8. ſubtractis 14. è 21. remanēt ſeptem, ſubtractis 15. ſex. Eo in caſu multiplicatis 8. per ſeptem conſtituuntur 56.
E qui multiplicati per ſex, dabunt 336. qui tandem per medietatem 21. multiplicati proment 7056. cuius radix quadrata eſt 54. & propoſiti erit area trianguli.

Circa ſecundum menſurandi aream Trianguli modum ducta perpendiculari linea ſuper trianguli baſim, ſi ea per baſis dimidium multiplicetur, vel baſis per perpendiculi dimidium trianguli area conſurget; quoniam verò triplex F
triangulum habetur, Aequilaterum nimirum, Iſoſceles, ſeu Aequicrurium, & Scalenum, in omnibus equidem adducamus exempla, & prius tamen in Triangulo Rectangulo, vt quarta videtur in figura.

Sit Triangulum rectangulum ABC. rectangulum in B. baſis BC. ſit 4. perpendiculum AB. 3. ſi perpendiculum 3. multiplicetur per dimidium baſis, G
quòd eſt 2. conſtituet aream 6. Eodem continget pacto, ſi Baſis tota 4. multiplicetur per dimidium 3. baſis, quòd erit 1. cum dimidio, cum etiam prodeat areæ numerus 6.

Vt perpendiculi autem quantitas in triangulo rectangulo noſcatur, ex 47. propoſ. primi Elem. Euclidis quadratum Hipotenuſæ, & lineæ ſuppoſitæ angulo recto AC. eſt æqualis ambobus H
quadratis conſtructis ex lineis ſubtendentibus angulum rectum, ideſt BC. AB. cum ergo quadratum AC. 5. ſit 25. & quadratum BC. ſit 16. reſiduum ad 25. nouem erit, AB. perpendicularis, cuius radix quadrata eſt 3.

In triangulo æquilatero ſumitur quātitas perpendiculi hoc pacto, vt in 5. figura diuiditur triangulum in duo rectangula ADB. ADC. ducta linea AD. I
quę baſim in duas æquales diuidet partes BD. BC. & cum baſis decem ſit partium, vtraque erit quinque. Trianguli Orthogonij latus AB. eſt 10. cuius quadratum 100. Baſis B. D. 5. eſt 25. remanet AD. perpendiculi 75. cum AB. ſit æqualis AD. BD. Radix quadrata 75. eſt maior 8. minor 9. dicti verò area trianguli æquilateri habetur multiplicando BD. 25. per AD. 75. & tribuent k
1875. pro radice trianguli areæ ferè 43.

In Triangulo Iſoſcele, ſeu Aequicrurio eadem aderit operatio, cum diuiſio in duo rectangula fiat. Quadratū C. B. 4. eſt 16. ſublatum à quadrato AB. 100. dat reſidui 84. pro perpendiculo AD. cuius quadrata radix eſt 9. paulò maior: multiplicatis ergo 9. in 4.

A conſurget Triãguli æquicrurij area 36.
cum fractionibus, vt ſexta in Icone vi-
detur.

Pro triangulo Scaleno, vt in ſeptima
figura latus AB. ſit 13. AC. 15. BC. 14.
multiplicatus 15. AC. conſtituit 225.
qui numerus ſubtrahendus eſt ex nu-
mcto multiplicationis laterum AB. BC.
ſcilicet 365. cum AB. ſit 169. & BC.
196. A. 365. ſubtractis 225. reliqui
B ſunt 140. quòd fermè reſiduum per du-
plum B. C. ideſt 28. diuidi debet, &
conſurget 5. pro BD. & pro DC. vſ-
que ad 14. totam baſim; cum ergo
quadratum DC. 9. ſit 81. & quadratum
AC. 225. AD. perpendiculi erit 144.
cuius radix 12. multiplicatum ergo
perpendiculum 12. in baſis dimidium,
nempè 7. tribuet anguli ſcaleni aream
84. Hac erit expeditior operatione, cum
C omnia trianguli latera ſumantur, vt ex-
plicatum.

Pro ſphæræ area, & figuræ circularis
ducta, diameter in ſe ipſum multiplica-
tur, productumque denuò per 11. mul-
tiplicatur, & per 14. diuiditur, & quod
veniet, area circuli erit. Diameter cir-
culi in octaua figura ſit 10. in ſeipſam
multiplicata conſtituit 100. quibus per
11. multiplicatis 11000. conſurget, qui
D fermè numerus per 14. diuiſus, 78. in
quotiente dabit, & octo, quatuordeci-
ma pro area quæſita.

In ſumenda verò ellipſis, ſeu oualis
figuræ area, diametri AB. CD. ſunt du-
cendæ, vt in nona figura, maiorque
multiplicatur diameter in minorem, &
quod conſurgit multiplicãdum per 11.
& diuidendum per quatuordecim, vt
in circuli area. Sit ellipſis cuius diame-
E ter maior AB. 10. minor CD. inuicem
multiplicatæ conſtituunt 70. qui nume-
rus multiplicatus per 11. præbet 770.
qui per quatuordecim diuiſus in quo-
tiente pro ellipſis area 55. præbebit.

Denique omnes irregulares figuræ
Trapezia, & huiuſmodi generis aliæ ad
triangula reductæ aream ex triangulis
quæſitam obtinebunt.

Quo autem in caſu, vt in decima fi-
gura alpeſtris menſurari ſuperficies de- F
beat, conſiderari ſummitatis circuitum,
& ſimiliter radicis oportet, ac etiam
altitudinem poſt hæc radicis, & ſummi-
tatis circuitum coniungas, quo produ-
cto, dimidium ſumas, quo per altitudi-
nem multiplicato, numerum dabit, qui
rem oſtendat. Pone, ſit montis vertex
trecentum pedum, radix mille, altitu-
do octingenta, ſumma erit 520000.

Sed etenim ſi mons diſpar tàm in G
radice, quàm in apice, vel alijs etiam
partibus ſit, conuenit ad aream haben-
dam, vt, aggregato radicis, medij, &
apicis circuitu, & cum multiplicetur
cum tertia altitudinis parte, aream ob-
tinebis E. G. ſit radicis circuitum pe-
dum 2500. & medietatis 160. verticis
100. altitudo erit 20000. area verò
280000.

Quo autem in caſu, & in aſcenſu, & H
in circultu inæqualis extet mons, alia
decet via aream reperiri: ſcilicet, adde
radicis cum verticis circuitu, & de
educto dimidiũ ſume: ita montis aſcẽ-
ſus duobus locis accipe dimidium: hoc
cum illo multiplica, & area prodibit.
Sit mons in verricis circuitu ducento-
rum pedum, radicis 1400. altior aſcen-
ſus ſit 850. inferior 750. area habebi-
tur 64000. pedum; & hoc menſuram I
circa obitèr pertractaſſe ſatis ſit.

Quòd verò neceſſaria Geometriæ di-
ſciplina Reipublicæ ſit, ſufficiens eſt
ſcire Platonis Gymnaſium in foribus
oſtendiſſe lemma, nullus Geometriæ
ignarus ingrediatur: haudequidem nũ-
que ſuis arbitrabatur lectionibus diſci-
pulos dignos, ſi hac neutiquam ſcien-
tia ornarentur: ſeptimo namque de
Republica, & Geometria ad veritatem K
animum attolli, atque ad philoſophan-
dum animum præparari, nec non, vt
diſciplinæ comparentur, plurimum
conferre: Geometriæ enimuerò cogni-
tio militarem præcipuè maximè cõfert
ad rem, vt congruis caſtra in locis con-
ſtituantur, regionis occupatio fiat, tur-
mæ diligentèr colligantur, ac ſedula
ſeſe, fundant arte, cæteræque exciten-

tur

A tur moles, quas, tàm in acierum commodo, quàm in obſidionum ſedulitate, vel itinerum facilitate adhiberi ſolitum ſit: ad æquitatem verò propriè, omneſque Reipublicæ quoad actus geometricam proportionem ſpectare certum eſt, vt docet Marſil. Ficin. *in Argo. lib.* 4. Plotinus *cap.* 5. quòd latè declarat Ariſtot. *lib.* 4. *Eth. ad Eudem.* talem atenim dicit quo in caſu totum, vel alterum alteri
B æquiparatur, non continuam autem proportionem, vel numeri æqualitatem, illam quoniam Arithmeticam nominamus proportionem. Humanæ verò ſocietatis conſeruationi apprimè apta terræ dimenſio exiſtit, poſtquam illa occurrerunt poſſeſſionis notæ, meum, tuum, ſuum; vnde rerum diſtributio facta, eoquòd neminem latet, quòd tranſacto æuo.

C *Limes quoque erat poſitus, litem vt diſcerneret agris.*

Huiuſmodi verumtamen terminus nullo apponi, conſeruari, aut etiam reſtitui poterit modo, niſi & decempedatoris, finitoris, agrique menſoris opera interſit: vnde ex Quintiliani *lib.* 1 *inſtit. orat. aſſerto cap.* 18. habemus: omni Geometriam ętati nonnihil emolumenti afferre, ac neceſſariam pueris eſſe, vt in-
D geniorum acuties excitetur: & alijs ex rationibus confirmatur ex Franciſco Patrit. *in lib.* 11. *de inſtitut. Reipub. tit.* 2. Ex dimenſionis diſciplina vnaquæque iuuamen ſortitur ars: vix etenim, vt explicatum ex Caſſaneo, agi è nobis aliquid poteſt, ni, & menſuram adhibeamus: huius autem inſcitia diſciplinæ plurimum æſtimationis ex homine aufert; mirabiles ipſius ſcientia producit effectus, indè Syracuſius Archimedes
E plurimorum per ſpatium dierum Marcelli remoratus victoriam: ipſa verò diuinam ad Anagogen, ſiue ad intelligẽtiam, oppido idonea videtur, vt antiquorum mens extat. hæc namque per circulos, ſphæras, triquetra, pyramides, ac ſimilia in primis ardua, ac non tàm facili negotio peruia cognitione diſcurrit, & agit, acutèque penetrat; in ipſa (ſi homines poſthabeas) primus F fuit Cœlorum Opifex inuentor, cum aſſerat: *Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea menſa eſt Cælos*: quod & in Sap. *cap.* 11. conſpicimus, dum omnia in menſura numero, pondereque diſpoſuit Deus.

Propriam ipſa verò non ſolùm ob præſtantiam, licita, & ſcitu dicitur digna. *l. artem Geometr. C. de maleſ. & Mathem.* Ipſius verùm etiam ad ſtudiũ
cogi Reipublicæ, homines valent: ſic G Lucas de Penna *lib.* 11. *C. de excuſat. artificum lib.* 10. quoniam verò nulla de Geometris in lege notatu digna occurrunt: ideo ago.

DE
HIS, QVAE POSSVNT CIRCA H
Geometras interuenire.
Cap. I.

PLurima circa Geometras in lege adſunt, & quod primum eſt, vbi definitam termino, vel agrorum menſura fieri controuerſiam contingat, ex Geometræ relatione, tàm ſi in ſcriptis efficiatur, quàm voce perapte diſcerni, cum illius referat Iudici terræ quã- I titatem, de qua ipſe fecerit menſuram: vt habetur *cap. indicante de præſcription.* ex Abb. & Felino, & dixit Hieronym. de Monte *in ſuo tract. de fin. regend. cap.* 21. probatque Maſcard. *de prob. concluſ.* 1044. *n.* 6.

Aduerti ſecundò neceſſe eſt, quòd, ſi aliquis, ſeſe ex menſuræ iniquitate, quæ fuerit ex Geometra prolapſa, grauatum ſentiat, non denegatur illius iniuſtitiam k demonſtrare, vt, cum facta probatio ſit, ſuum conſequatur ius: vt dixerunt Imperatores *in l. qui grauatus, C. de cenſibus, & cenſit. lib.* 10. cuiuſmodi fermè querela infra anni ſpatium permittitur adduci, quòd, cum fuerit tranſactum, nulla conceditur forma, ni reſtituibilis perſona petens exutiſſet, per Textum

in

Digitized by Google

A in *dicta l. qui grauatus.* Bartol. *conſ.* 388.
vol. 3. cui ſeſe contrarium opinioni
oſtendit Abbas *in dicto cap. quia inditan-*
te num. 5. cum triginta terminum con-
ſtituat annorum, ſed *dicto in cap. indicāte*
quadraginta ſeruari iubetur.

Quo in caſu tertiò, malè renunciaſſe
Geometram firmum ſit, vel ſeſe malè
in menſura ex dolo geſſiſſe, tunc equi-
dem ipſum aduerſus actio in factum
B præbetur, vt notatur à Gloſa *in dict. cap.*
indicante; tàm ſi hoc vel per ſe, vel per
alium, quam ex epiſtola fecerit. *l. vel*
per litteras, & l. prima, §. fin. l. 1. *ff. ſi*
menſor falſum modum dixerit. Sed ete-
nim vbi ex negligentia; vel etiam cul-
pa id fuerit perpatratum, ac mala re-
nunciatio proceſſit, nulla quidem actio,
ipſum contra datur, vt notatum eſt in
l. 1. *& l.* 3. *§.* 1. *ff. ſi menſor falſum mo-*
C *dum dixerit*; neutiquam etenim de le-
uiſſima, aut leui tenetur culpà, vt notat
Zacch. *in addit.* Abb. *in dicto cap. quia*
indicante liter. A. de lata verò culpa ip-
ſum obligari eſt in placitis Godefridi
per *in dictā l.* 1. *§.* 1. *ff. ſi menſor, &c.* &
facit quod notatum ex Bartol. *in l. quod*
nerua, ff. depoſiti, col. penult. Bald. &
Alexand. *in l. vbi exigit, ff. de edendo.*
Sed etenim vbi quiſquam deceptus è
D menſore ſit, ſuum fermè conſequi, at-
que ſuperfluum repetere permiſſum eſt,
tàm ſi de ipſo facta ſolutio ſit, quàm ex
aduerſo, vel debeat afferri; in menſo-
rem namque ſeſe iuuehere haudequidē
obligatur, ſed illum contra, in quem
deſcenderit falſa ex relatione emolu-
mentum, ac actio ex vendito tribuitur.
l. 2. *§.* 1. *ff. ſi menſor falſum, &c.* quo
autem in negotio, qui commodum ex
relatione ſuſcepit ſoluendo minimè ſit,
E tunc in Geometram ad faciendam de
illo ſolutionem, quod teſtitui debebat;
præberi ſcimus; vt clarè decidit Text.
in dicta l. 3. *§.* 1. *in fine.* Hæc verò men-
ſoris contra hæredes actio nullo modo
pertranſit, Geometriæ quoniam reſpe-
ctu proprium debet authorem punitio
ſequi. *l.* 1. *ff. de eo per quem factum erit,* &
probat *in d. l.* 3. *in fine.*

Si duorum quartò Geometrarum F
curæ agri fuerit commiſſa menſura, &
ambo ſeſe malè in re verſarint, vtroſ-
que aduerſùs actio in ſolidum præbe-
tur, vbi verò alter adduxerit ſatisfa-
ctionem, in alterum actio dicitur dene-
gata. ex Text. *in l. ſi duobus, ff. ſi menſ.*
falſ. cuiuſmodi equidem actio illi con-
ueniens eſt, cuius interfuit neutiquam
renunciatum fuiſſe falſum modum,
emptori nimirum, aut etiam venditori; G
cui aliquid attulit renunciatio detrimē-
ti. *dicta l. ſi duobus, §. competit, ff. eodem.*
Et illo equidem euentu, qui falſa ex
renunciatione aliquid perpeſſus damni
ſit, cum plus dederit, quàm par eſſet,
illius valet ſolutionem ab eo condice-
re, qui receperit, vel ex illo repetere,
qui nullo ſoluerit modo, & tunc in
Geometram haudquaquam agit, quòd
ex contrario euenit, ſi nulla forma ille H
ſit ſoluendo, ex quo repetitio fieri, vel
petitio debet; vt notatur *in dicto §.*
competit, eoquòd tunc Geometra te-
netur.

Quòd ſi quintò, cum de agro facta
menſura ſit, ex partibus aliqua ſeſe de-
ceptam affirmet, poteſt equidem, ac
debet illum denuò ad actum deueniri.
Bartol. *in dicta l prima, §. ideo autem, ff.*
ſi menſor falſum, &c. num. 2. Vbi atenim I
de agro fieri menſurationem oportet,
ad id conuenit, partes vna cum Geome-
tra intereſſe, ipſarum ex eo quia è præ-
ſentia, faciliori poteſt negotio ſeſe de-
re informare; ſed ſi hoc ex Iudicis aga-
tur mandato, congruum equidem ipſi
extat diei, ac horæ partibus facere cō-
ſtitutionem, ad hoc, vt illum ſeſe con-
ferant in locum, in quo facere Geome-
tra debeat menſuram: vt dixit Abbas K
in dicto cap. quia indicante, de reſcriptis,
num. 5. *in fine,* vbi allegat Text. *in l.* 3.
C. de fin. regendor. & Bartolum *in l. qui*
bona fide, §. in quadam, ff. de damno in-
fecto, l. generaliter, §. penult. ff. de iniur.
Alexand. *conſil.* 53. *num.* 8. *&* 9. *vol.* 6.
Giurba *in conſuet. Meſſan. cap.* 10. *gloſ.* 11.
part. 1. *fol.* 553.

Sed etenim ſi illæ ad locum pergere

nulla

A nulla vellent forma, neutiquam Iudex perſonalitèr cogitur inter venire, cum ſufficiens habeatur, quod ex Iudice Geometra mittatur, partibus, vt interſint, citatis: vndè, tàm ſi partes illùc pergant, quàm ex contrario, minimè vetitum Geometræ, proprium perficere munus, cum, vel per ſui operam, vel ex nuncio, aut etiam epiſtola, Iudici renunciet acta: per Text. *in dicta l. 3.* B *C. fin. regend. & l. prima in fine, cum ſequenti, ff. ſi menſor falſ. mo.* dixerit Abb. *loco citato num.* 7. Bartol. *in dicta l. vel per literas, ff. eodem.* Speculat. *titul. de ſecundo decreto, §. videndum, verſic. in actione.*

Quinto proponitur loco, quòd vbi Geometra ſuam exhibeat operam, cum agri menſurationem. facit, nequaquam ſuam dicitur, operam locare, ſed magis C beneficio præbere, & fermè quod ad remunerandum tribuitur, honorarium nuncupatur, liberalis eoquòd Geometria dicitur ars. Bartolus *in dicta l. 1. ff. ſi menſor, &c.* Abbas *in dicto cap. quia indicante n. 3.*

Aduerti ſextò neceſſe eſt, quòd vnanimi quando ex partium cōſenſu Geometrarum electio fit, propriamque aſferunt relationem: haudequidem præſtare iuramentum tenentur: vt explica- D tum ex Bald. *in cap. tuis quæſt. in 3. col. de teſtibus*: optimè tamen, quòd vbi ex Iudice ad faciendam agri menſuram miſſi, iuramentum, ad hoc vt veritatem, propriam iuxta mentem, proferant, inijcere compelluntur: ſed etenim, vbi Iudici relationem adducunt, nullo partium præſentia modo debet intereſſe: Giurba *ſuper conſuet. Meſſan. Gloſ. 11. cap. 10. circa finem.* Quòd etiam E vim retinet, quo in caſu de partium voluntate illorum facta electio fit, vt æſtimauit Caſſan. *in conſuetud. Burgun. tit. Meſſiers, §. 6. verſic. vide etiam*, per Text. *in l. Theopompus, ff. de dote prælegata.* Si propria Iudex autem ex mente ſeſe vellet informare; haudequidem afferre iuramentum Geometra cogitur: vt dixit Caſſan. *loco cit.*

Laboris verò ſeptimo de præmio ſolutionem facere ambæ adſtringuntur F partes, ipſarum quamuis altera id agere recuſaſſet, vt idem *loco citato l. 4. §. ſedet ſi menſ. ff. fin. regend.* Gratianus *diſcept. 149. num. 31.* Neuiz. *conſ. 38. n. 8.* & cæteri penès eumdem.

Geometriæ octauò ope ruſticorum fines prædiorum regi firmum extat. *l. 2. C. fin. regend.* cum fluminum forſan irruptione fuerint confuſi. *l. ſi irruptione* G *8. C. eodem.* vel ex aratro, aut deiectione. *l. 4. §. ſi dicantur de fin. regend.* quo etenim in caſu de finibus controuerſia interſit, ex Iudicis authoritate, contendentes inter, Geometræ conſtituuntur. *l. de modo, ff. de fin. regend.* Ad hoc, vt terminorum faciant finem, vel menſura, & nemo alteri, quòd decet, tribuere neget. *l. 3. §. idem Pompon. ff. ſi menſor falſum, &c.* ſecundùm illam, quæ de Geometra deſcendit, relationem. H *l. 5. C. fin. regend.* Se quamuis non rarò Iudex ad locum in Geometræ ſocietate, ducat, ad hoc vt conſiderationi aditus explicetur, confinem quantum ex prædio poſſideat actor, & quot habere iugera debeat in fundo. *l. ſi irruptione, §. fin. ff. fin. regund.* Abb. *in dicto cap. quia indicante de præſcriptione.* Prohibitum namque diuino dicitur ex iure, I quòd veteres quiſque terminos auferre præſumat, cum transferenti maledictio inducatur: vt in Deuteur. *cap. 29. & 27. & cap. tanta 16. diſtinct. cap. in legibus 12. quæſt. 2. & Prouerb. cap. 2.* Ciuili autem ex iure, atque canonico in ipſos extant pœnæ apud Farinac. *tract. de fur. quæſt. 168. part. 5.* conſtitutæ vbi etiam habemus, quando alienos, quis terminos dicitur abſtuliſſe. Qua de cauſa k neutiquam decens eſt, vt menſor in finium regimine aliquam declinet in partem, & ipſum aduerſùs, vt ſuperiùs explicatum, ſi falſum dixerit modum, actio præbetur in factum, quam quidē Iudex è malitia, vel dolo, aut etiam negligentia, quæ dolo proxima exiſtit, decepto affert. *l. 3. §. 1. ff. ſi menſor falſum, &c.* vſque etenim exceſſam penès

Dei

A Dei maieſtatem deteſtationem fuiſſe,
mendacium firmum eſt; vt ſcribitur in
Leuit. 19. vbi: *Non mentiemini, nec decipiet, vnuſquiſque proximum ſuum*. Et
Exod. 23. *Verbum mendax iuſtus deteſtabitur, impius autem confundit, & confundetur*. Et Prouerb. 13. *Et abominatio eſt
domino labia mendacij*. Quòd minimè
vim habet, ſi per imperitiam aberret.
l. prima. ff. eodem: cum ſibi debeat ille
B imputare, qui de ipſo fecerit electionem: argum. §. *praterea, quib. mod. contrahit. obligat. l. prima*, §. *is quoque de
actionibus. l. diem proferre*, §. *ſtari, ff. de
receptione arbitr.* culpas inter, quamuis
imperitia fuerit annumerata: vt in *l. imperitia, ff. de regulis iuris*, cum illa quiſquam facere præſumatur, ſuam in quo
imperitia damnum ſciat alijs afferre.
l. illicitas, §. *ſicuti meditor, ff. de officio
C Præſidis*, §. *imperitia, inſtit. de lege Aquil.
l. idem iuris 15*. §. *fin. ff. ad leg. Aquil.*

Notatu nonò dignum eſt, quòd, vbi
de certa terræ quantitate facta venditio
fuiſſet, illam ſecundùm æſtimationem,
quæ fieri per Geometræ operam debet
huiuſmodi fermè contractus ante menſuram confectus, nullam includit perfectionem, venditoris quatenus periculum reſpicit, atque obligationem, ex
D eo quia ſi menſuræ conditio haudequidem interſit, nullum continebit venditio valorem: vt dixit Paris *conſ. 59. vol. 1.
col. 1*. Boues ad Alexand. *d. conſ. 33. lit. E.*
Alexan *loco citato n. 5*. per Text. *in l. quod
ſæpè*. §. *in his, ff. de contrahen. empt.* Afflict.
decis. 280. & ibi cuius periculo ſit Boer.
deciſ. 50. quid autem ſit dicendum, quo
in caſu traditio, vel conſtitutum interſit, vide Surdum *deciſ. 64*. & DD. penès Ann. *ſingul. 573*. quando verò ad
E menſuram, vel ad corpus venditio ſit,
inſpice Anna *ſingul. 574*. habemus etiã
l. Iul. §. *ſi Titius, ff. de action. empt.* & ibi
Bartol. vbi affirmat, quòd venditio ad
menſuram facta conditionalis nominatur, vt ipſe *conſ. 1* [illegible]

Ad menſuram etenim venditio intelligitur facta, quo pretium in caſum menſuræ pro numero fuiſſent conſtitutum.
Bald. *in l. 1. in 4. oppoſit. C. de periculo F
& commo. rei vendit.* Gabriel. *conſil. 64.
nu. 7. lib. 2.* Galgan. *de condit. & demonſtrat. par. 2. cap. 1. quæſt. 95. num. 7. verſ.
ſed Titio non æſtimante*; & ante dixerat
in dicta parte 2. cap. 1. quæſt. 4. nu. 6. quo
aſſerit in loco, haudequidem in emptorem translatum eſſe dominium: Adde
quòd Cyriac. *controuer. forenſ. 255. n. 20.*
affirmauit, quòd nulla vel dominium,
vel poſſeſſio forma trãsfertur, nec ſuos G
recipit emptor fructus, ni facta emptio
ſit, vel conditio purificata. Cephalus
conſil. 643. num. 7. lib. 5. Surd. *deciſ. 64.
num. 13.* Proprium adducit iudicium,
ad hoc, vt cognoſci optimè poſſit, quo
venditio in caſu ad corpus, effectus ſaltem intuitu, dicatur, ad hoc vt pretij
diminutio fiat: ſi menſura longè ſit.
Gratian. *diſcept. 318. num. 1. lib. 2.* quòd
limitationẽ excipit ex Nacta *d. conſ. 33.* H
Alexand. *liter. G.* Excipias tamen, ni certa venditio ex menſura fuiſſet conſtituta, & habita partium ſatisfactione, metiri opus eſſet, ad hoc, vt, vel de pretio augmentum, aut etiam diminutio
interſit; hoc quoniam euentu perfectionem venditio includit, illa verò ad maiorem partium ſatisfactionem, cautelamque effici debet, quoniam licet in
ſuſpenſo ex ipſa vẽditio permaneri cogatur, perfecta verumtamen nuncupatur: ducit Soccin. *conſ. vltim. lib. 3.* per I
Text. *in l. hac venditio*, §. *fin. ff. de contrahen. empt.*

Statutum decimò volo, quòd ſi ex
certo menſura æſtimatore, vel etiam
Geometra fieri deberet, & priuſquam
ipſa committatur, humana decedat finitor ex aura huiuſmodi equidem venditio, ipſiuſque contractus nullam continet validitatem, vimque præfefert: K
per Textum *in l. fin. C. de contrahenda
emptio.* Adde, quòd Mantica non solũ
hoc, vbi ſoli fuerit ea cura commiſſa,
efficaciam demonſtrare affirmat in
*tract. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 19. nu.
36.* Duobus verùm etiam, ſi ab æſtimatoribus fuerit ea tradita, ex quibus
ſi alter morti, antequam fiat æſtimatio,
ſuc-

Digitized by Google

A ſuccumbat, nullus ineſt contractui vigor, & nequaquam in caſu fructus ſibi emptor acquirit, Rota *deciſ.* 70. poſt Mangil. *de ſubhaſt. & deciſ.* 58. *num.* 5. *parte* 2. *diuerſ.* G. *deciſ.* 130. *num.* 4. *p.* 5. *recent.* Contius *diſceptat. forenſ. cauſa* 6. *per totam.*

Firmum vndecimò habetur, quòd rei pretium per Geometram æſtimatum certum dicitur, probatumque Bartol.
B Cagnol. & alij *in l.* 2. *C. de reſcindenda vendit.* Velaſc. *deciſ.* 114. *num.* 4. Maſcard. *concluſ.* 653. *num.* 3. *& concluſ.* 1169. *num.* 9. Gratian. *diſcept.* 600. *n.* 22. Seraphin. *deciſ.* 665. *num.* 2. *&* 4. æſtimatio etenim iudicij potiùs naturam, quàm teſtimonij præfert. Maſcard. *dicta concluſ.* 653. *num.* 5. Raudenſ. *conſ.* 7. *n.* 38. *vol.* 1.

Notari duodecimò neceſſe eſt, quòd
C vbi de Geometris fieri electionem negotium poſcit, ad partes id ſpectat, ſed ſi in hoc diſcordes exiſtant, electionem Iudex facit. *l. in venditione*, §. *fin. ff. de* 60. *antho. Iud. poſſ.* Velaſc. *de part. cap.* 9. *num.* 2. cum citatæ priùs tamen fuerint partes, ne concidat eneruis electio. Bartolus *in l. Theopompus num.* 11. *ff. de dote praleg.* Couarr. 2. *reſolut. cap.* 13. *nu.* 15. Demas, ni, cum illæ præſentes ſint, ex
D Iudice electio deſcendat. Seraphin. *deciſ.* 474. *num.* 2. nec de pluribus putat Giurba *in conſuetud. Meſſanenſ. gloſ.* 11. *cap.* 10. *num.* 5. fieri electionem decens eſſe, quàm de duobus, quo haberi in caſu poſſunt; eoquòd ſi aduerſum accidat, vnum ſufficientem eſſe, vt iudicauit ipſe: ducitque Menochius *de arbitr. caſu* 114. *num.* 27. Maſcard. *concluſ.* 653. *num.* 14. Mynſinger. *centur.* 6. *ob-*
E *ſeruat.* 34. Peregrin. *conſil.* 11. *num.* 10. *vol.* 3.

Quo decimotertiò euentu illi, de quibus electio facta, diſcordes habeantur æſtimatores, tertium adduci, vel ex partium conſenſu, vel ex Iudicis authoritate, cum illæ non diſſentiant, decet: Iudex autem, vti compulſor interuenit, non verò vti elector. Giurba *loco citato num.* 6. Maſcard. *dicta concluſ.* 653. *num.* 16. Menochius *de adipiſcenda* F
rem. 5. *num.* 168. Vbi autem variæ habeantur Geometrarum ſententiæ, arbitrium Iudici præbetur, vt illius ſequatur relationem, qui maiori dignior fide ſit, vel meliorem adducat rationẽ: quo in loco allegat Bartol. *in l. ſi quod ex pamphila num.* 3. *ff. de leg.* 3. vt clariùs explicabitur.

Oportet decimoquartò, Geometræ relationem in actis reduci Cagnol. *dicta* G
l. 2. *num.* 268. etiamſi nullo interueniant partes, aut citatæ fuerint, modo. Nec aliquid refert, an ſimul, vel vnus poſt alium relationem det, nam, quamuis vnus, abſque eoquòd referat alius, faciat relationem, illi ſtandum eſſe reputauit. Giurba *loco cit.* & Seraphin. *dec.* 1494. *num.* 4.

Vbi decimoquintò ad menſuram fundi venditio fiat, aggeres neceſſe eſt;
ac foſſata Geometras metiri. Bartolus H
l. littora, *ff. de contrahend. emption. & in l. prædia*, §. *ita legatum*, *ff. de fundo inſtructo*. Alexand. *conſil.* 121. *volum.* 2. *& conſ.* 44. *vol.* 6.

Qua decimoquintò accipi debeat venditio ad menſuram forma, vide Paulum Caſtrenſ. *in l. ſi ſeruum*, §. 1. *ff. de actio. empt.* Bartol. *in l. Iulianus*, §. *ſi Titius*, *ff. de actio. empt.* Decius *conſil.*
347. *& in conſ.* 500. Curtius Iunior I
conſ. 131. Bertand. *conſ.* 342. *vol.* 1. Soccin. *conſ.* 128. *vol.* 3.

Conueniens autem æſtimatori eſt, vt rem inſpiciat, ipſiuſque ſeſe informet de valore, ad hoc vt æſtimationẽ poſtmodum faciat. Bartol. *in l.* 2. *num.* 20. *C. de reſcindenda venditione*: vnde, cum viſa res fuerit, relationem facere cogũtur. Bald. *in dicta l. num.* 25. æſtimatio
etenim quoddam exiſtit iudiciũ, quod K
per æſtimatores fit, nulla teſtium ratione; finitores propterea mixti, & Iudices nominantur, & teſtes, dum de vtroque participes munere habentur. Bald. *conſ.* 455. *num.* 6. *lib.* 1. Tuſc. *lit.* P. *concl.* 295. *in fine.*

Cum atenim de ipſis facta electio ſit, arbitri reputãtur, & arbitratores. Gloſ

A *in l. ac adictali*, §. *is illud*, *in verbo Sacramento*, & ibi Bald. *num*. 2. *C. de ſecundis nuptijs*. Surdus *conſil*. 452. *num*. 30. Gratianus *diſcept*. 228. *num*. 1. ex vniuerſitate verò Iudicis excipiunt nomen, arbitrique iudicantur. Gratian. *deciſ*.32.*num*.2. Verumaamen ſuę haudequidem cauſam relationis reddere, aut etiam referre compelluntur. Decius *in cap*.4. *de probat. num*.33. *verſ. & licet*. Menoch. *de adipiſc.rem*.5.*nu*.166. Grat.
B *diſcept*.228. *num*.23.

Adſtringuntur atenim vnà, ſi plures ſint, alloqui, negotijque ſummam conferre; nequaquam namque ſufficiens æſtimatur, quòd ipſorum aliquis, altero abſente, ſuum proferat iudiciū. Surd. *dicto conſil*.451.*num*.42. Ioann. Anton. Minot. *in l. inſtr, num*. 21. *C. de iure fiſci lib* 10. vt de pluribus explicatum eſt arbitris. *l. ſi in tres*, *cum ſequent. ff. de*
C *recept. arbit.*

Et ſi autem Geometrarum ad officiū ſpectet, priuſquam faciant relationem, partes, quæ ipſos informent, audire. Surdus *dicto conſ*. 452. *nu*. 4. cum priùs tamen partis interſit citatio. Menoch. *dicto remed*. 5. *num*.165. Poſtius *de ſubhaſtat inſpect*. 47. *num*.74. Gabriel. *deciſ. concluſ*.1.*num*.418. Nec aliquo modo partium debet præſentia, vel noua
D citatio intereſſe, ad hoc, vt relationem ex ipſis audiant faciendam, præcipuè vbi partium ex conſenſu fuerint æſtimatores electi. Maſcard. *concluſ*. 654. *num* 21. Poſth. *de ſubhaſtat*. §.8.*num*.8. Quando tamen certo ex die, ac hora oportet partes ad hoc, vt faciendæ interſint æſtimationi, nouam fieri citationem opus eſt, vt cenſuit Gratian. *diſcep*. 879. *num*. 38. relationem autem penès
E acta decet reduci Poſthius *d. inſpect*.47. *num*. 72.

Verùm enimuerò, ſi diſcordes in relatione Geometræ habeantur, partes ad faciendam de tertio electione compellere Iudex debet. Surd: *conſil*.654. *num*.16. Gratian. *diſcept*.228. *num*.22. Cyriac. *controuerſ*.507. *num*.7. cum iſte tertius, qui à partibus, vel earum eligitur voluntate, nequaquam ſolus valeat æſtimare, ſed cum alijs concordis F
eſſe debeat, quemadmodum de arbitris explicatum. Battol. *in l. dominium num*.4. *ff. de furtis*. Gratian. *d.cap*.228. *num*.11. Cyriac. *controuerſ*.159. *num*.4. & maioris iudicio partis ſtare debemus. Bero *conſ*.144 *n*.52 *lib*.3.

Conueniens verò Iudici eſt, vt de peritis, neutri ſuſpectis parti, electionem faciāt Geometris, vt Bald. *in l. fin. nu*. 6. *in fine*. *C. de iure dot. impetr*. Barz *de*- G
ciſ.22. *in princip*.

Vbi atenim tres fermè æſtimatores electos diſſentiri certum ſit, Ipſorum equidem ex diuerſitate vitioſum reddi actum, voluit Salicetus *in dicta l. vel adict*. §. *is illud*, *num*. 10. eoquòd neceſſe eſt, quòd duo ſaltem concordes exiſtant. Rota penès Farinac. *deciſ*.554. *num*.3. *parte* 2. & ipſorum quidem varietas in totum deturpat actum. Gratia. H
deciſ.32. *num*.16. De rei quoniam æſtimatione inueſtigatur, omnes, in qua penitùs diſcordant, & arbitratores, electi quemadmodum arbitri alicuius ſuper æſtimatione rei, deciſiuæ non autem litis æſtimatores dicuntur. Quo caſu enim vnus in decem condemnat, alter in viginti, vltimus per triginta, omnes in vnaquaque ſumma dicuntur concordes. *l. diem proferre*, §. *ſi plures*, *ff. de* I
recept. arbitr. Alexand. *conſil*.64. *num*.9. *lib*.2. Graſ. *deciſ*.32. *num* 16. *ex diſcept*. 187. *num*.6. Cyriac. *controuerſ*.159 *n*.7. Quòd ex aduerſo illis cōtingit in Geometris, inter quos, ſi tertius ex alijs diſcors ſit, interuenire quartus poteſt, ac etiam plures duo, donec concordes habeantur. Salic. *in dicto* §. *is illud n*.10. Menoch *conſ*.343. K.

Remediū autem è Saliceto tali præbetur in caſu, quod in vnum nimirum omnes Iudex æſtimationes coaceruet; quo facto, tres æquales in partes diuiſionem faciat de ſumma, quarum quælibet veram indicabit æſtimationem. Menoch. *dicto remedio* 5. *num* 168. Gratian. *deciſ*.33. *num*.3. Cyriac. *contr*.159. *num*.10.

Aeſti-

Digitized by Google

A Aeſtimationem enimuerò relatio ne-
quaquam iudicatam ſubeſt in rem: Me-
noch. *loco citato, num. 166. & conſ. 343.
num. 30.* Gratian: *deciſ. 32. num. 5.* Per-
miſſum autem extat, vt rei integra ad
ſententiam vſque mutare, reformare,
declarare, aut etiam reuocare, & quã-
documque corrigere relationem ipſi
velint, vel alij, quos ipſe conſtitueit
Iudex: Demas tamen, ni ex electis par-
B tium conſenſu facta relatio ſit. Burſat.
conſil. 184. num. 7. Viuius *opin. 704. n. 1.*
Vel cum præſentes extent, & in nihil
quærant obſtare, quoniam, cum decem
infra ſpatium dierum minimè ſit appel-
latio inſtituta, aut etiam petita reuiſio,
approbata ipſa reputatur æſtimatio. Pa-
ris *conſ. 132. n. 18.*

Tunc atenim conceſſum eſt, relatio-
nem retractari, quo in caſu de manife-
C ſto conſtet errore. Burſat. *in l. 1. C. de
diſcurſ. lib. 10.* in ſubſidium nimirum.
Coſta *de remed. ſubſid. rem. 51. num. 5.*
Nouar. qui ſupra *in dicta l. prima, nu. 1.
C. de diſcuſ. lib. 10.* Demas tamen, ni de
dolo, lataque fuerint conuicti de cul-
pa; quoniam recta tunc via valent con-
ueniri. Ioan. Anton. Nouar. *loco ſup. cit.*
Ipſis autem onus incumbit, vt proba-
tionem faciant, ſeſe benè æſtimationem
D feciſſe. Maſcard. *concluſ. 654. n. 10.* Me-
noch. *dict. remed. 5. num. 167. conſ. 343.
num. 29.*

Pro coronide tandem neceſſe eſt no-
ſcere, qualecumque infra temporis ſpa-
tium, fundi, de quo emptio facta, per-
fici debeat menſura, & quid ſit dicen-
dum, vbi pactum interſit, vt hoc infra
tempus menſuratio habeatur; cuiuſmo-
di pro reſolutione dubij, Theſauri ha-
E bemus deciſionem 185. ex quo pleræq;
afferuntur Doctorum ſententiæ: aliorũ
namque in opinione eſt, quòd hanc tri-
ginta infra dierum ſpatium fieri opor-
teat, talitèr, vt, cum illorum elapſum
fuerit interuallum, nequaquam permiſ-
ſum emptori dicitur, aut etiam vendi-
tori, poſtquam tradita res ſit, ſeſe ad-
uersùs inuehere, vt menſura efficiatur;
atque huius eſſe generis Soccini Senẽ-
ſis ſententiam *in conſ. vlt. lib. 3.* Nonnul- F
lorum etiam in dictis eſt, quòd ea infra
anni curſum inijciatur, per Textus au-
thoritatem *in l. qui ſe grauatus, C. de cenſi
& cenſit. lib. 10.* Quibuſdam diſtinctionẽ
placuit adhibere; quòd nimirùm vel
fuerit explicatum, haud certo fieri opus
eſſe tempore menſuram, & eo quidem
euentu, infra triginta ſpatium dierum
hoc agi decet: vel nulla facta expreſſio
fuit, quòd ad captandam menſuram G
quiſque incumbat, & eo in caſu tri-
ginta annorum ſpatium pro men-
ſura præbetur, vt æſtimarunt Decius
conſ. 347. & Nacta *conſ. 569.* Quamplu-
rimi in contraria permanſerunt opinio-
ne, cum affirment (diſtinguere ſtudẽ-
tes, quòd vel fuerit appoſitum, facien-
dam eſſe menſuram, & tunc fermè ip-
ſam nequaquam præſcribi certum eſt,
ni triginta poſtquam annorum curſus H
fuerit elapſus: ſed etenim, ſi affirmetur,
menſuram fieri neceſſe, & tunc vbi iam
triginta completi dies, minimè valet
emptor, venditorque alium compelle-
re, vt menſura efficiatur per Text. in
l. ſi quis nollet, §. ſi quid ita, ff. de ædil. edict.

Pedemontano atenim in Senatu hu-
iuſmodi obſeruationi traditam ſcimus
diſtinctionem, vt teſtatur Theſaurus
nimirùm, quòd, aut venditio fuit ad I
corpus effecta, & tunc fermè nulli du-
bium occurrit, neutiquam faciendam
eſſe menſuram; vel ex aduerſo, & tunc
interuenire triginta infra ſpatium dierũ
debet; demas tamen, ni altera moram
contrahere pars videatur; adde quòd,
vel dictum fuit, quòd fieri oporteat de
prædio menſuram, & illo equidem in
caſu, anni curſum tribui pro termino
conueniens eſt, ni appoſitam ex partiũ K
aliqua moram fuiſſe certum ſit: moroſi
etenim in odium nullo tempus modo
currit: vel ſit explicatum, vt facienda
ſit ad quemcumque partium impulſũ,
& quocumque in caſu menſura, & tunc
fermè triginta ob hoc requiritur ſpatiũ
annorum: excipias tamen, ni res illa
tertium penès, qui bonæ fidei extet
poſſeſſor, permaneat: & per decem, aut

A vigintà poſſeſſionem habuerit annos, tali ex eo quia in caſu nequaquam conceſſum venditori eſt, vt illum ad menſuram aduocet faciendam, præſcripta quoniam res ipſa habetur, & ex conſequenti menſura, quæ acceſſorium nuncupatur, nec venditionem valet emptor ad menſurationem interpellare, tum ſi eius inſpicias negligentiam, cum vt æqualitas obſeruetur.

Inſtat etiam Theſaurus expoſcens quid illa dicendum ſit occaſione, quæ partes inter fuerit conuentum, vt tres infra menſes efficiatur menſura, & illi fuerint elapſi, poſſint partes petere menſurationem adhiberi, & reſoluit Theſaurus, quòd, cum ſolummodò venditorem reſpiciat venditio, & emptoris dumtaxat ad auxilium appoſitum videatur pactum, neutiquam poſcere ipſi permiſſum, vt rerum menſuratio fiat: ſed quoad emptorem maius dubium occurrit, vt dicit Theſaurus, cum huiuſmodi triginta annorum lapſu mẽſura ſit præſcripta, minor quãuis actor extet, non attamen infans, cuius in fauorem in Pedemontano pupillarem ob ætatem fuit deciſio illata. E

D E

A F

DE
B NOTARIORVM G
STATV.

C VBi peractæ ex Mercatoribus negotiationes, ſolẽnes de illis celebrare contractus eſt neceſſe, tàm ne aliqua ipſos inter diſcordia originẽ ſortiatur, quàm vt futuro pro temporis curſu cõſtans emptionum, venditionumque memoria permaneat; hac de cauſa, cum ex Notariorum opera contractus deceat confi-
D ci, de ipſis verba inſtituamus, quorum fermè ſtatus, quàm neceſſarius Reipublicæ habeatur, lippis patens eſt, ac tonſoribus; euaneſcit quoniam (vt explicatum ex Caſſaneuz *in Catal. gloriæ mundi parte* 11. *conſider.* 19.) omnis iudiciorum tela, ni & Notarij intereſſent, quorum in cura actorum occurreret tranſcriptio, peſſum ipſa veritas iret, & in contractibus, commercijſque fides,
E omnis auferretur in forenſium cauſarũ iudicio ordò, ni & aliqua publica, fideliſque interueniret perſona, cuius authoritati Iudex circa, quæ ab vtraque dicuntur, nec non affirmantur parte, fidem præſtaret; proprijs namque manibus Notarij admiranda vi ea conficiunt inſtrumenta, quæ ne vetuſtatis ſub tyrannide perirent, aut longo temporum conſumerentur curſu, ipſorum H
cuſtodiæ committuntur: his etenim nomen à notis venit; priuatorum quibus excipere voluntates ſolent, vt latiori poſtmodum ratione, ac ad authenticam producant formam. Tholoſanus *ſyntag. iuris lib.* 47. *cap.* 42. *ſub n.* 4. Propterea Martialis.

Currant verba licet, manus eſt velocior illis,
Non dum lingua, ſuum dextera pergit opus. I

Iure igitur optimo, cum adeò neceſſaria Notariorum habeatur fides, ex nullius authoritate in Regno creãtur, præterquam à Rege, ipſiuſue Locumtenẽte: vt ex Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* . . *cap.* 6. *num.* 273. Menoch. *lib.* 2. *præſum.* 78. *num.* 8. & notauit Afflictus *in conſtit. in locis demanij lib.* 1. *rubric.* 77. *tit. de Iudicib. Annal. num.* 5. quo explicauit in loco, ex Prorege ſub examen Nota- k
rios, Aduocatos, & quos videat habiles, per totum Siciliæ Regnum illa ex dictione (tantummodò) ad exercendũ munus præfigi: vt in ſupradicta conſtitutione adiecta; cuius quidem vigore omnes excluduntur, qui communi fortè de iure Notarios creandi facultatem retinerent, huiuſmodi quoniam dictio

taxa-

A taxatiua exiſtit, cum cæteros alios de-
pellat, qui ciuili poſſent de iure Nota-
rios creare, per Text. *in cap. contingit,*
in verbo tantummodò, de fide inſtrument.
ac tali Regni Barones modo, merum,
quibus etiam, mixtumque inhæret, No-
tarios præfigere neutiquam valent, &
eorum nos explicauimus in ſtatu *cap.2.*
fol.176. litera C. Demas, ni ſpeciale
habuiſſent circa hoc priuilegium, cum
B Principis hoc valeat ex facultate con-
cedi: per ea, quæ ſcripſit Innocent. in
cap. fin. de fide inſtrument. Afflict. *loco ſu-*
pra citato ſub num.6. Cui nullum occur-
rere dubium poteſt, ſuis quin Regina
in terris valeat Notarios creare, quem-
admodum & qui tale priuilegium ha-
beat ſpeciale, quemadmodum cui tale
priuilegium ineſſet: huiuſmodi atenim
Notarij Regij nominantur; ex illo quã-
C quam fuerint creari, qui poteſtatem
ad hoc agendum retineat ex Rege: ex
eo quia, qui alius opera quidquã agit,
facere per ſe ipſum videtur. *l.1. §. deie-*
ciſſe, ff. de vi, & vi armata, cap. qui per
alium, de regulis iuris: vt æquali eis ra-
tione, qui vetuſtiſſima ex præſcriptio-
ne, in creandi Notarios poſſeſſione
perſiſtunt; quoniam cum tanti pręſcrip-
tio temporis occurrat, cuius initij me-
moria in contrarium non habeatur, ſuis
D permiſſum in terris Notarios pręfigere:
huiuſmodi quoniam præſcriptio priui-
legij obtinet vigorem. Afflict. *loco citato*
ſub num. 7. Conſuetudinis etenim ex vi
Notarios creandi, ſæpè ſæpiùs illis etiã
præbet, qui illam minimè tenent: ar-
gument. Text. *in l. C. de emancip. liber.*
Nonnullis etiam Epiſcopis Pontificia,
Regiaque poteſtas inhæret ex conceſ-
ſione, per totius ſpatium Diœceſis No-
E tarios creandi, Catanenſi quemadmo-
dum cæteros inter, Antiſtiti, vt expli-
catum ex Groſ. *in ſua Catanea ſacr. fol.6.*
hiſce tamen temporibus in ſola Catanę
Ciuitate valent munus exercere.

Illi enimuerò Notarij, quorum crea-
tio alicuius deſcendit ex vniuerſitatis
manu, in illis tantùm ſuum valent mu-
nus adhibere, quæ ad ipſius pertinent
iuriſdictionem; generale namque pri- F
uilegium haudequidem retinent, ſed
ſolùm ſpeciale; & ideò iuriſdictionis
extra limites nequaquam gerere ſeſe
poſſunt; vt nos experientia in Ciuitatis
Meſſanæ Notarijs, & Catanæ erudit,
qui proprijs tantùm in territorijs confi-
ciunt inſtrumenta, ex argument. Text.
in l. cunctos, C. de ſumma Trinit. l. in ini-
tio verò, ff. de officio Præfect. vigil. l. fin.
ff. de iuriſdictione omnium iudic. quibus G
fermè probatum ex iuribus habetur,
quòd aliqua Notarij ex Vniuerſitate,
vel Ciuitate præfixi, ſuos nequaquam
terminos extra, conficere inſtrumenta
valent; omnimodam tamen, plenam-
que huiuſmodi contractus faciunt, vni-
uerſitatis præter loca, fidem, tàm ſi illius
inter homines iuriſdictionis, quàm ex-
teros, qui eo contraxerunt in loco, &
alibi agant litem, tractetur: vt placuit H
Petro de Vnzola *in ſua pract. Notariat.*
fol. 7. & tali modo in Sicaniæ Regno
practicam de conſuetudine, atque ob-
ſeruantia retinemus. Aldobrandinus in
addit. in ſumma Roland. rubr. de priuileg.
creand. Notar. cap.5. fol. mihi 143. à tergo
in noua addit. vbi: *Sed benè inſtrumenta*
rogata in territorio alicuius Ciuitatis con-
ſtituentis Notarios, faciunt fidem vbique.
& Specul. *de inſtrument. edit. §. reſtat ſub* I
num.25.

Illos autem oportet in Notarios de-
ſumi, qui liberi homines habentur: ſer-
uus namque hoc depellitur ex officio.
l. generali, C. de tabellion. vt paritèr id
Monacho prohibetur. Iaſon *in l. prætor*
ait in principio, ff. de edendo. Bartolus in
l. 1. §.1. ff. de iuſtitia, & iure; quemad-
modum id eſt fœminæ interdictum, vi-
rile quoniam officium Tabellionatus K
habetur, & publico mulieres ab officio
deijciuntur, *l. cum prætor, ff. de iudicijs,*
vt pari forma neque tale cõceſſum Hæ-
reticis officium extat, ſumma Roland.
loco ſupra citato in Gloſ. verſic. ſed an li-
bertus. Dicas etiam, quòd neutiquam
decurio tali valet in officio verſari.
l. vniuerſi, C. de Decurion. neque Aduo-
catis id eſt permiſſum, vt dicit ibidem
Gloſ.

Digitized by Google

A Gloſ. neque furioſis, mutis, atque ſurdis licet tale ad officium aſpirare; abgum. Text. *in l. prima, §. mutus, ff. de tutelis*; neque falſarijs, aut illis, qui mala fatigantur fama, tale quoniam officium dignitate refulget, cum ex dignitatibus repellantur infames. *l. 2. C. de dignitatibus*: vt æquali ratione ad hoc illi non admittuntur, qui nō legitimo ſunt ex matrimonio orti, aut viginti
B minores annis, vt exponitur in Conſtitution. Notariorum editis ex mandato Illuſt. Ioannis de Vegha hoc in Regno Proregis: vndè in Regni conſtitutione authoritatem *rubric.* 77. & ibi Afflictus *num.* 17. mandatur: antequam Notariatus ad officium illi admittantur, opus eſſe ex Prothonotario, vel eius Locumtenente, ipſum interrogari an teſtimoniales habeat literas officialium loci,
C vnde ſortitus ortum deputatorum, qui publicum ſibi Notarij munus deſiderat conferri: quibus fermè literis teſtimonialibus hos debet per officiales adnecti fides, illum, qui Notarius fieri petit, fidelem Regi, boniſque moribus decoratum haberi, notaſque illius conſuetudines loci ei haberi: cuiuſmodi quidem literæ informatiuæ certū Prothonotarium reddant, vt ſeſe moueat
D ad talem publicum Notarium eligendum; quos etiam examini ſubijci negotium poſcit, an aliquam ſcripto retineat de iure cognitionem, quoniam ad hoc, vt illicita neutiquā celebret inſtrumenta, illa debet iura ſcire, quæ tales confici contractus vetant, vt affirmauit Speculat. *in dicto tit. de inſtrument. edit. §. reſtat. verſic. ſed numquid Tabellio, num.* 41. *l. iubemus, §. his tabellio. C.*
E *de ſacroſanct. Eccleſ.* Afflict. *loco ſupra cit. ſub num.* 24. *l.* 3. *C. de Tabellio. lib.* 10. Nullo autem modo iura eadem tenetur forma ſcire, qua Doctor; ſed quæ Notarij ad officium ſpectant. Bartolus *in dicta l.* 3. *C. de Tabellio.* Afflict. *dicto num.* 24. Hæc verumtamen iura, quæ tale pertinent ad munus, in Notarij ſcientia neceſſe eſt haberi, talitèr, vt ſi ex ipſius imperitia detrimentum con-

trahentibus ſit partibus illatum, damnum ipſe compellitur reſarcire. Affl. E
dicto loco num. 25. cum deſumat argumentum *ex l. ſi quis domum, §. Imperat. & l. item quærit, §. ſi gēma, ff. locati, l. v. §. 1. ff. menſor falſ. mod. dixerit.* Talitèr vt quo in caſu Notarius interrogatus de aliquibus inſcius haberetur, quæ proprium ſpectent ad munus, & renūciatio fuerit quomodolibet ſequuta, nullam dicimus, illam continere vigorem; quemadmodum, & cuidam accidit Notario, qui de Vellerani beneficio renunciato per mulierem interrogatus, inſcius de illo habitus, vnde fuit terminatum, illi haudquaquam renunciationi efficaciam ineſſe, quemadmodum ipſe teſtatur Afflictus *loco ſupra cit. ſub n.* 24. *circa finem*. Sed hic obitèr notandum, vbi Notarius doctoratus ſibi aſſumpſerit decorem, adhuc in Notarij dignitate G
remanere, adeò vt publica ſe velut perſona gerere valeat, ad hoc, vt inſtrumenta conficiantur, auctus namque dicitur honor, non autem conditio mutata. Menoch. *conſ.* 908. Cyriac. *controu.* 406. *n.* 24. & 25. H

Verùm enimuerò ſi Notarij quiſquā priuilegium minimè retineret, & vti talis fuiſſet ex vulgo exiſtimatus, cum inceſſantèr faceret ſtipulationes, communi equidem errori minimè vis ineſt, I
vt illum faciat Notarium, & tali de cauſa huius inſtrumenta generis nullū, publicorum ad ſimilitudinem, robur includent, ſed in priuatā debent ſcripturam haberi, vt dixit Speculat. *in tit. de inſtrument. edit. §. reſtat, verſ. ſi verò, ſub num.* 32. Dicas tamen, hoc non procedere, quando ſe quiſquam magni per ſpatium temporis prō Notario geſſerit, cum ſciat Princeps, & k
patiatur, qui eo conſtituere ſoleat Notarios in loco: tunc namque præſumitur, illum ex Principe Notarium, fuiſſe præfixum. Boerius *in cap.* 1. *de fide inſtrument.* Iaſon *in l. qui aliena, nu.* 160. *ff. de acquirendā hæredit.* Menoch. *lib.* 2. *de præſumpt. præſumpt.* 78. *num.* 9. qui *in num.* 12. affirmat, quòd, vbi Nota-

tius

Digitized by Google

A rius in quaſi poſſeſſione aliquot per annorum curſus permanſit, & multos
Notario conuenientes confecerit actus;
hoc euentu talis præſumitur, & acta
dicendum eſt vim demonſtrare; valdè
antiqua licet quaſi poſſeſſio habeatur:
limitationem tamen Bald. ponit *in conſ.*
471. num. 5. verſic. ſuper primo. lib. 2.
Hoc minimè ſibi locum vendicare, ſi
B publicè notum habeatur, ipſum haud
C fermè eſſe Notarium; tunc namque
affirmatur minimè ab ipſo confecta
vim retinere inſtrumenta: Benè tamen
quòd ſi fuerit per teſtes probatũ, quòd
illa publicus velut Notarius ſe gerebat,
in parte, & omnes ad ipſum, tanquam
talem communitèr accedebant contrahentes; iure quidem ſufficienti forma
demonſtratum dicimus, Notarium
fuiſſe, contrahentium quatenus concerneret intereſſe. Decius *conſil.* 42.
C Turſcus *liter. N. concluſ.* 94. *num.* 8. Decem, licet per annorũ curſum pro Notario fuiſſet communitèr iudicatus, vt
ſcriptam ab Alexandro *conſil.* 184. *n.* 9.
verſ. & per dictam multitudinem. In antiquis verò, eo quòd Notarius quiſquã
præſumitur, Notariatus haudquaquam
neceſſe eſt probationem interuenire,
ſecundum Cuman. *conſ.* 158. *num.* 2.
verſ. his tamen non obſtantib.

D

De

QVIBVS DEBEANT COGNITIOnem Notary habere.

Cap. I.

E MAximam quis neget, eſſe deformitatem, aliqua vbi quiſquam arte decoratus, quæ ad illam
ſpectant, turpitèr ignorat: qua de cauſa nonnulla, quibus Notarij ex viribus
inuigilent, dilucidè proponam; & quoniam ad contractus Iudices nominarut,
vt illos nuncupauit Gloſa, Bartolus,
Baldus, & reliqui *in l. prima, in princip.*
ff. de iudicijs. Tiraquell. *in tract. de iure*
conſtituti in 3. part. limit. 30. num. 28. ca- F
de re illis ante omnia oportet eſſe notum, quid contractus exiſtat, cæteraque ipſos, quæ ad contractus ſpectent.
Contractus ergò duorum eſt, vel plurium eamdem in rem conſenſus, & omni non rarò ponitur pro pacto, & conuentione, & quaſi contractu, quemadmodum, ſi quiſquam alterius negotia
geſſit, vel tutelam, vt explicatum ex
Archid. *in cap. contrahentes, cap. Romana,* G
de foro competente in 6. in Gloſ. verbo mitis: aſſerimus propterea, quòd vbi pactum inijciatur, diuerſæ in vnum contrahuntur voluntates; circa quod neceſſe eſt adnotare, nonnullas ex quaſi
contractu conſurgere obligationes, tacitè in quibus interueniſſe fingitur conſenſus, dato quòd expreſsè neutiquam
occurrat: hæres nimirum, quando adit
hæreditatem, hæreditarijs obligatus H
eſt creditoribus, legatarijſque.

Iuris etiam nomen contractus haberi
nemini ignotum Notario extat, nempè
quo obligatio, & facti etiam nomen
noſcitur in caſu, cum nimirùm haudquaquam obligatio intercedit. *l. Labeo,*
§. contractum, ff. de verborum ſignificat.
& ibi Bartolus, quemadmodum in ſimili de teſtamento explicamus. *l. tabularum, ff. quemadmodum teſtam. aperiantur*; & aliorum iuxtà ſententiam *in au-* I
then. Sacram. impuber. C. ſi aduersùs vendit. Suo autem generali contractus nomine tàm innominatos continet, quàm
nominatos. Gloſa *in l. ius gentium, in*
verbo in ſuo nomine, ff. de pact.

Triplici verò ratione contractum intereſſe certum eſt, proprium, nimirum,
improprium, atque improprijſſimum.
Primus ille extat, quo obligatio euentu vltro, citroque vtraque exoritur ex K
contrahentium parte. *dicta l. Labeo, §.*
contractum, ff. de verbor. ſignificat. vt in
emptione, nec non venditione habetur; emptor namque venditori ad pecunias obligatur tradendas, & ad rei
venditor conſignationem: Poſterior verò, vna quando tantùm ex parte obligatio deſcendit, ſicuti in mutuo habe-

tur

A tur commodato, depoſito, & donatio-
ne, in qua ad tradendum ſolummodò
tenetur donator, & de euictione inter-
dum promiſit teneri, vt *in l. Ariſto, ff.*
de donat. cauſa mortis. pari forma in mu-
tuo, quo recipiens ſolummodò euentu
ad reſtituendum tantumdem obligatur.
l. 2. ff. ſi certum petatur. Huiuſmodi hac
de cauſa contractus propriè talis neuti-
quam, ſed impropriè nominatur. Gloſ.
B *inſtitut. tit. de diuiſ. ſtipulat. §. conuentio-*
nales ſuper verbo contrahentium. Vltimus
tandem tunc adeſt, nulla quando, ex
contrahentium parte oritur obligatio:
facti adde quòd liberatio, & diſſolutio,
quemadmodum in tranſactione, & pa-
cto de vlteriùs non petendo apparet, vt
dictum è Salicet. *in l. ſiue apud acta, C.*
de tranſact. & Bartol. *in l. ubi pactum, C.*
de tranſact. & Iaſon §. 1. *quibus modis*
C *obligatio*. Notum etiam ſit, duplici eſſe
in genere contractus, bonæ ſcilicèt fi-
dei, ac ſtricti iuris; Primò emptio ad-
ſunt, venditio, locatio, & conductio,
ſocietas, depoſitum, commodatum,
mutuum, bonorum permutatio, diuiſio,
nec non tutela, alijque, vt actiones etiã,
obligationes, ac ex ipſis deſcendentes,
& gentium ſunt ex iure introducti: &
bonæ, ea de cauſa, fidei nuncupantur;
D bonam quoniam in ipſis fidem ſeruari
ſcimus, opus eſſe; ipſam namque in
cunctis decet contractibus, & quacum-
que intereſſe actione, vt etiam in illis,
quæ naturalis & æquitas ſuadere, & vi-
detur. Secundi illius habentur generis,
quas ſtipulationes dicimus, cautiones,
ſatisfactiones, fideiuſſiones, emphiteu-
ſim, literarum obligationes, ſponſali-
tia, largitas, & obligationes, actioneſ-
E que indè prolabentes, & ciuili intro-
ductas à iure, & ſtricti, ea de re, iuris no-
minantur, in ipſis quoniam nil aliud
venit, quod ſtrictè exigatur ex contra-
ctu, de quibus ſcripta reliquit Baldus
conſ. 343. n. 1. & 2. lib. 1.

Cuncti atenim bonæ fidei contractus,
pacti valent vigore, ad ſtricti contractus
iuris reduci, iudica ſi partes, quòd ad-
di nil poſſit, aut minui, vel ex aduerſo
præfigunt, omnes tunc ſtricti contra- F
ctus iuris bonæ fidei efficiuntur, illud
perpactum, quòd bona ſeruetur fides,
& omnis longè malitia repellatur. Bal-
dus *loco ſupra citato num. 3. verſic. amplius*
licet, & num. 4. verſ. apparet ex præmiſ-
ſis; pactum atenim, cuius vi bonæ fidei
contractus informatur, haudequidem
bonæ fidei haberi, eoquòd illum in-
format: eſt aliquorum in placitis DD.
penès Franciſc. Aret. *conſil. 6. num. 7.* G
verſic. nam de actione. Huius enimuerò
generis bonæ fidei contractus, illos etiã
ſub ſe retinent compræhẽſos, caſus, qui
improuiſi, eoſque ad præuiſorum fines
caſuum deducunt; ſtricti verò iuris cõ-
tractus nullo improuiſos includunt mo-
do, vt voluit Bald. *dicto conſ. 343. in*
num. 1. in fine, & num. 2. verſic. ſolutio;
adde quòd differentia *lib. 1.* habetur; ex
æquitate namque, ac Iudicis arbitrio H
interpretatio in bonæ fidei contractu,
etiam circa non dicta cadit, nec non
omiſſo, quòd ex aduerſo in ſtricti iuris
euenit contractu; omne quoniam omiſ-
ſum, pro tali habetur. Couar. *variar.*
reſolut. parte 2. relectionis, cap. poſſeſſ. de
regulis iuris, §. 6. num. 4. & ſequenti, quo
multas in loco differentias adducit. Pa-
ri autem dolus ratione, bonæ fidei con-
tractui formam præbens, nullum ipſo I
iure contractum reddit, quod ex con-
trario in ſtricti iuris accidit contractu;
debet namque nullus euadere. Couar.
loco citato num. 6. & tali modo minus di-
citur ſtricti contractus iuris, quàm bo-
næ fidei continere, in iſto quoniam la-
tior fieri interpretatio valet, & debet.
Aret. *dicto conſil. 6. num. 7. verſic. an ſe-*
cundum. Et propterea in termino ſol-
uendi, vel bonæ fidei de contractu exe-
quutionis ſtricti vitiat iuris contractus, k
neutiquam verò illos, qui bonæ fidei
habentur, eum Iudicis ex arbitrio ad
id terminus prorogetur, quod poſſibi-
le exiſtit. Romanus *conſil. 348. verſic.*
quæritur.

Clarum etiam extat, ſex interuenire
requiſita, decens eſſe, vt contractus
conciliatio occurrat, & agere ex ipſius

Digitized by Google

vi cuiquã non denegetur; opus etenim eſt, creditorem adeſſe, & debitorem, & rem eſſe talem, quæ in ſtipulationem valeat deduci, non verò factam: Poſſibilem interuenire cauſam, honeſtati, & rationi conſentaneam: conditionem, eoquòd ante nequaquam agi affirmatur, modum, vt valeat adimpleri, taliter vt, ſi vnius ex his defectus habeatur, propriam haudequidem retinebit efficaciam contractus. Bald. *conſil.* 104. *lib.* 1. Septimam etiam addi ex ipſo videmus *in conſil.* 269. *verſic. & ſi contractus lib.* 2. quòd ſi nimirum intelligi cõtractus minimè poteſt, nulla ex ipſo obligatio conſurgit.

Nota etiam: contractus eſſe ſubſtantialia debent, circa quæ ſcripta reliquit Tuſcus *litera S. concluſ.* 773. Vt æquali ratione alios nominatos, alios innominatos, aut conſuetudinarios, loci nimirum ex conſuetudine inductos, haberi contractus, qui non rarò nominati, ſæpiùs innominati, interdum incerti exiſtunt: vt exemplificat Alexand. *conſ.* 76. *lib.* 5. quemadmodum explicatur, alios interuenire, qui ſolo perficiantur conſenſu contractus, alios, qui verbis, nõnullos, qui re ipſa, & re ſæpiùs, ac verbis, habentur, de his, qui ſolo ex conſenſu: ſcripſit, & diſſeruit Tuſc. *liter. C. concl.* 985.

Aduerti etiam ex Notario neceſſe, quòd nihil conceſſum eſt propria, vel accidentale quidquam, vel ſubſtantiale in inſtrumento ponere, ex mente; oportet namque de omnibus ipſum eſſe rogatum; qua de cauſa cuncta, quæ reperiuntur in contractu ſcripta, partium reputantur ex voluntate in eo conſtituta; vt affirmauit Bald. *in l. errore C. de teſtament.* Curt. Senenſ. *conſil.* 50. *colum.* 58. *verſic. dum autem vltimo loco.* Menochius *conſ.* 37. *num.* 291. *& de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 19. *num.* 2. qui *in num.* 4. ſcriptis tradidit; verò conſentaneam illam eſſe doctrinam, ex qua deſcendit, quòd ſcriptæ in teſtamento clauſulę, teſtamentorum nimirum, ac ſimilium, ex Notario appoſitæ, ipſius fuerit ex teſtatoris voluntate; quod ex ipſo confirmatum, *in dicto conſil.* 37. *num.* 131. hac de cauſa aſſeruit Gratianus *diſcept.* 116. *num.* 74. Omnia ex Notario de partium voluntate, non autem Notariorum ſtylo ſcriptis tradita pręſumi: ducit Baldum *in l. prima ad finem, C. de priuil. dot.* Deci. *conſ.* 410. *num.* 2. *& conſ.* 123. *n.* 9. vt conſuetis etiam de clauſulis, nihil & ſi fuerit ex partibus dictum. Guidon Papa *conſil.* 193. Alexand. *conſ.* 27. *nu.* 2. *lib.* 2. Soccin. *conſil.* 94. *lib.* 1. quòd intelligitur ex Gratiano *diſcep.* 548. *n.* 39. Illis de clauſulis conſuetis, quæ ad exequutionem, clariorem veluti dilucidationem ſpectant, non de illis verò, quæ diſpoſitionem, nouumque afferunt effectum, qui alio non intereſſet modo, iudica nempè, quòd, clauſulas circa, noui ex quibus adducuntur effectus, ſufficiens extat, Notarium eſſe in genere rogatum, ex Marſilij doctrina *ſingul.* 123. & eorum vi, quæ habentur notata *in addit. ab Alexand. conſil.* 28. *in verbo non poteſt, in fine lib.* 2. Et licet debeat ex partibus eſſe Notarius rogatus; vnius tamen rogatio, cuius ex conſenſu dependentiam habet contractus, ſufficientiam includit. Gratian. *diſcept.* 391. *num.* 45. quo adducit in loco Felin. *in cap.* 1. *col.* 8. *in fine num.* 21. *de fide inſtrument.* & Bald. *in rubr. dict. titul. n.* 7. Caſtrenſ. *in l. heredes palam, §. in teſtam. num.* 5. *verſic. ſed à quo debet rogari, ff. de teſtam.* Gloſ. *in §. nos autem. authen. de Tabellion.*

Notarijs etiam conueniens eſt, illas teſtamentorum noſcere partes, in quibus debent primò procemium conſtituere, vt *in l.* 1. *ff. de regul. iuris.* Legata deindè, hæredum quamuis è nonnullis inſtitutio ponatur: hæredis tertiò exponere inſtitutionem decet; quartò ſubſtitutionem loco; prouidas quintò teſtatoris diſpoſitiones, generales clauſulas ſextò, vt placuit Speculatori in *tit. de inſtrument. editione, §. compendioſè num.* 44.

Ex his autem tres neceſſarię, tres voluntariæ habétur; primi generis procemium

A mium extat, in quo meminiſſe oportet
de teſtatoris perſona, & dignius quo-
niam id dicitur; ex dignioribus, prop-
terea exordium ſibi teſtamentum aſſu-
met, vulgatis iuribus, & proœmium
etiam præfertur. aprothos. quoniam
nominatur, quod primum ſignificat, &
prima ea de re poni ſede conuenit: in
proœmio etiam exprimi teſtatoris no-
men, vel certa monſtrari determina-
B tione. argum. *l. quidam, ff. de codicill.* vbi
dicitur etiam, an ſolemnitèr, vel nun-
cupatiuè teſtetur, mentis quoque, ip-
ſiuſque corporis ſtatus. *l. ſanum corpore,*
C. de tranſaction. l. Seium, C. qui teſtific.
poſſunt: mentis & ſi compos præſuma-
tur. *l. nec codicillos, C. de codicill.* legata
quoque duabus ex rationibus ponun-
tur; primò quoniam legata in animæ
auxilium conſtituuntur, & corpore
C quoniam ipſa dignior exiſtit, inſtitutio-
ni ea de cauſa anteponitur; ſecundò,
eo quòd ſi quiſquam proœmio, legata
anteponeret, & inſtitutiones legatis
præferret, neutiquam ex hæreditate
aliquid detraheretur; hæreditas autem
nominari minimè poteſt, ni & alienum
auferatur indè æs: conſequens etiam
ſecundò ipſa inſtitutio exiſtit; hæc nã-
que teſtamenti caput eſt, ac fundamẽ-
D tum: hæres autem ille nuncupatur, qui
vniuerſum in defuncti ius ſuccedit. *l. cũ*
hæres de di. & tempor. præſcripti, vel hæ-
reditatis dominus habetur, qui in vo-
luntarijs efficitur aditione. §. *fin. inſtit.*
de hæred. qualit. & differ. Sed ipſo iure
in neceſſarijs defertur: hæredem prop-
terea inſtituere nil aliud exiſtit, quàm
aliquem, ſuam poſt mortem, ſui loco in
omnibus dominum conſtituere bonis;
E hæres ideò, dominus nimirùm appella-
tur: ſed fugiant per quàm diligentèr
Notarij, ne hæredis ponant nominatio-
nem, teſtatoris illam ab ore factam aſ-
ſerentes, cum non ſic proprio nomina-
uerit ore; tali quoniam in caſu, iuxta
opinionem Boſſ. *tit. de falſ. num.* 55. fal-
ſitatis ſe reos demonſtrant. Hæredes
autem alij ſui, & neceſſarij habentur,
nonnulli neceſſarij tantùm, quidam

voluntarij, plerique legitimi, quidam F
legatarij, plurimi teſtamentarij, alij
fideicommiſſarij; & quidem ſuus ille
nominatur hæres, qui patris permanet
in poteſtate, vbi ille ſuccumbens letho,
has deſeruit auras; Sui, & legitimi illi
exiſtunt, iuxta Azorij ſententiam *in tit.*
de ſuis legitimis hæredibus: qui morientis
perſiſtere in facultate, quemadmodum
filius, filia, nepos, neptis, ex nepote
natus, nata ex filio, pronatus, pronata, G
extant: pronepos autem, & proneptis,
legitimi habentur, & naturales, vel etiã,
legitimi tantùm, vel adoptiui, neceſſa-
rium verò ſeruum dicimus hæredem,
qui domini ſui hæres fuerit in teſtamẽ-
to ab illo inſtitutus, qui ſuſpectas ſuas
habet facultates, ne illis poſsit ſatisfa-
ctionem creditoribus afferre, quibus
eſt obligatus; talitèr, vt alio neutiquam
ex hærede credat, ſuam adiri hæredi- H
tatem, cum ipſum inſtituerit hæredem,
quem ſeruus hæres factus, neceſſarius
propterea appellatur; quoniam, tàm
ſi ex voluntate indulgeat, quàm ex ad-
uerſo ſuam cogitur hæreditatem adire,
vt det creditoribus ſatisfactionem; §. 1.
inſtitut. de hæred. qualit. & differ. hoc au-
tem verum, huiuſmodi ni ſeruo fidei-
commiſſaria debeat libertas afferri.
l. his, qui ſoluendo, ff. de hæred. ab inteſt. I
Vel vbi hoc ipſe facere minimè curet,
quo nimirùm in caſu hæreditatẽ haud-
quaquam ſtudet adire, ipſius potiùs no-
mine, quàm defuncti hæreditariæ res
venales exponuntur, & contumelia in
dominum adducitur, iniuriaue, cum
explicetur, ipſius res ad venditionem
ferri. Legitimus verumtamen hæres
duodecim Tabularum inſtituitur ex le-
ge, vel ex iuris conſtitutione, & abſ- K
que teſtamenti diſpoſitione defuncto,
ſuccedit, proximi ſicut exiſtunt agnati
vt *inſtitut. de leg. agnat. ſucceſſ. in princ.*
Hæres ille legatarius appellatur, qui
ſibi accipiat legatum, vel cui fuerit dõ-
fectum. *l. quoties, ff. de hæredib. inſtit.*
Teſtamentarij debent illi hæredes vo-
cari, qui hæredes fuerint ex teſtamen-
to ſcripti. Ab inteſtato, hæres nomina-

A tur, qui omne in defuncti ius abſque eoquòd aliquod interſit teſtamentum, ſuccedit, vt *inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* Fideicommiſſarius ille extat hæres, danda cui hereditas ex fideicommiſſo eſt relicta, & circa quem, diſpoſuit teſtator, & fideicommiſſarius in tantùm hæres nominatur, hæredis quoniam loco fideicommiſſarius habetur. §. *reſtituta; inſtitut. de fideicommiſſ.*
B *hæred.* ad effectum vt, qui directè, ac etiam nihil capere ex teſtamento poſſit, quemadmodum ſpurius extat, capiat ſaltem ex fideicommiſſo: ipſe atenim, verè neutiquam hæres eſt, cum illum, teſtator rogarit, vt adeat hæreditatem, & faciat poſtmodum reſtitutionem; quamuis, poſtquam illa facta ſit, ſemper maneat hæres, vt *in dicto §. reſtituta,* videtur. Domeſticus vocatur hæres,
C qui morientis in poteſtate perſiſtit, dum mentis tempore extat, cum ipſũ alius minimè præcedat: vbi filius namque ſuperſtes eſt, & patris, vitam ducit, ſub facultate; nepos, qui in aui extat poteſtate, illius haudquaquam dicitur hæres. §. *ſui, inſtitut. de hæred. qual. & differ.* Subſtitutus ille vocatur hæres, quãdo alij, in hæredem inſtituto, fuerit ipſe ſubſtitutus, & hoc, tàm ſi ſecundò,
D quàm tertiò, ſit, cum deficiat inſtitutus, ſubſtituatur; ſecundus namque ille dicitur, qui primum poſt, locum ſibi vendicat, quamuis decimus habeatur. *l. prima in principio, ff. de vulgar. ſubſtitu.* Extranei tandem nũcupantur hæredes, qui teſtatoris neutiquam ſubiecti extãt poteſtati. §. *cæteri, inſtit. de hæred. qual. & differ.* Anomalus tandem hæres, vel ſucceſſor occurrit, qui dictis nullam ex
E qualitatibus oſtendit, ille nempè, qui ad libertatis conſeruationem, ſuſcipit bona, vel etiam, qui illius ſucceſſor eſt hæredis, qui defuncti non exequatur mentem, vt per Gloſ. *in §. hoc reſcripto, inſtit. de eo, cui lib. cauſ. bon. addit.* Tertio tandem loco finalis capitulum clauſulæ habetur.

Tres verumtamen voluntariæ partes hæ ſunt, legatorum nimirùm, ſubſtitutionis, & prouidentiarum capituli quoad legata: propterea notum ſit Notario, quòd nil aliud, quàm donatio è defuncto relicta, quæ debeat ab hærede præſtari, legatum extat. §. 1. *inſtitut. de legatis. l. legatum, ff. de legatis 2.* Hac de cauſa legatarium illum nominamus, cui quidquam fuerit legatum, vel illud accipiat: horum autem ſpecies legatorum quamplures interſunt: quædam namque ſunt legata, quæ mala propter G oblata efficiuntur, & ob iniuſtè acquiſita: nonnulla, quæ animæ ad auxilium perfecta ſunt, pleraque, amicorum quę cauſa fiunt, & parentum; aliqua matri, quæ conſtruuntur, & vxori: illis autem conceſſum eſt legare, qui condere teſtamentum valent: in diem verò conſici legata poſſunt, vt tot ad tale vſque temporis ſpatium lego; & diei etiam, conſtitutione interſunt, vt, talem tibi H poſt temporis lapſum tot tibi lego: ſimplici etiam ratione occurrunt, vt lego tibi tot: ſub conditione tandem conſiciuntur, nimirum: lego tibi tot, ſi Pontifex adeat Panormum, vel meam filiã duxeris in vxorem: legata verò tàm in teſtamento, quàm in codicillis, & donationibus mortis interueniunt cauſa.

Quidquid verò ſubſtitutionis ad materiam ſpectat, notum etiam Notario I exiſtit, quòd ſecunda conditionalis inſtitutio, eſt ſubſtitutio: primus namque gradus inſtitutio, ſecundus ſubſtitutio nominatur, vt ſupra fuit explicatum: Benè tamen, quod notari oportet, omnibus primò in ſubſtitutionibus, præcedere inſtitutionem opus eſt, primum veluti gradum, & poſtea poni ſubſtitutionem, vti ſecundum, decet; hinc euenit, quòd inſtitutus primus nomi- k natus hæres, ſubſtitutus verò ſecundus. *l. cum proponas, C. de hæredum inſtitutione.*

Subſtitutionum atenim diuiſio huiuſmodi habetur: alia namque directa, quædam obliqua exiſtit, & directum inter verbum, obliquum, ac etiam commune adnotatur diſcrimen: directum propterea id eſt, quod ſignificat,

vt

A vt ille, cui relinquitur, aut etiam in
quem diſpoſitio efficitur, propria re-
cipiat manu, quemadmodum eſt ver-
bum *inſtituo*, ſicuti patet *ff. de hæred. in-*
ſtituen. vt etiam, *hæres eſto*, & paritèr
accreſcat, *capiat*, vel *accipiat*. Illud verò
obliquum exiſtit verbum, ex quo ſigni-
ficatur, vt ille, in quem diſpoſitio effi-
ciatur, vel cui ſit relicta, ex alterius re-
cipiat manu, quemadmodum verbum
B *reſtituo*, habetur, vt eſt *in l. reſtituta ff.*
ad Trebell. vt etiam *volo*, & quo per fi-
deicommiſſum in caſu hæreditatis re-
ſtitui pars debet, *l. pater filium, §. final.*
ff. de legat. 3. æquali ratione verbum
rogo: commune verò id habetur verbũ,
quod vtramque retinet ſignificationẽ,
tàm ſi propria, quàm ex alterius quiſ-
quam accipiat manu, vt *in l. centurio*
ff. de vulgari ſubſtitutione: cui directa
C quandoque, indirecta ſæpiùs ſignifica-
tio inhæret: illa verò directa ſubſtitu-
tio exiſtit, quo quiſquam in caſu, cum
nihil intermedium habeatur, deficien-
tis accipit hæreditatem, & ipſius dire-
ctè teſtatoris, ex quo inſtituatur, hæres
efficitur, *§. quo caſu, inſtitut. de pupill.*
ſubſtitut. Huius etiam ſub diuiſionem
habemus: alia namque vulgaris extat,
quædam pupillaris, nonnulla vulgaris,
D aliqua breuiloqua, ſiue reciproca, alia
tandem compendioſa; & quidem pri-
mò.
Vulgaris illa ſubſtitutio nominatur,
vulgò quæ alicui fieri ex quocumque
valet; dummodò tamen quòd teſtamẽ-
tum hic conficere, illi capere ex teſta-
mento poſſit, & hæc fermè habet diui-
ſionem; quædam namque vulgaris ex-
preſſa, quædam tacita exiſtit: vulgaris
ſubſtitutio expreſſa eſt, quæ negatiuis
E expreſsè efficitur verbis, & tali quidem
modo. *Titius hæres eſto, & ſi ipſe hæres*
non ſit, vel erit; Seius hæres eſto. Sic ſci-
licet mihi, *Titium inſtituo hæredem*, vt
ſi ipſe velit, vel hæres eſſe neutiquam
poſſit, Seius hæres habeatur: vulgaris
ſubſtitutio tacita illo venit in caſu, quo
affirmatiua ponuntur verba, cum nimi-
rum quiſquam non miles puberem in-
ſtituit, ac impuberem hæredes, & com- F
muni eos ſubſtituit verbo ſic: *Hæredes*
eſtote, & mei pubes hæredes eſtote, vel ſun-
to, quos vnanimitèr inuicem ſubſtituo: vel
ſic, quod in idem cadit: *Puberem Seiũ,*
vel impuberem Meuium hæredes facio, &
eos ſibi inuicem ſubſtituo: qua quidem
colligo ex ſubſtitutione, quòd ſi vnus
minimè fuerit hæres, vel vnus è vita
migret, alius in ſolidum interſit; vul-
garis autem nominatur, à quolibet quo- G
niam de vulgo, tàm ſi in poteſtate ſit,
quàm ex aduerſo conficitur, ac tacitè
dicitur, tacitè eoquòd impuberis vul-
gariter facit ſubſtitutionem; cuiuſmodi
fermè ſubſtitutio magis pupillaris ex-
tat: demas, niſi adiunctam propter per-
ſonam: in milite verò talis ſubſtitutio,
proprium ob priuilegiũ, pupillaris ap-
pellatur; ſed puberis reſpectu vulgaris
habetur: impuberis autem intuitu, pu- H
pillaris nominatur: ex eo quia, ſi ſua
pubes pro parte adeat hæreditatem,
priuſquam expleuerit pubertatem, eua-
neſcit, ſub expreſſa quapropter pupil-
lari, tacita continetur vulgaris, *ff. eodẽ*
tit. l. nam hoc iure.
Pupillaris verò ſubſtitutio illa eſt,
quæ ſoli efficitur impuberi, ac pupillo,
quæ duplex etiam habetur; alia nam-
que expreſſa, quædam tacita exiſtit, il- I
la hoc venit modo. *Iſte filius meus impu-*
bes hæres eſto, & ſi hærës non erit, aut ſi
hæres erit, & infra pupillarem ætatem de-
ceſſerit, ille hæres eſto, vel *Inſtituo mihi*
in hæredem Titium filium meum pupillum,
& ſi non erit hæres, aut ſi erit hæres, & in-
fra annos pubertatis, vel in pupillari ætate
deceſſerit, ſubſtituo ei Seium: hæc ſubſti-
tutio dicitur expreſſa, omnia quoniam
in ea exprimuntur verba, quæ poni K
oportet.
Pupillaris autem tacita iſta extat:
Filius meus impubes hæres eſto, & ſi ille
non erit, iſte hæres eſto; vel ſic: *Quiſquis*
mihi hæres erit, ſit hæres filio meo: hæc
autem ideò tacita nominatur, quædam
quoniam verba, cum minimè ſint ex-
preſſa, tacitè ſubintelliguntur; nam per
hanc implicitè habetur, quòd ſi pupil-
lari

A lari filius decedat in ætate, qui pupillis
eſt hæres, filij quoque hæres ſit; cuiuſ-
modi fermè pupillares ſubſtitutiones
ſolis pupillis, quique parentum exiſtūt
in poteſtate, & ipſiſmet ex parentibus
efficiuntur: ex quo euidentèr explica-
tur, quod neutiquam ex matre, ſed tan-
tùm ex genitore id deſcendat; ſiquis eo-
quòd in filios nulla præbetur matri fa-
cultas; expreſſè tamen ex pupillari ſub-
B ſtitutus, pupilli nunquam repellitur ex
matre, ac ex tacita ſubſtitutus è pupilli
deijcitur genitrice, cuius ipſa obtinet
ſucceſſionem, vt æquali ratione, ex pu-
pillari ſubſtitutus ipſi eſt hæres pupillo;
qui verò ex vulgari habet ſubſtitutio-
nem, ipſi eſt hæres teſtatori, pupillaris
etiam tacita, vulgaris intelligitur ex-
preſſa eſſe; quā mater, proprium prop-
ter priuilegium, ſubſtituitur pupillo,
C æquali ratione, quo quis in caſu pupil-
los, alijque adiunctam ſubſtituitur ob
perſonam: exemplaris verò ſubſtitutio,
vel exemplaria extat, quæ ex vtroque
parente furioſo efficitur filio, vel men-
tecapto, & ideò exemplaris nomina-
tur; pupillaris quoniam ad ſubſtitutio-
nis efficitur exemplum; ex eo quia, filio
quemadmodum pater prouidet pupil-
lo; qui teſtari neutiquam de hæredita-
D tè poteſt, tali filio forma; vel furioſo
conſulis, vel mentecapto; vnde hoc
ſcribitur modo: *Titius filium ſuum furio-*
ſum, vel mentecaptum ſibi hæredem inſti-
tuit, & ſi furioſus, vel mentecaptus deceſ-
ſerit, antequam ad ſanam peruenerit men-
tem, ei ſubſtituit Seium.

Breuiloqua, ſiue reciproca extat, quæ
duas continet pupillares: quando nimi-
rùm duo fuerint è parente impuberes
inſtituti, & ipſius permanent in pote-
E ſtate, & ſibi inuicē ſubſtituuntur, quod
hoc explicatur modo: *Franciſcus teſta-*
tor filios ſuos impuberes ſibi inſtituit hære-
des, & eos inuicem ſubſtituit. Quaprop-
ter, expreſſam, quoniam includit pupil-
larem; horum quo in caſu quiſquam
impuberi lethum cum vita permutat in
ætate, illius equidem matrem omninò
indè dicimus depelli, & ſubſtituto ſuc-
ceſſio præbetur; hanc autem ſubſtitu- F
tionem, reciprocam appellamus; & om-
nes quatuor habentur expreſſæ.

Compendioſa verò illa extat, quæ
compendio efficitur verborum, quæ cū
in pupillari expreſſè apponantur, magis
prolixa interſunt, & ex hoc nominatur
compendioſa, talique illam explicamus
forma, vtpotè: *Teſtator inſtituit Titium*
filium ſuum in hæredem, & quandocumque
deceſſerit, ſine filijs, ei Seium ſubſtituit, G
vel: *Iſte filius impubes hæres eſto, & quo-*
cumque deceſſerit tempore, Nicolaus hæres
eſto. Cuiuſmodi fermè ſubſtitutionem
in milite ſibi tantùm vendicare locum
Notario notum ſit. *l. precibus, C. de im-*
pub. & ali. ſubſtit.

Obliqua verumtamen, ſiue non di-
recta, nec non fideicommiſſaria ſubſti-
tutio illa nominatur, quę per fideicom-
miſſi medium fit effecta, quemadmodū H
vbi teſtator ſic dicit: *Quicumque veſtrū*
ſine liberis deceſſerit, rogo, vt eius portio
ad ſuperſtitem perueniat: vel quando ex
aliquo in hæredem quiſquam inſtitua-
tur, cuius committitur fidei, vt quam
citò valeat, ipſius adire curet hæredi-
tatem, & quo placuerit tempore, teſta-
tori faciat reſtitutionem; tali nimirùm
die, vel certa cum conditio adhibea-
tur, ſi abſque filijs hac decedat ab au- I
ra; quemadmodum, ſi eo forſitan in
qualitate ille perſiſtat, quem magis di-
ligat teſtator; & directò nihil aſſumere
valeat ex teſtamento; cum immediatè
incapacitatem oſtendat: ſicuti ſi ſpurius
ſit; hoc ſaltem aliquid accipiat modo,
vel de hæreditate quidquam, aut vni-
uerſum. *C. ad Trebell. & ff. eodem in mul-*
tis legibus, & in cap. Raynut. & cap. Rai-
nald. de teſtament. Notatu tamen dignū K
eſt, quòd quarta fideicommiſſaria de-
duci in ſubſtitutione eſt neceſſe, ex ad-
uerſo namque accidit in directis: per
Text. *in cap. ſi pater de teſt. in 6.* & Gloſ.
in prealleg. cap. Raynut. & inſtit. de vulgar.
& pupil. ſubſtit.

Prouidentiarum enimuerò capitulū
circa, hæc ſunt explicata è Speculatore
tit. de inſtrum. edit. §. compendioſè n. 47.

Non-

A Nonnullas nimirùm prouidas teſtatorum occurrere diſpoſitiones, ex eo quia circa detractionem Falcidiæ de legatis prouidet quandoque prohibitionẽ. *§. ſi igitur à nobis. Authen. de hæred. & falcid. & §. ſi verò expreſſim, inſtit. de lege falcidia, §. ex diuerſo.* Prohibitam quandoque alicuius reddit rei alienationem. *§. fin. inſtit. de legatis, l. prima, C. de his, quæ pœnæ nomine.* Tutorem non rarò B pupillo præbet, & aliquid ſæpiùs filiæ, datæ vltra ſummam dotis, relinquit. *cap. Raynatius, extra, de teſtament.* Interdum etiam adijcit punitione. *dicta l. 1. C. de his, quæ pœnæ nomine, §. pœnæ quoque, inſtit. de legatis*, circa quæ ſcripta reliquit Specul. *loco cit.*

Enimuerò teſtamentorum poſtquam de concernentibus habuerit Notarius cognitionem, nullo ignorare modo, C quidquid peragendum in codicillis, debet, qui nil aliud habentur, quàm ſcriptura, vel litera, ſuam in qua teſtator voluntatem figurat; cum nullam opus ſit ſolemnitatem interuenire, ſed ſolam ipſius mẽtem qualicumq; ſcripturæ expoſita ſignificatione; cuius quidem ex beneficio defunctorum conſulimus voluntati, ob legalium deſideratam verborum, aut adhibendorum certè ſolemnium, neceſſitatem: minor namque D teſtium numerus habetur, vt explicat Gloſa *in l. fin. C. de codicill.*

Parui autem codices, libelli nimirũ, codicilli nominantur, in quibus quo quiſquam caſu aliqua impedimentum habet, ne faciat teſtamentum, neceſſitate; ſuis diſpoſitionem vltima in voluntate de rebus facit, vt ſcriptum ex Azorio *in ſumma C. de codicill.* In hoc E verò diſcrimen habetur à teſtamento, in codicillis namque rectè adimi, vel dari hæreditas poteſt, vel ex hæredatio fieri, ſubſtitutio-ue, *l. 2. C. de codicill. §. de codicill. inſtit. eodem. l. 2. §. fin. ff. de iure codicill.* demas tamen, ſi miles ille habeatur, qui faciat in codicillis inſtitutionem. *l. in codicill. ff. de milit. teſtam.* Ad effectum, vt teſtamentorum neutiquam ius confuſum reddatur, & codicillorum: in ipſis autem nulla poteſt F Notarius forma ſcribere exhæredationẽ, vel inſtituto adijcere conditionẽ hæredi, nec etiam apponere ſubſtitutionem: nam in his directè per fideicommiſſum hæreditas eſt relicta, *§. codicill. & §. directò, inſtit. de codicill.* Speculat. *de inſtrument. edit. §. viſo.*

Varijs autem formis effici codicilli valent; ſæpiùs namque teſtamentum ante apponuntur. Speculat. *in titul. de inſtrumen. edit. §. viſo 15. nu. 3.* & tunc G fermè ſequenti in teſtamento præcedẽtis facere codicilli mentionem oportet. Speculat. *loco citato nu. 7.* Non rarò poſt teſtamentum conſtituitur codicillus, & eo quidem in caſu ipſomet in codicillo antepoſiti teſtamẽti eſt mentio per Notarium facienda: Interdum etiam poſt teſtamentum efficiuntur, & poſtquam alius, vel alij fuerint appoſiti codicilli: H complures quoniam ſingulis valent è perſonis injici codicilli: & tali euentu, non ſolùm de teſtamento præcedenti, verum etiam, vel antecedentibus de codicillis decet meminiſſe: vel tandem fit codicillum, cum nullum præcedens ſit, vel ſubſequens teſtamentum: Notarij attamen aduertant, ne talitèr per codicillos teſtamentum euacuetur, vt eſſe minimè poſſit, inſtitutus, quin hæres ſemper maneat in teſtamento; in I codicillis namque nullum inſtitui hæredem ſcimus, ex *inſtit. de hæred. inſtit. in princip.* Illæ verò valent perſonæ cõdere codicillos, quæ facere & teſtamẽtum poſſunt, atque ex aduerſo. *l. diuus, §. penult. ff. de iure codicil.*

Diſcrimen verumtamen teſtamentũ inter, & codicillum habetur; libertas quoniam filiofamilias in codicillo relicta vim retinet ſuam, vbi in eo obierit K manumiſſus; quod ex contrario euenit, ſi in teſtamento. *l. 1. §. filiusfamilias, ff. de leg. 3.* Speculat. *loco citato ſub num. 2.* vbi Ioannes Andreas *in addit.* ſic: *Mihi non dicit hæc lex illa, ſed dicit fideicommiſſum, filiofamilias, vel ſeruo in codicillo relictum confirmatur, ſi poſtea manumiſſus in eadem voluntate decedat*, & vbi dicit

A dicit Gloſa *illud, manumiſſus, ponitur propriè quoad ſeruum, impropriè quoad filiū, & vt hæc ſequitur; ſecùs in teſtamento, & patens fuiſſet error authoris, ſi miſcuiſſet ſeruum filio*. Differentia etiam occurrit, plures eoquòd permiſſum eſt condere codicillos, vnicum verò teſtamentum. Speculat. *loco citato num. 2. in fine*. Adde quòd in codicillo quinque ſufficientes extant hæredes neutiquam rogati, in B teſtamento autem ſeptem neceſſarij habentur, inter non liberos, rogati; liberos inter quinque requiruntur. *l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, ff. de teſt.* vt etiam venit, quòd minimè codicillus per alium rumpi valet, niſi hoc fuerit expreſſum: teſtamentum verò alius rumpitur adiectione, vt dixit Speculat. *loco citato, §. compendioſè, verſic. ſed conſiderandum*.

C Codicillarem verò clauſulam circa, eſt dicendum, quòd in quo non ſubintelligitur caſu, illam cogitur Notarius de teſtatoris ponere voluntate, velut ex qua pendet momenti, æſtimationiſque res, & ex qua multotiès ſcimus, teſtamenta ſolui; cuius equidem effectus ſcripſit eruditiſſimus Turretius *in ſub pecul. tract. de effect. & defect. clauſ. codic.* ad quem recurrere opus eſt, vbi negotium poſcit.

D Publica verò inſtrumenta, ſecundùm quæ iuris extant, hæc requirunt exponi, & quidem primò eſt neceſſe, quòd Domini noſtri Ieſu Chriſti inuocatio in ipſo interſit: Afflictus tamen iudicauit *in conſtitut. Baiul. rubr. 73. de ferijs*, & Salar. *ſub num.* 17. Vbi iſta in inſtrumento verba non haberentur, & cætera interuenirent, nullo modo quidquā fidei inſtrumentorum auferri: deindè E opus eſt, domini annum, locorum iuxta conſuetudinem, numerandum apponi, quod quidem expreſsè, non autem Arithmeticè cifratum conſtituatur. Tertiò neceſſe eſt loco, Inuictiſſimi nomen exprimi Regis, qui tunc temporis, locique dominetur; nunc autem prudentiſſimus Carolus Secundus Siciliam ſapientèr moderatur: contractus quartò locus; diei quintò, menſiſque conſtitutio: permiſſum tamen Notario extat, quòd in contractu, nocturno tempore celebrato, diem ſimplici explicet ratione, nec aliqua ob id in falſi crimen incidit forma. Canoniſ. & præcipuè Innocent. *in cap. conſuluit extra, de officio delegati*. Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 11. num. 6.* quo cum Bald. in loco infert concluſionem tutiùs eſſe, vt nocturni ſcribatur temporis hora, ad G effectum, vt cognoſcatur, præcedenti vtrum, an poſtero debeat actus tribui diei, quod confirmatum fuit ex Rouito *Pragmat. 2. de Notar. matricul. num.* 12. Indictionem poni ſextò, quæ cum anno concordet, eſt decens: Requiritur ſeptimò, vt facti ſeries intelligibili deſcribatur forma: Notarij octauò ſubſcriptio: vt teſtibus coram, nonò, partibuſque legatur, poſtquam fuerit per eum H confectus: quòd legitimam decimò cōficiendi teſtamenti habeat Notarius facultatem: Alia etiam interſunt, quæ notata extant apud Afflict. *in loco ſupra citato à num. 20. vſque 26.* Rouitus in *pragmat. 2. de Notarijs matricul.* qua quidem in parte de dictarum omiſſione partium agit.

DE HIS, QVÆ NOTARIO VETITA, vel permiſſa.

Cap. 2.

NOnnulla interuenire certum eſt, quæ permiſſa Notarijs habētur, aut interdicta; qua de cauſa præcipua hoc adnotare ad opus non prætermittam, & quidem primò. K

Interdictum Notario extat, ne aliquid ſibi, filijſque adſcribat, eorum vbi maneant in poteſtate illo in teſtamento, de quo fuerint rogati, ab eiſdem confecto; Notarij quamuis filius hæres deputetur ad pias exequutor cauſas, vt venit Bartoli doctrina *in conſ. 61. lib. 1.* in

A *in verbo adſcribere*, quod minimè reliquit Bald. *conſil.* 96. & *conſ.* 420. *lib.* 2. Vt pari filius Notarius forma valet de legato patri ſuo confecto, cuius maneat in poteſtate, rogari. Bald. *dicto conſil.* 92. *in fine lib.* 5. rationem habemus ex Tuſc. *litera N. concluſ.* 77. *num.* 3. ex Bartoli *conſil.* 61. *lib.* 1. *per totum.* & præſertim *num.* 4. Filius namque familias, cum patri acquirat, haudquaquam permiſſum patri eſt, vt fiſco adſcribat, quia
B ſibi adſcriberet; ita etiam vbi filius in patris maneat poteſtate, quem per iuſſus compellere ad quidquam pater valet. Hac de re interdicitur, ne aliquid patri adſcribatur, quemadmodum nec ſibi, quod accidit ex aduerſo, ſi patria ceſſaret facultas, cuiuſmodi doctrinæ intulit ampliationem Tuſcus *nu.* 4. in filio, qui paterno rogatus de teſta-
C mento ſit, quod minimè adſcribere ſibi legatum poſſit, aut quod abſque teſtamento neutiquam ſuſcipere valeret; & tali explicat de cauſa, filium opus eſſe punitioni, quemadmodum & alium ſubiectari, quod ex aduerſo contingit, ſi id ſibi filius adſcribat, quod poſſet ab inteſtatò obtinere; affert autem, vt hanc fermet ſententiam, Soccin. *conſil.* 163. *num.* 2. *verſic. prima ratio lib.* 2. Permiſ-
D ſum tamen Notario habetur, rogationis ſibi adſcribere mercedem, abſque eoquòd aliquam timeat punitionem. Cumanus *conſil.* 79. Quòd ſi mancipationi fuerit filius datus, neutiquam fermè ipſi prohibetur, quin rogari de illo valeat teſtamento, in quo pater hæres fuerit inſtitutus. Bartol. *conſ.* 61. *num.* 2. *lib.* 1. per Text. quem allegat *in l. ſi pater, ff. ad legem Corneliam de falſis*. Vt
E pari genitor forma pro filio, qui emancipationi datus. Baldus *conſil.* 420. *lib.* 2. Bartol. *dicto conſil.* 61. *num.* 2. *lib.* 1. qui ducit *l. diuus, ff. ad leg. Cornel. de falſis*. Adeoquòd patria poteſtas eſt illa, quæ impedimentum & patri, & filio ponit, ne in ipſorum fauorem quidquam velint in teſtamento, quòd ſcriptis tradūt, ſtipulari; vnde ex eo quia mater, ſua filios nequaquam retinet ſub poteſtate, non arceatur, quin filius Notarius roga- F
ri illo poſſit in teſtamento, in quo fuerit hæres inſtituta, Bartolus *dicto conſil.* 61. *num.* 2. *lib.* 1. qui aduehit Text. *in l. ſi pater, §. fin. ff. de falſis*. Enimuerò an ſit Notario conceſſum, vt pro affine conficiat inſtrumentum? Vide Mauritium Apicell. *allegat.* 16. *inſertis, in tract. teſtamen. pauperum.* Punitio autem, quæ debeat Notario infligi, ſi quidquam ſcripſerit in teſtamento, adducitur à Fa- G
rinaceo *tractat. de falſis, quæſtion.* 90. *parte* 8.

Sed etenim quo Notarius auſus fuerit in caſu, quidquam ſibi adſcribere, ſcriptiſque tradere in teſtamento, circa quod fuerit rogatus, falſi cogitur punitionem ſubire. Clarus §. *falſum num.* 34. *verſic. adſcribens.* Sed tamen ſi nuncupatiuum habeatur teſtamentum, & fuerit per teſtes probatum, & per te- H
ſtatoris ſubſcriptionem illud effectum, neutiquam Notarius punitur: adde quòd ſi duo intereſſent, Notarij in fauorem, teſtes, punitioni haudequidem erit ſubiectus, legatum & ſi capere ſibi adſcriptum minimè poſſit: demas, ſi ſufficiens teſtium numerus, abſque eoquòd interueniat ſcriptura, & ſcripturam vltra interſit. Tuſcus *loco cit. n.* 19. & Bald. *conſil.* 92. *lib.* 5. Clarus *dict.* §. I
falſum num. 34. *circa finem.* Romani verò adeſt *conſil.* 185. *num.* 12. ex quo explicatur: nuncupatiuo etiam in teſtamento nulla permiſſum Notario forma, vt ſibi legatum adſcribat; quoniam, vt ipſi placeat, inſtrumenti medio per Notarium rogari, nuncupatiuum probatur teſtamentum; hac dicit ex cauſa, quòd falſi pœna, & adſcripti amiſſionis legati, ipſe tenetur: pro non ſcripto K
etenim habetur, & quòd inſtitutis, aut quibus debet de iure afferri, oportet accreſci. Tuſcus *loco cit. n.* 7. & 21.

Optimè tamen publicum conceſſum eſt Notario inſtrumentum ipſummet confici aduersùs, vimque id retinet, atque eodem facit probationem modo, ac ſi rogatum partes inter haberetur: vt placuit Alexand. *conſil.* 185. *num.* 8. *verſic.*

A *ſic. cedit etiam lib.* 7. Baldus *conſ.* 43. *&*
476. *num.* 7. *verſic. ſed hoc eſt ſolum du-*
bium lib. 1. & abundè *conſil.* 454. *lib.* 5.
Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concluſ.* 1096.
num. 15. Et ſuum etiam condere teſta-
mentum poteſt, quo duplicem in caſu
repræſentat perſonam, Notarij nimirũ,
atque teſtatoris, vt ſcriptis tradidit Hõ-
dedeus *conſil.* 65. ductus è Tuſco *lit. N.*
concluſ. 78. *num.* 2. Quod ex contrario
B aduenit, ſi ipſius in fauorem Notarij
conditum fuerit inſtrumentum. Hon-
dedeus *dicto conſil.* 65. *col.* 2. *in fine, verſ.*
vnum tamen. Hoc autem, vt ex ipſo de-
claratum, eo vim retinet in caſu, quo ad
ſolum Notarij fauorem confectum fue-
rit inſtrumentum, vt pari forma neuti-
quam Notarius ad commodum princi-
palis procurator, de inſtrumẽto, ſuſcep-
tam poſt procurationem valet rogari;
C quòd ſi rogetur, ipſi nequaquam, ni of-
ficij, creditur ex neceſſitate. Decius
conſil. 42. *nu.* 4. *verſ. & præcipuè moueor.*
Maſcard. *de probat. dicta concluſ.* 1096.
num. 14.

Ineſt etiam Notario facultas, quòd
proprio valeat correctionem incontinẽ-
ti inferre errori; quod ex contrario ac-
cidit, ſi multum poſtquam tranſierit
temporis interuallum, id contingat; vt
voluit Speculat. & ibi Bald. *in addit. de*
D *fide inſtrumentorum*, §. *poſtremò*, *verſic.*
ſed numquid confecto inſtrumento. Hiero-
nym. Gabriel. *conſil.* 65. *num.* 5. Bertaz.
conſil. 543. *num.* 2. *lib.* 2. *crimin.* quod eo
magis continet vigorem, ſi data ſit co-
pia parti: nulla quoniam illo euentu ra-
tione illum valet Notarius emendare,
vt affirmat Speculat. *loco ſupra cit. verſ.*
alij dicunt. Purpurat. *conſ.* 123. *num.* 4.
lib. 1. Iacob. Borret. *conſil.* 113. *num.* 15.
E *lib.* 1. Maſcard. *concluſ.* 644. *nu.* 12. *lib.* 2.
Adde quòd id procedere affirmatur,
ſimplex vbi copia, non verò authentica
fuiſſet tributa. Bertazol. *dict. conſ.* 543.
num. 5. *lib.* 2. plures quo in loco aduehit
DD. qui hanc teneant opinionem; No-
tario autem minimè permiſſum, vt ad-
dere illa velit, quæ ſubſtantialia con-
tractus extant Bartol. *in l. ſi librarius,*
num. 3. & ibi Decius, Cagnolus, & F
alij, *ff. de regulis iuris*. Bertazol. *dicto*
conſil. 543. *num.* 2. Simon de Pretis de
interpretat. vltimar. volunt. lib. 3. *ſolut.* 3.
num. 98. Quando verò ſuum poſſit, nec
ne Notarius corrigere errorem, ſcrip-
ſit Farinaceus *de falſ. quæſtion.* 156. per
totam.

Poteſtas etiam Notario inhæret, vt
inſtrumenti ſcriptionem alteri commit-
tat, cum ſe tamen ſubſcribere non de- G
ſiſtat; vt eſt in placitis Afflicti *in conſtit.*
Baiulos lib. 1. *rubric.* 73. *de ſer. & ſalar.*
num. 73. Paris *conſil.* 25. *col.* 5. *volum.* 2.
verſic tertio ceſſat obiectio. Decius *conſil.*
447. *col.* 2. *verſ. quia respondetur*; & hanc
generalem haberi conſuetudinem ob-
ſeruamus, & ſi contraria ſint in parte.
Gratian. *conſil.* 76. *col.* 7. *in fine*. Paulus
de Caſtro *conſ.* 209. *verſ. in contrarium*
videtur vol. 1. Gloſ. *in lege generali, verſ.* H
item nota, C. *de tabellion. lib.* 10. Hoſtienſ.
in cap. quoniam contra col. 3. *verſic. con-*
ſcribant, *de probat.* & quamplures alij:
cum Notario affirment minimè conue-
niens, vt commiſſum velit, aliorum
opera inſtrumenta conſcribi; quamuis
ipſe, ſui ſubſcriptionem apponat. Quo
autem caſu conſuetudo ceſſet, vt ſupe-
riùs explanatum, hæc nouiſſima verò
magis propinqua ſententia videtur, per I
ea, quæ in argumentis affert Abbas in
cap. eum dilectos in 4. *col. de fide inſtrum.*
ipſi verò adducere limitationem, prin-
cipalis quo Notarius in caſu impedi-
mentum, vel morbi vi, vel alia occu-
patione, haberet; tunc namque conceſ-
ſum, vt ſcribere per alium poſſit, & ſe
ſubſcribat. Alexand. *conſil.* 129. *col. fin.*
verſic. inſuper reſponderi poteſt, *volum.* 1.
Bartol. *in l. item Diuus*, §. *item Senatus*, K
ff. ad legem Corneliam de falſis, *& in l. ge-*
nerali col. 2. *verſic. item quæritur*. Gloſ. C.
de tabellio. lib. 11. Quod neutiquam vi-
gorem, protocollum circa, vel primam
ipſam ſcripturam, includat, quam No-
tarius, qui habeat impedimentum, ſcri-
bere per alium minimè valet: ſed ete-
nim ſi ſtationis Magiſter, Notarius ha-
beatur, plures ſub ſe continens diſci-
pulos,

Digitized by Google

A pulos, per aliquem valet diſcipulorum ſcribere inſtrumentum, & ipſe ponere ſubſcriptionem. Speculat. *in tit. de inſtrument. edit.§.inſtrumentum. verſ.item opponitur*, & ibi *in addition.* Ioan.Andr. Antonius de Buen. *in dicto cap. inter dilect. col.4. verſ.quæro an quis*,& ibi Abb. *col.5. verſ.ſed Ioann. Andr. de fide inſtrument.* Cardin. *in cap. penult. verſ.in Gloſa, eodem tit. ſupracitato*. Hiſce verò tē- B poribus in Regno obſeruatio habetur, quòd, ad effectum, vt tot auferantur difficultates, & contrariæ Doctorum opinioni occurramus, ſolitum eſt, Notarijs literas ab Excellentiſſimo Protege obtinere, quarum vi conceſſa facultas eſt, vt aliorum valeant opera ſcribere Notarij, ac inſtrumentum facere, cum ipſi ſubſcribant: vt æquali ratione, quòd mittere diſcipulum valeat, quem C ſuffectum appellamus, ad hoc,vt faciat conſtructionem, & contractus inſiſtant conſtructioni, eadem,dummodò quòd, ſuffectus permaneat in ſtatione, cuius fermè de culpis, atque neglectis ipſe in obligatione Notarius perſiſtit: oportet attamen, quòd vterque, tàm Notarius nimirum, ſtationis Magiſter, quàm ſuffectus, ſiue diſcipulus, cui fuerit licentia conceſſa, ſint rogati, vt ſupra, D quemadmodum placuit Gloſæ *in §. nos autem: in authen. de Tabellio.* Anton. de Butr. *in cap. inter dilectos col.5.*& ibi Abbas *col.5.* & Imola *col.2. de fide inſtrum.* Locorum autem induci ex conſuetudine poteſt, vt per alius operam ſcribere Notarius inſtrumentum poſſit, dummodò tamen, quòd ipſe ſe ſubſcribat. Decius *conſil.447. col.2. verſic. quia reſpondetur*. Imola *in cap. fin. col penultim.* E *verſ. & per hoc dicit,de officio deleg.* Butr. & Abb. *in locis ſupr. citatis*. Notarius quamuis minimè ſit ſcribens. Alexand. *conſ.50. col.1.in fine.vol.3.* Afflict. *in dict. conſtit. baiulos n.37.*

Vbi verò in aliquo ſolus Notarius extet loco, neutiquam valet cuiquam recuſare, vt conficiat inſtrumenta, ad id namque poteſt inuitus cogi, vt dixit Bartol. *in l.1. §. 1. ff. de furt. ad verſic. nautas.* Caupon.Stabul.& idem aſſeruit F Bald. *in rubric.de fide inſtrument.in 1.col.* quoniam, publicus dicitur ipſe ſeruus, poſtquam fuerit creatus, nec aliquam contractuum ob multitudinem,accipit excuſationem: vt in Authen. *de Tabell.* circa medium. Taliter, vt Iudicis poſſit officio compelli, vt conficiat inſtrumentum, quòd ſi Iudicis neutiquam faciat mandatum, illius ex arbitrio adſtringitur, punitionem ſubire. *l. iube-* G *mus in fine, C. de ſacroſanctis Eccleſ.* adde quòd iuxta Baldi doctrinam *in l.prouidendum. C.de poſtulando.* proprio valet officio priuari.

Quæſitum verò facit Afflictus *in dict. conſtitut. Baiulos num.* 34. Quòd ſi Notarius rogetur, vt feudali conficiat inſtrumentum de re, & ſe agere id nolle dicat, quoniam eſt prohibitum de iure, aut fuerit rogatus, de rei Eccleſiaſticæ H alienatione conſicere inſtrumentum, & æquali recuſauit ratione, tales quoniam contractus celebrari minimè poſſunt;vt *in l. iubemus, §. hi Tabellion. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & partes ipſi dixiſſent, vt adhibita contractum efficeret conditione, ſi feudalem, nimirum,circa rem ſuum præſtiterit dominus conſenſum, & Eccleſiaſticis Pontifex indulgeat de bonis, an in obligatione Notarius ſit I tale conficere inſtrumentum, & negatiuam pro re attulit Afflictus;fieri namque minimè id poteſt, abſque eoquòd Principis interueniat facultas: impoſſibile hac de cauſa illius viribus reputatur. Demas tamen, ſi vero ſimile habeatur, quòd illud Princeps concedat, quod effici eſt interdictum. Prohibito Notarius attamen de contractu rogari minimè poteſt; allegat Text. *in l.omnes,* K *C.de petit. bon. ſublat lib.10.* Hoſtienſ. in *ſumma de vſuris §.1. verſ. quid de Notarijs*,& Text. *in authen.de alienat. §. adhuc autem.*

Nec denegatum Notario extat, originalis quo nota in caſu adeò clara non eſt, vt aliam valeat accipere illa ex notitia interpretationem, quam Notarius habeat rogatus; optimè tamen publicū

A poteſt conficere inſtrumentum, ex quo illa declaretur; originalem abſque eo quòd corrigat notam, extenſoue conformem reddat inſtrumento. Calcan. *conſ.*48. *num.*24. Alb. *conſil.*59. *num.*3. Gabriel *tit. de regulis iuris lib. 6. concl.*3. *ſub num.* 73. *fol.* 326. Haud equidem namque eſt Notario interdictum, vt publicum conficiat inſtrumentum, ad declarandam dubijs, cæteratiſque confectum ſub verbis matricem; & illum

B exprimat intellectum, quem habuerint contrahentes, dum ipſum rogabant, & is ſcribebat; quidquid negotij circa ſubſtantiam interſit, in quibus addere nihil equidem valet. Guidon Papa *deciſ.* 129. *ad medium.* & ibi Addentes, in *verbo extendere*. Bald. *in rubric. C. de fide inſtrument. col. 6. verſic. quartò quæritur, num.*22. Et licet quidquam pluris

C extenſo ſcripſerit in inſtrumento, quàm in matrice; pleniori tamen ſtare, & extenſæ ipſius ſcripturæ oportet, vt placuit Bald. *in l. Imperator col.* 3. *poſt medium. verſ. ſed numquid per vnum inſtrumentum num.* 4. Quidquid illo eueniat in Notario, qui extraneus exiſtat, nec additum aliquid velle, vel diminutum poteſt; tranſumptare tamen id optimè valet, quod alterius in matrice

D Notarij, puta defuncti, reperitur. Nacta *conſil.* 329. *num.*2. Bald. *in dict. rubr. de fide inſtrument. num.*22. *quæſt.*4. *in fin. verſ. & hoc apparet*; quòd Notarius autem illa poſſit verba declarare, quæ ob ditionem, *& cætera*, nequaquam clara extant, & ſi valent, præſumptiuè aliam recipere interpretationem, vltra quàm prædicta explanent: adeſt authoritas Rotæ coram Reu. P. D. Iuſto Romanæ

E donationis 3. Nouembris 1599. Authen. *conſ.*89. *col. vltima in princip. nu.*5. quo etiam explicat loco, præſumi, quòd illam fecerit Notarius declarationem ſtatim, eoque tempore, quòd licitum, & opportunum haberetur. Bartolus in *l. non ſolum*, §. *ſed vt probari num.* 3. *de noui operis nunciatione.* Alciat. *de præſūp. reg.*3. *præſumpt.* 1. *num* 2. Et quòd intelligi debeat, illam factam fuiſſe extenſionem, ſecundùm partium voluntatem, F circa quam informatus Notarius habebatur; eſt in placitis Bald. *in l. ab exeq.* 5. *col. vlt. in fine, verſ. pone ſtatuto caue-tur. num.* 16. *C. quorum appellatio non recipitur.* Decius *conſ.*450. *n.*3.

Data verò poſtquam copia ſit, interdictum parti eſt, in aliquo extenſionem facere inſtrumento, aut quamque inferre declarationem; ex eo quia, vbi ſit contractus copia data, minimè punctū G mutare, vel ſyllabam ampliùs eſt conceſſum; quòd ſi declarare, vel etiam extendere ſit auſus, falſi ſeſe de crimine reddit ſuſpectum, vt placuit Anton. Gabriel. *tom.*3. *comm. opin. lib.*6. *concluſ.* 3. *ſub num.*42. *fol.*369. Gratian. *diſcept.* 889. Vt pari accidit forma, quo Notarius facultatem habeat in caſu ex parte, vt inſtrumenti faciat extenſionem iuramentum apponere minimè valet; in H generali quoniam diſpoſitione haudquaquam cadit: ita præcitat. Gabriel. *tom.*3. *concluſ.*5. *lib.*2. *tit. de iureiurando, ſub num.*9. *fol. mihi* 117. Vbi autem aliqua eſt mutatio permiſſa, poſtquam datum parti fuerit inſtrumentum, quādo de ſubſtantialibus tractatur, Iudicis oportet de mandato, cum præuia cognitio ſit cauſæ, citatis, citandis, probatoque errore id agi; cùm aliter eſt, I & hæc neutiquam interſit Iudicis equidem authoritas illum minimè excuſat. Gratian. *deciſ.* 161. *num.*4. Bartol. *conſ.* 208. *num.*3. *in ſecundo dubio lib.* 1. Alb. *conſ.*10. *num.*10. Maſcar. *de prob. concl.*4. *num.* 16. Simplex quamuis copia fuerit parti, non verò authentica data: hunc etenim ad effectū haud neceſſaria authenticatio extat, ſed Iudicis vſque oportet authoritatem adhiberi, vt huiuſmodi inferatur correctio omiſſionis K errori: ita placuit Gratiano *dicta diſcep.* 889. *nu.*10. qui adduxit Farinac. *quæſt.* 156. *p.*1. *n.*1. Bertazol. *conſ. crimin.*543. *num.*5. *lib.*2.

Quid autem eſt dicendum, ſuo vbi Notarius id in Protocollo addat, quod non erat, & ſine quo nullum retinebat valorem inſtrumentum? An debeat de

falſo

Digitized by Google

A falſo puniri recurrere decet ad Bertaz.
conſil. crimin. 543. *vol.* 2. Vigilantèr au-
tem Notarius aduertat, ne, ſtipulatum
poſtquam fuerit inſtrumentum, delere
id audeat, vel etiam lacerare, partium
etiamſi interueniat conſenſus; ipſius
quoniam decet de cancellatione aliud
celebrari inſtrumentum: vt docet Mel-
uaſia *conſil.* 69. Bald. *conſil.* 7. *volum.* 6.
Demum, vt benè cognoſcatur, quando
B ſuum corrigere Notarius valeat errorē,
vel ex aduerſo: vide Farinac. *de falſis,*
& ſimulation. quæſt. 156. *parte* 1. *per tot.*
Incumbere etiam Notario conuenit, ne
quidquam addere in teſtamento circa
illa præſumat, quæ ad ſubſtantiam re-
ſpiciunt diſpoſitionis, illi quoniam nul-
lam præſtabit quiſque fidem. Doctores
penès Contr. *diſcept. for. cauſa* 23. *n.* 186.
qui ducit Cyriac. *contrauerſ. forenſ.* 406.
C *num.* 3. Optimè tamen hoc illo proce-
dit in caſu, quo agitur, vt ambigua te-
ſtatoris interpretetur voluntas; ex eo
quia contrarium accidit, quando tra-
ctatur, vt noua ſuperaddatur ſubſtitu-
tio, quæ nequaquam legitur in teſta-
mento. Contr. *loco cit. num.* 187. In te-
ſtamento tamen illam poni clauſulam
haud negatur, quæ generalis (*ceſſant*
omnia, & quæcumque teſtamenta. Farinac.
D *conſil.* 97. *ſub num.* 20. Ioann. de Monte
Sperell. *conſil.* 87. *ſub num.* 15. Cyriac.
controuerſ. 168. *num.* 59. *fol.* 652. *tom.* 1.

Facultas etiàm Notario præbetur, vt
in prætorijs non ſolùm, & iudicialibus,
in conuentionalibus verùm etiam ſtipu-
lationibus valeat pro abſentibus ſtipu-
lari, vt voluere Doctores penès Man-
ticam *de tacit. & ambig. lib.* 14. *titul.* 26.
hæc generalis habetur conſuetudo, &
E obſeruantia. Mantica *loco citato ſub n.* 7.
Qui tali extenſionem facit de poteſtate
pro cunctis, ad quos, ac pro illis etiam
naſcantur, quia fermè è ſtipulatione vti-
lis acquiritur actio ſine ceſſione. *l. pri-*
ma, §. *exigere*, *ff. de magiſtr. conueniend.*
DD. penès Manticam *num.* 10. illi etiã,
qui abſens extet, & ignorans, & con-
ſequenti modo ante ratihabitionem
Corneus *conſil.* 50. *num.* 5. *lib.* 1. Ruinus
conſil. 108. *num.* 8. *lib.* 5. *& conſ.* 119. *nu.* F
6. *& conſil.* 126. *num.* 10. *lib.* 1. Mantica
loco citato num. 10. qui in ſequenti nume-
ro, ratihabitionem affirmat neceſſariam
haberi, vt irreuocabili acquiratur for-
ma; non autem neceſſariam, vt reuo-
cabilitèr ipſam adipiſcatur; quo autem
poſſeſſio acquiritur, neceſſariam indica-
uit exiſtere ratihabitionem, illius quo-
niam animum opus eſt interuenire, cu-
ius debeat in fauorem acquiri: affert G
Text. *in l. prima*, §. *adipiſcitur*, *& l.* 3.
ff. de acquirenda poſſeſſ. Ruinum, Pur-
puratum, & Oſaſcum in locis per ipſũ
allatis. Explicat autem *in num.* 13. quòd
quamuis ratihabitio neceſſaria exiſtat,
fieri ea tamen poteſt, etiamſi abſens
pars ſit: enimuerò, ſi is, cui Notarius
fuerit ſtipulatus, has, ratihabitionem
ante, reliquerit auras, tale nequaquam
ius eius dicimus ad hæredes tranſmitti, H
vt affirmauit *in num.* 16. adducitque
Paulum de Caſtro *conſ.* 195. *nu.* 2. *lib.* 2.
Alciat. *conſ.* 98. *num.* 3. *lib.* 8. Subdens,
quòd ſi ille, cui ſit Notarius ſtipulatus,
ſuperſtes habeatur, ratam poteſt ſtipu-
lationem facere; rationem ducit: retrò
eoquòd ratihabitio transfertur, & per-
indè occurrit, ac ſi ab initio fuiſſet ipſi
quæſitum ex authoritate Alciati *d. conſ.*
98. *n.* 7. *lib.* 8.

Minimè verò Notarijs permiſſum, vt I
fęminarum recipere obligationes ve-
lint, quemlibet quamuis ſtatum præſe-
ferant, & conditionem, ad hoc vt con-
ueniri de perſona, quauis pro cauſa
priuilegiato etiam pro debito, ac bulla
poſſint, & rato: huiuſmodi namque
obligationes nullum continẽt vigorem,
& Notarij (in pœnam) officij priuatio-
nem ſubibunt; ad quod, & in publico
affigi loco manum, clauo, geminæ per K
ſpatium horæ perpetientur, & quinqua-
ginta fiſco ſoluere vncias compellũtur.
Muta *in Pragmatica Regni tit.* 24. *nu.* 24.
de officio Notariorum ex diſpoſit. Pragm. 6.
quos aduersùs Regio facultas concedi-
tur fiſco, vt principalitèr agere poſſit,
vt æquali ratione ex cap. 28. Regis Ca-
roli interdictum habetur, ne illorum
cele-

A celebreſit Notarij contractus; qui decem, & octo minores extent annis, curatorum, abſque eoquòd authoritas, vel Iudicis interſit; quoniam huiuſmodi vbi contractus illi fuerint celebrare, ipſo, priuationem officij, iure in ipſos infligi opus eſt: conueniens igitur eſt, vt perſonarum cognoſcat Notarius qualitatem, ne inualidus dicatur actus. furioſus namque mutuam dare pecuniam
B minimè poteſt; ex eo quia cum nullum præſtare conſenſum poſſit, negotium contrahere neutiquam permiſſum. *l. furioſi, ff. de regul. iuris, §. furioſi, inſtit. de inutil. ſtipulat.* omni quoniam in contractu neceſſarius eſt conſenſus. Aequali ratione, ſi pupillus, abſque eoquòd tutoris interueniat facultas, mutuam det pecuniam, nullam fermè contrahit obligationem; accipientis eoquòd pecuniã
C non facit: vbi tamen qui eam accepit, bona ipſam fide conſumpſit, mutuum dicimus reconciliari, & conditionem haberi; ipſius quoniam facto ad illum, qui accepit, intelligitur peruenisse. *l. non omnis, §. pupillus cum gloſa, ff. ſi certum petatur, §. nunc admonendi ſumus, inſtit. quibus alienare non licet*: quòd ſuũ obtinet vigorem, de pecunia licèt habita amiſſio ſit; conſumptio namque
D idem operatur, ac dominij tranſlatio ex principio confecta, ſecundùm Bartoli doctrinam *in l. non omnis, §. ſi pupillus, num. 15. ff. ſi certum petatur per Gloſam 2. in l. 2. inſtitut. §. ſed & ſi nummos, ff. de condit. indebiti*, quòd ſi fortè pubertati proximus pupillus mutuam accipit pecuniam, cum tutoris non interſit facultas, minimè ponitur in obligatione; vt cæteris ex cauſis, *§. pupillus, inſtit. de inutil.*
E *ſtipulat.* Demas tamen, ſi meliorem ductus fuerit ex pecunia in ſtatum. *l. pupil. oblig. §. 1. ff. de condit. & obligat. l. ſi pupill. ff. de negotijs geſtis. l. pupillus, ff. de authen. tutor.* vt æquali ratione decem, & octo minor annis eo in obligatione eſt ex mutuo, in caſu, quo & illa in ſuam conuerſa fuerit vtilitatem. *l. ſi rem minoris, C. quando ex fact. tutor.* Quapropter ſi nullo in ipſius emolumentum

modo pecunia ſit conſumpta, ipſo quamuis iure ſit in obligatione cõſtitutus, ſed quoniam intelligitur læſus, in integrum habebit reſtitutionem. *l. 1. & 2. ff. ſi aduerſ. credit.* Cuiuſmodi fermè læſio omni præſumitur in caſu, ni contrarium quidquam probationibus demõſtretur. Alexand. *in l. ſingularia num. 16. ff. ſi certum petatur.* Vbi verò filiusfamilias mutuam accipiat pecuniam, cum effectu haud in obligatione eſt; valet namque ſeſe defendere exceptione. Sen. Conſ. Macedon. *l. prima*, vbi Bartol. *ff. & C. ad Macedonian.*

Notario autem minimè vetitum, vt quæ contractus naturalia exiſtunt, in confecto exprimat inſtrumento, nullo & ſi modo fuerint ex contrahentibus explanata: ipſius quoniam ſpectare ad officium certum eſt. Mantica *de tacitis, & ambiguis lib. 1. tit. 13. num. 16.* Menoch. *conſil. 37. num. 22.* quo affirmat loco, omnium eſſe calculis approbatam ſententiam, vt Notarius ex contrahentibus rogatus intelligatur, ad illas clauſulas in inſtrumento conſtituendas, quæ ipſius reſpiciant contractus naturam: cum nulla tamen habita verborum ratio ſit, quæ Notariorum conſuetudine, ac ſtylo ſint ſolita exponi, quorum intelligentiæ verborum ſignificatio penitùs incognita extat: præcipua verumtamen contrahentium inſpici intentio debet, ad quam oportet Tabellionum clauſulas aptari. Mantica *lib. 2. titul. 9. num. 3.* & tali aſſerit de re, è clauſulis, quæ rationi conſentaneum valet ad intellectum reduci, contractus neutiquam immutari naturam ex Alexand. *conſil. 37. num. 3. lib. 3.* Corneus *conſ. 296. nu. 12. lib. 1.* Soccin. Iun. *conſil. 52. num. 18. lib. 4.* verba propterea, quæ communia exiſtunt, & in quotidiano ipſorum vſu verſantur, vbi fuerint in contractibus adiecta, contrahentium præter voluntatẽ conſcripta intelliguntur; quo actũ, qui geritur, in caſu, alium reddant, & diuerſam in ſpeciem tranſducãt. Couar. affert *in rubric. de teſtament. in 2. parte num. 14.* & Riminald. Iunior *conſil. 110.*
num.

Digitized by Google

A *num. 57.* Monitos etiam Mantica *loco ſupra citato num. 12.* nos vult, vt ſolertèr aduertamus, quòd verba vulgari forma, ex contrahentibus prolata, & latino idiomate ſcriptis commiſſa, communem haudquaquam ſecundùm loquendi vſum; ſed iuris ex interpretatione intelligi oportet: Notarius namque verba intelligitur ſcripſiſſe, quę ipſorum exprimant contrahentium ſen- B ſum, vt teſtatoris docet de verbis Bart. *in l. ſi quis filiabus num. 3. & 4. ff. de teſtamen. tutel.* Decian. *conſ. 21. num. 31. lib. 2.* Decius *conſil. 258. num. 2. & 6.* Enimuerò, ſi de alia contrahentium mente quidquam veniat certum, nullo verborum vis attenditur modo, nec etiam communis loquendi vſus; verborum quoniam vigor non adeò valet velari, vt melior ſenſus extet. Mantica C *loco citato num. 13.* Tali iuſſa dantur Notarijs ex cauſa *in Pragmat. Regn. de officio Notarior.* quòd priùs contrahentium conſtare cognitionem perſonarum decet, vel ipſius ex Notarij cognitione, vel duos per teſtes, qui digni fide, cum nomine, & cognomine, qui contrahentes noſcant, & de tali quidem cognitione, per tales habita, fieri conuenit mentionem. Muta ibidem *num. 56.* quòd D ſi aliquo audeant caſu, contrahentem quemquam, ſiue teſtem pro præſente, cum re vera non interſit, ponere in inſtrumento, falſi excipere pœnam compelluntur: vt ſcriptum fuit ex Farinac. *tract. de falſis quæſt. 154. num. 105.* illorum ea de re intelligere mentem coguntur, qui actum gerant, & poſtmodum ſcriptis tradant: quæ fermè ſcripta, cum contrahentes, & teſtes ſint E præſentes, legant, ac recenſeant, necnon faciant interrogationem, an ita contraxerint, vel addere quidquam vel ſubtrahere optent, ex illis, quæ explicantur; ex eo quia poſtquam ſtipulatus fuerit actus, addere nil, aut detrahere Notarijs eſt permiſſum, cum alter inuitus contrahens exiſtat. Tholoſ. *ſyntag. iuris parte 3. lib. 47. cap. 42. ſub num. 42.* Partium tamen ex voluntate clauſulas poteſt illas Notarius addere in inſtrumento, quæ ſint relictæ. F Farinac. *deciſ. 324. num. 4.* Decius *conſil. 450. num. 2.* Ruinus *conſil. 15. num. 24. lib. 2.* & reliqui apud eumdem Farinac. *loco citato.*

Sed Notarijs minimè conceſſum, vt eſt diſpoſitio *Pragmat. 5. de officio Notar.* exculpatorios palatinis in criminalibus cauſis, vel inculpatorios conſtruere actus, nec aliqua in ciuilibus forma recipere teſtes valent; G ad ipſam quoniam hoc non ſpectat: tantummodò tamen permiſſum ipſis, litis ceſſionis facere actus, tàm ſi de ciuilibus, quàm de criminalibus agatur; & circa æſtimatorum relationem contractus virtute, qui ſuis fuerit in actis conſtructus, vt ſcripſit Muta *in dicta Pragmatica titul. 23. n. 53.*

Prohibitum autem Notarijs extat, quòd illis velint in quæſtionibus patrocinium præſtare, H quæ publicis ortum habeant ex actis, vt ſcriptum reliquit Muta *in cap. 271.* Regis Alphonſi: ratio affertur *in dicto cap.* Ad effectum, vt bonos apud viros, graueſque, illorum fides actorum, iudiciumque etiam ſuſpectum minimè reddatur.

QVOMODO GERERE SE CIRCA *officium Notarius debet?* I

Cap. 3.

MAgnam adhibere Notarius diligentiam circa illa curet, quæ proprium ſpectant ad munus; ipſum propterea certum eſt, in obligatione haberi, vt non ſolùm protocollum, matricem verùm etiam ſeruet, ſeu baſtardellum: K quemadmodum voluit Farin. *de falſis, & ſimulat. quæſt. 154 p. 3. nu. 30.* Talitèr vt, nec partium etiam ex conſenſu abreuiaturam poſſit, illam nimirùm notam, qua celebratum fuerit inſtrumentum, ſub prætextu lacerare, quòd partes receſſerint ex contractu, ex eo quia, vbi auſus fuerit lacerare, falſi adſtringitur punitionem ſubire, per illa,

quæ

A quæ tradidit ſcriptis. Lanfranc. *in cap. quoniam contra rubr. de inſtrument. product.* ductus è Farinac. *loco ſup.cit.n.*32. Demas, ſi contraria circa hoc veniret Notariorum conſuetudo, quæ ipſum excuſatione redderet dignum. Sforza Oddus *conſil.*78. *num.* 9. *&* 22. Surdus *conſil.*173. *num.* 86. Cuiuſmodi fermè conſuetudinem inſpicere oportet, non ſolùm circa locum, in quo fuerit celebratum, illius verùm etiam Notarij,
B qui ſit ſtipulatus, vt explicauit Farinac. *loco ſupra citato num.* 34. Quòd ſi talis forſitan aliquo baſtardellus in caſu fuerit ex Notario amiſſus, illam probari amiſſionem oportet, ad hoc, vt per ſtatutam à ſe arceat pœnam. Bald. in *rubric. de fide inſtrument. num.* 8. Farin. *num.* 35. Quòd ſi fortè baſtardelli ex parte exhibitio petatur, ipſam denegare haudequidem poteſt; vt eſt in placi-
C tis Curtij Senen. *conſ.*66. *num.* 18. Maſcard. *concluſ.*740. *num.* 33. Grauat. *conſ.ciuil.*66. *num.* 16. ita vt talem aduerſus Notarium, qui exhibitionem facere recuſet, deueniri ad torturæ flagellum poſſe, voluerint DD. apud Farin. *loco cit. n.*44. excipias, ſi Notarius ſolitus minimè eſſet, illum conſeruare. Farinac. *n.*46.

D Obſeruari etiam ex Notario ſcimus, vt in teſtamentorum conſtructione vulgato illa ſcribant ſermone, de verbo ad verbum, quod ad inſtitutiones attinet, vel ſubſtitutiones, vt aduertitur ex Alexand. *conſ.*21. *col.*6. *vol.* 1. Bartolus in *l. ſi quis filiabus*, *C. de teſtamen. tutel.* teſtamenti quoniam verba certa debent haberi. Muta *in cap. Reg. Alphonſi* 272. *ſub num.* 3. per Text. *in l. in ys*, *ff. de condit. & demon.* qui monitum reddere
E teſtatorem compelluntur, ne aſcendentes prætereat, vel deſcendentes, vt aliquid illis inſtitutionis titulo relinquat, inualidum ne dici teſtamentum poſſit. Muta *l. co ſup.cit.n.*6.

Solertèr etiam curare Notarios decet, ne in pitacijs acta remaneant; ſed illa, poſtquam fuerint celebrata, extendere, & committere regiſtris incumbit. Muta *in Pragm. Regni, de officio Notarior. titul.*24. *tom.* 1. *num.* 10. & hoc menſis F
infra ſpatium agere compelluntur, qui ad ſex prorogatus fuit terminus menſes ex Excellen. Ioann. de Vega ſtatuto: excipias, ſi legitima impedimentum poſuerit cauſa: ſed, ſi ex negligentia hoc agere neglexerit, integri per curſũ anni ſuſpenſus ab officij exercitatione erit, & nulla quidem hoc per ſpatium ad officia ipſis concedetur concurſus, vt G
ex *cap.*265. *Regis Alphonſi* eſt præfixum: Quòd ſi aliquo accidat in caſu, contractus breui forma regiſtratos, vbi copiam neceſſe erit publica in copia dari, negotiam poſtulat, vt per extenſum iterum regiſtrentur: & quo euentu ſint in breui regiſtrati, decet fieri mentionem, qua fuerint in parte extenſè regiſtrati quemadmodum cõſtitutio habetur per *cap.*23. eiuſdem Alphonſi. Sed ſi actorum ſit Notarius conſeruator, & ab ipſo poſcatur, vt contractum ex prædeceſſoris opera cõfectum extendat, nulla fermè id agere ratione valet, ſi curiæ abſit facultas; quæ ſi detur, conſimiles iuxta contractus, qui pari fuerint in materia ex anteceſſore extenſi, conficere id permiſſum ex Alphonſi Regis *cap.*268. diſpoſitione. H

Maximo atenim ſtudio diligenti cõuenit Notario curare, ne magni apoſtillam præiudicij, ſuſpectoque in loco, alicuius nimirùm in margine cõtractus apponat; ex apoſtillis namque, ſiue additionibus, cuiuſque præcipuè vbi in margine contractus extent, compræhẽdimus falſitatem, vt ſcriptum fuit per Frãc. Marc. *dec.*702.*n.*1.*& dec.*243. *n.*4. *par.*4. Alb. *conſ.*265.*nu.*19. Maſcard. *de probat.concl.*740. Anchar. *conſ.*173. *nu.* 1. I
quòd & eo maiorem continet efficaciã, diuerſo vbi ſint appoſitæ atramento. K
Ruinus *conſ.*68. *num.* 5. Menoch. *conſil.* 199.*n.*8.*lib.*2. quod idem vigorem circa cãcellationem dicimus retinere, quæ ſit in inſtrumento reperta, ex illa namque falſitas affirmatur, præſumi, nec aliqua deuenire tali è ſcriptura, tanquam ſuſpecta, fides. *cap. inter dilectos.*

§. in-

A *§.inſtrumen. extra,de fide inſtr.*Menoch.
*de præſum. lib.5.præſum.*20. *n.*10.illo niſi
in inſtrumenti loco fuerit reperta, qui
ſuſpectus minimè ſit. Anchar.*conſ.*173.
*n.*1. Bartol.*in l.fin. num.*3. *C.de edit.Di-*
ui Adrian.tollen. Spatium etiam in notis
non dimittat,ſi pœnam falſi euitari No-
tarius cupit, vt præcipitur in ordinatio-
nibus Ioannis de Vega. Sed ſi paruum,
intactumque chartæ ſpatium cum pun-
B ctis Notarius relinquat, ſignum dat,ſuā
haberi voluntatem,vt quidquam addat,
quod fortè deficiens ſit; & ſic ex ad-
uerſo nihil ſpatij relinquens coniecturā
præbet, nihil addi oportere. Gratianus
*diſcept.for.cap.*392. *n.*23.

Aduertat atenim ſecūdò, ne proprijs
reperiatur in ſcriptis litura, huiuſmodi
quoniam abraſio ipſius contra Notarij
authoritatem, arguit falſum, & illi hac
C de cauſa ſcripturæ, velut, quæ ſuſpecta
extet, fidem aufert, vt ſcriptum fuit ex
Farinac. *dict.tract.de falſis quæ.*153. *p.*4.
per Text. *in dict. cap.inter dilectos*, *§. in-*
ſtrumentum,de fide inſtrumentor. Maſcar.
*de probat.concl.*1254. Specul.*in tit.de fide*
inſtrum. *§.poſtremo,n.*9. Exigua licet il-
la ſit, vnamque abſtulerit ſyllabā, pau-
caſque abſumpſerit literas, cuius mu-
tatione ſenſus appareat ſubſtantiali in
D parte, ſuſpectoque loco ablatus. Me-
noch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 20.
num. 10. Viuius *deciſ.*81. *num.*4.Maſcar.
loc.cit.n. 10. Demas,huius ſi abraſio ge-
neris, ſiue interlineatio confecti tempo-
re inſtrumenti ſit habita,cū partes præ-
ſtiterint conſenſum. Farin. *d.quæſt.*153.
*p.*5.*n.*101.

Nec aliquo permittant,tertiò,modo;
quòd ſua characteris diuerſitas reperia-
E tur in ſcriptura:falſitatem vbi à ſe auer-
tere optant. Decian. *conſ.*99.*lib.*2. Ma-
ſcard. *concluſ.*740. *n.* 11. & alij apud
Farinac. *d.quæſt.*153.*p.*6. *n.* 113. plures
quo aduehit in loco limitationes;& pri-
mò, ni manus diuerſitas fuerit ex ca-
lami varietate, vel atramenti,dilapſa.
Deindè ſi propter ſtatus mutationem
ipſius Notarij deueneriti:ſi Notarius ter-
tiò inſtrumentum affirmaret, multorum
è manibus exaratum, ſi in contrarium, F
quartò,alia interueniant adminicula; &
quo tandem in caſu; ab alio, quàm ex
Notario,fuerit conſcriptum, cum ipſius
tamen occurrat mandatum, & ex eo ſit
ſubſcriptionem ſortitum, nec non pu-
blicationem, aliena ſcripturam appro-
bans,manu confectam.

Caueat etiam quartò, ne ſua,contra-
rietas, & repugnantia in ſcriptura re-
ſpiciatur, vnum vt pariter inter, aliud- G
que inſtrumentum, ex eo quia ſi tales
fortè reperiantur inibi diuerſitates, ar-
gui indè de falſo valet. Nacta *conſ.*245.
*num.*5. *lib.*2 Menoch. *conſ.*199. *nu.*16.
& arbitr.caſu 187. *n.*43.*lib.*2.Farin.*dict.*
*quæſt.*153.*p.*7.*n.* 121. qui *in n.*129.affir-
mat, quòd ſi ex matrice, ſeu venimecū,
protocollum diſcordans ſit, recurrere
ipſam ad matricem opus eſt, cui ſtare
neceſſe eſt: allegat Curtium Senenſ. H
*conſ.*55. *n.*24.

Aduertere Notarius quintò debet,
ne aliquòd dare inſtrumentum ſub præ-
textu recuſet; quòd neutiquam circa
illud fuerit rogatus, cum re vera id
confeciſſe certum ſit, ex eo quia, vbi
claret, eo ipſum fuiſſe de inſtrumento
rogatum, quod neget præbere, nullo
falſi punitionem euitare poterit modo,
omniaque parti reſarcire adſtringitur I
damna. DD. penès Farin.*quæ.*154.*p.*1.
*num.*1. *&* 2. Compelli propterea valet
ad protocolla, baſtardellum,aliaſq; ſuas
ſcripturas oſtendendum; ad effectum,
vt recognoſci optimè poſſit, an tale
ſcriptum fuerit inſtrumentum, quod ab
ipſo quæratur. Baiard.ad Clar.*§.falſum*
*num.*168.*&* 170. Farinac.*loc.cit. num.*4.
Demas tamen, ſi Notarius, qui neget
inſtrumentum dare, ſenex habeatur, K
quoniam velut talis immemor ipſe
præſumitur, vel etiam benè, quando
de ſe ſentiret, & optimas præſeferret
qualitates; aut ſi alicui id parti,non au-
tem omnibus neget.

Incumbant Notarij ſextò, ne illici-
tos conficiat contractus; quoniam vbi
hoc agere ſint auſi, periurij incidunt in
pœnam, alio quèmadmodum explica-

Digitized by Google

A uimus loco, & infamiæ, ac priuationis ab officio punitionem ſubibunt. Farin. *dicta quæſt.*154.*par.*2.*num.*16. Excipias, ſi talem illicitum haberi contractum minimè Notarius cognoſcat: Bertazol. *conſil.*188.*num.* 7. *& conſ.* 189. *num.* 1. nonnulli tamen penès Farina. DD. nullam aſſerũt excuſationem, tali ex ignorantia, Notario concedi.

Fugiat ſeptimò affirmare, ſuo pecuniã B in aſpectu numeratam fuiſſe, ac ponderatam, cum re verà nullum horum euenisse certum ſit, ex eo quia vbi hoc aſſerat, falſi excipiet pœnam DD. penès Farinac. *quæſt.*154. *p.*4. *num.*25, in ſacculo, & ſi eius fuiſſet ante oculos conſtituta, vt eſt ſententia Baldi *in rubr. de fide inſtrum. num.* 14. Farinac. *num.*14. Plures quo in loco ampliationes ducit, atque limitationes, ad hoc vt Notarij tueatur partes, quas ibi potes videre.

C Aduertat Notarius octauò, ne alicuius conficere audeat teſtamentum, qui ſenectute oppreſſus exiſtet, vel infirmitate, illiſque ſit maximè grauatus, & ſit ab animi iudicio alienus; vt conſilium dedit Roderic. Suarez *allegat.* 1. *num.*8. poſt Angelum *in l. quidam in ſuo.* vbi Bald. *col.*2. *de cond. inſtit.* Vnde iure optimo, hanc Notarius ob cauſam huius valet ſe à teſtamenti rogatione abſtine- D re. Gratian. *diſcep.*550.*n.*18.

Minimè verò Notario negligentiæ dicimus verti, in protocollis vbi, atque regiſtris cæteratas haudquaquam clauſulas extendat: hoc etenim illis eſt permiſſum Proregijs ex ordinationibus tẽpore regiminis Marci Anton. Columnæ præfixis anno 1584. ſub die vltimo Martij duodecimæ Ind. Hoc autem, vt maior Notario facilitas, negotijſque E expeditio præbeatur: huiuſmodi propterea clauſulæ ipſo ex Notario cæteratę pati extenſionem valent: illam iuxta declarationem, quæ dicto venit ex Prorege: Iudicis abſque eoquòd interueniat facultas, vt explicatur ibidem: quod ciuili congruum iuri eſt, vt traditur ſcriptis Bartolus *in l. argẽtarius n.*3. *ff. de edendo.* Abb. *in cap. Tabel. de fid. inſt.* & ibi Felin. *num.*11. Speculat. *in tit. de inſtrum. edit.* §. *oſtenſo. verſic. quid igitur ſi abreuiatura?* F æquali ſubſtantialia ratione extendi ex Notario valent; veriſimile namque habetur, ita ſenſiſſe contrahẽtes, nullam quia ſubſiſtentiam, abſque eoquòd ſubſtantialia interſint, contractus oſtendunt. Mantica *de tacit. lib.* 1. *titul.*12.

Rectè hac de cauſa in allatis præcipitur ordinationibus, huiuſmodi per partes fieri extenſionibus contradictio- G nes, minimè præponi oppoſitiones, aut alterari, niſi aliquid viſum fuerit contrahentibus diuerſum: vnde dictio *cætera* ad illa trahitur, quæ contractui naturalia exiſtunt, quemadmodum in cæterario includuntur. Oldr. *conſil.* 139. *num.*13. Specul. *in d. tit. de inſtrumen. edit.* §. *oſtenſio, verſic. quid ſi abreuiatura?*

Virtualitèr itaque omnia, quæ ſubiectæ de natura materiæ, H ſtylo, vel conſuetudine habentur, ſunt compræhẽſa. Crauett. *conſil.*512. Burſatic. *conſ.*150.*n.*85. Rota apud Pacificum *poſt tract. de ſalui interdict. deciſ.*137.*nu.*2. quo habetur in loco, quòd cuncta in ſe retinet, quæ cõſuetudinis ſecundùm formam in cæterario compræhenſa, ſolent ſequi, hac de re neutiquam fieri extenſionem decet, illa præter, quæ ſint in cæterario I contenta, quibus fermè omnibus in clauſulis declaratio interuenit expreſſionis. Roman. *conſ.*246.*n.*6. Tiraq. *de conſtit. p.*3. *n.*10. *limit.*31.

Sed etenim ne audeant, aduertendum eſt, monopolarum actis tradere pacta, cum vbi huiuſmodi conficere ſtipulationes præſumant, bonorum, ad pœnam infligitur publicatio. Decianus *lib.* 7. *cap.* 21. *in fine*, & è nobis in ſtatu Mercatorum K explicatum *in cap. de monopolijs à mercatore euitandis in fine.*

Nec prætercam, ipſis aurem vellere, ne feſtiuis diebus (in Diuorum decus Deique reuerentiam) contractus, inſtrumentaque ſcriptis exarent, cum tali prohibitum artificibus tempore ſit, ſeclusis laborare apothecis; demas tamen, ſi matrimoniales exarent contractus, teſtamen-

ſtamen-

A ſtamentaque vltimæ necnon volunta-tes, aut illa etiam inſtrumenta, quæ pietas ſuaſerit, quemadmodum habe-tur diſpoſitio in conſtitutione Ill. Ioan. de Vega Proregis *in cap.* 19. cum igitur nullum interueniat ſcandalum permiſ-ſum feſtiuis diebus Notarijs eſt contra-ctus conſtruere, vt æqualitèr neceſſita-tis impulſu ex DD, penès Dian. *tract.* 1. *miſcellan. reſol.* 34. *part.* 2. *fol.* 77. *& reſol.* 35. excuſatione dignos ipſos dicimus, B ſi feſtiuis tranſcribant acta diebus: id namque ſeruile neutiquam opus ap-pellatur, etiamſi diſcendi ergò, ſed ſine proprio profectu efficiatur, talis quo-niam actio, mentalis, ſpiritualiſque nuncupatur, ſæpe accidens ad illam F ſe habet, quòd hac, vel illa fiat inten-tione ex operante.

¶ Neceſſe tandem è ſupradictis extat conſtitutionibus *cap.* 19. *in fine.* Notarijs, vt cuiuslibet anni in regiſtri fine ſignū, ſuamq; apponant ſubſcriptionem, quē-admodum eo adnotatur loco: hoc verò ſignum poſtquam fuerit ex ipſis electū, nequaquam vlla ex occaſione valet im-mutari, abſque eo quòd falſitatis inter-ueniat nota, ſic videmus in Gloſa §. *ite lege Cornelia, inſtit. de publicis iudicijs*. & ſcripſit Giacca ad Clarum §. *falsū. verſ. Notarius autem. num.* 154.



A F

DE
B TELONARIORVM. G
SIVE
PVBLICANORVM
STATV.
C ET VECTIGALIBVS, SIVE GABELLIS. H

CVM ex Mercatoribus de-
beant, merces circa, ve-
ctigalium onera ſolui, fuere
Publicani conſtituti, qui
D homines ſunt, ad publi-
corum exactionem reddi-
tuum præfixi, tàm ſi immediatè pro Fi-
ſco id agant, quàm ſuũ ad lucrum; cum
illi tamen, ex quo conduxerint, aliquid
pro ſolutione dent: vt habetur in *l.* 1.
ff. de publican. & vectigal. vnde *in l.* 12.
ff. de verbor. & rerum ſignificat. ſic ha-
bemus: *Eum, qui vectigal populi Romani*
E *conductum habet, publicanum appellamus:*
nam publici appellatio in compluribus cau-
ſis ad Populum Romanum reſpicit: Ciuita-
tes enim loco priuatorum habentur.

Diſcrimen verò vectigal inter, ac tri-
butum, & cenſum fine, ac materia oc-
currit; illud namque de mercimonijs
ſoluitur, quæ negotiationis cauſa du-
cuntur, & ad murorum, pontium, alio-
rumque id generis publicorum operum
refectionem præbetur, & à vehendo
proprium excepit nomen; vt etiam
portorium ex portu apppellatur, eoquia
portitori certum eſt ſolui. Sotus *de iu-* I
ſtitia, & iure lib. 3. quæſt. 6. art. 7. col. 3.
Hac miniſtri de cauſa, qui hæc exigunt
vectigalia Publicani nominantur, vt in
toto tit. ff. de public. & vectig. Quem ex-
tendunt titulum publico ex nomine,
quod vectigal vocatur. *l.* 1. *S.* 1. *ff. eod.*
l. miles 34. *ff. ex quibus cauſ. maior.* Quẽ-
admodum, & à cane participant, pu-
blici eoquòd velut canes extant, cum
in Ciuitatum portis in tranſeuntes aſſi-
ſtunt: quare eo ipſo, quo publicanus k
quiſquam habetur, bonus haudequidẽ
reputatur: Franc. Luc. *tract. de Fiſco, &*
eius priuil. part. 4. num. 1. *&* 12. *tom.* 12.
fol. 15. Et peccatores inter recenſentur,
vt ſacris videmus in monumentis. Pu-
blicorum adde quòd latronum, & fa-
moſum ipſis inuritur nomen. Ferret.
tract. de gabell num. 216. Immenſa quo-

niam

A niam ratione ipſorum extendi temeri-
tatem, atque audaciam firmum eſt.
l. 12. ff. de public. & cùm non habeantur,
niſi exceſſiuè, ad latrocinia prompti, iu-
re quidem optimo angues dicti è Ra-
mirez fuere. §. 14. *num.* 18. *de lege Re-
gia*, ipſos quamuis vulgus nuncupet
mercatores, corporis quoniam ſangui-
nem abſorbere non erubeſcunt.

Huius ergo generis vectigalia, de
B quibus fit ſolutio, aliqua vbi de Ciui-
tate ad aliam res traducuntur, ad Re-
gem ſpectant, vel Fiſcum, aut Ciuita-
tem, ſi hoc fuerit ex Principe conceſ-
ſum, aut è vetuſta poſſideant conſuetu-
dine, cui ſtatuti vis adhæret, vt *in
cap. ſuper quibuſdam*, §. *præterea de verb.
ſignificat.* & notatur *in cap. nouamus, de
cenſibus*. Communi atenim de iure, vt
in C. de vectigal. Ambiguum nõ eſt, duas
C conuenire ex vectigalibus fiſco partes,
ac tertiam cuilibet Ciuitati partem, cu-
ius ſub territorio vectigalia exigantur:
vt *in l. fin. C. eodem.*

Nullius enimuerò ex poteſtate va-
lent vectigalia præfigi, proprio præter-
quam in Regno ex Rege, vt *in l. vecti-
gal. ff. de publican.* Vt illis etiam ex Ci-
uitatibus, quæ ſuperiorem haudequidẽ
recognoſcunt, quas Regibus non inæ-
quales appellamus, cuius eſt generis
D Reſpublica Venetiarum, ipſiſque adſi-
miles, dummodò tamen, quòd æqua
interuenire cauſa videatur: vt *in l. pri-
ma; C. noua vectigalia*: ſed etenim ſi
abſque eoquòd illa interſit, vectigalia
imponantur; lethale committi pecca-
tum, & æquitati aduerſum opus effici
certum eſt; vt expoſuit Innocent. in
*cap. innouamus, de cenſibus, cap. ſuper, de
verbor. ſignif.* Adde quòd, ſi iuſta inter-
E uenerit cauſa; ex qua gabellæ præfigã-
tur, ſed poſtmodum ceſſet, nullus etiã
vectigali vigor inhærebit: vt explicatũ
ex Afflicto *lib. 3. feudor. tit. quæ ſint re-
galia, in verbo vectigal, n. 3. in fine.*

Propria verumtamen ex Republica
omnimodè illa eiecit Plato, vt libera
interuenirent commercia, & ad exer-
cendam rerum copiam mercatores al-
licerentur; ex Nerone verò cuncta ſci- F
mus remiſſa, & cum monitionem è Se-
natu habuiſſet, Reipublicæ id ad detri-
mentum prolabi, cauit, negotiatorum
ne cenſibus adſcriberẽtur naues, neque
tributa pro illis adferrentur: vt eſt Taci-
ti relatum *lib. 13. Annal.*

Ante alios verò Iulium Cæſarem pe-
regrinarum portoria mercium inſtituiſ-
ſe firmum eſt: ita habemus è Suetonio
Trãquillo in Iulio Cæſare *cap. 32.* quod G
poſtmodum vſu obſeruatum ex Mar-
tiani reſponſo clarum fit. *in l. interdum
16. §. diui, de public. & vectig.*

Huiuſmodi itaque gabellæ illis exigi
è rebus ſolent, quæ (vt dixi) ad exer-
cendam negotiationem aduehuntur, cũ
nil obſtet, ſi quod habeatur impetratũ
ex Principe reſcriptum, ne illæ ſoluan-
tur: ſurreptitium namque reputatur,
vt venit Textus *in l. omnium rerum 6.* H
§. *hoc ideò*, & §. *ſi quis, C. de vectigal. &
commiſſ.* ibi: *Hoc ideò dicimus, quia non-
nulli priuatorum elicitas ſuffragio proferũt
ſanctiones, quibus vectigalia, vel cætera
huiuſmodi, quæ ferri fiſco moris eſt, ſibi aſ-
ſerant eſſe conceſſa, ſi quis ergo priuatorum
huiuſmodi reſcriptione nitatur, caſſa eadem
ſit*. Omnium quoniam circa perſonas,
quæ priuatam degunt vitam, publicis
debet in fũctionibus æqua inſpectio in- I
teruenire, nam, licet milites extent, ad
ſolutionem, ſi depræhendantur, cogi
debent. *l. 3. C. eodem.*

Nonnullas enimuerò intereſſe res,
quæ liberæ à portorijs habeantur, ne-
minem latet; cum aliquid nimirùm
proprium deferatur ad vſum, vel ſit pro
fiſco delatum: vt etiam nec aliqua ſol-
uuntur vectigalia forma, ſi res ipſi ne-
ceſſariæ fiſco deferantur, etiamſi vecti- K
galia in publicanorum poſſeſſione ha-
beantur. Afflict. *de feud. tit. quæ ſint re-
galia, in verbo vectigal, num. 60.* Vt
æquali forma, ſi qua exercendi ruris
ergò deſtinata deferantur. *L. vniuerſi 5.
C. eodem.* Reliqua verò, quæ prædictas
extra cauſas, & negotiationis cauſa ve-
huntur, ſolitæ extant præſtationi, ſiue
penſitationi ſubiecta. *d. l. vniuerſi, C. eod.*
Quam-

Digitized by Google

A Quamuis facta de illis emptio è fiſco
ſit, vel proprijs etiam de rebus ſint ex-
poſita negotiationi; priuilegio namque
minimè potiuntur, nullum eoquòd re-
tinet vigorem, & portoria ex ipſo præ-
ſtari neceſſe eſt. *l. locatio, §. ſi fiſcus, ff. de
publicanis*. Nec prætereas, quòd illis
neutiquam ſoluuntur pro rebus, quæ
exercitui comparantur, ex *l. locatio, §.
res. ff. de publicanis*, neque pro rebus,
B quæ neutiquam ſoluere præſcriptionem
habent, *dicta l. locatio, §. earum*: vt æqua-
litèr nec pro illis, quæ ad legatum ſpe-
ctant. *l. allegatam, ff. eodem*. & tandem
minimè pro rebus, quæ clericorum
ſunt: vt *in l. placet, C. de ſacroſanct.
Eccleſ.*

Illis autem ſolummodò fit vectiga-
lium ſolutio de rebus, circa quas ſolent
ipſa præſtari, non autem circa omnes,
vel alia quauis ratione, nec vltra quòd
C toleret conſuetudo. *l. ſi publicanus 4. §.
fin. & l. licitationes, §. earum rerum, ff. de
publican. & vectigal.* Sed etenim, vbi
Princeps, abſque eoquòd æqua inter-
ueniat cauſa, quodquam imponat ve-
ctigal, exactori, vel etiam publicano
ſine aliquo conſcientiæ ſcrupulo exa-
ctionem facere permiſſum eſt: ipſe nã-
que de cauſa eſſe curioſus indagator
D neutiquam debet, argum. *l. doli in fine,
ff. de nouat. l. quidam conſulebat, ff. de iud.*
Afflictus *de feud. lib. 3. tit. quæ ſint rega-
lia, in verbo vectigal num. 4.* Ex eo quia
licet dicatur, quòd nulla, de vectigali-
bus, æqua ſine cauſa impoſitis, fieri exa-
ctio debet, id tamen Principis reſpe-
ctu, non autem publicani obtinet lo-
cum; ad quem non ſpectat ſcire, an ex
cauſa, vel aduersè nouum impoſitum
fuerit vectigal. immò vſque cogitur
E præſumere, id æqua præfixum ratione,
ſi lateat cauſa; eoquòd vbi quidquam
per Regem efficitur, iudicatur iuſtum.
Afflict. *loco ſupra cit.* Tunc autem legiti-
mè dicitur impoſitum vectigal, vbi ex
illo præfigitur, cui facultas inhæret, aut
etiam Principis conceſſio præbet. Ro-
landus à Valle *conſil. 80. num. 47.
lib. 3.*

Illa verò noua dicimus vectigalia, F
quæ nullo fuerint tempore conſtituta,
vel cum ex cauſa impoſita ſint, quo ca-
ſu illa ceſſaret, fuerint ſublata, &c. de-
nuò illa veniente præfigantur, aut de-
nique quando antiquum, quod fuerat
vectigal, exigatur, ſed vltra quòd ſit
in aſſuetis: vt habetur Azorij doctrina
in ſumma. C. noua vectigalia vbi adducit
l. 2. & fin. tit. eodem, quo explicatur in
loco, quòd ſi Publicanus de gabella G
exactionem facit, vltra quòd ſolitum
ſit, perpetui punitionem exilij cogatur
ſubire.

Huiuſmodi etenim Publicani, vbi
neceſſitatis ſuperuenerit cauſa, ad faciē-
dam, antequàm tempus adueniat, pe-
cuniarum ſolutionem, valent pro Re-
gis ſeruitio compelli, vt habetur ſen-
tentia Baldi *in l. licet, C. de condict.* ex
lege, neque iniquum debet Publicanis H
videri, vt ad id adſtringantur; fiſcalis
quoniam debitor, valet, ſtatutũ priuſ-
quam occurrat tempus, ad ſolutionem
cogi; expreſsè eſt diſpoſitum *in dicta l.
licet*, qua teſtatur Baldus in parte hod
in dies, intempeſtiuas ob publicas ne-
ceſſitates, perpatrari. Afflictus *loco citato
num. 20.* Maſtrill. *de magiſtr. lib. 5. cap. 9.
num. 24.* quo ducit in loco Iaſon. *in l. in
diem, ff. de cond. indebit.* Vt æquali modo I
iterum rem locare ſequenti adſtringun-
tur pro anno, ſi maius in primo lucrum
è fructibus perceperint gabellæ, & ne-
mo interſit, qui futuro pro anno ſuſci-
pere vectigal velit. Afflictus *num. 6.* &
per Textum *in l. quotiens ferro, §. qui ma-
ximos, ff. de publicanis*. Demas tamen, ſi
ni publicani ex diligentia, vel etiam
aſtutia, præteriti fuiſſent anni curſu, in
augmentum gabellæ fructus ducti; vt K
aduertit Afflictus *loco citato*, & ob ſupra
dictam Publicanis prælatio dicitur con-
ceſſa, vt iterum in gabellam id deſumãt
munus, cum dare velint quantum po-
ſterior licitator, nouuſque offerat con-
ductor. *l. 2. & l. congruit, & l. final. C.
de locat. prædior. ciuil. lib. 11.* Afflictus
num. 58.

Addas etiam, quòd notatu dignum,
vt

A vt aduertit Afflictus *ſub num.* 52. Quòd fiſco neutiquam, vel gabellæ domino denegatur, vt quinquennij ſpatium infra agere illis valeat pro bonis, quæ in confiſcationem ob contrauentionem ſunt dilapſa; nam vbi id fuerit tranſactum via dicitur præcluſa, nè ampliùs circa hoc tractent, per Text. *in l.* 2. *C. de vectigal. commiſ.* Quòd ſi de rebus, circa quas haud ſolutum vectigal, fuerit confiſcatio facta, continens quoque

B dicitur confiſcatum: ſaccus nempè, vbi triticum reperiatur concluſum, vel cupa, in qua vinum habeatur, & hoc acceſſionis venit ratione, vt explicauit Afflictus *loco cit. n.* 65.

Nulla verò Publicanis actio præbetur, illum aduersùs, qui, cum nequaquam in Ciuitatis portis fecerit de vectigali ſolutionem, vbi id agere tene-

C tur, in Ciuitate cum mercibus reperiatur; probabilem quo in caſu allegari ex mercatore ignorantiam videmus; demas tamen, ni generale haberetur ſtatutum: vt ſcripſit Afflictus *loco ſupra citato num.* 68. qui *in num.* 96. affirmat, quòd ſi aliquo mercator in caſu, qui ſoluere tenetur gabellam, curat, vt ciuis, qui ad hoc minimè obligatur, aliquid, abſque eoquòd interſit ſolutio,

D emat, & ſibi poſtmodum tradat, ex publicanis deprædendatur, cum hoc in gabellæ fraudem fuerit effectum, rerum facere adſtringitur iacturam. allegat Bartolum *in l. prima, C. de nauib. non excuſan. lib.* 11. *in num.* verò 106. Huiuſmodi affert caſum: cuidam data fuit facultas, vt quaſdam extrahere poſſit res, abſque eoquòd ſolutio gabellæ afferatur; hic non ſtatim extraxit, illam

E per aliquorum ſpatium diſtulit dierum; poſtmodum id agit: publicani exigere gabellam volunt, licentiam hic affert; cuius in fauorem ratio habetur? Et reſponſum adducit Afflictus, quòd ſi ille, qui extrahendi obtinuit facultatem, per ſeptem ſpatium dierū ſit moratus, & poſtmodum fecerit extractionem, ſoluere vectigal tenetur: & ita explicat dixiſſe Bartol. *in l.* 1. *de executor. & exactor. lib.* 12. Adde quòd ſi quiſquam è

F gabellarum ſolutione immunis haberetur, neutiquam valet, cum inconſulti ſint publicani, rei facere extractionem, ſed illis compellitur oſtendere bona, ex co quia propria nequaquam poteſt ſibi dicere ius authoritate; ſed conſcium debet de hoc facere publicanum. Roland. à Valle *conſil.* 79. *num.* 90. *num.* 3. addens *in num.* 91. quòd aliqua licèt de re minimè facere quiſquam

G debeat ſolutionem, ſi eam tamen haud oſtendat, vel apodixam non obtineat ex publicanis, in fiſcum bona cadunt: allegat Bertoch. *tract. de gabell. in vltima parte quaſt.* 29. Et licet aliquo vectigal in caſu afferri circa frumentum debet, de farina vtique minimè dari oportet, quia cum mutata ſit forma, mutata etiam res debet reputari. *l. Iulianus*, §. *ſed & ſi quis, ff. ad exhiben.* Afflict. *n.* 115.

H Contraria tamē perſiſtere decet in opinione per ea, quæ ſcripta ſunt è Franc. Marco *deciſ.* 162. Boer. *dec.* 177. & cæteri penès Farinac. *fragm. crim. p.* 1. *litt. B. nu.* 47. Immunitas enimuerò de non facienda gabellarum ſolutione, de illis tantùm intelligitur data, quæ conceſſionis tempore habebantur conſtitutæ, non autem de illis, quæ poſt fuerint præfixæ. Afflict. *ſub num.* 118. qui affert

I Text. *in l. ſi ita, ff. de auro, & arg. leg. l. prima. C. vt nemini liceat excuſar. lib.* 10.

Reperitur attamen penès Nouar. *quaſt. forenſ.* 75. quod nullam ſuperueniens immunitas illis prębet è muneribus excuſationem, quæ iam impoſita extent, quemadmodum à ſimili haudequidem priuilegio ſuperaddito forum immutatur; vt ſcriptum ex Giurba *dec.*

K 23. Hac de cauſa immunitas illis conceſſa, qui duodecim grauantur liberis, nullum circa impoſita vigorem continebit vectigalia, ſed quoad illa, quæ debeant in futurum præfigi, vt illatum refert iudicium. Nouar. *ſub num.* 6. per Text. *in l.* §. *hac circa, ff. de iure immunitatis, & in l. ſemper*, §. *quoad munera, ff. de excuſatione munerum*, quo immunitas

A nitas loco nequaquam impoſita ad mu-
nera patitur extenſionem.

D E.

HIS, QVAE DEBENT PVBLICANI,

& Gabelloti euitare.

Cap. 1.

B
QVamuis pleraque habeantur, quæ
ſolerti coguntur ſtudio aufugere
publicani, vectigalium vbi, gabella-
rumue faciant exactionem; nonnulla ta-
men in medium proponam, quæ fre-
quentiori occurrunt vſu, & quidem
præ reliquis præcipuè aduertant, Eccle-
ſiaſticas ne perſonas illarum compellãt
ad ſolutionem: omni quoniam iure
C omnibus hæc exiſtũt ex oneribus exẽp-
tæ, atque excommunicationis in illos
infligitur poena, qui gabellam ex ipſis
expoſcere præſumant; quod etiam vim
retinet, etiamſi quidquam illæ ſpontè
dent: quoniam cum immunitatis priui-
legium ordini ſit conceſſum, & illi re-
nunciari minime poteſt: hac de re, quo
in caſu aliquid recipi vetitum, extat
prohibitum; etiam reputatur, vt neque
D valeant ab illis recipere, qui non coa-
ctè donent, ſolutionemque faciant, cum
certum ſit, nulla tali priuilegio forma
poſſe renunciationem inferri. Bartolus
in l. inuitus, §. fin. ff. de regul. iuris. Myn-
ſinger. *obſeru.* 741 *contur.* 2. Auendagn.
de exequend. mandat. cap. 2. Couarru. in
cap. quamuis part. 2. §. 3. *de pactis in* 6.
Demas tamen, ni publici haberi nego-
tiatores clerici videantur: vt ſcripſit
E Federicus de Senis *conſil.* 178. Adde
quòd, licet Clericos inter, atque gabel-
larum exactores, vel Ciuitatis Iuratos
fuiſſet, circa franchitias, exactio facta;
vt ſeſe pro patriæ auxilio contribuant;
& Pontificia non interueniat facultas;
nullam demonſtrabit vigorem: Cleri-
corum enimuerò in priuilegia conſue-
tudo nullam facit probationem, vel
opem affert: vt ſcripſit in terminis
Nouar. *quæſt.* 43. *forenſ. per totam*: vbi F
Latarenſe Concilium ſub Alexandro
Tertio, & Innocentio Tertio allegat
celebratum:

Inuigilent ſecundò, nè maius, quàm
æquum ſit, pretium pro gabellæ onere
ſuper mercibus conſtituto, ſibi deſu-
mant, ex eo quia perpetui nequaquam
punitionem exilij poterunt euitare, nec
Iudicis aufugient ex arbitrio flagellum.
l. fin. C. nouum vectigal. l. prima, §. *di-* G
xit. ff. de public. vectigal. commiſ. Marc.
deciſ. 421. *part.* 2. Quo explicauit in lo-
co, ex eo quia qui exactionem è ſcien-
tia faciat de gabella, præter quòd de-
bitum expoſcat, furtum perpatrari, at-
que dupli ad reſtitutionem adſtringi.
Baiard. ad Clarum §. *furtum. num.* 9.
Farinac. *de furtis. quæſt.* 163. *parte* 2.
n. 54. qui Angeli authoritate concuſ-
ſionis pænam, ac falſi in eos infligi opus H
eſſe affirmat, qui collectas circa, tribu-
taue, aut functiones fiſcales exactionem
facere, præterquam debitum exigat, non
erubeſcunt. per Text. *in l.* 1. *C. de exact.*
tribut. lib. 10. ac locum ſibi vendicabit
Text. *in l. fin. C. vectig. nouum inſtit. non*
poſſe. perpetui in qua èxilij pæna eſt cõ-
ſtituta. Menoch. *de arbit. caſu* 443.

Ad nos tertiò tranſmiſit Farin. *loc. ſu-*
pra cit. n. 55. Quòd aduertere publicani I
debent, ne gabellarum faciant exactio-
nem, nulla vbi ex Principe reperitur
præfixa; ex eo quia, licet hoc non fa-
ciant, ſed tantùm prætendant, quinqua-
ginta quoad auri libras excipient per
legem Iuliam de ambitu, punitionem;
ſed ſi exigant pænam legis Iuliæ de vi
publica, ſi hoc fieri accidat armorum
vi, ſed ſi non de vi priuata ſubibunt; vt
in 1. *caſu ex Tex. in l.* 1. *ff. ad leg. Iuliam* K
de ambitu, in ſecundo l. fin. ff. ad leg. Iul. de
vi priuata in num. verò 57. affirmat Fa-
rinac. quòd vbi faciat exactionem de
vectigali, caſu, quo id exigere minimè
debebat, aut in aſſuetis non erat hoc
agi, capitalis èrit reus punitionis: per
Text. *in l. vniuerſi in fine, C. de vectigal.*
Ferret. *in tract. de gabell. n.* 212. vbi aſſe-
rit, publicanos illicita exactionem fa-
cien-

Digitized by Google

A cientès forma, furti pœna; furtiuaque
actione teneri, ſi è ſcientia dicantur il-
licita exegiſſe; at ſi hoc ignorantèr per-
egorint, anni ſpatium infra ad dupli ſo-
lutionem tenentur: demas tamen ſi,
poſtquã anni elapſus curſus exactionis,
in ſimplum reſtitutionẽ faciãt; quòd ſi,
antequam ſententia illata, ſoluant, li-
beri euadent. Iodoch autem *in practica*
crimin. cap. 99. num. 1. explicat, illis; qui
B gabellam exigant ab immuni, & qui ad
faciendam ſolutionem nõ ſit obligatus;
capitis inſligendam eſſe punitionem; ve-
lut, qui publicæ ſunt violentiæ illatores.
per Tex. *in l. conuerſ. C. de vectig. com-*
miſ. Et eo maiorem obtinet illo vigorẽ
in Publicano, qui nõ ſemel, at multipli-
catas exegerit gabellam per vices; ex eo
quia ſi multum cõtinuarit per ſpatium,
capitalitèr dicimus puniri. *l. omnes in fin.*
C *C. de decurion. lib.* 11. Sed ſi exigendi re-
tineret poteſtatem, & per indebitam
hoc violentiam egit, ad quadrupli ſolu-
tionem compellitur. *d. l. per æquatores*,
at ſi abſque violẽtia hoc perpatrarit, ad
ſimpli reſtitutionem tenetur. per Text.
in l. licitatio, §. ſi Titio, ff. de publ. Menoch.
loco cit. n. 3. Si plurimi enimuerò, qui il-
licita exegerint ratione, publicani ha-
beantur, haudequidem dupli multipli-
D cari actio debet, ſed omnes inſimul id
præſtabunt partes, & quod præſtari ab
alio neutiquam valet, ex altero afferri
opus eſt. *l. ſi multi 6. ff. de public.*

Notum etiam publicanis extet, quòd
vbi aliqua per ſuos committatur famu-
los fraus in vectigalium exactione, ipſi
in obligatione ſunt. *l. quanta audacia, ff.*
de public. Demas ni famulus, qui fraudẽ
commiſerit, ex ipſis exhibeatur. Ferret.
E *de gabell. n.* 217. Nec prætereas, quòd
publicani hæredes pro rebus à defun-
cto ablatis ex ſe tenentur; locupletio-
res quoniam de eo, quòd ex ipſis per-
ueniat, facti ſunt. *l. ſi public. ff. de public.*

Aduertant quartò publicani, nè res,
aut etiam merces auferant ſub prætex-
tu, quòd in commiſſum inciderint, cum
id re vera non ſit, & licitè deferantur;
ex eo quia vbi hoc facere audeant, non
ſolùm quoad furtum punitionem exci- F
pient, raptorum verum etiam de bono-
rum vi tenentur. *l.* 1. §. 1. *& l hoc edict.*
vbi Bartol. *ff. de publ.* Farin. *loc. cit. nu.* 64.
qui voluit *in nu.* 4. quòd publicani, qui
iniquè faciant ex tranſeuntibus exactio-
nem, & hi, ob quam iniuſtè recipiunt
moleſtiam, nequaquam illud ampliùs
per territorium commigrent: omnia te-
nentur ad detrimenta, atque intereſſe,
quæ communitas perpetiatur, quoniam G
viatores non adeò illam tranſeunt per
viam, quemadmodum priùs faciebant:
Specul. adducit, & Firmanum, Ferretiũ,
Franciſcum Marcum, Baiardũ ad Clar.
in locis ibi allatis. Aduertant atenim Pu-
blicani, quòd bannimenta, quæ rerũ ve-
tant extractionem, proprium obtinent
vigorem, illos aduersùs, qui minimè li-
cet fuerint in extractionis actu depræ-
henſi, extiterint tamen per teſtes con- H
uicti, vt ſcriptum fuit ex DD. penès
Farin. *in fragm. crimin. p.* 1. *à num.* 54. &
DD. adducit, qui negatiuæ in tutamen
ſententiæ habẽtur: diſſerit etiam à *n.* 59.
An efficacia ſtatuto inſit, quo in caſu
prohibitam & ſi quiſquam ad extrahẽ-
dum rem aduehit, inuia tamen reperia-
tur? Pro qua materie ad ipſum recur-
ras, ſi negotium poſcit, vt pari forma
in tract. de furtis quæſt. 172. *p.* 1. *n.* 21. *cum*
ſeq. vbi reſolutionẽ caſus habes in *n.* 23. I
Neutiquam verò debet publicano ne-
gligẽtiæ verti, qui, cum videat aliquem,
abſque eoquòd vectigalis ſolutio effi-
ciatur, rem extraducere, minimè illum
admoneat, vt faciat de illo ſolutionem,
ſed permiſit extra territoriũ ire, ac poſt-
modum vna cum rebus illum capit, ac
pœnam expoſcit: ad hoc etenim ille ne-
quaquam tenetur, nec dicere extrahens K
valet. *Quare me gabellã nõ petebas, eoquòd*
libenti animo ſoluiſſem? l. fin. §. diui quoque.
vbi Caſtrenſ. *ff. eodem.*

Curent quintò Gabelloti, quorum in
votis eſt in vectigalium conductione
ſtatuto permanere tempore, vt termino
adueniente, faciant ſpontè ſolutionem:
ex eo quia ſi hoc agere prætermittunt,
non denegatur ſtatim ab ipſis gabellam

A auferre, vbi hoc placeat Principi, &
cõmunitati.*l. vectigal.* 10. *§. fin. ff. de publ.*

DE PVBLICANORVM LIBRIS.

Cap. 2.

CVM circa Publicanorum libros lu-
culenta reliquerit ſcripta Genua
in ſuo tract. de ſcript. priuata lib. 4. Tali de
B cauſa quædam ex illo placet enarrare,
qui Bartoli ex authoritate *in l. quædam,*
§. nummular. in fine, ff. de edendo. Illorum
è libris, qui ex publico, ad faciendam
vectigalium exactionem ſunt conſtituti,
omnimodam effici probationem, ſui etiã
in fauorem, ducit Angel. de Peruſio in
d. §. nummular. Maſcar. *de prob. concl.* 976.
n. 39. *& concl.* 837. *n.* 1. *cum ſequen.* Adde
quòd Decius *conſ.* 496. *ſub n.* 7. affirmat,
C quòd ſi quis in publicanorũ libris neu-
tiquam poſitus reperitur, probationem
facit, gabellam haudquaquam fuiſſe ſo-
lutam: quod etiam explicatum fuit ex
Bald. *in l. iuſtum, C. de edendo.* Quòd qui-
dem, ſcilicèt quòd aliquis minimè fe-
cerit ſolutionem, ex publicanorum li-
bris benè probatur, cum nempè ibi non
adſit ſolutio deſcripta. Crauet *conſ.* 905.
n. 6. Eoquòd, vbi neutiquam ſcripta in
libris ſolutio probatur; firmum non ſo-
D lutam gabellam fuiſſe, extat. Decius *di-*
cto conſ. 496. *n.* 8. Tuſc. *lit.* G. *concl.* 25. *n.* 2.
Afflict. *dec.* 400. *n.* 9. ductus è Genua *loco*
cit. ſub n. 3. ex quo ratio affertur in *n.* 5.
Exactoris quoniã perſonæ publica fuit
ex authoritate conſtituta, ac tali de cau-
ſa congruum eſt, vt ipſis adhibeatur
libris fides: maiorem adde quòd ipſi fi-
dem exigunt, quàm teſtes. Maſcard.
concl. 316. *ſub n.* 5. *&* 6. ex quibus (vt pla-
E cuit Genuæ) tertij in fauorem, aliũ ad-
uersùs probatio deſcendit, per ea, quæ
ſcriptis tradidit Ioſeph Ludou. *concl.* 29.
& Riminal. *conſ.* 52. *nu.* 102. *vol.* 1. Quæ
quidem circa illa tantùm retinent vigo-
rem, quæ publicanorum ſpectant ad of-
ficium, non autem quæ illud vltra exi-
ſtunt: vt ſcripſit Maſcard. *conclaſ.* 976. &
Surdus *deciſ.* 336. *n.* 4. vel etiam vim de-

monſtrare, vbi publicanum vltrà alius F
eſſet Notarius conſtitutus, ad quem
ſcribere, aut ſubſcribere pertineret;
quoniam ſi huiuſmodi non interſit No-
tarij ſcriptio, vel ſubſcriptio, nulla de-
bet exactorum libris fides præſtari: vt
æquali forma, nec ſibi vendicant locum
libri, vbi ex publico nequaquam præfi-
xus ſit publicanus. Genua *n.* 18.

Tenetur verumtamen publicanus ga-
bellarum promere libros, vbi partis pe- G
titio habeatur. Bertach. *de gabell. par.* 4.
quæſt. 3. *num.* 7. Bertaz. *conſ.* 97. *num.* 24.
Pacian. *de probat. cap.* 63. *num.* 95. Qua
de cauſa quæſtionem propoſitam penès
Theſaur. videmus *deciſ.* 171. An publi-
canus nimirum, qui ſuarum libros ra-
tionum lacerauit, aut etiam flammis
tradidit ad cremandum, ordinaria falſi
pœna debeat puniri? Et illius verſati in
diſcuſſione voluit, cum nonnullos per- H
aptè diſtingueret caſus: & quidẽ quòd,
vel, huiuſmodi libris priuatæ nomen
ſcripturæ præbetur, vel ex aduerſo; ſi
primũ, quod ſcilicèt illi ad ſolum ſcri-
bentis emolumentum ſpectent, & abſ-
que quibus ſuum poſſit officium exer-
cere, vel aliquod percipere damnum,
nulla falſitatem forma, vel illicitam di-
cimus rem commiſſam, vel etiam do-
lum; eoquòd cum propriam circa rem I
tractetur, cum huiuſmodi quoniam la-
ceratio, tum etiam quòd, cum minimè
alicui afferat detrimentum, punitiones
digna non reputatur. Adde quòd talis
vbi ſcriptura priuata adeò ſe haberet,
vt indè poſſet ſuum tertius cõſequi ius,
& illorum ob lacerationem damnum
perpetiatur, vel intereſſe: & eò quidem
in caſu in ſententia Theſauri extat, aliã
fieri opus eſſe diſtinctionem, affirmans, K
quòd nimirùm, vel falſitas in ipſa com-
miſſa fuit ſcriptura; exemplum addu-
cens, quòd quiſquam in rationum li-
bro falſas eo ponat animo res, vt alteri
aduehat nocumentum; ac tunc perpa-
tratam affirmauit, falſitatem eſſe, atque
illum, qui commiſit, falſi in pœnam pro-
lapſum; quoniam nil attinet, priuatæue,
an publica adſit ſcriptura, cùm potiùs
animo

Digitized by Google

A animo attendi opus ſit. Moderatam verumtamen punitionem ipſi decet inffigi, quoniam id accidit in priuata; aut, quamuis fuerit falſitas commiſſa, non tamen in ipſa fuit ſcriptura, ſed in laceratione, librive combuſtione; & tali dicendum eſt in caſu, illum haudequidem in falſi pœnam incurriſſe, cũ haud dici rigoroſè poſſit falſitas facta: tunc namque veram dixit falſitatem haberi, B quando id in ſcriptura ponamus, quod falſum extat; vtpotè quod hic ſui debitor ſit, cum falſum omnimodè exiſtat, vel maiorem ponat ſummam, quàm debeat afferri: ſolùm tamen ad intereſſe tenetur, quod pars ex actione in factũ, vbi acceſſit dolus, prætendat.

Vel ſecundũ, quòd publica ſcilicèt exiſtat ſcriptura, & eo ipſi placuit in caſu, quòd falſitas committatur; tàm ſi C quidquam adſit falſi in ſcriptura, quàm ſi lacerati libri fuerint, aut etiam combuſti: cum dolus tamen, maluſque interueniat affectus, extraordinariam vndè punitionem ſubibit, & reſarcire dãnum parti tenetur.

Sed etenim cuius generis hi verè ſint libri? priuatam illos reputauit ſcripturam Theſaurus, cum ad priuatum, Gabelloti commodum, fauorèmque pro D prium, circa quæ pertinent ad munus, concernant. Hac de cauſa velut in illis, qui in priuatis habentur, nulla dicitur falſitas commiſſa ad libitum, eoquòd ſuo publicani pro intereſſe adſtringuntur, illiuſque memoria id agere, tali de re vltimò cõcludit nequaquam ex ipſis committi falſitatem: huiuſmodi vbi libri flammis tradantur, aut in fruſta redigantur; ſed ſi aliquod aduersùs quẽ E quam damnum afferrent, Theſauro placuit, quòd comburens, aut etiam lacerans ad intereſſe tenetur. Atenim ſi publicum vniuerſitati, vel principi damnum conſurgat, eo caſu, cùm dolus interſit, Iudicis debet arbitrio puniri; vt F voluit Theſaurus ſub n. 6. & vltra perpeſſum intereſſe, vt, de alicuius pecuniarum ſummæ faciat ſolutionem, cõpellatur, non autem de falſo reus extet, ex eo quia talem fecerit lacerationem, combuſtionemue, intereſſe autem ex iuramento debet in litem terminari, vel G quemadmodum in Iudicis placitis habetur. Theſaur. *loco cit. ſub n.* 4.

Inuigilare atenim oportet, hos circa publicanos, arrendatarioſue, aut ſimiles, quòd, cùm aduerſam non raro incidant in ſortem, & proprijs quamplurima in libris adnotent, ſchedulisq; ex quibus multos ſibi conſtituunt debitores, vel ſuis participes in gabellis, ſi alia clarum ſit ratione, quòd tales, vel H participes, aut caratarij habeantur, valent illi directa conueniri forma: quemadmodum ſi principalem contra arrendatorem procederetur, vt libuit Angel. *in l. 1. ff. de loco publici fruendi*. Sed etenim ſi nil aliud, priuata præterquam nota, eiuſdem Arrendatoris occurrit, eoquidẽ in caſu iure lex reſiſtit, nullo namque modo fidem illi conuenit præſtari, qui proprio inſiſtit emolumento, præcipuè I vbi in neceſſitate habetur, aut egeſtate conſtitutus, vt Textus venit diſpoſitio *in l. fin. C. de conuenien. fiſci debit. lib* 10. Iniquum atenim extat, quòd priuatæ credatur ſcripturę, in qua quiſquam valet affirmare, ſuum hunc exiſtere debitorem, ac in arrendamento participem, vt minoris faciat pretij ſolutionẽ. *l. exemplo, C. de probat.* Aponte *de pot. Pro-regis, tit. de regal. impoſit. §. 8. n.* 25. K

A F

B DE PERCEPTORVM STATV. G

C Qvas exigunt publicani ex impoſitis pecunias vectigalibus, illas tenẽtur Perceptoribus ad requiſitũ præbere, ex quibus poſtmodũ facta, vbi exactio fit, Regiam duci ad D Theſaureriam oportet, vt Theſaurarij explicatum in ſtatu: ea de re ipſi huic materiam ſtatui præbebunt; hoc autem in Fideliſſimo Triquetræ Regno tres Catholica ex Maieſtate Hiſpaniarum Regis Perceptores fuiſſe conſtitutos certum eſt, ſingulos ſcilicet pro Valle, ac tali modo vnus in Mazariæ Valle, alius in Noti Valle, vltimus in Demonis habetur, & ipſorũ cuilibet 400. E ſupra 80. vnciarum ad ſummam præfixum: vt extat in 10. *Pragmat. tit.*§.27. *tom.*2. vbi. *Item ordenamos, que cadaun Percettor tenga por ſu ſtipendio en cadaun año mil, e ducentos eſcudos pagados por ſus tercios por la Teſoreria, del qual ſtipendio hayane de pagar ſus oficiales, ys qualquiere otro, que ſara neceſſario azerſe por effettuarlo, que en eſta eſtrucion ſe contiene, y no les ſea licito tomar derecho, ni emolumento alguno.* H

Ampla enimuerò huiuſmodi Perceptoribus facultas præbetur, ad pecuniarum exactionem, vt collectores, publicanos, eorumque fideiuſſiones, ac Iuratos, & quemcumque alium Regiæ debitorem Curiæ, cogant, vt diſpoſitio habetur *in dicta pragm. vnica*, §.3. & 16. Id quod etiam inferiorum contra ſuſceptorum electores vim habet: per I Text. *in l. iuxta* 2. *C. de ſuſceptorib. lib.* 10. cum certi ſint, quoſcumque nominauerint, omnia, quæ à nominatis geruntur, ad diſcrimen ſuum redundare *l. exactores* 8. *C. eodem.* Duos propterea ſibi algozirios aſſumunt, qui pro carceratione, excarceratione, ac etiam expignoratione, atque bonorum diſtractione pedagiorum accipere ſolutionẽ non poſſunt, vt in §.23. *in d. prag. vnica.* K legimus conceſſum, & illos præter, ſuos etiam deligunt delegatos, quos in partes mittant, ad hoc, vt de pecunijs Regiæ debitis Curiæ faciant exactionem; iuxtà quod Textus diſponit *in l. miſſi opinatores* 7. *C. de exactor. tribut. lib.* 10. exactiones etenim fieri curant inferiores aduersùs receptores prouinciarum,

repar-

A repattimentorumue ſuorum,ſeu Vallis, ex Text. *in l. fin. C. de execut.& exactor. lib.12.* His autem Delegatis, ſeu Commiſſarijs neutiquam dictas Iurati Vniuerſitatis de pecunijs ſoluere cogũtur; nec aliquo debent permittere modo,vt illę, à Gabellotis,ſiue debitoribus Vniuerſitatis exigantur: Adde quòd ſi ipſi aliquos aduersùs procedere auſi ſint, vt ſuarum conſequutionem faciant dictarum, B in carceres valent ex Iuratis detrudi, ſuper quo poſſunt informationes capi, quæ vbi confectæ, ad Regij Tribunal Patrimonij tranſmittuntur, vt in *pragm.* 15. extat *tit.20. parte 1. de offic. Commiſ.& Algozir.* Haudquaquam verò Perceptorum permittitur Cõmiſſarijs, vt de aliquo faciant exactionem;ſed intimare tantùm ad hoc agẽdum tempus, valent,quo ſpatio elapſo capere quem-C quam conceſſum eſt, exequi, & carceri intrudere, vt eſt Tex. *in l.2.C.de cau. largit.lib.*10.quibus etiam exequutio in bonis minimè denegatur; etiamſi communia exiſtant,quæ venalia poſſunt exponere, non autem alijs, quæ debitoris non eſſent: fiſcus verumtamen totius è priuilegio facere venditionem poteſt, commodam licèt toleraret diuiſionem; cum congruam poſtmodum portionẽ, D quam debet, rei ſocio, vel conſorti pecuniarum medio ſoluat: ex regula Tex. *in l.1.C.de vendit.rer.fiſcal.* vbi Gloſa,& ſcribentes *lib.*10.

Neceſſarium atenim Perceptoribus dicitur, vt, antequam faciat Commiſſariorum deſtinationem, ſignificatorias curent in partes tranſmitti; Vniuerſitatibuſque, ac per eas Iuratis denotari,vt debiti faciant ſolutionem: vt eſt Text. E *in l.2.C.de indit.lib.*11.Sed vt huiuſmodi Commiſſariorum deſtinatio euitetur, præfixum etiam ante tempus ſolutionẽ tenentur ab Vniuerſitatibus Perceptores recipere, vt habetur Text.*in l. 1. C. de ſuſcept.lib.*10.

Omni etiam debent Perceptores,qua decet, ſedulitate, curare, vt ipſi, proprijque officiales, facili expeditionem negotio cunctis afferant, qui eorum in Curia verſantur, circa quæ Regiam F pertinent ad Curiam:vt *in d.pragm.vnica* §.25. continetur; vt diſpoſitio habetur *in l.1.C.de ſuſcept.lib.*10. quo habetur in loco,publicis incumbere ſuſceptoribus, vt vlla ſine mora ſolutionem à debitoribus capiant;iſtam ne quiſquam per occaſionem ſumptus facere compellatur; demas tamen, ſi aliqua iuſta interueniat cauſa,vt aduertitur ex Gloſ. *in d.l.1.in verbo contemptus.* per Text.in G *l.ſolutores,& l.creditor oblatũ,ff.de ſolutio.*

Neceſſarium etiam Perceptoribus eſt inuigilare, vt Publicanorum nomina,Collectorũue,ipſorumq;fideiuſſorũ, ac etiam Iuratorum notẽtur,ſub quibus fieri locationes debebunt, & pecuniarũ ſolutio afferenda, vt cogere illos ſciant. *d.prag.vnica.* §.3. Non ſolùm namque ipſos, caratarios verùm etiam, etſi Curiæ in beneficium haudquaquam obligatos, compellunt:ex Angeli doctrina H *in l.1.ff.de locat.publ.fruend.* Ipſorum adde quòd arrendatariorum,vel quorumcumque aliorum fiſci debitorum cõtra debitores procedant; quo minimè dubitatur in caſu,illos tales eſſe. Rouit. *in prag.*38.*n.*2.Sed ſi obſcuritas interſit,an huiuſmodi debitorum, fiſci, arrendatariorumue debitores extent, tunc fermè Rouitus affirmat, ordinaria,nõ ſummaria verò via procedi oportere; per Bart. I doctrinam *in l.facultas, C.de iure fiſci.lib.* 10.& *l.1.C.de conuenien.fiſci deb. lib.*10. Aduertere tamen Perceptoribus opus eſt,quòd nullo negligant modo, de debitis facere exactionem, cum præſenti recipiãt ſolutiones pro anni curſu,tráſacta neutiquam debita exigendo; ex eo quia,quo vniuerſitates in caſu,tres continuatè per annos fecerint ſolutionem, haud fermè aliquã perpeti moleſtiam k illis poſſunt pro debitis, quæ fuerint præcedentia;præſumptio enim habetur, ipſos ſoluiſſe, quoniam,cum neutiquam permiſſum Perceptoribus ſit, dilationes alicui velle conceſſas, vel fidem habere; allatam propterea verè, ac realitèr præſumitur ſolutionem: iuxta Text. *in l.quicumque.C.de apoc.public.lib.*10. benè

tamen,

A tamen, quod aduertitur ex Ioann.Fran.
à Ponte *de poteſt.Proreg.tit.*4. §.2. *de re-*
*gal.impoſit.n.*4. haudquaquam ſufficiens
haberi, vt tribus ſemel pro annis ſit ſo-
lutio facta, ſed continuatam requiri ſo-
lutionem author. Bald.*in d.l.quicumque.*
Affirmat verò in Regia Neapolitana
Camera deciſum; quòd ſufficiens tantū
eſt, vt duos tantùm per annos, conti-
nuoſque ſolutio efficiatur, vt etiam per
B anni ſpatium, ſi tres continuatas tertias
ſoluiſſent.

Inuigilent verò Perceptores nè alias
ſeſe circa exactiones ingerant, ad illas
præterquam, quæ fuerint ex Prorege
commiſſæ; quemadmodum diſpoſitio
venit *in d.pragm.vnica.* §.6. ibi. *Y no ſe*
intrometa en ninguna exation, que no ſe les
haya commetido por el dicho nueſtro Vir-
rey. Hac de cauſa Bartol.affirmat *in l.*1.
C *C.de exact.tribut.* Quòd neutiquā poteſt
ab alijs exigi, niſi eis, qui in ſignifica-
toriarum breuibus, actiſue, qui Regij ex
Patrimonii Tribunali ſint dati: neque
illos decet debitores conuenire; quo-
rum adhuc nomina ad exigendum mi-
nimè ſint notata. Gloſa *in d. l.*1. *in l. ta-*
bulario in fine. & ſolùm id exigere opor-
tet, quod debet afferri, non verò vltra;
cum aliquam ſumant occaſionem: quod
D ſi egerint Perceptores, faciles debet
Prorex illis aures præbere, qui ſeſe di-
cant, Perceptorum auiditate læſos, ipſiſ-
que ducere tali pro exceſſu, vel concuſ-
ſionis, vel falſi criminis punitionē. Gloſ.
*in d.l.*1. *in verbo concuſſione.C.eodem.l.* 2.
ff. de concuſſ. qui pluris namque facit
exactionem, ad dupli reſtitutionem te-
netur, & capitalem ſubit punitionem
*l.vnic.C.de ſuperexactor.lib.*10. vbi Bart.
E quamquam à Ponte *in ſup cit. tit. de reg.*
*impoſit.n.*47. affirmet, iſtiuſmodi exacto-
ribus dupli eſſe punitionem infligendā
quo in caſu abſque eoquòd violentia
interſit, & dolus: at ſi accidat diuersè,
quadrupli ſubire pœnam opus eſſe: per
Tex.*in l.his, qui. C.de conuen.fiſc.deb.li.*10.
Ad effectum autem, vt exactæ apud
Perceptorum facultatem pecuniæ mi-
nimè perſiſtant, vigilantiſſimo conſtitu-
tum fuit ex Rege *in d.pragm.vnica.*§.18. F
de offic.Perceptor. huiuſmodi, quòd Per-
ceptores cuiuslibet computum de anni
adminiſtratione compellantur exhibe-
re, ſequentis ſaltem per totius ſpatium
Nouembris anni; vt his explicatur
verbis. *Item ordinamos, que los dichos Per-*
ceptores hayan de preſentar cada año cuenta
final de ſu adminiſtracion por todo el mes
de Nouiembre ſiguente, regolando los años
de vn Setiembre al otro, y las preſentaciones G
ſe hagan con iuramēto ſolenne de legalidad,
y cō las firma de lo miſmo Perceptor, el qual
denote, no hauerſe dexado ninguna partida,
ni pueſto alguna de exito, no verdadera, y
duplicada, y ſi otra coſa ſe hallera, incurran
los Perceotores en pena del nauuplo, por ca-
da partita, de introito, que hayan dexado, y
del quadruplo, por cada partida non verde-
dera, ò duplicada. Cui equidem ordina-
tioni cōſentanea exiſtit diſpoſitio Text. H
in l.apparitores, C.de exact.tribut. & Text.
in l. Diues, C.de ſuſcept. & prapoſ. lib. 10.
ex Ponte ducti *loco ſupra cit.n.*45. *l.*3.*C.*
*de exequut.& exact.lib.*12. quo Bartolus
in loco exactorem affirmat, anni ſpatiū
intra, cogi ad oſtendendum, de quo fe-
cerit exactionem, & ſi hoc neutiquam
egerit, illā debet cauſam denotare; qua
de re illud non perpatrarit, nam ſi aliter
ſe gerat, excipere punitionem debet. I

Statutum etiam Perceptoribus ex-
tat, vigore §.17. *eiuſdem Pragmat. vnicæ.*
vt ſua informationes de adminiſtratio-
ne ad Regij Patrimonij Tribunal per
totum decimumquintum Aprilis diem,
primi circa ſpatium ſemeſtris, mittere
teneatur; ſecundi verò per totum deci-
mumquintum Octobris diem det; illæ
verò, quas præſentari informationes
oportet, fideles curet eſſe, ac iuſtas; po- K
ſteriores autē introitum, totiuſque exi-
tum anni comprælendant; verba verò
§. hæc. *Item ordenamos, que los dichos*
Perceptores dian informacion particolar en
ſcripto al Tribunal del Regio Patrimonio de
todo el introito, y exito de ſu adminiſtracion
de ſeys, en ſeys meſes, y tengan mes, y medio
de tiēpo para formarla, y preſentarla, de ma-
nera que la primera ſea preſētada à medio
de

A *de Abril, y la ſegunda à medio Octubre ſi-*
guente; las quales informationes ſean firles,
y iuſtas, y el vltimo, que preſentaren, cõpre-
henda el introito, y exito de todo el año.

Vigilanti etiam Perceptores ſtudio
incumbant, cæterique, publica qui fa-
ciunt de pecunia exactionem, ne aliquã
de illa in vſum diſponant, quàm partis,
cum mutuam illam dent, vel iniœnus;
tale quoniam ſi auſi fuerint cõmittere
B delictum, varijs ſubijciuntur pœnis: &
capitalibus ferè, quadrupli vltrà ſolu-
tionem: non ſolùm autem ipſis, illis
verum etiam, qui acceperint mutuò
ſcientèr, infliguntur, iuxta diſpoſitionẽ
Tex. *in l. 1. & 2. C. de his, qui ex publ. rat.*
mut. pecun. accep. ex quo notatum voluit
Textu Bartol. *in l. 1. C. de auro publ. proſ.*
lib. 10 quòd publici haudequidem exa-
ctores, qui pecuniam exigũt, illã neuti-
C quam redigere in florenos poſſunt, aut
hos aliam in pecuniam, Principis abſq;
eoquòd interueniat facultas; ex eo quia
ſi hoc agant, ad totius reſtitutionẽ pre-
tij obnoxij habebuntur: & *in l. 2. C. de*
his, qui ex publ. coll. prohibitum extat,
ne publicam ex illatis pecunijs in arcã
aliquid quomodolibet accipiat, ſi Prin-
cipis non interueniat facultas, vel qua-
cumque forma faciat diſpoſitionem, at-
D que æquali ratione alium conuertere in
vſum: alio namque modo affirmat à
Ponte *loco ſupra cit. §. 3. n. 3.* non ordina-
riæ ſubiacebit punitioni: *& in l. 3. eod tit.*
vbi Gloſa: Bartolus explicauit capitalẽ
venire pœnam: allegauit Tex. *in l. 2. C. de*
his, qui ex publ. Oportet ergo Percep-
tores alioſque miniſtros, quibus publi-
ca exactionis de pecunia, onus incumbit;
illam diligentèr conſeruare, promptã-
E que publicum retinere ad vſum, nam
neutiquam illam in mercimonium cõ-
uertere permiſſum: ad Tex. *in l. in med.*
& ibi Plat. *C. de ſuſcept. lib.* 10. Propte-
rea *in d. Pragm. vnica. §.* 30. ita. *Ni ten-*
gan por sì, ni por interpueſta perſona dire-
cta, ne indirectamente alguna participacion,
ni trafigo con la Cuerte, con las Vniuerſi-
tades, con los banquos, ò Banqueros, ò con
magazenos, ò con magazeneros del dicho
Reyno, ni ſien à ninguno, que tratte, ò con- F
tratte con la Regia Cuerte, ò Vniuerſidad,
ni meno con perſona alguna, que tuuieſſe of-
ficio, ò cargo publico. & ob id *in l. diuũ de*
ſuſcept. & arcar. mandatur, vt exactam
ſtatim ſuſceptores pecuniam ad Regiã
trãſmittant Theſaurerariam; cuius diſpo-
ſitioni legis regia commonit ordinatio: *in*
d. pragm. vnic. §. 17. contenta de off. Percep.
Vt generali nimirùm Perceptores The-
ſaurario ſoluere omnes debeant pecu- G
nias reſidentiæ in loco: in quibus illas
terminis acceperint exigẽdas, & dictos
ad altiùs poſt terminos, menſem infra,
nec non dies, ad pecuniam neceſſarios
deferendam; quòd ſi fortè neutiquam
fecerint in terminis exactionem, neuti-
quam Regiæ denegatur Curiæ pecuniã
ad cambium ipſorum accipere ad in-
tereſſe: quòd ſi exactam ſoluere diſtu-
lerint pecuniam, ad quadrupli eos obli- H
gauit Rex ſolutionem: fiſcus etenim
vſuras minimè ſoluit, cum ipſi ſoluun-
tur: vt aſſerit de Ponte *loco ſupr. cit. n. 9.*
per Text. *in l. cum quidam, §. fiſcus, ff. de*
vſur. & l. ſi Procurator Cæſar. de iure fiſc.
quòd ſi aliquo Perceptor euentu ſoluẽ-
do Curiæ nequaquam habeatur, & ex
Regiæ pecunia Curiæ, vel propria ſuis
fecerit creditoribus ſolutionem, illam
fiſcus ex illis condicet; bona quamuis
conſumpſerint fide, ex regula Text. *in* I
l. pecunia. C. de priuil. fiſci. l. deferre. §. fin.
ff. de iure fiſci. de Ponte *d. §. 3. n. 12.* An
principalis etenim debitoris deceat diſ-
cuſſionem interuenire, Perceptoris ni-
mirùm, vt tertium poſtea aduersùs iura
poſſit fiſcus exquirere? vide eundem
de Ponte *loco cit.* Pari etiam forma or-
dinatur *in §. 15.* vt proprias Percepto-
res ad expenſas Regium pecunias ad
Theſaurarium adducant, & locorum k
ſolummodò Iurati, per quæ tranſibunt,
prouidere de equis debent, cum mer-
ces fuerit ſoluta: de Ponte attamen vo-
luit *in d. tit. 4. §. 2. ſub nu. 49.* quòd exa-
ctam populi pecuniam aſſociari tenen-
tur, vnuſquiſque nimirùm ſuum per
territorium, ac tali modo quælibet ſuũ
per territorium Ciuitas, vel Terra, vt
diſpo-

A diſpoſitio habetur Tex. *in l.nemo*, iuncta
Gloſa, *in verbo longius*, *C.de annonis*, *&*
tribut. lib. 10. pecuniarum atenim pro
vectura, quæ neceſſaria ſint animalia
capi, etiamſi inuiti ſint domini, poſſunt;
dummodò tamẽ quòd merces illis ſol-
uatur. de Ponte *loco cit.ſub n.*54. Et om-
nia quamuis oporteat Perceptorum ex
pecunijs ſolui: hiſce tamen temporibus
obſeruatio extat, quòd Vniuerſitatis
cuncta de pecunijs è locorum Iuratis
B ſoluantur: allegatur autem conſuetudo,
cui attendere in his debemus. *l.ſemper.*
§.legem. ff. de iure immun. de Ponte *l.cit.*
num. 55.

Fugiant quoque Perceptores, ne, cũ
vagi per Regnũ eant, incolis moleſtiam
adducant, geſtorum quoniam per ipſos
periculum ad ipſos ſpectat, quorũ exa-
ctores habentur. Bartol. *in l.* 1. *C.de exec.*
& exact. lib. 12. Quilibet autem Percep-
C tor ad Prouinciæ intentus ſit Rectorem,
atque cum illo pertractet, cum diligẽ-
tèr inſiſtat, diſpoſitionẽ faciat, & agno-
ſcant, & ſuo rem peragãt periculo, at-
que impleant vniuerſa. vt Arcad. &
Honor. ſtatuere *in d.l.* 1. *C.eod.lib.* 11. ne-
que alterius audeant poſſeſſionem alie-
nis pro publicis debitis perturbare. *l.*
nullam.C.eodem. Eoquòd ſi has contra
leges temerario præſument auſu exa-
D ctionem Perceptores exercere, licita
ipſis ratione permiſſum eſt reſiſti, quòd
ſi criminoſi probentur, Proregis valent
ex prudentia puniri. *l.*5. & ibi Bartolus
C.eodem.

Prudentiſſimo etiam ex Rege in *dict.*
*pragm.vnica.§.*1. mandatur. *Que noten en*
el dicho libro el modo, que ſe dà a cada Vni-
uerſidad para pagar, ſea, con patrimonio
proprio, con taxa, con gabela, ò por qualquier
E

otra via extraordinaria, que occurrieſſe. F
Certam quoniam ob cauſam ad aliam
neutiquam debent conuerti, vt expli-
catum ex Textu *in l.fin. C.de his, qui ex*
*public. collat.lib.*10. de Ponte *d.§.*2.*n.*60.
*tit.*4. *de regal. impoſit.*

In obligatione autem dicimus Per-
ceptores haberi, vt de recepto apocas
ſuis è Magiſtris Notarijs confectas, &
à ſe, vel ſubſtitutis ſubſignatas gratis
præbeant ſoluenti, cum ſolutionis de- G
clarent cauſam, perſonaſque, quorum
cauſa fuerit ſumma, & per quam ſolu-
ta, vt extat diſpoſitio *d.Pragmatic.* §. 8.
Quo verùm Perceptores in caſu Regiũ
penès Theſaurariũ pecunias exoluant,
curare ſuo pro intereſſe debent, vt apo-
cas excipiant ex ipſo, ac ab eodem, &
à cõtraſcriptore ſubſignatas: expreſſam
in quibus de perſonis mentionem, atq;
monetis nec non ſolutionem cauſis fie- H
ri neceſſe eſt: vt explicatum fuit *dicta*
in pragm. vnica. §. 13.

Vbi atenim computorum liquidatio
facta, curare Perceptoribus conueniens
eſt, vt quindecim infra ſpatium dierũ
Regij per Patrimonij Tribunal ſibi qui-
ctantiæ efficiantur: *vt in d.pragmat.§.*21.
quo in loco. *Item ordenamos, que procu-*
ren tomar del dicho Tribunal la quitanza,
y liberacion de la cuenta preſentada, y la to- I
men dentro de quinze dias deſpues que le ſe
era notificada la liquidacion hecha.

Sed ſi Regij per Patrimonij Tribunal
computa minimè fuerint liquidata, &c.
triginta curſus annorum fuerit tranſa-
ctus, in liquidata voluit ipſa deſumi.
Rouit. *in pragmat.*31. *de offic.procur.Cæ-*
ſaris fol.mihi 444. vbi Gloſam ducit in
*d.l.*2.*C.de iure fiſci lib.*10.
k

DE

DE REGII THESAVRARII STATV.

C REgij poſtquam Perceptores de illis exactionẽ fecerint pecunijs, quæ debẽt è publicanis aſferri, ad Regiã nũmi Theſaurariam ducuntur, qui conſequentèr in Regij manu D Theſaurarij perſiſtunt, quemadmodum habetur Text. *in l. diu. C. de ſuſcept. lib.* 10. *& in pragm.* 13. §. 3. percipitur: *de off. Theſaur.* Et huiuſmodi fermè ab officio, illis, qui exercitiũ retinerent, primipili priſcis temporibus nomen tribuebatur; primi namque Regiarum exiſtebant adminiſtratores pecuniarũ. *l. ſolita. & l. ordinariorum. C. de cohort. lib.* 12. *l. officiales. C. de Epiſc. & Cler.* Gloſ. *in rub. C. de* E *Primipilo lib.* 12. DD. penès Maſtrill. *de magiſtr. lib.* 5. *cap.* 19. *ſub n.* 90. Vt æquali forma Aerarij quæſtorem ipſum fuiſſe appellatum claret. *l.* 2. *ff. de orig. iuris*: & ſub Imperatoribus ſacrarum Comitis largitionum titulum firmum eſt accepiſſe: vt in C. *lib.* 12. continetur.

Alij etiam occurrunt vetuſto Primipili æuo, vt refert Alex. ab Alex. *dierum genial. cap.* 5. *fol.* 8. qui primus vexilli cẽturio, primique ordinis ductor haberetur: ex Vegetio autem *lib.* 2. *de re milit.* illum noſcimus dictum Primipilũ fuiſſe, qui quatuor centuriones, ipſorumq; milites moderaretur, legioniſque caput dicebatur; ſed *Liuius lib.* 7. *dec.* 1. Solonium tribunum militum, primumque Centurionem fuiſſe refert, quem nunc (vt ipſe inquit) Primipilum vocant, Iulius etiam Cæſar Sextũ Baculum, Primipili Centurionem, ab haſta, quæ nominatur Pilum, dixit. Et hìc iuxta Vegetij ſententiam *lib.* 2. *cap.* 8. *de re milit.* Aquilæ præerat vexillo, atque Centurijs quatuor; dicitur necnon à Liuio *lib.* 2. *dec.* 5. Primushaſtatus, nec defuit Varro *lib.* 4. *de lingua latina*. qui Primipilum nuncupauit illum, ex quo hoſtium aliquis periret: vt meliùs explanat Tholoſ. *ſyntag. iuris lib.* 19. *cap.* 3. *ſub n.* 22. & Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 78. *n.* 10.

Noſtris verò temporibus illos ſoliti ſumus Primipilos nuncupare, qui Theſaurarij ſeſe in munere exercent, Principiſq; ad colligẽdas pecunias incũbunt, alia enim forma Camerarij nomen ſortiebãtur; Principis quoniam de rebus

A adminiſtratio ipſi tribuebatur, & pecuniarum collectio, de quibus ſit ſolutio Regi. Gloſa *in rubr. C. de Primip.lib.*12. *& in d. l. officiales. C.de Epiſcop.& Cleric.* Peregrin. *de iure fiſci lib.*6. *titul.*6. *n.*43. Capic. *deciſ.*129. *num.*15. *vſque ad* 18. & reliqui penès Gratia. *diſcep.*733.*n* 6. *tom.*4. *fol. mihi* 345. Quo etiam in loco extenſionem tale obtinuit nomen, Reginæ etiam in Theſaurario, cum priui-
B legiorum de communicatione ratio interſit:vt aſſerit Capic. ibid.*n.*17.Rebuf. *de conſtit.reddit.gloſ.*8.*art.*1.*n.*40.

Huius atenim generis officium maximam retinet authoritatem è ſententia Maſtrill.*loc.cit. à nu.* 92. & cætera inter decora,conſiliarij ſibi nomen capit,Regioſque connumeratur conſiliarios inter; omnibus propterea in conferendis, Patrimonialibus interuenit cõſilijs, vo-
C tum præbent, cœteri quemadmodum laici faciunt Magiſtri Rationales, quibuſcũque etiam adeſt in emptionibus, vendirionibuſque,Regiam, quæ ad Curiam ſpectent; locus etiam ipſi Regij in Patrimonij conceditur Tribunali in illis, quæ patrimoniales extent, cauſis, cum Rationales ſedeat poſt Magiſtros, in Fiſcalibus poſt Iudices, in reliquis poſt Magiſtros Rationales; deciſinum
D atenim ipſi votum inhæret,ac etiam poteſtas,delegatos, commiſſarioſque deſtinandi:Proregiæ, quibus ampla cum authoritate tribuuntur patentes literæ, ac mandato, vt nemo eis præſtare obedientiam, auxilium, fauorem, nec non brachium recuſet, vt ex pragmaticis deſcendit. Per has autem datæ inſtructiones Theſaurario fuere; & quidem primò; quòd iuſtum, legaleque tenetur computum dare,& quolibet in qua-
E drimeſtri Conſeruatoris ad officium mittere informationes; ſecundò minime permittitur, quòd alicui ſalarium officiali, abſque eoquòd ſit de ſeruitijs certificatio facta ex Conſeruatore, ſoluat; nec aliquid emptarum pro pretio, Regia pro Curia, rerum dare valet, ni & illius adſit præſentia, interdictum; tertiò eſt, nè Regis, Proregiſue è man-

dato procurandæ pecuniæ aliqua particulari pro neceſſitate alios ad vſus per F
ipſum expendantur,cum pænam ſubeat *in prag.*2.§.5. *de offic. Theſaur.* conſtitutam. Adde quòd neque conceſſum,pecuniam,quæ ipſius permanet in facultate, priuatis neceſſitatibus applicare, vel alios Principis conuertere in vſus, & ſi ipſi expediens dicatur. Maſtril. *loco citato num.* 101. per Text. *in l. præcipit. C. de canon. largit. lib.* 10. *l. hac lege. C.* G
*de aquaductu lib.*11. Hac de cauſa nullo poteſt pecunias modo, tribuendis pro ſalarijs aſſignatas, aliarum in ſolutiones rerum conuertere; Curiæ etiamſi pro neceſſitate id ageretur,vt in *d.prag.* §.*fin.* reſpicitur.Has atenim Curiæ priùs oportet ex pecunijs afferri,cum nullum ponant aſſignationes aliæ, impedimentum, vt in *pragm.* 8. continetur. Nec prætereas, quòd de nihilo ipſi permit- H
titur facere ſolutionẽ, ni Proregis mandatum interueniat, Rationales per Magiſtros, Conſeruatorem, ac Fiſci Patronum ſubſignatum, vt in *pragmat.* 3. extat. Regiæ quamuis creditoribus Curiæ ſoluere pecunias velit. Bald. in *rubric.C.de conſt. pecun.* & nonnulli penès Peregtin.*de iure fiſci lib.*6. *tit.*3. *n.*5. Loffred.*conſ.*36. *num.* 13. Quòd ſi fortè Theſaurarius aurum in ærario retinens I
incluſum, abſque eoquòd Principis interueniat facultas, vel mutunm det, vel proprios conuertat in vſus, capitalem compellitur pænam ſubire.*l.*2. *C.de his, qui ex publ. ratiocin. lib.* 10. DD.penès Farinac. *de furt. quæſt.*171. *n.*44.*&* 45. Ordinatur quartò *in pragm.* 4. nè computorum in examine debita, vel notamenta illis Theſaurario, pro pecuniarũ efficiantur, partitis, quæ fuerint ab ipſo K
vi Excellen. Proregis mandati, Magiſtros per Rationales, & Conſeruatorem ſubſignati ſolutæ: Tribuitur autem in *prag.*5.Theſaurario facultas,vt neceſſarijs nominationem faciat de miniſtris, qui in Regia interſint Theſauraria; vnde,& de ipſorum culpis ipſum dicimus teneri,vt explicatur *in l. exactores, C. de ſuſcept. lib.* 10. illi quandoquidem dari
in

A in ſubſidium reputatur,vt probat Tex. *in l.2. C.eodem.* §.26. obligatur etiam campſorum, porteriorumque Theſaurarius culpis.

Adde quòd præcipitur, vt primo Theſaurarius in ſuorum partita computorum cuiuslibet anni, ſummam ponere teneatur, in qua præcedentis anni debitor, creditorue antecedentis anni exiſtat,vt *in pragm.6.*continetur,& hoc
B forſan ex diſpoſitione *leg.neminem.C.de ſuſcept. lib.* 10. vbi: *Integro igitur ſinguli anniuerſary anno tranſcurſo,cogantur exponere,quibus titulis ſuſcepta diſperſerint, vt faciliùs, ſi quis in furto fuerit deprahēſus,recentem queat redintegrare iacturam.* Propterea *in pragm.* 12. in obligatione Theſaurarius perſiſtit,quocumque quatuor menſium in curſu,propria ducere computa, quæ de quolibet, ſint anno
C confecta; poſt vniuſcuiuſque autem quadrimeſtris lapſum, quindecim infra dies, illius circa recepta temporis, ac expenſa,vt pariter poſt totius anni curſum,menſis infra ſpatium, de receptis, illiuſque temporis expenſis in Regij Patrimonij Tribunali exhibere tenetur. per *prag.*17. §. 17.

Præceptum quintò Theſaurario datur, vt omnium ſibi pecuniarum ſuſcipiat onus, de quibus exactio fuerit ex
D Prorege commiſſa, & cum congruam adhibuerit conſtitutis in terminis ſedulitatem, ſibi facere introitum tenetur, ac de illis, quæ neutiquam fuerint exactæ, conſtituere in margine notamenta cum diligentiæ explicentur, quas ipſe fecerit, cauſarumque declarationes, quæ attulerint impedimentum: prout extat *in pragm.* 13. Vt æquali ratione
E omnium ſibi facere compellitur introitum pecuniarum, de quibus ſolutio ſibi,Regiæ Curię nomine,ſit facta:nequaquam verò acceptare illas valet, ni & contraſcriptoris habeatur interuentus; & eo quidem in caſu ſolutionis explanare adſtringitur diem,ac monetæ qualitatem, particularem nec non ſolutionis cauſam; ea de re *in l.* 5. *C.de ſuſcept. lib.* 10. habemus. *Quotieſcumque certa ſumma ſolidorum pro tituli qualitate debetur, aut auri maſſa tranſmittitur,in ſolidis libra feriatur accepta*,Surd.*conſ.*391.*n.*34. F
vol. 3. Quo affirmat in loco,ſeſe ab Adciato diſſentiri *in conſ.* 100. *n.* 12. *& ſeq.* cui placuit,haudquaquam Theſaurariū compelli, vt proprio receptarū ſpecies monetarum in libro diſtinctè deſcribat; ſed quod ſufficiens ſit, illas ponere in confuſo, illarumque præfigere valorē, ſecundùm tempus, quo fuerint recep- G
tæ, quamuis ipſius adhęreat opinioni. Burlatic. *conſ.*325. *num.* 1. *conſ.*9.*ad* 12. dicatque,id neque legibus cautum, neque ex Doctoribus fuiſſe aliqua explicatum ratione; ratio autem, qua ad hoc ille mouetur, extat, quòd eo componi libros modo neceſſe eſt,vt facili negotio veritas, factique valeat falſitas cognoſci.*l.antepen.ff.de cond.& demon.*Bartol.*in conſ.*150.Soccin.*in conſ.* 199. *n.*4. H
*vol.*2.*in conſ.*190. *n.*1. qui affirmat, omnia ſingillarim deſcribi oportere, ad quod accedit Angelus *conſ.*277.*n.*6. qui explicat,ita opus eſſe clarum haberi officialis librum, vt deprahēdi clarè poſſit, an probè; vel ex contrario fuerint rationes in librum relatæ. Plot.*in tract. de in lit.iuran.*§.5.*n.*31. Bartol.*in l.comperimus.C.de nauic.* Menoch. *de arb.iud. caſu* 209.*n.*14. Decius *conſ.*110. *num.*8. I
Decian.*in conſ.*85.*n.*25. *vol.*3. & latiùs *in conſ.*94.*n.* 18. *vol.*3. Genua *de ſcriptur. priuat.tit. de libris Theſaur.n.*6.

In obligatione etiam Theſaurarius habetur, vt illo teneat patentem domū in loco,Regia in quo reſidentiam Curia facit, ad hoc, vt in illa per dies inferat negotijs expeditionem, cum feriatæ tamen de præcepto excipiantur luces: vt in §. habetur; adde quòd eadem debet K
in domo commodum, atque tutum retinere conclaue,& arcam,Regiæ in quo pecuniæ cōſeruentur, cùm gemina exiſtat claui concluſa, quarum altera Theſaurarium penès maneat, altera apud Conſeruatorem, in alio etiam conclaui quamdam conſtituat arcam, quæ duobus munita clauibus extet, eodem, qui ſupra ductus, modo retinendis, omnes

A in qua pecuniæ reponantur, quæ per
ſingulos intrant dies, & in Theſaurarij
conclaue indè ſunt transferendæ; opor-
tet attamẽ in ipſa remanere aureos,oc-
currentibus pro negotijs, quatuor mil-
le,vt in §.6. eſt notatum: quòd ſi domi-
nico fortè die pecuniæ fuerint in eadẽ
inuẽtæ arca, quæ dictam ſuperent qua-
tuor millium ſummam, alias conuenit
in Theſaurarij arcas illas duci;quod idẽ
B fieri mandatur in §. 8. ſi hebdomadæ
ſpatium infra,quatuor mille aureos vl-
trà,vnciarum mille ſummam excedant:
ſed etenim vbi ſolutiones, quæ infra
hebdomadæ curſum faciendæ dictam
exuperent ſummam; eoquidem in caſu,
quod vltrà neceſſarium habetur,The-
ſaurarij ex arca extrahi debent. Tali de
cauſa, ſi cuiquam noſcere, cuius ſit pe-
cuniarum dominium lubet, de quibus
C fuerit per Theſaurarij operam, ſolutio
facta, & cuius illæ pereant periculo, vt
etiam quam incurrat in punitionem,
alium quando in vſum,præter illũ,circa
quem deſtinatæ fuerint,applicentur,vi-
deat Burſat. *conſ.325. & 326.volum.3.*
Huiuſmodi autem Theſaurarij conclaue
nulla permittitur reſerari forma,abſque
eoquòd Magiſtri Notarij interuentus,
& Conſeruatoris habeatur.

D Præcipi etiam in §.11. videmus, vt
diurnale Theſaurarius teneat,& librum,
Mercatorum more bilanciatum, omnes
in quo introitus, exituſque partitæ de-
beant deſcribi, quorum omnibus ratio
ad ſuæ Excellentiæ, ac Regij Patrimo-
nij mandatum exhibeatur; conſtituitur
etiam in §.12. vt per Magiſtri Notarij
Curiæ ſuæ manus, omnium apocas fa-
ciat pecuniarum, quæ Regiæ fuerint ad
E nomen Curiæ,receptæ.

Hiſce verò libris omnis penitùs de-
bet fides haberi, vt eſt Tex.in *l.2.*& ibi
Bald.*C.de conuenien.fiſc.debit.* Alex. *conſ.
177.in 1.vol.*Fulgoſ.*conſ.41.num.2.* Ad
quos faciendus erit recurſus,tamquam
illos,qui ſpeculum veritatis exiſtant, vt
voluit Viuius *dec.184.n.7.*quod intelli-
git Genua *de ſcrip.priu.lib.4.de lib.Theſ.
n.2.* in illis, quæ Theſaurarij ad officij,
pecuniaria veluti in materia,exiſtãt.Ro- F
land.*conſ.92.n.2. vol.3.* Qua dedit con-
ſilium in parte,quòd ſtatutum, ex quo
diſpoſitio emanat, plenariam circa fi-
dem, quæ Theſaurario præſtanda,nullũ
ſibi vendicat locum,quando pecuniaria
agatur de materia, & ſic de illa, quæ
proprium ſpectet ad munus. Genua *loco
cit.ſub n.5.* qui in n.6. quæſitum facit
Ipſius an Theſaurarij libri plenã faciant
regularitèr pro tertio,tertium aduerſùs
probationẽ; & adducit huiuſmodi opi- G
niones,quæ diſcordantes extẽt: & Plo-
tus quidem habetur *in conſ.88.n.6.* poſt
Baſilium *in l.quadã,§.nummul.n.2. verſ.
ſed quæro, de edendo.* vbi expreſſa infer-
tur concluſio forma,ſemiplenam ex ip-
ſis fieri probationem; contraria licet in
opinione habeatur Maſcard. *concl. 975.
n.3.* qui aſſerit,plenè Theſaurarij libros
probare. H

Inter cętera etiam Theſaurarius om-
nes tenetur introitus, exituſque verifi-
care, vt diſponitur *in d.prag.13.§.19.*ne
peculatus,vel de reſiduis incidat in cri-
men; de quo videndus eſt Lanar. *conſil.
93.*qui *in conſ.43.* tractat, an hoc poſſit
cognitio haberi circa crimen; Theſau-
rarij etiamſi lethum fuerit ſequutum,
ipſius contra hæredes, ad quem,in facti
contingentia,recurrere neceſſe eſt. I

Haudequidẽ verò Theſaurarijs per-
miſſum, vt ſeſe in negotijs exerceãt,vel
mercatura,vna cum Regia Curia,vel cũ
illis habere participationem velit, qui
hoc agant; vt paritèr neque pro alio
permittitur fideiubere, aut propria ho-
minibus è familia, officioque permitte-
re, vt procurationem ſibi pro alijs aſſu-
mãt, aut onus aliorum ſolutiones cre-
ditorum Regia ſollicitare in Theſaura-
ria. Enimuerò, an vbi diues effectus k
fuerit Theſaurarius, ex Regiæ pecunijs
Curiæ, quæ ad ipſum peruenerint, lo-
cuples iudicetur redditus; talitèr vt
reddere rationes compellatur, aut ſibi
poſſit auferri, quod appareat lucrum:
qua pro materia Gloſa venit *in l. defen-
ſionis facultas,C.de iure fiſci lib. 10.* Quo
extat in loco, præſumptionem occurre-

re

Digitized by Google

A re,ipſum ditiorem eſſe,Principis ex pecunijs, factum;quemadmodum in quæſitis per Clericos, & Prælatos. Authen. *licentiam.C.de Epiſcop.& Cler.* huiùs opinionis fuit Iacob.de Beluiſo *in cap. 1. in tit.de controu.inter domin.& vaſſal.*

Iu contraria verò permanere libuit ſentētia Cyno,& Gulielmo *in d.Authen. licentiam*: qui exponunt, Theſaurarios, ac reliquos, Principis, qui de pecunia B ſunt adminiſtratores, de proprio præſumi ditiores effectos, DD.penès Peregrin. *de iure fiſci lib.6. tit.3. ſub n.6.* Demas tamen,ni pauper ab initio Theſaurarius extitiſſet, neque induſtria præclarus;quoniam vbi longiùs per temporis ſpatium officij habuerit onus,& magna de pecuniarum ſumma habuerit adminiſtrationem;ex eo quia indè præſumitur diues effectus. Afflictum allegat *in cap.1. §.ſi verò in primo notab.tit.de C feud guard.*Peregrinus atenim *loco citat.* vt pleniorem dubij det reſolutionem, duos præcipuos poni ſub conſideratione caſus affirmauit opus eſſe, quorum primus extat, quando ambiguum habetur, an Principis ex pecunijs ſibi diuitias ipſe comparaſſet: ac tali quidem aſſerit in caſu id vim habere, quod ſuperiùs fuit explicatum;poſteriorem declarauit caſum eſſe, vbi conſtet Princi-D pis ex pecunia opes Theſaurarium acquiſiuiſſe: & tali fermè in caſu aliam faciendam eſſe diſtinctionē dixit, quòd nimirùm, vel Theſaurarius Principis debebat pecuniam, quam penès ſe retineret,in Regia exponete Theſauraria, & in arcis, vt ſupra deſignatis afferre, & tunc quidem his minimè ex pecunijs licitum eſt mercari, & omne,quod prolabatur, lucrum, fiſcus ipſe deſumit, E quoniam ſtatim ac pecunias in arcam non affert,dicitur in mora eſſe,vt ſcriptis tradidit Bartol. *in l.1. C.de auro publ. lib.* 11. Addas quòd criminali eum puniri modo conſtat,ex *leg.Iul.de reſid. diſpoſitione*.

Vel publicam non mercatur pecuniam, aliam ſed in ſpeciem,habēdi cauſa lucri, tranſmutat,& hoc etiam prohibitum dicit haberi per Tex.*in l.1.C.annon. publ.lib.*11.Peregr.*loc.cit.n.*10.qui in *nu.* 12. affirmat, quòd in emolumentum Principis illa acquirat, quæ fiſci ex pecunia, vel Principis ſui per operam Theſaurarius lucretur,vel quòd ipſe ad pretium teneatur: quo in caſu talis ſit Principis voluntas. F

Idoneam etiam fideiuſſionem Regiæ compellitur Curiæ Theſaurarius ampla præſtare in forma, & cuiuſque in trimeſtris curſu fidem, de fideiuſſorum afferre,adhuc durante vita; quòd ſi eorum non nemo,vel morti occubuerit, vel facultatibus deſtitutus deteriorē ductus ſit in ſtatum; alios debet, magis idoneos præſtare: vt *in d.pragm.*13.§.34.& 35. continetur. Ipſius verò Theſaurarij bona tacitè dicūtur in obligatione eſſe, per Tex.*in l.ſatis,C.quibus cauſ.pign.tacit. contrahant.*quo etiam in loco dotalia ad vxoris bona aſſeritur extenſionem hoc pati. Neguſ. *de pignor.p.5.membr.2. tit.* 28.Mantica *de tacit.& ambig.lib.*11.*titul.* 26.*n.*8.& 40.& *tit.*18. *nu.*9. Aponte *in d.*§.8. *tit.*4.Gratian.*diſcep.*733.qui filiorum etiam in bonis facit ampliationē, patris licet heredes haudquaquā exiſtāt. *l.fin.C.de primipil. lib.* 12. Mant.*d.tit.*18. *n.* 9.Taliter vt,quāuis filius adire videatur hæreditatē, cū paternis afferat creditoribus ſolutionem, aut ſolutiones accipiat, aut habilem paternā reddat,non diſſimilibus domum actibus: aliud tamen illo occurrit in debito, quo Theſaurario ſolutū pro patre,ex quo neutiquam adire videtur, nec aliquo cæteris tenebitur creditoribus modo:filius etenim,quamquam hæres non habeatur,in obligatione eſt.Gratian.*loco cit. n.*4. de Ponte *loc.cit.n.*4.qui *in n.* 12.aliud affirmat,notabile prouenire,quòd nimirùm, debiti ad ſolutionem paterni Theſaurarij filij teneantur,hæreditati licet dederint renunciationem,obligatur namque illis cedere bonis, quæ Theſaurario ex patre quocumque fuerint titulo ſortiti inter viuos,his,tanquam debitis, obnoxijs: allegat Text.*in l.haredes.*vbi Gloſa, & DD.*C.de omni agro deſerto*;quòd proprijs G H I K

A prijs ex aduerſo in filiorum accidit bonis. Merlin. *de pignor.lib.3. tit.3.quaeſt.94. nu.*27. Gratian.*dict.diſcept.*733.*n.*9. de Ponte etiam *in n.*5. *loc. cit.* exponit, quòd nō ſolùm fiſcus anteriori pro dotibus vxori debet præferri, dotalibus verùm etiam in bonis,in viri dominium translatis: ita vt, regulas contra vxorem dicamus,pro marito teneri: quod placuit Afflict. *in conſtit. Regni Sicil. Patres pro filijs num.*8.vbi voluit,quòd
B Generalis vxor Theſaurarij, qui Regiæ ex adminiſtratione pecuniæ eſt debitor effectus, nequaquam pro dote præferatur, ne aliquod ante tempus propria dotalia poſſit iura, pari etiam forma vxori non ſolùm, anterioremque habeat,hypothecā,præfertur, ſed quibuſcumque anterioribus ipſius Theſaurarij creditoribus. Capic. *dec.*129. Pereg.
C *de iure fiſci lib.6. tit.6. n.*43. Cuiuſmodi fermè priuilegium Reginæ ad Theſaurarium patitur ampliationem, vt legimus penès Gratian.*d.diſcep.*733.*n.*7.

Paraphernalibus arenim in bonis, nullam quoniam circa ipſa facit lex diſpoſitionem, iudicauit Gratian. *loc. cit. n.* 8. quòd anteponi vxor debeat fiſco, nullum qui in ipſis priuilegium habet illis pro rebus,quæ per Theſaurarium
D adminiſtratæ, quemadmodum habet in dote. Addas,quòd iuxtà Soccin.Iunior. *opin.in rubr.ff.ſolut.matrim.n.*261. plerique in ſententia habuere iuta ablata vxorem aduerſus procedere, quo mulier in caſu cum Theſaurario nuberet;

E

aſſumptum poſtquam ſit munus, non F verò vbi hoc ante ſit factum, iuſtum namque minimè eſt, dotium amiſſione vxorem puniri, ex viri Theſaurarij culpa: nonnulli tamen affirmarunt,quòd in caſibus, vbi fiſcus doti pro Theſaurarij adminiſtratione præfertur,debent prius ad diſcuſſionem mariti bona venire,antequam ad vxoris dotem deſcendatur, cum facta enim huiuſmodi diſcuſſio ſit, prima in ſubſidium exequutio erit vxoris dotem contra,facienda. per Text.in G *l.ſatis notum.C.quibus cauſ.pig.tac.contrah.* Aſin.*de exequut.*§.7. *cap.*54. *n.*2.Couar. *variar.reſol.cap.*16.*n.*7.*in fin.* Merlin. *de pignor.lib.*3.*tit.*3.*quaeſt.*94.*n.*6. *qui in nu.*24. affirmat, quòd, vxoris quo in caſu dos in corporibus, ſtabilibuſque rebus conſiſtat, atque inæſtimata fuerit tributa vxoris penès facultatem dicitur dominium haberi, & nulla propterea priuilegij cauſa Principis remaneret in H fauorem, iuxta Text.*In l.*1.*C.de iur.fiſc.*

Hoc enimuerò licet priuilegium fiſco vxorem cōtta, cæteroſque hæredes, anterioreſq; creditores, vt ſuperiùs fuit explicatum. Maſtrill. tamen *de magiſtr. lib.*5.*cap.*9. *n.*91. teſtatur, quòd nullum hoc obtinet vigorem, atque obſeruantiam, vt in Regno aſſerit practicatum: & ita etiam Neapolitano legimus in I Senatu obſeruari, legimus penès de Ponte in ſæpè citato §.8. *ſub num.*17.& Luſitaniæ de Regno explicat Alfer. *de iure fiſci. Gloſ.*16.*n.*94.

K

D E

A

DE STATV HOMINVM IN REPVBLICA.

B G

LIBER QVINTVS.

C H

DE HISTORIA, ET HISTORICORVM STATV.

D I

Sed etenim cum propriæ homines cōmoda per mercaturę auxiliū paraſſent neceſſitati, diſciplinas excolere ferueſcē-
E ti ingeniorum acumine exorditi: quoniam quis dicat, cum in defectū opportunæ abeant res, poſſe quemquam in ſcientijs, artibuſque tranquillo pectore verſari? vnde (diuerſa quamuis in re) neſcio quis cecinit, quòd de omnibus ſcientiarum amatoribus verum eſt:

Lieto nido, eſca dolce, aura corteſe
Bramano i Cigni, e non ſi và in Parnaſo
Con le cure mordaci, e chi pur ſempre
Col ſuo deſtin garriſce, e col diſagio
vien roco, e perde il canto, e la fauella.

Ea de re, cum de mercatura, & artibus, diſciplinisque illi ob curſum felicitèr peragendum adminiſtris verba in medium afferre non dubitarim: vtpotè ex quibus commodum humanæ neceſſariū vitæ deſcendit, de nonnullis alijs non incunctantèr loquar: & quia antiqui k
Heroum geſta in obliuionis tenebris perire ſentientes, ſcriptis illa tradere nō neglexere, vt tàm excellenti operum monumento cunctorum animi pellecti, adſimili virtutes ſectarent niſu, ideò non vltimum ſibi ſublimes inter diſciplinas locū vendicat hiſtoria; hæc etenim cum viuam tranſactis memoriam

de

A de geſtis conſeruet, humanarum non
ſolùm cognitionem, at etiam de diuinis
adducit; & noſtris è mentibus ignauię
tenebras, errorum caligines fugat, ho-
minum fulcit ingenia, lumine animos
implet, & quadam oblectat iucundita-
te; ipſius enim ſolertia ex aliorum in-
ſtruimur euentis, vt ex Tacito 4. Ann.
habemus, quæ, vti Cicetonis ſententia
eſt 11. *de orat.* de anima, nec non vita
B memoriam infert, veritati lucem adue-
hit, vitæque nominatur magiſtra; quæ-
nam enim exempla in vmbrarum non
iacerent horrore, ni ex hiſtoriarum fon-
te ſplendor deſcenderet? quemadmo-
dum Cic. pro Archia dixit: nec temerè
Polybius affirmauit *lib.* 1. Vero quidem
maximè propinquam, & ciuiles ad res
exercitationem, hiſtoriam haberi: adde
quòd ex Ariſtot. *Rhet. cap.* 5. Nonnullius
C exiſtit emolumenti, ad publicas rerum
gerēdarū deliberationes; qua de cauſa
reliquos inter, qui togæ, ac militiæ
conſiliarij adeſſent, eos complectebatur
Alexander, qui hiſtoriarum monumen-
ta callebant, vt teſtatur Lamprid. in
Alexan. & prudens Triquetrę Rex Al-
phonſus mortuos nuncupare conſilia-
rios, ſolitus erat hiſtorias: Speculi ete-
nim in vicem, ad hoc, vt legentis com-
ponatur vita, hiſtoriam deſeruire cer-
D tum eſt: vt notatum eſt ex Plutarco in
Timoleonte: talitèr vt ex Liuij ſenten-
tia in 1. *Hoc præcipuè ſalubre, ac frugife-
rum, omnis te exempli documenta, in illuſtri
poſita intueri; vt inde tibi, tuæque Reipu-
blicæ quod imitere, capias: indè petendum
inceptu fœdum exitu, quod vites*. Baſilius
quapropter Princeps Leoni filio, qui
ad imperij aſcendere ſedem futurus de-
bebat dominator, egregiè his commē-
E datam voluit hiſtoriam verbis: *Per hi-
ſtorias veteres ire ne recuſes? Ibi enim re-
peries ſine labore, quæ alij cum labore col-
legerunt, atque illinc hauries, & bonorum
virtutes, & improborum vitia, vitæ hu-
manæ varias mutationes, & rerum in ea
conuerſiones, mundi huius inſtabilitatem,
& imperitorum præcipites caſus, &, vt ver-
bo complectar, malorum facinorum pœnas,
& honorum præmia, quorum illa fugies nè* F
*in diuinæ manus Iuſtitiæ incidas; hæc am-
plectaris, vt præmijs, quæ ea comitantur,
potiaris.*

Ea de re, qui multa verſatur hiſto-
riarum in lectione ſolertia, & verum
indè fructum percipere ſcit, omnibus
equidem in Reipublicæ negotijs haud
dubiè ſeſe ſapientèr exercet, immò vi-
ua quodammodò exercitatio reputari,
atque experientia debet: hoc indicat G
illa Polybij ſententia in *lib.* 1. veriſſimā
fermè diſciplinam, ac ciuiles ad res
exercitationem hiſtoriam haberi: ex
Gregor. Nazianz. ad Nicob. *Præclarum
eſt* (inquit) *hiſtoriarum cognitione in-
ſtrumentum hoc refertum habere: hiſtoria
enim conglobata quædam, & coaceruata ſa-
pientia eſt, hominumque multorum mens
in vnum collecta.*

Sed etenim vbi quiſquam hiſtoriæ H
operam nauat ſtudio; puerum ſeſe in ſe-
nem prudentia reddit, & ex aduerſo, ſi
longè aliquis ex ipſa eſt, ſenem ſeſe in
puerum, imperitia rerum, immutat: hu-
ius verò emolumenta infinitam pœnè
in ſeriem prolabuntur; ad quod ecce
Plinium *lib.* 8. *epiſtol. de hiſtor.* ſic. *Hæc
enim felicitatem nobis participat, & citra
vllum documentum prodeſt homini: quid
enim pulchriùs, quàm cum quid alij egerūt
quærere? Sed quid optimè actum ſit, nobis* I
*proponere ad imitandum ſeniorum conſilia,
quos longa ætas prudentiores efficit, Impe-
ratores ob immortalitatem, gloriam, ad præ-
clara facinora impellit, &, vt in ſumma
dicam, omnium rerum ſeries, quibus ho-
minis felicitas paratur, tribui hiſtoriæ de-
bet: eſt enim cuſtos earum, quæ cum vir-
tute auctæ ſunt, teſtem de malefactis præ-
bens.*

Hiſtoriæ autem repræſentatione bo- K
nis præditos moribus imitari ſtudemus,
virtutum ſequimur ſplendorem, præ-
claras, & æquitate illuſtres ſectamur
actiones, mala cuncta improba, nec non
opera declinare conamur, aliorum quo-
niam detrimenta, & pericula cautos nos
equidem reddunt: vt Polybius ait iux-
ta Parœmiam:

Felix

Digitized by Google

A *Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.*

Quemadmodum & optimarum pręmia actionum ad ſe animos adducunt: qua de re Hiſtoricen ita loquentem introduxit Poeta.

Illa ego, quæ geſtis præſum cuſtodia rebus,
Dirigo, quod caueas, quodque ſequaris iter:
B *Me ſine quis prudens? vnde experientia maior?*
Quis me adijt tandem non mage doctus erat?
Omnis enim noſtro pendet prudentia ſenſu,
Riteque nil, noſtra qui caret arte ſapit.

Ad quod addit & Langius cum ſic caneret.

C *Omnibus vtilitas multùm, ſi vera fatemur,*
Humana ingenijs ſenſim peruecta Minerua
Debet ab obſcuris, per quæ mortalis egeſtas
Emerſit tenebris, ſumma ad faſtigia lucis.

Cuius nam in cognitione haud eſt conſultationis opus, maximum afferre
D geſtas res emolumentũ? plurimis quoniam in caſibus præteritis non diſſimilia ea erunt, quæ de futuro dilabuntur: & Ariſt. 1. *Rhetor. cap.* 21. Vnde veriſſimè explicatum eſt ex Iſocrate *in orat. ad Nicollem. Si præteritorum memineris, de futuris etiam rectiùs deliberabis.* Quòd etiam ſub conſideratione poſitum è Seneca fuit, cum ex præteritis, aſſeruerit, futuri conſilium venturum.

E Id verò apprimè Principis conſiliario cõgruum extat, vt ſolertèr hiſtoriarũ in memorijs verſatus, maiori valeat facilitate ad honoris apicẽ peruenire; quẽadmodũ nõ parui decus momẽti ſibi Dionyſius Mileſius ex Adriano Principe eſt conſequutus: qui adeò acceptus ipſius penès authoritatem fuit, vt menſæ, ad quam nemo, niſi præclarus exiſteret, ac magnæ æſtimationis vir, parti-
ceps efficeretur, & ſecundùm Oſorij F
conſilium *lib. 7. de reg. inſtit.* Principum oportet conſiliarios bonis excultos haberi artibus, longo rerum vſu diligentèr inſtructos; ac etiam in hiſtoriarum monumentis ſagacitèr eſſe verſatos: cum non ſolùm præſentia induſtriè odorent, quę in poſterum verùm etiam ſunt ventura, vt Reipublicæ vtile aduehant, ex coniectura quærant præuidere; non ſo-
lùm atenim Hiſtorice Principum, Con- G
ſiliariorumque moderamini neceſſaria eſt, vt animi pathemata corrigantur, ſed etiam ſæpiùs apta, vt morbi longè fugentur: de Alphonſo namque narratur, quòd, cum Capuæ aduerſa fatigatus valetudine, & per quam graui concuſſus ægritudine detineretur, neque aliquod medicorum labores afferrent leuamen, Alexãdri Magni geſta ex Quin-
to Curtio Rufo deſcripta, ad legendum H
aſſumpſit; cuius enarratione mirum in modum oblectatus, omni infirmitatis expulſo rigore, ſanitati dicitur reſtitutus: vnde, peſſum abeat, inquit, Auicennæ ſolertia, Hippocratis diligentia, & aliorum, qui de medicina peregere, dum Curtius, cuius perennitèr fama viuat, me iucundè quidem, priſtinum reduxerit in ſtatum: ſic Anton. Panor.
de geſt. Alphonſus, & Aeneas Syluius I
de eius dictis.

Hiſtoriæ verò definitionem habemus, quòd geſtarum ſit expoſitio rerum, & Iſid. *lib.* 1. *Etymol.* dicit, quòd nil aliud hiſtoria eſt, quàm geſtæ enarratio rei, cuius opera, quæ facta in præterito ſint, optimè diſcernuntur.

Suam hiſtoria deriuationem demonſtrat, ad mentem Iſidori *in d. Ethymol. lib.* è verbo Greco ἱστορῶ, ex quo vide-
re, vel etiam cognoſcere ſignificatur; k
ex eo quia nemini, penès antiquos hiſtoriam ſcribere licitum erat, niſi & illi, qui adfuiſſet, vel, quæ ſcribi oporteret, ipſemet conſpexerit: & ex Langij ſententia, *in verbo Hiſtoria*, idem eſt hiſtoreo apud Græcos, ac quod penès Latinos, hiſtoriam narro, ſpecto, video, inquiro, interrogo, ſcio, quæro, diſco,

A dico, & alia ex Budæo communia Græcis.

Hiſtoriæ atenim diuiſio extat, quòd alia nimirùm Annalis nominetur, Ephimeris nonnulla, ſecundùm Auli Gellij *lib.5. cap.18.* doctrinam. Prima eſt, quæ, cum plurium obſeruetur annorum ordo, geſtas diſſerere ſatagit res. Poſterior, quæ dierum ſeriem ſectatur: quæ autem animalium, plantarum, lapidũ, B ſimiliumque nominantur hiſtoriæ, ſic impropriè dicuntur.

Ioſephi verò Langij *in ſua Poliant. in verbo hiſtoria.* extat diuiſio, quòd alia fabularis ſit, quæ nimirùm voluptatis ergò, quadam ingenij iucunditate cõponatur, alia hortatoria, vel fidem faciens, vt in Aeſopi fabulis habetur; nõnulla, quæ per turpia conſtruitur, quẽadmodũ in aliquibus Poetarum figmẽtis eſt; aliqua tandem, quæ pio tegitur C velamine; & hoc ſolummodò genus veteres admiſiſſe Philoſophi dicuntur.

Iſidori autem ex mente triplex hiſtoriarum genus conſtitutum *in libro 1. Ethymol.* ſcimus; primùm, quòd Ephimerides includat, vnius ſcilicet diei geſta, quod diarium nominamus: poſteriùs kalendaria compræhendat, hoc D eſt res, quæ per menſem agunrur; vltimum tandem Annales complectatur, res nimirùm, quæ per anni lapſum ſunt perpatrata: ſed cum huiuſmodi è diuiſionibus haudequidem genus in ſpecies verè ſit partitum; potiùs de ſpeciebus ſubdiuiſio, quàm generis poſſunt appellari: eam conuenit deſumere, quam feciſſe Langius videtur, & quadruplicem fermè ſpeciem demonſtrat: vel hiſtoria de locis tractatum inſtituit, & E Geographiæ nomen requirit, vel circa tempora diſcurrit, & Chronica nuncupatur, vel de Generarione verba facit, & Genealogia vocatur, vel de geſtis pertractat, & Annales conficiuntur, cæteræque hiſtoriæ ſpecies: ipſæ atenim octo in ſe ad perfectionem expoſcunt: perſonam ſcilicet, tempus, materiam, cauſam, modum, rem, locum, atque inſtrumentum.

Illa verò ſibi hiſtoriæ vendicare ri- F goroſè nomen valeat, in qua tres inueniantur conditiones; veritas nimirùm, explanatio, nec non iudicium. Ex prima quoniam neceſſe res omnes, euentuſque ex fidei lumine, ac veritatis enarrrari; neque aliquid (in quod ſæpè authorum prolabuntur animi) ex vanitate conſpiciatur ipſorum in operibus appoſitum, vt dixit Liuius 22. quæ quidem animantis æquiparata oculis G eſt; quia, quemadmodum vbi ipſi, ex vultu auferũtur, informe redditur corpus; æquali ratione Hiſtoricę, cum ipſi veritas dematur, cæca eſt; quo etenim in caſu falſa, & erroribus plena hiſtoria eſt, facili negotio præceps in errores Lector abit, quòd fermè aduertere hiſtorico eſt conueniens, vt ſequi veritatem minimè negligat, mendacia declinet, nec aliquid falſi proprijs inſerat H dictis, vti eſt Polybij aſſertum *lib.2. hiſt.* Neque aliquid fingi oportet, aut veri quidquam ſub ſilentio abſcondi, cùm paritèr nihil, vel odio, vel amore ductus conſcribere Hiſtoricus audeat, aut legentium affectus perſcrutare, vel rationem ad illud aptam perſcrutari, nec mortalium tandem inſequi calamitates, ſed hominum referre dicta, nec non facta ex fide incumbat, licèt mediocria I ſint; diuerſus etenim ille habetur ordo, quem hiſtoricus proſequitur, ab eo quẽ Tragicum ſcimus adhibere; vt Cæſar aduertit, & Rhodigin. *lib.25. antiq. lect. cap.3. propè finem.* Conueniens namque hiſtorico eſt virtutum adducere exempla, vt quiſque imitationi inſiſtat, vitiorum apponere figuras, vt quilibet ipſorum reprobet deformitatem, humanarumque inconſtantiam rerum an- k te oculos conſtituere, vt in aduerſis cõſtantiam, in ſecundis lenitatem quiſque complectatur, & propria contentus extet ſorte: ad quod addit Ariſtoteles, cũ iuſſus edat opus, hiſtorico eſſe neceſſariũ, vt ſeſe, nouis abſtineat, quãtum proprijs eſt viribꝰ permiſſũ, cũ recẽtes, præſenteſq; reijciat memorias, ne, vel proprij ex commodi intuitu, ductus, vel

futuræ

A futuræ vtilitatis amore coactus, vel me-
tu, atque timore, hiſtoriæ contexat mo-
numenta, quæ fabulis, mendacijſque
plena, & adulatione vndique inſultan-
te: vt refert Menuigl. *lege 8. ad hominē*
hiſtoricum in ſuo Primo Ethico volumo.
2 Adde quòd opus alea plenum dicitur,
quidquam ex viuente adhuc Principe
perpatratum tradere ſcriptis; quando-
que etenim odium ex veritate vidẽmus
B in ſcriptorem ſæuire quemadmodum,
de Tiberio explicatum fuit ex Tacit.
lib. Annal. 1. part. 6. num. 1. Qui Scau-
rum aduersùs propriam exercuit cru-
delitatem, ex Macronis induſtria, qui
ſibi Tragediæ argumentum ex illo de-
ſcriptæ aſſumpſit, cum additi verſus
fuiſſent, qui, cum in Tiberij flecterẽn-
tur vituperium, miſerè traditus morti
Scaurus fuit: ſed etenim, licèt verum
C aliquid author conſcribat, & Principis
propalare vitia minimè vereatur, quã-
quam non ficta ſint, vſque dubium in-
ducit, an ex iniuria id, vel contumelia
fuerit memorijs commiſſum. Et quo-
niam lõgiùs per temporis ſpatium per-
manent in hominum conſpectu ſcripta,
quàm verba, cum ſcripturę multis per-
durare ſæculis dicantur, ac longè, latè-
que peruagentur, & illam vſque in diẽ
D dedecus perſiſtere certum ſit, quo hi-
ſtoriam videmus haberi, eos propterea
contra hiſtoricos, qui ſcripta alicuam
deturpantia famam edant, veritas quã-
uis enarratis adhæreat, iniuriarum actio
præbetur. *§. iniuria. inſtit. de iniur.* qui
autem ea ſubit condemnationem in re,
nullum validus eſt, vt condat teſtamẽ-
tum. *l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. ff.*
de iniur. quòd ſi malè circa Principis
E acta ſcripſiſſe perhibeatur, læſæ Maie-
ſtati proximum patrat crimen, ex eo
quia, quando in ſcriptis iniuria effici-
tur, eo in caſu nullum continet vigo-
rem, quæ notata ſunt ex Modeſtino
in l. famoſi 7. ff. ad legem Iuliam Maieſt.
& in l. prima. C. ſi quis Imper. maledixe-
rit: quòd ſcilicèt videri debeat, an
hiſtoricus id ſit meditatus, an famam
retineat mentem: an ex linguæ lubri-

citate id actum, ſi modeſtiæ argines in- F
ter, ſe continere neſciret, quòd pudo-
ris leges nullo modo ſeruaret, ex pro-
poſito namque id præſumitur ſcripſiſ-
ſe, ac optimè potuiſſe animaduertere,
ſeſe malè circa Principis perſonam lo-
qui, nec linguæ dicitur lubricitas in-
teruenire, eoquòd nulla forma ex im-
prouiſo calami acuitem, ſed ex con-
ſulto mouet; propria etenim cogitate
prudentia compellitur, improbos eſſe G
maledicti effectus, & ſe ab incepto re-
trahat, cum malè Principem contra
ſcribere tentet: & hac de cauſa iure
quidem optimo, qui Principi maledi-
cunt mortis ſubire punitionem cogun-
tur: indè Paulus *lib. 5. ſententiarum.*
cap. 29. ſub titul. ad legem Iuliam Maieſt.
in Principes maledicta ad læſæ Maie-
ſtatis crimen reducebat: Principi eo-
quòd maledicta inferte, ſpeciem prodi-
tiónis nominamus; vt ſcripſit Ioannes H
Andreas *in cap. 1. de feud.* Bald. *in cap. 1.*
in princip. in 6. colum. verſic. quid de reb.
tit. quibus cauſ. feud. amitt. Principis autẽ
proditor læſæ committere dicitur Ma-
ieſtatis crimen. Hippol. *cõſ. 1. n. 22.* quòd
equidem ſcelus caput in pænam requi-
rit, *tit. ad leg. Iul. Maieſt.* Vnde inducitur,
ex hiſtorico, qui malè in Principis famã
ſcribere præſumat, morte punitionem
deſumi, neque id meo valet iudicio ſuf- I
fragari. Tex. *in l. 1. C. ſi quis Imper. ma-*
ledixerit, & l. famoſi §. 1. ff. ad leg. Iul. Ma-
ieſt. & cap. inter querelas 23. qu. 4. Leges
verò, cum verba faciant, & ſuam circa
maledictam, non autem malè ſcriptum,
promant diſpoſitionem, huiuſmodi eo-
quòd differentiam in conſideratione
poſuit lex duodecim tabularum; pro in-
iuria, quæ verbis fuerit illata, pecunia-
ria conſtituta punitio fuit; cum ſi hoc K
ſcriptis ſit commiſſum, vltimum infera-
tur ſupplicium; vt refert Alex. ab Alex.
genial. dier. lib. 6. cap. 10. fol. 343. à tergo.
& exempla id oſtendunt, quemadmodũ
de Sotade ſcriptum eſt, qui, cum plura
ex audacia in Ptolemæum Regem pro-
palare non erubeſceret, plumbeo inclu-
ſus vaſe in æquoreas proiectus vndas

Rrrr 2 ad

Digitized by Google

A ad punitionem improbam amiſit vitam, teſte Athenęo Dipnoſo *lib.* 14. *cap.* 7. vt etiam de Daſida Grammatico enarratur, qui Cruci affixus ea fuit ex cauſa, dedecora eoquòd ſcripta Reges aduerſùs promulgarat: vt author eſt Strabo in 14. nec tranquillæ vitæ periodum Aelius Saturninus concluſit, quoniam, cum in Tiberium verſus componere
B non dubitarit, ex ipſo eſt in Senatum adductus, & cuius iudicio poſtmodum Capitolij de rupe in præceps datus eſt: authore Dione Caſſio *lib.* 57. Nec diſſimilem euaſit punitionem Sextus Paconianus, de quo narratur, quòd, cum proprium aduersùs Principem carmina euulgaſſet, nonnullius dedecus momenti afferentia, in carcere ſuffocatus vitæ iacturam fecit: plurima occurrerent circa hoc exempla, ni breuitatis amator omitterem.

C Quòd ſi eum contra, qui aliquid in Principem ſcriptum inueniens lacerare minimè curet; eoquòd illius æſtimetur author, capitalis adducitur pœna, per Text. *in l. vnica, C. de famoſis libell. cap. fin. quæſt. prima*. Quo magis illius in punitionem induci oportet, qui in Principem ſcribat? nec ſemper decet Principem, ſeſe inſcium fingere, cum maledicta, vel peſſimè ſcripta,
D nulla ducat in pretio; hoc namque modo, & leges in contemptum abirent, & ſubditorum animi ad ſeditionem, tumultumque excitarentur: neque iniuſtum dicitur, quòd in huiuſmodi maledicos grauem infligant Principes punitionem; ipſos namque ſub flagellis malè agendos cuiuſcumque generis perſuadet lex, & diuina quidem in
E Exodo 22. vbi: *Dijs non detrahes, & Principi populi non maledices*. Canonica *cap.* 1. *de maledicis*: ciuilis quæ, cum inductam priuato iniuriam præcipiat Vlciſci §. *atrox. inſtitut. de iniur.* indicat maiori puniendum illum eſſe rigore, qui hoc Principem contra agere ſit auſus: qua de re ſi circa id negligentèr ſeſe geſſerit moderator, humanæ, non ſolùm contemptor legis, diuinæ verum etiam appellabitur; quo- F niam ex nulla alia cauſa Principes nobis voluit Deus conſtitutos, niſi quòd vt præmiorum ſpe, ad ſublimia bonorum animos erigat, pœnarum autem flagello impios emeritè affligat. Gloſa *in cap. omnes de maior. & obed.* Antonius Roſel. *tract. de poteſt. Imperat.* §. *quòd ſi Chriſtus n.* 1. & confer *cap. facta ſunt leges* 4. *diſtinct.*

Explanationem deindè oportet interuenire, vt non ſolùm fideli ratione G rem hiſtoricus enarret; diſpoſitionem verum etiam; atque expoſitionem adhibeat: circa quomodo, quare, quid fuerit geſtum, &, vt Tacitus dicit 1. *hiſtor. libro:* non vt caſus tantùm, euentuſque rerum, cauſæ at etiam cognitio nobis detur: magna etenim hæc laus eſt; atque ex Polibij iudicio *lib.* 3. adeò neceſſaria, vt ad nihil inſeruiat, H quæcumque ipſa caret; ex eo quia vbi ex hiſtoria tollere velis: quare, quomodo, quo fine aliquid fuerit commiſſum, concidet equidem enarratio; & quid in ipſa reliquum habebitur, ad ludicra magis aptum erit, quàm doctrinam.

Vltimò tandem loco iudicium decet in hiſtoria intereſſe, ad hoc, vt diſcrimen, lumenque rebus adhibeatur, & I hæc firmet, (ſed breuitèr) & improba dicat, quòd præcipuum tanquam munus in annalibus cōuenit adeſſe, ad hoc vt ne virtutum fulgores abditi ſub ſilētio perſiſtant, & infamiæ metus prauis ex dictis, factiſque incutiat terrorem: vt ex Tacit. *lib.* 3. *Annal.* recepimus. Pulchra enimuerò hiſtoriæ pars illa habetur, quæ alicuius format actiones, ac vitam moderatur; cum recto attamen K ex iudicio ſit profecta; qui etenim per imperitiam à veritate aberrat, fruſtra huic ſeſe applicabit actioni, quod ſuo magis riſu, quàm noſtra eueniet noxa: vanitas namque ſtatim ſub aſpectum venit.

Hæc autem ſunt tres illæ notæ, quas in vnaquaque reperies, quæ benè compoſita ſit, hiſtoria, tàm ſi recens, quàm vetus

A vetus ſit, quemadmodum in Thucydide, Polybio, Plutarcho, Diodoro, Xenophonte, Niceta Coniate, Nicephoro, Gregorio, Tacito, Salluſtio, Tito Liuio, Q. Curtio Rufo, C. Cæſare, Famiano Strada Societatis Ieſu, Lamberto, Roderico, Toletano, Paulo Æmilio, Iouio, Lipſio, Guicciardino, Bembo, alijſq; non infimæ notæ ſcriptoribus.

B Stylus verò hiſtoricis præſcribitur ſublimem inter, ac infimum medius; ille namque cum ſuperbum præſeferat verborum, ſententiarumque faſtum, à veritate non parùm declinat; hic cum humi ſerpat, Lectorum animos quadam concitat indignatione: illa enim eligi verba oportet, quæ concinnam reddãt periodum, dilucidaſque ſententias exponãt, quę inter breues comparationes, deſcriptioneſque adducere non indecorum eſt.

C Hiſtorico atenim illis præſtari fidem conuenit in rebus, quæ fuerint ab ipſo in hiſtoria ſcripta, cum antiquis in factis plenam hiſtoriarum monumenta faciant probationem. Bart. & Alexan. in *l. 1. ff. ſi certum petatur. cap. cum cauſam de prob.* Decius *conſ. 135.* Cepol. *in authen. ſed nouo iure. C. de ſeru. fugit.* Farin. *conſil. 189. n. 8.* Roland. *conſ. 30. n. 60. lib. 1.* Gemin. *in cap. quamuis 3. ante fin.* poſt Gloſ. D ibidem, *in verbo denique 21. diſtin.* Felin. *in cap. 2. ante finẽ. verſ. & dicit, de reſcript. & cap. inter dilectos 6. n. 12. de fid. inſtrum. iuxta l. 2. §. eodem tempore ff. de orig. iuris. & in l. quæſtio. ff. Ad leg. Iuliam Maieſtat. cap. fin. diſtinct. 9.*

Vt æquali forma plenam quoad antiqua venire, ex hiſtorijs, chronicíſque probationem certum eſt. Bald. *in l. ea* E *quidem col. 4. in fine. C. de accuſat.* Paris *conſ. 1. n. 50. lib. 1.* Iaſon *in l. 1. nu. 25. ff. ſi certum petatur.*

Hac de cauſa omnium votis perfectam ex ipſis deſcendere probationem affirmandum eſt, ſecundùm doctrinam F Felini *in dict. cap. inter dilectus num. 12. de fide inſtrum.* poſt Gloſ. *in cap. venerab. in verbo tranſtulit. de elect.* Gemin. *in cap. in nomine Domini. 27. diſtinct.* Maſcard. *de probat. concluſ. 287.* quod eo maiorem illo retinebit in caſu efficaciam, quo diſpoſitiua hiſtoriæ loquuntur per verba, cum tunc magis probent. Felin *in cap. ex parte n. 46. de reſcript.* Maſcard. *loc. cit. num. 9.*

G Quod ampliationem excipit è Soccino *in l. 1. ff. ſi certum petatur.* propriam quamuis hiſtoricus ſententiam nequaquam ex ſe proferat, ſed alieno ducat aſſerto. Felin. *in cap. cum caſa col. 1. nu. 1. ſub fine, extra, de reſcrip.*

Quo atenim euentu variæ, ſeſe inter hiſtoricorum videatur authoritates, illi H præſtari fidem oportet, cui & quamplures adhæreant ſcriptores. *l. 1. ff. de offic. quæſt.* Purpur. *in dict. l. 1. ff. ſi certum petatur. n. 156. in fine.* Farinac. *conſ. 189. num. 9.* At ſi plures numero maiores, & grauitate ſint, eos cogimur complecti, qui validiores in mediũ rationes ducãt. Purpur. *loco cit.* Maſcard. *dict. concl. 287. num. 5.*

Vbi autem in minori ſint hiſtorici numero, nec aliquas adferant rationes; tunc fermè illis credi conuenit, qui magis graues ſint. Alexan. *conſil. 13. in fin.* I *lib. 1. num. 15.* per Text. *in l. ob carmen. §. fin ff. de teſtib.* & qui per longum temporis ſpatium ſint approbationem ſortiti. ita Felin. *in d. cap. ex parte num. 146. & in cap. inter dilectos, de fide inſtrument.* Maſcard. *qui ſupra n. 10.*

Permiſſum tandem Iudici eſt, vt ex hiſtoriarum fultus monumentis deciſionem inferat cauſis, & ad credendum impellatur. Bartol. *in d. l. 1. ff. ſi certum* K *petatur.* Felin. *in d. cap. ex parte num. 25.* Tuſcus *concl. 139. lit. N n. 4.*

A tamen, quod aduertitur ex Ioann.Fran.
à Ponte *de poteſt.Proreg.tit.*4. §.2. *de re-*
*gal.impoſit.n.*4. haudquaquam ſufficiens
haberi, vt tribus ſemel pro annis ſit ſo-
lutio facta, ſed continuatam requiri ſo-
lutionem author. Bald. *in d.l.quicumque.*
Affirmat verò in Regia Neapolitana
Camera deciſum, quòd ſufficiens tantū
eſt, vt duos tantùm per annos, conti-
nuoſque ſolutio efficiatur, vt etiam per
B anni ſpatium, ſi tres continuatas tertias
ſoluiſſent.

Inuigilent verò Perceptores nè alias
ſeſe circa exactiones ingerant, ad illas
præterquam, quæ fuerint ex Prorege
commiſſæ; quemadmodum diſpoſitio
venit *in d. pragm. vnica.* §.6. ibi. *Y no ſe*
intrometā en ninguna exation, que no ſe les
hayā commetido por el dicho nueſtro Vir-
rey. Hac de cauſa Bartol. affirmat *in l.* 1.
C *C.de exact.tribut.* Quòd neutiquā poteſt
ab alijs exigi, niſi eis, qui in ſignifica-
toriarum breuibus, actiſue, qui Regij ex
Patrimonii Tribunali ſint dati: neque
illos decet debitores conuenire, quo-
rum adhuc nomina ad exigendum mi-
nimè ſint notata. Gloſa *in d. l.* 1. *in l. ta-*
bulario in fine. & ſolùm id exigere opor-
tet, quod debet afferri, non verò vltra;
cum aliquam ſumant occaſionem: quod
D ſi egerint Perceptores, faciles debet
Prorex illis aures præbere, qui ſeſe di-
cant, Perceptorum auiditate læſos, ipſiſ-
que ducere tali pro exceſſu, vel concuſ-
ſionis, vel falſi criminis punitionē. Gloſ.
in d.l. 1. *in verbo concuſſione. C. eodem. l.* 2.
ff. de concuſſ. qui pluris namque facit
exactionem, ad dupli reſtitutionem te-
netur, & capitalem ſubit punitionem.
l. vnic. C. de ſuperexactor. lib. 10. vbi Bart.
E quamquam à Ponte *in ſup. cit. tit. de reg.*
*impoſit. n.*47. affirmet, iſtiuſmodi exacto-
ribus dupli eſſe punitionem infligendā;
quo in caſu abſque eoquòd violentia
interſit, & dolus: at ſi accidat diuersè,
quadrupli ſubire pœnam opus eſſe: per
Tex. *in l. his, qui. C. de conuen. fiſc. deb. li.* 10.

Ad effectum autem, vt exactæ apud
Perceptorum facultatem pecuniæ mi-
nimè perſiſtant, vigilantiſſimo conſtitu-
tum fuit ex Rege *in d. pragm. vnica.* §.18. F
de offic. Perceptor. huiuſmodi, quòd Per-
ceptores cuiuſlibet computum de anni
administratione compellantur exhibe-
re, ſequentis ſaltem per totius ſpatium
Nouembris anni; vt his explicatur
verbis: *Item ordinamos, que los dichos Per-*
ceptores hayan de preſentar cada año cuenta
final de ſu adminiſtracion por todo el mes
de Nouiembre ſiguente, regolando los años
de vn Setiembre al otro, y las preſentaciones G
ſe hagan con iuramēto ſolenne de legalidad,
y cō las firma de lo miſmo Perceptor, el qual
denote, no hauerſe dexado ninguna partida,
ni pueſto alguna de exito, no verdadera, y
duplicada, y ſi otra coſa ſe hallera, incurran
los Perceptores en pena del quatruplo, por ca-
da partida, de introito, que hayan dexado, y
del quadrupla, por cada partida non verde-
dera, ò duplicada. Cui equidem ordina-
tioni cōſentanea exiſtit diſpoſitio Text. H
in l. apparitores, C. de exact. tribut. & Text.
in l. Diues, C. de ſuſcept. & præpoſ. lib. 10.
ex Ponte ducti *loco ſupra cit. n.*45. *l.* 3. *C.*
de exequut. & exact. lib. 12. quo Bartolus
in loco exactorem affirmat, anni ſpatiū
intra, cogi ad oſtendendum, de quo fe-
cerit exactionem, & ſi hoc neutiquam
egerit, illā debet cauſam denotare, qua
de re illud non perpatrarit, nam ſi aliter
ſe gerat, excipere punitionem debet. I

Statutum etiam Perceptoribus ex-
tat, vigore §. 17. *eiuſdem Pragmat. vnicæ,*
vt ſua informationes de adminiſtratio-
ne ad Regij Patrimonij Tribunal per
totum decimumquintum Aprilis diem,
primi circa ſpatium ſemeſtris, mittere
teneatur; ſecundi verò per totum deci-
mumquintum Octobris diem det; illæ
verò, quas præſentari informationes
oportet, fideles curet eſſe, ac iuſtas; po- K
ſteriores autē introitum, totiuſque exi-
tum anni comprehendant; verba verò
§. hæc. *Item ordenamos, que los dichos*
Perceptores dian informacion particolar en
ſcripto al Tribunal del Regio Patrimonio de
todo el introito, y exito de ſu adminiſtracion
de ſeys, en ſeys meſes, y tengan mes, y medio
de tiēpo para formarla, y preſentarla, de ma-
nera que la primera ſea preſētada à medio
de

Digitized by Google

A *de Abril, y la ſegunda à medio Octubre ſi-*
guente, las quales informationes ſean firtes,
y iuſtas, y el vltimo, que preſentaren, cõpre-
henda el introito, y exito de todo el año.
. Vigilanti etiam Perceptores ſtudio
incumbant, cæterique, publica qui fa-
ciunt de pecunia exactionem, ne aliquē
de illa in vſum diſponant, quàm par ſit,
cum mutuam illam dent, vel infœnus;
tale quoniam ſi auſi fuerint cõmittere
B delictum, varijs ſubijciuntur pœnis: &
capitalibus ferè, quadrupli vltrà ſolu-
tionem: non ſolùm autem ipſis, illis
verum etiam, qui acceperint mutuò
ſcientèr, infliguntur iuxta diſpoſitionē.
Tex. *in l. 1. & 2. C. de his, qui ex publ. rat.*
mut. pecun. accep. ex quo notatum voluit
Textu Bartol. *in l. 1. C. de auro publ. prof.*
lib. 10. quòd publici haudequidem exa-
ctores, qui pecuniam exigũt, illã neuti-
C quam redigere in florenos poſſunt, aut
hos aliam in pecuniam, Principis abſq;
eo quòd interueniat facultas; ex eo quia
ſi hoc agant, ad totius reſtitutionē pre-
tij obnoxij habebuntur: & *in l. 2. C. de*
his, qui ex publ. coll. prohibitum extat,
ne publicam ex illatis pecunijs in arcã
aliquid quomodolibet accipiat, ſi Prin-
cipis non interueniat facultas, vel qua-
cumque forma faciat diſpoſitionem, at-
D que æquali ratione alium conuertere in
vſum: alio namque modo affirmat à
Ponte *loco ſupra cit. §. 3. n. 3.* non ordina-
riæ ſubiacebit punitioni: *& in l. 3. eod. tit.*
vbi Gloſa: Bartolus explicauit capitalē
venire pœnam: allegauit Tex. *in l. 2. C. de*
his, qui ex publ. Oportet ergo Percep-
tores alioſque miniſtros, quibus publi-
ca exactionis de pecunia, onus incumbit;
illam diligentèr conſeruare, promptã-
E que publicum retinere ad vſum, nam
neutiquam illam in mercimonium cõ-
uertere permiſſum: ad Tex. *in l. in med.*
& ibi Plat. C. *de ſuſcept. lib.* 10. Propte-
rea *in d. Pragm. vnica. §. 30.* ita. *Ni ten-*
gan por sì, ni por interpueſta perſona dire-
cta, ne indirectamente alguna participacion,
ni trafigo con la Cuerte, con las Vniuerſi-
tades, con los banquos, ò Banqueros, ò con
magazenos, ò con magazeneros del dicho
Reyno, ni fien à ninguno, que tratte, ò con- F
tratte con la Regia Cuerte, ò Vniuerſidad,
ni meno con perſona alguna, que tuuieſſe of-
ficio, ò cargo publico. & ob id *in l. diu. §. de*
ſuſcept. & arcar. mandatur, vt exactam
ſtatim ſuſceptores pecuniam ad Regiã
trãſmittant Theſaurariam; cuius diſpo-
ſitioni legis regia conuenit ordinatio in
d. pragm. vnic. §. 17. contentu de off. Percep.
Vt generali nimirùm Perceptores The-
ſaurario ſoluere omnes debeant pecu- G
nias reſidentiæ in loco: in quibus illas
terminis acceperint exigēdas, & dictos
ad altiùs poſt terminos, menſem infra,
nec non dies, ad pecuniam neceſſarios
deferendam; quòd ſi fortè neutiquam
fecerint in terminis exactionem, neuti-
quam Regiæ denegatur Curiæ pecuniã
ad cambium ipſorum accipere ad in-
tereſſe: quòd ſi exactam ſoluere diſtu-
lerint pecuniam, ad quadrupli eos obli- H
gauit Rex ſolutionem: fiſcus etenim
vſuras minimè ſoluit, cum ipſi ſoluun-
tur: vt aſſerit de Ponte *loco ſupr. cit. n. 9.*
per Text. *in l. cum quidam, §. fiſcus, ff. de*
vſur. & l. ſi Procurator Cæſar. de iure fiſc.
quòd ſi aliquo Perceptor euentu ſoluē-
do Curiæ nequaquam habeatur, & ex
Regiæ pecunia Curiæ, vel propria ſuis
fecerit creditoribus ſolutionem, illam
fiſcus ex illis condicet; bona quamuis
conſumpſerint fide, ex regula Text. *in* I
l. pecunia. C. de priuil. fiſci. l. deferre. §. fin.
ff. de iure fiſci. de Ponte *d. §. 3. n. 12.* An
principalis etenim debitoris deceat diſ-
cuſſionem interuenire, Perceptoris ni-
mirùm, vt tertium poſtea aduersùs iura
poſſit fiſcus exquirere? vide eundem
de Ponte *loco cit.* Pari etiam forma or-
dinatur *in §. 15.* vt proprias Percepto-
res ad expenſas Regium pecunias ad
Theſaurarium adducant, & locorum k
ſolummodò Iurati, per quæ tranſibunt,
prouidere de equis debent, cum mer-
ces fuerit ſoluta: de Ponte attamen vo-
luit *in d. tit. 4. §. 2. ſub nu. 49.* quòd exa-
ctam populi pecuniam aſſociari tenen-
tur, vnuſquiſque nimirùm ſuum per
territorium, ac tali modo quælibet ſuũ
per territorium Ciuitas, vel Terra, vt
diſpo-

Digitized by Google

A diſpoſitio habetur Tex. *in l.nemo*, iuncta
Gloſa, *in verbo longius, C.de annonis, & tribut. lib.* 10. pecuniarum atenim pro
vectura, quæ neceſſaria ſint animalia,
capi, etiamſi inuiti ſint domini, poſſunt;
dummodò tamẽ quòd merces illis ſol-
uatur. de Ponte *loco cit. ſub n.* 54. Et om-
nia quamuis oporteat Perceptorum ex
pecunijs ſolui: hiſce tamen temporibus
obſeruatio extat, quòd Vniuerſitatis
B cuncta de pecunijs è locorum Iuratis
ſoluantur: allegatur autem conſuetudo,
cui attendere in his debemus. *l.ſemper. §.legem. ff. de iure immun.* de Ponte *l.cit. num.* 55.

Fugiant quoque Perceptores, ne, cũ
vagi per Regnũ eant, incolis moleſtiam
adducant, geſtorum quoniam per ipſos
periculum ad ipſos ſpectat, quorũ exa-
ctores habentur. Bartol. *in l.* 1. *C.de exec. & exact. lib.* 12. Quilibet autem Percep-
C tor ad Prouinciæ intentus ſit Rectorem,
atque cum illo pertractet, cum diligẽ-
tèr inſiſtat, diſpoſitionẽ faciat, & agno-
ſcant, & ſuo rem peragãt periculo, at-
que impleant vniuerſa. vt Arcad. &
Honor. ſtatuere *in d.l.* 1. *C.eod. lib.* 11. ne-
que alterius audeant poſſeſſionem alie-
nis pro publicis debitis perturbare. *l. nullam. C.eodem.* Eoquòd ſi has contra
leges temerario præſument auſu exa-
D ctionem Perceptores exercere, licita
ipſis ratione permiſſum eſt reſiſti, quòd
ſi criminoſi probentur, Proregis valent
ex prudentia puniri. *l.*5. & ibi Bartolus
C.eodem.

Prudentiſſimo etiam ex Rege in *dict. pragm. vnica. §.* 1. mandatur. *Que noten en
el dicho libro el modo, que ſe dà a cada Vni-
uerſidad para pagar, ſea, con patrimonio
proprio, con taxa, con gabela, ò por qualquier*
E
otra via extraordinaria, que occurrieſſe. F
Certam quoniam ob cauſam ad aliam
neutiquam debent conuerti, vt expli-
catum ex Textu *in l.fin. C.de his, qui ex public. collat. lib.* 10. de Ponte *d.§.*2. *n.* 60.
*tit.*4. *de regal. impoſit.*

In obligatione autem dicimus Per-
ceptores haberi, vt de recepto apocas
ſuis è Magiſtris Notarijs confectas, &
à ſe, vel ſubſtitutis ſubſignatas gratis
præbeant ſoluenti, cum ſolutionis de- G
clarent cauſam, perſonaſque, quorum
cauſa fuerit ſumma, & per quam ſolu-
ta, vt extat diſpoſitio *d.Pragmatic. §.* 8.
Quo verùm Perceptores in caſu Regiũ
penès Theſaurariũ pecunias exoluant,
curare ſuo pro intereſſe debent, vt apo-
cas excipiant ex ipſo, ac ab eodem, &
à cõtraſcriptore ſubſignatas: expreſſam
in quibus de perſonis mentionem, atq;
monetis nec non ſolutionem cauſis fie- H
ri neceſſe eſt: vt explicatum fuit *dicta in pragm. vnica. §.* 13.

Vbi atenim computorum liquidatio
facta, curare Perceptoribus conueniens
eſt, vt quindecim infra ſpatium dierũ
Regij per Patrimonij Tribunal ſibi qui-
ctantiæ efficiantur: *vt in d.pragmat. §.* 21.
quo in loco. *Item ordenamos, que procu-
ren tomar del dicho Tribunal la quitanza,
y liberacion de la cuenta preſentada, y la to-* I
*men dentro de quinze dias deſpues que le ſe
era notificada la liquidacion hecha.*

Sed ſi Regij per Patrimonij Tribunal
computa minimè fuerint liquidata, &
triginta curſus annorum fuerit tranſa-
ctus, in liquidata voluit ipſa deſumi.
Rouit. *in pragmat.* 31. *de offic. procur. Cæ-
ſaris fol. mihi* 444. vbi Gloſam ducit in
*d.l.*2. *C.de iure fiſci lib.* 10.
K

Digitized by Google

DE REGII THESAVRARII STATV.

Regij poſtquam Perceptores de illis exactionē fecerint pecunijs, quæ debēt è publicanis aſſerri, ad Regiã nūmi Theſaurariam ducuntur, qui conſequentèr in Regij manu Theſaurarij perſiſtunt, quemadmodum habetur Text. *in l. diu. C. de ſuſcept. lib. 10. & in pragm. 13. §. 3.* percipitur: *de off. Theſaur.* Et huiuſmodi fermè ab officio, illis, qui exercitiū retinerent, primipili priſcis temporibus nomen tribuebatur; primi namque Regiarum exiſtebant adminiſtratores pecuniarū. *l. ſolita. & l. ordinariorum. C. de cohort. lib. 12. l. officiales. C. de Epiſc. & Cler.* Gloſ. *in rub. C. de Primipilo lib.* 12. DD. penès Maſtrill. *de magiſtr. lib. 5. cap. 19. ſub n. 90.* Vt æquali forma Aerarij quæſtorem ipſum fuiſſe appellatum claret. *l. 2. ff. de orig. iuris:* & ſub Imperatoribus ſacrarum Comitis largitionum titulum firmum eſt accepiſſe: vt in *C. lib. 12.* continetur.

Alij etiam occurrunt vetuſto Primipili æuo, vt refert Alex. ab Alex. *dierum genial. cap. 5. fol. 8.* qui primus vexilli cẽturio, primique ordinis ductor haberetur: ex Vegetio autem *lib. 2. de re milit.* illum noſcimus dictum Primipilū fuiſſe, qui quatuor centuriones, ipſorumq; milites moderaretur, legioniſque caput dicebatur; ſed *Liuius lib. 7. dec. 1.* Solonium tribunum militum, primumque Centurionem fuiſſe refert, quem nunc (vt ipſe inquit) Primipilum vocant, Iulius etiam Cæſar Sextū Baculum, Primipili Centurionem, ab haſta, quæ nominatur Pilum, dixit. Et hìc iuxta Vegetij ſententiam *lib. 2. cap. 8. de re milit.* Aquilæ præerat vexillo, atque Centurijs quatuor; dicitur necnon à Liuio *lib. 2. dec. 5.* Primushaſtatus, nec defuit Varro *lib. 4. de lingua latina.* qui Primipilum nuncupauit illum, ex quo hoſtium aliquis periret: vt meliùs explanat Tholoſ. *ſyntag. iuris lib. 19. cap. 3. ſub n. 22.* & Mantica *de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 78. n. 10.*

Noſtris verò temporibus illos ſoliti ſumus Primipilos nuncupare, qui Theſaurarij ſeſe in munere exercent, Principiſq; ad colligẽdas pecunias incūbunt, alia enim forma Camerarij nomen ſortiebãtur; Principis quoniam de rebus

A administratio ipſi tribuebatur, & pecu-
niarum collectio, de quibus fit ſolutio
Regi. Gloſa *in rubr. C. de Primip.lib.*12.
& in d. l. officiales. C.de Epiſcop.& Cleric.
Peregrin. *de iure fiſci lib.6. titul.6. n.*43.
Capic. *deciſ.*129. *num.*15. *vſque ad* 18.
& reliqui penès Gratia. *diſcep.*733.*n* 6.
*tom.*4. *fol. mihi* 345. Quo etiam in loco
extenſionem tale obtinuit nomen, Re-
ginæ etiam in Theſaurario, cum priui-
B legiorum de communicatione ratio in-
terſit:vt aſſerit Capic. ibid.*n.*17.Rebuf.
*de conſtit.reddit.gloſ.*8.*art.*1.*n.*40.

Huius atenim generis officium ma-
ximam retinet authoritatem è ſententia
Maſtrill.*loc.cit. à nu.* 92. & cætera inter
decora,conſiliarij ſibi nomen capit,Re-
gioſque connumeratur conſiliarios in-
ter; omnibus propterea in conferendis,
Patrimonialibus interuenit cõſilijs, vo-
C tum præbent, cœteri quemadmodum
laici faciunt Magiſtri Rationales, qui-
buſcũque etiam adeſt in emptionibus,
venditionibuſque,Regiam, quæ ad Cu-
riam ſpectent; locus etiam ipſi Regij
in Patrimonij conceditur Tribunali in
illis, quæ patrimoniales extent, cauſis,
cum Rationales ſedeat poſt Magiſtros,
in Fiſcalibus poſt Iudices, in reliquis
poſt Magiſtros Rationales; deciſiuum
D atenim ipſi votum inhæret,ac etiam po-
teſtas,delegatos, commiſſarioſque de-
ſtinandi:Proregiæ, quibus ampla cum
authoritate tribuuntur patentes literæ,
ac mandato, vt nemo eis præſtare obe-
dientiam, auxilium, fauorem, nec non
brachium recuſet, vt ex pragmaticis
deſcendit. Per has autem datæ inſtru-
ctiones Theſaurario fuere; & quidem
primò, quòd iuſtum, legaleque tene-
E tur computum dare,& quolibet in qua-
drimeſtri Conſeruatoris ad officium
mittere informationes; ſecundò mini-
mè permittitur, quòd alicui ſalarium
officiali, abſque eoquòd ſit de ſeruitijs
certificatio facta ex Conſeruatore, ſol-
uat; nec aliquid emptarum pro pretio,
Regia pro Curia, rerum dare valet, ni
& illius adſit præſentia; interdictum
tertiò eſt, nè Regis, Proregiſue è man-
dato procurandæ pecuniæ aliqua par- F
ticulari pro neceſſitate alios ad vſus per
ipſum expendantur,cum pænam ſubeat
*in prag.*2.§.5. *de offic. Theſaur.* conſtitu-
tam. Adde quòd neque conceſſum,pe-
cuniam,quæ ipſius permanet in facul-
tate, priuatis neceſſitatibus applicare,
vel alios Principis conuertere in vſus,
& ſi ipſi expediens dicatur. Maſtril. *loco*
citato num. 101. per Text. *in l. præcipit.*
*C. de canon. largit. lib.*10. *l. hac lege. C.* G
*de aquaductu lib.*11. Hac de cauſa nullo
poteſt pecunias modo, tribuendis pro
ſalarijs aſſignatas, aliarum in ſolutio-
nes rerum conuertere; Curiæ etiamſi
pro neceſſitate id ageretur,vt in *d.prag.*
§.*fin.*reſpicitur.Has atenim Curiæ prius
oportet ex pecunijs afferri,cum nullum
ponant aſſignationes aliæ, impedimen-
tum, vt in *pragm.* 8. continetur. Nec
prætereas, quòd de nihilo ipſi permit- H
titur facere ſolutionẽ, ni Proregis man-
datum interueniat, Rationales per Ma-
giſtros, Conſeruatorem, ac Fiſci Pa-
tronum ſubſignatum, vt in *pragmat.* 3.
extat. Regiæ quamuis creditoribus
Curiæ ſoluere pecunias velit. Bald. in
rubric.C.de conſt. pecun. & nonnulli pe-
nès Peregrin.*de iure fiſci lib.6. tit.3. n.*5.
Loffred.*conſ.*36. *num.* 13. Quòd ſi fortè
Theſaurarius aurum in ærario retinens I
incluſum, abſque eoquòd Principis in-
teruenìat facultas, vel mutuum det, vel
proprios conuertat in vſus, capitalem
compellitur pænam ſubire.*l.*2. *C.de his,*
qui ex publ. ratiocin. lib. 10. DD.penès
Farinac. *de furt. quæſt.*171. *n.*44.*&* 45.
Ordinatur quartò *in pragm.* 4. nè com-
putorum in examine debita, vel nota-
menta illis Theſaurario, pro pecuniarũ
efficiantur, partitis, quæ fuerint ab ipſo
vi Excellen. Proregis mandati, Magi- K
ſtros per Rationales, & Conſeruatorem
ſubſignati ſolutæ: Tribuitur autem in
*prag.*5.Theſaurario facultas,vt neceſſa-
rijs nominationem faciat de miniſtris,
qui in Regia interſint Theſauraria; vn-
de,& de ipſorum culpis ipſum dicimus
teneri,vt explicatur *in l. exactores, C. de*
ſuſcept. lib. 10. illi quandoquidem dari

in

A in ſubſidium reputātur,vt probat Tex.
in l.2. C.eodem. §.26. obligatur etiam
campſorum, porteriorumque Theſau-
rarius culpis.

Adde quòd præcipitur, vt primo
Theſaurarius in ſuorum partita com-
putorum cuiuslibet anni, ſummam po-
nere teneatur, in qua præcedentis anni
debitor, creditorue antecedentis anni
exiſtat,vt *in pragm.6.*continetur,& hoc
B forſan ex diſpoſitione *leg.neminem.C.de*
ſuſcept. lib. 10. vbi: *Integro igitur ſinguli*
anniuerſarij anno tranſcurſo,cogantur ex-
ponere,quibus titulis ſuſcepta diſperſerint,
vt faciliùs, ſi quis in furto fuerit deprahē-
ſus,recentem queat redintegrare iacturam.
Propterea *in pragm.* 12. in obligatione
Theſaurarius perſiſtit,quocumque qua-
tuor menſium in curſu,propria ducere
computa, quæ de quolibet, ſint anno
C confecta; poſt vniuſcuiuſque autem
quadrimeſtris lapſum, quindecim infra
dies, illius circa recepta temporis, ac
expenſa,vt paritèr poſt totius anni cur-
ſum,menſis infra ſpatium, de receptis,
illiuſque temporis expenſis in Regij
Patrimonij Tribunali exhibere tenetur.
per *prag.17.* §.17.

Præceptum quintò Theſaurario da-
tur, vt omnium ſibi pecuniarum ſuſci-
D piat onus, de quibus exactio fuerit ex
Prorege commiſſa, & cum congruam
adhibuerit conſtitutis in terminis ſedu-
litatem, ſibi facere introitum tenetur,
ac de illis, quæ neutiquam fuerint exa-
ctæ, conſtituere in margine notamenta;
cum diligentiæ explicentur, quas ipſe
fecerit, cauſarumque declarationes,
quæ attulerint impedimentum: prout
extat *in pragm.* 13. Vt æquali ratione
E omnium ſibi facere compellitur introi-
tum pecuniarum, de quibus ſolutio ſi-
bi,Regiæ Curię nomine,ſit facta:nequa-
quam verò acceptare illas valet, ni &
contraſcriptoris habeatur interuentus;
& eo quidem in caſu ſolutionis expla-
nare adſtringitur diem,ac monetæ qua-
litatem, particularem nec non ſolutio-
nis cauſam; ea de re *in l.* 5. *C.de ſuſcept.*
lib. 10. habemus. *Quotieſcumque certa*
ſumma ſolidorum pro tituli qualitate debe-
tur, aut auri maſſa tranſmittitur,in ſoidas
*libra feratur accepta,*Surd.*conſ.*391.*n.*34.
vol. 3. Quo affirmat in loco,ſefe ab Ad- F
ciato diſſentiri *in conſ.* 100. *n.*12. *& ſeq.*
cui placuit,haudquaquam Theſaurariū
compelli, vt proprio receptariū ſpecies
monetarum in libro diſtinctè deſcribat;
ſed quod ſufficiens ſit, illas ponere in
confuſo, illarumque præfigere valorē,
ſecundùm tempus, quo fuerint recep- G
tæ, quamuis ipſius adhęreat opinioni.
Burſatic. *conſ.*325. *num.*1. *conſ.*9. *ad* 12.
dicatque,id neque legibus cautum, ne-
que ex Doctoribus fuiſſe aliqua expli-
catum ratione: ratio autem, qua ad hoc
ille mouetur, extat, quòd eo componi
libros modo neceſſe eſt, vt facili nego-
tio veritas, factique valeat falſitas co-
gnoſci.*l.antepen.ff.de cond.& demon.*Bar-
tol.*in conſ.*150.Soccin.*in conſ.* 199. *n.*4. H
*vol.*2.*in conſ.*190. *n.*1. qui affirmat, om-
nia ſingillarim deſcribi oportere, ad
quod accedit Angelus *conſ.*277.*n.*6. qui
explicat,ita opus eſſe clarum haberi of-
ficialis librum, vt depræhēdi clarè poſ-
ſit, an probè, vel ex contrario fuerint
rationes in librum relatæ. Plot.*in tract.*
de in litem iuran.§.5.*n.*31. Bartol.*in l.com-*
perimus.C.de nauic. Menoch. *de arbitr.iud.*
caſu 209.*n.*14.Decius *conſ.*110. *num.*8. I
Decian.*in conſ.*85.*n.*25. *vol.*3. & latiùs
*in conſ.*94.*n.*18.*vol.*3.Genua *de ſcriptur.*
*priuat.tit. de libris Theſaur.n.*6.

In obligatione etiam Theſaurarius
habetur, vt illo teneat patentem domū
in loco,Regia in quo reſidentiam Curia
facit, ad hoc, vt in illa per dies inferat
negotijs expeditionem, cum feriatæ ta-
men de præcepto excipiantur luces: vt
in §. habetur; adde quòd eadem debet K
in domo commodum, atque tutum re-
tinere conclaue,& arcam,Regiæ in qua
pecuniæ cōſeruentur, cùm gemina exi-
ſtat claui concluſa, quarum altera The-
ſaurarium penès maneat, altera apud
Conſeruatorem, in alio etiam conclaui
quamdam conſtituat arcam, quæ duo-
bus munita clauibus extet, eodem, qui
ſupra ductus, modo retinendis, omnes

Qqqq 2 in

Digitized by Google

A in qua pecuniæ reponantur, quæ per ſingulos intrant dies, & in Theſaurarij conclaue indè ſunt transferendæ; oportet attamē in ipſa remanere aureos, occurrentibus pro negotijs, quatuor mille, vt in §. 6. eſt notatum: quòd ſi dominico fortè die pecuniæ fuerint in eadē inuectæ arca, quæ dictam ſuperent quatuor millium ſummam, alias conuenit in Theſaurarij arcas illas duci; quod idē B fieri mandatur in §. 8. ſi hebdomadæ ſpatium infra, quatuor mille aureos vltrà, vnciarum mille ſummam excedant: ſed etenim vbi ſolutiones, quæ infra hebdomadæ curſum faciendæ dictam exuperent ſummam; eoquidem in caſu, quod vltrà neceſſarium habetur, Theſaurarij ex arca extrahi debent. Tali de cauſa, ſi cuiquam noſcere, cuius ſit pecuniarum dominium lubet, de quibus C fuerit per Theſaurarij operam, ſolutio facta, & cuius illæ pereant periculo, vt etiam quam incurrat in punitionem, alium quando in vſum, præter illū, circa quem deſtinatæ fuerint, applicentur, videat Burſat. *conſ. 325. & 326. volum. 3.* Huiuſmodi autem Theſaurarij conclaue nulla permittitur reſerari forma, abſque eoquòd Magiſtri Notarij interuentus, & Conſeruatoris habeatur.

D Præcipi etiam in §. 11. videmus, vt diurnale Theſaurarius teneat, & librum, Mercatorum more bilanciatum, omnes in quo introitus, exituſque partitæ debeant deſcribi, quorum omnibus ratio ad ſuæ Excellentiæ, ac Regij Patrimonij mandatum exhibeatur; conſtituitur etiam in §. 12. vt per Magiſtri Notarij Curiæ ſuæ manus, omnium apocas faciat pecuniarum, quæ Regiæ fuerint ad nomen Curiæ receptæ.

E Hiſce verò libris omnis penitùs debet fides haberi, vt eſt Tex. in *l. 2.* & *ibi* Bald. *C. de conuenien. fiſc. debit.* Alex. *conſ. 177. in 1. vol.* Fulgoſ. *conſ. 41. num. 2.* Ad quos faciendus erit recurſus, tamquam illos, qui ſpeculum veritatis exiſtant, vt voluit Viuius *dec. 184. n. 7.* quod intelligit Genua *de ſcrip. priu. lib. 4. de lib. Theſ. n. 2.* in illis, quæ Theſaurarij ad officij, pecuniaria veluti in materia, exiſtāt. Roland. *conſ. 92. n. 2. vol. 3.* Qua dedit conſilium in parte, quòd ſtatutum, ex quo diſpoſitio emanat, plenariam circa fidem, quæ Theſaurario præſtanda, nullū ſibi vendicat locum, quando pecuniaria agatur de materia, & ſic de illa, quæ proprium ſpectet ad munus. Genua *loco cit. ſub n. 5.* qui in n. 6. quæſitum facit: Ipſius an Theſaurarij libri plenā faciant regularitèr pro tertio, tertium aduerſus probationē; & adducit huiuſmodi opiniones, quæ diſcordantes extēt: & Plotus quidem habetur *in conſ. 88. n. 6.* poſt Baſilium *in l. quadā, §. nummul. n. 2. verſ. ſed quaro, de edendo.* vbi expreſſa infertur concluſio forma, ſemiplenam ex ipſis fieri probationem; contraria licet in opinione habeatur Maſcard. *concl. 975. n. 3.* qui aſſerit, plenè Theſaurarij libros probare.

Inter cętera etiam Theſaurarius omnes tenetur introitus, exituſque verificare, vt diſponitur *in d. prag. 13. §. 19.* ne peculatus, vel de reſiduis incidat in crimen; de quo videndus eſt Lanar. *conſil. 93.* qui *in. conſ. 43.* tractat, an hoc poſſit cognitio haberi circa crimen; Theſaurarij etiamſi lethum fuerit ſequutum, ipſius contra hæredes, ad quem, in facti contingentia recurrere neceſſe eſt.

Haudequidē verò Theſaurarijs permiſſum, vt ſeſe in negotijs exerceāt, vel mercatura, vna cum Regia Curia, vel cū illis habere participationem velit, qui hoc agant; vt paritèr neque pro alio permittitur fideiubere, aut propria hominibus è familia, officioque permittere, vt procurationem ſibi pro alijs aſſumāt, aut onus, aliorum ſolutiones creditorum Regia ſollicitare in Theſauraria. Enimuerò, an vbi diues effectus fuerit Theſaurarius, ex Regiæ pecunijs Curiæ, quæ ad ipſum peruenerint, locuples iudicetur redditus; talitèr vt reddere rationes compellatur, aut ſibi poſſit auferri, quod appareat lucrum: qua pro materia Gloſa venit *in l. defenſionis facultas, C. de iure fiſci lib. 10.* Quo extat in loco, præſumptionem occurre-

re

A re,ipſum ditiorem eſſe,Principis ex pecunijs, factum;quemadmodum in quæſitis per Clericos, & Prælatos. Authen. *licentiam.C.de Epiſcop.& Cler.* huius opinionis fuit Iacob.de Beluiſo *in cap.* 1. *in tit.de contron.inter domin.& vaſſal.*

Iu contraria verò permanere libuit ſententia Cyno,& Gulielmo *in d.Authen. licentiam*: qui exponunt, Theſaurarios, ac reliquos, Principis, qui de pecunia B ſint adminiſtratores, de proprio præſumi ditiores effectos, DD.penès Peregrin. *de iure fiſci lib.6. tit.3. ſub n.6.* Demas tamen,ni pauper ab initio Theſaurarius extitiſſet, neque induſtria præclarus;quoniam vbi longiùs per temporis ſpatium officij habuerit onus,& magna de pecuniarum ſumma habuerit adminiſtrationem;ex eo quia indè præſumitur diues effectus. Afflictum allegat C *in cap.1. §.ſi verò in primo notab.tit.de feud.guard.* Peregrinus atenim *loco citat.* vt pleniorem dubij det reſolutionem, duos præcipuos poni ſub conſideratione caſus affirmauit opus eſſe, quorum primus extat, quando ambiguum habetur, an Principis ex pecunijs ſibi diuitias ipſe comparaſſet; ac tali quidem aſſerit in caſu id vim habere, quod ſuperiùs fuit explicatum;poſteriorem declarauit caſum eſſe, vbi conſtet Princi- D pis ex pecunia opes Theſaurarium acquiſiuiſſe: & tali fermè in caſu,aliam faciendam eſſe diſtinctioné dixit, quòd nimirùm, vel Theſaurarius Principis debebat pecuniam, quam penès ſe retineret,in Regia exponere Theſauraria, & in areis, vt ſupra deſignatis afferre, & tunc quidem his minimè ex pecunijs licitum eſt mercari, & omne,quod prolabatur, lucrum, fiſcus ipſe deſumit, E quoniam ſtatim ac pecunias in aream non affert,dicitur in mora eſſe,vt ſcriptis tradidit Bartol. *in l.1. C.de auro publ. lib.* 11. Addas quòd criminali eum puniri modo conſtar,ex *leg.Iul.de reſid. diſpoſitione*.

Vel publicam non mercatur pecuniam,aliam ſed in ſpeciem,habédi cauſa lucri, tranſmutat,& hoc etiam prohibitum dicit haberi per Tex.*in l.1.C.ann. publ.lib.*11.Peregr.*loc.cit.n.*10.qui in *nu.* 12. affirmat, quòd in emolumentum F Principis illa acquirat, quæ fiſci ex pecunia, vel Principis ſui per operam Theſaurarius lucretur,vel quòd ipſe ad pretium teneatur: quo in caſu talis ſit Principis voluntas.

Idoneam etiam fideiuſſionem Regiæ compellitur Curiæ Theſaurarius ampla præſtare in forma, & cuiuſque in trime- G ſtris curſu fidem, de fideiuſſorum afferre,adhuc durante vita; quòd ſi eorum non nemo,vel morti occubuerit, vel facultatibus deſtitutus deteriore ductus ſit in ſtatum; alios debet, magis idoneos præſtare: vt *in d.pragm.*13.*§.*34.*&* 35. continetur. Ipſius verò Theſaurarij bona tacitè dicũtur in obligatione eſſe, per Tex.*in l.ſatis,C.quibus cauſ.pign.tacit. contrahant.*quo etiam in loco dotalia ad H vxoris bona aſſeritur extenſionem hoc pati. Neguſ. *de pignor.p.5.membr.2. tit.* 28.Mantica *de tacit.& ambig.lib.*11.*titul.* 26.*n.*8.*&* 40.*& tit.*18. *nu.*9. Aponte *in d.§.*8. *tit.*4.Gratian.*diſcep.*733.qui filiorum etiam in bonis facit ampliationé, patris licet heredes haudquaquã exiſtãt. *l.fin.C.de primipil. lib.* 12. Mant.*d.tit.*18. *n.* 9.Taliter vt,quãuis filius adire videatur hæreditaté, cũ paternis afferat cre- I ditoribus ſolutionem,aut ſolutiones accipiat, aut habilem paternã reddat,non diſſimilibus domum actibus: aliud tamen illo occurrit in debito, quo Theſaurario ſolutũ pro patre,ex quo neutiquam adire videtur, nec aliquo exteris tenebitur creditoribus modo:filius etenim,quamquam hæres non habeatur,in obligatione eſt.Gratian.*loco cit. n.*4. de Ponte *loc.cit.n.*4.qui *in n.* 12.aliud affir- K mat,notabile prouenire,quòd nimirùm, debiti ad ſolutionem paterni Theſaurarij filij teneantur,hæreditati licet dederint renunciationem,obligatur namque illis cedere bonis, quæ Theſaurario ex patre quocumque fuerint titulo ſortiti inter viuos,his,tanquam debitis, obnoxijs: allegat Text.*in l.heredes.*vbi Gloſa, & DD.*C.de omni agro deſerto*;quòd proprijs

prijs

DE STATV HOMINVM IN REPVBLICA.

LIBER QVINTVS.

DE HISTORIA, ET HISTORICORVM STATV.

Sed etenim cum propriæ homines cōmoda per mercaturę auxiliū paraſſent neceſſitati, diſciplinas excolere ferueſcēti ingeniorum acumine exorditi: quoniam quis dicat, cum in defectū opportunæ abeant res, poſſe quemquam in ſcientijs, artibuſque tranquillo pectore verſari? vnde (diuerſa quamuis in re) neſcio quis cecinit, quòd de omnibus ſcientiarum amatoribus verum eſt:

Lieto nido, eſca dolce, aura corteſe
Bramano i Cigni, e non ſi và in Parnaſo
Con le cure mordaci, e chi pur ſempre
Col ſuo deſtin garriſce, e col diſagio
vien roco, e perde il canto, e la fauella.

Ea de re, cum de mercatura, & artibus, diſciplinisque illi ob curſum felicitèr peragendum adminiſtris verba in medium afferre non dubitarim: vtpotè ex quibus commodum humanæ neceſſariū vitæ deſcendit, de nonnullis alijs non incunctantèr loquar: & quia antiqui Heroum geſta in obliuionis tenebris perire ſentientes, ſcriptis illa tradere nō neglexere, vt tàm excellenti operum monumento cunctorum animi pellecti, adſimili virtutes ſectarent niſu, ideò non vltimum ſibi ſublimes inter diſciplinas locū vendicat hiſtoria; hæc enim cum viuam tranſactis memoriam

de

Digitized by Google

A de geſtis conſeruet, humanarum non ſolùm cognitionem, at etiam de diuinis adducit; & noſtris è mentibus ignauię tenebras, errorum caligines fugat, hominum fulcit ingenia, lumine animos implet, & quadam oblectat iucunditate; ipſius enim ſolertia ex aliorum inſtruimur euentis, vt ex Tacito 4. Ann. habemus, quæ, vti Ciceronis ſententia eſt 11. *de orat.* de anima, nec non vitæ
B memoriam infert, veritati lucem aduehit, vitæque nominatur magiſtra; quænam enim exempla in vmbrarum non iacerent horrore, ni ex hiſtoriarum fonte ſplendor deſcenderet? quemadmodum Cic. pro Archia dixit: nec temerè Polybius affirmauit *lib.* 1. Vero quidem maximè propinquam, & ciuiles ad res exercitationem, hiſtoriam haberi: adde quòd ex Ariſtot. *Rhet. cap.* 5. Nonnullius
C exiſtit emolumenti, ad publicas rerum gerẽdarũ deliberationes; qua de cauſa reliquos inter, qui togæ, ac militiæ conſiliarij adeſſent, eos complectebatur Alexander, qui hiſtoriarum monumenta callebant, vt teſtatur Lamprid. in Alexan. & prudens Triquetrę Rex Alphonſus mortuos nuncupare conſiliarios, ſolitus erat hiſtorias: Speculi etenim in vicem, ad hoc, vt legentis componatur vita, hiſtoriam deſeruire
D certum eſt: vt notatum eſt ex Plutarco in Timoleonre: talitèr vt ex Liuij ſententia in 1. *Hoc præcipuè ſalubre, ac frugiſerum, omnis te exempli documenta, in illuſtri poſita intueri; vt inde tibi, tuæque Reipublicæ quod imitere, capias: indè petendum inceptu fœdum exitu, quod vites.* Baſilius quapropter Princeps Leoni filio, qui ad imperij aſcendere ſedem futurus debebat
E dominator, egregiè his commẽdatam voluit hiſtoriam verbis: *Per hiſtorias veteres ire ne recuſes? Ibi enim reperies ſine labore, quæ alij cum labore collegerunt, atque illinc hauries, & bonorum virtutes, & improborum vitia, vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in ea conuerſiones, mundi huius inſtabilitatem, & imperitorum præcipites caſus, &, vt verbo complectar, malorum facinorum pœnas, & honorum præmia, quorum illa fugies nè* F *in diuinæ manus Iuſtitiæ incidas; hac amplectaris, vt præmijs, quæ ea comitantur, potiaris.*

Ea de re, qui multa verſatur hiſtoriarum in lectione ſolertia, & verum indè fructum percipere ſcit, omnibus equidem in Reipublicæ negotijs haud dubiè ſeſe ſapientèr exercet, immò viua quodammodò exercitatio reputari, atque experientia debet: hoc indicat G illa Polybij ſententia in *lib.* 1. veriſſimã fermè diſciplinam, ac ciuiles ad res exercitationem hiſtoriam haberi: ex Gregor. Nazianz. ad Nicob. *Præclarum eſt* (inquit) *hiſtoriarum cognitione inſtrumentum hoc refertum habere: hiſtoria enim conglobata quædam, & coaceruata ſapientia eſt, hominumque multorum mens in vnum collecta.*

Sed etenim vbi quiſquam hiſtoriæ H operam nauat ſtudio; puerum ſeſe in ſenem prudentia reddit, & ex aduerſo, ſi longè aliquis ex ipſa eſt, ſenem ſeſe in puerum, imperitia rerum, immutat: huius verò emolumenta infinitam pœnè in ſeriem prolabuntur; ad quod ecce Plinium *lib.* 8. *epiſtol. de hiſtor.* ſic. *Hæc enim felicitatem nobis participat, & citra vllum documentum prodeſt homini: quid enim pulchrius, quàm cum quid alij egerũt* I *quærere? Sed quid optimè actum ſit, nobis proponere ad imitandum ſeniorum conſilia, quos longa ætas prudentiores efficit, Imperatores ob immortalitatem, gloriam, ad præclara facinora impellit, & vt in ſumma dicam, omnium rerum ſeries, quibus hominis felicitas paratur, tribui hiſtoriæ debet: eſt enim cuſtos earum, quæ cum virtute aucta ſunt, teſtem de malefactis præbens.*

k Hiſtoriæ autem repræſentatione bonis præditos moribus imitari ſtudemus, virtutum ſequimur ſplendorem, præclaras, & æquitate illuſtres ſectamur actiones, mala cuncta improba, nec non opera declinare conamur, aliorum quoniam detrimenta, & pericula cautos nos equidem reddunt: vt Polybius ait iuxta Parœmiam:

Felix

A *Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.*

Quemadmodum & optimarum præmia actionum ad ſe animos adducunt: quare de re Hiſtoricen ita loquentem introduxit Poeta.

Illa ego, quæ geſtis priſcum cuſtodia rebus,
Dirigo; quod caueas, quodque ſequatur iter:
B *Me ſine quis prudens? vnde experientia maior?*
Quis me adijt tandem non mage doctus erat?
Omnis enim noſtro pendet prudentia ſenſu,
Ritque nil, noſtra qui caret arte, ſapit.

Ad quod addit & Langius cum ſic canerет.

C *Omnibus vtilitas multùm, ſi vera fatemur,*
Humana ingenijs ſenſim peruecta Minerua
Debet ab obſcuris, per quæ mortalis egeſtas
Emerſit tenebris, ſumma ad faſtigia lucis.

Cuius nam in cognitione haud eſt conſultationis opus, maximum afferre geſtas res emolumentũ? plurimis quo- D niam in caſibus præteritis non diſſimilia ea erunt, quæ de futuro dilabuntur: & Ariſt. 1. *Rhetor. cap.* 21. Vnde veriſſimè explicatum eſt ex Iſocrate *in orat. ad Nicollem. Si præteritorum memineris, de futuris etiam rectiùs deliberabis.* Quòd etiam ſub conſideratione poſitum è Seneca fuit, cum ex præteritis, aſſeruerit, futuri conſilium venturum.

E Id verò apprimè Principis conſiliario cõgruum extat, vt ſolertèr hiſtoriarũ in memorijs verſatus, maiori valeat facilitate ad honoris apicẽ peruenire; quẽadmodũ nõ parui decus momẽti ſibi Dionyſius Mileſius ex Adriano Principe eſt conſequutus: qui adeò acceptus ipſius penès authoritatem fuit, vt menſæ, ad quam nemo, niſi præclarus exiſteret, ac magnæ æſtimationis vir, particeps efficeretur, & ſecundùm Oſorij F conſilium *lib.* 7. *de reg. inſtit.* Principum oportet conſiliarios bonis excultos haberi artibus, longo rerum vſu diligentèr inſtructos, ac etiam in hiſtoriarum monumentis ſagacitèr eſſe verſatos: cum non ſolùm præſentia induſtriè odorent, quę in poſterum verùm etiam ſunt ventura, vt Reipublicæ vtile aduehant, ex coniectura quærant præuidere; non ſolùm etenim Hiſtoricе Principum, Conſiliariorumque moderamini neceſſaria G eſt, vt animi pathemata corrigantur, ſed etiam ſæpiùs apta, vt morbi longè fugentur: de Alphonſo namque narratur, quòd, cum Capuæ aduerſa fatigatus valetudine, & per quam graui concuſſus ægritudine detineretur, neque aliquod medicorum labores afferrent leuamen, Alexãdri Magni geſta ex Quinto Curtio Rufo deſcripta, ad legendum H aſſumpſit; cuius enarratione mirum in modum oblectatus, omni infirmitatis expulſo rigore, ſanitati dicitur reſtitutus: vnde, peſſum abeat, inquit, Auicennæ ſolertia, Hippocratis diligentia, & aliorum, qui de medicina peregere, dum Curtius, cuius perennitèr fama viuat, me iucundè quidem, priſtinum reduxerit in ſtatum: ſic Anton. Panor. *de geſt.* Alphonſus, & Aeneas Syluius I de eius dictis.

Hiſtoriæ verò definitionem habemus, quòd geſtarum ſit expoſitio rerum, & Iſid. *lib.* 1. *Etymol.* dicit, quòd nil aliud hiſtoria eſt, quàm geſtæ enarratio rei, cuius opera, quæ facta in præterito ſint, optimè diſcernuntur.

Suam hiſtoria deriuationem demonſtrat, ad mentem Iſidori *in d. Ethymol. lib.* è verbo Greco ἱστορεῖν, ex quo videre, vel etiam cognoſcere ſignificatur; k ex eo quia nemini, penès antiquos hiſtoriam ſcribere licitum erat, niſi & illi, qui adfuiſſet, vel, quæ ſcribi oporteret, ipſemet conſpexerit: & ex Langij ſententia, *in verbo Hiſtoria*, idem eſt hiſtoreo apud Græcos, ac quod penès Latinos, hiſtoriam narro, ſpecto, video, inquiro, interrogo, ſcio, quæro, diſco,

A dico, & alia ex Budæo communia Græcis.

Hiſtoriæ atenim diuiſio extat, quòd alia nimirùm Annalis nominetur, Ephimetis nonnulla, ſecundùm Auli Gellij *lib.*5. *cap.*18. doctrinam. Prima eſt, quæ, cum plurium obſeruetur annorum ordo, geſtas differere ſatagit res. Poſterior, quæ dierum ſeriem ſectatur: quæ autem animalium, plantarum, lapidũ,
B ſimiliumque nominantur hiſtoriæ, ſic impropriè dicuntur.

Ioſephi verò Langij *in ſua Poliant. in verbo hiſtoria.* extat diuiſio, quòd alia fabularis ſit, quæ nimirùm voluptatis ergò, quadam ingenij iucunditate cõponatur, alia hortatoria, vel fidem faciens, vt in Aeſopi fabulis habetur; nõnulla, quæ per turpia conſtruitur, quẽadmodũ in aliquibus Poetarum figmẽ-
C tis eſt; aliqua tandem, quæ pio tegitur velamine; & hoc ſolummodò genus veteres admiſiſſe Philoſophi dicuntur.

Iſidori autem ex mente triplex hiſtoriarum genus conſtitutum *in libro* 1. *Ethymol.* ſcimus; primùm, quòd Ephimerides includat, vnius ſcilicet diei geſta, quod diarium nominamus: poſteriùs kalendaria compræhendat, hoc
D eſt res, quæ per menſem aguntur; vltimum tandem Annales complectatur, res nimirùm, quæ per anni lapſum ſunt perpatrata: ſed cum huiuſmodi è diuiſionibus haudequidem genus in ſpecies verè ſit partitum; potiùs de ſpeciebus ſubdiuiſio, quàm generis poſſunt appellari: eam conuenit deſumere, quam feciſſe Langius videtur, & quadruplicem fermè ſpeciem demonſtrat: vel hiſtoria de locis tractatum inſtituit, &
E Geographiæ nomen requirit, vel circa tempora diſcurrit, & Chronica nuncupatur, vel de Generatione verba facit, & Genealogia vocatur, vel de geſtis pertractat, & Annales conficiuntur, cæteræque hiſtoriæ ſpecies: ipſę atenim octo in ſe ad perfectionem expoſcunt: perſonam ſcilicet, tempus, materiam, cauſam, modum, rem, locum, atque inſtrumentum.

Illa verò ſibi hiſtoriæ vendicare rigoroſè nomen valeat, in qua tres inueniantur conditiones; veritas nimirùm, explanatio, nec non iudicium. Ex prima quoniam neceſſe res omnes, euentuſque ex fidei lumine, ac veritatis enarrrari; neque aliquid (in quod ſæpè authorum prolabuntur animi) ex vanitate conſpiciatur ipſorum in operibus appoſitum, vt dixit Liuius 22. quæ quidem animantis æquiparata oculis G eſt; quia, quemadmodum vbi ipſi, ex vultu auferũtur, informe redditur corpus; æquali ratione Hiſtorice, cum ipſi veritas dematur, cæca eſt; quo etenim in caſu falſa, & erroribus plena hiſtoria eſt, facili negotio præceps in errores Lector abit, quòd fermè aduertere hiſtorico eſt conueniens, vt ſequi veritatem minimè negligat, mendacia declinet, nec aliquid falſi proprijs inſerat dictis, vti eſt Polybij aſſertum *lib.*2.*hiſt.* H Neque aliquid fingi oportet, aut veri quidquam ſub ſilentio abſcondi, cùm paritèr nihil, vel odio, vel amore ductus conſcribere Hiſtoricus audeat, aut legentium affectus perſcrutare, vel rationem ad illud aptam perſcrutari, nec mortalium tandem inſequi calamitates, ſed hominum referre dicta, nec non facta ex fide incumbat, licèt mediocria ſint; diuerſus etenim ille habetur ordo, I quem hiſtoricus proſequitur, ab eo quẽ Tragicum ſcimus adhibere; vt Cæſar aduertit, & Rhodigin. *lib.*25.*antiq.lect. cap.*3.*propè finem*. Conueniens namque hiſtorico eſt virtutum adducere exempla, vt quiſque imirationi inſiſtat, vitiorum apponere figuras, vt quilibet ipſorum reprobet deformitatem, humanarumque inconſtantiam rerum ante oculos conſtituere, vt in aduerſis cõſtantiam, in ſecundis lenitatem quiſque K complectatur, & propria contentus extet ſorte: ad quod addit Ariſtoteles, cũ iuſſus edat opus, hiſtorico eſſe neceſſariũ, vt ſeſe, nouis abſtineat, quãtum proprijs eſt virib' permiſsũ, cũ recẽtes, præſenteſq; reijciat memorias, ne, vel proprij ex commodi intuitu, ductus, vel

futuræ

A fucuræ vtilitatis amore coactus, vel metu, atque timore, hiſtoriæ contexat monumenta, quæ fabulis, mendacijſque plena, & adulatione vndique inſultante: vt refert Moraugl. *in lege 8. ad hominē hiſtoricam in ſuo Prateo Ethico politico.* Adde quòd opus alea plenum dicitur, quidquam ex viuente adhuc Principe perpetratum tradere ſcriptis; quandoque etenim odium ex veritate videmus
B in ſcriptorem ſæuire: quemadmodum de Tiberio explicatum fuit ex Tacit. *lib. Annal. 1. part. 6. num.* 1. Qui Scaurum aduerſus propriam exercuit crudelitatem, ex Macronis induſtria, qui ſibi Tragediæ argumentum ex illo deſcriptæ aſſumpſit, eum additi verſus fuiſſent, qui, cum in Tiberij flecterentur vituperium, miserè traditus morti Scaurus fuit: ſed etenim, licèt verum
C aliquid author conſcribat, & Principis propalare vitia minimè vereatur, quiquam non ficta ſint, vſque dubium inducit, an ex iniuria id, vel contumelia fuerit memorijs commiſſum. Et quoniam lógiùs per temporis ſpatium permanent in hominum conſpectu ſcripta, quàm verba, cum ſcripturę multis perdurare ſæculis dicantur; ac longè, lateque peruagentur, & illam vſque in diē
D dedecus perſiſtere certum ſit, quo hiſtoriam videmus haberi, eos propterea contra hiſtoricos, qui ſcripta alienam detturpantia famam edant, veritas quātis enarratis adhæreat, iniuriarum actio præbetur. §. *iniuriæ inſtit. de iniur.* qui autem ea ſubit condemnationem in re, nullum validus eſt, vt condat teſtamētum. *l. lex Cornelia.* §. *ſi quis librum. ff. de iniur.* quòd ſi malè circa Principis
E acta ſcripſiſſe perhibeatur, læſæ Maieſtati proximum patrat crimen, ex eo quia, quando in ſcriptis iniuria efficitur, eo in caſu nullum continet vigorem, quæ notata ſunt ex Modeſtino *in l. famoſi 7. ff. ad legem Iuliam Maieſt. & in l. prima. C. ſi quis Imper. maledixerit*: quòd ſcilicèt videri debeat, an hiſtoricus id ſit meditatus, an ſanam retineat mentem: an ex linguæ lubricitate id actum, ſi modeſtiæ argines inter, ſe continere neſciret, quòd pudoris leges nullo modo ſeruaret, ex propoſito namque id præſumitur ſcripſiſſe, ac optimè potuiſſe animaduertere, ſeſe malè circa Principis perſonam loqui; nec linguæ dicitur lubricitas interuenire, eo quòd nulla forma ex improuiſo calami aoutiem, ſed ex conſulto mouet ſ propria etenim cogitare F
prudentia compellitur, improbos eſſe maledicti effectus, & ſe ab incepto retrahat, cum malè Principem contra ſcribere tentet: & hac de cauſa iure quidem optimo, qui Principi maledicunt mortis ſubire punitionem coguntur: indè Paulus *lib. 5. ſententiarum. cap. 29. ſub titul. ad legem Iuliam Maieſt.* in Principes maledicta ad læſæ Maieſtatis crimen reducebat: Principi coquòd maledicta inferre, ſpeciem proditionis nominamus: vt ſcripſit Ioannes G
Andreas *in cap. 1. de feud.* Bald. *in cap. 1. in princip. in 6. colum. verſic. quid de reb. tit. quibus cauſ. feud. amitt.* Principis autē proditor læſæ committere dicitur Maieſtatis crimen. Hippol. *cōſ. 1. n. 22.* quòd equidem ſcelus caput in pænam requirit, *tit. ad leg. Iul. Maieſt.* Vnde inducitur, ex hiſtorico, qui malè in Principis famā ſcribere præſumat, morte punitionem H
deſumi, neque id meo valet iudicio ſuffragari. Tex. *in l. 1. C. ſi quis Imper. maledixerit, & l. famoſi* §. *1. ff. ad leg. Iul. Maieſt. & cap. inter querelas 23. qu. 4.* Leges verò, cum verba faciant, & ſuam circa maledictam, non autem malè ſcriptum, promant diſpoſitionem, huiuſmodi coquòd differentiam in conſideratione poſuit lex duodecim tabularum; pro iniuria, quæ verbis fuerit illata, pecuniaria conſtituta punitio fuit; cum ſi hoc I
ſcriptis ſit commiſſum, vltimum inferatur ſupplicium; vt refert Alex. ab Alex. *genial. dier. lib. 6. cap. 10. fol. 343. à tergo.* & exempla id oſtendunt, quemadmodū de Sotade ſcriptum eſt, qui, cum plura ex audacia in Ptolemæum Regem propalare non erubeſceret, plumbeo incluſus vaſe in æquoreas proiectus vndas K

A ad punitionem improbam amiſit vitam,
teſte Arheneo Dipnoſo *lib.* 14. *cap.*7. vt
etiam de Daſida Grammatico enarra-
tur, qui Cruci affixus ea fuit ex cauſa,
dedecora eoquòd ſcripta Reges aduer-
sùs promulgarat: vt author eſt Strabo
in 14. nec tranquillæ vitæ periodum
Aelius Saturninus concluſit, quoniam,
cum in Tiberium verſus componere
B non dubitarit, ex ipſo eſt in Senatum
adductus, & cuius iudicio poſtmodum
Capitolij de rupe in præceps datus
eſt: authore Dione Caſſio *lib.* 57. Nec
diſſimilem euaſit punitionem Sextus
Paconianus, de quo narratur, quòd,
cum proprium aduersùs Principem
carmina euulgaſſet, nonnullius dede-
cus momenti afferentia, in carcere ſuf-
focatus vitæ iacturam fecit: plurima
occurrerent circa hoc exempla, ni bre-
C uitatis amator omitterem.

Quòd ſi eum contra, qui aliquid in
Principem ſcriptum inueniens lacerà-
re minimè curet; eoquòd illius æſtime-
tur author, capitalis adducitur pœna
per Text. *in l. vnica*, *C. de famoſis libell.*
cap. fin. quæſt. prima. Quo magis il-
lius in punitionem induci oportet, qui
in Principem ſcribat? nec ſemper de-
cet Principem, ſeſe inſcium fingere,
D cum maledicta, vel peſſimè ſcripta,
nulla ducat in pretio; hoc namque mo-
do, & leges in contemptum abirent,
& ſubditorum animi ad ſeditionem,
tumultumque excitarentur: neque in-
iuſtum dicitur, quòd in huiuſmodi ma-
ledicos grauem infligant Principes pu-
nitionem; ipſos namque ſub flagellis
malè agendos cuiuſcumque generis
perſuadet lex, & diuina quidem in
E Exodo 22. vbi: *Dijs non detrahes*, *&*
Principi populi non maledices. Canonica
*cap.*1. *de maledicis*: ciuilis quæ, cum in-
ductam priuato iniuriam præcipiat Vl-
ciſci §. *atrox*. *inſtitut. de iniur.* indi-
cat maiori puniendum illum eſſe rigo-
re, qui hoc Principem contra agere
ſit auſus: qua de re ſi circa id negli-
gentèr ſeſe geſſerit moderator, huma-
næ, non ſolùm contemptor legis, di-
uinæ verum etiam appellabitur; quo- F
niam ex nulla alia cauſa Principes no-
bis voluit Deus conſtitutos, niſi quòd
vt præmiorum ſpe, ad ſublimia bono-
rum animos erigat, pœnarum autem
flagello impios emeritè affligat. Gloſa
in cap. omnes de maior. & obed. Antonius
Roſel. *tract. de poteſt. Imperat.* §. *quid ſi*
*Chriſtus n.*1.& confert *cap. facta ſunt leges*
4. diſtinct.

Explanationem deindè oportet in- G
teruenire, vt non ſolùm fideli ratione
rem hiſtoricus enarret; diſpoſitionem
verum etiam; atque expoſitionem ad-
hibeat: circa quomodo, quare, quid
fuerit geſtum, &, vt Tacitus dicit 1.
hiſtor. libro. non vt caſus tantùm, euen-
tuſque rerum, cauſæ at etiam cognitio
nobis detur: magna etenim hæc laus
eſt, atque ex Polibij iudicio *lib.* 3.
adeò neceſſaria, vt ad nihil inſeruiat, H
quæcumque ipſa caret; ex eo quia vbi
ex hiſtoria tollere velis: quare, quo-
modo; quo fine aliquid fuerit commiſ-
ſum, concidet equidem enarratio; &
quid in ipſa reliquum habebitur, ad lu-
dicra magis aptum erit, quàm doctri-
nam.

Vltimo tandem loco iudicium decet
in hiſtoria intereſſe, ad hoc, vt diſcri-
men, lumenque rebus adhibeatur, & I
hæc firmet, (ſed breuitèr) & improba
dicat, quòd præcipuum tanquam mu-
nus in annalibus cōuenit adeſſe, ad hoc
vt ne virtutum fulgores abditi ſub ſilē-
tio perſiſtant, & infamiæ metus prauis
ex dictis, factiſque incutiat terrorem:
vt ex Tacit. *lib.*3. *Annal.* recepimus. Pul-
chra enimuerò hiſtoriæ pars illa habe-
tur, quæ alicuius format actiones, ac
vitam moderatur; cum recto attamen K
ex iudicio ſit profecta; qui etenim per
imperitiam à veritate aberrat, fruſtra
huic ſeſe applicabit actioni, quod ſuo
magis riſu, quàm noſtra eueniet noxa:
vanitas namque ſtatim ſub aſpectum
venit.

Hæc autem ſunt tres illæ notæ, quas
in vnaquaque reperies, quæ benè com-
poſita ſit, hiſtoria, tàm ſi recens, quàm
vetus

Google

A vetus ſit, quemadmodum in Thucydide, Polybio, Plutarcho, Diodoro, Xenophonte, Nicera Coniate, Nicephoro, Gregorio, Tacito, Salluſtio, Tito Liuio, Q. Curtio Rufo, C. Cæſare, Famiano Strada Societatis Ieſu, Lamberto, Roderico, Toletano, Paulo Æmilio, Iouio, Lipſio, Guicciardino, Bembo, alijſq; non infimæ notæ ſcriptoribus.

Stylus verò hiſtoricis præſcribitur B ſublimem inter, ac infimum medius; ille namque cum ſuperbum præſeferat verborum, ſententiarumque faſtum, à veritate non parùm declinat; hic cum humi ſerpat, Lectorum animos quadam concitat indignatione: illa enim eligi verba oportet, quæ concinnam reddāt periodum, dilucidaſque ſententias exponāt, quę inter breues comparationes, deſcriptioneſque addacere non indecorum eſt.

C Hiſtorico atenim illis præſtari fidem conuenit in rebus, quæ fuerint ab ipſo in hiſtoria ſcripta, cum antiquis in factis plenam hiſtoriarum monumenta faciant probationem. Barr. & Alexan. in *l. 1. ff. ſi certum petatur. cap. cum cauſam de prob.* Decius *conſ.* 135. Cepol. *in authen. ſed nouo iure. C. de ſeru. fugit.* Farin. *conſil.* 189. *n.* 8. Roland. *conſ.* 30. *n.* 60. *lib.* 1. Gemin. *in cap. quamuis 3. ante fin.* poſt Gloſ. D ibidem, *in verbo denique* 21. *diſtin.* Felin. *in cap. 2. ante finē. verſ. & dicit, de reſcript. & cap. inter dilectos 6. n. 12. de fid. inſtrum. iuxta l. 2. §. eodem tempore ff. de orig. iuris. & in l. queſtio. ff. ad leg. Iuliam Maieſtat. cap. fin. diſtinct. 9.*

Vt æquali forma plenam quoad antiqua venire, ex hiſtorijs, chroniciſque probationem certum eſt. Bald. *in l. ea* E *quidem col. 4. in fine. C. de accuſat.* Paris *conſ. 1. n. 50. lib. 1.* Iaſon *in l. 1. nu. 25. ff. ſi certum petatur.*

Hac de cauſa omnium votis perfectam ex ipſis deſcendere probationem affirmandum eſt, ſecundùm doctrinam F Felini *in dict. cap. inter dilectos num. 12. de fide inſtrum.* poſt Gloſ. *in cap. venerab. in verbo tranſtulit. de elect.* Gemin. *in cap. in nomine Domini. 27. diſtinct.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 287. quod eo maiorem illo retinebit in caſu efficaciam, quo diſpoſitiua hiſtoriæ loquuntur per verba, cum tunc magis probent. Felin *in cap. ex parte n. 46. de reſcript.* Maſcard. *loc. cit. num.* 9.

G Quod ampliationem excipit è Soccino *in l. 1. ff. ſi certum petatur.* propriam quamuis hiſtoricus ſententiam nequaquam ex ſe proferat, ſed alieno ducat aſſerto. Felin. *in cap. cum caſa col. 1. nu. 1. ſub fin. extra, de reſcrip.*

Quo atenim euentu variæ, ſeſe inter hiſtoricorum videātur authoritates, illi H præſtari fidem oportet, cui & quamplures adhæreant ſcriptores. *l. 1. ff. de offic. quaſt.* Purpur. *in dict. l. 1. ff. ſi certum petatur. n.* 156. *in fine.* Farinac. *conſ.* 189. *num.* 9. At ſi plures numero maiores, & grauitate ſint, eos cogimur complecti, qui validiores in mediū rationes ducāt. Purpur. *loco cit.* Maſcard. *dict. concl.* 287. *num.* 5.

Vbi autem in minori ſint hiſtorici numero, nec aliquas adferant rationes; tunc fermè illis credi conuenit, qui magis graues ſint. Alexan. *conſil.* 13. *in fin.* I *lib. 1. num.* 15. per Text. *in l. ob carmen. §. fin ff. de teſtib.* & qui per longum tēporis ſpatium ſint approbationem ſortiti. ita Felin. *in d. cap. ex parte num.* 146. *& in cap. inter dilectos, de fide inſtrument.* Maſcard. *qui ſupra n.* 10.

Permiſſum tandem Iudici eſt, vt ex hiſtoriarum fultus monumentis deciſionem inferat cauſis, & ad credendum K impellatur. Bartol. *in d. l. 1. ff. ſi certum petatur.* Felin. *in d. cap. ex parte num.* 25. Tuſcus *concl.* 139. *lit. N. n.* 4.

DE

DE PICTORVM, ET SCVLPTORVM STATV.

ET ſi prudentèr quidem priſci, ne ſublimia illuſtrium virorum facta peſſum irent, hiſtoriarũ memorijs illa tradere curarunt; cũ tamen rudi plerique mente exiſterent, quorum oculi craſſam ob ignauiam, annexamque ex affectato otio inſcitiam, in literis verſati neutiquam haberentur, ideò incubuere, vt, ad excitandum cuiuſcumque animum per penicilli artificia, per ſcalpelli induſtriam, vel heroum apponerentur Icones, vel excitarentur ſimulacra; vnde tale propter opus, quæ haudequidem ſilentio prætereundum, retinet cum poetica, & oratoria facultate commercium, Pictura nonnullius eruditione momenti hominum animos informat, & ſculptura: vt dixit Patritius *de inſtitut. Reip.* quemadmodum & ab hiſtoria diſcors non eſt: ipſa quoniam nõ ſolùm iucundo inruentium oculos paſcit lenocinio, præteritorum verum etiam, ad hiſtoriæ ſimilitudinem, memoriam conſeruat; ad quod facit, imagines opus eſſe literis præferri, ex Platone fuiſſe explicatum: in Phædro, atque Timeo: quod enim plurium ex coſtrũctione literarum denotari ſæpiùs minimè valet, vnica non rarò imagine ſunt expreſſa; quoniam è Ciceronis ſententia, in primo de Inuentione habemus: quòd: *Firmior eſt cauſa, & vehementior, diuturnuſq; motus ex ſenſuali viſina imagine, quam ex imagine ficta, & repræſentata per orationem: per eam ad præclara facinora, gloriæque cupiditatem incitatur animus, ac ſi (imo magis) per hiſtoriæ lectionem commoueretur.* Qua de cauſa perdoctè quidem Sextus Empericus Picturæ, tacitæ poeſis nomen, & huic loquentis picturæ titulũ dedit: inde Horat. *de arte poetica.*

-------Pictoribus, atque Poetis.
Quilibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Et Platonis doctrina in Phædro hæc:

Picturæ opera tanquam viuentia extant,

Si

A *Si quid verò rogaueris, verecundè ad-*
modum ſilent.

Quod etiam eſt confirmatum è Cœlio Rhodig. *antiquar. lect. lib. 7. cap. 3. lit. A.* Naturales etenim res per ipſam ex induſtria ſuſcipi ad imitationē videmus: quæ eò maius includit pretium, valoremque imitatio, quo magis ipſi accedit naturæ; quemadmodum de Zeuſis Parrhaſijque excellentia, monumenta
B demonſtrant; nam, cum ille vuam, purpuræ certantem mendaci, colorum expreſſione adeò diligentèr pinxiſſet, vt auium deciperet oculos, quæ ad ipſius concurrerent captum, accidit, quòd hic ad principem obtinendam artis ſedem effictum adduxerit linteum, quòd vbi Zeuſis proſpexit, remoueri iuſſit, vt ſubiecta frueretur pictura; ſed oſtenſo palam ipſius errore, victas dedit Par-
C rhaſio manus; & iure quidem, eoquòd ipſe aues, quibus nullus eſt intellectus, deluſit, hic autem tàm præclarum ſefellit virum: ſicuti Buſſonius ex Plinij authoritate teſtatur *lib. 5. cap. 23.* & è Valerij Martialis carminibus deducitur, ſuis catellam temporibus fuiſſe adeò viuacitèr depictam, vt eam ſuo extulerit verſu, affirmans, vel viuis immiſcendam, vel viuentes, quæ ad ſimiles,
D depictas eſſe reputandas: & de Claudio pulchro accepimus, quòd, cum ludorum in ſcena permaneret, Coraces ad tegulas eo talitèr depictas in loco, vt veræ exiſtimarentur, ad inſidendum ſuperuolauerint, vt eſt Plinij relatum *hiſtor. lib. 35. cap. 4.* Qua de re affirmare quicumque poteſt, Pictorem Dei, ac naturæ inſiſtere imitationi: affabrè namque colorum excellentia, & induſtri
E penicilli ſolertia cuncta huiuſmodi exprimit Ars; tali de cauſa picturæ quamquam diſciplina eadem non extet, atque natura, ad ipſam tamen tam propè accedit, vt ſuis nonnumquam operibus oculorum fallat credulitatem; ipſamq; ad iudicium expoſcat manum; & quãuis impertiri haudquaquam poſſit animam, oris attamen venuſtatem, motumque, ac varios ipſius animæ affectus ſæpè ſæpiùs iiſdem apponit: & ipſa licet corpora conſtruere ipſi materię de- F
negatur ob defectum; ſuo ſed enim artificio adeò præclarè illa oculis in tabellis ſubijcit, vt, ſi vitam demas, nihil deſiderio inuium habeatur. Aemulam fermè ſeſe arti natura præberet, ſi, quomodo id committeret, aſſumere vellet, quæ nunc adeò benigna eſt mente, vt artis etiam auxilium, opemque plurimis adhibere ſoleat in rebus: quæcum- G
que namque tam ſublimis beneficio artis, atque peritia reduci ad perfectionem valent, iiſdem ſupremam naturam manum haud fermè imponit.

Iure igitur optimo huiuſmodi de diſciplina enatam fuiſſe Paræmiam, dixit Rhodig. *lib. 29. cap. 24. antiq. lectionum.* Pictorem ſcilicet, cum loquitur, malè loqui, atque pictura malè vti; vani quoniam dicitur artificis niſus, aliun- H
dè plauſum, quam ex operis excellentia expectare; pictæ namque virtus tabulæ minimè ex Iudicis arbitrio deſcēdit, ſed Iudici artificem muta opus facundia commendat.

Picturæ autem definitionem habemus ab Iſid. *lib. 19. orig. cap. 16.* quòd quædam nimirùm extet imago alicuius ſpeciem rei demonſtrans; quæ vbi fuerit inſpecta, in memoriam aliquid re- I
ducit.

Generale verò extat nomen, Imago; omne quoniam depictum Imago nuncupatur, quæ ſtatuarū ſub titulo haudequidem continetur, benè tamen, quòd ſimulacra poſſint imagines vocari, ſtatuæ autem è ſto, ortum excipiunt, vt Cœlius dixit *loco ſup. cit.*

Huius etenim diſciplinæ inuentio Aegyptiorum tribuitur ingenio, qui ex humani corporis vmbra lineis circum- K
ducta, primam efformarunt Iconem, vt extat aſſertum Polydori Virgilij *lib. 2. cap. 24. de inuentor. rer.* in qua quidem tot noſtris hiſce diebus colores videmus interuenire, vt maioris conſpiciatur eſſe difficultatis; qua de cauſa in Pictorum aſſuetis eſt, futuræ primum imaginis vmbras, lineaſque exarare,

co-

A colorum poſtea ſuperaddere nitorem,
cum inuentæ artis ordinem ex diligẽtia
ſtudeant obſeruare.

Sed vt quidquam de Sculptoria dicamus. Primus omnium Deus ſtatua-
rius extitit, quando nimirùm in ſexti
operibus diei, terræ de limo cunctas
inter creaturas nobilitate præclatum,
hominem creauit, propriamq; ad ima-
ginem, ſimilitudinemque conſtruxit,
B ad cuius conſtitutionem animam, vitæ
ſpiraculo produxiſſe luce clarius extat,
atque corpus finxiſſe: quæ velut neceſ-
ſarias præfixit in partes; hoc ad inſtar
materiæ, illam formæ.

Quidquid autem de Prometheo in
figmentis adduxiſſe Poetæ videntur, eū
ipſi huiuſmodi inuentionem artis tri-
buant, non omnibus fermè ex partibus
mendacium eſt; at id ſub fictionum
vmbris abſcõdere ſoliti ſunt, quod fuit
C è Deo perpatratum; ac de ipſo intelli-
gi opus eſſe reputant: nam Lactant. Fir-
mian. *lib 2. de diuina inſtitutione* ſcripſit.
*Non dico eſſe mentitos, ſed primum omniũ
Prometheum ſimulacrum formaſſe: è molli
luto ab eoque natam fuiſſe artem, ſtatuas,
& ſimulacra fingendi*: quamuis Diod.
Siculus *in lib. 4. Biblioth. hiſtor.* Aethio-
pum ex induſtria ſimulacrorum vſum
primam ſortitum fuiſſe originem di-
D xerit.

Tali atenim in pretio habita fuit pe-
nès antiquorum ſapientiam pictura, at-
que tanti apud Græcorum ſolertiam
ſtudij, vt & ingenuos picturæ, iucundi-
tate, liberales veluti artes, inter præci-
pua, pueros vellent imbutos, eum pro-
hibitionem in ſeruos edidiſſent, ne ali-
quo ad illius profeſſionem tempore ad-
mitterentur; ita vt nullius vir doctrinæ,
E ac omnium ingenio infimus quiſque
diceretur, qui huius peritiam non re-
tineret diſciplinæ, vel expers omninò
foret: vt refert Alex. ab Alexand. *lib. 2.
cap. 25. dierum genial. fol. mihi 97. circa
finem.*

Senecæ verò è ſententia epiſtol. ad
Lucill. 88. Mechanicas inter artes ipsã
ſcimus adnumeratam, cum ita expli-
caſſet: *Non adducor, vt in numerum* F
*liberalium artium Pictores recipiam non
magis, quàm ſtatuarios, aut marmorarios,
aut cæteros luxuriæ miniſtros; aequè lucta-
tores, & totam oleo, ac luto conſtantem
ſcientiam expello, ex his ſtudijs libera-
libus.*

Adde quòd ſordidas inter artes illã
Iulius Firmicus videtur poſuiſſe; Iuriſ-
conſulti attamen in ſententia eſt, fabri-
libus vnam ex operibus picturam, pi- G
ctores verò inter fabros eſſe, vt notatũ
eſt *in l. ſi non fortem. §. libertus. ff. de
condit. indebit.* Tiraquell. autem *de no-
bilit. cap. 34. num. 1.* alio ſententiam pro-
fert modo: illos nimirùm, qui picturæ
exercitium non lucri, aut etiam nego-
tiationis, vel quæſtus, at animi cauſa
deſumunt, nullum ſuæ inferre præiudi-
cium, neque minimum, nobilitati, Po-
lygnoti pictoris, Fabiorum, Quinti Pe- H
dij, quem, cum cohæres à Cæſare da-
tus Auguſto fuiſſet, cum lingua impe-
ditus haberetur, ad ſectandam picturæ
diſciplinã decens eſſe admitti exiſtima-
tus Adrianus etiã venit Imperator, cæ-
teriq; Heroes, qui, cum picturæ præſe-
ferant peritiam: tàm præclaram magis
decorare artem viſi ſunt; nec prætereas,
quòd Euangeliſta Lucas ita in eà pol-
luit, vt Sacratiſſimæ Virginis, atque I
Petri, & Pauli Icones ex ipſo depictæ,
tàm ob artis excellentiam, quàm ex
perſonæ circumſtantia maximam ve-
niant in venerationem. Ad quod Ga-
leni occurrit authoritas, ex quo in ex-
hortatione ad bonas artes, duplici ar-
tes videmus differentia cõſtitutas; quaſ-
dam etenim liberales exiſtere affirma-
uit, ac honeſtate præditas, nonnullas,
quæ in contemptu ſint & corporis exi- K
gant labores, ac ſedentariæ nuncupan-
tur, atque manuales; primo autem ex
genere diſciplinas omnibus illuſtriores
putauit, ac tales, vt omnium ſectari
votis debeant, in quo quidem picturã
inſeruit, quæ, quamuis manualis extet;
ipſius attamen exercitium nullo modo
virile requirit robur; qua de cauſa, iure
quidem optimo, quocumque è perſo-

nali

A nali munere Imperatorum authoritas exemptos reddidit pictores, vt percipimus *in l. prima. C. de excuſat. artific. lib.* 10. *l. Archiatros lib.* 12. quare explicatum eſt è Caſſaneuz *in Catalag. gloria mundi part.* 11. *conſider.* 44. Haudequidem indecorum eſſe putandum, quòd adoleſcentum manus colorum inficiantur materie, cum proxima doctrina picturæ exiſtat, ac Ariſtotelem, teſtatur B hanc ſummopere artem laudibus extuliſſe, atque ipſam pueros doceri iuſſiſſe.

In medium autem ex DD. quæſtio ad examen ducitur; an ſedentarias inter artes pictoria debeat recenſeri; & conſequenti modo an Mechanicos inter, cõſtitui Pictores; vel inter homines aliqua nobilitatis nota præclaros decẽs ſit recẽſeri, an ſordidis excuſationem C è muneribus accipiant? Et nonnulli Textum ad trutinam vocant *in l.* 1. *C. de excuſat. artif. lib.* 10. vbi de pictoribus agitur, qui Mechanicos inter, ac ſedentariæ profeſſores artis adducuntur; ac Text. *in l. oper. l. quoties. ff. de oper. libert. l. ſi non ſortem.* §. *libertus. ff. de cond. indebit.*

Quorumdam verò ſententia eſt, ex quibus Pereir. de Caſtr. *dec.* 113. *n.* 2. qui D aduerſæ defenſionem ſentẽtiæ deſumpſere, quòd ſcilicèt, pictores, cunctis, quæ ſordida ſint, ex muneribus debeãt expertes haberi, ac perſonalibus è ſeruitijs immunes, ducuntque Text. *in l. Archiatros. C. de met. & Epidem. lib.* 12. vbi: *Nec non picturæ profeſſores.* iuxta *l. primam. C. de excuſat. artif. lib.* 10. Ac tali forma triplicis conſiderationem feciſſe videtur Periera ſtatus, quòd ſcilicet alter nobili viros ſanguine in ſe in- E cludat, alius, Mechanicos, ac ſedentariæ profeſſores artis comprætendat; vltimus tandem aliquo decoratos priuilegio viros complectatur, qui & ſi nullum nobilitatis in ſe præſeferant fulgorem; quolibet tamen è perſonali munere, vel etiam onere ſunt excuſati; & de his verum eſſe affirmat, quòd nobiles inter, mechanicoſque ſibi vendicent locum: qui eatenùs immunes exi- F ſtunt, quo vſque permanere in vita videntur, quemadmodum Grammatici, Sophiſtæ, Rethores, Medici, ac liberalium profeſſores artium ſunt. C. *de decret. decur. l.* 4. *C. de profeſſorib. & medicis lib.* 10. *l.* 10. §. *angariar. ff. de vacat. muner.* Qua contigit ex ex cauſa, quòd, quamquam pictores verè, ac realitèr nobilitate pręclari è proprię artis exercitio nequaquam reddantur; illud attamen G per ſpatium, quo ipſam profitentur, ac magiſtri ſunt, immunes penitùs extant. *dicta l. prima. C. de excuſat. mun.* nec aliquid in contrarium facit. *d. l. ſi non ſortem.* §. *libertus.* quo in loco fabriles inter operas picturam videmus inſertam; ex eo quia illius verba Textus ad libertum, non autem ingenuum conuertuntur: Liberto etenim haudequidem immunitatis euenit priuilegiũ H conceſſum, vt videri poteſt *in dicta l. Archiatros.* ibi: *Dummodò tamen ingenui ſint.*

Mihi verò in placitis eſt, quòd opus ſit regionis reſpicere conſuetudinem, cui circa hæc adſtringitur quicumque; vt voluit Maſcard. *concluſ.* 1095. *nu.* 12. Otalora *de nobilitat. quaſtion.* 3. *cap.* 3. *num.* 6.

Summis atenim laudibus picturam I cumulauit Caſſaneuz *par.* 11. *conſid.* 44. *in Catal. gloria mundi.* quòd nimirùm huiuſmodi ars nõnullius momenti honeſtatem demonſtret, Principibus, atque Dynaſtis non iniucunda ſit: ipſa namque Eccleſiarum incumbit ad ornamentum, ſuperumque nobis memoriam præbet, ad hoc, vt ipſorum merita per Iconem veneremur: vt eſt Gloſ. *in cap. Canonaci* 2. *de officio ordin.* vnde K verſus.

Nam Deus eſt, quod imago docet, ſed non Deus ipſa;
Hac videas, ſed mente coles, quod cernis in ipſa:
Qui finxit ſacros auro, vel marmore cultus,
Non facit ille Deos, qui colit, ille facit.

A Sacrarum autem imaginum vſus, tàm illarum, quæ pictæ ſunt, quam quæ ſculptæ, ipſarumque adoratio longa firmata eſt vetuſtate, atque orthodoxa in Eccleſia ex Patrum ſententijs approbata retinetur: earum verò cultus Apoſtolorum ex traditione deſcendit; vt Damaſcenus affirmauit *lib. 4. cap. 17.* Adde quòd Chriſtus proprij imaginem vultus Abagaro Edeſſenorũ Regi tranſmiſit, quemadmodum legimus apud
B Euſebij monumenta *lib. 2. Eccleſ. Hiſtor.* & Petrum de Gregorio *de Republ. cap. 12. num. 32.* ſuam nec prætereas, quòd faciem Dominus Linteo impreſſam Veronicæ tradidit: quã quidem imagine liber ex morbi ſæuitia Tiberius Cæſar redditus eſt; vnde hac de cauſa diuinos Chriſto cõſtituit honores (cum nullam tamen de hoc notitiam Senatus haberet) ſed vbi id in Senatorum ve-
C nit cognitionem, prohibita cunctis Chriſti adoratio euaſit; vt author eſt Suetonius.

Probus fuit æſtimatus ille, qui de ſacris habetur imaginibus vſus in Concilio Niceno ſecundo, in Conſtantinopolitano ſub Irenæo congregato in tribus Concilijs Lateranenſibus ſub Gregorio 2. ac 3. & Stephano perfecto, & in Concilio Franchofordẽſi ad Rhe-
D num; in quo Pollucianã damnationem hæreſis ſubiuit, quam Eccleſiæ aduerſarij pernicioſo dogmatum flatu excitare nitebãtur; quòd autem Icones in Dei Eccleſia conſtruerentur, nulla equidem vetitum reddidit litera, vt eſt ſententia Bedæ.

Quod verò ex imaginibus deſcendit emolumentum, idest, quod ſimplices animo erudiuntur, admonitionẽ ſcien-
E tes excipiunt, & omnes excitantur ad eorũ etenim eſt, Deum, qui ab humano habitu adorari, viſibili imagine, oculis exponi ſolet, quod fermè ipſi etiam hæretici haudequidẽ auſi ſunt denegare, & vt alios præteream, en Hæreticorum Primipilaris Lutherus, qui contra Caroſtadium ſic: *Imagines memoratiuas, aut teſtimoniales, ſicut ſunt imagines Crucifixi,* *& Sanctorum, probatum eſt eſſe toleran-* F
das etiam in lege, & non ſolùm tolerandas ſed quamdiu memoria, & teſtimonium in eis durat, tunc laudabiles, & honorabiles, ſicut ſtatua Ioſue, & Samuelis.

Neque in contrarium probationem adducit authoritas Exodi 20. Suæ quã defenſionis præcipuum reputant argumentum, vt Sãctorum impugnent adorationem, cultumque: quo in loco. *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitu-* C
dinem, quæ eſt in Cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum, quæ ſunt in aquis ſub terra. Huiuſmodi tanquam ex verbis prohibitum ſit, ſuperum effingere imagines, & adorationis proſequi cultu; reſponſum quoniam affertur his, Deum aſſertis ſuam explicaſſe voluntatem; ex eo quia, quemadmodum vetitum voluit alienos veneratione proſequi Deos; pari etiam forma illorum H
noluit imagines exponi; quapropter coquòd Sanctos nullo modo nobis deſumimus in Deos, minimè prohibitum eſt, ipſorum conſtruere figuras; illa enim ante verba inquit Deus: *Non habebis Deos alienos coram me, non facies tibi ſculptile: non adorabis ea, neque coles.* Illo quoniam fine neutiquam decet alicuius imaginem excitari: vt conſideratum fuit ex Petro de Gregorio Tholo- I
ſano *lib. 22. cap. 15. num. 3. in medio de Republica.*

Iure igitur optimo ſancta Tridentina Synodus *ſeſſ. 23. in decreto, de inuocation. Sanctorum*: illum vult hæreticum eſſe, qui aſſerat, Sanctorum inuocationem haudequidem in auxiliũ deſumendam, aut ipſorum preces, ſuperni apud Numinis clementiam alicuius eſſe emolu- k
menti, vel ipſorum reliquias, imagineſque cultu dignas; Sanctorum quoniam interceſſio, veluti eorum, qui Dei familiares ſunt, debet implorari, ad hoc, vt noſtrã ad opem intercedant; quòd ſi Deus, qui Cœlorum, terrarũque regimen tenet, in honore Sanctos habet, quò magis ipſos nos proſequi veneratione debemus? quòd ſi Chriſtus, qui caput eſt, preces ad noſtrum effun-

A effundit tutamen, quo magis noſtram
ad defenſionem Sancti, qui membra
exiſtunt, & ſe cum Chriſto conformãt,
id perpatrabunt? Adde quòd Deus ip-
ſe optat ſe per iuſtos inuocari, dum di-
cit: *Quæſiui de eis virum, qui interpone-
ret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro
terra, ne diſſiparem eam, & non inueni*:
vt legimus in Ezechiel. 23.

Declaratum etiam eſt è Sancta Sy-
B nodo, quòd Seruatoris, Deiparæ Virgi-
nis, aliorumque imagines Sanctorum
haberi in honore, ac è Chriſtianorum
reuerentia in venerationem debeãt ve-
nire; non, ex eo quia quiſquam credat
aliquam ipſis diuinitatis excellentiam
inhærere, aut virtutem, ex qua dignæ
cultu ſint, vel quòd aliquid oporteat
ex ipſis expoſci, aut quòd nonnulla ſit
fiducia ipſis præſtanda; ſed quoniam
C honor, qui eorum exhibetur repræſen-
tationi ad prototypum, quem figurant,
refertur; taliter vt eas per Icones, qui-
bus oſcula figimus, & ipſarum in aſpe-
ctu caput aperimus, ac genuflectimus,
Chriſtum proſequimur adoratione, ſu-
peroſque, quorum ſimilitudinem gere-
re videntur, vt etiam in Concilio Ni-
ceno 2. *act.* 3. Sed ſi alia honorem exci-
piunt forma, abſque eoquòd nimirùm
D aliqua ipſos ad Sanctos, vel tacito, vel
expreſſo modo relatio habeatur, & abſ-
que eoquòd reſpectus ſit, quòd ipſos
demonſtret Sanctos, qui in Cœlo fa-
ciant moram, vel Deos; lethalis ſunt
rei criminis, qui adorant: *cap. per latum,
& cap. venerabilis de conſecrat. diſtinct.* 3.
Quo venerabiles Icones in loco haud-
equidem Deos nuncupant Chriſtiani,
neque ipſis, tanquam Dijs, ſeruitia præ-
ſtant, aut in ipſorũ interceſſione ſalutis
E conſtituunt ſpem, vel futurum ab ipſis
iudicium expectant, ſed ipſorum ad
recordationem, memoriamque ipſas
veneratione proſequuntur, adorantque;
vnde nequaquam ipſis, vel alicui crea-
turæ, diuino ſeruire cultu cuiquam con-
uenit.

Vt meliori autem ratione adoratio-
nis explicemus modum, hæc addãtur,
quòd nimirùm.

Adorationis definitio eſt è nonnul- F
lorum ſententia illum eſſe actum, quo
ſe vnus alteri ſubiectat, vel honore di-
gnatur, ipſius cum aptè excellentiam
cognoſcat: ita Suarez *diſput.* 55. *ſect.* 2.
Sanchez *num.* 9. & 11. Valentia *tom.* 3.
diſput. 6. *q.* 3. Verumtamen Angelicus
Doctor Thomas 2.2. *quæſt.* 84. *artic.* 1.
cum adorationis eſſentiam explanet, in
aſſertis habet, quòd nil aliud adoratio
extet, niſi & reuerentiæ exhibitio, illius G
ob merita, cui adhibetur; qua equidem
definitionis natura non denegatum eſt
affirmare, nequaquam in adoratione
peculiarem deſiderari excellẽtiam; quæ
quidem cum diſpar ſit, minimè eadem
in Deo eſt, atque in Sanctis: qua de
cauſa his, tanquam creaturis, creata in-
ferri excellentia, Deo autem increata
debet; indè ſpeciali Deum adoratione,
qua ſupremus denotetur cultus, illi ap- H
tus, proſequimur: cum ſummam ete-
nim ad ſublimitatem, quæ Deo ineſt,
vnumquodque creatum, & creabile
cedat; optimè quidem honor, cultus,
gloria, & etiam laus, quæ ipſi ex ani-
mo à nobis infertur, omnem debet in
adoratione antecellere excellentiam,
quæ & alijs adhibetur: iuxta illud Deu-
teronom. 6. *Dominum Deum tuum ado-
rabis, & illi ſoli ſeruies*. Neque aliquis I
ſibi arbitretur, quòd eiuſdem extent
honor, & adoratio ſignificationis; quid-
quam namque particulare intercedere
diſcrimen, vtrumque inter ſcimus: præ-
ſtantior quandoquidem actus adoratio,
quàm honor, ciuiliſque cultus habetur;
vnuſquiſque nam, qui adorat, dicitur
adorare, non autem ex aduerſo; æqua-
les quoniam permiſſum eſt, abſque eo-
quòd adorationis interſit nota, honora- k
re: in adoratione aliquem in ſuperiorẽ
cognoſcimus, & libenti animo nos illi
ſubmittimus: huiuſmodi atenim ado-
ratio multiplici venit genere; alia nam-
que Latriæ eſt, alia Hyperduliæ, quæ-
dam Duliæ extat; aliqua interna eſt,
altera externa, aliqua abſoluta, reſpe-
ctiua altera eſt.

Et vt ex Latria principium deſumã,

A ipſa Græcè tale ſuſcipit nomen, eoquòd ſeruitutem generali ſignificat forma, & æſtimata eſt à Sanctis Patribus, & Eccleſiaſtico ab vſu ſcripturæ ſacræ ad cultum ſolius Dei ſignificandum perapta quidē eſt: Latini quapropter DD. ſcholaſtici præſertim hoc Græcum, latino tamen redditum idiomati nomen tali vſurpatunt ſignificatione: quemadmodum Auguſtin. *de Ciu. Dei* 10. *cap.* 1. B *& 20. lib. contra Fauſtum Manichæum, & 1. de Trinitate cap. 6. poſt medium.* Iſidorus *lib.* 8. Beda *in illud Lucæ* 4. *Dominum Deum tuum adorabis.* & plures alij, quos videre eſt apud Vaſquez *in 3. parte Diui Thomæ diſput.* 93. *cap.* 2. *quæſt.* 25. *art.* 5. Hæc verò Latriæ adoratio ſoli conuenit Deo iuxta illam, quæ nominibus adhæret, ſignificationem; quoniam, cum ſubmiſſionis ſignum, interioriſque demonſtratio ſeruitutis adoratio ſit, atque C alij ſeruitus nequaquam debeat præſtari; ni & cui dignitas inſit, aut excellentia, vel tali modo fuerit apprehenſus, conſequens eſt, quòd, cum ſummæ ſit excellentiæ Deus, & infinitam præſeferat dignitatem, ſupremum ſibi adorationis exigat genus; qua de cauſa ſeptimæ Patres Synodi vna cum Auguſtini doctrina iſtius circa ſpeciem adorationis interpretari volunt illud Deuter. D 6. & Matth. 4. *Et illi ſoli ſeruies.* Nec alia forma, cum diuerſa ratio habeatur ad attributa, atque beneficia, quæ Deo congrua exiſtunt, alius è Latriæ cultu diſſonus adhiberi modus debet; vt optimè Sanctus Thomas 2. 2. *quæſt.* 81. *artic.* 3. *ad primum. & 84. artic.* 1. *ad* 2. Ita probatas voluit diuerſas attributorum rationes, quæ ad primi conſtitutionem principij concurrere videantur; il- E lam namque rerum nuncupamus originem, quæ cunctas in ſe perfectiones includat, ac totius fons eſſe habeatur. Iſti atenim primi ſub ratione principij vnica religionis virtus varijs cultum adhibet modis, quos inter vnus, adoratio, nuncupatur; quapropter cum vna ſit primi ratio principij, vnicam etiam adorationis venire formam oportet; fundamentale vero eſſe argumen- F tum valet, ſingula cum per attributa, atque beneficia diſcurratur: laus namque varias vſque per Dei perfectiones incedit, ipſaſque ſingulari prædicat modo, & ipſimet Deo, quatenus talis eſt, eundem adducit honorem: huius tandem adoratio generis Deum pro fine deſumit, quemadmodum eruditè quidem notatum reliquit. Vaſquez in G *3. part. D. Thom. quæſt. 25. art. 5. diſp. 94. cap. 5.*

Huiuſmodi ergo ex doctrina licitum eſt inferre, nec impium dicetur, aut Catholicæ diſſonum veritati, quòd diſtinctā adorationem excipere aliqua Trinitatis perſona è Latriæ adoratione, quæ ſit ex alijs diſtincta, poſſit, ex eo quia vnam concipere, aut aliam valemus: igitur vnam poſſumus diſtincto modo adorare; hæreticum attamen eſſet alias H explicita forma expellere perſonas: eoquòd, quamquam Pater, Filius, ac Spiritus Sanctus tres extent diſtinctæ perſonæ, vnus tamen Deus habetur: ita Bonacina è ſententia *quæſt.* 1. *de adorat.* Azor. *in primam partem lib.* 9. *cap.* 5. *q.* 7. Clauis Regia *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 6. Quòd & idem explicari de Chriſti adoratione decet, cum ipſius de humanitate verba facimus; ex eo quia nequaquam I implicat, quòd aliqua poſſit peculiaris adoratio adhiberi, quæ Latriæ adoratione inferior exiſtere videatur; & ſub qua ipſum minimè comprehēſum Verbum ſit. Caetan. *de human. Chriſt. art.* 2. Subtiliſſimus Ioannes Dunx Theologorum Princeps, Scotus *in 3. diſtinct. 9. quæſt* 1. §. *præſtat vna*, & §. *ſequent.* Durandus *quæſt.* 3. *num.* 7. Paludan. *quæ.* 2. Almain *quæſt.* 1. *concluſ.* 4. Henricus *quodlibeto* 10. *quæſt.* 6. Picus Mirandul. *in* k *apologia quæſt.* 3. Caniſius *lib.* 5. *de Beata Virgine cap.* 15. Corduba *lib.* 5. *quæſt.* 5. *dubit.* 3. *punct.* 4. Gabriel *in 3. diſtinct. 9. quæſt.* 1. *artic.* 2. *concluſ.* 3. & 4. Conciliorum atenim, atque Patrum doctrina eſt, quòd Chriſti humanitas vna cum Verbo, Latriæ debeat adoratione coli, atque venerationem ſortiri: hoc deſcē-

dit

Digitized by Google

A dit ex Concilio Alexandrino in Epiſt. ad Neſtorium, ex Concilio Epheſino, quòd repræhenſione illos malè agit, qui ſic dicant: *Propter eum, qui hominem induit veneror eum, qui indutus eſt.* Huiuſmodi namque ſpecies adorationis diuiſum præſefert Chriſtum; additum indè eſt. *Sed vnus intelligitur Chriſtus Ieſus filius Vnigenitus, qui vna adoratione propria cum carne adoratur.* Similis habetur B definitio formæ in quinta Synodo Cõſtant. *collat. 8. cap. 9.* & Concil. Trident. *ſeſſ. 13. cap. 5. & can. 6.* quo ſtatutum in loco, eſt Diuinum Euchariſtiæ Sacramentum Latriæ adoratione ſuum exigere cultum, cum ipſius interſit præſentia diuinitatis; qua de re ſi tali Sacramento, ex eo quia verè diuinitatem continet, Latriæ eſt adoratio adhibenda, pari humanitas forma, in qua C corporalitèr tota diuinitatis moram facit, plenitudo excipere adorationem debet; nonnulla iſtam occurrerent ad materiem, niſi prolixitatem quærerem deuitare, & luculentèr pertractaſſet Tholoſan. *de Republ. lib. 12. cap. 15. nu. 7.* Quidquid autem de Crucis, Clauium, Syndonis, Veſtis, aliarumque cultu reliquiarium intelligi ſit neceſſe, infra, prout res poſcit, verba faciam, vbi de D imaginibus, reliquijſque Sanctorum agam.

Secundum adorationis genus, quæ Hyperdulia nominatur, Illibatæ afferri Virgini debet; ſacer quandoquidem cultus, & pluſquam ciuilis occurrat; eoquòd ſi ad Virginis ſanctitatem oculos conuertas in ipſa eiuſdem rationis, maior tamen, quàm reliquis in Sanctis dignitas refulget, vt ipſius inuigilemus E adorationi; ſed ſi egregiam Genitricis dignitatem vna cum morum ſanctimonia connexam conſideres infinita, equidem in ipſa Excellentia reperitur, quæ aliorum ex cultu longè abeſt; inde opus eſt, vt eam Hyperduliæ adoratione colere nitamur: & hunc fermè adorationis, erga Virginis merita, modum explicant PP. cum æthercam aſſerant Virginem, velut illam, quæ Dei mater extet, adoratione tollendam: ſic Athanaſius *in Euang. de Sanctiſ. Virgine.* F Damaſcen. *lib. 4. de fide cap. 15.* Rupertus Abbas *lib. 3. in Cantic. in illud capit. 4.* appoſitum. *Veni coronaberis.* & communitèr omnes DD. Eccleſiæ, & Concilia hoc affirmant; dum Dominæ, nec non Reginæ titulo, (ad meritum quidem) ipſam volunt Virginem decoratam: ad quod Nazianzen. accedit authoritas in Tragedia de Chriſto patiente, G his verbis: *Admitte Virgo ò inclyta, hac quando tibi Verbi paremi, ſed ſuper modum tuum, legemque ſolùm inter omnes contingit honor:* & firmatum fuit ab Epiphanij ſententia *hæreſ 79.* ex quo aſſeritur, quòd Maria Virgo præclariorem, quam alij mereatur adorationem: Hyperduliæ igitur poſcit adorationem coli: hinc negotium requirit, quòd, cum primas explicaſſem ſpecies, vltimam H declarare non prætermittam: ad quod:

Nullius, Patres inter, doctrina demonſtrat, quòd vſu Eccleſiaſtico Duliæ nomen, vt cultum, honoremque Sanctorum conſtitutum meritis ſignificet, ſit præfixum: Diuus autem Auguſtinus *quæſt. 65. & 1. de Trinitate cap. 7.* cum venerabili Beda ſuperiùs ductò; ex illo afferunt communem non ſolùm denotari ſeruitutem, quàm Sanctis afferri I neceſſe eſt; illam verum etiam, quæ ſæculares erga dominos demonſtretur: ſic ad Epheſeos 6. Apoſtolus mandat, vt ſuis ſerui dominis ſubditos ſeſe ſtudeant præſtare, Duliæ quoniam natura illam videtur noſtris apponere oculis ſeruitutem, honoremque proprijs, quem ſerui dominis adducere coguntur: ſed etenim Sanctorum nos conciues, non autem ſerui nominamur, omnes quoniam Cœlorum, terrarumque K Moderatoris ſerui, ac domeſtici ſumus; & quamuis hoc verum exiſtat, facili tamen Auguſtini ſententia explicatur cũ ipſius ex aſſertis notum ſit, quòd Sanctorum quamuis conciues, habito charitatis intuitu, dicamur; ſerui tamen vbi Maieſtati, gloriæ, magnitudini, atque Excellentiæ, quæ in ipſis reperitur, ocu-

Digitized by Google

A oculos vertere velimus, nuncupari poſ-
ſumus: vnde doctè Scholaſticorum ex
doctrina hoc Duliæ nomen, vt adora-
tionem,qua proſequi Sanctos debemus,
nobis explanet,accommoda eſt. Quòd
verò Sanctis huiuſmodi præcelſa ado-
ratio, maiorque, quàm ciuilis ſit cul-
tus, qui ſibi mutuò ciues inter exhi-
beatur, dari poſſit, confirmationem
deſumit è ſacris paginis; & quidem
B *Num.*22. habetur, quòd Balaam in ter-
ram procidens Angeli maieſtatem ſit
adoratione dignatus. Ioſue *cap.* 5. Si-
mili modo ſeſe geſſiſſe perhibetur Re-
gum 28. Samuelis animam Saul hu-
mili veneratus vultu. Regum 3. 28.
Abias non diſpari forma cultum præ-
ſtit Eliæ:cui 4.Regum 2.Prophetarum
filij æqualem adhibuiſſe venerationem
videntur: nec tamen iſti aliquam exce-
C perunt repræhenſionem: adde quòd
velut aliquid egregiè confectum narra-
tur; meritò autem vſus iſte, qui ſem-
per in adoratione conſpicitur, ſeruari
laudibus vſque dignus in Eccleſia æſti-
matus eſt.

Propoſitum verò diuiſionis in capite
fuit, quòd adorationes inter, interna
quædam ſit, alia externa, nonnulla
abſoluta, aliqua reſpectiua, quarum
D explicare naturas hoc libet in loco: &
quidem:

Interna illa dicitur adoratio, quæ in-
trinſecæ ex recognitionis actu, & per
animi ſubmiſſionem demonſtratur: vt
potè quæ primarius habeatur actus,qui
reſidentiam in voluntate facit, atque
affectu.

Externa verò illa nuncupatur, quæ
ſubiecti tanquam exterior animi nota,
præfertur, & noſtra è ſedulitate, San-
E ctorum, Deique exhibetur ſublimitati;
quemadmodum genuflexio venit, quæ
in corpore videtur inclinatio, vbi ca-
pitis efficitur aperitio,cum thuris offer-
tur odor, & huius generis aliqua oc-
currunt: huiuſmodi autem adoratio,
quæ interna diuiſa extat ex adoratione,
haudequidem veræ nomen, ſuſcipit,ac
fictæ: qua de cauſa Diui Thomæ do-
ctrina 2.2. *quæſt.*84. *artic.* 1. *ad ſecundũ.* F
Primæ primarij nomen actus, ſecundæ
verò ſecundarij datur.

Illam ſedetenim abſolutam nomi-
namus adorationem, quæ intellectuali
conueniens extat rei, ſuam cui ob eſ-
ſentiam honor tribui, atque adoratio
debet: hic autem (quandoquidem ab-
ſolutè de adoratione verba fiunt) in pla-
citis eſt adnotare, ne vbi in orationem
incidamus, quiſque putet idem adora- G
tionem, & orationem eſſe: in ſcriptu-
ra namque oratio, atque adoratio, ve-
lut diuerſa quædam apponuntur: 2.Re-
gum 14. *Adorauit, & dixit: ſerua me*
Domine.& Matthæi cap.20. *Acceſſit ma-*
ter filiorum Zebedæi adorans, & petens
aliquid ab eo: quod equidem demon-
ſtratum eſt ex Auguſt. epiſt. 59. in re- H
ſponſione, ad quintam quæſtionem di-
ſcrimen.

Reſpectiua denique adoratio illa ap-
pellatur, quæ rebus ratione viduis con-
ueniens eſt,cum non propter ſe,at alius
intuitu,honorem excipiant, qui nam
honor ipſis præberi videtur,haudequi-
dem in ipſis moram facit, ſed illas re-
fertur ad perſonas, quarum ob cauſam
ipſis cultum impendi ſcimus; quemad-
modum Imaginum in adoratione ap-
paret, qua de re Ouidij extant verſus I
1. Pont.4.

Quos dedit ars cultus, effigiemque
colo:

Et

Sic homines nouere Deos, quos arduus
æther
Occulit, & colitur pro Ioue forma
Iouis.

Ita etiam Angelicus Doctor Diuus
Thomas 2. 2. *quæſt.* 103. *artic.* 3. & 4. K
vt demonſtrabitur ex his, quæ inferiùs
explicata conſpicies.

Priuſquam verò imaginum circa
adorationem materies à nobis expla-
netur,operæ pretium iudicaui eã oſten-
dere differentiam, quæ Imaginem in-
ter, Idolum, atque ſimulacrum repe-
ritur; hæreticorum quandoquidem ex
aſtutia huiuſmodi nomina variè ſunt
con-

A confuſa, dum neutiquam dubitant, poſtmodum imaginibus Idolorum titulum impertire. Ad Caluiniſtas autem ille ſpectat error, ex quo affirmatur Græco idiomate idolon quodlibet oſtendere ſimulacrum, alicuius repræſentationem Numinis faciens, quod cultu dignamur, atque honore, cum poſtmodum ſubiungatur, quòd ex hoc Eccleſiaſticas penès perſonas Chriſti, Sanctorum- B que imagines, ac præcipuè Trinitatis verè Idolorum excipiant nomen: iſta tamen opinio ſeptima in Synodo condemnatur *ſeſſ.* 7. ſub anathemate; vbi dicitur: *Qui venerandas imagines Idola appellat anathema ſit*. Vnde Origines *homilia* 8. *in Exod.* explicans illud *cap.* 20. *Non facies tibi Sculptile*. Affirmauit, quòd aliud extat conſtruere Idolum, aliud ſimilitudinem excitare, ſubindè C his diſcrepantiam affert verbis: *Si quis quolibet metallo, auri, vel argenti, vel ligni, vel lapidis faciat ſpeciem quadrupedis, vel ſerpentis, vel auis, & ſtatuam illam adorandam. non Idolum, ſed ſimilitudinem facit; vel etiamſi picturam ad hoc ipſam ſtatuat, nihilominus ſimilitudinem fuiſſe dicendum eſt: Idolum verò facit ille, qui ſecundùm Apoſtolum dicentem, quia Idolum nihil eſt, facit, quod non eſt: quid eſt* D *autem quod non eſt? Speciem, quam non vidit oculus, ſed ipſe ſibi animus fingit; V. G. vt ſi quis humanis membris caput Canis, aut Arietis formet, vel rursùs in vno hominis habitu duas facies fingat, &c.* Hac de cauſa optimè Apoſtolus affirmat, quòd nihil magis immundum, quàm Idolum extat: vnde Theodoretus ait *quæſt.* 38. *in Exod.* Aliud Idola non eſſe falſa, præterquam ſimulacra, E cuius generis ſibi Aegypti gentes confinxere: qui plura verò conſtructis de Idolis cupit, Petrum de Gregorio de Republ. *lib.* 12. *cap.* 15. *num.* 4. *cum ſeq.* videat. Diſcrimen atenim, quòd imaginem inter, atque idolum, nec non ſimulacrum reperitur, habes ab Athanaſio *in oratione aduerſus Idola à primo fol.* ſic. *Imago eſt alicuius rei ſubſiſtentis, ſeu poſſibilis ſimilitudo: Idolum verò eſt ſimulacrum rei minimè ſubſiſtentis, nec poſſibilis*. Aliorum autẽ in ſententia eſt, quòd F nullam aliam includat ſignificationem Idolum, præterquam vmbræ: vt Etychij in ſuo dictionario doctrina eſt, & Euſtachij ex *dicto lib.* 11. *Odiſſea*. Inanem habemus exiſtere imaginem Idolum, cuius generis phantaſmata occurrunt, quę noſtro phantaſticè conſtruuntur ab intellectu.

Poſtetiùs verò Idolum inter, imaginemque diſcrimen affertur ab Auguſt. G *6. lib. quæſt.* 41. veteris teſtamenti, cum falſi exponant Dei ſimulacrum haberi Idolum, & Euthymius in Panoplia *tit.* 23. Bogomectorum referens errores, Dei miſericordiam nimirùm implorantiũ ſacræ, ex quibus imagines Idola nuncupabantur; affirmat ipſos inſcios haberi, aliud imaginem eſſe, aliud idolum; nulla etenim, aut etiam falſa ido- H lorum exemplaria exiſtunt, cum Deos nominent illos, qui Dij neutiquam, at Dœmones ſunt, & ſibi falsò diuinitatis aſſumunt fulgorem: Imaginem atenim nos apud, vera nominantur exemplaria, atque id verè præſeferunt, quod appellãtur; idem qua de cauſa Euthymius falſorum aſſerit Numinum ſimulacra Idola nominari; quoniam vel nulla ipſorum exemplaria interſunt: & Tertul. I *lib. de Idololat. cap.* 4. Illarum uuncupat imagines rerum, Idola, humanus quas adoratione proſequitur error; cuiuſmodi equidem ex ratione impios aduersùs hæreticos imaginem inter, atque idolum differentiam videmus; ficti namque Dei ſimulacrum extat idolum: veri atenim exemplaris ſimilitudo, extat imago.

Superaddi etiam valet ex eodem k Auguſt. *3. differ. lib.* 20. *contra Fauſtum cap.* 5. qui aſſerit, quòd idolum omne id ſignificare videatur, quòd Deus nequaquam eſt, at honore, & cultu, velut Deus, habetur; aut etiam quod imago, vel ſimulacrum, aut alia quæcumque res exiſtat: huiuſmodi ex eo quia adoratione, Idololatriæ committi certũ eſt crimen: vbi Sanctus Doctor: Mino-

rem

A rem illum eſſe dicit errorem, quem Gentiles patrant, cum ſubſiſtentes cultu proſequantur res, quàm Manichæorum, qui adoratione Deum improbum æquè, ac falſum complectantur: eum ſic: *Verum vos illis eſſe longè deteriores, quod illi ea colunt, quæ ſunt, ſed pro Dijs colenda non ſunt, ſunt enim & Idola, ſed ad ſalutem nihil ſunt.*

Gentilium atenim ex ignauia ſydera
B vel aqua, tellus, aer, aut etiam ignis, vel homines ad Deorum ſimilitudinem adoratione dignantur, cum tamen tales minimè ſint: hoc ex Athanaſio venit *in orat. contra Idolum*: qui nonnulla ſuperſtitionis genera recenſet; elementa nimirùm, maiora luminaria, nec non minora, aliarumque rerum, quæ neutiquam ſubſiſtant, ſimulacra, quoſdam venerari, vt ſuperiùs explicatum eſt, &
C illos tandem aduersùs concludit, qui defunctorum ſibi imagines ad cultum deſumebant; ac tali de cauſa ſtatuas, imagineſque conſtruerent: hac de re cum Idolorum figmenta homines inter (tale enim eſt ſcripturæ monumentum) emanarint; opportunum mihi videtur, illos vanitatis, ac impiè vſurpati Diuini Nominis reos nominare; horum igitur intuitu colligitur (vt dixi) Idoli illud
D excipere titulum, quod tanquam Deus in honore habetur, cum talis minimè ſit: hanc autem ſecundùm doctrinam, ſufficienter differentia imaginem inter, atque idolum conſpicitur venire; imago etenim veri eſt ſimilitudo exemplaris, fictum autem exemplum eſt idolũ; quapropter primam proſequi adoratione quidem valemus; in poſteriori verò idololatria perpatratur, ſi adoratio
E adhibetur: vt ex dictis ſatis patet, quid ſimulacrum, vtpotè Idolum ſit: ita Lactant. *lib. 6. diuin. inſtitut. cap.* 10. ac ita ponitur in ſcripturis *Pſal.* 113. *Act.* 15. 1. *Ioan. vltim.* & alibi.

Neque aliqui deſiderantur Hæretici, quorum è ſententia imagines affirmatur, nequaquam proſequi adoratione decens eſſe; quorum quidem nomina non diſſonum erit adnumerare, vt tàm efferа cognoſcamus mõſtra: & primum F
obtinent locum Marcioniſtæ, poſteriorem Manichæi, tertium Iconomachi; hinc Tharaſius in act. 5. non longè à principio de vltimis loquens, dixit. *Imitati enim Hæbreos, Saracenos, Gentiles, Samaritas, item Manichæos, Phantaſiaſtas, Hæreticos Sanctarum imaginum vſum prohibere voluerunt.* Iſtos autem inter adaumeratur Xenius Hieropolitanus, Petrus Fullo, & Epiphanius de Theopa- G
chitis, de quibus Nicephorus *lib.* 16. *cap.* 2. ſeptimam ſectam appellauit Xeniacam.

Huius atenim impio ex ore illa prolapſa eſt ſententia, Chriſti nimirùm, ac illorum, qui ei placuerunt, imagines, haudequidem venerationem ſortiri cõueniens eſſe: idem ex Paganis Fauſti teſtimonio, penès Diuum Auguſtin. eſt perpatratum. H

Plurium etiam Imperatorum authoritas imagines contra inſurgere eſt auſa, cum ipſas impugnare non erubuerint: inter quos Philippicus Cæſar fuit, cum iuſſa Conſtantinopoli ediderit, quamdam auferri ſacram picturam, vt ipſius inuita Paulus Diaconus refert, ſecundus Leo Tertius extitit, ex quo mandatum deſcendit, vt omnes, quæ ſacræ, Icones, flammis traderentur: ita I
Zonaras in vita Leonis: poſt ipſum filius Conſtantinus Copronimus ſacrum violare cultum præſumpſit: quod antea prædictũ ex Germano Patriarcha, dum dixit. *Deuaſtationem ſacrarum imaginum præuideo*: vt idem cum Cedreno Zonaras ſcripſit. Anno verùm 900. Leo Armenius Imperator, poſt quem Michael Balbus, ac Theophilus; ſacris aduerſatus eſt imaginibus, cum inficias iuerint, k
atque pro vetito promulgarint, quòd aliquo Icones modo adoratione quiſquam proſequeretur; qui omnes damnati è Sacris Concilijs fuere, ad quos plurimi accedunt, vt videri poſſunt in Republ. Tholoſ. *lib.* 12. *cap.* 14. *à num.* 3. *cum ſequent.* & habetur ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. tùm è Sanctorum authoritate, tùm ex Catholica Doctorum do-

A doctrina: indè ſacrarum vſus imaginum
licitus equidem, atque præditus hone-
ſtate habetur, cum Eccleſiæ authoritas
interſit, atque ritus, nec non Chriſti
exemplum; & miraculorum tandem ex
multiplicitate id confirmatur, quibus
ſemper ſacras Deus illuſtrabit imagi-
nes: quare validum deducitur argu-
mentum, quòd ſacrarum adoratio Ico-
num ſupremum Cœlorum numen mi-
B rum delectet in modum; nam ſi alio ſe-
ſe res haberet modo, haudequidem mi-
racula è Deo permitterentur illorum
in auxilium, ſacras qui imagines ado-
rant.

Quòd autem licitum ſit, imagines
picturæ ſolertia exprimere, Catholicus
Eccleſiæ vſus demonſtrat; corporalis
quatenus non ſolùm rei per ipſam, ani-
mæ verum etiam recordamur, illiuſque
C excellentiæ, &, quæ ipſi inſit, dignita-
tis: tali modo Chriſti non ſolùm figura
ipſius noſtram reuocat in memoriam
corpus, animamque, eius immò diui-
nitatem reducit; hinc imaginem, quàm
Abagaro Linteo expreſſam tranſmiſit
Chriſtus noſtris hiſce temporibus Ro-
mæ in Diui Sylueſtri Monaſterio ſci-
mus aſſeruari, vt refert Innocent in 4.
parte decreti cap. 83. Euagr. *lib.* 4. *cap.* 28.
D & Damaſ. *orat. prima de imagin.* ſcribit,
mulierem ſanguinis è fluxu liberatam,
ſtatuam erigi Chriſto curaſſe; ita Euſeb.
lib. 1. *Hiſtor. cap.* 14. Sozomen. *lib.* 5. *cap.*
21. ſcriptis tradidere, quòd domini
vultus eius paſſionis tempore Lyntheo
affixus noſtro æuo in Hiſpania demon-
ſtratur: Taurini atenim non vulgari ve-
neratione, maximoque cultu Sindon
adoratur, cui ſacratiſſimi figura corpo-
E ris eſt affixa; & Nicodemus Athanaſij
teſtimonio *lib. de Paſſione imagin. cap.* 4.
Crucifixi imaginem Chriſti mira erexit
arte; quibus fermè deducitur ex locis,
exempliſque, imagines ex induſtria pin-
gere non improbum, neque profanum
haberi: & quoniam de figuris verba
facimus non diſſonum erit in medium
afferre, an decens ſit, Dei, Angelo-
rumque figuras efformare, quandoqui-
dem ſpiritus exiſtant? & priuſquam F
aliquid apponam, nonnullorum placet
adnotare dicta; quorum primum illud
eſt, ex quo aſſeritur, antiqua veteris te-
ſtamenti lege permiſſum neutiquam
fuiſſe picturam, Deum repræſentare, vt
docet Clithouæus *in cap.* 17. *lib.* 4. *de*
fide Damaſceni; ex quo affirmatum præ-
teritis ſæculis nullo modo viſibili fieri
forma è Deo apparitiones ſolitum fuiſ-
ſe, at ipſum Angelorum miniſterio vſū: G
nunc atenim noua in lege Spiritus San-
cti in figura in Colūbæ ſpeciem demon-
ſtrare, neutiquam prohibitum eſt; Pa-
raclitus etenim ipſe per ſe, non verò
aliorum apparuit opera; nonnullorum
verò ſententia extat, minimè decens
eſſe Trinitatem effingere: at ſolummo-
dò in humanitate Deum, cuiuſmodi
opinio eſt Ioãnis VViclef. *to.* 3. *cap.* 155.
ex quo Trinitatis Imago abominabilis H
dicta eſt.

Ex Tartarea verò Caluini doctrina
lib. 5. proditum eſt, nefarium eſſe cri-
men, depingere Trinitatem; qua de
cauſa, abſque eoquòd temeritatis mihi
inuri nota poſſit, & cū Catholicorū af-
firmem iuxta dogma, vtramque aduer-
ſùs opinionem dico, quòd Dei, Ange-
lorumque imagines, puri etiamſi Spi-
ritus extent, vetari nequaquam debēt I
cum aliqualis tamen prudentia interſit;
Deus namque nulla forma, vel Ange-
lus; vt in ſe eſt, valet depingi; at ſecun-
dùm metaphoram, quemadmodum
alias apparuerint, non equidem, quòd,
rei vt oſtendant ſubſtantiam, ſed quæ
percipi ab intellectu poſſint, exprimā-
tur; ratio atenim eſſe valet, quoniam
ſenſibilium cum per nomina rerū pro-
hibitum haudequidem ſit, vel etiam K
per metaphoram, corporalibus deſūp-
tam è rebus, de Deo loqui; pari forma
minimè vetitum eſt, ipſius eſſetiam per
picturam, ſculptoriamque explicare,
ne quæ per orationem demonſtrantur,
in obliuionem mittantur. Tholoſanus
de Republic. lib. 12. *num.* 7. *& ſequen. cap.*
13. tum etiam ex eo quia corporali
Deum ſub ſpecie multoties obtuliſſe

A certum eſt. Geneſ. 3. cum ambularet
ad auras. Gen. 28. illum hominis vidit
Iacob ſub forma. Exodi 33. Moyſi ap-
paruit: corporea etiam Spiritus Sanctus
ſub figura, Columbæ ſcilicet, ac lin-
guarum, quibus ſeſe demonſtrauit: Pa-
ter etiam tanquam ſenex conſpectus
fuit ex Daniele *cap.* 7. Vnde hac pingi
ſub Icone valet: addas, quòd filius ex
eo quia homo inuentus eſt tali effingi-
B tur ratione; quemadmodum, & ex Agni
forma, ad ſuæ myſteria paſſionis. Tho-
loſanus *loco cit. cum ſequent.* quæ æqui-
dem ratio poteſt etiam quoad Angelos
obſeruari, licet ipſi nullum retineant
corpus; & confirmatur ex Dionyſio *de
cœleſti Hierarchia cap.* 2. adhoc vt incor-
porea illarum ad inſtar, quæ corporea
ſunt, intelligamus, & Tertulliani ſen-
tentia *lib. contrà gentès cap.* 22. eſt, quòd
C hominis hac de cauſa in figura è nobis
Angeli excitantur, eoquòd tali modo
ſæpè ſæpiùs viſi ſunt, ac iſta ex imagi-
ne, vt meliùs ipſorum cognoſcere na-
turam poſſimus.
Veteri ſed etenim in lege naturali,
tàm ex iure, quàm ex poſitiuo prohibi-
tæ ad depingendum imagines dicūtur,
vt patet Exod. 20. & fuit opinio Dama-
ſceni *orat.* 1. *de imagin.* & Alexander, &
D Albertus, & Bonauentura affirmant:
quoniam haudequidem figurare Deum
conceſſum eſt; Moyſis propterea in le-
ge vetitum id extitit perpatrare, & du-
ctus Damaſcen. ad Hæreticos ait: *Vi-
des quomodo uitandi ſimulacrorum cultus
gratia, imagines fieri vetat.*
Id etiam prohibitum profani affir-
mant Scriptores; & quidem Ioſeph *lib.*
1. contra Appionem, Cornelius Tacit.
E *lib.* 5. *hiſtor.* ex quo declaratum è Iu-
dæis mente ſola coli, & vnicum dici
numen; ac propterea nulla ipſorum in
Vrbibus non ſolùm ſimulacra, eiſdem
verum etiam in templis poſſe dixit: ad
hoc autem alludens Lucanus *lib.* 2. in-
quit.

Incerti Iudæa Dei ------

Quem ea de re incertum nominare
Deum ſcimus, eoquòd Iudæi neutiquā
ſimilitudinem aliquam ad Dei cultum, F
ſed mente ſola ipſum in veneratione
habent.
Huiuſmodi atenim veritas ex Patri-
bus, ac etiam ſcripturarum monumē-
tis robur deſumit; nam Origenes *lib.* 4.
contra Celſum de Iud. dicit, quòd ipſos
penès aliud minimè Numen intererat,
niſi & Deus, qui immenſa rerum Vni-
uerſitatem prudentia moderatur, cum
omnes procul ſimulacrorum opifices G
expellere non dubitauerint; ipſorum
ex eo quia in Ciuitate, nemo, qui pi-
ctor eſſet, permorari permittebatur, ne-
mo, qui peritus in ſtatuarum conſtru-
ctione eſſet, cum hoc ex lege vetitum
redderetur, ne craſſi eorum animi, nec
aliqua præditi acutie à vero Dei cultu
auocarentur. Tertul. *lib.* 4. *contra Mar-
cionem cap.* 22. ita. *Nec enim imagines
eorum, vel ſtatuas populus habuiſſet, & ſi- H
militudines lege prohibente.* & Exod. 20.
habetur. *Non facies tibi ſculptile, neque
omnem ſimilitudinem.* & Leuit. 26. *Vobis
non facietis Idolum, & ſculptile, nec titu-
los erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in
terra veſtra, vt adoretis eum.* & Deut. 4.
vbi Moyſes. *Non vidiſtis aliquam ſimili-
tudinem in die, qua locutus & vobis Do-
minus in Horeb de medio ignis, ne fortè
decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinē, I
aut imaginem maſculi, vel fœminæ.* Qui-
bus equidem ex locis optimè demon-
ſtratur, veteri prohibitum ex lege eſſe
imagines efformare; & hoc illinc præ-
cipuè credo eueniſſe, illis quoniam
diebus animo valdè ad imaginum ado-
rationem proclivi Iudæi erant; quod
etiam confirmatur; ex eo quòd id Deus
volebat, vt Iudæorum exemplo pro-
pria Ethnici templa deſtruerent, atque K3
Idola.
Poſtquam atenim viderimus in Ico-
nes vetita in veteri teſtamento iniecta
& permiſſum id in nouo haberi, teſtè
ipſas in templis cunctorum oculis, &
venerationi affirmamus exponi: ita
Tertull. *lib. de pudicit. cap.* 7. & in
quo aſſeritur, Chriſti figuram antiquis
temporibus in calice ipſo, in quo vini
in

A in ſanguinē conuerti certùm vnicuique
eſt; Paſtoris ad ſimilitudinem ſolitam
inſculpi, Euſebius *lib. 3. & 5. de vita Con-
ſtantini;* complurimas affirmat, quæ at-
reæ, illo reperiri in templo imagines,
quod è Conſtantini magnificentia fue-
rat ſuperum cultui deſtinatum: Sozo-
menus *lib. 3. cap.* 20. ſcriptum reliquit;
ſtatuam illam, quæ mulieris è feruore
ſacro deuota fuerat vſui apud Paneadā,
maxima inductam fuiſſe in templum
B ſolemnitate: Damaſus in vita D. Sylue-
ſtri baptiſmali aſſerit in fonte, in quo
luſtrali Imperator Conſtantinus aqua
conſperſus, nouum ſibi hominem in-
duit, Agni fuiſſe, ac Præcurſoris ima-
ginem illum digito demonſtrantis, ex
argento coſtructas: & hoc Lateranensē
propè Eccleſiam haberi, in ipſa verò
duodenarius Apoſtolorum numerus ex
argento confictus perhibetur: ita Na-
C zianzenus, Niſſenus, Baſilius, Chryſo-
ſtomus, Euodius, Prudentius, Pauli-
nus, Auguſtinus, alijque referunt apud
Vaſquez *quæſt. 25. artic. 3. diſtinct.* 115.
cap. 1. & 2.

Illa verò ex cauſa imagines in tem-
plis conſtituimus, vt ipſas adoratione
proſequamur; ſed quoniam haudequi-
dem omnium eſt, vel cunctis notum,
qua huiuſmodi adoratio imaginum fiat
D forma, opportunum ideò videtur de
imaginum adoratione verba facere.
Duplici itaque ratione capi imago po-
teſt, vel in ordine ad ſe, vel illius re-
ſpectu, cuius imago extat: quapropter
aſſero, quod ipſamet ex nobis adora-
tur imago; illud namque propriè ado-
ramus, quòd adorationis terminus eſt,
vel materies, quam circa ſeſe adoratio
gerit: ſed terminus, aut etiam mate-
E ries, in qua conſiſtit adoratio ipſa ex-
tat imago: ergo ipſa propriè adoratur:
in eius quoniam aſpectu caput aperi-
mus, genuflectere non recuſamus, thu-
ris offerimus odores, atque reuerentiā
præſtare ſtudemus: negarē tamen haud-
equidem quiſquam poteſt, quòd huius
adoratio generis reſpectiua dicatur, &
abſoluta minimè ſit, eoquòd, cum neu-
tiquam anima prædita Icon extet, nec F
aliquam in ſe præſeferat dignitatem,
cuius impulſu adoretur, illius obiecti,
cuius eſt imago, cultu dignatur: ita
Sanctus Thomas *3. parte quæſt. 25. art. 3.*
4. & 5. Vaſquez *3. part. diſp. 108. cap. 3.*
4. & 5 Clauis Regia *lib. 3. cap. 3. nu. 11.*
Azor. *in 1. lib. 9. cap. 6. quæſt. 5.* Vnde
cum imagines adoratione dignæ repu-
tentur, affirmo, quòd illo exigant ado-
rationem modo; quo & Prototypus G
ipſe, quòd etiam de Crucis, clauium,
arundinis, aliarumque inſtrumentorū,
quæ in paſſione adfuerunt, veneratione
dicendum eſt: reliqua verò inſtrumen-
ta, quæ ſint denuò conſtructa, vt illa
repræſentent, quæ Chriſti in paſſione
interfuere (vbi Crucem excipias) nul-
lam merentur adorationem, quia ne-
què cōtactus interuenit reſpectus, cum
neutiquam Chriſti membra te tigerint, H
neque repræſentationis intuitus; ex eo
quia tanquam talia, ſimilia demonſtra-
re videntur inſtrumenta, quæ in Chriſti
paſſione fuerunt cōſtructa; & hæc qui-
dem nulla excipere poſſunt adoratio-
nem forma: dictum eſt. *Si Crucem exci-
pias:* eoquòd, quamuis Crux, in qua no-
ſtra Chriſtus pro ſalute pependit, du-
plici latriæ adoratione colatur, con-
tactus nimirùm reſpectu, atque repræ-
ſentationis; Crux tamen, quæ de nouo I
excitatur, ipſamet latriæ colitur adora-
tione, Crucifixum eoquòd repræſentat
Seruatorem: talis eſt ſententia D. Tho-
mæ *3. part. quæſt. 25. artic. 4.* Azorius
loco citato cap. 6. quæſt. 2. quòd idem dici
ſacris de nominibus, vtpotè Ieſus, Ma-
riæ, aliorumque debet, cuiuſmodi equi-
dem nomina, & ſi minimè adorationem
per ſe debeant ſortiri, cum reſpectiuè
tamen loquamur, adorandæ, quia in lo- K
cum rei veniunt, adorari valent; &
quemadmodum religionem aduersùs
ſeſe gerunt, qui ſacris ignominiam in-
ferunt nominibus, ac peccatum patrāt;
conſequens eſt, quòd excipere adora-
tionem debeant: ita Suarez *diſput. 56.
ſect. 2.* Vaſquez *3. part. quæſt. 25. art. 3.
diſput.* 108. & ex his tandem breuitèr

Tttt 2 in-

A induco, prudentèr è Chriſti fidelibus in
omnium honorem Sanctorum, qui per-
maneant in Cælis, templa excitari, vt
eis gloria ducatur: ſic probat commu-
nis vſus Eccleſiæ; & benè notat Emi-
nentiſſimus Bellarmin. *tom. 2. controverſ.
3. lib. 3. cap.* 1.

Ad ſufficientiam, prout materies re-
quirit, de imaginum egimus cultu, circa
reliquiarum adorationem ſermo eſt in-
B ſtituendus; & dico, quòd reliquiarum
nomine corpora intelligimus, oſſa, ci-
neres, veſtes, & quæ ſimilia de Sanctis
ſunt, cum omnia ſint adoratione digna;
iuxta Concilium Chartaginenſe, Mo-
gonenſe, Bracarenſe; ac Tridentinum,
quòd etiam ex miraculis per Sãctorum
reliquias oſtenſis, Deique è potentia ef-
fectis confirmatur, ac robur excipit ex
illo Hieronymi *in* 2. *lib. contra Ruffum.
C Veni Betlehem, præſepe Domini, & incuna-
bula adoraui.* qui *in epiſt.* 27. loquens de
Paula, inquit. *Atque indè ſpecum Salua-
toris ingreſſa, poſtquam vidit ſacrum Vir-
ginis diuerſorium, & ſtabulum, in quo
agnouit Bos poſſeſſorem ſuum, & Aſinus
præſepe Domini ſui, vt impleretur, quod
in eodem Propheta dictum eſt, me audien-
te iurabat, ſe cernere fidei oculis infantem
pannis inuolutum, vagientem in præſepio,
D Magoſque adorantes Dominum, & ſubindè
dicebat: Ego miſera, atque peccatrix, in-
digna ſum deoſculari præſepe, in quo par-
uulus Dominus vagijt.* Benè tamen, quòd
priuſquam adoratio reliquijs impertia-
tur approbationem debent (ſi noua ſint)
ab Epiſcopo ſortiri, & denuò inueni-
rentur, aut alicuius, qui Sanctorum eſ-
ſet in numerum relatus. Barboſa, qui
alios ducit *num.* 9. Epiſcopi etenim ad
E munus ſpectat, propria illas in Diœceſi
reliquias approbare, quæ de alicuius
ab Eccleſia in Sanctorum numerum re-
lati corpore eſſent: vnde, cum ille tan-
quam veras, ac eius de Sancti reliquias
ipſas approbet eſſe, valent abſolutè ex-
cipere venerationem. Barboſa *num.* 10.
Sed ſi antiquæ habeantur, illa relinqui
debent in adoratione, in qua eas co-
gnoſcimus reperiri: qua de cauſa tali
cuncta Deo conſecrata proſequimur F
cultu, vt ad illum referatur.

Inde Chriſti infertur præputium, ſan-
guinemque in terris relictum tàm ſi sã-
guinis ſub forma, quàm alia exiſtant,
alias tanquam reliquias, ſortiri venera-
tionem debere: Sanctorum igitur reli-
quiæ adoratione quidem ſunt dignæ.

His in medium adductis, ſtatutum
eſt, quòd ſi hos præter modos aliqua
veniret adoratio, Idololatria diceretur, G
quæ quidem vſque in abominatione
Deo fuit: nam non ſolùm ipſa Deus fi-
cti ſimulacra Numinis odio habuit, ip-
ſorum verùm etiam nomina voluit re-
pelli: vt legitur Oſeæ 2. *num.* 17. *vbi:
Auferam nomina Baaim de ore eius, &
non recordabor vltra nominis eorum.* ve-
lut Deus affirmaret, vt eſt Diui Hiero-
nymi interpretatio. Tali Idolorum no-
mina in odio mihi ſunt, vt quidquid
benè valet exponi, aliquam propter ob- H
ſcuritatem, verbique ſimilitudinem,
quæ cadere in ipsũ poſſit, haudequidẽ
dici velim. Iſti autem appellationem
non magis quiſquam, quàm Baali, de-
teſtetur; ne vbi de vero aliquis loqua-
tur, idolum meditetur: ſacris etiam
conſpicimus in monumentis ex 7. Deu-
teron. n. 25. è Legiſlatore Moyſe iuſſus
non ſolùm editos, ne vanas quicumque
auderet excitare figuras; pretioſas ve- I
rum etiam materies, aurum nimirùm,
& argentum, ex quibus antea fuerint
conflatæ, retineret: ita: *Sculptilia eorum
igne combures, non concupiſces argentum, &
aurum, de quibus facta ſunt, neque aſſu-
mes ex ijs tibi quidquam, nec effundas, prop-
terea quia abominatio eſt Domini Dei tui:
nec inferes quippiam in domum tuam, ne
fias anathema*: ſicut & illud eſt: *Quaſi* K
*ſpurcitiam deteſtaberis, & velut inquina-
mentum, ac ſordes abominationi habebis,
quia anathema eſt.* Certum eſt enim per
Prophetam Pſal. 95. nihil aliud idola
eſſe, quàm Dæmones.

Meritò itaque vetitum eſt *in dict. Sy-
nodo loco ſupr. cit.* falſi ne imagines dog-
matis pingere quiſquam, vel ſculpere
auderet, ne periculoſi occaſio erroris
præ-

A præberetur, aut quidquam inſolitum,
eſſet poſitum; ni primum ex Epiſcopi
diligentia circa hæc cognitio, & appro-
batio interſit: ſimili dixit modo Barbo-
ſa *in collect. DD. dicti cap. ſeſſ. 25. Concil.*
Trident. num. 6. votiuas aſſerit tabellas,
& alia, quæ in gratiarum ponuntur ac-
tionem ſigna, illo haudequidem poni in
loco poſſe, defuncti quo noſcimus cor-
pus ſepulturæ datum: quæ dixit Felix
B Conterol. *in addict. ad Iacob. Caſtell. de*
canoniz. Sanctor. quæſt. 1. artic. 1. num. 16.
Poſtmodum autem in fine eiuſdem ſu-
praducti numeri, vigore editi è Sede
Apoſtolica decreti, conceſſum id agere
fuit, dummodò tamen, quòd ex ordi-
nario cognitæ venirent, & remotiori
poſitæ in parte eſſent; & nouiſſimè idē
teſtatur Barboſa *ſub num. 4. loc. cit.* adeſ-
ſe decretum Vrbani Octaui elicitum è
C Sacra Congregatione Generalis, Vni-
uerſaliſque Inquiſitionis ſub die 2. Oc-
tobris 1625. Vetitum cuius vi extat,
quod alicuius, qui tàm ſanctitatis extet
fama, quàm martyrij præclarus, ima-
go, vel quidquam venerationem exi-
gens, cultumque publicis in locis, aut
etiam priuatis, Eccleſijſque, tàm ſi ſæ-
culares ſint, quàm regulares, cuiuſli-
bet habeantur religionis, ordinis, con-
D gregationis, aut etiam ſocietatis, gen-
tium oculis exponatur, Apoſtolica
priuſquam è ſede in Sanctorum nume-
rum, Beatorumue referatur: vnde San-
chez relatus è Barboſa *n. 4.* Nequaquā
licitum eſſe dixit, Sancti, qui nullo
modo ſit ſuperum in numerum addu-
ctus, in priuatæ domus altari, Iconem
cum lampade, ſi ſola ſit, ad cultum re-
tineri. Bert. Lucen. *in praxi crimin. reg.*
E *tit. 4. cap. 34. prope fin. verſ. imagines Ec-*
cleſiæ.

Aequali prohibitum forma ex Theo-
doſij, atque Valentini Imperatorum
authoritate eſt, ne Saluatoris imago, aut
aliquod etiam ſignum in lapidibus hu-
mi conſtitutis inſculpti vellent, vel pi-
ctura efformari: vt conſtat *in l. vnica,*
& titul. C. nemini lic. ſig. ſalu. &c. Mor-
talis etiam peccati reus dicitur, qui Ico-
nes excitat, vel commodè ornatas, aut F
vario pictas colore, vel illas etiam, quæ
profanas retineant veſtes; ex quibus ad
libidinis potiùs, quàm deuotionis fer-
uorem animi tranquillitas excitatur,
Nauar. *Man. confeſſ. cap. 11. num. 25.*
verſ. ſeptimo. Cum illos etiam iudicet
errorem perpatrare, religioſos, qui Di-
uæ Mariæ Magdalenæ, aliarumque Sā-
ctarum imagines, vanis elegantes red-
dant ornamentis, quæ & honeſtæ dubi- G
tarent ſibi mulieres veſtire.

Animaduertant etiam, ac vigilantèr
Pictores curent, quòd non ſolùm pul-
chras Diuarum imagines, reliquas ve-
rum etiam non efforment figuras, ne
profana ex pompa luxùriæ flammis aſ-
picientes accendantur, peccati quoniā
ipſi habentur cauſa. Nauar. *loco cit.* Ne-
que permiſſum, eſt aliquas conſtruere
imagines, quæ probro ſint Sanctis, ſum- H
mo Orbis, & Vrbis Antiſtiti, Cardina-
libus, Epiſcopis, ac alijs etiam Præla-
tis Eccleſiaſticis; vel quæ Orthodoxæ
iniurias, atque Catholicæ fidei addu-
cant. Idem Nauar. *in fine d. n. 32.*

Sed etenim deformes, vbi in alterius
vituperium depingere quiſquam fuerit
auſus, & aliquo ipſas ponere in loco,
haudequidem famoſi punitionem eui-
tare poterit libelli, vt ſcripſit Clarus in I
§. *fin. quæſt. 68. n. 6.* Bertaz. *conſ. 165.*
n. 1. & ſeq. lib. 2. & illam iuxta qualita-
tem, quæ perſonæ iniurijs affectæ inſit.
Farin. *de diuerſ. crimin. quæſt.* 105. *n.* 471.
Talitèr vt ſi Principis aduersùs nomen
pictura efficiatur, læſæ crimen maieſta-
tis committitur; non autem famoſi reus
libelli pictor exiſtit, Poetarum quem-
admodum in ſtatu illum contra, qui li-
bellum componat famoſum, explicaui. k

In illis atenim, qui vel deformes red-
dant, vel ſpurcare, aut etiam aliquo la-
cerare vulnere temerario auſu, ac ſacri-
lega audacia præſumant, mortis impin-
gitur pœna. Boer. *dec.* 301. *n.* 18. Caſſan.
conſ. 1. in 5. præſup. Menoch. *de arbit. caſu*
376. cuius è relatione habemus hos
etiam è Cœlorū moderatore malè actos,
punitoſque cum aſſerat, quemdam, qui
pu-

A pugione Saluatoris imaginem percuſ-
ſit, cum indè ſanguis emanaſſet, do-
mum abijſſe, quæ in peccati pœnam
ſua ipſum ruina oppreſſit: Ipſe verò
poſtmodum addit, ipſos arbitrariè pu-
nitionem excipere debere. Clarus etiã
primam confirmat ſentẽtiam. *§. fin. q.* 68.
n. 19. Talis quamquam violatio impro-
priè nominaretur ſacrilegij genus. Dec.
in tract. crim. lib. 6. cap. 16. n. 3.

B Diuinis enimuerò non ſolùm imagi-
nibus, Principis verum etiã ſimulacris
debet reuerentia adhiberi; læſæ quoniã
ex illo Maieſtatis committitur crimen,
qui aliquid ipſum contra conflare, vel
excitare præſumat. Tholoſ. *de Repub. lib.*
4. cap. 6. n. 19. Decian. *tract. crimin. lib. 7.*
cap. 51. *n.* 2. Demas tamen, ni corrupta
Principis imago, vel ad priſtinum re-
ducenda ſtatum, vel reprobata extaret.
Decian. *loco cit. n. 3. & 9.* Ex eo quia vbi
C aliquis Regis ſtatuam habuerit in con-
temptu ipſum ſpernere dicitur Regem,
ita vt eamdem excipere cogatur puni-
tionem, ac ſi offenſam in eum adduce-
re, vel iniuriam tentaſſet: vt dixit Diu.
Ambroſ. *ſerm. 10. in Pſal.* 118. Tholoſ.
de Republ. lib. 12. cap. 13. n. 31.

Addas, quòd nullo modo illas propè
ſtatuas, quæ ſint Principi deuotæ, repræ-
ſentari ſpectacula permittũtur, nec eo-
D rum, qui minores, conſtitui ſimulacra.
l. ſi qua. C. de spect. lib. 11. Simili ratione,
abſque eoquòd Principis interſit facul-
tas, minimè ſtatuas erigi decet. *l. 1. C. de*
ſtat. & imag. quemadmodum de Tibe-
rio penès Suetonium legimus; ex quo
vetitum, ne, vbi inſcius ipſe eſſet, pro-
pria excitarentur ſimulacra: vnde, quo
in caſu excitantur, debet Iudex interue-
uenire, ſed nullum conuenit adoratio-
E nis ſpecimen adeſſe. *l. ſi quando 2. C. eod.*
Decian. *loc. cit. n.* 10. quæ quidem, cum
erectæ ſint, venales minimè dicuntur.
l. qui ſtatuas. ff. ad leg. Iul. Maieſt. nec ali-
qua permiſsũ forma, vbi erigi eas opor-
tet, vt populus ad faciendam expenſa-
rum ſolutionem compellatur. Barboſ. in
collect. DD. in l. 3. C. de ſtat. & imag. nu. 1.
Decens attamen extat ex Principis pe-
cunia imaginis fieri erectionem. Barbo- F
ſa *in l. vlt. n. 1. C. eodem.*

Vſus autem ſtatuas excitandi multa
fuit antiquitate firmatus, cum ad oſten-
denda virtutum præmia id fuerit effe-
ctum: nam ſicuti Plinius aſſeruit *lib. 34.*
cap. 4. Hominum haudequidem licitum
erat antiquitus ſtatuas efformare, ni ali-
qua illuſtris actio, quæ perennem me-
reretur laudem, intereſſet Tholoſan. *de*
Republ. lib. 12. cap. 13. num. 3. quæ velut G
Aſyla reputabantur, & tali erant in ve-
neratione, vt qui aliqua ad ipſas recur-
ſum faceret ex cauſa, eadem potiretur
ſecuritate; ac ſi ſeſe in Eccleſiam rece-
piſſet. *l. vnica.* vbi Barboſa *C. de his, qui*
ad ſtatuas confug. Decian. *n.* 17. *loco cit.*
etiam ſi ſeruili haberentur conditione.
l. 2. ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. H
Sed ſi hoc ex dolo fuerit perpatratum,
vt alteri iniuria inducatur, punitio in-
fertur. *ex d. l. vnica. C. eodem.* Dec. *n.* 18.
& ſeq. quòd ſi ſeruus, in quem ſeſe malè
gereret dominus, recurſum faciat ad
Aſylum, vel Regis ſeſe ad ſtatuam reci-
piat, fugitiuus minimè nominatur. *l. quis*
ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. de edil. edic.
Cepolla *in d. §. apud Labeon. in princ.*

Plura verò penès antiquos Aſyla cõ-
ſtituta fuiſſe reperimus; primum etenim
Cadmus, cum Thebarum incumberet I
ad conſtructionem, erexiſſe perhibetur:
vnde qui in id pedem inferrent abſque
vllo ſui ſtatus diſcrimine perſiſtebant,
tàm nimirùm ſi liberi haberentur, aut
ſerui, omnem fermè pœnam declinabãt:
vt cenſuit Aloyſius Cerda in 8. Aeneid.
nonnullorum autem è ſententia Hercu-
lis reputatur è filijs primum Aſyla con-
ſtituta Athenis, velut qui ſeſe quærerẽt,
ab inimicorum rabie tutari, aut etiam K
alios ad ſe ob Reipub. pertraherẽt aug-
mentum, quod è Statij verſibus colligi-
tur, cum ita:

Fama eſt, defeſſos acie poſt buſta paterni
Numinis, Herculeos ſedem fundaſſe ne-
potes,
Sic ſacraſſe loco cõmune omnibus ægris
Confugium.

Ex horum atenim exemplo Romulus,
alij-

Digitized by Google

A alijque extimulati Aſylum erexiſſe di- cuntur, vt ad illud accedentes omni ex punitione exiſterẽt ſecuti: vnde Ouid. 3. Faſtor. cecinit.

Romulus vt ſaxolucum circumdedit alto
Quilibet hùc dixit confuge, tutus eris.

& Lactan. *lib. 2. cap. 7.* ſic ait: *Romulus Vrbem conditurus, Paſtores, inter quos adoleuerat, conuocauit, cumque his numerus condendæ Ciuitatis parum idoneus videre-* B *tur, conſtituit Aſylum, vt poſſent confugere ex finitimis locis peſſimi quique, ſine vllo conditionis diſcrimine.* idem refert Liuius *lib. 1. Saturn. cap. 6.*

Veteris autem ex teſtamenti authoritate certum eſt antiquitùs conſtituta Aſyla fuiſſe, vt legimus in Exod. 21. *nu.* 35. Deuter. 4. vbi: *Tunc ſeparauit Moyſes tres Ciuitates trans Iordanem ad Orientalem plagam, vt confugiat ad eas qui occi-* C *derit, nolens, proximum ſuum.* & cap. 19. *Tres Ciuitates ſeparabis tibi in medio terræ, vt habeat è vicino, qui per homicidium profugus eſt, quo poſſit euadere.* His autem diebus penès Chriſtianos tẽpla in Aſylorum vicem ſunt conſtituta, è quibus, qui recurſum ad ea faciat, haudequidẽ valet deduci, niſi & caſus interueniant, qui in XV. Gregor. Bulla ſunt reſeruati; de ipſis verò hoc in loco verba minimè D faciam, ſed euolue monumenta ſcribẽtium de immunitate Eccleſiarum.

Imaginum atenim, ſtatuarumque loco inſign.a fuiſſe inuenta, & arma demonſtrat Budęus è Tiraquello ductus *in tract. de nobil. cap. 6. n. 16.* Ipſa namque eoquòd ad Epitomen, breuiterque oſtẽdunt, quæ per imagines, ſtatuaſque expreſſa nequaquam ſunt, virtutis in præmium fuerunt ex Imperatoribus tribu- E ta: vt de Alexandro Magno legimus penès Caſſan. *in Catal. glor. mundi p. 1. concl.* 10. Ex quo, cum ita conſilium daret Ariſtoteles, Præceptor Athletę, ac etiã, qui optimè pręclaram ob virtutem merebantur, militibus, ad hoc, vt hoſtium aduersùs potentiam animosè pugnarẽt, ipſa in præmium data: vt etiam arbitratur Tiraquel. *loco cit. n. 12.* Qua de cauſa inferri valet, quòd, quemadmodum imaginum violatores, ſupraductas ſubire pœnas, læſæ ſcilicet Maieſtatis, coguntur. *l. qui ſtatuas, ff. ad leg. Iul. Maieſt.* F Lucas de Pẽna *in l. ſi qua col 1. C. de ſpect. lib. 12.* Pari forma; qui Principis in arma, inſigniaque offenſam adducere præſumpſerit, & deformare non dubitarit, punitionem habebit, eoquòd, vt conſideratum fuit ex Caſſan. *in d. p. 1. concl.* 18. Subſtitutus eamdem retinet naturam, ac ille, cuius in locum fuerit ſub- G rogatus; adeoquòd, cum è ſimili paritatem deducam, dico, quæ aduersùs Principis ſtatuam aliquid perpatrãtem vim includunt, etiam cõtra illos efficaciam demonſtrant, qui illius in arma, inſigniaque procedãt; & ſicuti iuxta Principis Icones haudequidem quidquam repræſentari ſpectaculorum debent, aut aliorum, qui inferiores collocari imagines, æquali ratione ipſius propè arma H quo ſint conſtituta loco: ſed ſi Principis arma ex illa remoueantur parte, vel aboleãtur, in qua poſita ſunt, læſæ crimen Maieſtatis tàm audax vir committit. Decian. *d. cap.* 51. *n.* 11. Subiectionẽ namque domino dicitur auferre, ac rebellis efficitur. Caſſan. *d par. 1. concl.* 15. *in fine.* Cuiuſmodi equidem arma, inſigniaque publicis non ſolùm apponũtur in locis in dominij, honoriſue ſignum, I qui Principi adhæret, vt ſuperiùs explicatum; in ſigillis verũ etiam conſtituuntur, ad hoc vt ſubſcriptionis veniat inuicem. Guid. Papa *q.* 175. Alciat. *reſponſ.* 97. *n.* 13. & 14. alijque penès Menoch. *de arbitr. quæſt.* 115. *n.* 10. Demas tamen, ni deforma, & ſolemnitate ſubſcriptio habeatur, ſcripturæ. Surd. *deciſ.* 137. & ad hoc, vt de inſcriptura permiſſis fidẽ faciat, & ſigillantis exprimat voluntatẽ. K *cap. 2. de fide inſtr.* Menoch. *d. loco nu.* 11.

Vt fidem autem faciat ſigillum, tria debet continere requiſita; & primò quidem illius nomen, in cuius poſſeſſione permanet, ſigillum circum appoſitis cõuenit è literis exponi; conſtare deindè neceſſe eſt illud è domino affixum, ex eo quia, vbi dubium adeſt, nullo modo ex ipſo conſtitutum præſumitur; ſi ex eo

A hoc ſit negatum; illa tertiò cauſa debet in medium venire, ob quam illud poſitum ſit, quemadmodum ſcriptum eſt ex Menochio *n.3.* Talitèr vt qui candidæ ſigillum imprimi papyro haudequidem ſcripturam dicitur confirmare, poſtquam ſigillationem iniecerit, quẽadmodum de Principe, qui ſigillum in vacua ponat charta, verba facit Menoc.
B *n.5.* ex eo quia ſigillationis, qui de cauſa inſcius eſt, nullo dicitur modo conſenſum ſcriptis præſtare. Caſtrenſ. *l.2. C.de reb.alien.non alienan.* Talitèr vt quo in caſu Pontificis quiſquam è literis, vel Imperatoris ſigillum abſcindere ſit auſus, falſi excipere punitionem cogitur. Decian. *tract. crimin.lib.7.cap.17.n.46.* Bartol. *in l.Paulus in fine, ff.de falſ.* Menoch. *caſu* 538. *nu.*18. At ſi id falſum reddere præſumat, majus equidem patrat crimen, quàm ſi pecunias cudere F
inueniatur. Afflict. *in conſtit.Regni lib.6. conſtit.1.rubr.46.n.8.tit.de probib.official. occaſ.* quòd ſi clericum id egiſſe certum ſit, deponi debet; vt ſcriptum è Barboſ. *in collect. capit.* ad audientiam, ac falſi crimine punitionem ſubibit; nec non in exilium dimittetur. Boer. *deciſ.* 82. *col.*1. quemadmodum vnicuique prohibitum, vt ſibi Principis aſſumat arma, G
vel vti eis velit. Caſſan. *d.par.1.concl.17. in princip.* vt priuatis etiam vetitum eſt in rebus poni. *l.1.C.de his, qui pœna nom.* & in Authen. *de mandat. Princip.S.penul. col.1. l.1. C. vt nemo priuatus.*

Sed etenim, qui plura de ſigillorum viribus, probationibuſque voluere exoptat, Tuſcum videat *lit.S. concluſ.*208. 239. & 240. Menochium, ac Surdum *locis citatis.*

D E

DE POESI, ET POETARVM STATV.

QVibuſdam, vel ob inuentorum magnitudinē, vel ex egregio factorum ſplēdore in Deos conſtitutis in more habuit vetuſtas, vt illorū laudes concinni verborum ſtructura, ad pelliciendos omnium animos, exponerentur: nam, licet plurimis contenderent modis, eorum extollere dotes; curarunt tamen, vt, & armonioſo traderentur numero: vnde non contemnendi honoribus momenti decoratam Poeſim notum cuique eſt, nec vllum reperies temporis curſum (antiquorum vbi monumenta placeat reuoluere) quo in carminum ſtructura quiſquam ſtudiū non poſuerit ipſius (ex parte) antiquitatem Hebræorum ſcripta; quæ quaſi hominum excedunt memoriam, demonſtrant, & clarè oſtendere videntur mortalibus, illius gētis magiſtros, per quàm induſtriè hac in arte verſatos. Græcos etiam, nemini latet, omne, in huiuſmodi diſciplina ſtudium poſuiſſe, innixiſque neruis adeò in tali exercitio nauaſſe operam; vt, & iure quidem optimo, Poeſis excellentia penès ipſos conſtitueretur: ipſi namque vigilantèr curabant, vt in poetici ſtudij laboribus primis erudirentur liberi ab annis: ſolumque poetam non exigua præditum ſapientia reputabant; qua de cauſa non immeritò Cicero aſſerere minimè dubitauit, poeſis diſciplinam rudes enodare adoleſcentum animos, ſenectutis faſtidia demulcere; ſecundas in tranquillitate ſua, res confirmare, aduerſos fortis turbines minùs acerbos reddere, domi non parui materiem oblectamenti præſtare, nullum foris impedimentum afferre, noctis nobiſcum ſumere tēpus; & indiſſolubili denique vinculo vna, & peregrinationes perficere, & in ſolitudinum ſilentio permanere. Addas, quod, è ſummis affirmat viris acceptū; quod cum cætera ſcientiarum ſtudia præceptis inniti certum ſit, atque doctrina, ipſius tantùm naturæ auxilio poe-

A tæ ad ſublimia quæque peruolant, & aſcendunt: diuino quoniam velut ſpiritu excitantur, cæleſti incenduntur flamine, ſydereoque inflammantur afflatu, quemadmodum cecinit Ouidius Faſt. 6.

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo,
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.

B Et *lib. 3. de arte amandi.*

Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia Cæli,
Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.

Et huiuſmodi eſt ſententia Marſilij Ficini in Platone *cap.* 4. quòd fermè diuinis inſtiruantur moribus homines, ſuperaque dulci modulamine, huius ope, myſteria propalentur; ipſorum autem poetarum extat munus, cuiuſcumque effingere naturam, atque qualitates rei:
C ea de cauſa tot, tantique non humili habiti ſunt loco Poetæ Principibuſque in primis cari, & Imperatoribus fuere; ita vt Charillus etſi obſcuro exterio natali, ac Barbitonſoris artem exercetet; Macedoni tamen in delicijs fuetit Alexandro, Virgilius Auguſti gratiam occuparit, Horatius Mæcenatis animum familiaritate alligarit, Tibullus in Meſſalæ amicitiam ſit admiſſus, ac Papinius
D Domitiani fauore ſit elatus, qui aurea ornatus corona, cęteros inter, fuerit pręcellens; quemadmodum & Gratianus Auſonium ad conſulatus apicem ſublimauit: non ſolùm autem honores adhuc viuis voluerunt Cæſares deſtinatos: ipſorum verum etiam authoribus, quamuis exceſſerint ad extinctos, curauerint adduci; ſicuti de Alexandro Magno legimus penès Pliniũ *lib. 7. cap. 29.*
E Ex quo, cum opima inter Darij Perſarum Dominatoris, ſpolia ſcrinium ex auro, celſiſque conſtructum gemmis repertum, vt Homeri haberentur in cuſtodia libri, fuit deſtinatum: vt præclara humanæ mentis opera tum permanerent, cuius ob cadauer, atque originem in contentionem ſeptem venere Ciuitates: meritò itaque Plato *in 2. de Rep.* Deorum filios nominauit Poetas. Nonnulli ergo emolumenti poetica dicitur F
in Republica facultas, ac iudicari Poetarum ſtatus debet; ex eo quia ſi præclaras non includerent qualitates, an exiſtimare decens eſt, Reſpublicas tot confirmatas legibus, aliquo modo aures patefacere Poetis voluiſſe, ni & ipſorũ è ſtudio plurimos capi poſſe fructus intellexiſſent? ipſorum etenim ſi ex lectione aliquod euenire incommodum cognirum ipſis eſſet, communi equidem G
eos è ſocietate deturbaſſent; cũ & Romana etiam Reſpublica, quæ graues in ſe mores ſtuduit aſſeruari, ſeueræque ac duræ modum vitæ, adeò eſt ſequuta, vt martiales vſque inter labores, belliceſque tumultus verſari iuuentutem curauerit, huiuſmodi ſtudia diligentèr in ſe recepit, ac magno Poetas in pretio habuit, atque honore; cuius equidem generis diſciplina talem vſque in H
apicem ita celſa peruenit in Vrbe, vt omnia quemadmodum bona illùc adducta ex quacumque terrarum Orbis parte ad maius viderentur pretium; pari etiam forma, patrijs relictis ſedibus, illum confluere in locum huius quiſque ſectator profeſſionis geſtiret: iſtius autem ſignum rei habetur ſatis equidẽ exploratum, quòd Theatra ingenti mole ad ætherẽ ſint erecta, quorum adhuc I
veſtigia, in vetuſtatis trophæum, firma remanent, ac totius ferè per Italiæ ſpatium Maieſtas dilatata glorias explicauit admirandas, vnde per Orbem ſpargi Poetæ cæperint, atque diffundi.

Quis verò inficias ibit, ſoli Cœlorum Numini, Diuorũque meritis, Heroumque, & ſublimium hominum virtutibus hymnorum modulamina conſecrari? Ita K
Hieremias in Ioſiæ laudem, Ionathas in Dauid, Maro in Auguſti gloriam, atque cæteri egerũt. Ipſi autẽ tot verſuum generibus ſunt loquuti, vti Scaligerus docet *in lib. 2. Poeſis cap. 6.* ex quo plures carminum ſpecies ſunt explicatæ, vt in Lyricæ diuiſione declarabo; Dauidis quòd, Moyſis, Salamonis, Iobi, cæterorumque ſacri qui Scriptores è monumen-

A mentis oſtenditur. Ad quod, non neтоt celſi, ęthereoque animo Patres ſuos conſtruere hymnos in Dei honorem ſtuduere, quos Eccleſia in dies concini mandat, & in choris ad modulamen adhiberi curat? Meritò igitur teſtatur Diuus Auguſtinus, quòd Theologi nominentur Poetæ, cum plurima de immortali Deo, ediderint ſcripta; immò (ſi Ciceroni credimus in oratione pro
B Archia Poeta) Sanctos conſueuit Poetas Ennius appellare; quòd quaſi Deorum aliquo dono, & munere impertitos, nobis è Cælo commendatos certum ſit: ipſe autem ita: *Sit igitur Iudices ſanctum apud vos humaniſſimos homines, hoc Poetæ nomen, quod nunquam vlla barbaries violauit; ſaxa, & ſolitudines voce reſpondent, beſtiæ ſæpè immanes cantu flectuntur, atque conſiſtunt: nos inſtituti rebus optimis non*
C *Poetarum voce moueamur?* Et non ex inertia Iuriſconſultus Paulus *lib.* 30: 3. adductum Poetarum authoritate deciſionem intuliſſe teſtatur Sabinum, vt conſtat *in l.* 1. *§. ſed an ſi, ff. de contrahenda emption.* quorum aſſertis affirmat, ſtandum eſſe Bartol. *in conſil.* 2. *num.*6. quod excipit confirmationem *in §. item pretium. cum §. ſequent. inſtit. de contrahenda emptione. & in l. non facilè. §. à fine.*
D *ff. de granibus, &c. & in l. tantùm, in fine. ff. de rerum diuiſ.* vbi teſtis, in ea re eſt Virgilius, & *in l. quæ extrinſecùs in prin. ff. de verb. obligat.* quod non ſolùm in ciuilibus, in canonicis verùm etiam legibus vim includit, vt *in cap. numquam de conſecrat. diſtinct.* 5. in quo legimus capitulo, Horatium allegatum, quemadmodum & Lucanum *in cap. nec mirum* 26. *quæſt.* 6. & vas electionis tandem
E Paulus, diuinorumque perſcrutator arcanorum, in Epiſtola ad Titum, Parmenidis verſiculum recitare non dubitauit; hoc eſt; Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, & ventris pigri; & alibi illud Arati affert, nempè: Deus, in quo viuimus, mouemur, & ſumus, &c. qua de cauſa Barthelomæus Caſſaneuz *in Cathal. glor. mundi par.* 10. *conſiderat.*45. affirmauit: omnem quæ circa poeticã, verſetur eloquutionem ſibi initiũ diuinis ſumpſiſſe ex monumẽtis, atque incrementum; vnde cunctis verba feciſſe de diſciplinis, per modulaminũ iucunditatem, dicuntur Poetæ, & ipſammet Theologiam ex ipſis firmum eſt enucleatam, vt dixit Petrus de Greg. *lib.* 17. *de Republ. cap.* 5. Cuius etiam in placitis eſt, quòd ijdem Poetæ fuerint penès Gallos Druidæ, quod ex Theodoro Argyrino in Gallorum Republica citra contentionẽm, & prudentiã verſibus explicaſſe, ac Theologica arcana, neminem latet. F G

Sub Vatum etiam nomine compræhenſi olim Poetæ fuerunt, quadam ex mentis vi, tales nuncupati, vt Varronis eſt ſententia: vel à viennis, inflectendis nimirùm, modulandiſque carminibus titulum ſumant, ac ex hac origine vates antiquo tẽpore dicti Poetæ fuerunt, ac vaticinia ipſorum ſcripta ſunt vocata, cum vi quadam, ac veſania, dum ſuam conſtuerent ſcripta, exagitarentur: ſæpè ipſis diuinum impertitũ fuiſſe nomen cunctis innoteſcit; quoniam & ipſi mira quædam verſibus præferre ſtuderent, varij etiam tituli tribuuntur: plurimi namque Heroici, ſiue Epici nũcupantur; ex eo quia Heroico carmine illuſtrium actiones virorum exponunt; ipſa verò compoſitio, Poema Heroicũ, ſeu Epopeia dicitur, in qua tres, ad perfectionem, partes interueniunt; propoſitio nimirum, inuocatio, ac etiam narratio, quas inter Epiſodia, deſcriptiones, ampliationeſque immiſcentur: nonnulli Buccolici appellantur, ruſticas eoquòd actiones variè repræſentant; Elegiaci plerique, miſerabiles, namque amore plenos, lætitia elatos, alioſque effectus, vel Epigrammate, vel Epiſtola Heroica oſtendant: Satyrici quidam, maledico eoquia dicendi vſu vitia vituperant, ac perſonas; aliqui Lyrici, vel Melici, qui vario carminum genere Dei, ac ſuperum laudes, humanaſque affectiones exprimunt: Lyricę verò poeſis principium requirit amplificationẽ, digreſſionemque, & plurima diſtinguit H I K

A ſeſe in genera, quorum primum dicitur
Ode; & hoc molliores dulcioreſque
decantabant res Poetæ: in ſecundo ad-
ſunt Epinicia, quæ illo conſtruuntur in
caſu, quo partas de hoſtibus victorias
celebrari ſit neceſſe; Scholion tertium
habetur, quo in conuiuijs adſtantium
ingenia exercebantur; & hoc non tàm
in vſu eſt: Dithyrambus quartum con-
ſtituit, quo Bacchi honores extollebã-
B tur, & iſtud etiam ex aula receſſit: Pæan
quintum extat, cuius in concentu Apol-
linis, Dianæque laudes continebantur:
& vbi præcipuè iam vrgere peſtis vide-
retur: quòd & noſtris hiſce temporibus
ad ſuperni cultum Numinis eſt dicatũ:
Sextum explet Hymnus, qui ad extol-
lendas Dei, ac integerrimæ Deiparæ,
cœlicolarumque laudes adhibetur: Vl-
timum denique Sæculare carmen oc-
C currit, quod in quolibet centum anno-
rum curſu felicitèr exacto confici ſoli-
tum eſt: nonnulla verò, in lyrica, inter-
ſunt carmina: & primo in loco Saph-
phicum abſolutũ venit, qui duos in an-
teriori parte dactylos cum cæſura ad-
mittit, in poſteriori verò iambos qua-
tuor, & ipſorum loco imparibus in lo-
cis recipit ſpondæos: vt videri poteſt in
Ode 11. lib. Epodon, vbi:

D ----v vl-v vl--l --- lv --l--- ---l v--
Feruidiore mero arcana promorat loco.

Vbi nulla, in mero, accidit colliſio.

Secundo loco Ariſtophanius dime-
ter acatalecticus adeſt, qui choriam-
bo, et bacchio, ſiue amphibracho con-
ſtat, vt etiam choriambicus alcaicus te-
trameter acatalectus intereſt, qui pri-
mum pedem epitritum requirit, ſecun-
E dum, et tertium choriambum, quartum
bacchium, ſiue amphibracum: qui ta-
litèr ex Horat. ode 8. lib. 1.

—vv --- lv---
Lydia dic per omnes.

--- v-- -l- v v ---l--- v v --l v--
Te Deos oro Sybarim cur properes amando

Tertia in ſede Iambicus hipponacti- F
cus trimeter, ſcilicet iambicus ſenarius
interuenit, et iambicus archilochius di-
meter acatalectus: quorum primus ſex
pedibus iambis, ſi purus ſit, conſtrui-
tur: vt

v --lv -lv --l v --lv -lv--l
Phaſelus ille, quem videtis hoſpites.

Si autem impurus, inæqualibus po- G
teſt locis ſpondæum, dactilumque ad-
mittere, vel anapeſtum, ac omnibus,
quaſi in locis, excepto ſexto, tribracũ ſic,

------ -l v-l--l v---l v-l v-l
Iam iam efficaci do manus ſcientiæ.

Poſterior ex quatuor conſtat pedi-
bus iambis, in quorum locum in diſpa-
ribus numeris intereſſe ſpondæus valet; H
hac forma:

--lv -l-- -l v v
Victore lætus Cæſare:
Aut
-vl- --l-- v---
Beate Mæcenas bibam.

Quarto Adonius venit, et Glyconi-
cus, ille dactylo conſtat vnico, et ſpon-
dæo, vel ipſius loco choreo, vt Boetius. I

--- v v l- --
Tu quoque ſi vis.
Et
---v v l- v
Spemque fugato.

Hic tribus conficitur pedibus, primò
nimirùm ſpondeo, vel (raro) choreo; k
aut (ex neceſſitate) iambo; ſecundò,
ac tertio dactylis, vt Horatius oſtendit.

---l--v v l---v
Sic te Diua potens Cypri.
Et
-v l-vvl--v
Igni ſiliacas domos.
Et
Diana

A v-l- v v l - v-

Diana ſumus in fide.

Quintam Aſclepiadæus,& Aſclepiadæus Catalectus occupat ſedem,quorũ primus quatuor exigit pedes, ſpondeũ ſcilicet, dactylum, & cæſuram; & vltimò duos dactylos: ita Horat.

--l- v vl-l-v vl --v-

B *Nolis longa feræ bella Numantiæ.*

Vel (quod in idem recidit) ſpondæum, duos choriãbos,& pyrrichiũ,vel iambũ.

--l- vv-- -- v v -lv -

O nauis referent in mare te noui.

Poſterior quatuor componitur pedibus; primò ſpondæo, ſecundò dactylo,
C & cæſura, dactilo tertiò, & vltimò ſpõdeo, vel choreo: vt

- -l - v vl-l- vvl- -

Bellum ſanguineo turbine currit.

Quinto loco anapæſtus, & archilochius abſolutus adeſt; ille diſparibus in locis, primo nimirùm, ac tertio, anapæſtum, vel ſpondæum, vel etiam dacty-
D lum recipit; ſecundò autem & quarto anapæſtum admittit, aut ſpondeum, vt in Seneca.

-v vl- --lvv-l - -

Ille ſuperbos aditus Regum.

Suauiores tamen in Senecæ tragædijs reperies, et præcipuè in Hercule furente; hic ſex conſtruitur pedibus cum cæ-
E ſura, quorum primi quatuor iambi ſunt adeò tamen, vt inæquali in ſede prima nimirùm, & tertia poſſit ſpondæos recipere; poſtremi verò dactyli habeantur: vt

--l- vl --l v-l - vvl- v vl-

Tu vina Torquato moue Conſule preſſa meo

Et

v--lv - l - -lvvl-vvlvl-vvl --- F

Leuare diris pectora ſollicitudinibus.

Accedit dactylicus, archilochius, et dactylicus archilochius dimeter hypercatalectus, quorum primus ſeptem exigit pedes, quatuor dactylos, vel ſpondeos, tres vltimos choreos, poſterior verò duos expoſcit dactylos, et in fine cæſuram: illius exemplar hoc.

-vvl-v vl- -l- vvl- vl-vl G

Iã Cytherea choros ducit Venus imminente

Luna.

Huius tale:

- vlv - v vl-

Puluis,& vmbra ſumus.

Seſe offerunt ſextò iambicus, archilochius, dimeter, catalectus, et iambicus, archilochius, dimeter, hipercata- H
lectus: quorum primus quinque habet iambos, et in fine cæſuram, diſparibus licet in locis, ſpondeus non denegetur apponi: ſic:

v-lv -l- -lv-lv- -l-

Nouaque pergunt interire Lunæ.

Poſterior autem quatuor admittit I
iambos, et cæſuram, cum diſpari in ſede prima ſcilicet, ac ſecunda valeat ſpondeus conſtitui.

v -l- v-l-

Deprome quadrimum Sabina.

Interuenit etiam Pherecratius, trimeter acatalectus heroicus: et ſaphphicus acatalectus trimeter; primus cõ-
ſtat ex tribus pedibus, ſpondeo ſcilicet K
dactylo, atque ſpondeo, vt:

- -l v vl-

Cœlo fulmina mittit.

Secundus ex tribus Ionicis à minori conſtatur hoc modo.

Tibi

A v v - -l v v —l v v - -

Tibi qualem Cytherea puer ales.

Vltimum tandem locum dactylicus alchmanius, hendecaſyllabus,et ſcazon ſibi vſurpant; et primus quidem, eodẽ ſit modo, atque vltimi pedes quatuor hexametri: ita:

- -l - -l -vv l - -

B *Romam Panus terruit armis.*

Secundus quinque requirit pedes in primo iambum, vel ſpondeum; in ſecũdo dactylum; et tertio,quarto,et quinto choreum talitèr:

- -l - v v l - v l - v -

Toto notus in orbe Martialis.

C v - l - vv - - v l - v - -

Acutis Epigrammatum libellis.

Vltimus eſt,qui ſex conſtat pedibus, quorum primi quatuor iambi extent;in diſparibus, quamquam locis admittere ſpondeos valeat; quintus verò ſemper jambus; ſextus tandem ſpondeus: ſic.

- -l v - v -l v-l v -l - -

D *Nec labra fonte proluí Caballino.*

Et hæc de varijs carminum generibus obitèr pertractaſſe ſit ſatis; de quibus eruditè nõ vulgaris literaturæ adoleſcens D. Ioſeph de Morillo in ſua lyrica agit. Tragici verò plurimi nominantur Poetæ, illuſtrium eoquòd virorum per fictas perſonas exprimunt calamitates: indè autem dicti quòd canentibus, propoſitus in præmium Hir- E cus,qui Tragos Græcè nominatur,erat; vnde Horatius hoc illo in verſu demõſtrauit.

Carmine, qui Tragico vilem certauit ob
Hircum.

Comici plerique dicuntur, qui priuatarum imitationi, ex fictione inſiſtunt actionum, vileſque inducunt, humileſque perſonas: in eo atenim differentia tragediam inter, atque comediam intereſt; quoniam in illa Heroes, Duces, F Regeſque ad inſtituendam actionem introducuntur; cum et ipſi peculiaris triſtitia ſit; in hac verò humiles, vt dixi, veniunt perſonæ, et hilaritas, riſuſque in ſcopum præfigitur; huius ſectatores ea de cauſa comædi ſunt dicti, ſeu eoquòd circum pagos ſeſe gerebant, agebantqne, ſiue ex commeſſatione, quoniam in aſſuetis erat,è cibo ad ipſos audiendos accedere; his autem in nego- G tijs è turbulẽtioribus deſumebatur initium rebus, tranquillaſque poſtmodum, lætitiaque inſignis, exitus veniebat.

Duplex Comicorum genus haberi,è nonnullorum ſententia deſcendit, quorum alij Veteres exiſtunt, alteri noui, illi ſunt,qui iocos affabrè conſtruxerũt, cuius generis fuerunt Plautus, Actius, H atque Terentius. Hi autem, qui et Satyricè nuncupantur, ex quibus in vniuerſum ſtyli dicacitate vitiorum carpitur deformitas, cuiuſmodi ſunt Flaccus, Perſius, Lucilius, Iuuenalis, et alij. Iſti namque delicta omnium ad vnguem, carminum arguunt libertate; ipſa verò compoſitionis forma originẽ à Dithyrambica fatetur; ex eo quia,vbi ſimul homines in Bacchi ſacrificijs, ad I ipſius conuenirent honorem, paulatim Dei ficti laudes inter, cæperunt conterminorum contumelias petulantèr admiſcere.

Vnde, cum dicendi libertas feruidas inter Lenæi cæremonias arrideret, pedetentim ad aliorum detractionem, impudentèr prolapſa eſt, vſque quo maiores, in diem capiens vires in furorem abijt riſus, bonorumque candorem ef- K frænis deformare rabies non erubuit; qua de re Horatius.

Libertaſq; recurrentes accepta per annos,
Luſit amabilitèr, donec iam ſæuus apertã
In rabiem verti cæpit iocus, & per ho-
neſtas
Ire domos impunè minax, &c.

Veteris comędiæ hoc ex fonte, atque argumento deſcendit ordo, quæ male-

dica

A dicaquadam eloquentia. fuit conſperſa: huiuſmodi autem modus non minorem, quàm rationalis, populo attulit iucunditatem, cui per gratum equidem erat, tali Patritiorum inſolentiam forma cohiberi: dum

Si quis erat dignus deſcribi, quòd malus, aut fur,
Aut mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui
B *Famoſus; multa cum libertate notabant.*

Sed etenim populares vbi vires, ſub nobilium potentia enerues redditæ fuerunt, et Ariſtocratici introductum reginis moderamen fuit, valdè ſuam compeſcuere dicacitatẽ, cum ipſos Eupolis mors, qui ab Alcibiade aquis merſus, omnem abſtuliſſet animum maledicendi.

C Quapropter lege ſancitum, quòd ſi cuiquam impetuoſa maledicendi libido carmina, vel cantus in alicuius infamiam, flagitiumuo ſuaſiſſet, capitalis ſit reus pœnæ: quemadmodum ex Cicerone, ac Diuo Auguſtino referunt Alexand. ab Alexand. *lib. 6. dier. genial. cap. 10.* Hortoman. *ad l. 10. tabul. pag.* 218. Anton. Auguſt. *ad eaſdem leges l. 34.*

D At quoniam longo temporum curſu linguam in detractionibus verſatã Poetæ retinebant, nullo poterant modo calami licentiã frænare; et in viuos quidquam, ex infamia, modulari eis, vetitum, è ſcena chorum remouerunt; cuius inuicem defunctorum ſcripta Poetarum, ac ſententias poſita fuiſſe ad detractionem ſcimus, et ſub eorum colore ciues aduerſus ſeſe inuehere non

E timebant, ſed breui occupauit huius forma comediæ ſpatium, quæ media fuerat appellata, humanæ diſſentaneum reputantes naturæ, in mortuorum vituperium dicacem labere ſtylum.

Veteris autem, ac mediæ comediæ tempora inter, ſuam excepit Tragedia, non verò ex hac comedia originem, Comicis ex eo quia characteriſmus maiorem impunitatem retinet, ſimplicitatemque, quemadmodum Scaligeri F ſententia venit.

Verùm enimuerò ex his Græci Satyro-Tragediam conſtruxere: ex qua Satyram, nuncuparunt dicacitatem Latini, quàm antiqui è ſcena, vt extra ipſam in cultu eam haberent, accepere, cuius inuentor Lucilius dictus eſt.

Huiuſmodi autem Poetas oportet è Republica depelli; cum nimiam ſibi, aliorum quoad actiones, vſurpare mi- G nimè dubitent facultatem; hi verò Satyricorum ſubeunt titulum, propria quoniam mordacitate alterius lacerare famam iniquè ſtudent, eoquòd vbi nulla ipſis permittatur forma, illis inferre læſionem perſonis, quas odio proſequuntur, in nomen calamos diſtringere non verentur; eorum ad ſimilitudinem canum, qui ex vehementi lapidis ictu maleacti, cum offenſori detri- H mentum rabidis inferre dẽtibus, haudequidem poſſunt, morſu petunt ſaxum: hi etenim extant, qui, cùm eorum in obliuionem mittant virtutes, quos ad vituperationem, pro carminum materia deſumunt, correctionis ſub prætextu, non autem, vt meliorem ipſorum mores ad ſtatum ducant; immò potius ex inuidiæ ſtimulo innatæ rabiei feruore honoris alieni, famæque ſplendorem I inficere contendunt; et cum optimè cognoſcant, ac famam vitæ anteponi decens eſſe, famoſos non erubeſcent cõponere libellos; et Principis quoniam vigilantiæ incumbit, cuiuſcumque qui ſubditis, nomen, in defenſione habere, integra quoniam cuiuslibet fama Reipublicæ adeſt neceſſaria bono; vt notatum eſt ex Couarru. *lib. variarum reſolut. cap. 2. num.* 8. Iure quidem opti- K mo igitur tot, tantæque infligi punitiones à legibus in Satyricorum pœnam certum eſt; honoris ex eo quia, et famæ cauſa cunctis præponi rebus debet; vt apertè Iuriſconſulti demonſtrarunt *in l. iſti quidem 8. ff. de eo, quod metus cauſa;* vbi: *Cum bonis viris iſte metus maior, quàm mentis eſſe debet. & in l. ſi adulterium. §. finali. ff. de adulter.* eo in loco:

Nam

A *Nam cuius fama, multò magis vita parcendum eſt*. Et in *l. codicilli* 91. §. *mater, ff. de legat.* 2. qua in parte. *Scis filium noſtrum occidiſſe, ſed & alia mihi deteriora fecit*. *l.* 2. §. *initium*: ibi. *Et cum caſtitatem filiæ, vitâ quoque eius præferendam putaret*. *ff. de origine iuris*: et quoniam, vt Cicero affirmabat Philip. 3. Ad decus nos in lucem protulit natura, et libertatem; quare de re, vel hæc tueri, vel
B morti occumbere cum dignitate debemus. *cap. ſi non licet* 23. *quæſt.* 5. Neque ſufficiens poſtmodùm habetur; vt maculata de fama, ſemel declaratio interueniat, aut reſtitutio, vel innocentiæ purgatio efficiatur; quoniam, vt eſt ſententia Caſſiodori *lib.* 2. *epiſt.* 2. Nulla interuenit poteſtas, quæ ſuæ qualitatem famæ hominum auferre de ore poſſit, miſſa etenim vox neſcit reuerti: vt Sfor
C Oddus *de reſtitutione in integrum part.* 2. *quæſt.* 92. *num.* 34. Facti verò infamia cùm hominum imprimatur menti, et illi videatur inhærere, nullo poteſt modo illinc ex aliquo remoueri: hominum namque opinio de alicuius malitia, vel bonitate neutiquam ex cuiuſquam, ſupremi licet Principis authoritate, valet ex monte depelli, et Laertij in Filolai vita eſt aſſertum: maximam haberi infelicitatem, quòd quiſquam in delicti
D ſuſpicionem incidat, quamuis innocẽtia ſit præclarus: ita: *Et ſi nil committis, ſed tamen videaris, infelix es*. Quà de cauſa eò ſeueriorem excipere punitionẽ ille cogitur, qui famoſum conſtruere libellum auſus fuerit; quò maior illi probitas inſit, contra quem fuerit confectus, neque alicui conueniens eſt, propriam paruipendere famam ex conſcientiæ integritate, cùm in iure vitio præ-
E termittatur, vt explicatum ex D. Auguſtino *de bono viduitatis cap.* 22. ita: *Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, alijs fama noſtra*. taliter vt ſecundùm Baldi ſententiam *in conſil.* 312. *num.* 3. *lib.* 4. eligibilius eſt, mortem ſubire, quàm in alicuius contemptu haberi, quod etiam explicatum eſt ex Diuo Paulo 1. ad Corinth. 9. dicentis. *Meliùs eſt mihi mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet*: & illud Machab. 9. *Abſit, vt fugiamus ab ijs, & inferamus crimen gloriæ noſtræ: crudelis namque eſt ille, qui famam negligit. cap. non ſunt audiendi* 11. *quæſt.* 3. Meritò F igitur appoſitus eſt titulus in Iuſtinianęo Codice *de famoſis libellis*: ex cuius vigore, qui famoſum componere audent libellum, capitalem ſubire pœnam compelluntur. Petrus Placa *Epitom. delict. cap.* 3. *num.* 2. Farinac. *conſil.* 30. *n.* 25. G *lib.* 1. Infamiæ autem nota in huiuſmodi homines inuritur; ita vt nullo in teſtes venire modo poſſint, vel teſtamentum conſtituere. *l. ob carmen* 21. *ff. de teſtib. l. cum leges, & l. is qui*, §. *fin. ff. eodem*. Cuius ſtatutum generis propriam etiã in illos vim demonſtrat, qui cum ſcriptis tradiderit, in publicum adduxerit, vel cantu quidquam explicare præſũpſerit, quod alicuius pudori læſionem aduehat: *l. item apud Labeonem*, §. *hæc* H *autem ferè ſunt. ff. eodem*. Nec prætereas, quòd, non ſolùm ſcribentes aduersùs illos verùm etiam contra, qui vbi inuenerit, nullo modo flammis tradere, vel lacerare curauerit, aut ipſum aliorum exponere oculis non dubitarit, capitalis conſtituitur pœna, per Textum *in leg. vnica. C. de famoſis libellis*. Nec aliqua permiſſum eſt ratione compoſitori, ſi I criminalitèr iudicium inſtituatur, ſui defenſionem, procuratoris opera, ſuſcipere. *l. penultima.* §. *ad crimen. ff. de public. iudic. cap. veniens de accuſat.* Rota, *deciſ.* 485. *incipiente, ſi clericus*. Sed etenim Eccleſiæ, quo in caſu in valuis famoſum affixum fuiſſe libellum conſtet, excommunicationis aduehere punitionem conuenit Pontifici; vt *in cap. ſi quis* 5. *quæſt.* 1. Publicum taliter, vt quaſi K iudicium appellarim, ex eo, quia iniuriarum quamquam actio extra priuata, & extraordinariam expoſcat pœnam, in quò tamen famoſo illata eſt libello, ius publicum tranſitum facit, & capitalem requirit punitionem. Odofredi *in d. l.* 1. *C. de famoſis libellis in fine*. Adde etiam quòd in hanc non ſolùm, qui libellum conſtruat, diſtetque, pœnam incurrit.

ſed

A ſed etiam qui ſcriptis illum committunt, vel conſtrui mandauerint, decernit: vt dixit Angel. *in l. ex Cornel. §. fin. ff. de iniur.* Quod huius etiam è Regni iure exponitur ex plurium pragmaticalium ſanctionum diſpoſitione; in illos, qui cõponere, atque ſcribere audeant, vel vt tradantur ſcriptis, conficiantur ve præcipiant, aut etiam alicui affigant loco, vt per *Pragmat. vnicam tit. 40.* diſponi-
B tur: quòd ſcilicèt huiuſmodi homines vltima pœna ſupplicij, & de bonis, publicationem ſubire cogantur; qui autẽ authorem propalent, præmium ſuſcipere debent, quod & in illos defendit, qui caroſellos amurca plenos in parietes proijciunt, vel cornua ad vituperium, affigunt; cum non diſſimilia hæc ſigna è famoſo libello ſint. Farin. *de varijs criminibus quæſt. 185. nu. 469.*
C Bertazol. *conſil. criminal. 237. num. 5.* Clarus *in §. fin. quæſt. 68. num. 25. & ſeq.* Quapropter capitis haudequidem punitionem effugient Poetæ, quo in caſu Magiſtratum aduerſus, ipſiuſque famam aliquid ad modulamen componere non erubeſcant. Angelus *in dicta l. lex Cornelia. ff. de iniurijs*. Sed ſi hoc Principem contra perpatrarint, ipſius in arbitrio pœna perſiſtit; vt teſtatur Cra-
D uetta *conſ. 6. num. 31.* quo lata in loco forma explicat; quòd ſoli permiſſum Principi, non autem alij eſt, pœnas in delinquentem velle conſtituram.

Ex Canonici autem iuris inſtituto; flagris famoſi conſtructor libelli, ſubiectatur per Textum *in capite prima. & in cap. qui alterius. quæſt.* atque quemadmodum & depoſitionis pœnam excipit, cum grauе hoc fermè crimen. Turrecrema-
E ta *in cap. ſi quis in fine 5. quæſt. 1.* Hoſtienſ. *in ſummas tit. de iniur. §. quomodo fiat iniuria, in fine. verſ. item poſſe deponi.* Et de fama reſtitutionem facere, atque Palinodiam adſtringitur cãtare. Armilla *in rubrica de libellus famoſis*. Nauar. *in cap. Sacerdos num. 6. de pænitent. diſt. 6.* Summa Angelica *in verbo libellus famoſus, in fine num. 6.*

Prohibitum autem eſt, de famoſis emptionem facere, venditionemque libellis, vt etiam illos emi, vendique procurare, per Textum *in dicta l. lex Cornelia. §. fin. ibi. Item qui emendum, vel vendendum curauerit.* & ibi Gloſa. F.
ff. de iniurijs: nimirum ſi retineri ſtudeat quiſque. Burſaticus *conſil. 20. num. 55. lib. 1.* Cephalus *in conſ. 341. num. 21. in fine lib. 3.* Illos verò contra, qui libellos retinere deprehendantur, nec aliquo modo authorem demonſtrent, procedi ad torturam poſſe docuit Farinaceus G
loco ſupra citato num. 455. Vt pariter in eos, qui affigere, vel aliquo publico in loco ponere præſumant, vt ſupra dixi; capitalem infligi pœnam, negotium poſcit: ſecundum Farinacei doctrinam *num. 457.* Vbi autem quiſquam in alicuius vituperium carmina modulati, vel quidquam aliud videatur, iniuriarum conuenitur actione. Farinac. *num.* H
468.

Famoſum etenim circa libellum de conſuetudine, Iudicis arbitrio remiſſam cognoſcimus pœnam, vt teſtatur Clarus *in §. fin. quæſt. 68. num. 26. verſic. libelli famoſi author*; quo etiam aſſerit in loco, nullo ſe vidiſſe tempore, aliquem pro famoſi libelli compoſitione, vltimi pœna ſupplicij punitum, at, vſque extraordinariam, ex Iudicis arbitrio, il- I
latam punitionem fuiſſe; vbi etiam Baiardus *num. 65.* Burſaticus *conſ. 94. n. 3 & n. 38. in fine lib. 1.*

Benè tamen, quòd vbi in famoſo crimen aliquod obijceretur libello, ex quo vltimi pœna ſupplicij adduci infamato deberet, eo in caſu huius author libelli haudequidem ex Iudicis arbitrio, ſed eadem pœna, quam exciperet in libello infamatus (vbi verum eſſet delictum) videretur, puniri cum opor- K
tet, Gloſa *in verbo, ſi quis famoſum, in l. prima. C. de libell. famoſis*. Gomez *variarum reſolut. tit. 3. cap. 6. num. 1.* Platea *in dicto cap. 3. num. 2.* Menoch. *de arbitr. iudic. caſu 263. num. 43. in fine.* Farinac. *dicta quæſt. 105. num. 424.* Guttier. *quæſt. 141. num. 3.* Tali ex eo quia euentu nõ ſolùm illa conſideratur voluntas, ani-

A muſque, quo læſionem quiſque infer-
re in honorē illi prætendebat; at illa
etiam mens, qua eum vita priuari, ex
diligentia curabat, cum crimen morte
dignum, ab ipſo commiſſum declaret;
qua de cauſa minimè diſſentaneū ęqui-
tati eſt, æquali authorem libelli puni-
tione caſtigari: capitali quoniam pœna
interficiendi ſolummodò intentionem
ius voluit punitam; nullus etſi effectus
B indè fuerit ſequutus. *Lis, qui cum telo.
C. ad legem Corneliam de ſicarijs.cap.quiſ-
quis.* §. *ſi quis cum telo, de pœnitentia.
diſtinct. prima. cap. 1. de præſumptionib.*
Menoch. *de arbitr. caſu 360. nu. 36.* Fa-
rinac. *in praxi criminal.part.4.quæſt.124.
num.3.*

Vario atenim animo veteres horum
libellorum, cenſurarumue carmina
Imperatores ſuſcepere: vt, quæ à Bi-
baculo, Catuloque fuerunt conſcripta,
C ſupremæ detrahētia maieſtati, benignè
tolerarit Auguſtus, & legi permiſſa re-
putauerit: quemadmodum ait Tacitus
*lib. Annal. 4. num. 34. Non facilè dixerim
moderatione magis, quàm ſapientia, nam-
que ſprêta exoleſcunt, ſi iraſcare adgnita
videntur.*

Clementi etiam lenitate ſeſe in de-
tractores Theodoſius, Arcadiuſque
geſſere, cum ſuis voluerint legibus, nul-
D li eos pœnæ ſubiectos haberi: vt con-
ſtat *in l. vnica. C. ſi quis Imperat. male-
dixerit.* Addas, quòd Tiberius ille, qui
omni ſeueritatis genere cæteros ante-
celluit, ſui principatus initio, nullius di-
xit, aliquorum dicacitatem momenti,
cum in libera iudicaret Ciuitate, licitū
cuique eſſe, quid ſentiat, ex animo ex-
planare; tunc enim temporis notum
ipſis erat, ſummum eſſe dementię ſignū
E præſenti credere potentia, futuræ poſſe
memoriam ætatis deleri; cum ſemper
caſtigati authoritas ingenij maiori di-
gna obſeruatione reddatur, nec aliquid
vltra punientis dedecus, afferre punitio
valeat; immò præclariorem authoribus
præbere gloriam videtur. In Aſia ſed
etenim aliqui, tranſactis dominium ſe-
culis, tenuere Reges, qui, cum in ſub-
ditos propriam exercerent improbita- F
tem, maledicendique materiam tribue-
rent, iniquo tolerabant ipſorum male-
dicta pectore, cum magis, quàm alij,
eorum perferre dicacitatem, propria
ob vitia deberent: ad quod apprimè
facit, quòd priſcus Europæ, neſcio
quis, dominator de quibuſdam dixit,
circa vectigalia impoſita, malè verba
facientibus; ſine, ſcilicet, ad placitum
ſuis alloqui populos nummis; alio ta- G
men modo ſenſit Nero, qui ſuum, in
Antiſtij Prætoris flagellum, exercuit
furorem, cum ille libellum, aduerſum
ipſum compoſuerit; vnde, ſi à Peto
Traxia non fuiſſet, innixis viribus de-
fenſus; caput in pœnam dediſſet: cum,
ob illius tutamen, fuerit in exilium
miſſus, vt ex Taciti monumentis *lib.
16. num.* 21. excipitur. Quis enim ini-
quum dicat, quòd potentes, maledi- H
cos contra authores ſeſe acerbitèr in-
uehant? admirationem attamen afferre
debet, quòd non ſolùm maledicere pu-
nitionem excipiat; verùm etiam quem-
quam laudare, ſuſpicionem afferat, ac
periculum: Tiberij etenim æuo in iudi-
cium adductus Cremutius Cordo fuit,
publicis ex eo quia in Annalibus Mar-
ci Bruti laudes, vt refert Tacitus *Ann.
4. num. 34.* apponere non neglexit; & I
(quod maiorem includit calamitatem)
ſomnia etiam crimen in ſe retinere vi-
dentur; cum Claudij Imperatoris tem-
pore quemdam accuſatum fuiſſe Equi-
tem legamus: quoniam retulerat, ſeſe
in ſomnijs ariſtas deorſum pro labentes
vna cum Imperatorum capitibus con-
ſpexiſſe, ac poſtmodum ex aliquibus
fuit interpretatum, id futurum annonę
defectum denotare. Sed etenim quid K
cuiquam accideret, vbi veras, non au-
tem in ſomnijs inſpectas Aſiaticis è
magnatibus introductas eſſe, non verò
ex aduerſo Planetarum influxu affir-
met, ex viuis equidem excederet, ne-
que humanis frui auris poſſet.
Quomodocumque atenim ſeſe res ha-
habeat, famoſos conficiendi libellos
improba vſque ars reputatur, & non
raro,

Digitized by Google

A rarò, iure quidem emeritas excipiunt punitiones è Principibus Poetæ, ne maledicorum dicacitati anſa præbeatur, &, ſubditorum in detrimentum, innocentium candor deformetur.

Hac de re Auguſtus, progreſſu temporis, talem ſeſe præbuit, vt in deteſtationem, ac maximo dignos flagello famoſos exiſtimauerit libellos, cum ad hoc ipſum impius Caſſij Seueri ſtylus
B impulerit; plures eoquòd Equites, Matronaſque dedecore affecerit: ac etiam cuiuſdam authoris maledica eloquẽtia nonnullos ex eo quia verſus, eam contra, de crudelitatis feritate, ſuperbiæ faſtu, & in genitricem, contentionis impietate publicare non erubuerit; vt Tacitus *lib. Annal.* 1. *num.* 72. teſtatur. Nullo eoquòd modo potentium decet, optimatumque vitam ex alicuius audacia vituperari, vel ipſorum de actioni-
C bus confectas audire cenſuras; maligno, quamuis animo ſuperiorum facta ſuſtineantur: quia cum cuique notum ſit, in Principum votis eſſe, nihil de ſe peſſimè aliquem loqui, linguas oportet ſilentio tradere, aureſque ipſorum iniurijs claudere: confirmatur hoc ex Luciani figmento; quòd ſcilicèt cum Mercurius, Martem, aduersùm Iouem inferre maledicta intelligeret, tale attulit
D reſponſum.

Tace; neque enim tutum eſt iſta, vel tibi dicere,
Vel audire mihi——

Cum ſignificare porrò vellet, nulla licitum forma ſubdito eſſe, vt de Moderatore quidquã malè ex impetu depromar; illi autem ex Horatio famoſi nominantur libelli, qui innocuas con-
E tra perſonas conficiuntur; vnde ſi merentium, ſontiumque contineãt ludibria; famoſi haudequidem nominari valent libelli.

—— ——Si quis
Opprobrijs dignum latrauerit, integer ipſe
Soluentur riſu tabulæ, tu miſſus abibis.

At ſi fidem præſtare Horatij definitioni cogimur; nonnulli quidem momenti difficultas oriretur; quòd ſcili-
F cèt, priuſquam aliqua dicaci punitio induceretur, oporteret proceſſum contra inculpatum conſtruere, an iuſtè, vel iniquè vituperio affectus appoſitum commiſiſſet delictum, vel ex aduerſo; aut etiam integræ an ſit vitæ, vel corruptos præſeferat mores: quòd fermè nentiquam obſeruari decens eſt ex Iuriſperitorum ſententia, minorem etſi
G excipere punitionem illi adſtringantur; inhoneſtæ quo in caſu perſonæ conuicium impingunt, ſecundùm illã, quæ Farinacei eſt, doctrinam *in dicta quæſt.* 105. *inſpect.* 11. *num.* 428. Cum & è Suetonij monumentis habeamus contumelias, in omnium maximè ſceleſtũ Domitianum famoſi nomen ſortitas eſſe libelli.

Ipſius autem definitionem hiſce habemus verbis; quòd nimirùm compo-
H ſitio ſit alienum includens dedecus, eo confecta, ex maligno authore animo, vt alij adducatur, propaletur, vel etiã renouetur vituperium, cuiuſmodi equidem definitioni conſona videtur, quæ à ſumma Syluestrina deſcendit *in rubr. de libello famoſo, in princip.* quam etiam ſequutus fuit Farinaceus *loco ſupra citato num.* 421. explicans, quòd libellus famoſus eſt compoſitio facta in ſcriptis in
I infamiam alicuius, eius, quòd probare non vult, & in publico iactata, vel in loco, vbi inueniatur: Prima verùm in definitione illo ponitur fine, *Compoſitio*, cauſæ formalis in vicem, vt etiam de ſoluta oratione etiam intelligatur, quod de poemate declarauit Horatius; in materialis verò cauſæ locum illa interueniunt verba. *Alienum includens dedecus*; hoc etenim ſibi in obiectum fa-
k moſus ſuſcipit libellus. Efficientem illa videmus è circumſtantia cauſam, *Ex maligno Authore confecta*: illa quoniam è fonte huiuſmodi originem libelli deſcendere demonſtratur; & ea tandem in clauſula: *Eo animo, vt alij adducatur, propaletur, aut etiam renouetur vituperiũ*: finem reſpicimus; ex eo quia quodquã, vbi delictum inſonti libellus imputat,

A in famiam adducit; ſi occultum aliorum oculis exponit, patefacere dicitur: ſi verba de manifeſto facit, renouare videtur.

Quibus equidem ex verbis deducere quis poteſt, ſubiectas interuenire circumſtantias opus eſſe, ad hoc, vt de quocumque maledicta, purus dici poſſit libellus, & quod.

Primo loco adſit compoſitio, quoniam, B ſi detractiones, iurgiaque ex voce ſolummodò proferantur, iniuria, famoſus non autem libellus nominatur; libellum namque compoſitionis genus appellamus: non ſolùm autem verbis, aut facto inferre iniurias, ſed etiam ſcriptorum medio, famoſi ſcilicet libelli, valemus: vt Farinaceus affirmat *dicta quaeſt.* 105. *inſpect.* 11. *in princ.*

Debet deindè ille eo confici intuitu, C vt primariè pro obiecto alterius infamia proponatur. Farinac. *num.* 92. Bertazol. *conſil.* 137. *num.* 3. Cephal. *conſil.* 341. *lib.* 3. Talitèr vt, vbi plurium in compoſitione laudes pertractantur, & ipſas inter alicuius immixta videatur ignominia, famoſus nullo modo vocari libellus ille valet.

Illius, tertia pro circumſtantia, requiritur publicatio, quemadmodum ex definitione deducitur; ex eo quia ad libelli D famoſi eſſentiam, publicationem DD. requirunt, aut, quòd eo ponatur in loco, in quo illum reperire quiſque poſſit. DD. penès Farinac. *num.* 485. *cum ſequenti*. Tali de cauſa, ſi ex dolo quiſquam famoſum in terram proieciſſe libellum viſus ſit, ad hoc, vt ipſum publicet, eamdem fermè ſubibit pœnam, ac ſi publicè expoſuiſſet Hoſtienſ. *in ſumma de iniur.* §. *quot modis fiat in-* E *iuria num.* 3. ibi. *Puta dimiſit ſcripturam cadere*. Farinac. & Doctores per eum *num.* 459.

Quarto neceſſarium eſt, loco, ignominiæ finem, alienumque ad lædendum nomen, adeſſe: quoniam ad effectum, vt ex libello infligendæ pœnæ ſibi vendicent locum, nocumentum afferendi opus eſt animum, in compoſitione interuenire. *l. ſi non conuicij. C. de iniur.* F Farinac. *conſ.* 30. *num.* 46. 79. & 130. *lib.* 1. nam, quemadmodum explicatum è Seneca *lib.* 2. *de ira. cap.* 26. Nulla dici poteſt iniuria, niſi & à conſilio proficiſcatur; quapropter verus requiritur dolus. *l. lex Cornelia* 5. §. *ſi quis librum.* ibi. *Dolone malo fecerit. ff. de iniurijs*. cum latè adducit è Farinaceo *num.* 481. *dicta inſpect.* 11. Neque ſufficientem ad hoc lata culpa retinet vigorem. Baldus *conſ.* G 237. *in princip. lib.* 5. Crauetta *conſ.* 13. *num.* 2. Farinac. *dicto conſil.* 30. *num.* 46. Debet autem doli probatio fieri, nulla eoquòd forma præſumi in dubio illum decet. Ruin. *conſ.* 145. *nu.* 10. & 14 *lib.* 3. Farinac. *dicto conſ.* 30. *num.* 53. Vel ſaltem anſam præbeat, obnoxiumque maneat, vt de contrario, per indicia, & coniecturas demonſtratio fiat, vel perſuadeatur: vt eſt ſententia Cyni, Albe- H rici, Fulgoſij, & aliorum *in dicta l. ſi nō conuic. C. de iniur.* Farinac. *num.* 484. *quaeſt.* 105. Propterea Hiſtoricus, qui aliorum in enarratione mores vituperat, vt facti veritas oſtendatur, nequaquam famoſum dicitur conſtruere libellum, vt pari forma nec ille, qui ioci ergò, non autem infamiam inferendi cauſa, famoſum legat, propalare non dubitet, vel retinere non vereatur li- I bellum. Farinac. *num.* 482. Quod magis etiam vigorem includit, vbi alieni facinoris ſcriptor id non ex inferendi dedecus, at correctionem, animo agit.

Opus eſt quintò in libello illius apponi nomen, in cuius vituperium fuerit conſtructus: quo enim in caſu nullo modo aliqua certa reperitur perſona conſtituta, quamuis de illo percipi poſ- K ſit, circa quem libellus fuerit compoſitus, minorem eò ſuſcipere punitionem cogitur; minor quoniam iniuria dicitur quemquam in genere, quam ex nomine, ac in ſpecie vituperare. Farinaceus *dicta quaeſt.* 105. *num.* 12. & 15. & *num.* 475. & 476. Quo in loco deuenire cōueniens eſſe dixit, vt libelli compoſitor ad explicandam illius perſonam, cogatur,

Digitized by Google

A tor; de quo neutiquam in libello meminit; quapropter ſi ex ipſius aſſertis nulla deſcendere lux poſſit, vt cognoſcamus, in quem fuerit confectus, tunc nullum ſibi libelli punitio vendicat locum. Baiardus ad Clarum *quaſt. 68. num. 62.* At ſi alius medio perſona demonſtretur, de qua intelligere libelli voluit conſtructor, eo euentu ipſomet punitur modo, ac ſi ab eo declarata
B fuiſſet. Gloſa *in l. lex Cornel a. §. ſi quis librum, in verbo ſine nomine, ff. de iniur.* Salicet. *in l. 1. num. 5. C. de famoſis libell.* Farinac. *num.* 424. Mihi attamen in ſententia eſt, quòd, ex magis vera doctrina mitiori ſubiectus eſſe pœnæ debeat, per quæ ſuperiùs fuerunt explicata; quoniam vbi ipſamet in ſcriptura nequaquam apponitur perſona; proprium non dicitur finem libellus obtinere, &
C potiùs venia dignus, quàm punitione ſcriptor videtur: ad venatoris ſimilitudinem, qui cum aeri ſagittam committeret, tranſeunti vulnus, illius è lapſu impegit.

Circa hoc autem memoriæ occurrit, quòd tranſactis temporibus Italo ex Principe imprudentèr actum eſt: qui, cum expoſitus, conuicijs vndique diſtentus; fuiſſet libellus; & in eo deno-
D tatum quamplutimis ineſſe vitium videretur, neque appoſitum ſpecificæ perſonæ nomen fuerit, decretum ſcriptis edidit, Poetam, quem ſuſpicabatur authorem, læſæ tanquam reum Maieſtatis, vtpotè, qui auſus fuerit Principi dedecus inferre, punitionem excipere opus eſſe.

Sedetenim ſua effecit crudelitate, vt alius appareret ſoluto ſermone libel-
E lus, in quo Principem potiùs ea damnandum pœna ſignificabatur, quàm Poetam cum & ille gemini author eſſet libelli, alterius Poetam aduersùs, quem ſui authorem vituperij exiſtimabat, cum de illius facto nulla veniret probatio, aulis ſeſe contra, quoniam cum haud aliqua forma delinquentis exprimeretur perſona, id in ſeipſum crimen ſuſcipiebat, quòd punitione dignum leges reputabant.

Enimuerò quis aliquod tutum ſub F tyrannidis crudelitate dicat, cum, etſi minimum patres, nequaquam ſolutus abibis? ſub iniquo enim Principe dicta, ſomnia, ſuſpiciones, ac meditationes ipſæ læſæ maieſtatis crimen, Religioniſque contemptum adducere dicūtur: in medium Caligula venit, qui Romani ſedem Imperij poſt Tiberij, Neroniſque dominatum occupans, plurima G Sartoris maledicta ſereno pertulerit animo; flammis tandem vouit Poetam, æquiuocum ob dictum, quod ſuis appoſuerat in carminibus.

Sedetenim ſi optimũ Reipublicæ trãquillitate reputatur, vt huiuſmodi Poetæ longè depellantur; quid de Scenicis dicemus, cum & ipſi honeſtati aduerſi habeantur? vt dixit Diuus Auguſtinus *lib. 2. cap. 14. de Ciuitate Dei*, tali H modo. *Deindè quærimus ipſi Poetæ talium fabularum compoſitores, qui duodecim tabularum legibus prohibētur lædere famam Ciuium, tàm probroſa in Deum conuicia iaculantes: cur non, vt Scenici habeantur inhoneſti? Et qua ratione rectum eſt, vt Poeticorum figmentorum, & ignominioſorum Deorum infamentur actores, honorentur authores? An fortè Platoni Græco potiùs palma danda eſt? qui cum ratione* I *formaret, qualis eſſe Ciuitas debeat, tanquam aduerſarios Ciuitatis Poetas cenſuit Vrbe pellendos: iſte verò & Deorum iniurias indignè tulit, & fucari, & corrumpi figmentis ciuium animos noluit: confer nunc Platonis humanitatem à Ciuibus decipiendis Poetas ab vrbe pellentem cum Deorum diuinitate honori ſuo ludos ſcenicos expetente.* Deijciendi equidem ſunt, vt tanti Herois exrat ſententia, qui etiã K *lib. 18. cap. 4.* affirmat, quòd duplex eſt cauſa, qua impulſus Plato *lib. de Republ. 2.* Scenicos conſtituit è Republica deturbandos, quòd falſos nimirùm eſſe Deos fingant, quodque corruptos reddant mores; qua de cauſa circa Poetas diſtinctionem Socrates attulit, poſtquam ipſos contra, pleraque declararit, quòd boni ſcilicèt Poetæ de-

beant

A be.it in Republica retineri,eorum quo-
niam carmina , homines ad fortitudinẽ
inducunt , & caſtitatem , quòd ex ad-
uerſo accidente in illis æſtimat , per
quos intemperantiæ ſeſe tradi hominũ
animos videmus ; prohibitum propte-
rea Chriſtianis redditur , ne Poetarum
figmenta ſibi ad lecturam apponant, cũ
mentem ad turpia excitent perpatran-
da , aut etiam pro cogitationum mate-
B ria deſumenda ; inanium etenim leno-
cinia fabularum ad libidinum deformi-
tatem impellunt, non ſolùm autem per
impiam thuris oblationem Dœmóni
ſacrificia , ſed etiam cum & laſciua li-
benti animo excipiuntur dicta , ducun-
tur, vt notatum eſt *in cap.ideò diſtin.37.*
ex Iſidor. *lib. 3. ſententiarum de ſummo*
*bono cap.*13. Quamobrem repræhenſio-
ne ſeſe dignos reddunt SacerdotesDei,
C qui cum nullo habeant Euangelia , &
Prophetas in pretio, comædiarum inſi-
ſtunt lectioni , atque amatorio Bucoli-
corum verſuum modulamine per indi-
gne oblectantur . *cap.Sacerd.diſtinct.*37.
ac etiam *per cap.legens dicta diſtinctione.*
Grauis rei criminis exiſtunt Epiſcopi,
qui nullo modo comædiarum lecturam
filijs ſuis vetitam volunt , atque ex ne-
gligentia illis ſtudere permittant: vnde
D Diuus Hieronymus , præclarum iubar
Eccleſiæ,non impunè ſe habuit , cum
Ciceronis , eloquentiæ parentis,ſcripta
legeret ; quoniam , vltra quod negotiũ
pateretur, Ethnicorum figmentis Chri-
ſtianus inuigilaret ; vt ſcriptum eſt in
*cap. legimus , diſtinct.*37. Iure igitur op-
timo Imperator Philippus *in l. 3. C. de*
profeſſor. & medic. lib. 10. nulla voluit
decoratos immunitate Poetas.

E Digni autem excuſatione ſunt , qui
vel lecturam ſequuntur , vel comædia-
rum repræſentatione delectantur ; quo
in caſu in ipſis oblectatio ſiſtat , neuti-
quam verò ad oſtenſam rem , ipſoſque
commigret in actus, conſenſuſque lon-
gè periculum ſit ; eo namque in euentu
nullo modo lethale committi peccatũ
videtur , vt teſtatur Diana *in ſuis miſcel.*
*reſolut.*35, ex Azor.*parte 3.lib.5.cap.*27.
*quæſt.*27. Sanchez *diſput.*46. *num.*4.vbi F
ſic . *Ex his infertur, quamuis comœdijs in-*
tereſſe non ſit mortale , vbi nec res turpes
repræſentantur , nec modus repræſentandi
eſt turpis ; vel ſi hæc concurrunt , audiun-
tur , ob ſolam vanam curioſitatem abſque
periculo probabili lapſus ſit in peccatũ mor-
tale . At quando turpia repræſentantur,vel
modus turpis ſit , audianturque, oblectatio-
nem ex ipſis rebus turpibus contingentem
modo expoſito num. 38. *aut cum probabili*
ruinæ periculo,eſſet lethale . Et ſi quidquã G
in donum Hiſtrionibus præbere , illiſq;
fauorem ſuo præſtare in ſtatu , ex pro-
poſito quoniam ad rerum turpium re-
præſentationem incumbunt , mortalem
includere noxam certum ſit , *ex cap. do-*
*nare , diſtinct.*86.

Tali autem in abominatione hiſtrio-
nicam artem ſacri habuere canones , vt
ſi clerici huiuſmodi ſeſe in exercitio H
per anni ſpatium verſent , de omni ipſo
facto clericali priuilegio, abſq; eoquòd
Iudicis interueniat declaratio , priua-
tionem ſubibunt , quòd ſi per minus
temporis ſpatium hoc agant , ac trinam
per monitionem haudequidem reſipi-
ſcere videantur , ſua , permiſſum Epi-
ſcopo eſt , è ſententia , illos omni ſpo-
liatos clericali priuilegio declarare.*cap.*
1. *de vita, & honeſtate clericorum* . Tali- I
tèr vt ſæculari minimè denegatur Iudi-
ci huius generis aduersùs clericos, qui
hiſtrionicam exerceant artem , proce-
dere Bouadill. *lib.* 2. *Polyt. cap.* 18.*num.*
94. *tit. de la iuriſdicion real,y miſto fuero.*
Caſſaneus *in conſuetud.Burgund.rubr.* 1.
§.*quinto. num.*55. *colum.*186. Ciuili au-
tem de iure tales Hiſtriones infamiæ
ſubire notam compelluntur: per Text.
in l. prima,& 2. §. ait Prætor , ff. de his,
qui notant. infam. cap. deſin. 4. *quæſt.* 1. k
Nec prætereas , quòd prohibitum fer-
mè eſt eos , qui voluptates populo da-
re , ac etiam explicare contendunt ad
ordinum gradus erigi , & vbi ordines
exceperint , ex ipſis valent deponi , per
cap. aliquantos 51. *diſtinct.* huiuſmodi
quoniam perſonæ nulla prædita hone-
ſtate , ac vili depreſſæ ſtatu dicuntur.

per

A per Text. *in l. 4. C. de ſpectac. lib.* 11. & nullum retinentes honoris lumen. *l. Senatoris filia* 47. *de ritu nuptiar.* & iure quidem optimo è teſtimonio eos depelli clarum eſt, quo in caſu, quæſtus ergo ſui ſpectaculum corporis in publico ipſe fecerit, quod ex aduerſo euenit, ſi recreationis animi cauſa, licet in publico, id egerit. Robuff. *in tract. de probat. teſt. num.* 225. & apta ſunt, quæ B ſcripſit Maſcard. *de probat. conclus.* 1356. *num.* 46. Farinac. *pract. crimin. quæſt.* 59. *num.* 439. Ipſis etiam haudequidem permiſſum eſt, illo vti habitu, qui Deo dicatus, vel clericorum vſui deditus extet. *l. minimè, C. de Episcopal. audient.* §. *final. nouel.* 123. Addas etiam, quòd Hiſtriones illud vſque in tempus mortalis dicuntur peccati rei, per quod & illam exerceant artem, ipſiſque ſacræ C cibus Euchariſtiæ denegatur. *cap. pro dilectione de conſeq. diſtinct.* 2. quod Cypriani dictis non diſſonum eſt *in Epiſt.* 61. Ex quo cum aliquis ſciſcitaretur, quid de quodam ſentiret Hiſtrione; nec Diuinæ Maieſtati, nec euangelicæ eſſe congruum diſciplinæ affirmauit, vt ſummus pudor, Eccleſiæq; decus adeò turpi, fœdoque inficeretur contagio; ex eo quia, cum prohibitio ex lege in D vnumquemque deſcendat, ne muliebri ſeſe induat veſte, & maledictioni hi dicantur homines ſubiecti: maius putare crimen debemus, quòd non ſolùm fœminea ſibi quiſque capiat indumenta, deformes verùm etiam geſtus, & ad laſciuiam pellicientes, impudicæ miniſterio artis repræſentat: nec aliqua dignus excuſatione eſt, qui, cum è theatri ſpectaculis ceſſet, aliorum animos hac eruditos arte, ſua reddat induſtria; E non poteſt enim caſtus ille, ac integer videri, qui ſui appoſuit vicarios, pluresque, pro ſe, aptos conſtituit ſuccedaneos, ſuperni aduerſus numinis inſtitutiones diligentèr declarans, quo maſculus modo è mulieris blãditijs ad ipſius amorem inclinet, & ſexus, ex arte, mutatio fiat, cum Diabolo, diuinum emaculanti plaſma, eneruis, euiratique corporis placeant deliciæ. F

Non uniuerſum attamen comœdiarum apparatum, ſtudiumque inutile mea nominatur è ſententia; ſed vbi certis ipſarum licentia legibus adſtringatur; tutò poteſt in ſcenam prodire, & quidem.

Primò, ſi ex Comœdiæ, Tragediæ, cæterarumque compoſitionum modeſtia, ad virtutem hominum animi excitentur; cum, tàm qui eius inſiſtant pronunciationi, quàm qui ad ſpectaculum G accurrant; virtutum ſtimulos propriò in pectore percipiant; ac tàm ſi figmentũ, quàm veram hiſtoriæ partem illi adferant; ciuilem doceantur prudentiam: nihil attamen in chriſtianum ducatur theatrum, quod & in templo dici minimè poſſit; vnde iure quidem Politicorum Princeps *lib.* 7. *cap.* 17. Turpiloquium æſtimauit penitùs ex Vrbis fre- H quentia depellendum, ne alia indè mala ſuſcipiant ortum.

Secundò, vt illud geſtuum interueniat moderamen, quod non ſolùm ex grauitate ciuilitèr vitam ducentibus, probis moribus decoratis, placeat viris; at quod etiam decentèr in reliquum vitæ ſpatium retinere author non erubeſcat.

Tertiò, quòd cum voce, geſtuque de vitiorum affectibus expreſſio fiat, illa I ſit carminis, actioniſque norma, vt nihil indè, præterquam in vitia, odium concilietur.

Nulla ratione quartò amantium explicentur, verborum viuacitate, aut geſtuum affectus; nec illo quidem fine, vt indignus impudicitiæ exitus demonſtretur; ex eo quia, ſi alio incedat obſeruatio modo; ad adulteria inſtructiones dantur, dum omni videtur monitũ K ætati præberi, id factu poſſibile, quod factum percipit in præteritum fuiſſe; vnde ſæpiùs, quæ ad ſpectaculum, pudicitiæ fulgore ornata proceſſerat, domum impudica, regreſſum facit matrona; vt Cyprianus ad Donatum 1. *in Epiſtola* ſcripſit; quoniam iuxta Senecæ doctrinam, nihil adeò moribus extat

magis

Digitized by Google

A magis alienum; quàm in theatro ad
ſpectacula deſidioſè permanere.
Acutie quintò plenos opus eſt, ho-
neſtoſque haberi lepores, qui vitiorum
præſeferant contemptum.
Quòd nulla, ſextò, mulier ingreſſum
faciat in ſcenam, nemo illius ſibi veſtes
audeat vſurpare, nullius etenim ſexus
habitus, quem domi cum verecundia
facere moram debet, è theatro lon-
B gè ſit.
Nullius artis tandem in ſcenam lucri
ergò admittatur, nullius, qui alia non
ſuſtineat vitæ onus diſciplina, vel ſibi è
domeſticis, ſuæque alimenta præbeat
familiæ; vt comœdiæ etiam, aliarum-
que compoſitionum repræſentationes,
honeſtate præclaræ, politicis plenæ do-
cumentis, contineant eruditionem, li-
beralis indices indolis, ac futuræ ſpei
C pignus habeantur, quæ chriſtiani ocu-
los, animoſque populi ſeuera domitate,
atque comica ſeueritate delectent; vbi
namque alia ſeſe gerant forma hiſtrio-
nes, omninò debent è Reipublicæ fre-
quentia depelli, quemadmodum penès
Tacitum *lib. 4. Annal. num. 14.* legimus
pluribus in Italiæ locis ipſos, propter
impudentiam vitæ depulſos; cum etiã
velut ſeditioſi, omnia perturbationibus
commiſcerent, vt in *num. 54.* inhone-
D ſti nec non ipſi conuerſationis dicun-
tur ipſius authoritate *lib. 2. hiſtoriar. nu.*
87. vt paritèr è Plutarcho narratur de
Laconicis præceptis, quòd nimirùm
in Lacedæmonum inſtitutis eſſe, nullo
modo illos in Rempublicam admitte-
re, qui vel tragediarum, comœdiarum-
que incumberent ad compoſitionem;
vt etiam, ne, aut feriò, aut ioci ergò
legum aduersùs diſpoſitionem dicenti
E quiſquam faciles præberet aures; cum
ex ipſis, verborum, geſtuum, actorum-
que medio, quæ laſciuiam ſpirare vi-
derentur, hominum animi ad venereos
traherentur affectus.
His autem poſthabitis; duos certũ
eſt, in poetica facultate motus interue-
nire, alterum naturalem, alium aduen-
titium. Primus ille eſt, qui ex ingenij
acumine originem ſortitur, quòd ad F
poeſim dulci violentia impellat; & hic
ex Planetarum, Poetæ in genitura con-
currentium poſitione, deſcendit, quem-
admodum ex Iulij Firmici, reliquorũ-
que Matheſeos profeſſorum aſſertis de-
claratur: vbi nimirùm prima Mercurius
in domo, Luna, & Venus cum Ioue
coniunctæ in Sagittarij ſigno, Scorpio-
nis in corde reperiuntur, propria ex
conſtitutione, coniunctionibuſque na- G
tum nonnullius ſublimitatis, ac omni
ex parte præclarum fore Poetam deno-
tabunt: quòd etiam ex Ptolemei qua-
dripartito colligitur *in cap. 18. lib. 3.* Io-
nis nimirùm cum Mercurio coniunctio-
ne natum, fore Poetam.
Inde verò poſterior, ſcilicet aduen-
titius prouenit, quando per extaſim
quamdam, vel ſpirituum eleuationem
ſæpiùs extra ſe homo vehementer rapi- H
tur, & velut ſui ipſius immemor ad
poeſis modulamen compellitur, quem-
admodum cuidam, nomine Clario, ac-
cidit, qui ſecundùm Taciti ſententiam
omnis poenè literarum generis imperi-
tus habebatur, & aliquando accidebat,
quòd reſponſa poeticè ita redderet, vt
vaticinia vocarentur. Iſto igitur, qua-
dam, tanquam veſania, ad carminum
harmoniam, ſpiritu trahuntur Duce, I
Poetæ.
Quadruplex atenim furoris genus è
Platone in Phædro noſcimus conſtitu-
tum, ac ſuo vnumquodque Numini
appoſitum; vaticinans ſcilicet, quòd
ex Apollinis deueniat inſtinctu, Poeti-
cum, quod ex Muſis ortum habet, Miſ-
tum, quod ex Bacchi deſcendat im-
pulſu; & Amatorium, quòd originem
ex Venere captet: vana tamen, ac ex K
errorum tenebris irretita gentilitas ma-
gis ex imaginariæ Deitatis influxu id
prolabi putauit, quàm quòd ipſa ore-
riatur ex natura; qui verò iudicij præ-
ſtat maturitate, nulla ex alia origine
aduentitiũ exiſtimabit furorem diduce-
re; naturali præterquam ex intempe-
rie, vel ex atrabile, quæ internis mo-
tum excipit ex affectibus, ex iræ ſcilicet
feruo-

Digitized by Google

A feruore, vel amoris perturbatione, quæ illam retinet vim, qua mentis feronitas, quodam, tanquam æſtro, excitata inſuetas patret res; aut ex vini efficacia, quod adeò validum ſit, vt ingenij hebetudo, vel pigrities ad ſublime aliquod compellatur, quemadmodum Anacreonti, Ennioque accidiſſe antiquitas perhibet: vel ex frequenti denique Poetarum lectura; ſimilem enim
B ſtylum inde acquiri, certum eſt.

Sed quoniam ex natali, Poetam eſſe quemquam oportet; nonnullam propterea includit difficultatem, quòd quiſquam ſola ex arte talem ſeſe euadere conetur; cum irritos facere conatus, & ventum pugnis laceſſere dicatur, ſi hac tantùm ope poeticam ſentiat, captare facultatem poſſe, nec aliquam, ſi indè confici valet, includet carmen
C Maieſtatem, quemadmodum eſt Platonis aſſertũ in Phædro: cauſa eſt, quòd nemini hoc aſſequi donum eſt conceſſum, niſi cui non vulgare dederit ingenium natura; vbi verò vnà cum naturali eloquentia, artis induſtria coniungatur, magnum præſeferent carmina vigorem. cum ita Horatius:

Natura fieret laudabile carmen, an arte:
D *Quæſitum eſt. Ego nec ſtudium ſine diuite vena,*
Nec rude quid poſſit video ingeniũ: alterius ſic
Altera poſcit opem res, & coniurat amicè.

Et cæteris quamquam in negotijs deſtitutæ afferre auxilium naturæ ars potens ſit; vanos attamen in poeſi eius dicemus labores, qui naturalem non
E contineat diſpoſitionem: cum Tullij habeamus authoritatem pro Archia, ſic: *Etiam illud adiungo ſæpiùs ad laudem, atque virtutem naturam, ſine doctrina, quàm ſine natura valuiſſe doctrinam.*

Quotquot verò decerpere circa Poematum ſtructuram valui præcepta, tàm quæ ab Horatio, quàm quæ ipſius ex commentatoribus præbentur, huiuſmodi ſunt.

Quòd primò quidem cum ſeſe ad conſcribendum poema inuentionem debeat, diſpoſitionem, eloquutionemque ad trutinam vocare: vnde, cum ante omnia inuentio fit, ex ipſa rei præſeferri ex ſua natura non impoſſibilis, imitationem oportet, qua de cauſa non in vulgaris notæ errore dicimus Poeram commorari, qui ſerpentum immanitatem auium iungere manſuetudini, tigriùmque ſænitiam placidis aſſociari agnis ſtudeat. Hoc namque fictionis magis, quàm imitationis excipit nomen; & libera quamuis fingendi poteſtas tributa; nullo tamen fictio modo aliqua ſine proportione eſſe debet; ſi hac enim ratione ſeſe inuentio haberet, omnium prouocaret riſum: qua de cauſa illam iuxta, quæ Ariſtotelis eſt, doctrinam in illo ſolùm Hiſtoricus Poetæ cedit, quòd ſibi hic ſeligat inuentionem: ingenij quoniam lux maiora in inuentione lumina, quàm in enarratione diffundit; & ſi neutiquam ſufficiens inſit inuentioni vigor, vt ex ipſa tantùm quis Poetæ ſibi vendicet locum, niſi & ipſi metrica coniungatur loquutio. Harmonioſum etenim eloquium eiuſmodi eſt, vt ſpecificam poeſim inter, ſolutumque ſermonem differentiam conſtituat; eoquòd qualicumque loquutio ſit ratione confecta, minimè poeſis capit titulum, ni & metrum interſit: vt colligitur ex Ariſtotele 3. Rhetoric. Plato autem in Gorgia dixit, quòd ſi harmonioſum è poeſi numerum demas, nullum aliud excipit nomen, præterquam proſæ: vnde in Phædro affirmauit illum haberi poetam, qui ſcriptis quidquam in verſu tradat, illum verò, qui ſolutè loquatur, idiotam.

Aduertat ſecundò, ne ſuo, è ſublimibus exordium poemati det, atque ad infima poſtmodum deſcendat; haudquidem ſilentio prætereundum Poetarum vitium eſſe; vt, cum aliquid ſuſcipiant ad modulandum, quod grauitate præclarum, Dei, Heroumque, magnarumque perſonarum, ad maieſtatem

Yyyy

A ſtatem ſpectet; adeò in ipſa verſetur
materia, vt minima quæque affabrè
deſcribat; diffugiat etiam, ne graui-
bus, elatiſque verborum formis ordia-
tur; Poetæ quoniam munus eſt, paula-
tim dare poemati incrementum: cycli-
cus enim ita haberetur Poeta, qui nul-
lo modo ſciat, ordinem vario contexe-
re apparatu, aut quaſi circumforaneus,
qui ſua carmina circumfert; quare in-
decens fermè eſt, in illas ſeſe reducere
B anguſtias, vt nequaquam ad vlteriora,
niſi per imprudentiam, permittatur
progreſſus, & leges contra ſe gerat.
Quis namque laude dignum affirmabit
eſſe, ita tumidis compoſitioni princi-
pium verbis dare, vt eandem poſtmo-
dum exequi rationem minimè poſſit?
quoniam qui nimis celſum ſibi deſumit
principium, & ad inferiora facere pro-
C greſſum cogitur; æqualis illi eſt, qui,
cum vehemēti vocem emittat niſu, exi-
guum indè raucum ſonum emittit: qui
præclarè enim incipit, & humi poſtea
infima ſectans allabitur, fumum vide-
tur è ſplendore proferre.

Illam tertiò ſibi debet pro dicendi
materia rem ſubijcere, quam ipſius vi-
res valeant honeſtè proſequi: ante om-
nia eoquòd inſpicere oportet: an ſuis
D aptum humeris quidquam deſumat, vel
id ferre onus ingenium recuſet, qui
poſſibilia namque ſeligit, decoro ea
perficiet fine.

Inuigilent quartò, vt, in quantum
ſtylus patitur, lucidus extet ordo, dum
enim talis habetur, illuſtrē reddit ma-
teriem: quædam enarrationis proferat
incurſu, nonnulla ſilentio tegat, alium-
que tranſmittat in locum; qua de cau-
E ſa quæ negotium poſtulet, explanari,
abſque mora declaret; quæ verò non
adeò vrgent, pro tempore reſeruentur,
non vltimæ enim notæ virtus eſt, pluri-
ma diſtingui poemata, per induſtriam,
varietate; legentium quoniam, audi-
torumque animus non exigua trahitur
auiditate, attentuſque redditur, & om-
ni è faſtidio ſemotus: duplici autem
huiuſmodi ordo ratione poteſt haberi;
alius namque naturalis, artificioſus al- F
ter nuncupatur; primus illo venit in
caſu, quo quæ prima eſſe debent, prio-
ra conſtituantur; poſterior tunc occur-
rit, cum, vbi nullus temporis habetur
reſpectus, ita ex vltimis principium
deſumatur, vt ad priora fiat regreſſus:
ille Oratoribus congruus extat, iſte
Poetis.

Incumbat quintò, ne conſultò ea
præterire velit, quæ dici in præſenti res G
poſcat, & quæ in futurum explicari ſit
neceſſe, ſtatim expoſcat, neque om-
nia, quæ menti occurrant, carminibus
tradere contendat, vt pari forma ne-
quaquam decēs eſt, Comicum alto ſty-
lo, Tragicoque pertractari ſubiectum:
tragica enim materies ſublimi, Comi-
ca verò pedeſtri vti debet. Horatij enim
in placitis eſt, indecorum eſſe, Comicā
ſublimi eloquio, quod Tragicæ ſit ap- H
tum, materiem pertractari, atque co-
mica humilitate Tragicæ deprimere
decorum; quòd & ſi aliquando accidit,
rarò tamen eſt, & cum altera quidquā
ex alia deſumit: Tragædia etenim nihil
aliud eſt, quàm heroicæ in aduerſis de-
monſtratio Fortunæ, in qua Heroes,
Duceſque, atque Reges pro conſtitu-
tione interueniunt; infelix autem ſem-
per exitus habetur: vnde cum Arche- I
laus Rex ex Euripide peteret, vt Tra-
gicum aliquid de ſe conſcriberet, recu-
ſaſſe dicitur, atque precatus ne quid-
quam Tragedia dignū Archelao eue-
niret. Priuſquam autem perſonarum
vſus ab Aeſchilo fuiſſet introductus,
amurca circumuncti ore fabulam agere
videbantur, vt Horatius in Poetica.

Ignotum Tragicæ genus inueniſſe
camena
Dicitur, & plauſtris vexiſſe Poema- K
ta Theſpis,
Quæ canerent, agerentque perunti
fæcibus ora.

Non ſolùm atenim obſeruari in com-
poſitione huiuſmodi differentię debēt,
in ſcenæ verùm etiam, ſiue theatri cō-
ſtructione id obſeruari neceſſe eſt; Vi-
truuij namque iuxta doctrinam Tragi-
ca

A ea in repræſentatione, columnarum
magnificentiam, faſtigiorumque, ac ſi-
gnorum, quæ regalia, decorum, opor-
tet pro ornamentis conſtitui, in Comi-
ca verò, ædificia, priuatorumque do-
mus interſint, in Satyrica arborum
amænitatem, ſpelunearum horrorem,
montiumque aſperitatem fingamus:
perſonarum autem, quæ in actione oc-
currant, diſtincta vult indumenta Do-
natus, quòd ſcilicèt adoleſcentes di-
B ſcolorem accipiant habitum, exiguus
ſeruis præbeatur amictus; vt priſca in-
dicari ex eo pauperies poſſit, aut quòd
ad negotia in diē propoſita ſollicitatis
exiſtant, candidæ inuicem veſtis, con-
tortis veniant pallis Paraſiti: præfulgē-
tem Diues adhibeat, tenuem pauper
accipiat, purpurea tribuatur militi chla-
mys, peregrino puellæ habitu deco-
rentur, verſicolor Lenoni pallium de-
C tur, meretrici denique, auaritiæ cauſa,
lintheum adducatur.

Oportet ſextò verba vniuſcuiuſque
affectibus apta eſſe; natura etenim ta-
lem efformat in nobis affectum, quo
noſter excitetur animus, ſicuti futuram
eſſe orationem conſpicimus; & quem-
admodum naturæ, placet correſpondē-
tem haberi affectibus ſermonem; pari
forma ipſius in imitatione naturæ inui-
D gilare Poetica debet; ex eo quia vbi
alio ſeſe Poeta gereret modo, audito-
rum prouocabit riſum, cum abſona
ſubiecto verba, neque affectibus con-
uenientia ponantur.

Decet ſeptimò, famam è Poetica
in ſcribendo ſectari, omnis quoniam
qui hanc ſequatur diſciplinam, vel hi-
ſtoriæ tangit partem, vel officium re-
præſentat; ipſius autem in eo munus
E eſt, vt quæ verè fuerint perpatrata, in
alias, obliquis figurationibus, ſpecies,
aliquo conuerſa decore tranſducant;
quapropter ea de re Lucanus in Poeta-
rum numerum non venit, niſi eoquòd
Hiſtorias potiùs conſpicitur repræſen-
taſſe, non rigoroſum attamen compo-
ſuiſſe Poema.

Vbi verò certum quidquam ſcribi-
tur è Poeta, ſequi famam cogitur; ſi au-
tem fictionem conſtruit, ars in figmen- F
to, & veriſimilitudo interſint. Poeta
namque, ex quo aliquid compoſitionis
emanat, vel ſecundùm hominum ſen-
tentias conſtruere Poema debet, vel
congruam ſibi notam deſumat: Penès
Poetarum verò ſtylos, triplicem inue-
niri ſcimus dicendi characterem, quē-
dam ſcilicet, in quo ſolummodò verba G
facit Poeta, nonnullum dramaticum,
in quo nullus Poetæ occurrit ſermo,
quemadmodum in Comædijs agitur,
Tragædijſque; aliquem denique mixtū,
in quo partim Poeta, introductæ partim
alloquūtur perſonæ, vt in Virg. Aeneid.
conſpici poteſt.

Maximo conuenit octauò inuigilarē
ſtudio, vt quæ inducere voluptatem
valent, ſcriptis tradat compoſitor; quæ H
autem nil huius generis afferre conſpi-
ciuntur, ſtudioſè deuitet: cum, quæ in-
iucunda ſunt, longè depellat, & quæ
diſcrepantiam aduehunt, è ſcriptis reij-
ciat, ad hoc, vt omnia videantur ex in-
duſtria cōſtructa.

Curet nonò quiſque, vt cuncta, quæ
geri in ſcæna oporteat, in aſpectum
ducat; ex eo quia magis nos illa impel-
lunt, quæ oculis apponuntur, quàm I
quæ auribus ſunt demiſſa; ea tamen fa-
cta, quæ anteriori agi in parte decet;
nullo modo prodere foras conuenit:
compoſitionis verò actus haudequidē
plures, quàm quinque, vel pauciores
debent venire; in primo etenim argu-
menti fit expoſitio; in ſecundo conatur
optatum cepta reducere ad finem; in
tertio perturbationes aduehuntur, at-
que impedimenta, & amatæ deſpera-
tiones rei exponuntur; in quarto ali- k
quod obicì remedium affertur; in quin-
to denique omnia præfixum aduehun-
tur ad ſcopum.

Vbi Satyræ decimò fieri contigerit
ſtructuram, illam decet tali compone-
re forma, vt Tragædiæ ſeueritatem
inter, atque Comædiæ iucundum ince-
dere valeat moderatè: illo namque in
ſermone, in quem Satyri introducun-

A tur iocoſam tractationem haberi, neque multum Tragicam ſapere ſeueritatem conuenit: aduertatur attamen, quòd nullo modo ruſticis è Satyris Vrbana fingatur aſtutia, ne fortè ad Vrbem potiùs apti homines, quàm ſylueſtres induſtri ſermone alloqui videãtur, nec etiam laſciuiam conuenit ex ipſis, iuuenum oſtendi more; hoc namque ciuiles denotat viros.

B Sed attentè. An quiſquam ſcripta edat ſub veniæ ſpe Poeta? Caueat. nam in maximum labitur errorem, non ſemper enim clementiç lenitate dignus eſt: Philoſophicis quoniam ornari diſciplinis Poetam res poſcit, vt rerum proſequi rectè valeat originem: vnde nemini hoc agere permiſſum eſt, niſi & cui plurima inſit doctrina, pluresque, ac varias cognitio circa ſcientias inhæret; R quælibet autem oratio, verba nec non ſententias ad ſui perfectionem requirit; quæ ex accurato grammaticæ ſtudio, iucundaque Rhetorices affluentia deſcendunt; vbi verò nullas poſſideat ſciẽtias, diſciplinaſque Poeta; iure quidẽ optimo cum ſuæ fiderit ſtultitiæ cuiuſlibet prouocabit riſum, & ineluctabili G honoris iactura, omnium fabula euadet: qua de cauſa propria priuſquam ſcripta propalet, ad incudem illa reducat, & longos premat in annos, nẽ ſcit enim vox miſſa reuerti.



D E

A A

DE MVSICA, ET MVSICORVM STATV.

B G

C H

NON poterāt & carminibus commiſſę excellentium laudes virorum haberi, ni & Muſicæ interuenirent harmoniæ, cū quædā cantus pars Poeſis
D ſit; propterea Muſice naturæ ope, licet arte inde aucta, fuit pedetentim adinuenta; qua de re, etſi quidquid ſub Lunæ permanet ambitu, bono, maloque inſeruire poſſe, nemo, niſi Liberidecetior, negabit; id autem propriam nō ſolum venire ob rerum naturam videmus, quemadmodum ſæpiùs Roſa
E mellis materiem apibus præbet, Scarabeis non rarò lethi: ob differentem at etiam in rerum vſu, modum; interdum enim ad tutamen gladius venit, ſæpè ad offenſam: commoda ignis afferre, ac detrimentum; mortem in aqua reperiunt homines & ſolatium in vino, & lætitiæ habemus, & ebrietatis effectus: tamen non mirum eſt, quòd, vbi quidquam in muſica contrarium ex inſtituto, conſpiciamus, ex quòd & illa facili negotio, varijs, prout cuiuſcumque mens, mutatur formis: hæc in ex multis, nobilitate decora Mathematicę pars in contemptu non ſolùm habetur, vituperatione verùm etiam digna reputatur: quoniam ſua interdum dul- I
cedine inſcenum animos enerues reddit, corruptos efficit mores, mollitiamque in pectora inducit, virorum effœminare mentes non deſiſtit, laſciuiamque lætis aduehit lenocinijs. Inde commotus Philippus, quemadmodum Plutarchus affirmat, Alexandrum filium, qui dulcitèr modulabatur, reprehenſione malè egit; & citharā ipſi ſummet Pędagogus Antigonus, vi in- K
fruſta redigens priuauit, cùm aſſereret Regnorum ſuſcipere moderamen tibi non autem cantus amplecti luxuriam conuenit; indignum libero putauit homine cantum, Muſicęque harmoniam Alcibiades, quemadmodum & Romani eam in contemptu habuit: vt paritèr Aemilianus, & Cato Romanorum, velut moribus aduerſam acritèr illam repulere

A pulcre à Republica profeſſionem. Tali
de cauſa hanc eoquòd ſectatus ſit ſtu-
dioſè artem, Romanorum euaſit Ne-
ro ludibrium, Poetarumque fabula, &
populi riſus: vnde Iuuenalis ita.

Hac opera, atque hac ſunt generoſi
Principis artes,
Gaudentes fado peregrina ad pulpita
ſaltu.

Ad quod accedit ex Medorum, Perſa-
B rumque Regibus, illos inter Paraſito-
rum, Scurrarumque numerum eſſe ad-
ductos, qui muſicam ex animo ſeque-
rentur. Aegypti gentes ſuorum recu-
ſabant iuuenum animos hac imbui di-
ſciplina; ne, vel fœminis æquales, aut
viris diſſimiles redderentur.

Nec prætereas, quòd Megapolita-
nus Polybius, teſte Athenęo, haud-
equidem ad aliud aſſeruit, muſicæ in-
C uentionem habitam, niſi & ad fraudē:
quod Orphæi nece à Ciconum feritate
mulierum ducta, confirmari clarum eſt.
Homerus etiam, Hectoris dicto, illam
in dedecus Paridi tribuit, dum nullo
modo armorum virtute, at cantus lu-
xuria Helenes ſibi amorem conciliare
cogeretur.

Tali verò Pyrrhus, Epiratorum Rex,
odio eſt muſicam proſequutus, vt ali-
cui, qui ab ipſo ſciſcitaretur, an Cy-
D tharędus quidam ibi ſeſe in ſono ver-
ſans præclarè ſe geſſerit; vario ſermonē
explicans modo: optimum fuiſſe du-
cem Polipercontem, reſponſo retulit, &
Antiſthenes cum alicuius, ſonandi ex
perfectione illuſtris, laudes audiret: ci-
tra controuerſiam, huiuſmodi hominem
vitijs refertum extitiſſe affirmauit, in-
ſuper addens, quòd ſi honeſtatis fuiſ-
E ſet amator, illi nequaquam ex diligen-
tia, inuigilaſſet profeſſioni: quaprop-
ter Hieronymus Lætæ, nobili ſanguine
ſublimi, eius de filia literas mittens tali
verba facit forma: *Surda ſit ad organa;*
Tibia, Lyra ad quid facta ſint, neſciat; &
alijs; qui innumeri, locis muſicam con-
tra concluſiones reperimus.

Vt cætera verò deſeramus, in noſtris
hanc abeſſe affirmat debere Eccleſijs
Hieronymus, dum ait in epiſtola ad F
Epheſios: *Theatrales in Eccleſia moduli*
non audiantur, & cantica. Pari etiam
ratione Gregorius Pontifex *diſtinc. 92.*
cap. in Sancta Romana Eccleſia, decretum
ita edidit. *Qua de re præſenti decreto cō-*
ſtituo, vt in hac ſede, ſancti Altaris Mi-
niſtri cantare non debeant, ſolumque Euā-
geliſtæ lectionis officium intra miſſarum ſo-
lemnia exoluat. Ijs atenim tempori-
bus haud ſine intuitu, plurimis fuerunt G
laude digni reputati teſtimonijs, cantus
quemadmodum habetur Lucæ *cap. 2.*
& Act. Apoſt. *cap. 16.* Regum *cap. 17.*
Quibus equidem in locis de illo agitur
cantu, quo in Eccleſia, diuina celebrā-
tur miniſteria; cuiuſmodi fermè modu-
latio, Sancti Ignatij tempore, vigorem
cæpit habere, vti refert Nicephorus
in hiſtoria Eccleſ. & in Extrauag. de vita,
& honeſtate Clericorum. & facit Text. H
in cap. cleros, verbo Pſalmiſta 21. diſtin.
Spino *in ſpecul. teſtam. gloſ. 3. de capellan.*
n. 66. & 67.

Iniquo tamen, improba ducitur, iu-
dicio; cum, ex ipſa nulli, qui mali ſint,
originem ſortiantur affectus, ſceleſti-
que deſcendant affectus. Muſica ete-
nim, ſi eius lubeat ortum inſpicere,
cæleſti deuenit ex fonte: ita Beroaldus
in oratione, qua Tuſculanis de quæ- I
ſtionibus agit: & Horatius Flacc. eius
aſſerunt natalē æthereum eſſe, ipſiuſque
ratione Pythagorici, vt poſtmodum
explicabimus, compoſitum fuiſſe mū-
dum in ſententijs protulere: quoniam
vt ſentit Cicero de ſomnio Scipionis, &
Macrobius 2. eiuſdem, & nos infra no-
tabimus, cum de Muſices diuiſione ſer-
mo erit harmonicum, habēt Cœli mo-
tum: & Plato in Timęo cuilibet affir- K
mat Cœlo, ſirenem in aſſiſtentiam eſſe,
quòd equidem ſyrenis nomē harmoniā
certum eſt demonſtrare: talem ſequi-
tur doctrinam Marſilius, Ficinus, Cal-
cidius Platonicus, Angelus Politianus
lib. Panepiſtem: & Pontus Tiardeus
in ſuo muſices tractatu: ita & Stoicos
perhibuiſſe, neminem latet: quaprop-
ter Pſellus in ſynopſide muſic. omnia

expo-

A expoſuit in muſicæ natura concludi; pari ſunt opinione Iamblicus, Porphirius, Calcidius, Proclus, & Syrianus: hac de cauſa Timagenes, cætera ſuper literatum ſtudia Muſices affirmat diſciplinam, magis antiquitate præclaram, & nobilitate præfulgentem eſſe; quod attenta mentis conſideratione priſci Arcadiæ populi meditantes, tantò proprijs in Rebuſpublicis Muſicem in ho-
B nore habuerunt; vt in ea non ſolùm pueros, adoleſcentes verum etiam, ac trigeſimum vſque ad annum iuuenes neceſſariò voluerint exerceri; homines enim difficilis alioqui vitæ, habebantur, & auſteræ. Hinc etiam referunt ex Achille, feruidam animi iracundiam, qua ſæpè accendebatur, harmonia ſolummodò compreſſam: neque mirum; cum excitatos è muſica componi affe-
C ctus, remiſſoſque, ac etiam enerues erigi, ſtimularique ſciamus: cuiuſmodi ratione Alexandrum legimus laxamẽti ergo cithara oblectatum: Ariſtotelis namque 8. Polit. cap. 5. ex Euripidis ſententia, venit doctrina, quòd animi curas, triſtitiamque muſica depellit. Quis enim eſt, qui neſciat, immò non intelligat cum Plat. de lib. educ. noſtram omnem vitam, & Principis præ-
D ſertim in remiſſione, ac ſtudio eſſe diuiſam? & iugi quemadmodum ceſſatione, humana marceſcit, deficitque mens; pari etiam forma continua rerũ tractatione, ni quandoque intermiſſio accedat, facili conteritur negotio: miſceri etenim oportet è ſuperiori, otium & Reipublicæ cura, laborum quoniam ab aſſiduitate quædam naſcitur animorum hebetudo, & languor, vt fuit ex-
E plicatum è Seneca de tranquillit. animi; optimum hac de cauſa dicitur, immò neceſſarium publicis laxamenta interponere negotijs, & Principi præcipuè viro: qui, vt dixit Diodor. *lib.* 52. Plurimis fatigatur in diem curis, timoribuſque, ac identidem quæque videt, audit, percipitque.

Quot autem hæc decoratur profeſſio virtutibus? Ipſamet penès Martinum Capel. *lib. 9. de nuptijs Phyſiolog. & Mercur.* ſignificat ita: *Pythagoræi etiam docuerunt, ferociam animi, tibijs, aut fidibus mollientes, cum corporibus adhærere nexum fœdus animarum, &c.* Hoc etiam apud Ariſtoxenum, & Pythagoram taliter teſtatur: *Fides apud Delphos per deliacam citharam demonſtraui, Tibia per Tritonidum noſtri Comitem, Marſiamque Lydium ſonuerunt, calamos Mariandini,* F
& Aones in laudes inflauere cæleſtium. Panduram Aegyptios attemperare permiſi, ipſiſque me paſtoralibus fiſtulis, vel cantus auium, vel arborum crepitis, vel ſuſurros fluminum imitantibus non negaui: Spaltas, Chordaciſtas, Sambucos, Hydraulas per totum orbem ad commodum humanæ vtilitatis inueni; Cretes ad citharam dimicabant, Lacedæmones ad tibias, nec egrediebantur fata præliorum, priuſquam illis contingeret litare Muſis. Quid Ama- G
zones? nonne ad calamos arma tractabant? Lacedæmonios in Græcia, in Italia Sibaritas, tibicines ad prælia praire quis neſciat? Plurimique alij occurrũt effectus, quos ipſa muſice connumerat. Sedetenim prætermittamus, proprio illam ore loqui, ne æqua forſan, & veritate præfulgens laus, vilis reddatur, aliorum è ſententijs quædam afferemus. Ariſt. *lib. 8. Polit. cap. 5.* & Plato *dialog. de leg.* H
E muſices dulcedine barbarorum aſſerit, animos ad virtutis amplexus impelli: Macrobius tradit *lib. 2. de ſomn. Scip. cap. 3.* Galen. refert *lib. 5. de placitis, ſeu decretis Ariſtot.* & Plato ex muſico Damone iuſſus Tibicinæ datos, qui temulentis adoleſcentibus, & deformia pleraque ex inſania peragentibus Phrygiũ dulcitèr ſonum modularetur, vt modum, in Dorium commutaret; ac exin- I
dè factum, ex tàm celſæ profeſſionis vi temerario ipſos ex impetu deſtitutos: ſeditionem ex Terpandro, populi audaciã, excitatam tàm ſublimi arte conculcatam: Cretenſem è Thalete ſublatam hoc medio peſtem fuiſſe reperimus: vt aſſerit Plutar. in muſica. Phalangij autem morſus (vulgo *Tarantola*) ex Muſicorum pulſu inſtrumentorum curam, for- K

Digitized by Google

A ſortirur, teſte Amato Luſitan. *lib. 2. in Dioſcor. cap.* 50. Quod maius etiam eſt ex Agamemnone ; ſcriptorum monumenta demonſtrant, vxori Clitemneſtræ, vt intacta illius ſeruaretur pudicitia, in cuſtodem, relictum fuiſſe Citharædũ, neque ab Aegiſto priùs adulterio maritalis thalamus deturpatus, quàm & morti datus Citharædus fuerit Athen. teſte *lib. 1. Dipnoſ. cap.* 7. Strabo *lib. 1. Georg.* & Homer. *odyſ.* 5. Illud
B verò vſque in ſpatium Saul quieſcebat, ſi maligno corriperetur è ſpiritu, quo cirharam Dauid pulſaret. *lib. 1. Regum 16.* quod Valeſ. *de ſacra Philoſ. cap.* 18. ait. *Si Saul melancholiæ morbo teneretur, non dubiè conſulendum eſſet iuſſu, medicinæ præcepta, tibicines quærere, & citharædos, qui muſica inſtrumenta pulſando, animum illi demulſerunt.* & paulò inferiùs affirmat ſummam è muſica pręſtari ani-
C mi hilaritatem tèr, ex Eccleſiaſtico dictum, aut quatèr. Prophetici flamen ſpiritus in Eliſæum Pſaltes induxit 4. Regum 3. Vbi atenim ad pugnam deſcendere Spartani deberent, ſuam Anapæſti pedis modulamine virtutẽ concitabant. Valer. Maxim. *lib. 2. cap.* 1. nonnullaque ducit etiam Polybius *lib. 4. hiſtor.* & Athen. *lib. 14. dipnoſ. cap.* 11. Meminit etiam Ariſt. *in problemat. ſect.*
D *19. quæſt.* 28. & Cicer. in legibus, affert, leges, antiquo tempore cantu exponi ſoliras, vt faciliori poſſent negotio memoriæ demandari, & 4. Tuſculan. Pythagoricos dicit, ex cogitationum tumultu, cantus citharæque dulcedine, ad tranquillitatem ſuos deducere animos ſtuduiſſe, Catonemque ducit plurima, circa hoc, differentem ; & præcipuè quòd, in Deorum puluinaribus,
E magiſtratuumque epulis vſus erar, fidibus modulari: huiuſmodi Orpheus ope ferinis moribus homines (quod brutorum, arborumque ſub nomine Poetæ deſcripſerunt) ciuilis in quietem ſocietatis reduxiſſe fertur : de quo Apollo Rhod. *lib. 1. Argon.* vbi de Amphione, de quo infra.

Sed quid maius in releuando iucundiſſimè artificum, ruſticorumque tædio F per apta dicitur Muſica: vagientes ad modulãtes nutricũ voces, requieſcunt infantes, ſomnoque depreſſi nil perturbant : & adeò feris (vt habet Petrus de Gregorio *lib. 12. ſyntax. art. mirab.*) muſica placet ; vt muli tintinnabulorũ ſonitu, quæ collo ſuſpenſa, leuiùs ſarcinas vehunt : equi ad prælia tubis mirabilitèr excitantur : Muſica Ceruus penès Horum Apollinem delectatur, G cum & idem Delphino tribuat Plinius *lib. 9. cap.* 8. Ex Piſcatoris cantu, muſicæq; harmonia, ſaltuſque compoſitione naſſam intrans, velut quadam inducta ex voluptate piſcis Paſtinaca decipitur, vt author eſt Aelianus *lib. 1. de nat. Animal. cap. 39. & lib. 17. cap.* 18. In Alexandriæ Stagno piſces è crepitu detineri fama refert, Hyperboreos Cycnos ad citharæ cantus aduolare H ſcimus, Indicoſque, Elephantos harmonica mirum in modum oblectari voce, neminem latet ; fiſtuliſque aues non rarò pellici comprobatur.

Et quid admirationis adducet, ſi animæ perturbationi, corporeiſque morbis medicamen attuliſſe muſicen crebriora promentem carmina referamus & amentia concuſſos ſuum depoſuiſſe furorem dicamus ? ex Martial. I Capel. *lib.* 11. demonſtratur à Theophraſto tumultuoſos animi affectus tibiæ opera in fugam datos : veteres muſicã pro medicina in vulneribus adhibere ſunt ſoliti; & cõcentus ſuauitate Iſchiadas pelli quis ibit inficias ? Priſtinæ Lymphatos libertati organicis reſtituebat Xenocrates modulis; ægrotum vbi venas ſecari, neceſſitas expoſcebat, Erophilus Rhythmorũ harmonia le- K uabat; & denique priùs è ſero decedet Veſper Olympo, nullaque papyrus ad tantum opus ſufficiens erit, plurimoſque conterere annos hac in re neceſſe foret, quàm ad plenitudinem de præclaris muſices effectibus, illiuſque circa vtilitates, virtutes, ſublimeſque enarrare contenderem qualitates: numquid enim in ſuperum veneratione,

diui-

Digitized by Google

A diuiniſque honoribus,in Himenæi hilaritate, nuptiarum ſolemnijs, funerum, næniarum,threnorumque mæſtitia verſari muſices munus haud eſt? Audiamus equidem Hieronym. Phalarum Sauonenſem, qui ſic eam concinnè cōmendat:

Muſica turbatas animas, ægrumque dolorem
Sola leuat,meritò diuumque,hominumq; voluptas,
B *Qua ſine nil iucundum animis,nec amabile quicquam:*
Ad cuius numeros ſuperi vertuntur, & orbis.
Et Cælo radiant ignes, quibus emicat ingens
Signifer,& leges,præſcriptaque tempora ſeruant:
Hac Phœbus,Phœbique ſoror,duce,& aurea Cæli
C *Aſtra ſuos agitant, conſtanti fœdere, motus.*

Et in ſumma ſufficiens ſit dicere:huius diſciplinam generis non ſolùm ex ſe ipſa vtilem, optimæque naturæ, neceſſariam verùm etiam eſſe: ad cuius eſſentiam ſpectat, priuſquam per enaſcentes quæſtiones, legum iuxta ordinē excitetur, ſub conſiderationem trahatur, diſſoluaturque, an Reipublicæ cō-
D ueniens ſit, operæ pretium duco,ipſius aliquam afferre cognitionem: ſcilicet ipſius Inuentores,Ethymologiam, Definitionem, Subiectum, Diuiſionem, Regulaſque præcipuas explicando; Et primò quidem

Muſices repertor ex Plinio lib. 7. Amphion,ex Antipa, Iouis filius perhibetur, propter quod Virgilius in Buc. ita:

E *Canto, quæ ſolitus, ſi quando armenta vocabat*
Amphion Dircæus,&c.

Quem ſaxa cātu aſſerit mouiſſe; Horat. Flaccus in Arte:

Dictus & Amphion, Thebanæ conditor Vrbis,
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda.

Ac Statius 1. Theba: F

------penituſque ſequar quo carmine muris
Iuſſerit Amphion Tyrios accedere mōtes.

Græcorum atenim in votis eſt,teſte Euſebio *de præpar. Euang.lib.* 11. Muſicæ inuentionē, harmoniæ Dyoniſio attribui, decens eſſe: at ipſemet Euſebius *lib.*10. eiuſdem operis Zetho, & Amphioni fratribus, Cadmi, auo, præclaris,muſicæ inuentionem adſcribit: Solinus G autem ex Creta huius diſciplinæ ſtudiū emanaſſe docet: cum tunc affirmet tēporis, huius vſum profeſſionis originē ſortitum, cum modulos Idæi dactyli ſuaui æris crepitu, tinnituque concluſos in verſuum redigere ordinem ſtuduerint. Polybij autem in placitis eſt, illius inuentionem ex Arcadiæ populis defluxiſſe, cum ex aduerſo,vocum harmonias,ex perſpicaci Mercurij ingenio, H affirmet Diodorus repertas: In primo verùm Antiquitatum libro Ioſephus Hebræus Tubalē Lamechi filium, qui multisannis eos ante,qui Muſicæ perhibētur inuentores fuiſſe,floruit;ex animo affirmat,ſequutum Muſicen, & Pſalterio, Citharaque ſeſe in cantu refert exercuiſſe; quemadmodum & à Moyſe cōfirmatur,cum aſſerat à Tubale,qui è Cain ſtirpe ortum deſumpſit ante vniuerſæ telluris alluuionem,Muſicam re- I pertam, cum nil obſtet, quòd huius diſciplinæ primordia ex malleorum ſonitu, percuſſaque chordarum extenſione Pythagoræ Græci tribuant.

Ex Muſis autem,Muſicæ venit Ethymologia; Muſæ namque à πεκωμθαι Græcè, ſcilicet à quærendo fuerunt denominatæ; carminum eoquòd vis,ac vocis modulatio ipſarum opera, ſicut K eſt in antiquorum ſententia, quærerentur, quarum ſonus quoniam ſenſibilis habetur,res tranſactum præterfluit in tempus, ac memoriæ affigitur; ex Poetis hac de cauſa confictum Mnemoſines, Iouiſque filias exiſtere Muſas;eoquòd,vbi nullo modo quiſquam ſonos memoria curet retinere, illi, cum tradi ſcriptis minimè valeant, in vanum ab-

Digitized by Google

A abeunt: talis eſt ſententia Iſidori Hiſpal. Epiſc. Ethymol. lib. 3.

Muſicæ atenim definitionem affert nobis Petrus Gaſſendus tom. 3. in Manuductione ad Muſicæ Theoricā, quòd nimirùm illa ſit, canendi, vel modulandi ars: ſupraductus attamen Iſidorus loco ſupra allato clariùs affirmat, quòd Muſica ſit modulationis peritia ſono conſiſtens, cantuque. Nihil autem B aliud canere importat, quàm vocem, ſecundùm varios acutiei, grauitatiſque, celeritatis, aut tarditatis gradus varijs inflectere formis; quare, cum & vox diuerſis fiat varia modulis, idem eſt modulari, atque canere. Hic verò denotamus, vocis nomine non tantùm ſonum, qui ore demittitur; omnem verum etiam ſonum, vt infra, cum proximè de ſubiecto, quidquam dicemus.

C Sonum autem ſibi pro ſubiecto ex muſica deſumi nemo negare audet: primariò namque auditum, ex cuius medio muſica percipitur, ea excipit, vt explicatum ex Galeno *lib. 8. de vſu partium 6.* & Ariſtot. *problem. ſect. 11. qu. 1.* Audiendi principium affirmauit vocem eſſe, ac ipſomet ab exordio deſcendere, & talitèr commeare; ita etiam 2. *de Anima cap. 8.* & Plato *in principio de Muſica*: ſed illum auditus organum, qui D intimi receſſus terminus eſt, vel cæci, in interiore auris parte, foraminis in quod ramus ex contracta neruorum coniugatione finitur, eſſe affirmamus.

At, ne ſoni, vociſque termini variè commiſceri videantur, ſonum explicamus, eſſe omnium genus audibilium, qui alicuius actu ſemper in aliquo efficitur, & ad aliquid, ictu mediante, ipſe, ex quo ſonus deſcendit: duo vnde E corpora ſaltem in ſono edendo neceſſaria eſſe, nemo negabit; neque è ſolo reddi ſonus valet: aeris autem ob reſiſtentiam, ac percuſſionem, qui reſilire, corporique cedere non deſiſtit, ſonum elici claret, vt ſi citiùs aerem impellamus, acutiores edere ſonos percipies; nequit enim ipſe ocyùs cedere, at expellitur.

Soni autem diuiſio huiuſmodi eſt, F quòd alius nimirum ſtrepitus ſit, nonnullus harmonicus, aliquis vox; primi generis tonitrua, Cœlorumque boatū, ſcloporum ictum, decidentiumque lapidum ruinam dicimus: poſterioris ille eſt, qui, vel ſolius corporis in corpus colliſione ortum excipit; quemadmodum in tympanis, campaniſque experimur, vel chordarum concuſſione, tactu, flatuſque modulatione conſurgit: vox G atenim vel ſignificatiua exiſtit, vel ex aduerſo; vtraque vel articulata venit, vel inarticulata: non ſignificatiua articulata illa eſt, quæ demonſtratur in blitthri, ſcidaſſus: non ſignificatiua inarticulata eſt, quæ exponitur in Af, Be: ſignificatiua inarticulata in quibuſdam habetur interiectionibus, ſicuti, oh, vah: ſignificatiua tādem articulata occurrit, cum dico: homo, animal, arbor: Muſica verò cunctas ſoni ſpecies, ſtrepitu H ablato, ſuo complectitur pro ſubiecto; proprio tamen modo vocem, harmonicumque ſonum, vt illius imitatorem ſectatur.

Vocis verò definitionem habemus, quòd ſonus ſit ſpiritùs emiſſione in animalis ore, aliquo eſtimulati affectu, creatus. Et quidem ſonus in ore creatus dicitur, vt apum, muſcarumque bombus excludatur, qui haudquaquam I ore, ſed cæleri alarum motu ex aeris verberatione conſurgit; ſpiritus emiſſione apponitur, vt ſtrepitus hoc è numero depellatur, cum iſte labiorum citra deductionem, quæ mutuò comprimantur, dentium colliſionem, linguæque propinquas ad partes appulſione alioqui exoritur: apponitur tandem aliquo eſtimulati affectu ad hoc, vt ptiſſis, ſingultus, ſimiliſque ſonus hanc K non intrent in ſeriem, cum nullum animi affectum explicare videantur: ex natura etenim id fuit tributa vox ad munus, vt quamque animi paſſionem, aut voluptatis illa ſit, aut doloris, vel amoris, aut iraeundiæ, oſtendere quicumque ex arbitrio poſſit.

Vocem itaque inſpirato ex aere, qui foras

A foras emittatur, concipi, ſunt, qui non
negent: neceſſarium quoniam extat, in-
ternè concluſum aerem extorſum pro-
rumpere, vbi vox clara, non autem
ſubmiſſa ſit futura, quamquam ex Ari-
ſtotel. 2. de Anima &c. ſit aſſertum: nullo
modo, vel inſpirando, aut etiam expi-
rando, ſed cohibendo vocem educi,
inſpiratum equidem intellexit, aerem
expirari, cum liberè dimiſſa reſpiratio-
B ne foras aer prodit; & nulla, quæ clara
ſit, vox edatur; ex eo quia ad hoc, vt
vox; aut etiam ſonus ille progrediatur,
aerem oportet velociori quodam exci-
tari motu, quàm in ſimplici, & ordi-
naria prodeat reſpiratione: qua de cau-
ſa vt faciliori proſiliat ille negotio, pri-
mum decet arteriam coarctari, ad ef-
fectum, vt nonnihil aer comprimatur;
& poſtmodum diaphragma, cum mini-
C mè lento, ſolitoque ſuo reditu pulmo
adurgeatur; cum illum taliter adigere,
conatu, concitationeque compellere,
& cohibere quiſque ſtudeat, vt ad ae-
rem denuò emittendum diſponatur; vbi
autem produci vocem eſt neceſſe, ſoli-
tis breuior intereſſe mora debet; & præ-
cipuè quo ordinaria in caſu, ac velut
media depromitur; inde accidit, vt, qui
acutè modulantur, guttur perſtringãt;
D qua de re poſtea Eunuchi in voce nulla
eueniat mutatio, rationem habemus, ex
Ariſtot. *ſect. 10. probl.* 16. quòd meatùs
nimirùm è ſectione, ob quam retrahi
neruos certum eſt, atque relaxari, ve-
niat; detractis quemadmodum ponde-
ribus, fidium, ſtaminiſque fit extenſio:
vnde oritur, quòd debilis, tenuiſque
proſiliat flatus, & eiuſmodi ad acutam
vocem, quam lineæ comparauit, vel
E vnius dimenſionis magnitudini, ad mo-
uendum expedita ſufficiens habeatur.
Gaſſendi autem in placitis diuersè eſt,
quòd ex conſeruatione, vel ſeminis ia-
ctura id exoriatur, cum & ſecundùm
Ariſtotelis doctrinam nemo, antequam
in Venere ſeſe verſet, caluus effici poſ-
ſit: inde habetur, quòd Eunuchi haud-
equidem caluitio laborent, vel poda-
gra fatigentur; ex eo quia nullam in
Venere validitatem retinent: quapro- F
pter, quod voci conuenit, Ariſtotelis eſt
conſideratio; in his præſertim vocis
mutationem venire, qui venereos gu-
ſtant amplexus; eoquòd in illis, qui cõ-
tinentiam ex animo ſequuntur, contra-
rium occurrit; quòd ſi cura è nonnul-
lis adhibeatur, ne in tali ſint libidine,
quemadmodum à pleriſque agitur, qui
chorearum ſunt ſtudioſi, longo vox
perdurare tempore valet, vel exiguam G
prorſus ſubire mutationem, ac ita inde
rem deſcendere dici poteſt, quòd, vbi
minimè diffluat, vel ex partibus ſemen
dimittatur, cõſtipati vſque ab ipſo mea-
tus permaneant; nec etiam ob hoc
muſculi, glandes, membranæ, cartila-
gines, cæteraque Laryngem circum-
dantia in illa perpetiuntur, ita amplia-
tionem venire, cum anguſta ex ſe, ma-
gis quàm aliæ, ſit. H

Vocis atenim diſparitas ſecundùm
Alexandri ſententiam inde ortum ha-
bet, quòd hìc maiori forma, illic mi-
nori ampliationem arteria ſortitur, ac
interiori ſuperficie, quæ inæqualis ad
Laryngem vſque redditur vario flatus
præualens impinguatur modo, & vo-
cem adeò inæqualem, aſperamque, aut
etiam raucam reddat: Gaſſendi verò
iuxta doctrinam ad hoc videtur inſoli- I
tùs immutari organi vſus conferre. In
pueris atenim ea de re acuta exoritur
vox, laryngis eoquòd maior interue-
nit anguſtia.

Vocis autem Ariſtoteles diſtinctio-
nem, magnam inter, & grauẽ ab acu-
ta, præbet, aſſeritque, quòd & grauis
parua eſſe, debiliſque, & acuta magna,
vel etiam valida poſſit; quoniam quod
magna vox extet, vel parua id ex fla- K
tus copia, vel exiguitate dependentiam
habet, quòd verò grauis adſit, vel acu-
ta, id motus è tarditate, vel celeri agi-
tatione, qua flatus per canalem defer-
tur, & præcipuè quà depromitur, or-
tum excipit: Gaſſendi verò ex obſer-
uatione perhibetur, quòd adulti acutè
loquentes collum deducerent, per-
ſtringerentque, laryngem coarcentes, ac

ſlatum, vti preſſiùs, ita etiam velociùs emittere valerent, cuiuſmodi quidem nil ſimile oportet ex pueris perpatrari, qui acutè loqui videantur, cum laryngen re ipſa magis anguſtam retineant: quo autem temporis ſpatio contingit laryngis dilatatio, tunc varia vox redditur, ac ex tenui, nec non exigua fortior apparet, craſſiorque, quòd in præcipuum pubertatis ſignum appoſuit Albertus Magnus 5. *de anima tractat.* 2. *cap.* 2.

Et hæc circa vocem, ſonumque dixiſſe ſit ſatis; vnde in coronidem; Stoicorum adhærens opinioni, corpoream haberi concedo, quamuis Ariſtoteles Pythagoras, & Plato incorporeã Echo eſſe videntur iudicaſſe; vox eo quia, & ſonus vagetur, ac repercutiatur, auribuſq; percipi poſſit, vt ait Plutarchus 4. *de placitis Phil. cap.* 20. & Bellius *lib.* 5. *noct. act. cap.* 15. quod ex Lucretio confirmatur ita:

> *Tangere, nec tangi, niſi corpus, nulla poteſt res*

Et poſtmodum

> *Corpoream quoque enim vocem conſtare fatendum eſt,*
> *Et ſonitum, quoniam poſſunt impellere ſenſus.*

Addas, quòd emiſſus voce ſpiritus in aqua diſſoluitur; quemadmodum vbi ſpeculo fit receptus; nec prætereas, quòd vox ipſa, emiſſuſque ſpiritus hiberno tempore condenſentur: Nõnullæ etiam ducuntur è Lucretio rationes *lib. de rerum natura*: cùm ſubijciat ſpecialitèr circa vocem, quòd vbi vehementiori quodam niſu fuerit emiſſa, raucedinem aduehit: ex ipſo ſic:

> *Præterradit enim vox fauces ſæpè, facitque*
> *Aſperiora, foras gradiens, arteria clamor, &c.*

Et concluſum denuò vult ita:

> *Haud igitur dubiũ eſt quin voces, verbaque conſtent*
> *Corporeis è principijs, quia lædere poſſunt.*

Cum etiam continuata laſſitudinem inferat.

> *Non te fallit item, quid corporis auferat, & quid*
> *Detrahat ex hominum neruis, ac viribus ipſis*
> *Perpetuus ſermo, &c.*

Et tandem concludens ait.

> *Ergo corpoream vocem fatearæ neceſſe eſt;*
> *Multa loquens quoniam amittit de corpore partem.*

Huiuſmodi autem Stoicos inter, ac Laertium, Pythagoram, & Ariſtotelẽ differentiam, ita concordem reddit Petrus Gaſſendus *tit.* 1. *Phyſica ſect.* 1. *lib.* 4. *cap.* 10. cum aſſerat, diſcrimen vtroſq; inter, habitum, quòd nimirùm iſti cõcretè ſonum accepiſſe, pro aere ſcilicet, atque corpuſculis vnà cum propria figuratione videantur, illi abſtractè denominarint, pro ipſa ſcilicet figuratione ſola aeris ſuperficie, quam incorporeã haberi, profunditatis, hoc eſt expertem æſtimauere; alioquin equidem firmè Plato ſoni penès A. Gellium definitionem dedit; quòd aeris validaque exiſtat percuſſio; & Ariſtoteles aeris nominauit motionem, quemadmodum & Stoici aeris nuncuparunt ictum, ac ex Epicuri ſententia apud Laertium habemus loquenti aerem ex homine emitti.

Conſequens eſſet quidquam circa Eunuchorum differentias in medium proferre, de quibus, veluti Muſicæ profeſſoribus iuxta legum ordinem, capitis in calce pertractabo.

Quod ex ſerie autẽ ſeſe nobis oſtendit, muſices extat diuiſio, circa quam variæ veniunt ex authoribus opiniones, & diuerſimodè confirmantur. Et primò

Hieronymus Salzedo *in opuſc. Diui Thomæ de regimine Principum lib.* 4. *cap.* 21. *diſſert.* 50. Triplicem aſſeruit de muſica diſtinctionem fieri, vocalis nimirùm quòd ſit inſtrumentalis, ac methaphorica.

Et vocalem quidem Plato in ſua Republica cæleſtibus in ſphęris, orbibuſque voluit conſtitutam, in quarum ſingulis

A gulis ſirenen præfixit, vel intelligentiam; vt & non ſolùm ad curandum orbis motum præſideret, ſuauiſſimos verùm etiam, ſuperum, quibus allicerentur aures, promeret concentus.

Inſtrumentalem æthereis in orbibus, ſphęriſque Pythagoras conſtituit, mutua quoniam ſphęrarum, inter ſe, colliſione harmonicum reſultare concentum affirmabat; ac tali ordine, vt quò
B maiorem ſphęræ curſus velocitatem haberet, eò acutior prolaberetur ſonus; Lunæ quapropter ſphæra cum per quā tardi ſit motus (ſi de naturali verba faciamus motu.) adeò per exiguum exci-tat ſonum, vt, quamuis parum diſtans è nobis extet noſtras attamen ad aures nil ex harmonia deſcendit, ac ſilentium obſeruari percipimus: Vnde Virgilius *lib. 2. Aeneid.*

C ------*Tacita per amica ſilentia Lunæ.*

Et ob hoc Seruius: tacita (inquit) igitur habetur Luna immobili propinquior terræ minorem, aliorum comparatione, continet ſonum.

Methaphoricam ſidereis voluit in orbibus haberi Ariſtoteles, quem communitèr cum Diuo Thoma omnes poſteriores Philoſophi ſequuti ſunt, cuiuſmodi fermè muſica inuariabilis or-
D do, cœlorumque motus extat: ac tali ſenſu verba fecit Tertull. *lib. de Pallio cap. 2.* ita: *Luna menſtruis modulationibus variat.* Et iſte ſphærarum motus methaphoricè harmonia, muſicuſque nuncupatur concentus.

Triplex etiam Muſices facit genus Martial. Capel. *lib. 9. de nuptijs Phyſiologiæ, & merc.* ex dictis autem diuerſum, nam aliud affirmat harmonicum eſſe,
E nonnullum Rythmicum, quoddam metricum: primum eſt, quod ſpectare ad melos videtur: poſterius quòd numeris inhæret, vltimum, quod in verbis conſiſtit.

Ipſamet diuiſionem facit forma Iſidorus Hiſpal. *lib. 3. origin.* & clariùs eadem deſcribit membra: quod alia nimirùm harmonica ſit muſica, quædā rithmica, & aliqua metrica: Primam aſſerit eſſe, quæ in ſonis acutum diſcer-
nit, ac grauem: ſecundam, qua verbo- F
rum inuerſio requiritur, an benè ſonus cohæreat, vel malè: vltimam, quæ diuerſorum probabili ratione metrorum cognoſcit menſuram, Heroici nimirū, Iambici, & Elegiaci.

Tres etenim muſicæ, harmoniæ, ac etiam melodiæ ſpecies Petrus Gaſſendus conſtituit, aliud namque Diatoni- G
cum genus eſt, Chromaticum, & Enharmonicum: Diatonicum eſt, quod Hemitonio maiori, ac minori tono componitur, & ex graui aſcendendo ad acutum procedit, cum deſcendens ex acuto ad grauem ex oppoſito progrediatur: Chromaticum, quod ex Hemitonio maiori, ac minori, & Semiditono conſtans, aſcendit: cum ex aduerſo in deſcenſu progreſſum faciat: H
coloratum ab eo forſitan hoc dictum eſt; eoquòd ſpecialem demonſtrat notarum colorem, quæ chordas imitētur. Enharmonicum denique, quod cum aſcenſus fiat per ditonum, Dieſin minorem, maioremque conſtruatur, ac appoſitè in deſcenſu procedat.

Boetius verò *in 1. Muſices cap. 2.* in mundanam voluit illam diuiſam, humanam, ac inſtrumentalem; paritèr I
etiam Reiſch *Margherita Philoſ. tract. de Muſica*: & nonnulli in ſpeculatiuam diuiſam volunt, atque practicam.

Magis autem vniuerſali, exactoque modo muſicam diuidere curauit Petr. de Gregorio *in ſynthaxi art. mirabil. lib. 11.* qua equidem diuiſione cuncta huius diſciplinæ membra reperimus incluſa: diuidit enim *loco citato cap. 6.* quòd naturalis nimirùm alia ſit, artificialis quædam: in cæleſtem etiam partitur, k
ac humanam; naturalis cæleſtis illa dicitur, quæ totius de harmonia, mundique partibus conſiderationem facit: humana ea eſt, quæ corporis, animæque de proportionibus, illarumq; differentijs pertractat; prima quæ diſpoſitio ex orbium, planetarumque ordine, concordi motu, & occurrente definito veniat in ſpatio: quas fermè propor-

tiones

Digitized by Google

tiones explicatas habemus ex inſigni pictore Alberto Dureto, & Agrippa in occulta Philoſophia,& citatus Tyardeus *in ſolit.* 2. *Muſic.* Herophilus etiam medicæ artis peritus humanos motus, venarumque pulſus per Muſicos digeſſiſſe numeros perhibetur.

Artificialis illa eſt, quam Plato 3. de Republica ex tribus arbitratur componi, oratione ſcilicet, harmonia, & rythmica, & has in tres partes iure diuidere poſſumus, vt alias autem omittamus diuiſiones, de artificiali tantùm harmonica verba faciemus;& hæc quidem in theoricam diuiditur, & practicam. Prima eſt, quæ diuerſorum proportionem ſonorum, diſparemque,ſeu inæqualem toni diuiſionem ingenio, ac ratione,haud verò aure, conſiderationi ſubijcit, vt aſſertum eſt ex Boet. 5. *muſic. cap.* 5. Henric. Clarcan. *lib.* 1. *Dodecachor. cap.* 1. qui hanc pertractant, ac Franchius Caſſorus, Faber, Stap. & nonnulli. Poſterior, hoc eſt practica, ipſa conſiſtit in modulatione.

Hæc autem, iuxta Platonis ſententiam ex Laertij relatione in 3. in eius vita: in tria diuiſionem ſubit genera, & quædam voce ſola tantùm conficitur, vt cantus eſt; alia & manu conſtat, & voce, quæ venit, vbi vox vnà cum organo coniuncta eſt; aliqua tandem manu tantùm, quemadmodum ſi organũ, cum vox taceat,percuti videamus. Meliori autem ratione idem Petrus Gaſſendus diuidit: quòd alia nimirum inſtrumentalis ſit, quædam vocalis; illa eſt, quæ concentum, vel flatu ad perfectionem deducit, aut ſolo pulſu:flatu redditur concentus per Magiſtri flatus; pulſus autem, organo, ductilibuſque tubis, de quorum nominibus ſcripta dedit Athęneus *lib.* 4. *dipnoſoph. cap.* 5. Triplici verò forma ſonus perfectionẽ excipit, aut aeris, aut neruorum, intenſarumue chordarum pulſu, vel baculi in membrana, vti in tympano accidit, vt etiam per incudes, malleoſq; ex campanarum, nolarumque percuſſione, per cymbala, tympana, pelues; ac etiam crotala fit.

Qui plures verò inſtrumentorum, quæ muſica, ſpecies optat,Iulium Pollucem adeat *lib.* 4. *Onomaſ. cap.* 8. 9. *&* 10. ac 11. & Cælium Rhodig.*lib.* 5 *lect. antiquar. cap.* 23. 25. *&* 26. Ottom.Luſcin. *lib.* 1. *Muſur.* Ioann. Rauiſ. *tex. in officina cap. de Muſica.*

Vocalis, quæ ſuperioribus iucundiori adnectitur modo,cuius expreſſio humana efficitur voce, vel è ſimplici ſono pſalmizatione ſcilicet, vt dicunt, aut alio, qui inarticulatus ſit, ſono,vel vnà cum ſermone ſignificante; hæc verò duplex extat; irregularis nimirum, vel ex aduerſo. Prima eſt, quam triuiali deſcendere ex modulatione conſpicimus; poſterior, quæ certis normã regulis excipit; & hæc fermè duplici occurrit ſpecie, quorum alia chorealis extat, alia figuralis: illa eſt Gregoriana ſimplex nuncupata, hæc, quæ etiã menſuralis excipit nomen, noua conſtat, è ſonorum diuerſitate poſitionis ratione.

Et hæc fermè circa diuiſionem dicta, quoniam autem de regulari memini, nonnullas, quæ præcipuę ſint,regulas, quibus muſica innititur, adducere minimè negligam, noſtro coquòd inſtituto minimè conuenit de cunctis muſicæ minutijs ex diligentia quærere.

Inſtrumenta autem ſua, quibus muſice fundamina ponit, principalitèr extant Notæ, Figuræ,Lineæ, Claues,Cõſonantiæ, ac Toni; & aliqui adſunt termini, vt tactus, pauſa, & puncta; de quibus infra. Et primò

Notæ, illæ ſunt voces, quibus muſici ſonos exprimunt; ipſæ ſex habentur, quæ Vt, Re, Mi, Fa, Sol, La, & hæc initiales fuerunt hęmiſtichiorum ſyllabæ, primi triſtichi ex Diui Ioannis hymno, qui talitèr per id tempus canebatur, vt Hexachordi tonis ſerie præcedentibus illæ efferrentur, cum mediũ quidẽ Hęmitoniũ occuparet ita:

VT queant laxis REſonare fibris,
MIra geſtorum FAmuli tuorum,
SOLue polluti LAbij reatum.

Hu-

A Huiuſmodi enim inuentio notarum, quemadmodum ait eruditiſſimus Petr. Gaſſendus in Manuduct. ad Theor. Muſic. ex Guidone Aretino, qui inter Diui Benedicti Monachos erat adſcriptus, deſcendiſſe fertur, ex quo per ſex ſæculorum curſus ante Ferrariæ in Ducatu his, alijſque principijs Muſices fundamenta iecit, fortitudinem attulit, incrementum addidit, & decus, tem-
B pore Ioannis XX. Ducis Ferrariæ, anno, quorumdam iuxta ſententiam, 1208. aliquorum ex opinione, 1024.

Ex eodem etiam regulam exceperunt lineæ, & R.P. Athanaſius Kircherius in Muſurgia explicat, quòd ante Guidonis Aretini tempora octo Hymnorum cantus lineis fuerit incluſus, in quorum interuallis notæ fuerint adſcriptæ, ac tale refert ſchema, ſe Meſſanæ reperiſſe, cuius vſus fuerat à 700.
C circiter annis, his autem lineis octo, totidem dabant initium Græca elementa, hoc eſt Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, Ι, Θ, aliud autem non lineis octo, ſed geminis tantùm vnà cum notis, tàm in ipſis, quàm in interuallo multiplicitèr expreſſis, quemadmodum in Salue Regina: inſurgens poſtmodum Guido his è rudimentis illum inſtituit, in exprimendo cantu ritû,
D quem nos penès habemus, cum notæ, tàm quinque in lineis, quàm per interualla eſſent inſertæ: ita noſtris hiſce temporibus quinque figurato in cantu, quatuor, vt Gregorio ſummo Vrbis, & Orbis Antiſtiti placuit, in choreali adhibemus lineas: Guido autem voces Vt, Re, Mi, Fa, Sol, La, per quã compoſuit ſcalam, vel manum adhibens literas A, B, C, D, E, F, Græcum Γ, ad-
E didit, cuiuſmodi literam ex plurimorum ſententia illo exiſtimatũ fuit fine poſitam, vt initialem proprij nominis demonſtraret literam, & ſi nonnulli dicant, ex illo, tali characterum genere primum Graduale adnotatum, vnde Ioannes hanc non ſolùm formam dicitur, probam duxiſſe, omnibus verùm etiam anteponendam conſtituiſſe: adnotatum verò ex Gaſſendo fuit, quòd omnes, Guidonis æuo, vniuſmodi habe- F
bantur notæ; grauis qua de cauſa rationem, & acuti tantummodò, non autem longi temporis, breuiſque videntur habuiſſe; alij autem notarum inuentionem ingenioſo Ioanni Muriæ, alitèr Iean des Murs Pariſino ex ſententia adſcribunt, quamuis Guidoni detur, qui non ſolùm, vt ſuperiùs dixi, locupletem reddidit Muſicæ The-
ſaurum, vocum, at etiam in medium G
protulit ſymphoniam, & polyplectra ex induſtria inſtrumenta, vti claui cymbala clauichordia, conſtruxit.

D E
M V S I C AE F I G V R I S

Earumque valore, tactu, & quiete, vel pauſa, clauibuſque. H

Cap. I.

VT autem his menſura præbeatur notis, octo adduxerunt nomina Figurarum Muſici, quælibet quoniam nota quorumcumque valet nomen excipere figurarum: qua de cauſa decet adnotari, quòd vocum, inter ſe, interualla modos, nuncupari voluere: Mo- I
dus etenim illud eſt tempus, quo ſonus ſuſtinetur, cui ſilentium, aut etiam pauſa dicitur aduerſa; hęc verò quodam metiuntur Muſici modo, qui menſura nominatur. Figurarum autem nomina hæc: Maxima, Longa, Breuis, Semibreuis, Minima, Semiminima, Croma, Semicroma, ſiue Vnca, & Semiunca: quæ ſequenti ſchemate cum quiete deſignantur, vel pauſa: & quidem K
Maxima  vocem per octò producit tactus, & quietis correſpõdet notæ, quæ



Lon-

A Longa ſuſtinetur vox per quatuor tactus, cui huiuſmodi quies aſſimilis. F

Breuis duos exigit tactus, neque iſta diſcrepat à pauſa.

Semibreuis ſingulorum elongatur per tactum, nec tali diſpar eſt quieti.

B Minima tacti medietatem importat, aſſimilemque habet pauſam, quæ G

Muſicis in inſtrumentis frequentes.

Semiminima cum quadrupliciter venit tactum conficit, & non inæqualis eſt quies.

Croma, vel vnca octo ex ſe tactum conſtituit, neque hac diuerſificatur à pauſa.

C Semifuſa, ſeu ſemicroma, & ſemiunca ſexdecim ſui generis figuris vnicũ conſtruit tactũ, aſſinis eſt quieti. H

Et vt maiori luce ipſarum pateſiant menſuræ, neceſſe eſt, menti tenacitèr infigere, quòd vnaquæque antecedens
D figura duarum, quæ ſubſequantur, valorem includit, & vim; quemadmodũ Maxima duas importat longas, longa geminis æquiparatur breuibus, breuis geminis redditur ſimilis ſemibreuibus, &c. qua de cauſa ex primo vſque ad vltimum Maxima æquiualet duabus longis, quatuor breuibus, octo ſemibreuibus, ſexdecim minimis, & ita de cæteris; verum enimuerò cum de mu-
E ſices vocibus, notiſue, figuriſque, ac lineis, & conſequentèr de interductibus, quibus ſilentij demonſtratur tempus, inſtituerim ſermonem: reliquum eſt, vt verba faciam; quòd alicui vbi notæ adiungitur punctum mediam, vltra proprium, quod importat, ſuperaddit temporis partem: ita valet, cũ abſque puncto duas importet minimas, quemadmodum cum eandem cõtineat vim, ac duæ ſemiminimę, tamen ſi addatur punctum, ita ipſamet habet efficaciam, at que & ſic de reliquis, & hæc I
ſint de ſimplici explicata tactu, qui imperfectum vocatur tempus, in quo ſingulos conſtituunt tactus: non autem de perfecto, qui triplici, cum tripla dicatur, & ita exarari ſoleat. K

Claues


Claues atenim, vel radices omnium, ex quibus originem ſortiuntur, tres ſunt ex eo quia ſub harum literarum aliqua initium deſumunt, hoc eſt C, F, G: ipſarum verò prima dicitur clauis C. Sol, Fa, Vt; ſecunda F. Fa, Vt; & vltima G. Sol, Re, Vt; clauium autem characteres hi.



C. Sol, Fa, Vt. G. Sol, Re, Vt. F. Fa, Vt.

Vigili autem ſtudio eſt aduertẽdum, quòd Clauis C. Sol, Fa, Vt, naturæ nominatur; F. Fa, Vt, dicitur b. mollis, & G. Sol, Re, Vt, dicitur ♮ quadri, ſeu ♮ duri; quapropter illæ notæ, aut etiam figuræ, quæ ortum habent à C. Sol, Fa, Vt, naturales nũcupantur, & vbi aliqua variæ efficiuntur ex alteratione, ex accidenti dicitur id, non autem ex natura venire: idem procedit in F. Fa, Vt, & in G. Sol, Re, Vt, propriam iuxta qualitatem: vnde contingit, quòd B. Fà, B. Mi, ſi ex b. mollis claue naſcitur, B. Fa, ſemper appellatur; nullo autem modo B. Mi: ſed ſi ex ♮ quadri natura venit, vſque B. Mi nominatur; haud autem B. Fa: ratio habetur, ex eo quia quo in caſu pro b. molli B. Mi diceremus, & pro ♮ quadro B. Fa huiuſcemodi interualli baſis Tetrachordica occurreret, neq; perfectũ includeret Diateſſeron; vt pari forma ſi in Subdiapẽte b. mollis claue, B. Mi diceretur, falſitas imperfectionis, diminutioniſque ratione, adeſſet.

Non rarò atenim claui, & propria equidem in chorda, ſua nimirùm in linea, ſuoque interuallo b mollis character hoc apponitur modo.



b. mollis namque, ac naturæ Hexachorda vſurpandas eſſe tranſactiones denotant; vnde ſi nullum interuenit, indicium, adeſt ♮ duri, ac naturæ Hexachorda ipſarumque tranſactiones vſurpari opus eſſe.

Concinnitas autem, vel conſonantia, aut etiam concordantia gemini habetur compoſitio, ac mixtura ſoni. alterius, qui grauis ſit, alius, qui acutus extet, auremque vniformi, ſuauique harmonia demulceat; vnius autem grauis dicitur, ex aduerſo acuti; ex eo quia vbi nulla grauitatis, vel acutiei diuerſitas interſit, eo in caſu nequaquam conſonantia, ſed etenim vniſonantia occurrit; vt pari forma, quæ ſonãt corpora, non tàm conſona nominantur, quàm vniſona; ea de cauſa quadam in proportione conſiſtere conſonantia debet; cum non omnis duorum compoſitio auribus grata, auditusque organo ſit: at quædam iniucunda extet, ac diſcrepãs: qua de cauſa diſſonãtia nuncupatur, ita vt prorſus ſit neceſſe, certa ſonos conſonantiam conſtruentes ratione, menſuram ſortiri, ſeſeque inter proportionem tueri, cum illàm non defendant, qui diſſonantiam creare videntur: duodecim autem concordantiæ ſunt, 3. 5. 6. 8. 10. 12. 13. 15. 17. 19. 20. 22. ſonorum verò inconcinnitas, quæ auribus offenſam inferant, diſcordantia eſt. Nouem diſcordantiæ veniunt 2. 4. 7. 9. 14. 16. 18. 21.

Muſica tandem tropicis tractat de ſonis, qui & cantùs nuncupantur modi: tonus atenim, aut modus nihil aliud

A extat, quàm & quæpiam modulationis forma, quæ in qualibet Diapaſon, ſiue octaua ſpecies varia exiſtit; ad diuerſas quatenus chordas ipſius initium, ac ipſam intra, ſemitonia ſpectat: vnde, & eoquòd ſeptem conſtituere veteres ſpecies Diapaſon, totidem etiam agnouere modos, tonoſue, quos & his appellari nominibus voluere, quod alius nimirùm Dorius ſit, quidam Phrygius,
B nonnullus Lydius Hypodorius, aliquis Hypophrygius, alter Hypolydius, vltimuſque Mixolydius habeatur: cùm ſibi occaſionem ex peculiari cantùs ritu, qui vnaquæq; adhiberetur in regione, ſumpſiſſent: ſed etenim quamuis ex recentiorum acutie, quemadmodùm ex antiquorum diligentia, ſeptem non agnoſcantur Diapaſon, ſiue octauæ ſpecies; tamen in quantum ipſæ harmonicè
C diuiſionem excipiunt, vel Arithmeticè, duodecim ex ipſis modi generantur, quod primus videlicèt prima è ſpecie, quæ diuiſionem harmonicè ſortiatur, ortum habet: Poſterior ex quinta, quæ fuerit Arithmeticè diuiſa; tertius ex ſecunda, quæ harmonicè partiatur; quartus ex tertia, quæ diuiſionem ſubit, Arithmeticè; quintus ex tertia, quæ harmonicè deſignetur; ſextus ex ſeptima,
D cuius diuiſio Arithmeticè venit; ſeptimus ex quarta, cuius ſpecies harmonicè; octauus ex prima, quæ arithmeticè reducatur; nonus ex quinta, cuius diuiſio harmonicè occurrit; decimus ex ſecunda, quæ Arithmeticè partiatur; vndecimus ex ſexta, cuius ſpecies harmonicè, ac duodecimus tandem ex tertia, quæ Arithmeticè partitur.

Quibus ſedetenim in Eccleſia peragimus
E pſalmodiam, ſcimus, nulla ab iſtis diſſimilitudo eſt; illorum quoniam primus idem eſt, atque illorum tertius, ſecundus, vt quartus, tertius, qui quintus; & ita porrò quò vſque decimus habeatur octauus: qua euenit ratione, vt nequaquam in medium afferatur, qui hoc in loco primus exſet, ac ſecundus, vndecimus veniat, & duodecimus, niſi quòd tonus ille, qui eos vltra itregularis nomen capit; & ex quo Pſalmus: In exitu Iſrael, dominicis ad modulamen occurrit diebus, ad vndecimum deduci modum videtur. F

Reliquum autem eſt nonnulla de ſingulorũ proprietatibus modorũ afferre, cũ fermè huiuſmodi, quæ ſequuntur, nominibus illos velint plurimi deſignatos, quòd primus nimirùm Dorius, ſecundus Hypodorius, tertius Phrygius, quartus Hypophrygius, quintus Lydius, ſextus Hypolydius, ſeptimus Mixolydius, octauus Hypomixolydius, G nonus Hyperdorius, ac Ionicus, decimus Hypohyperdoricus, ac Hypoionicus, vndecimus Hypophrygius, ac Eolius, duodecimus Hypohyperphrygius, ac Hypoeolius vocitatur; & iuxta, quæ Gaſſendi eſt, doctrinam, alicui vnuſquiſque modus affectui conuenit.

Primus quidem ad gaudia, & choreas dicitur conſtitutus, & vbi hilarè quidquam, vel è mæſtitia procul agi negotium poſtulat, ipſe venit; Laxius propterea modus nuncupatur. H

Non parùm lætus habetur ob affinem cum ſexto, qualitatem ſecundus; propterea, ſi ad amatorij expreſſionem affectus intenſus compellat ardor, ipſe deflectitur; & ea de cauſa Lãguens nominatur, ac lamentabilis. I

Grauis tertius vocatur modus, cùm illis conueniat rebus, quæ ſeriæ, neque contemnendæ conſiderationis exiſtunt.

Quartus illud dicitur ad opus conſtitutus, vt mœroris, miſeriæ, ac ſollicitudinis explicet affectus, flebiliſque, vel ſupplicis titulum ſortitur.

Quintus eſt, qui cum in negotijs difficultate arduis, & obice inuijs nonnulliuſque momenti, verſetur, Seuerus appellatur, Auſteruſque, & Immitis. K

Sextus quem ex eo quia peraptè in adulationum figmentis, querimoniarũ languore, dulcibuſque amantium tormentis exprimendis occurrit, oſtentatorem dicimus.

Septimus, quoniam à ſollicitudinum ty-

A tyrannide, curarumque amaritudinem mentem ſubtrahere fit ſolitus, lætitiamque in pectus inducere, Hilaris habetur, & alacer.

Religioſi octauo impertimur nomen, eoquòd illo in caſu, quæ pœnitentiæ, lachrymarumque fieri expreſſio debet, pietatemque ad viuum commoueri neceſſe eſt, vſurpatur.

Nonus, cum ipſius opera minantem B exprimamus animum, mentiſque oſtẽdamus motus, dicitur iracundus: laſciuas quamquam conuerti ad res poſſit.

Pudicum nuncupamus decimum, ex eo quia cum immixtam pudori ſuauitatem aduehat, animique tranquillitatem, modeſtiæque ſerenum inducat, iure quidem optimo id ſibi vendicat nomen.

Politus appellatur vndecimus, vel C etiam comptus, quoniam compoſiti aliquid, & nimio cultu exagitati demonſtrat: qua de re & Lyricis, per quam idoneus extat carminibus.

Luctuoſum tandem volumus, duodecimum nominari, cum quarto namque, ac ſexto in lugubrium expreſſione rerum maximè communicare conſpicitur, circa hoc attamen totis enitantur Muſici neruis, vt modum ſelecto congruum argumento, ſibi proponant, tàm ſi ad ſubiectam oculos vertant materiam, quàm ſi ad orationem inſpiciant: vbi enim lætæ res lugubri exponuntur forma, quæ mœroris ſunt, læta, magnum inſurgit dedecus, cum ſemper verbis cònſentancus debeat eſſe cantus. F


DE G

MVSICALIBVS ELEMENTIS.

Cap. 2.

SEpteno veniunt elementa muſicalia numero, ſcilicet C. Sol, Fa, Vt, D. La, Sol, Re, E. La, Mi, F. Fa, Vt, G. Sol, Re, Vt, A. La, Mi, Re, B. Fa, ♮ Mi; ex H quibus ſex Muſicalis ſcalæ ſyllabæ deſcendunt; hoc eſt, Vt, Re, Mi, Fa, Sol, La. Harmonici etiam ſoni appellari, ac Diatonici valerent. Primò ex eo quia ex ipſis harmonicæ ortum excipiunt conſonantiæ; ſecundò autẽ, quoniam cum naturalitèr occurrant Diatonici generis conſonantiæ, compoſitis ex tonis, ac ſemitonis maioribus inſeruire videntur, quemadmodum conſpici hic valet.

D I



Et ſeptem ex eo quia perfectam nullo modo harmoniam habere Muſicę ſatis eſſet, infinitam vſque multiplicarentur in ſeriem. Prima propterea elemen- E ta grauiſſima vocari, ac terræ ſimilia reddi, nemini incognitum eſt: Secunda duplicata dicuntur, & aquæ non inæqualia ſunt: grauemque retinen qualitatem; Triplicata occurrunt tertia, & acuta nuncupantur, aerique affinia dicuntur: quadruplicata quarta nuncu- K pantur, & acutiſſima igneoque ſunt æquiualentia elemento, quemadmodũ hic explicatur.

Digitized by Google

A Sol Fa F

C

B

A

G

F

E

D

C Quadruplicata acutiſſima.

B

B A G

G

F

E

D

C Triplicata acuta aerea

B

A

G

C F H

E

D

C Sol, Fa, Vt, Duplicata Grauia Aquea

B Fa ♮ Mi

A La Mi Re

G Sol, Re, Vt

F Fa, Vt

E Mi

D Re

C Vt Simplicia Grauiſſima Terrea

D I


DE FIGVRIS LIGATIS, *Et obliquis.*

Cap. 3.

QVatuor atenim, quæ ligari figuræ valent, exiſtere ſcimus: Maximam nimirùm, Longam, E Breuem, ac Semibreuem: vt ipſarum autem valor adnotetur, & vis, formam oportet reſpicere, atque caudam; ex eo quia cum in principio è ſiniſtris eleuatam retineat caudam, duæ equidem prima ipſum includunt vigorem, atque ſemibreues, & aſcendentes, ac etiam deſcendentes: Tertia verò figura, quæ in aſcenſu progrediatur, Breuis interuenit, in deſcenſu attamen Longa. Vbi verò cauda è ſiniſtra deſcẽdens eſt parte, breuis includit efficaciam, quæ autem deſcendens minimè ſit: at enim ſi deſcenſum faciat breuis, continet prima vim, poſterior autem longæ; ſed quo K in caſu omnes aſcenſu, abſque cauſa progrediantur, breuis includere valorem conſpicimus, vltimam præter, quæ deſcendens ſit, vt fuit explicatum, & infra videri exempla poſſunt.

Digitized by Google


A F



B G

Notari verò in obliquis caudam, tam quæ aſcendens ſit,quàm quæ deſcendens, neceſse eſt, ex eo quia, vbi caudam, quæ deſcendat è ſiniſtris,demonſtret, & obliqua extet, breuis continet vigorem ; at quo in caſu huiuſmodi figuræ aſcenſum faciat cauda, ſemibreuis oſtendit efficaciam, ſed ſi eleuata cauda videtur , & obliqua habebitur figura, prima etiam eleuata erit nota, ſemibreuis valorem, ſecunda verò breuis importabit; & denique vbi , abſque eoquòd interſit cauda , obliqua deſcenſum faciat figura, prima eadem eſt, ac Longa,cum ſecunda ſit ipſamet, atque breuis quemadmodum hic explanatum habes.

C H



Et plurima quamuis ſim verba factutus , vt prolixitatem attamen euitem, ſilentio me trado, & ſi quis plura deſiderat pro re habere, ſtudeat Vincentio Luſitano Laurentio Pallici, Petro Aranne Zerlino, & cœteris.

D I


VNDE NASCANTVR FIGVRAE.

Cap. 4.

ORtum igitur figurarum illa excipimus ex figura deuenire,quæ breuis appellatur: ipſa etenim prius fuit conſtituta , atque Tempus vocata ; ex quo diſcretæ , & continuæ ad ſimilitudinem quantitatis,alijs origo datur figuris ; longæ namque, cum diſcretæ , ac multiplicis ordinem ſequantur quantitatis , duo , quæ continua, continet tempora, & modus appellatur: breuis atenim, vbi ex continua, & ſuper particulari receſsum fecerit ex quantitate, diuiſa poſtmodum in duas fuit K
E ſemibreues, quarum altera minor dicitur prolatio: ſemibreuis autem , vnius , in qua fuit conſtituta ex antiquis, temporis menſura,duas etiam fuit in minimas partita , quæ cum nullo interſit modo , haudequidem perfecta venire muſica valet. Maxima tandem illa inuenta fuit occaſione, duæ quoniam in ipſa inueſtigatæ fuerant longæ , quæ quatuor breuium in ſe tempora demonſtrarent compræhenſa: quæ equidem maxima maioris ſuſcepit nomen modi , vt vniuſcuiuſque infra videtur exemplum.

Maxima

Digitized by Google

A  F

B Hoc atenim illa euenit ex cauſa, in duas eoquòd longas maxima diuiſionem ſortitur, & Maioris modi imperfecti titulo denotatur; longa verò in duas ſeparatur breues &c. G

Notatu etiam dignum eſt, quòd illa modus minor ratione dicitur, Longa, & modus maior, maxima huic quoniam plus temporis ſpatium, quàm illi adhæret, vt pari forma prolatio minor ſemibreuis, minima verò, prolatio maior appellatur, plures ex eo quia in partes temporis diuiſionem minima facit.


DE TERNARIA DIVISIONE: QVID SIT TEMPVS IN MVSICA?

Et de tactu, ſeu Muſicali menſura.


C H

Cap. 5.

TErnaria ex diuiſione ſimul cum temporum multiplicitate, triplex aſserimus de breuium tempore ſpatium in longa incluſum, tria longarum tempora in Maxima, tria ſemibreuium in breui, ac tria minimarum in Breui, & huiuſmodi adeſt, vt infra patet, & perfectio.

D  I

Nil aliud autem temporis nomen in Muſica demonſtrat, aliquid dempto, quod ſignum vnde figuris inditia præbentur, quæ retineant valorem; ac perfectum Imperfectumque habetur Prolationiſque perfectæ habetur, & imperfectæ, vt hic oſtenditur.

E  k

Tactus

A Tactus atenim, ſeu etiam muſicalis menſura, cum æqualis habeatur, & inæqualis, quemadmoum ſcriptum fuit ex Reuerendo P. Ludouico Zacconi in ſua prima Muſiali parte cap. 33. Aliquod extat tempus, Muſicalibus ex quo figuris valor adhibetur: huius autem tactus generis ſpeculatiui iuxta Muſici ſententiam, ex manùs eleuatione incipere videtur, vt pleniſſimè tractat Stephanus Recatenſe *lib.* 1. *cap.* 2. Zerlinus *parte* 3. *cap.* 48. & ſufficientiſsimas demonſtrant rationes: ſimpliciter autem practicus cantás eleuata ex manu percuſsionis motu exordium habere ex voto affirmaret: vt concors verò huius competentia generis reddatur, diſtinctionem afferamus: ita duplici ſub conſideratione ponitur tactus modo, vel initiatiuum ſecundùm actum, vel edoctiuum: iuxta primi naturam ex manus eleuatione incipere illum dicimus, ex Poſteriori verò ab eleuata motu percuſſionis affirmamus ex ordiri, vt ſuperiùs eſt explicatum: ſolummodo atenim figuras è vocibus efformari, firmum eſt. Huius compoſitio menſuræ duplici eſt parte, quarum prima, percuſſio eſt, Poſterior eleuatio, ambæ in gemiua membra, in motum ſcilicet, & quietem, diuiduntur. F B G

DE MVSICAE GENERIBVS, ac Tetrachordis.

Cap. 6.

C TRiplex verò Muſices genus conſtituitur (vt ſuperiùs explicaui ex Gaſſendi ſententia) quoddam namque Diatonicum eſt, nonnullum Chromaticum, aliud Enharmonicum, idque ex varia Tetrachordi diuiſione, vt refert Zerlinus 2. *parte inſtitutionum harmonicarum cap.* 16. ex Ptolemæo *lib.* 1. *cap.* 1. & 12. & *lib.* 2. *cap.* 13. & 14. & ex Boetio *lib.* 5. Muſ. *cap.* 15. 16. & 17. H

Dicitur autem Diatonicum, ex eo, quia Tetrachordum in hoc genere progreditur per interuallum ſemitonij minoris, contenti ſub proportione ſuper 13. partiente 243. quod à Græcis dicitur λεῖμμα, ſeu δίεσις, & per duo interualla ſeſqui octauæ proportionis, ſubqua continentur Toni. Dia enim Græcè eſt idem, quod præpoſitio, per, ſi ſcribatur per iota; ſin verò per Ypſilon, idem ſonat, quod duo.

Primum, cum Naturale habeatur, aliorum præbuit incremento baſem: alia verò ſemitonij genera: diuiſionis inuenta ex ratione fuiſſe perhibentur, ſicuti hic demonſtratur. I

D

DIATONICVM.



CHROMATICVM. K

E



Verum

A ENHARMONICVM. F



Verum enim verò tritonus per tres, qui continui, tonos; hoc modo progreſſum in Muſica facit.


B G



T. T. T.

Ac tali forma curari oportet,ſi prima nota,fa, erit;vt illa,quæ Tetrachordũ explebit, ac, mi,exiſtet, ex accidenti per b. molle,Fa, nominetur. quòd, ſi, mi, habebitur,& quæ Tretrachordũ complere videatur Fa,venit, per ſemitoni augmentum ſtude ipſam dici, mi, ita. H

C



DE DIVISIONE TONI, ET SEMITONIS

Maioris, & Minoris.


Cap. 7.

D EX nouem efformatur commatibus tonus, ac duobus partitur modis in dieſin ſcilicet, ac ſemitonium maius, aut etiam in minus ſemitonium ac maius, tali ratione. I

Dieſis Semitonium Semitonium Tonus





Et quamuis nonnulli maiorem adeſse naturalitèr tonum affirment; nullo tamen
E ipſe modo poſsum id ſenſibus demittere: ſolum autem explico,quòd, & ſi hic reperiatur, ex accidenti, non naturalitèr contingit,quemadmodum hic apparet. K



T. T. Semit. maius. T. Semit. maius.

A F






B G


Hic autem apponere de octo modis, vel tonis, aut, ſicuti aliquorum eſt in ſententia, regulis Eccleſiaſticis libet: quæ quidem octo ſunt: ſcilicet Dorius Hypodorius, Phrygius, Hypophrygius, Lydius, Hypolydius, Myxolydius, Hypomyxolydius, ex his autẽ authentici quatuor nuncupantur, ſuntque Dorius, Phrygius, Lydius, & Myxolydius: alios verò quatuor, Hypodorium, ſcilicet, hypophrygium, Hypolydium, & Hypomixolydium, placales nominari ſcimus.

H

C



D I



E K

Ipſorum autem natura, vel perfecta exiſtit, vel imperfecta, pluſquam perfecta, mixta perfecta, mixta imperfecta, & Commixta.

Eò atenim perfectæ habebitur naturæ Tonus, propriam vbi Diapaſon retincat perfectam: eoquòd vbi diapaſon nequaquam explerit, imperfectum appellabimus tonum: ſed ſi Diapaſon vltra, aliam demonſtret vocem, pluſquam perfectum vocari


Digitized by Google

A cari neceſse eſt: mixtus autem perfectus tunc dicitur, cum Authenticus vnà, & Placalis antecedant, duodecimumque præſeferant numerum vocum, ſed ſi talem nullo modo numerum compleri, imperfectus erit mixtus; cum verò Authenticus inſimul cum Authentico præibit, commixtum dici conuenit: ipſorum autem naturæ iſtæ. F

Primus------------------------------Grauis
Tertius------------------------------Minatorius, & Iracundus
Quintus------------------------------Pacificus
Septimus------------------------------Modeſtus
Secundus------------------------------Mæſtus
B Quartus------------------------------Mærorem afferens G
Sextus------------------------------Deuotus
Octauus------------------------------Eccleſiaſticus.

Adnotari verò decet, quòd etiam alij quatuor interueniunt modi, hoc eſt Eolius, Hypoeolius, Ionius, Hypoionius Eccleſiaſticiſque octo tonis ipſos noſcimus ſuper additos, Gregorianus autem cantus ipſis neutiquam vtitur: figurato ſed etenim in cantu concentus Modulatores ipſos adhibent; ac tali ratione in figurato, quemadmodum fuit explicatum, duodecim interueniunt toni: eorum verò, qui ſuperadditi, forma hæc.

C H



D I

Hi autem, ſcias, etiam demonſtrant proprietates, & illam ſequuntur normam, quam primæ octo Regulæ.

Nonus------------------Lætificus
Vndecimus--------------Laſciuus
Vndecimus, &
Duodecimus
Meſti

Et plurima quamquam ad hanc tonorum materiem venirent, cum tamen præ manibus in dies ſint, prætermittere illa non dubito.

E K

DE CONSONANTIA, HARMONIA, DISSONANTIA,

proportione, ipſiuſque generibus.

Cap. 8.

Quædam grauis, & acuti mixtura ſoni, conſonantiæ exiſtit. Harmonia grauem inter, acutumque ſonum, gradatio nuncupatur: cum quædam gemini mixtura ſoni, quæ aures durè ferit, diſſonantia vocetur.

Proportio autem, quædam extat duarum eiuſdem generis quantitatum habitudo

A do, quarum vna in aliam veniat, & binas præcipuè diuiſa eſt in partes, æqualem nimirum, ac inæqualem. Illo verò æqualitatis proportio habetur in caſu, quo ſimilia ſimilibus conſpicimus comparari hoc modo. F

1 2 3 4
ad ad ad ad &c.
1 2 3 4

Et nullam quoniam inducere conſonantiam ſimilitudo poteſt, hæc à Muſicis
B eijcitur. Tunc atenim inæqualitatis adeſt proportio, cum neutiquam vnitatem vnitati comparamus, & Muſico dicitur apta, duaſque diuiſionem ſortitur in partes, quarum alia inæqualitatis maior, alia inæqualitatis minor appellatur. Prima, relatio habebitur, quæ maiori ex numero, cum minori fit. G

1 2 3 4
ad ad ad ad &c.
2 3 4 5

C Poſterior atenim, contraria extat ordinis ſupradicti comparatio, hoc eſt, quæ minori, ex numero maiori fit, quemadmodum vides. H

1 2 3 4
ad ad ad ad &c.
1 2 3 4

Quinque occurrunt genera proportionum, Multiplex nimirum, ſuper particulare ſuper partiens, ex quibus ortum excipiunt, Multiplex ſuperparticularis, &
D Multiplex ſuper partientis tria, quæ prima, ſimplicia nuncupantur, duo verùm vltima, compoſita dici neceſse eſt, his autem alia quinque minoris inæqualitatis oppoſita extant, & dicta ſortiuntur nomina cum *ſub* addatur, hoc eſt ſub multiplex, ſub ſuperparticularis, & ſic de cæteris. I

Quoniam atenim propriæ conſonantium muſicalium proportiones multiplices habentur, & ſuper particulares; ea de cauſa de ipſis tantum dicam, aliæ namque harmonico minimè ſunt concentui propoſitæ.

Illa igitur multiplex nominatur proportio, quæ minori numero comparans maiorem, totum in ſe continet, ſæpius vſque ad infinitum, ſuper illum comparando numerum, quem vnitati exoptamus: vt apparet.
E K

2	3	4	5	6
Dupla	Tripla	Quadrupla	Quincupla	Sextupla.
7	8	9	10	
Septupla	Octupla	Nonupla	Decupla &c.	

Quibus equidem, vt ſuperiùs fuit explicatum, illa ex minoris inæqualitatis genere, quæ multiplicia ſunt vocata, oppoſita dicuntur, & contrariæ fermæ potentiæ habentur hoc modo.

 Sub-

A 1	1	1	1
2	3	4	5
Subdupla	Subtripla	Subquadrupla	Subquincupla
1	1	1	1
6	7	8	9
Subſextupla	Subſeptupla	Suboctupla	Subnonupla

B 1
10.
Subdecupla. G

Tunc autem ſuperparticularis adeſt, maior quoties numerus in ſe minorem includit, & aliquam ſolam, vſque ad infinitum, partem: quemadmodum hic;

3	4	5
2	3	4
Sexquialtera	Sexquitertia	Sexquiquarta
6	7	8
5	6	7
C Sexquiquinta	Sexquiſexta	Sexquiſeptima. H
9	10	11
8	9	10
Sexquioctaua	Sexquinona	Sexquidecima.

Hæc verò minoris inæqualitatis genera contrariam faciunt comparationem cum præpoſitio *ſub* vſque addatur, vt videtur.

2	3	4
3	4	5
Subſexquialtera	Subſexquitertia	Subſexquiquarta I
D 5	6	7
6	7	8
Subſexquiquinta	Subſexquiſexta	Subſexquiſeptima.
8	9	
9	10	
Subſexquioctaua	Subſexquinona, &c.	

Qui autem plura de his, & ſatis ad materiam exoptat, ſcripta Vincentij Galilei, K
E Boetijque reuoluat.

Quatuor ex communi ſententia veniunt conſonantiæ, vniſona ſcilicet, Tertia, Quinta nec non ſexta de quibus fit diuiſio in ſimplicia compoſita, & de compoſita, cum ſeptenarius ipſis numerus addatur, vt videri ſubiectè poteſt.

A F

Simplicia			
1	3	5	6
Composita			
8	10	12	13
Decomposita			
15	17	19	20.

Signari atenim oportet, quòd vniſona, & diapente ſiue quinta vnà cum ſuis
B compoſitis, & de compoſitis perfectæ conſonantiæ dicuntur, tertia verò, ac ſexta G
ſimul cum compoſitis, ac etiam, decompoſitis imperfectæ conſonantiæ nuncupantur.

Tres verò diſſonantiæ exiſtunt, ſecunda nimirum, quarta, & ſeptima vnà cum compoſitis, & decompoſitis, vt ſupradictum, cum ſeptenarius additus ſit numerus, vt hic conſpicitur.

Simplicia		
2	9	16
Compoſita		
4	11	18
Decompoſita		
7	14	21

C H

DE CONSONANTIARVM *nominibus ſecundum veteres.*

Cap. 9.

D Sed conſonantium nomina hęc. I

1. Vniſonus
3. & 6. Emmelus
5. Conſonus
8. Aequiſonus.

VNiſonus, ſimul ex eo quia percuſsi ſoni vnum ex ſe produci demonſtrant; Emmeli nomine illæ veniunt conſonantiæ, quæ conſonus proximæ dicuntur, quemadmodum Tertia, & Sexta.

Conſonus habetur, pormixta vbi conſonantias, ſuaueſque venire percipimus, ſicuti diapente extat, vel quinta.


E Aequiſonus tunc adeſt, cum ſimul junguntur illæ aliæ conſonantiæ, quæ geminis diſtantibus ex ſonis ſimilem depromunt ſonum, vti diapaſon, vel octaua eſt. K

Diſsonus illo occurrit in caſu, quo inſimul vinciuntur, quæ realiter diſsonant, vt ſecunda habetur, quarta, & ſeptima.

Inter conſonantias autem diateſsaron annumerati, vel quartam ſcimus, ex eo quia vbi cum diapaſon compoſita extat, realiter conſonantia nominatur, vt habes.

Dia-

A Diapaſon B




Vbi autem nulla ratione cum Diapaſon habetur coniuncta verè diſſonantia eſt conſonantiæ namque graui ſemper numerantur à parte: vt apparet.




B G

Diapente verò media conſonantia dicitur, diapaſon, & perfecta.



Quintà Prima Species.


C H




Quinta Secunda ſpecies.

Aliud Hexacordon non eſt, niſi ſexta, quæ duplex maior, nimirum, ac minor.

D I




Sexta maior Prima ſpecies.




Sexta maior Secunda ſpecies &c.

E K




Sexta minor Prima ſpecies.

Sexta


A

F

Sexta minor. Secunda ſpecies.

Heptachordon, vel à ſeptima diſſonantia nominatur, ex eo quia, cum inconuenientis menſuræ compoſita ſit, Diapaſon inter, ac exachordon iacens, ipſos circa ſonos non bene conuenit, ac duplex venit, maior nimirum, ac minor.


B

G

Septima maior. Prima ſpecies.



H

C

Se ptima maior. Secunda ſpecies.




Septima minor. Prima ſpecies.

D

I

Septima minor. Secunda ſpecies.

Diapaſon atenim, vel o&aua, vocum octo dicitur compoſitio, perfectaque eſt conſonantia, quæ nullo diminutionem pati modo, vel augmentum valet, vt videtur.

E

k


Octaua. Prima ſpecies




Octaua. ſecunda ſpecies.

Octa-

A F




Octaua. Tertia ſpecies




B G

Octaua. Quarta ſpecies.




Octaua. Quinta ſpecies.

C H



Octaua. Sexta ſpecies

D I



Octaua. Septima ſpecies.

HViuſmodi verò Conſonantiam , vniuerſitatis excepiſse nomen è Muſicis ſcimus: in quacumque etenim conſonantia reperitur, Adde quòd ex Platone, cum ipſius incorrupta, & per E quam conſtans conſiderata fuerit natura, Iuſtitiæ titulo eſt decorata : ex eo quia quemadmodum Iuſtitia omnium fundamentum virtutum exeat, & ſua immutabis eſse in eſsentia debet, ac æqua humanarum diſtributrix rerum, atque ex Ciceronis definitione ſit animi habitus, communem diſpoſitus ad vtilitatem, ſuum cuique tribuens, coniunctioniſque humanæ ſocietatem munificè defendens, atque iuſta: pari etiam forma, cum omnes inter conſonantias, perfectione refulgens diapaſon ſit, iure quidem optimo tale ſibi nomen capit.

His autem poſthabitis, quòd muſica, K virtus ſit omni laude digna, & Reipubl. non aduerſa, omneſque inter diſciplinas cunctorum votis expetita : ex dictis huius in principio ſtatùs clarum redditur: ad quod addi, è ſententia Ludouici Viualdi, in ſuo opere regali in tract. de perſecutionibus Eccleſiæ, valet quòd, & ſummus in muſica Chriſtus extiterit, quod-

A quòdque totum ſacræ ſcripturæ cor-
pus, vt notatum ex Barthol. Caſsanerz
in Catal. Glor. *mun. parte* 10. *conſider.*
50. non ſolùm hanc circa diſciplinam
verſari videatur, omnes verum etiam
ad illius venire ſtudium enixis viribus
quærit: vnde Dauid, qui, teſte Hiero-
nymo, Chriſtum lyra perſonat, & in
Decachordo Pſalterij ab inferis exci-
tat reſurgentem: *in Pſalm.* 30. *inquit*:
Confitemini Domino, in pſalterio decē
B Chordarum, pſallite illi: Cātate ei can-
ticum nouum, bene pſallite ei, in voci-
feratione. *& Pſ.*242. Confitebor tibi in
cithara Deus, Deus meus, quare triſtis
es anima mea &c. *Pſ.* 97. Pſallite Do-
mino in cithara, & voce pſalmi, in tu-
bis ductilibus, &c. *& Pſ.* 150. Laudate
eum in ſono tubæ, laudate eum in pſal-
terio, & cithara, laudate eum in tym-
pano, & choro, laudate eum in chordis,
C & organo, &c. Laudate eum in cym-
balis beneſonantibus, laudate eum in
cymbalis iubilationis: vnde iure quidē
optimo ex Eccleſiaſt. XI. habemus. *Vi-
num, & Muſica lætificat cor, & ſuper vtra-
que dilectio ſapientiæ.* Quapropter) illa
ex concluſione, quam infert Caſſaneuz)
tàm exempli lumine, quàm rationis, ad
ſufficientiam demonſtratur, Muſices di-
ſciplinam admitti in Republ. opus eſſe;
D ac non ſolùm alicui emolumento ciuili
viro, at etiam neceſſariam: ipſa verò &
animum adhilaritatis ſerenum aduo-
cat, & ingenij acumen ad ſublimia eri-
git: nec prætereas, quòd aptiores, ma-
giſque ſedulos, & ad bellicos tumul-
tus, martialeſque furores ſubeundos,
& ad ardua quæque ſuſcipienda nego-
tia, diuinaque perſoluenda, homines
reddit.

E Huiuſmodi atenim in præſtantiſsima
diſciplina primam Eunuchi ſibi vendi-
cant ſedem, qui triplici diuiſi extant in
ſpecie, vt colligitur in. §. ſed Eunuchi
inſtit. de adoptio. Nonnulli namque ſpa-
dones extant, quidam thlibiæ, aliqui
caſtrati: primi ſunt qui ſteriles enaſcun-
tur, ac frigida ſunt natura, nec ad Vene-
rem exercendam, alio quocumque vi- F
tio, potentes, vt explicatum ex Ariſtot.
lib. 2. *de generat.* Animal. *cap.* 5. Meliori
autem forma ex Ethymologiæ qualita-
te illi ſpadonum excipere nomen valēt
qui teſtium, *ex auulſione*, iacturam fe-
cerint Vlpian. *l.*4. idem Diuis Hadria-
nus. *ff. ad legem Corneliam de ſic.* Alciat.
in l. ſpado. ff. de verbor. ſignific. Cuius ge-
neris nomine, tanquam generali, non
ſolùm illos volumus incluſos, qui na- G
tura ſpadones exiſtunt, at eos etiam
qui thlibiæ habentur, thlaſiæ, ac ſimilis
naturæ ſpadones, ex Vlpiani reſponſo
cum *l. ſpadonum* 128. *ff. de verbor. ſigni-
ficat.* Cuiac. *de liber. & poſthu.* Illi autem
Eunuchi Thlibiæ nominantur quibus
attriti ſunt teſtes, §. ſed et illud inſtit. de
Adoptio: Caſtrati, verò hi appellantur,
quibus exciſa noſcimus virilia fuiſſe
dicto §. 1. & illud, de adoption: ſic enim H
diſtinctionem facit Vlpian. *in l. ſi ſerua*
40. §. *ſi ſpadonum ff. de iure dotium*: in-
ter ſpadonem, qui à natura eſt, & qui
caſtratus reperitur: qui namque talis
naturalitèr extat, ad eundem valet ſtatū
reduci, cum aduerſum in caſtrato ab
homine accidat: plurima propterea iſti
conceſſa eueniunt, quæ neutiquam illi
permittuntur. *l. ſed, & præſtitum ff. de
lib. & poſthu.*

Theologorum atenim è ſententia I
hæc occurrit diuiſio, quòd ſcilicet hi in
triplici ordine adſint, & in primò ve-
niunt, qui ſeipſos Regni Cælorum in-
tuitu, vt Math. 19. *n.* 12. caſtrarint, hoc
eſt, qui firmo cōtinentiæ voto, aut etiam
propoſito, quaslibet carnis concupiſcē-
tias ſeſe procul abiecere, vt enim Chri-
ſtum Dominum interpretatur: D. Chri-
ſoſt. *homil.* 63. in Math. de illis verba K
facere affirmamus, qui propria ſibi au-
ferunt membra; at qui prauas longè
abijciunt cogitationes, aut etiam, quem-
admodum eſt opinio Diui Auguſt. de
Sancta Virg. *cap.* 124. *qui ſeipſos non in
corpore, ſed in ipſa concupiſcentiæ radice
caſtrarunt, cal. item, & Angelicam vitam
in terrena mortalitate meditantur.* de qui-

A bus Tertul.*lib. de cultu fæminarum cap. 9.* vbi. *Multi ſe ſpadonatui aſſignant propter Regnum Dei, tàm fortem, & vtique permiſſam voluptatem ſponte ponentes.* Hos autem Chriſtus Dominus cæteris anteponit Eunuchis, cum ita ipſum loquẽtem Diuus Hieronymus introducat *lib.* 1. aduerſus Iouinianum *Mihi* inquit *illi Eunuchi placent, quos caſtrauit non neceſſitas, ſed voluntas; libenter illos in meos ſi-* B *nus recipio, qui ſe caſtrauerunt propter regna Cælorum, & ob Dei cultum noluerunt eſſe, quod nati ſunt, nam cum alios natura, alios humana Eunuchizauit induſtria, hos autem bona, propriaque voluntas virginitati conſecrauit: vnde quod illi præmium non merentur; hi feliciter conſequuntur.*

Poſteriori interueniunt ordine, qui ex acti nuncupantur, euirati, ſemimares, vel etiam ſemiuiri, & ſicuti ſunt verba C Diui Gregorij Nazianzeni Orat. funebr. in laud. Diui Baſil. qui mulierum inter cætus viri, ſunt, & inter virorum turmas mulieres: imo nec viri, nec mulieres extant: vnde illud ouidij in quẽdam Eunuchum adeſt.

Hei mihi, quòd domina, nec vir, nec fæmina ferafi.....

Et id quod Claudia. *lib.* 1. in Eutropium nugatur,

D *---------nubas, ducaſue licèbit*
Nunquam Mater eris, nunquam pater----

Hi atenim tales, vel naturæ, vel artis induſtria ſunt conſtituti, qui naturalitèr ita efficiuntur; continentiam, abſque eoquod interſint merita, ſectari, videntur, ex eo quia, vt benè author operis imperfectl in Math. 32. *illa eſt* inquit *glorioſa continentia, non quam tranſgredi non poteſt neceſſitas debilitati corporis: ſed quã* E *complectitur voluntas ſancti propoſiti.* Propterea, nullo modo, qui ex naturæ neceſſitate ad continentiã impelluntur, ſed qui ſpiritus libertate ad hoc deſcẽdunt, honorem ſibi, ac lauream deſumunt: Hinc Iſaias *cap.* 56. *num.* 4. loquutus de Eunuchis, qui tales habentur, minimè contemnendis, *qui dixit elegerint, quæ ego volui &c. dabo eis locum, & nomen.* F

Qui verò ex artis induſtria fiunt, vel ex neceſſitate, vt cuique remedium afferant ægritudini, vel vt Gynecæi, ex fidelitate cuſtodiam teneant, vel vt canoræ conſeruatio vocis adſit; vel vt feruentis impetum carnis, e bullientiſque laſciuiæ tumultum, rebellemque libidinis vim comprimant, vel tandem, vt minori ſuſpicione, maiorique licentia valeant in venere verſari, hoc perpetiantur: vt quidam Arriannæ hæreſis G ſectator Leontinus effecit, vt teſtantur Iſocrat. *lib.* 2. *hiſtor. cap.* 11. & D. Athan. *in epiſt. ad ſolitar.*

Has autem inter magis honeſtæ primæ tres habentur cauſæ, quarta verò integro excipit originem è zelo, at minimè ſecundum ſcientiam procedit; membrorum etenim auulſio Cacodæmonis fraude, ac Tartarea ope ab initio eſt dilapſa, ad hoc vt diuino exacta H veneratio cultui auferretur, & rationale animal detrimentum ſubiret, vt nihil voluntati vertentes at naturæ, reſeratas ad peccandum portas interuenirent: vt dixit D. Chriſoſto. *hom.* 63. in Mattheũ *non igitur probandi ſunt, illi eunuchi, qui carnem ſuam exſecant, ſed qui concupiſcentiam ſuam iugulant.*

Vltima demum cauſa, obquam ſibi I virilia homines auferunt, tali ratione turpis eſt, vt vniuerſum harum hominum genus infamia deformet, ac de his forte verba tot, tantæque Imperatorum leges fecere.

Tertia denique in ſerie illi occurrit, qui plurimi, gratia & authoritate, valoris, penès Regum Maieſtatem, retinent, hi namque eunuchorum ſub numero veniunt, non eoquod teſtibus capti ſint, ſed quoniam ab illis ducitur K ſimilitudo: quoniam quemadmodum intimis hi præficiuntur incuſtodes cubilibus; pari etiam forma præcipui illi Regum negotijs adſunt, huius generis extitit apud Pharaonis potentiam Putifar Geneſis 37. *num.* 36. Vagai penès Holofernem fuit Iudit. 12. *num.* 10. Egeus apud

A apud Aſſuerum habitus eſt Eſther. 2. *num.* 3. Abdemelech è Nabucdonoſore Ierem. 38. *num.* 7. & alij etiam in aliorum familiaritate venere, de quibus cunctis ſermonem inſtituit Helas Cretenſ. *in orat.* 3. Nazianz. *Scriptura* inquit *ſpadones; & eunuchos appellare ſolet etiam eos, qui eunuchi non ſunt, ſed eorum locum, ac fidem obtinent.*

Qui atenim ſeſe ex induſtria caſtra- B uere, vel ſibi genitalia tolerarint abſcindi, irregularitatem incurrunt, neque aliquo clericales poſsunt ordines modo ſuſcipere *cap. ſi quis abſcidit & cap. ſi quis pro ægritudine* 55. *diſtinct. cap. ex* 1. de corpore vitiato, etiamſi hoc, vt caſtè vitam ducerent, effeciſſe videantur. *dicto cap. ſi quis pro ægritudine cap. ſignificauit, de corpore vitiato* Rebuf. *de comment. ad l. ſpadonum* 128. *verſic. ſi tamen* C *aliquis ff. de verborum ſignificat.* Nicolò Garſia *de benefic. parte* 7. *cap.* 12. *à nu.* 7. Torreblanca *in practicabil. iuris ſpirit. cap.* 13. *num.* 53.

Vbi autem hoc non ipſius ex voluntate, ſed caſu eueniſse certum ſit, ſi quis nimirum ægritudinis intuitu, vel in cunabulis, aut etiam inimicorum opera de teſtibus iacturam fecerit, clericali valet ordine decorari; quem cum D ſuſceperit, neutiquam prohibetur illũ diligentèr exercere. *cap. ſi quis à Medicis cap.* Eunuchus *cap. ſi quis pro ægritud. cap. ſi quis in infirmitate cap. lator cap. præterea* 55. *diſtinct.* Nicol. Graſ. *loco citato dicto cap.* 12. *num.* 7. Demas tamen, ni illud ex culpa euenerit Maior. *de regular. lib.* 1. *cap.* 15. Viuald. *in candel. aureo de irregular. ex vitio corpor. à num.* 174. & alij penès Barboſ. *de off. & po-* E *teſt. Epiſcopi parte* 2. *Allegat.* 42. *num.* 14.

Indigni autem Eunuchi homines, & quocumque depellendi ex cætu habẽtur, & illi præcipuè qui ſeipſos genitalibus priuarint, vel ab alijs id agi permiſerint, cum nulla ad hoc neceſſitas eos impelleret; talitèr vt ex clericorum ordine iure quidem optimo depellantur è Synodo Nicena *cap.* 1. *& Canon.* F *Apoſ.* 22. *&* 22. *& in can. ſi quis abſciderit* 55. *diſtinct.* §. *de conſtit.* ac proprio Theodoſius præcepit ædicto, ne in patritiorum numerum quiſque debeat recenſeri: quemadmodum, & prohibitum Deus voluit, & proprij ne limina templi, horum quiſquam ingredi auderet, *vt in cap.* 23. *Deuter.* Addas etiam, quòd talis fuit caſtratio abominationis, vt qui huiuſmodi eſſent animalia fue- G rint è ſacrificijs depulſa, & caſtrari fuerint prohibita, *vt in cap.* 22. *verſic.* 24. Leuit. diſponitur. Caſtrati etenim aliquam includunt imperfectionem, & hac de cauſa, illum contra, qui caſtrati venditionem fecerit ſerui, vel animalis, redhibitoria conceſsa quidem eſt: dimidia, nec prætereas, quòd bonorum parte Dominus punitionem excipit, ſuo ſi genitalia ſeruo amputarit *l. is qui* H *ſeruum,* 6. *C. ad legem Cornel. de ſicarijs. l. ſi ſeruus ſeruum, in* §. *ſi ſeruum, in* §. *ſi puerum ad l. Aquil. l. ſin autem quis ff. de ædilitio edicto.* Dummodo tamen ambos non retineat teſtes, ex eo quia ſi alterum amiſerit, morboſus haudequidem nuncupatur. *l. Pomponius* §. *ſpadones ff. eodem.* Hac de cauſa ex Domitiano vetitum deſcendit, ne imperij intra fores quiſquam caſtraretur, quòd I etiam Nerua Coetius, & Conſtantinus ſanciuere *in l.* 1. *C. de Eunuchis*, capitis in illos præfixit punitionem, qui aliquem auſi fuerint caſtrare, & agitur contra eos iudicio Legis Corneliæ, de ſicarijs. *l.* 3. §. *qui hominem, & l.* 4. §. *Idem Diuu ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Medico autem, qui hoc perpatrare præſumat, capitalem imponi voluit pænam Paulus *in l.* 4. §. *fin. C. ad legem Cornel.* K *de ſicar.*

Nec prætereas, quòd nulla forma ſibi adoptiuos poſſunt filios deſumere caſtrati, cum naturaliter ipſos habere nequaquam permittatur; vt æquali ratione hoc illis vetitum, qui incurabili fermè vitio detinentur, ex quo ipſis vxorem ducere, filioſque generare

A conceditur ; ſpadoni verò , & cui generandi facultas adhæret , minimè adoptio denegatur. *l.* 2. §. *illud ff. de adoptio. l. arrogator* §. *fin. eodem* §. *ſed, & illud eodem l. ſi ſerua* §. *ſi ſpadoni ff. de iure dotium uxorem licet habeant* , quàm ducere haud ipſis prohibetur vbi id velint. Paulus *in l. & qui uxores* 30. *ff. de adoptioni.* Petrus de Gregor. *ſyntag. iuris parte* 2. *lib.* 11. *cap.* 6. *de perſonis num.* 70. F

B G



C H

D I

E K

 F

DE
B **TYPOGRAPHIA,** G
ET
TYPOGRAPHORVM
STATV.

C H

LAtebāt ſub obli-
uionis tenebris
ſciētum fulgo-
res virorum;
qui, licet chartis
D cōmiſſi, ſui præ-
ſeferrent pom-
pam; vetuſtatis,
attamen curſu
tineas vel paſcebant inertes, vel abditi
nullo erant in pretio: quoniam ſæpiùs
in libris, tenuioribus nimirùm arborum
corticibus, non raró in tilijs, in arborum
folijs interdum, in citreis aliquando
pugillaribus ſapientum ſenſus cuſtodie-
bantur: eburnei pugillares, membra-
E nei; Vitelliani ſcientiarum tuebantur
monumenta, vt Martialis in Apopho-
retis refert: Gypſatis etiam in tabellis
alboque illitis colore; linteis etiam
elephantiniſque, cuiuſcumque negotia
ſcribebantur, vt habemus ex Tholoſano
lib. 16. cap. 6. de Republica. Humanum
hinc ingenium, cui nullas poſuit auda-
cia fines, opus adinuenit, cuius auxilio
cunctorum oculis, ſcientiarum, diſci-
plinarumque præcepta exponerentur
Typographiam nimirùm; vnde, cum
de ſcientijs verba fecerim, de tam illu-
ſtri arte loqui res exigit, dum ipſius ope
mei labores perenni viuent æuo: hæc I
autem nil aliud extat, quàm ars, è cuius
miniſterio tali literarum typi connectũ-
tur induſtria, vt ſenſus non ſolùm atra-
mento perliti integros, verum etiam
diſcurſus legentum afferant ſtudio, ip-
ſius autem nomen ex τυπτω, verbo, ſci-
licet inſculpo, & γραφω, hoc eſt ſcriptu-
ra, ortum demonſtrat; ex eo quia opor-
tet, vt literarum inſculpti characteres
ita comprimantur, vt ſcripta edant, li- K
brorumque emittant volumina. Adeò
admirabilis autem artis inuentor varia
perhibetur ſententia; nam ex Polydo-
ro Virgilio *de Inuentor. rer. lib. 2. cap. 7.*
habemus, quòd Germanus quidam, no-
mine Petrus, Moguntiæ ciuis, literarum
quacumque imprimendarum materie
artē mira ingenij ad inuenerit ſedulita-
te: etſi poſtmodū Conradus, in Germa-
nia

quidem Ioannes Arnoldus eſt modulatus in ipſius laudem.

Hac ars è tenebris Muſas, Vateſque reducit.
Certaque tranſacti temporis acta refert:
Senſibus hac aperit cæcis oracla ſophorũ
Explicat, & ſummi iuſta ſecreta Dei.

D E HIS, QVAE OCCVRRERE *circa Typographos valent.*

Cap. Vnicum.

PLeraque hoc interueniunt ad opus, vt bene ex Typographis noſcatur quid agi ex ipſis ſit neceſſe, & quidem explicatur quod ex Leone X. *in conſtit. 12. incipiente:* Inter ſollicitudines in Cherubini bullario, prohibetur, libros typis mandari, abſque eo quòd Vicarij, & Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici in Vrbe approbatio interſit, ac Epiſcoporum etiam, alijſque in locis Inquiſitorum, cum publico igni deuoueantur in aſpectu libri, qui huiuſmodi ſine circumſtantijs impreſſi, & centum afferantur ducata; Baſilicis Apoſtolorum Principibus, Petri, & Pauli, applicda: cuius tenor Decreti hic fere eſt. *Statuimus, & ordinamus: quòd de cætero perpetuis futuris temporibus nullum librum aliquem, ſeu aliam quamcumque ſcripturam tàm in Vrbe noſtra, quàm alijs quibuſuis Ciuitatibus, & Diœceſibus imprimere, ſeu imprimi facere præſumat, niſi prius in Vrbe per Vicarium noſtrum, & Sacri Palatij Magiſtrum: in alijs vero Ciuitatibus, & Diœceſibus per Epiſcopum, vel alium habentẽ peritiam ſcientiæ libri, ſeu ſcripturæ huiuſmodi imprimendæ ab eodem Epiſcopo ad id deputandum, ac Inquiſitorem hæreticæ prauitatis, Ciuitatis, ſeu Diœceſis in quibus librorum impreſſio huiuſmodi fieret, diligentèr examinentur, & per eorum manũ propriã, ſubſcriptionem ſub excommunicationis ſententia gratis, & ſine dilatione approbentur. Qui autem ſecùs præſumpſerint, ultra librorum impreſſorum amiſſionem, & illorum publicam combuſtionem, & pœnam pecuniariam, & anno continuo exercitio impreſſionis ſuſpenſionem, excommunicationis ſententia innodati exiſtant.* Tridentini etiam Concilij *ſeſs.* 4. de editione, & vſu ſacrorum librorum, ita: *Sed & impreſſoribus modum in hac parte, vt par eſt imponere volens, qui iam ſine modo, hoc eſt, putantes ſibi licere, quidquid libet, ſine licentia ſuperiorum Eccleſiaſticorum ipſos ſacræ ſcripturæ libros; & ſuper illis annotationes, & expoſitiones quorumlibet indifferentèr ſæpe tacito, ſæpe etiam ementito prælo, & quòd grauius eſt ſine nomine authoris imprimunt, alibi etiam impreſſos libros huiuſmodi temerè venales habent, decernit, & ſtatuit, vt poſthac ſacra ſcriptura, potiſſimum verò hæc ipſa vetus, & vulgata editio quam emendatiſſimè imprimatur, nullique liceat imprimere, vel imprimi facere quoſuis libros de rebus ſacris ſine nomine authoris; neque illos in futurum vendere, aut etiam apud ſe retinere, niſi primum examinati, probatique fuerint ab ordinario ſub* pœna anathematis, & pæcuniæ *in canone Concilij nouiſſimi Lateranenſis appoſita, & ſi regulares fuerint, vltra examinationem, & probationẽ huiuſmodi licentiam quoque à ſuis ſuperioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris, iuxta formam ſuarum ordinationum: qui autem ſcripto eas communicat, vel euulgant, niſi antea examinati, probatique fuerint, eiſdem pœnis ſubiaceant, quibus impreſſores, & qui eos habuerint, vel legerint, niſi prodiderint authores. pro authoribus habeantur. Ipſa vero huiuſmodi librorum probatio in ſcriptis detur, atque ideo in fronte libri, vel ſcripti, vel impreſſi authenticè appareat: idque totum, hoc eſt & probatio, & examen gratis fiat, vt probanda probentur, & reprobentur improbanda.* Qua quidem Concilij deciſione lectiones ſcimus annotationes, diſputationeſque, necnon quædam ſimilia contineri, quemadmodum permanentes tum ad deuotionem, tum ad coſciẽtiarum tranquillitatem tractatus, fra-

trumq;

Digitized by Google

A trumque ſtimulationes, atque eiuſdem
generis nonnulla, quæ ſibi inuicem fra-
tres communicāt illo tamē intento, quo
imprimantur *ex Fr. Emman. quaſt. re-*
gul. to.2. quaſt. 104. *art.* 1. *in fine.* Gal-
lett. *in margarit. caſuum conſcientia.* Qua
proter reſolutio infertur è Suar. *de cen-*
ſur. diſp. 23. *ſect.* 7. *num.* 2. Filliuc. *trac.*
14. quòd vbi manuſcripta, quæ alijs cō-
municantur ſacris peragunt de rebus,
B excommunicationē incurrunt, vt Con-
cil. Trident. *dicta ſeſſ.* 14. *in fine.* Addit
vero Bonacina *diſp.* 2. *quaſt.* 2. *par.* 16.
num. 12. *verſ. hoc tamen*: hoc intelligi
oportere, ſi libri ſuſcipere nomen ma-
nuſcripta valeant: in Tridentino ete-
nim de libris mentio efficitur, ex quo
conſequens eſt, quòd communicans al-
teri conciones, Theologica ſcripta, ora-
tiones priuatas, prælectiones, annota-
C tiones, ac ſacris obſeruationes de re-
bus, & iuxta ſupra ſcriptam ſolemnita-
tem approbatas, minimè incidunt in
excommunicationem: Concilium nam-
que de libris qui ſcribuntur, aut etiam
eduntur, vt alijs communicentur verba
facit, quæ quidem manuſcripta exara-
ta neutiquam fuere, vt librorum euul-
gentur per modum, ſed priuatum ad
vſum, commodumq; conſtructa. Azor.
D *quaſt.* 4.
Quo autem in caſu edi concluſiones
informationeſque, poemata, vel oratio-
nes, alicuius in laudem compoſitas
oportet, in libri etiam ti non effician-
tut ſimilitudinem, huiuſmodi ſeruari
ſolemnitas Concilij Lateranenſis diſ-
poſitio debet, cum quicumque liber,
aut quæcumque alia ſcriptura, Bonac.
punc. 16. *nu.* 11. qui receptum affirmat
E Mediolani, vſum haberi, vt conſulta-
tiones aliaque, quas adhibent conten-
tioſo litigantes in foro, ſcripturæ abſq;
eo, quòd ſuperiorum examen præce-
dat, atque approbatio, imprimantur:
huiuſmodi fermè conſuetudinem dicit
videri receptam cum ſcientes locorum
extent. Ordinarij, & Inquiſitores, non
deſideratur namq; tempus vt hæc exa-
mini ſubijciantur, & ſæpe imminet in
mora periculum; ex qua non leue de- F
ſcenderet litigantibus damni, quòd te-
ſtatur Matritenſi obſeruatum in Curia
nonnullas cum eo iuris informationes
in loco typis daret, Barboſa *de offic. &*
& poteſt. Epiſcop. p. 3. *allegat.* 91. Extat
etiam *in p. Prag. tomo tit.* 81. de libris
non imprimendis ſine licētia Proregis,
ſanctio hiſce fere concepta verbis. *Per-*
che per eſperienza s'hà viſto, che in queſto
Regno ſi ſtampano, e ſi hanno ſtampato di- G
uerſe opere tanto latine, quanto volgari
ſenza eſſere reuiſte da perſone intelligenti,
come ſi coſtuma in altri luoghi, e parti doue
ſi ſuole ſtampare, fra le quali opere vi ſono
alcuni di tal continenza, e modo, che ſe foſ-
ſero reuiſte non ſi laſciariano ſtampare, del
che ne riſultano molti inconuenienti, e vo-
lendo noi obuiare à quello, che ſopra ciò po-
teſſe ſuccedere; fatta diſcuſſione nel Sacro
Regio Conſiglio con voto, e parere di quel- H
lo, per la preſente Prammatica, Santione
perpetuo valitura, & duratura, ſtatuimo,
ſancimo, & ordinamo, che di quà innanzi
neſſuna perſona di qualſiuoglia autorità, e
degnità ſi ſia, tanta ſtampatori, quanto al-
tre debbia ſtampare, ne far ſtampare direc-
tè, vel indirectè neſſuna opera di qualun-
que qualità, tanto latina, quanto volgare, I
ſenza noſtra eſpreſſa licenza, ò dell'Illuſtri
Vicerè, che pro tempore ſaranno, che pri-
ma non ſia reuiſta per perſone, le quali ſa-
ranno elette da noi per riuedere dette ope-
re, e le perſone che contrauerranno ſiano in
pena di onze cento applicande al Regio Fi-
ſco, e di ſtare in galera in vita, e contra le
perſone contrauenienti poſſa il Fiſco prin-
cipaliter agere.
Quis etenim neget, quòd optimè K
Reipublicæ Moderatores ſub conſide-
rationis ponentes trutina, quod eueni-
rent ex talium labe librorum damna;
huiuſmodi edere verità ſtuduere? nam
quemadmodum ex integra librorum
doctrina ſuauitèr hominum animi ad
virtutem impelluntur, & vitiorum ex
curſu declinare non negligunt, pari
etiam forma, vbi improba eorum ex-
tet materies, ac diſpoſitio aures corrū-
puntur legentium; vnde iure quidem
op-

A optimo. hæc, velut nociua, tàm doctis,
quàm craſſæ hominibus Mineruæ de-
bent expelli, Vlpian. *in l.4. §.tantundem
ff. famil.erciſcun.* Lyncea tali de re vi-
gilantia Moderatores: huiuſmodi ex-
cuſſionem librorum voluere interdictã,
vt Reipublicæ ſplendorem propria in
pulchritudine conſeruarent,& tam im-
pia in mores, religionemque venena
euellerent, velut ad tumultus, diſſen-
B tioneſque impetuoſo excitandos turbi-
ne ſatis idonea: nec prætereas quòd idẽ
in Ethnicorum fuit obſeruatione, dum
quidquid tali noxium ratione ſcriptis
inſpiciebant traditum, ignis deuoue-
bant voracitate; & omni exterminabãt
ex legentium oculis rigore, ita Plato
lib. de legibus 7. cum libros euoluiſſet,
qui ſtylo parum religioſo de Dijs ver-
ba faciebant, longè pellendos iudica-
C uit, & luce, non famæ, ſed flammarum
dignos exiſtimauit: nõ diſſimili ſe Præ-
tor Vrbanus modo Romæ ſe geſſit,qui,
vt refert Valer. Max. *lib. p. cap. pr.* vbi
libros excepiſſet Religionis ſeueritatẽ
diſſoluentes in populi conſpectu,totius
facultate Senatus igni tradidit in pul-
uerem redigendos, quemadmodum, &
Abderites Pythagoras perpatraſſe per-
hibetur, vt refert Cicero *lib. 1. de natur.
D Deor.* Omni ergo typographi aufugiãt
conatu, ne prælo ſcripta mandent, quæ
religionem aduerſus, bonorumque in-
tegritatem morum conſurgunt, ex eo
quia, vbi aliqua huiuſmodi libri, ſorte,
ipſorum reperiantur in facultate, &
nullo modo contineãt hæreſim,Epiſco-
rum arbitrio, abſque eo quòd Inquiſi-
tores in hæreticam prauitatem interſint
punitionem ſubire compellẽtur, & ip-
E ſorum terminatur cauſa, *cap. accuſatus
de hæretic.* Eymer. *in direct. Inquiſit. qu.
42. n.1.* quod ex aduerſo accidit, cum
manifeſtam præferre hæreſim certum
eſt: hæc quoniam cognitio ad Inquiſi-
torum ſpectat facultatem, cum nulla
reputentur digni excuſatione, ſi eos cõ-
burant; nã minimè ſatisfaciunt, eoquòd
neceſſariò illos ad Inquiſitorum manus
ducere conuenit, vt explicatum ex del-
Rio *diſquiſit. magic. lib. 5. sect. 17. verſic.* F
ſunt autem tales libri; Sanchez *in præcep.
decal. lib.2. cap. 10. num. 16.* Azor, *in-
ſtit. mor. p. p. lib. 8. cap. 16. qu. 11.* Diana
reſol. p. p. tract. 11. reſol. 37. Riccius *de-
ciſ. 253. num. 4. & deciſ. 260. nu. 7. p. 4.*
Pegna *in add. ad Emeric. p. 2. contrŏu. 3.
verſic. præterea*: quo affirmat in loco hos
neceſſe libros realiter, & cum effectu
Inquiſitorum manibus conſignari; cu-
ius opinionem generis tenet Farinacc. G
de hæreſ. quæſt. 180. *num.* 4. quidquid
ex aduerſo ſcriptis tradiderit Zacchia
in tractat. de hæretic. cap. 7. ſub n. 6.

Sedetenim ſi hæretica imbutos labe
libros fuerint auſi typis committere
impreſſores, excommunicationis ſubi-
re pœnam coguntur, vt placuit Farin.
d. quæſt. 180. §. p. n. 19. cum autem apud
ſe hæreticorum retinere libros neuti-
quam dubitauerint; abſque eo quod H
authoris interſit nomen, ipſi (quo in ca-
ſu authorem minimè demonſtrent) au-
thores eſſe reputantur, Farin. *loco cit. n.
21.* vbi verumtamen corruptos ortho-
doxorum libros reddiderint, vel quid-
quam in illis miſcuerint falſi, aut hæ-
retica ſuppoſuerint dogmata, excom-
municationis pœnæ rei habebuntur, &
veluti hæretica infecti lue arbitrio In-
quiſitorum punitionem excipient. Fa- I
rinac. *ibid. num. 14.* quo in loco quibus
Typograbi modis Catholicorum falſi-
ficare dicantur libros.

Quid vero de vetitorum lectura, nec
non retentione librorum adducam? id
cuicumque prohibitum habetur, cum
tàm Typographi ipſi, quàm reliqui eo-
rum inſiſtentes lecturæ, ſi hæreſim ex
inſtituto pertractent, vt ſunt damnati
opera Caluini, Lutheri, ac reliquorum K
huius claſſis hominum in excommuni-
cationis incidunt pœnam, cuiuſmodi
fermè excommunicatio Pontificiæ re-
ſeruatur abſolutioni; cum ipſi in Bulla
Cœnæ Domini extent. incluſi, eius
namque cenſuræ Pontificis arbitrio au-
feruntur, & ex eo habentibus poteſta-
tem, vt poſt Nauarr. *conſ. p. quæſt. 35.
de conſtit.* ſcripſit Riccius *deciſ. 255. n. p.*

A ſupremo Inquiſitore Hiſpaniarum, contenta ante indicẽ librorum prohibitorum, & tenor huiuſmodi. *Mandamos, que ningun Impreſſor, ni otro qualquiera imprima libros de Autor condennado por la primera claſſe, ſaluo aquel, ò aquellos, que por commiſſion de ſu Santidad ſe eſpurgaren, ò que ſe permitien corregidos, conforme al eſpurgadorio de eſte indice. Y hauiendoſe de imprimir alguno, ò algunos*
B *deſtos, ſe ponga en el titulo la nota de la condennacion de lo Autor; paraque ſe entienda, que aunque el libro, ò libros ſe reciben quanto à algunas coſas, el author ſe reprueua. Y tambien ſe haga mencion dela antiqua prohibicion, y nueua eſpurgacion, y permiſſion.* Quo datur exemplum in loco, quòd ſi euenerit imprimi opera Ioannis Auentini, annalium Boiorum libri ſeptem, poſt verba *Ioannis Auen-*
C *tini*, addirur, *Authoris damnati*, & poſt verba *Libri ſeptem*, apponatur, *olim editi, ac prohibiti, nunc verò iam repurgati, ac permiſſi.*

Vt optimè autem ſciant Typographi quomodo ſeſe gerant in operum impreſſione, venit diſcutiendus caſus, an feſtis typographiam diebus exercere ſit licitum? pro cuius reſolutione affirmatiuam fero cum Diana *reſol. 62. tract. 4. miſcellan. p. 4.* & Paul. Layman.
D *in theol. moral. lib. 4. tract. 7. cap. 2. n. 7.* quòd quemadmodum damnari haudquaquam pictores poſſunt, ſi poſtquam rei ſatisfecerint diuinæ, artis exercitio, abſque ſcandalo inſiſtant; æquali Typographi ratione qui characteres ordinent, & componant, librorum quamuis impreſſio ſeruile opus exter, nullo modo illicitam faciunt operam, & ſi ob
E mercedem adhibeatur, hoc namque per accidens ſeſe habet.

Videndum inſuper eſt an Typographi, ſcriptores, compoſitoreſque ad ieiunium teneantur peragendum, & circa hoc affertur ſententia Dianæ *reſol. 56. tract. 7. miſcellan. par. 8.* quòd nullo modo ad hoc extant obligati; quamquam Ioan. Machad. *de perfecto Confeſ. tom. 2. lib. 6. par. 8. docum. 4. num. 2.* qui F
abſolutè dicit, Typographos hoc ab onere excuſari, Compoſitores verò minimè, exiguus quoniam labor extat; quamuis Eugenij IV. Conſtitutione generalitèr omnes excusãtur ex ieiunio Artifices, cum licet ipſi exiguè in labore verſentur; non adeò tamen ſe habet, vt ſcriptorum æquiparatus labori maior non ſit: eo quòd illi nonnullis excuſati veniunt circa hoc ex Doctori- G
bus, illius autem verba hæc. *La ſegunda obligacion conſiſte en aueriguar, ſi los que ſe occupan en el exercicio de la impreſſioq eſten excuſados del ayuno. Para cuya intelligencia ſe ha de aduertir, que todos los Doctores conuienen en que los Tyradores, y Batidores eſtan excuſados de la obligacion del ayuno, porque verdaderamente el trabajo, que tienen es my grande, y incompatible con el ayuno. Queda pues du-* H
doſo ſi los Componedores eſten excuſados del ayuno, la mas probable, y recebida opinion es, que no; porque el trabajo, que tienen es leue, y muy compatible con el ayuno. Pero la general conceſſion, ò declaracion de Eugenio IV. en que indiſtinta, y vniuerſalmente eſcuſa de la obligacion del ayuno à todos los Officiales de qualquiera Arte, ò miniſterio, que ſean, y lo cierto es, que aunque parece, que el componer los characteres, es officio de poco trabajo, por el I
poco exercicio corporal, no es tan pequeño, que no ſea mayor, que el de los que eſcriuen, traſladan, y pintan, à los quales muchos Doctores los eſcuſan, como veremos adelante, quando tratemos de ſus obligaciones. Demas de que para cumplir con con ſus jornadas les es fuerza madrugar mucho, y velar, con que afligen la cabeza, y enflaquecen el eſtomago, cauſas por ſi babaſtante para eſcuſarlos del ayuno, ſegun K
doctrina comun de los Doctores. Hæc ex Machado notauit Diana; in quibus ſinem meæ reſpiciunt lucubrationes, tot ſudorum, laborumque profuſione in lucem eductæ; cum rei conſentaneum fuerit, de illis pertractare, quorum ope immortalitatis inocciduum

ſibi

A ſibi opus hoc ſplendorem aſſumet : ſed tamen vellem, vt beneficij memores, quam poſſunt omni abſterſos labe meos emittanl libros, quibus & optimam apprecor fortunam, & inconcuſſam in aduerſis fortitudinem. F

AVTHORIS PROTESTATIO.

SEd ſi fortè (quod Deus auertat) quidquid Ortodoxæ integritate fidei deuium in meis reperiatur ſcriptis, non ſolum candido dictum animo, Sacræ B *Romanæ, verum etiam ſuppoſitum cenſuræ volo, cum omni vitæ meæ curſu,* G *obedientem vt filium decet me, illam erga geſſerim : hinc ſi pedem in aliquod impingas, quod nimiam ſapiat duritiem, non ſubdolo prolatum calamo puta, ſed excidenter prolapſum.*

F I N I S.

C H

D I

E K

INDEX

NOTABILIVM INDEX RERVM.

QVÆ IN SECVNDO OPERIS TOMO Continentur.

A

ACtuarij, Vide Commiſſarij.

Accuſatione propoſita nomine Principis, & M.R.C. an Capitaneus poſſit reum bannire. D. fol. 376.

Adminiculum quid, & quotuplex, & eius effectus. H. 387.

Admirati magni poteſtas in rebus maritimis. C. & ſeq. 559.

Adulatio, & eius effectus. Vide Proregibus quàm abominabilis.

Aduocatorum numerus olim non ita frequens, & eorum qualitates. K. & & ſeq. 305. H. & ſeq. 306.

Adoratio imaginum, eius definitio, & ſpecies. A. & ſeq. 690. ad A. 700. quibus debetur, ibidem.

Aduocatorum M. R. C. & Patrimonij munus, electio, ſalarium. E. & ſequ. 306. an poſſint iſti pro alijs aduocare. D. & ſeq. ibidem. an ipſis abſentibus poſſint eorum cauſę agitari, & ad ſententiam perduci. D. & ſequ. 307. Eorum priuilegia. G. & ſeq. ibidem. & G. & ſeq. 311. A. & ſeq. 312. An poſſint pro ſuſpectis allegari. A. & ſeq. 308. A. & ſeq. 309. an teneantur omnes lites conteſtare, quæ in Principem conſurgunt. E. & ſeq. ibidem. & illis aſſiſtere. G. & ſeq. ibidem. A. & ſeq. 310.

Aduocati Fiſcales M. R. C. & Patrimonij an poſſint ab incepta lite deſiſtere, ſi cognoſcant, illam iuſtitiæ aduerſari. D. & ſeq. 310. quomodo ſe gerere debeant in cauſis contra Principem, & in votis. G. & ſeq. ibidem. & quomodo in ſui, ſuorumque defenſionem, & pauperum. A. & ſeq. 311.

Aduocati fiſcales an concedendi Archiepiſcopis, Epiſcopis, &c. I. & ſeq. 312. A. & ſeq. 313.

Aduocati pauperum, eorũque munera. E. & ſeq. 313. A. & ſeq. 314. & an ad patrocinandum pauperibus alij compelli poſſint. B. ibidem.

Aduocatorum priuatorum munus. D. & ſeq. 314. quam eos deceat liberalitas, & auaritia dedeceat. A. & ſeq. 315.

315. Exempla. ibidem. A.& ſequen. 317. Mala ex eorum auaritia, G. & ſeq. 315. A. & ſeq. 316. vbi exemplum.
Aduocatis quale, & quando ſalarium conueniat,& ad quid. D.& ſeq.316. A. 317.
Aduocati duplex ſuſcipientis patrocinium pœnæ. F.& ſeq.320.
Aduocati de quota lite contrahentes quibus ſubijciantur pœnis. E. & ſeq. 317. Ampliationes. K. ibidem. A.& ſeq.318. A. & ſeq.319. Rationes ibidem. Limitationes. A.& ſeq. 320.
Aduocati præuaricatores, qui dicantur. I. & ſeq.320. eorum pœnæ. K. ibidē. A.& ſeq.321. limitationes. C.& ſeq. ibidem. A.& ſeq. 322.
Aduocati cauſam minus probabilem patrocinandam ne ſuſcipiant, nec clientes ad litigandum ſtimulent. C. & ſeq.322. Ampliatio. H.& ſeq. ibidem. A.323. Nec tot recipiant cauſas, quibus non poſſint neceſſariam diligentiam adhibere, B.& ſeq.323. ne ſint ſophiſtici, &c. H. ibidem. nec pro vili aduocent ſalario. k. ibidem. A.324.
Aduocati patrocinari non recuſent. B. A.& ſeq.324. & ibi pœna.
Aduocati in defendendis pauperibus, quomodo ſe gerant. D. & ſequ.324. A. & ſeq.325. quomodo circa ſcripturas, & allegationes præſentatas. I. & ſeq.325. A.& ſeq. 326. quid ſi mendacia, vel falſas authoritates, vel ſcripturas Iudici proponant. E.& ſeq. 326. quid ſi conſiliū dederint, rebus publicis, vel Principi præiudiciale. I. & ſeq. ibidem. A.327. quanti facere debeant veritatem. G. & ſequ. ibidem.
Aduocatorum culpa quotuplex, & ex qua teneantur ad damna. H.& ſequ. ibidem.A.& ſeq.328.
Aduocatus quomodo deponatur à munere, ætate. H. & ſeq.328. quomodo caſu. A.& ſeq.329 Limitationes. ibidem. quomodo ſexu. E. & ſeq. ibid. quomodo lege. G. & ſeq. ibidem. L. & ſeq.330. Limitationes. K. 329. A. & ſeq.330. quomodo ſententia, & alijs cauſis. A.& ſeq.331.
Aduocatis quæ obijci poſſunt, vt à munere impediantur. G. & ſeq.331. A. & ſeq.332.
Aduocatis, quæ priuilegia militum competant. B. & ſeq. 333. quæ alijs aduocatis. A.& ſeq.334. ad A. 336. cum ſeq.
Aegypti Reges quomodo vellent, vt Iudices ſeſe gererent, circa Regis præcepta, æquitati non adhærentia. D. & ſeq.40.
Algoziri. Vide Apparitorum.
Alexandri reſponſio Dario, dimidium Regni offerenti. K.38.
Alphonſi Regis Aragoniæ veſtium moderatio. B.267.
Anatomiæ cauſa, reorum cadauera an accipi poſſint. k.499.
Angliæ Rex, an ſub Imperij iuriſdictione ſit. D.105.
Antiochi tertij præceptum ſubditis, ſi quid ab ipſo contra rationem, & leges præciperetur. C.& ſeq.40.
Apodixæ Mercatorum. Vide cābium, & cambiorum.
Apparitorum neceſſitas. C.& ſeq. 476. nomina. E. & ſeq. ibidem. A.& ſeq. 477. ſpecies. D. & ſeq. ibidem. officia. H. ibidem. quæ fides illis adhibenda, & quando. K. ibidē. A.& ſeq. 478. A.& ſeq. 479.
Apparitores quomodo ſe gerere debeant in mandatorum exequutione, & reorum captura. B. & ſequ. 480. A. & ſeq.481. quomodo, de iniurijs ab eis illatis, puniendi. D.& ſeq. ibidem. & à quo. H. ibidem.
Apparitoribus an moderamen inculpatæ tutelæ competat in exceſſibus ab eis commiſſis. I.& ſeq.481. A.& ſeq. 482. at an excuſatio, ſi iniquam exequantur ſententiam. I. ibidem. A. 483.
Apparitoribus virgæ geſtatio ad quid, & an neceſſaria. B.& ſeq. 483. & eā non portantibus quod obſit. k. 485.
Apparitoribus iniuriam inferentes, vel

ab

ab eorum manibus aliquem eximentes qua pœna plectendi. D. & ſeq. 483. A. & ſeq. 484.
Apparitores excubias exercere debent. E. & ſeq. 485. K. ibidem A. & ſeq. 486. & quomodo. ibidem.
Apparitores munus ſuum alijs ne demandent. E. 484. & captum ad Iudicem non deferant, & quare ibidem.
Appellatio cur ad inuenta, & quotuplex ſit C. & ſeq. 245.
Apodixæ cambij, & Tabulæ vis. vide cambiorum literæ, & mercatorum literæ.
Aragoniæ Rex an ſubſit Imperatori. C. 105.
Argiriæ nundinarum Priuilegia C. 64.
Archiduces, vel magni duces, qui. F. 151.
Archiepiſcopus an poſſit in diœceſi ſuffraganei Iuriſdictionem exercere. D. 267.
Argumentum quid ſit. E. 387.
Armandiæ ſeu Armaniæ, quid & vnde dicantur. B. & ſeq. 57. qualiter ad Reges ſpectant H. & ſeq. ibidem A. & ſeq. 58.
Arithmetica, & multa circa ipſam conſideranda, & eius effectus C. & ſeq. 614. ad F. 623.
Arma, præter quam ad certum vſum, priuatis qualiter prohibita G. & K. 57. & cuius criminis reus ſit tranſgreſſor ibidem A. & ſeq. 58. cur vetita, & quid ea portantes inimicis fidei. C. & ſeq. 58. B. & ſeq. 509. B. ſeq. 511.
Armorum Capitanei ordinarij quot, eorum ſalarium, armati milites, & poteſtas. G. & ſeq. 403. ad F. 407.
Armorum Capitanei extraordinarij, eorum munus, ſalarium, poteſtas obligatio. E. & ſeq. 405. ad A. & ſeq. 407.
Aſyla quid F. & ſeq. 702. earum origo H. & ſeq. ibidem Priuilegia ibidem A. & ſequenti 703.
Aſſeſſor, vide Conſultoris.
Aſſecuratio mercium cur inuenta, quid ſit an licitum, ex ea lucrum. G. & ſeq. 559. A. & ſeq. 560. quando valorem habeat, quando non. D. & ſeq. ibid. A. & ſeq. 561. ad D. 564. vbi varij ponuntur caſus.
Aſtrologia quàm nauticæ arti neceſſaria aſtronomiæ, & himologia, & aſtrologiæ ſpecies. D. & ſeq. 567. A. & ſeq. 568. quæ aſtrologiæ pars prohibita, & quibus pœnis, & quæ permiſſa ibidem A. & ſeq. 569.
Aſtrologorum iactantia ab inferiorum effectu, vt ſibi fides præſtetur G. & ſeq. 569. A. & ſeq. 570. eorum halucinatio confutatur. ibidem.
Aſtrologicæ conſiderationes in figuræ creatione A. & ſeq. 578. ad A. 583. examinantur caſus A. & ſeq. ibidem in aeris varijs mutationibus C. & ſeq. 584. ad D. 599.
Auſtriæ archidux an Imperatoris poteſtatem recognoſcat. Z. 105.

B

BAcchum ſequentium mala, vide vinum, & Iudices Affectus.
Banni nequiſita in delinquentes E. & ſeq. 375. A. & ſeq. 376.
Bannitorum bona quibus applicanda. F. & ſeq. 376. A. & ſeq. 377.
Baratrariæ reitas, læſæ Maieſtatis crimini, & Simoniæ comparata G. & ſeq. 252. eius, & repetundarum pœna B. 253.
Baronum nomine qui veniant. C. & ſeq. 149. A. & ſeq. 150. quid ſint K. 152. A. & ſeq. 153. cur diuites vocati A. ibidem cur conſtituti B. ſeq. ibid. dignitas D. & ſeq. ibidem Iuriſdictio F. & ſeq. 153. quando eis conueniat merum, & mixtum Imperium quando non. A. & ſeq. 154. quando iuriſdictio vſurpatur. k. ibidem A. 155.
Baro poteſt vaſſallis prohibere, ne aliũ adeant Iudicem C. & ſeq. 155. ſed quid, ſi cauſa ſit Eccleſiaſtica. F. ibidem, vel vaſſalli alterius velinoIu-

 dicis

dicis prorogare iuriſdictionem H. & ſeq. ibidem, vel lites agitent in dominum? K. ibidem. *A*. & ſeq. 156.

Baroni an competant commoda pœnarum, & quando? k. 256. *A*. & ſeq. 157. & remiſſiones facere? B. & ſeq. ibidem.

Baro an poſſit Iudici non ſubdito cauſam, quam cum *V*aſſallo agitat, dilegare? E. & ſeq. 157. & an poſsit ipſe, vel Vaſsallus eſse Iudex? G. & ſeq. ibid. *A*. & ſeq. 158.

Baro an poſſit Banna annonæ non extrahendæ, penuriæ temporibus promulgare? C. & ſeq. 158. ſubditis fluminis aquas ad rigandum prohibere? G. & ſeq. ibidem an leges, & edicta reijcere? I. & ſeq. ibidem *A*. & ſeq. 159. *A*rmorum delationem inhibere? D. & ſeq. ibidem.

Baronibus an competat vniuerſitatis adminiſtrationes cogere ad computum publicæ adminiſtrationis reddẽdum? E. & ſeq. 159.

Barones an poſſint pęnalia conſtituere, & quomodo? G. & ſeq. 159.

Baronibus an competat in Vniuerſitatibus, ſibi non ſubiectis, officialium creatio? *I*. et ſeq. 159. A et ſeq. 160. et eorum delicta *I*nquirere? G. et ſeq. ibi.

Baronum *I*us in modo procedendi H. 160. In baronalibus exigendis *A*. 161. in Criminum punitione contra Regios apparitores, in eorum territorijs delicta patrantes B. & ſeq. ibidem, & quid in declinatione fori? E & ſeq. ibidem.

Barones an appellationis Iudicem conſtituere poſſint? G. & ſeq. 16. & quid in ſecundis cauſis ſeruandum? G. & ſeq. ibidem. *A*. & ſeq. 162.

Baronum prælatio in rebus à vaſſallis venditis, vel vendendis D. & ſeq. 162.

Baronum Ius circa confiſcationem, & creationem Coadiutoris fiſcalis G. & ſeq. 102. *A*. & ſeq. circa commoda pęnarum C. ibidem, & circa ſucceſſionem in bonis vacantibus vaſſallorum E. & ſeq. ibidem.

Baro an poſsit fructus meri, & mixti Imperij, ac ſtatum locare? & quid ſi ſtatum Ingabellauit nulla facta mentione meri, & mixti Imperij? G. & ſeq. 163.

Baro Ius. habet in demanialibus territorij cum ſuis animalibus paſcua deſumendi, & an poſſit hoc Ius locare, & an Ingebellato ſtatu intelligatur pariter hoc Ius ingabellatum? *A*. & ſeq. 164.

Baro an Ius habeat in nefandum ſcelus committentes, & quæ requirantur, vt poſſit de tali crimine cognoſcere? H. & ſeq. 164. *A*. & ſeq. 165.

Baronum poteſtas circa vaſſallorum correctionem C. & ſeq. 165. circa delinquentes in proprio territorio F. & ſeq. ibidem, & quid ſi delinquens ſit originarius vaſſallus alterius Baronis? H. & ſeq. ibidem *A*. & ſeq. 166.

Baro an poſsit ſine cauſa forenſem expellere, vel Vaſſallo prohibere, ne eum apud ſe recipiat? D. & ſeq. 166. & quid ſi externus ſit perſona Eccleſiaſtica? H. ibidem.

Baro an poſsit ſubditos ad excubias, & carcerum cuſtodiam compellere? I. & ſeq. 166. *A*. & ſeq. 167.

Baro an poſsit habitationis tranſmigrationem vaſſallis prohibere? B. 167.

Baronum ius circa tutorum conſtitutionem C. 167.

Baro an poſsit in locis demanialibus, vel vbi princeps moratur, Vaſſallorum cauſas tàm ciuiles, quàm criminales cognoſcere? D. & ſeq. 167.

Barones an in aliquibus caſibus poſſint à Vaſſallis iuuamen poſtulare? k. 167. A. & ſeq. 168.

Barones an prohibere poſſint ne exteri victualia vendenda ferant, ne ſubditi aliò merces transferant, vel ne alibi quàm determinato in loco vendant? H. & ſeq. 168. & ne vaſſalli, vel fructus colligant k. 168. A 169. limitatio ibidem.

Barones an poſſint vaſſallis prohibere

ne

ne exſteris ſtabilia vendant?B. & ſeq. 169. ne ab alijs victualia emant?D. ibidem, vt viam per propria prædia præbeant ibidem, & cogere, vt ſibi neceſſaria vendant?E. ibidem.

Baro emens Pheudum an poſsit officiales mutare? F. 169. quid de Pheudi conductore? ibidem, & ſeq. & an in Officialium mutatione vniuerſitas interuenire debeat?H, & ſeq. ibidem & an Vaſſallos ad officia ſuſcipienda cogere poſſit? L. ibidem A. & ſeq. 170.

Barones quod ius habeant circa arma, inſignia, & auita ſtēmata efformanda?H. & ſeq.170.

Baronum ius contra vſurarios A.& ſeq. 170.

Barones an poſſint ſubditos cogere ad Regiorum hoſpitium, vt pro ſuo ſeruitio ad Regiam Curiam, aliouе accedant, vt priuata ſeruitia propria, vel aliena exequantur?C.& ſeq.171.

Baronum ius in criminoſos, & ad pœnas eis infligendas E. & ſeq. 171. A & ſeq. 172.

Baronum ius circa] Maria feudo adiacentia L & ſeq. 172. A. & ſeq. 173. an ibi poſſint Caſtrum ædificare?ibidem.

Baronum ius circa delicta in publicis vijs perpatrata, & circa ſubditos compellendos ad latronum perquiſitionem D. & ſeq. 173.

Barones an grauantes ſubditos poſſint cogi ad feudum vendendum, vel eo priuari, trina non præcedente monitione?A. & ſeq.174. & quid ſi prohibeant, ne Vaſſalli ad Regiam recurrant Curiam?E. & ſeq. ibidem.

Barones an poſſint guidatica cōcedere? A. & ſeq.175. ex arrupto procedere C. & ſeq. ibidem, Moratorias concedere dilationes?G. & ſeq. ibidem, vel miſerabile debitoribus ceſſionis bonorum tribuere? H. & ſeq. 175. aut ſuſpenſi cadaueri ſepolturam Eccleſiaſticam concedere? k. ibidem, vel in integrum reſtitutionem præbere, vel legitimare? A. & ſeq. 176.

Notarioſque creare, eoſque de falſi cognoſcere crimine?C. & ſeq. 176.

Baro an poſſit Gabellas imponere E. & ſeq. 176. an Medicorum, & pharmacopæorum delicta cognoſcere?G. & ſeq. 176. vel de criminibus in mari comiſſis?I. & ſeq. ibidem A.& ſeq. 177.

Barones an poſſint ſeſe congregare, ſi non interſint principis facultas?D. & ſeq. 177.

Barones an facere poſſint conceſſionem immunitatis realis, vel perſonalis? G. & ſeq. 177. vel vltimarum teſtatorum voluntatum mutationem? k. ibidem, vel inhabilem ad teſtandum, habilem reddere, vel ad infantem emancipandum authoritatem præbere, vel duodecim filijs grauator immunitate impertiri, vel nouam ędificare terram, aut dirutam excitare?A.& ſeq. 178.

Baronibus an liceat Vaſſallis inhibere, ne in alieno territorio ſeminent? D. & ſeq. 178. aut hoſpitia illis imponere aut eos ad ſibi commodum impellere?G. & ſeq. 178.

Baronibus an liceat nundinas, vel publica ſtudia inſtituere? k. 178. A & ſeq. 179. aut vt banniti ſecuri in baronijs permaneant? D. & ſeq. 179. & quid ſi id permittant?ibidem.

Baro debitor, ſi æs alienum in affictu inſurgat an poſsit prolationem quærere?H.& ſeq.179.

Baronis filij, & nepotes, eo mortuo, an poſsint à ſubditis fidelitatis Iuramentum expoſcere?k. 179. A.& ſeq. 180.

Baro an poſſit Vaſſallis interdicere, ne bona propria vendant, vt triticum, vinum, animalia tàm ciui, quàm extero, niſi prius baronis bona vendantur? C. & ſeq. 180. vel ne alienū Molendinum, torcular, trapetum, furnum, &c. adeant? G. & ſeq. ibid. A. & ſeq. 181. limitationes E.& ſeq. ibidem A. & ſeq. 182.

Barones an poſſint muris proprias terras circundare? E. & ſeq. 182. vel ſub-

3[...]3

Digitized by Google

dicis prorogare iuriſdictionem H. & ſeq. ibidem, vel liceс agitent in dominum? K. ibidem. *A.* & ſeq. 156.
Baroni an competant commoda pœnarum, & quando? k. 256. *A.* & ſeq. 157. & remiſſiones facere? B. & ſeq. ibidem.
Baro an poſſit Iudici non ſubdito cauſam, quam cum *V*aſſallo agitat, dilegare? E. & ſeq. 157. & an poſsit ipſe, vel Vaſsallus eſse Iudex? G. & ſeq. ibid. *A.* & ſeq. 158.
Baro an poſſit Banna annonæ non extrahendæ, penuriæ temporibus promulgare? C. & ſeq. 158. ſubditis fluminis aquas ad rigandum prohibere? G. & ſeq. ibidem an leges, & edicta reijcere? I. & ſeq. ibidem *A.* & ſeq. 159. *A*rmorum delationem inhibere? D. & ſeq. ibidem.
Baronibus an competat vniuerſitatis adminiſtrationes cogere ad computum publicæ adminiſtrationis reddẽdum? E. & ſeq. 159.
Barones an poſſint pęnalia conſtituere, & quomodo? G. & ſeq. 159.
Baronibus an competat in Vniuerſitatibus, ſibi non ſubiectis, officialium creatio? *I.* et ſeq. 159. A et ſeq. 160. et eorum delicta *I*nquirere? G. et ſeq. ibi.
Baronum *I*us in modo procedendi H. 160. In baronalibus exigendis *A.* 161. in Criminum punitione contra Regios apparitores, in eorum territorijs delicta patrantes B. & ſeq. ibidem, & quid in declinatione fori? E & ſeq. ibidem.
Barones an appellationis Iudicem conſtituere poſſint? G. & ſeq. 16. & quid in ſecundis cauſis ſeruandum? G. & ſeq. ibidem. *A.* & ſeq. 162.
Baronum prælatio in rebus à vaſſallis venditis, vel vendendis D. & ſeq. 162.
Baronum Ius circa confiſcationem, & creationem Coadiutoris fiſcalis G. & ſeq. 102. *A.* & ſeq. circa commoda pęnarum C. ibidem, & circa ſucceſſionem in bonis vacantibus vaſſallorum E. & ſeq. ibidem.
Baro an poſsit fructus meri, & mixti *I*mperij, ac ſtatum locare? & quid ſi ſtatum *I*ngabellauit nulla facta mentione meri, & mixti Imperij? G. & ſeq. 163.
Baro Ius. habet in demanialibus territorij cum ſuis animalibus paſcua deſumendi, & an poſſit hoc Ius locare, & an Ingebellaro ſtatu intelligatur pariter hoc Ius ingabellatum? *A.* & ſeq. 164.
Baro an *I*us habeat in nefandum ſcelus committentes, & quæ requirantur, vt poſſit de tali crimine cognoſcere? H. & ſeq. 164. *A.* & ſeq. 165.
Baronum poteſtas circa vaſſallorum correctionem C. & ſeq. 165. circa delinquentes in proprio territorio F. & ſeq. ibidem, & quid ſi delinquens ſit originarius vaſſallus alterius Baronis? H. & ſeq. ibidem *A.* & ſeq. 166.
Baro an poſsit ſine cauſa forenſem expellere, vel Vaſſallo prohibere, ne eum apud ſe recipiat? D. & ſeq. 166. & quid ſi externus ſit perſona Eccleſiaſtica? H. ibidem.
Baro an poſsit ſubditos ad excubias, & carcerum cuſtodiam compellere? I. & ſeq. 166. *A.* & ſeq. 167.
Baro an poſsit habitationis transmigrationem vaſſallis prohibere? B. 167.
Baronum ius circa tutorum conſtitutionem C. 167.
Baro an poſsit in locis demanialibus, vel vbi princeps moratur, Vaſſallorum cauſas tàm ciuiles, quàm criminales cognoſcere? D. & ſeq. 167.
Barones an in aliquibus caſibus poſſint à Vaſſallis iuuamen poſtulare? k. 167. A. & ſeq. 168.
Barones an prohibere poſſint ne exteri victualia vendenda ferant, ne ſubditi aliò merces transferant, vel ne alibi quàm determinato in loco vendant? H. & ſeq. 168. & ne vaſſalli, vel fructus colligant k. 168. A 169. limitatio ibidem.
Barones an poſſint vaſſallis prohibere

ne

ne exſteris ſtabilia vendant?B. & ſeq. 169. ne ab alijs victualia emant?D. ibidem, vt viam per propria prædia præbeant ibidem, & cogere, vt ſibi neceſsaria vendant?E. ibidem.

Baro emens Pheudum an poſsit officiales mutare? F. 169. quid de Pheudi conductore? ibidem, & ſeq. & an in Officialium mutatione vniuerſitas interuenire debeat?H, & ſeq. ibidem & an Vaſſallos ad officia ſuſcipienda cogere poſſit? L. ibidem A. & ſeq. 170.

Barones quod ius habeant circa arma, inſignia, & auita ſtemata efformanda?H. & ſeq.170.

Baronum ius contra vſurarios A.& ſeq. 170.

Barones an poſſint ſubditos cogere ad Regiorum hoſpitium, vt pro ſuo ſeruitio ad Regiam Curiam, alioue accedant, vt priuata ſeruitia propria, vel aliena exequantur?C.& ſeq.171.

Baronum ius in criminoſos, & ad pœnas eis inffigendas E. & ſeq. 171. A & ſeq. 172.

Baronum ius circa] Maria feudo adiacentia I. & ſeq. 172. A. & ſeq. 173. an ibi poſſint Caſtrum ædificare? ibidem.

Baronum ius circa delicta in publicis vijs perpatrata, & circa ſubditos compellendos ad latronum perquiſitionem D. & ſeq. 173.

Barones an grauantes ſubditos poſſint cogi ad feudum vendendum, vel eo priuari, trina non præcedente monitione?A. & ſeq.174. & quid ſi prohibeant, ne Vaſſalli ad Regiam recurrant Curiam?E. & ſeq. ibidem.

Barones an poſſint guidatica cōcedere? A. & ſeq.175. ex arrupto procedere C. & ſeq. ibidem, Moratorias concedere dilationes?G. & ſeq. ibidem, vel miſerabile debitoribus ceſſionis bonorum tribuere? H. & ſeq. 175. aut ſuſpenſi cadaueri ſepolturam Eccleſiaſticam concedere? k. ibidem, vel in integrum reſtitutionem præbere, vel legitimare? A. & ſeq. 176.

Notarioſque creare, eoſque de falſi cognoſcere crimine?C. & ſeq. 176.

Baro an poſſit Gabellas imponere E. & ſeq. 176. an Medicorum, & pharmacopæorum delicta cognoſcere?G. & ſeq. 176. vel de criminibus in mari comiſtis?I. & ſeq. ibidem A.& ſeq. 177.

Barones an poſſint ſeſe congregare, ſi non interſint principis facultas?D. & ſeq. 177.

Barones an facere poſſint conceſſionem immunitatis realis, vel perſonalis? G. & ſeq. 177. vel vltimarum teſtatorum voluntatum mutationem? k. ibidem, vel inhabilem ad teſtandum, habilem reddere, vel ad infantem emancipandum authoritatem præbere, vel duodecim filijs grauator immunitate impertiri, vel nouam ędificare terram, aut dirutam excitare?A.& ſeq. 178.

Baronibus an liceat Vaſſallis inhibere, ne in alieno territorio ſeminent? D. & ſeq. 178. aut hoſpitia illis imponere aut eos ad ſibi commodum impellere?G. & ſeq. 178.

Baronibus an liceat nundinas, vel publica ſtudia inſtituere? k. 178. A & ſeq. 179. aut vt banniti ſecuri in baronijs permaneant? D. & ſeq. 179. & quid ſi id permittant?ibidem.

Baro debitor, ſi æs alienum in affictu inſurgat an poſsit prolationem quærere?H.& ſeq. 179.

Baronis filij, & nepotes, eo mortuo, an poſsint à ſubditis fidelitatis Iuramentum expoſcere?k. 179. A.& ſeq. 180.

Baro an poſſit Vaſſallis interdicere, ne bona propria vendant, vt triticum, vinum, animalia tàm ciui, quàm extero, niſi prius baronis bona vendantur? C. & ſeq. 180. vel ne alienū Molendinum, torcular, trapetum, furnum, &c. adeant? G. & ſeq. ibid. A. & ſeq. 181. limitationes E.& ſeq. ibidem A. & ſeq. 182.

Barones an poſſint muris proprias terras circundare? E. & ſeq. 182. vel ſub-

Mmm

ſubditos compellere ad contributionem vt ſua inſtaurent contra, & molendina A. & ſeq. 183.

Baro an poſſit primogenito, vel ſucceſſori aliquod præiudicium infeudo inferre, vel in alijs V. & ſeq. 192. ad H. & ſeq. 197.

Baronibus an liceat feudum alienare F. & ſeq. 193. C. & ſeq. 196. E. & ſeq. 203. & quando ibidem A. & ſeq. 204. D. & ſeq. 205. A. & ſeq. 206. A. & ſeq. 207. vel ſuper eo tranſactionem facere D. vt ſeq. 194. vel permutare G. ibidem, vel renunciare A. & ſeq. 195. vel ex candentias tribuere K. ibidem A. & ſeb. 196. vel ad longum tempus locare H. & ſeq. ibidem, vel ſeruitutem imponere, vel pignorare k. ibidem, A. & ſeq. 197. A. & ſeq. 198. vel filiæ in dotem dare C. & ſeq. ibidem vel de eo in teſtamento diſponere D. & ſeq. 198. ad A. & ſeq. 203.

Baronum filialibus Dotis de paragio quantitas fructus &c. competentia vide Dos de paragio, vel dotis de paragio.

Barones præſtare debent iuramentum fidelitatis, & quid ſub tali iuramento veniat C. & ſeq. 217. A. & ſeq. 218. & an refutato feudo teneatur fidelitatem ſeruare D. 219.

Barones, quæ Domino preſtare debent C. & ſeq. 218. A. & ſeq. 219.

Barones quomodo ſe gerere debent in ſuos ſubditos F. & ſeq. 219. A. & ſeq. 220.

Barones multis ex cauſis veniunt feudo priuandi D. & ſeq. 220. vſque ad K. 223.

Birrtuarij, vide appatitorum.

Bona vacantia, vide Regaliarum ratione.

Bona ex naufragio deiecta cui acquirantur E. & ſeq. 65.

Bullæ cenæ excommunicatio an & quando incurratur à prohibentibus tractas ad Romanam Curiam K. 18. H. 129.

C

CAmbium quotuplex quando licitum; & eius conditiones G. & ſeq. 538. cui dirigitur, & quam obligationem inducat A. & ſeq. 539. & contra quos ibidem A. & ſeq. 540. & quando ibidem, & quid ſi Mercator A. & ſeq. 541. B. 543. & ſeq. caſus varij circa cambium E. & ſeq. 541. A. & ſeq. 542. A. & ſeq. 543. Conditiones, & conſiderationes in cambijs conſiderandæ K. ibidem A. & ſeq. 544. A. & ſeq. 545.

Cambiorum literæ, ſeu Apodixæ, an habeant viam exequutiuam, & quando B. & ſeq. 546.

Cambiſis Perſarum Regis factum memorabile contra iniuſtum Iudicem B. 117, eiuſdem lex in Iudices pecunia corruptos B. 253.

Capitaneus, vide pretor, & qui ibi ſequuntur &c.

Capitaneus armorum, vide armorum.

Capitalis ſententiæ exequtio an diebus feriatis fieri poſſit D. 499.

Carceratio, ſeu captura pluribus modis eſt inualida, & quibus G. & ſeq. 378. A. & ſeq. 379.

Carcerati non debent, niſi breuiter in obſcuro loco detineri B. & ſeq. 379.

Carcerum cuſtodes neceſſarij C. & ſeq. 487.

Carcerum Genera B. et ſeq. 487. A 488. vnde dicantur, et quid ſint carceres B. et ſeq. ibidem eorum effectus E. et ſeq. ibidem finis, et qualitas G. et ſeq. ibidem.

Carcerum cuſtodes quàm diligenter carceratos cuſtodire debent I. et ſeq. 488. et quid ſi ſine Iudicis mandato eos dimittant K. ibidem A. et ſeq. 489. et an, non obſtante mandato, pro expenſis eos retinere poſſint C. ibidem.

Carcerum cuſtodum pena ſi carceratos dolo, culpa, vel negligentia dimittant

mutant.D. et ſeq. 489. A. et ſeq. 490. et quomodo negligentia cognoſcenda, & conſideranda. E. & ſeq. ibidem A. ſeq. 491.
Carceratorum mors quando culpæ cuſtodum imputetur. D. & ſeq. 493. quando fuga. G. & ſeq. ibidem A. & ſeq. 492. & ad quid, ex fuga, cuſtos teneatur. F. & ſeq. ibidem A. 493. quando excuſetur à carceratorum fuga. A. & ſeq. ibidem vbi exempla ad A. & ſeq. 495. quid ſi ab eis dona accipiant, vel eos vexent. G. & ſeq. ibidem A. & ſeq. 496.
Carnifices, vide lictores.
Caroli quinti affabilitas in ſubditis audiendis I. 114.
Cauſæ, quæ delegari poſsunt, & quæ non A. & ſeq. 272.
Chriſtiana religio, vide Regibus.
Clementia, vide Regibus clementia.
Clementiæ, manſuetudinis, & miſericordiæ differentiæ. D. & ſeq. 17.
Clericis interdicta mercatura E. & ſeq. 503. & qui eam exercent an teneantur ad Gabellas, & an ſubſint Iudici laico. K. ibidem A. & ſeq. 504. D. & ſeq. 505.
Clerici, vel Monachi quando dicendi Mercatores quando non. C. et ſeq. 504. A. et ſeq. 505.
Clericus in quibus caſibus à Capitaneo capi et plecti poſsit. I. et ſeq. 399. ad D. 403.
Clerici an cogi poſsint pro muris, pontibus etc. reficiendis L. et ſeq. 442.
Citationum pro bannimentis requiſita G. et ſeq. 375. A. et ſeq. 376.
Codicilli, et ad eos requiſita C. et ſeq. 647. A. et ſeq. 648.
Comes quid ſit, eius munera, et acceptiones. A. et ſeq. 152.
Comici, qui quotuplices, qui laudandi, qui vero minime. E. et ſeq. 710. ad G. 711. qui plectendi, et quomodo. G. et ſeq. ibidem A. et ſeq. 712.
Commiſſarij quid ſeruare debeant in teſtibus examinandis. H. et ſeq. 449. an abſente Iudice. H. et ſeq. 450. quid de Iudicis mandato. D. et ſeq. ibidem A. et ſeq. 452.
Commiſſarius an poſſit vt ſuſpectus recuſari. C. et ſeq. 453. et ſi recuſetur, quid faciendum. k. ibidem A. et ſeq. 453.
Commiſſarijs duobus datis ad teſtes examinandos, quid ſeruandum. A. et ſeq. 454.
Commiſſario ſi ſocius addatur, cuius erunt expenſæ? et ſalarium. F. et ſeq. 454. A. et ſeq. 455. A. et ſeq. 456.
Commiſſarij, in ruſticis examinandis, quibus verbis vti debent. D. et ſeq. 456. et quid cum teſtibus diuerſi idiomatis. E. et ſeq. ibidem.
Commiſſario abſente, quis ſubſtitutum debet eligere. k. 466. A. et ſeq. 457. et an ſubſtituto ſine Iudicis mandato acceptante ſcriptura vim habeat. D. et ſeq. ibidem.
Commiſſarij, præſentato interrogatorio, an receptos teſtes repetere cogantur ex quorum expenſis. H. et ſeq. 458. A. et ſeq. 459.
Commiſſarij exequutiui cur adinuenti? et an poſſint aliquid circa cauſæ merita cognoſcere. C. et ſeq. 463. A. et ſeq. 464. et an, ſi proponatur appellatio, deſiſtere debeant. D. et ſeq. ibidem.
Commiſſario exequutiuo excedente in ſuo officio, an reſiſti poſſit. K. 464. A. et ſeq. 465.
Commiſſarij exequutiui apud quem pignora deponere debent, et quid ſi apud Eccleſiaſticam perſonam depoſuerint. C. et ſeq. 465. A. et ſeq. 466.
Commiſſarij exequutiui ne iniurijs afficiant debitores G. 466.
Commiſſarij exequutiui agentes contra debitori heredes, quid agere debeāt. H. et ſeq. 466. et quid ſeruare in pignoribus extrahendis. k. ibidem A. et ſeq. 467. et quid in ſubhaſtationibus faciendis. D. ibidem.
Commiſſariorum exequutiuorum requiſita, vt hoc officium aſſumant. E. et ſeq. 467. A. et ſeq. 468.
Commiſſariorum exequutiuorum formæ

mæ ſeruandæ pro verificatione extremorum, contra feudarum detentores, poſſeſſores, herbagerios, terragerios, et inquilinos, etc. D. et ſeq. 468. pro primo decreto A. et ſeq. 469. pro ſubhaſtationibus E. et ſeq. ibidem pro fideiuſſione præſentandarum bonorum K. ibidem A. et ſeq. 470. pro clauſa infra triduum C. et ſeq. ibidem pro ſecundo decreto G. et ſeq. ibidem A. et ſeq. 471. quid ſi bona ſint mobilia. K. ibidem A. et ſeq. 472. et quid pro pingue volenti. B. ibidem.

Commiſſariorum exequutiuorum requiſita, tempore vacandi, et rationibus referendis E. et ſeq. 472. in literarum exequutione H. et ſeq. ibidem, in loco, adimplemento, expignoratione, et ad eam concernentibus, B. et ſeq. 474. E. et ſeq. 474. in animalium carceratione D. et ſeq. ibidem in debitis Regię curiæ H. ibidem A. et ſeq. 475. in dictarum taxa H. ibidem eis ante adimplementum non accipiendis, et an totas, vel ratam, ſi contra plures agant, exigant. H. et ſeq. ibidem A. 474. in extremorum verificatione, eius copijs exhibendis, fideiuſſione capienda B. ibidem in cuſtodum animalium numero, et ſolutione. E. et ſeq. ibidem expenſis carceris animalium K. ibidem A. 475.

Commiſſarij exequutiui, ſancti officij durante commiſſione, an gaudeant foro. C. 474.

Confeſſio reorum quid operatur, et ad eorum requiſita. C. et ſeq. 380. A. et ſeq. 381. A. et ſeq. 382. A. et ſeq. 397. A. et ſeq. 398.

Confiſcationes, vide regi computum.

Coniectura quid, et vnde dicta. C. et ſeq. 386.

Conſultoris officium I. et ſeq. 230. quibus negotij intereſse debet. B. et ſeq. 231. A. et ſeq. 232. quis locus illi competat. E. et ſeq. ibidem A. et ſeq. 233. eius I. et ſeq. ibidem ad B. 236.

Conſultor an cogi poſſit ad conſilium ferendum. F. et ſeq. 237. et an ſocium petere poſſit. H. ibidem, et ad quid tenetur, ſi Iniuſtum dederit conſilium. I. ibidem.

Conſultor an poſsit ſuum exequi conſilium. K. 237. A. 238. an ei prebeatur cauſæ cognitio. B. et ſeq. ibidem.

Conſultor an conſilium dare poſsit vltra petita. D. et ſeq. 238.

Conſultoris conſilium an Iudex cogatur aſſumere. H. et ſeq. 238.

Conſultoris pendente conſilio, an inſtantia currat. B. et ſeq. 239.

Conſultor ſpiritualis Iudicis an poſſit eſſe laicus, et laici Clericus. D. et ſeq. 239.

Conſultor an partium conſenſu eligendus. G. et ſeq. 239.

Conſultor an dici poſsit ordinarius Iudex. k. 239.

Conſultoris conſilio an ſtandum in caſu, quo aſſeſſor fuit, vel aduocatus. A. et ſeq. 240.

Cōſultoribus diſſidentibus quid faciendum. D. et ſeq. 240. et quid ſi conſultor ob dolum cauſam lædat. E. et ſeq. ibidem pœna H. et ſeq. ibidem A. 242.

Conſultor an poſsit ſuſpectus allegari. k. 240. A. 241.

Conſultori an competat Salarium, et vnde deſumendum. B. et ſeq. 241.

Conſeruator Regij Patrimonij, vide Regij. Patrimonij conſeruator.

Contractus quid, et eius ſpecies. H. et ſeq. 640. A. et ſeq. 641. A. et ſeq. 642. D. et ſeq. 648.

Crimen leſæ Maieſtatis, vide Regibus obedientia, et fidelitas, etc.

Cuſtodes carcerum, vide carcerum cuſtodes.

D

DElegati, vide Iudices Delegati, et ſub Delegati

Delphinus an ſubſit Imperatori. I. 105.

Fio-

Diodori ſiculi Argirini doctrina de Regibus colendis. F. & ſeq. 71.
Diſcordiæ inter Ciues, vide Proreges vigilare.
Doctoratus affert nobilitatem maiorem ea, quæ eſt genere. k. 334.
Don Antonij Pagani, & Riſicato auctoris ex filia Nepotis, primogeniti Principis Veriæ, figura arte Aſtrologica erecta 575. & 576.
Don Sebaſtiani Laris, & caxha encomia. K. 230.
Dos de paragio, quid, & vnde Ortum habuit. I. & ſeq. 207. eius nequitia, & quantitas. A. & ſeq. 208. A. & ſeq. 209. eius fructus ex quo tempore debeantur. A. & ſeq. ibidem.
Dos de paragio an veniat loco legitimæ. A. & ſeq. 209.
Dote de paragio petita à Ceſsionario an debeatur fructus. C. & ſeq. 209.
Dos de paragio quando competat. F. & ſeq. 210. ad A. & ſeq. 213. & an etiam ex materno feudo. E. & ſeq. 211. & non ex feudo ſure Franco H. ſeq. ibidem. A. & ſeq. 212.
Dubium, ſeu dubitatio, quid ſit. D. 387.
Duces Ferrariæ, montis ferrati, & Parmæ, an recognoſcant ſuperiorem. L. & ſeq. 105.
Ducum deſcriptio, origo, ethimologia. H. & ſeq. 150. A. & ſeq. 151.

E

Eccleſiaſtici, ſi feudatarij ſint, an teneantur ad militare ſeruitium, vide militare ſeruitium.
Eccleſiaſticæ perſonæ in quibus caſibus à ſecularibus Capitaneis, & Iudicibus capi, & plecti poſsint. I. & ſeq. 399. ad A. et ſeq. 403.
Elogium; vide torturæ gradus
Emporium, vide nundinę.
Epiſcopus, antequam conſecretur, an aliquam habeat authoritatem. G. & ſeq. 277.
Ethnicorum figuræ in Iudicantium eruditionem. G. & ſeq. 95.
Eunuchorum ſpecies diuerſæ. E. & ſeq. 753. A. & ſeq. 754.
Eunuchi an ſint irregulares. B. & ſeq. 755.
Eunuchis quæ prohibentur. E. & ſeq. 755. eorum imperfectio, & eos facientium poenæ. G. & ſeq. ibidem.
Eunuchi an adoptare, vel vxorem ducere poſsint. k. 755. A. 756.
Eunuchis vocis mutatio non accidit. D. & ſeq. 731.
Exceptiones contra Delegatos Iudicis. B. & ſeq. 275. A. 276.
Exceptiones contra Arbitros Iudices. E. ſeq. 293. A & ſeq. 294.

F

Famoſum libellum componentes quibus pænis ſubiaceant. D. & ſeq. 712. ad G. 715.
Famoſi libelli definitio, & requiſita, vt talis dicatur. H. & ſeq. 715. ad C. 717.
Fellonia quid ſit, vnde dicatur. I. & ſeq. 223. quotuplex ſit. B. & ſeq. 224. an per ipſam deperdatur feudum, ibidem vſque ad F. 228.
Feudum ex quibus capitibus deperditur. F. & ſeq. 228. A. & ſeq. 229.
Feudi ſucceſſio, vide Regni ſucceſſio, & alia, quę de Regni ſucceſſione loquuntur.
Feudum, quid ſit C. & ſeq. 183. vnde dicatur. k. ibidem A. 184.
Feudorum quam plures diuiſiones. B. 184. ad C. 188.
Feudorum inueſtitura, & quæ circa eam requirantur, feudorum forma, & an augeri poſsit, vel minui, etiam cũ ſucceſsorum præiudicio. D. & ſeq. 188. ad D. 192. diſtinctiones variæ ibidem.
Feudatarij fuga à bello, vide militare ſeruitium.
Feudatarij Eccleſiaſtici an teneantur ad Militare ſeruitium, vide militare ſeruitium.

Ffff Feu-

Feudum vnde dicatur, vide regi fidelis.
Fictio, quid, & quotuplex. k. 385. A. & ſeq. 386.
Fidelitas Regibus præſtanda, vide regibus obedientia, Regi fidelitas, & quæ ſequuntur, & Regi fidelis.
Flandriæ comes an ſuperiorem recognoſcat. H. 105.
Fortitudo, vide Regentibus fortitudo quàm neceſſaria.
Francorum Rex an ſubſit Imperatori B. 105.
Frumenti nomine, quid veniat, & an etiam farina. E. et ſeq. 512.
Fuga feudatarij à bello, vide militare ſeruitium.

G

GAbellas quis imponere poſſit. B. & ſeq. 661. & pro quibus rebus I. & ſeq. 661. k. & ſeq. 662. ad A. 664. vide publicani.
Genuenſis reſpublica an Imperatori ſubiaceat. F. 105.
Genuenſium ciuitatum priuilegia. A. & ſeq. 552.
Geometriæ neceſſitas, ethimologia, ſubiectum. D. & ſeq. 624. partes A. & ſeq. 625. Inſtrumenta. k. ibidem. A. & ſeq. 626. figuræ et modi eas mēſurandi. C. & ſeq. ibidem ad I. 628. eius neceſsitas. k. ibidem G. n. 1. A. & ſeq. 619.
Geometrarum officium iniquitas, imperitia, negligentia, diſcordia, tempus, menſurandi electio, & ſimilia, ac circa hæc quæſita varia. I. & ſeq. 629. ad F. 636. contra eos, ſi malè in menſura ſe geſserint actio in factū præbetur. F. 630. A. amplia ibidem B. de leuiſſima minimè tenentur culpa; delata verò tenentur ibidem. C. & ſi plures malè ſe geſserint, aduerſus eos inſolidum actio præbetur ibidem. F.
Gladius datus regnantibus ad terrorē, non ad vindictam ſubditorum. k. 17. A. 18.
Guidatica an poſsint concedere barones.

H

HAeredum differentiæ. E. ſeq. 643. A. & ſeq. 644.
Hiſpaniarum Rex Imperatori non eſt ſubiectus. k. 104.
Hiſtorici, & hiſtoriæ fructus. D. & ſeq. 679. ad I. 681. eius definitio, & etymologia ibidem, & ſeq. diuiſio genera. A. & ſeq. 682. ad eam requiſita, & F. & ſeq. ibidem ad k. 685.

I

IActura mercium in tempeſtate ad quem ſpectat, & quid ſi plures ſint mercium domini, & apud quem Iudicem tales cauſæ videndæ. E. & ſeq. 564. & I. 566. vbi varij caſus.
Imaginis, & Idoli differentiæ A. & ſeq. 695. Multorum errores circa earum adorationes ibidem. A. & ſeq. 696.
Imperialis dignitatis initium. D. & ſeq. 86. ethimologia, & eius variæ acceptiones I. & ſeq. 8. ad A. & ſeq. 88.
Imperatores an Cęſares dicti. K. 86. A. & ſeq. 87. cur augusti. C. & ſeq. 87.
Imperij meri, & mixti deſcriptiones, & differentiæ. E. & ſeq. 88. merum aliud maximum. I. ibidem C. 89. aliud maius. K. ibidem aliud magnū. A. 89. E. ibidem aliud paruum. D. E. & ſeq; ibidem aliud minus. B. G. ibidem aliud minimum. C. C. ibid.
Imperia ſeu Monarchiæ quatuor. H. 89. Imperij Romani origo. I. 89. B. & ſeq. 90.
Imperium à Pontifice in feudum conceſſum quare, & quo onere. K. 89. A. & ſeq. 90.
Imperatorum Romanorum ſeries à B. & ſeq.

& ſeq.98. ed A. & ſeq. 96.
Imperatoris electio cur ad Germanos translata, & qui ſint electores. F. & ſeq. 96. qualiter electoribus Ius conueniat. K. ibidem A. & ſeq. 97. an tale ius poſsit à Pontifice reuocari. A. D. & ſeq. ibidem, quid ſi non eligant tempore debito. B. ibidem, & à quo Imperator dicatur electus. C. ibidem.
Imperium an ex graui cauſa poſsit à Pontifice de gente ingentem transferri, vel vacuum relinqui, & id administrare. E. 97. & 98. electum examinare, & inhabilem reprobare. E. ibidem. & maximè criminoſum dignitate nudare. G. & ſeq. ibidem.
Imperator ante Pontificis confirmationem an valeat adminiſtrare· k. 97. A. ſeq. 98.
Imperatoris in electione diſparibus votis, vel duobus electis, quid Pontifex efficere poteſt. G. & ſeq. 98.
Imperatoris vnctio qua parte, à quo, & quare fiat. H. & ſeq. 98. Coronatio à quo. k. ibidem. A. 99. & an ante coronationem poſsit dignitatem exercere. A. & ſeq. 199. I. & ſeq. 100. A. & ſeq. 101. quotuplex. G. & ſeq. 99. vbi, & à quibus danda ibidem. A. & ſeq. 100. vbi de Auguſti nomine.
Imperator an dicendus ſubdiaconus, & canere poſſit ſeptimam lectionem Natiuitatis Domini. C. & ſeq. 100.
Imperator Romanus an ſit totius mundi Dominus. D. & ſeq. 101. rationes pro vtraque ſententia. F. & ſeq. 101. ad C. & ſeq. 106. in quo ſenſu poſſit dici totius mundi Dominus. D. & ſeq. ibidem.
Imperatori, qui non ſubſit. A. & ſeq. 105. A. et ſeq. 106.
Imperator an poſsit in Pontificis electione ſe immiſcere, vel perſonas eccleſiaſticas recognoſcere. F. & ſeq. 106. A. et ſeq. 107. vel in perſonas eccleſiæ ſubiectas iuriſdictionem exercere. A. et ſeq. 109. C. et ſeq. 14. A. et ſeq. 141.
Imperatoris cōceſſiones, & donationes Eccleſiæ factæ an poſſint reuocari. C. et ſeq. 107. A. et ſeq. 108. rationes ibidem.
Imperator an poſſit in manu Pontificis Imperium renunciare. I. et ſeq. 109. A. et ſeq. 110.
Imperator an poſſit aliquē rerum Dominio ſine cauſa priuare. D. et ſeq. 110. vel aliquem cum præiudicio venientium ab inteſtato legitimare. E. et ſeq. 111.
Impreſſores librorum, vide Typographi.
Indicium, quid et quotuplex. k. 382. A. et ſeq. 383. A. et ſeq. 384. et quod faciat ad torturam, quòd non ibidem ad A. et ſeq. 392.
Iniuſtitiæ mala, vide Regibus.
Inimicitia, quod Iudicis recuſationem cauſet, vidi Iudicis recuſationem.
Inſtitores, qui, cur, et actiones ex eorum negotiatione. B. et ſeq. 528. A. et ſeq. 529. et quando tranſeunt in vel contra inſtituentem. ibidem. A. et ſeq. 530. A. et ſeq. 531. vbi varij caſus.
Interrogatoria, quid operentur. H. et ſeq. 458. A. et ſeq. 459. et an omnia admittenda in teſtibus examinandis. E. et ſeq. 459.
Iouius Flauianus pluris fecit Religionē quàm Imperium; ex cuius facinore quanta religioni Chriſtianæ vtilitas. F. et ſeq. 11.
Iudex an Aſſeſſoris conſilio ſtare teneatur. C. et ſeq. 237.
Iudices cur conſtituti fuerint. D. et ſeq. 243. cur in criminales, et ciuiles diuiſi. a. et ſeq. 244.
Iudicum magnæ Curiæ poteſtas. H. 244. ac etiam Sacræ Regiæ conſcientiæ ſeu conſiſtoriales. a. et ſeq. 245. vtrī maiores, ibidem. ordinariorum I. et ſeq. 245. eorum differentiæ. H. et ſeq. ibidem. a. et ſeq. 246.
Iudicum poteſtas. E. et ſeq. 246. diuiſio. G. et ſeq. ibidem quando ex ordinarijs fiant delegati. K. ibidem. A. et ſeq. 247. E. et ſeq. 271.
Iudicibus, quæ conſideranda. C. et ſeq. 248.

248. a. 249. quàm illis neceſſaria iuris prudentia. B. & ſeq. ibidem, et mala,ea deficiente. I. et ſeq. ibidem. a. et ſeq. 250.
Iudices quàm prompti eſse debent ad audientiam, & mala,ex ea denegata. k.250. a. et ſeq. 251.
Iudicum negligentium pœnæ. E. & ſeq. 251.
Iudices quàm abhorrere debent à muneribus. K. 251. a.et ſeq.252.& pecuniæ auiditate. E. et ſeq. ibidem talibus infectorum vitijs pœnæ. G. et ſeq. ibidem. ad A. et ſeq. 255. et quid,ſi muneris intuitu, vna cauſam ante aliam expectant. H. et ſeq.ibidem. a. et ſeq. 254.
Iudicibus perſonarum acceptio vitanda. i. et ſeq. 255. ad a. et ſeq. 257. ſeueritas nimia, vel nimia clementia. C. et ſeq. ibidem. item venerea labes. k.257. mala ex hoc vitio a. et ſeq. 258.
Iudices ſint veridici. E. et ſeq.258. non ſuperbi, et ambitioſi. k. ibidem talium vitiorum mala. a. et ſeq. 259.
Iudex patiens eſse debet in allegationibus audiendis, et iuribus ac rationibus adducendis. E. et ſeq 259.
Iudex allegare debet ſecundùm allegata, et probata non ſecundum conſcientiam. K. 259. et an ſemper hoc verum ſit. a. et ſeq. 260.
Iudex an poſsit ante ſententiam votum propalare. H. et ſeq. 260. et motiua proponere. k. ibidem. a. et ſeq. 261.
Iudices ab ira, et iniurijs ſe abſtineant, et contra facientium pœnæ. E. et ſeq. 261.
Iudex debet patientèr cum aduocatis verſari. i. et ſeq. 261.
Iudex an poſſit extra tribunal iudicium ferre. a. et ſeq. 262.
Iudex an poſſit aduocati munus exercere. i. et ſeq. 262. a. et ſeq. 263.
Iudex, conſiliarius, vel Senator, ſi principis mandato aduocatio ne fungatur in quo loco ſedere debeat, item monachus, cõuentus exempti in non exempto. C. et ſeq. 263. a. 264. alij caſus ſimiles ibidem.
Iudex in cauſæ diſcuſſione, et votorum diſparitate, quid ſeruare debet. B. et ſeq. 264. a. et ſeq. 265.
Iudices affectus omnes à ſe depellere debent. C. et ſeq. 265. a. et ſeq. 266. alienos ſermones contra ſe nihili ducant. E. et ſeq. ibidem à vino abſtineant, et quæ vini mala. D. et ſeq. 266.
Iudicibus quàm conueniat modeſtia, humilitas, ſtudioſitas, morum, et veſtiam moderatio. i. et ſeq. 266. a. et ſeq. 267. exemplum Alphonſi de Aragonia ibidem.
Iudices quomodo habere ſe debent in cauſarum tàm ciuilium, quàm criminalium expeditione, et mala ex earum prorogatione. C. et ſeq. 267. a. et ſeq. 268. vbi de tanto malo admonentur indicaturi.
Iudices delegati, et ſubdelegati, qui. i. et ſeq 268. delegati an, et quando ſubdelegare poſsint. K. ibidem. a. et ſeq. 269. et an ſubdelegata cauſa poſſit à delegato reuocari. a. et ſeq. 270. ad hæc requiſita. D. et ſeq. ibidem, et an morte delegati ſpiret ſubdelegatio. a. et. ſeq. 271. quid ſi abſens delegatus reuertatur, ſtatim diſceſsurus. C. ibidem, et an delegatus ſententiam reuocare poſsit. H. et ſeq. ibidem, quæ cauſæ delegari poſsint, quæ non a. et ſeq. 272. et an Delegatus poſsit exequi ſententiam. K. ibidem, et ad quem, ſi ab ipſo appellatur. a. 273.
Iudices delegati quem modum ſeruare debent in procedendo, et etiam ſubdelegati. B. et ſeq. 273.
Iudex delegatus in quibus caſibus iudici ordinario loci ſubiectus ſit. D et ſeq. 273. recuſationes, et exceptiones delegati aduersùs iudicem. a. et ſeq. 274. a. et ſeq. 375. exceptiones contra Delegatum. B. et ſeq. ibidem. a. 276.

Iu-

Iudices conſeruatores qui, et quomodo procedere debeant. C. et ſeq. 277. et an contra exiſtentem extra diœceſim, vel vltra tres dictos A. et ſeq. ibidem. B. 278. et quando contra Epiſcopos. D. et ſeq. ibidem, et an in criminalibus, et mixtis. K. ibidem, et quomodo in ciuilibus. a. 278.

Iudices conſeruatores, qui eligendi. C. et ſeq. 278. an Vicarii Generales ibidem, qui regulares. E. et ſeq. ibidem à quibus eligendi. H. et ſeq. ibidem eorum exemptiones. k. ibidem.

Iudices conſeruatores, quid ſi à ſede Apoſtolica conſtituti, doctores non ſint in altero iure. k. 278. a. et ſeq. 279. an recuſari poſſint, et quo modo ſe gerere debent. D. et ſeq. ibidem, et quomodo circa Notarios, taxam, Aduocatos, et Procuratores. F. et ſeq. ibidem quando literas commiſſariales oſtendere debent. k. ibidem eorum ſententię recuſatio, et appellatio. i. ibidem eos ſtimulantes, vt ſe ingerant in ijs, quæ apertam non continent violentiam, quam pœnam incurrant. K. ibidem.

Iudices conſeruatores an per alios officium exequi poſſint. a. et ſeq. 280. quas pænas incurrant, ſi ſuę iuriſdictionis limites excedant. D. et ſeq. 280. et moriente electore, eorum ſpiret officium. i. et ſeq. ibidem, et quando ab eis incępta dicatur cauſa. k. ibidem. a. 281.

Iudicis Conſeruatoris Regij Patrimonij officium, vide Regij Patrimonij conſeruatoris.

Iudices *A*rbitri, ſeu compromiſſarij, quid ſint, & eorum ſpecies. F. & ſeq. 282. *A*. et ſeq. 283. arbitri, & *A*rbitraroris differentia. *A*. & ſeq. ibidem ſupra dictorum poteſtas, & differentia. D. & ſeq. ibidem. *A*. & ſeq. 284. an horum ſententiæ reuocationi ſubijciantur. A. & ſeq. 282. exceptiones contra tales ſententias. E. & ſeq. ibidem, & an ſemper locum habeant, & appellationi locus ſit. *A*. & ſeq. 285.

Iudicum *A*rbitrorũ vſus apud antiquos, & recentiores principes, & reſpublicas. C. & ſeq. 286. exempla ibidem.

Iudex compromiſſarius quando inuitus præbetur, & intra quantum tẽpus finire negotium debeat, & de cõpromiſsionis inſtrumẽto. G. & ſeq. 286. quàm laudabilis compromiſſio. k. ibidem. *A*. 287. qui ad compromittendum compellantur. C. & ſeq. 287. ad *A*. & ſeq. 289. circa quas cauſas compromittendum. ibidem. A. & ſeq. 290. *A*. & ſeq. 291. circa, quæ compromitti vetitum. ibidem, quibus perſonis compromitti poteſt. I. & ſeq. 291. *A*. & ſeq. 292. quibus non B. & ſeq. ibidem an electus recuſare poſsit. I. & ſeq. ibidem quando ſpiret arbitrium. B. & ſeq. 293. exceptiones contra arbitros. E. & ſeq. 293. A. & ſeq. 294.

Iudicis recuſatio à quo iure proueniat. *A*. & ſeq. 295. quæ ad talem recuſationem requirantur. B. & ſeq. ibidem in quibus caſibus poſſit Iudex ſe ſuſpectum reddere in quibus non H. & ſeq. ibidem. *A*. & ſeq. 296. pænæ iudicum ſe temerè ſuſpectos reddentes ibidem etiam in foro conſcientiæ. L. 295.

Iudicis recuſationem, cauſant inimicitiæ, & quæ. C. & ſeq. 296. & an etiam amicitiæ. H. & ſeq. ibidem. *A*. & ſeq. 297. an conſanguinitas, & affinitas. C. & ſeq. ibidem, & ad quẽ vſque gradum ibidem, & à quo iure ſumenda graduum computatio. G. & ſeq. ibidem. *A*. 298. & an mortua Iudicis vxore, affinitas conſeruet ſuſpicionem. B. & ſeq. 298. & & quid de ſpirituali cognatione dicendum. E. & ſeq. ibidem.

Iudex, qui fuerit in cauſa aduocatus, an cur, & à qua parte reuocari poſſit. H. & ſeq. 298. A. et ſeq. 299. et an fiſci patronus, ſeu aduocatus ſi poſcet, ſit in cauſa Iudex, poſſit vt ſuſpectus allegari. a. et ſeq. 301.

Iudex an poſt conteſtatam litem poſſit

vt

vt ſuſpectus recuſari. A. & ſeq.300.

Iudicis interloquutoria ſententia, quæ ſit. E. & ſeq.301. quæ deffinitiua. A. & ſeq.302. & de vtriusque reuouocatione ibidem. A. & ſeq. 303.

Iudici quid faciendum, ſi teſtis examinandus ſit in ſuo, vel alieno territorio, ſuus, vel non ſuus ſubditus. K. 449. A. & ſeq. 450. et an remiſſariam denegare poſsit. E. & ſeq. ibid.

Iudex an poſſit eſſe teſtium interpres. G. & ſeq. 456.

Iurati cur in vniuerſitatibus conſtituti. D. & ſeq.408. A. & ſeq. 409. quas conditiones habere debent. D. & ſeq. ibidem ad H. 412. an poſſint tale munus recuſare. I. & ſeq. ibidem. A. & ſeq.413. cur, & vnde dicantur Iurati. F. & ſeq. ibidem.

Iuratorum poteſtas quando incipiat.H. ſeq.413.eorum facta an populo imputentur. A. & ſeq.414.

Iuratorum poteſtas in meris rebus venalibus imponendis. E. & ſeq. 414. A. et ſeq. 415. & in metatum tranſgreſſores. B. & ſeq. ibidem circa pondera,& menſuras et ea falſificantes. E. & ſeq. 415. A. & ſeq.416.

Iuratorum poteſtas circa ædificia conſtruenda, vel diruenda, circa ſtratas, & contra conſtructores, vel deturpatores.k. 416. ad A.& ſeq. 418. circa ſepes, limites, & prædiorum terminos. K. ibidem. A. & ſeq.419.

Iuratorum poteſtas circa vendentes victualia corrupta, & malæ conditionis. H. & ſeq. 419. A. & ſeq. 421. Circa *Annonam*, caritatis tempore præparandum, ac frumentorum extrahendorum redemptionem. E. & ſeq. 420.

Iuratorum poteſtas circa Bouini generis macellationem.I. & ſeq. 420.circa neceſsaria nouæ militiæ miniſtranda, & exequenda. K.ibidem. A. & ſeq.421.

Iuratorum poteſtas circa panis vini, & aliarum rerum venditores. C.& ſeq. ibidem circa regatterios,dardanarias ac officia exercentes, locos publicos inficientes,ex quibus malus ador oriatur. F. & ſeq. ibidem. G.& ſeq.423.

Iurati quomodo ſe gerere debent circa annonę prouiſionem, & quid annonę nomine. k.421. ad A. & ſeq.423.diligentiæ,poteſtas,obligatio in annona procuranda ibidem.

Iurati quomodo procedere poſſunt cōtra occultantes comeſtibilia, vt carius vendant. H. & ſeq. 423.

Iuratorum cura, & onus circa bonorum ciuitatis ingabellationem. k.423. A. & ſeq. 424.

Iurati an poſſint gabellas vniuerſitatis conducere, vel pro conductoribus fide iubere, vel ad talia eccleſiaſticas perſonas admittere.k.424. A. & ſeq. 425.

Iurati an poſſint dilationem concedere. C. & ſeq.425. compenſationem acceptare.E. ibidem A.427. ante tempus debitores ad ſoluendum cogere. G. ibidem.

Iurati an cogi aliquando poſſint ad ſoluendum de proprio,pro lata ſententia contra ciuitatem,vel pro eius debitis. H. & ſeq. 425. A. & ſeq. 426. & an pro illis carcerati poſſint bonis cedere. H.& ſeq. ibidem.

Iurati an poſſint alicui remittere Gabellas, debita, vel pænas iuris, vel minuere, aut non exigere. k. 433. A. 434.

Iuratorum obligatio, & conditiones in reddendis rationibus vniuerſitatis. B. & ſeq. 439. pænæ deficientium. k. 439. k. & ſeq.440.

Iuratorum ex ſua negligentia punitio. G. & ſeq.440. A. & ſeq.431. ex dolo. B. & ſeq. ibidem.

Iuris naturalis, Gentium, & ciuilis, & horum diuiſiones proponuntur. C. & ſeq. 229.

Iuris peritorum imperitia damnatur. C. & ſeq. 304. peritia commendatur. I. & ſeq. ibidem. A. & ſeq.305.

Iuſtitiæ neceſsitas, & encomia, & quotuplex, vide regibus quàm neceſsaria.

La-

L

LAqueo perfracto ſi reus viuat an à Morte liberandus. A.& ſeq. 500.
Legum mutatio raro vtilis rei publicæ C. & ſeq. 373. A. & ſeq. 374.
Legitima, ceſsionario tributa, an huic competant fructus. E. & ſeq. 209. A. & ſeq. 210.
Læſæ Maieſtatis crimen, vide Regibus, obedientia, infidelitas, & ſequentia.
Liberalitas, vide regnantibus liberalitas.
Libri mercatorum, vide mercatorum libri.
Librorum prohibitorum lectura vetita, quorum, & quibus pœnis. I. & ſeq. 761. A. & ſeq. 762.
Libri authorum damnatorum correcti quibus circumſtantijs ſine reimprimendi. K, 762. A. & ſeq. 763.
Licitatores, qui integre pro præcedenti affictu ciuitati gabellam non ſoluerint, an admittendi ad nouam ingabellationem. G. 424.
Lictores ad quid inuenti, vnde dicti, & eorum officium. C. & ſeq. 497. eorũ vilitas, & qui ad tale munus aſſumẽdi. A. & ſeq. 498. & an inuiti. F. & ſeq. ibidem an eis competat ſalariũ, & damnati veſtes, & an poſsint denudare reum. H. & ſeq. ibidem, vbi exemplum.
Lictorum poteſtas in animalibus capiendis pro ſententiæ exequutione, & per quas vias rei ad ſupplicium ducendi. A. & ſeq. 499.
Lictores an Clericos tormentis ſubijcere poſſint. E. & ſeq. 499. an reum in via necare poſſit, ſi violentia timetur. F. ibidem.
Lictorum è manu reum eximens, qua pœna teneatur. G. & ſeq. 499. vel cadauera ex patibulo auferens I. ibidem.
Luſitaniæ Rex an ſubditus ſit Imperatori. C. 105.

M

MAgiſtri iurati munus, & Anthoritas, & vbi computa examinare ſtebent. C. & ſeq. 438. A. & ſeq. 439. onus. H. 443.
Magiſter iuratus an poſſit idoneum iuratum pro inhabili condemnare, & quæ actio competit tali condemnato. C. ſeq. 442. & an Patrem pro filio iurato. E. & ſeq. ibidem.
Magiſtri iurati ſtudium in muris, pontibus, & vijs reficiendis. G. & ſeq. 443. A. & ſeq. 443.
Magiſtri iurati ſalarium, & quid ſi anticipatè illud exigat, & de exculẽtis, & poculentis illi datis. B. & ſeq. 443.
Magiſter notarius an ſit officialis. D. & ſeq. 444. ad quid neceſſarius. I. & ſeq. ibidem. A. & ſeq. 445. an acta partim per ipſum ſcripta, partim per alium, vel per iudicem valeant. B. & ſeq. ibidem.
Magiſtri notarij iuramentum de fidelitate, & ſecreto, & quare. G. & ſeq. 446. A. & ſeq. 446. eius onus ibidem.
Magiſtri notarij ſcriptis an fides habenda, teſte negante, ita depoſuiſſe. F. & ſeq. 446. limitationes. A. & ſeq. 447.
Magiſtri notarij pœna ſcienter recipientis teſtes falſa deponentes. E. & ſeq. 447. vel fideiuſſiones minus idoneas. G. & ſeq. ibidem. A. & ſeq. 448. & quid ſi per actuarium. C. & ſeq. ibidem, & quid ſi Iudicis mandato inhabilis fideiuſſor admittatur. F. & ſeq. ibidem.
Magiſtri notarij an Iudice abſente, aliquid actitare poſſit. E. & ſeq. 449. & quid ſi aliquid addat, vel detrahat à ſcriptura. F. ibidem, & an teſtes examinare. H. & ſeq. 450. H. & ſeq. 451. & quid de Iudicis mandato in tali examine. D. & ſeq. ibidem.

Ma-

Magiſtro Notario fideiuſsoris inhabilitas quando non obſit. *I.* & ſeq. 448. *A.* & ſeq. 449.

Magiſter notarius an poſſit tum in ciuilibus tum in criminalibus cauſſis ſimul ſe immiſcere. k. 457.

Magiſtri notarij in quibus cauſis, & caſibus falſi pæna tenentur. A. & ſeq. 458.

Magiſter notarius magnæ Regiæ Curiæ, quæ ſeruare debet. K. 459. A. & ſeq. 460. A. & ſeq. 461. quæ Magiſter notarius Regij Patrimonij 2. & ſeq. ibidem; quæ Magiſter notarius Curiæ Straticotialis. G. ibidem, quæ Magiſter notarius Iuratorum vniuerſitatis. H. ibidem, quæ Magiſter notarius magiſtri portulani. I. ibidem. quæ Magiſter notarius Portuum regni. K. ibid. A. 462. quæ Magiſter notarius Regiæ Theſaurariæ. A. & ſeq. 462.

Magnus admiratus, vide admirati.

Magni duces, qui. F. 151.

Maris fluxus, & refluxus, & multa circa hoc conſideranda. C. & ſeq. 602. ad I. 606.

Marchiones, qui, & vnde dicti. G. & ſeq. 551. A. & ſeq. 152.

Mendacium an ſit iudicium ad torturam. H. & ſeq. 391.

Mercaturæ neceſsitas, & vtilitas. D. & ſeq. 501. A. & ſeq. 502. eius eſsentia. K. ibidem diuerſitas. A. & ſeq. 503.

Mercatores, qui dicantur. B. & ſeq. 502.

Mercatura prohibita Monachis, Clericis, vide Clericis interdicta.

Mercatura militi prohibita. G. & ſeq. 505. item nobilibus, & quare I. & ſeq. 505. item officialibus, & conſiliarijs, & quare. E. & ſeq. 507. *A.* & ſeq. 508. Ciuitatum adminiſtratoribus. C. & ſeq. ibidem Theuſararijs. *E* & ſeq. ibidem decoctis I. ibidem furioſis, minoribus. K. ibidem. A. 509. item Aduocatis, Medicis, proſenetis, Iuratis, & portuum oneratoriorum officialibus. E. ſeq. ibidem.

Mercaturã exercentibus cum hoſtibus fidei ad eoſque arma cæteraque deferentes qua puniri debeant pænã. B. & ſeq. 509. vſque ad *I.* 52.

Mercatura de rebus ſacris, libero homine, Veneno, Murice, et purpura, prohibita, & quare B. & ſeq. 510. K. 512. de frumento, quod ad Principis exercitum ducitur. C. et ſeq. 512. quid frumenti nomine veniat. E. & ſeq. ibidem, de re peccaminoſa. *A.* 513. de re aliena, et pænæ. A. et ſeq. ibidem in loco ſacro. *D.* & ſeq. ibidem in diebus feſtiuis. k. ibidem, limitationes. A. et ſeq. 514. de frumentis, et hordeis ante Iulij Menſem, et pænæ contrauenientium. C. et ſeq. ibidem.

Mercatores res occultantes, vt carius ſuo tempore vendant, quibus feriantur pænis. E. et ſeq. 514. item, et quid ſi pluris vendunt, dilata ſolutione; vel minoris emunt, anticipata. H. et ſeq. ibidem. A. et ſeq. 515. vbi de vſura eiuſque ſpeciebus ac rationibus; quæ videntur vſurario fauere, confutatis. C. et ſeq. 516. et limitationes ibidem. A. et ſeq. 517.

Mercatorum monopolia, vide monopolium.

Mercatorum libri cur inuenti, et quam fidem faciant. H. et ſeq. 531. *A.* et ſeq. 532. ampliationes, et reſtrictiones. F. et ſeq. ibidem requiſita ad hoc, vt fidem faciant. *A.* et ſeq. 533. A. et ſeq. 534. A. et ſeq. 535. an habeant exequutionem paratam, etiã in poſtetioris creditoris præiudiciũ. G. et ſeq. ibidem, et an aliqui poſſint in tertij præiudicium. G. et ſeq. 535.

Mercator an teneatur libros exhibere, et quando, et quid ſi negat, eos apud ſe eſſe, vel dicat eos amiſiſſe. B. et ſeq. 536. et an petens illorum exibitionem interrogatus, an illis ſtare velit, cogatur reſpondere. K. ibidem. *A.* et ſeq. 537. et an ad teſtis inſtantiam illis demonſtrare tenetur. C. et ſeq. ibidem, et vbi, E. et ſeq. ibidem.

Mer-

Mercator, et mercium inſtitores, vide inſtitores.

Mercatorum literæ varijs nominibus explicatæ. A. et ſeq. 538. eorum probatio ibidem, vide cambium.

Mercatorum atilas: quid, oporteat quando eorum cauſæ coram Conſule, quando coram ordinario examinandæ. I. et ſeq. 549. A. et ſeq. 547. multiplices ſtyli formæ. H. et ſeq. ibidem. A. et ſeq. 548.

Mercatorum conſules ad quid electi. B. et ſeq. 549. pluribus exiſtentibus conſulibus, an vnus Iudicem poſſit, vel maior pars. A. et ſeq. ibidem, et quam poteſtatem conſules habeant, et an eorum cauſæ poſſint etiam ab ordinario Iudice cognoſci. A. et ſeq. 550. quæ conſules obſeruare debent. G. et ſeq. ibidem an poſſint electi reprobari. K. ibidem. an ab ipſis poſſit quis appellare, vel forum declinare. F. et ſeq. 551. A

Mercium nomine, quid veniat, et an nummi. D. et ſeq. 520. et an ea quæ poſt obligationem acquiruntur. K. ibidem. A. et ſeq. 521. et an mercium hypotheca tranſeat in emptorem. G. et ſeq. ibidem. A. et ſeq. 522. vbi rationes, et limitationes ibidem. A. et ſeq. 523. caſus diuerſi ibidem circa res, quæ intelliguntur hypothecatę, vel non.

Mercium aſſecuratio, vide aſſecuratio mercium.

Merciun iactura in tempeſtate, vide iactura.

Militare ſeruitium Regi debitum. D. & ſeq. 77. & quo modo feudis inhæret ibidem. A. & ſeq. 78. an minui poſſit, vel augeri onus talis ſeruitij, ibidem. & quomodo præſtandum I. & ſeq. ibidem. A. 79. quanto tempore, & an perſonalitèr teneatur feudatarius, & quando in tali ſeruitio. B. & ſeq. 79. A. et ſeq. 80. & an finito tempore, diſcedere poſſit. C. & ſeq. ibidem. Notabilia circa perſonalem præſentiam. E. et ſeq. 80. A. et ſeq. 81.

Militare ſeruitium an ab Eccleſiaſticis perſonis, feudum habentibus, præſtandum. C. & ſeq. 81. & ut talium Prælatorum morte ſpolium Regi debeatur. G. 81. an ſi feruęſcente bello feudatarius fugam arripiat, feudum perdat. H. 81. limitatio ibidem.

Militari pro ſeruitio feudum poteſt alienari quibus concurrentibus circumſtantijs, I. et ſeq. 81. A. et ſeq. 82. et tunc cæteri quicumque creditores fiunt poſteriores. C. et ſeq. 82. et quæ in alienatione, vel locatione fructuum faciant in fauorem alienantis, et ementis. E. et ſeq. ibidem.

Militari ſeruitio pleno iure, quæ in fundo ſunt, et ad id pertinent, ſubijciuntur. G. et ſeq. 82. et an ius tranſeat ad ſucceſſores cum limitationibus, et ampliationibus, et A. et ſeq. 83.

Militare adimplens ſeruitium ad alia grauamina compelli non poteſt, et quando. E. et ſeq. 83. nec in ius vocari, et per quantum tempus. G. et ſeq. 83. Ampliatio I. et ſeq. ibidem. A. et ſeq. 84. quid de cauſis criminalibus, vel ciuilibus poſt monitionem contractis. C. et ſeq. ibidem limitationes, et ampliationes. B. et ſeq. ibidem, et an tale priuilegium, et quando ad vxorem ſe extendat. B. et ſeq. 85. quid ſi accingatur, non præcedente monitione. D. et ſeq. ibidem.

Militare ad præſtandum ſeruitium poteſt pro ſe primogenitus ſecundogenitum aliquibus concurrentibus cōpellere. G. et ſeq. 85.

Militari pro ſeruitio adimplendo an poſſit vaſſallus ſubditos pro adiutorio compellere. I. 85. ampliationes ibidem.

Miſericordiæ, manſuetudinis, et clementiæ differentia. D. et ſeq. 17.

Molendino conſtructo ſi quis velit in parte ſuperiori fluminis aliud conſtruere, an poſſit præiudicium inferre. K. 59. A. 60.

Monarchiæ, vide Imperia.

Monopolium, quid,quotuplex,quomodo committatur, et quam pernicioſum, et vnde dictum. D.et ſeq.517. varij modi,quibus contrahitur. A.et ſeq. 518. quando permiſſum. F. et ſeq. ibidem id committentium, et notariorum ſtipulantium pænæ. A.et ſeq. 519.

Muſicæ excellentia,vtilitas, neceſſitas, effectus. D. et ſeq.725. ad D. 829. k. 752. A. et ſeq. 753. oppoſitiones contra ipſam. H. et ſeq. 725. A. et ſeq. 726.

Muſicæ inuentor. E. et ſeq. 729. Etymologia. k. ibidem. definitio. A. et ſeq. 730. ſubiectum G. et ſeq. ibidem. diuiſio. k. 732. A. et ſeq.733. genera.E. et ſeq. ibidem. A. et ſeq. 734.

Muſicalia inſtrumenta, et notæ. I. et ſeq. 734. A. et ſeq. 735. eorum inuentores ibidem.

Muſicæ figuræ, et quies. H.et ſeq.735. A. et ſeq. 736.claues. A, et ſeq.737. conſonantię. E. et ſeq. ibidem. Toni, et quotuplices ſint. K. ibidem. A. et ſeq. 738. A. et ſeq. 739. elementa. H. et ſeq. ibidem. A. et ſeq. 740. figuræ ligatæ, et obliquæ. E. et ſeq. ibidem. A. et ſeq. 741.vndæ figuræ naſcantur. k. ibidem.

Muſicæ ternarię, tempus, tactus, menſura. C. et ſeq. 742. A. et ſeq. 743. eius genera in Tetra chordis. C. et ſeq. ibidem.

Muſicalis tàm maioris, et minoris diuiſio. D. et ſeq.744. A. et ſeq. 745. A.et ſeq. 746.

Muſicalis conſonantiæ, harmoniæ, diſſonantiæ, proportionis, et eius generibus. k. 746. ad D. 749.

Muſicalium conſonantiarum nomina, ſecundùm veteres. D. et ſeq. 749. ad D.752.

N

NAuticæ artis inuentores, et nauiū materia. E, et ſeq. 552. nautarum diuerſitas, officia, obligationes. A. et ſeq.553. A. et ſeq. 554. quando nauis dominus, quando verò Magiſter obligatur. E. et ſeq. 554. A. et ſeq. 554. quando nautæ teneantur, et cauſa, quando non C. et ſeq.555.ad H. 558. quæ ſeruare debent. k. ibidem. A. et ſeq. 559.

Neceſsitas quid, quotuplex, qualis G. et ſeq.206.

Negotiatores,vide mercatores.

Nobilibus prohibita mercatura, et quare. I. et ſeq. 505.

Nobiles an ex mercatura. Nobilitatis iacturam patiantur. A. et ſeq. 506. A. et ſeq.507.

Notariorum neceſsitas. C. et ſeq.637.

Notarios quis creare poſsit. k. ibidem. A. et ſeq. 638.

Notarij conditiones, et ſcientia. I. et ſeq.638. A. et ſeq. 639.

Notarius ſi ſit doctor, an poſſit Notarij munere fungi. H. 639.

Notarius ſi non habet eius actis fides adhibendam. I. et ſeq. 639. A. et ſeq. 640.

Notarij, quàm rerum cognitionem habere debeant. E. et ſeq.640. H. 648.

Notarijs, quæ prohibeantur, vel admittantur. k. 648.ad H.655.K.655. ad f. 659.

Notarius an poſſit per alium,inſtrumēta ſcribere. G. et ſeq.650. A. et ſeq. 651. an poſſit aliqua ad inſtrumenti declarationem addere. K. ibidem. A. et ſeq.652. A. et ſeq. 653. D. et ſeq. 658. an poſſit pro abſente ſtipulari. D. et ſeq. ibidem. an mulierē de perſona obligare. I. et ſeq.ibidem, vel minores 18. annis. A. et ſeq. 654.

Notarius an poſsit contractum breu.

vnctum

vnctum extendere. G. & ſeq.656.
Nundinarum vtilitas, et priuilegia, & quandiu durant. A. et ſeq. 524. I.& ſeq.525. vnde dictæ, & cur etiam fera dictæ. B. & ſeq.525. ipſorum, & mercati differentia. E. & ſeq. ibidem. qui, & quibus, priuilegijs ad nundinas venientes. *A.* & ſeq. 526. an nundinæ poſſint à principe aboleri. B. et ſeq. ibidem. & quid de nundinis eodem tempore in duabus vniuerſitatibus, E. et ſeq. ibidem.

O

OBedientia regibus debita, vide Regibus obedientia, & quæ ibi ſequuntur.
Officiales, qui pecunijs, & muneribus aſſumuntur, quanta mala afferant reipublicæ. K.115. A. & ſeq.116. & quibus pænis ſubiaceant. D. & ſeq. ibidem.
Officiales ad intereſſe damnati an teneantur ad vſuras. I. & ſeq. 447.
Officiales reſiſtentes, vide prætoribus.
Opinio, quid ſit. C.387.
Otioſi otium, vide Proregum cura.

P

PAuperis, & egeni etymologia. B. 314.
Paupertatis bona, C. & ſeq. 314.
Paupertas quotuplex, & eius ſpecies. E ſeq.314.
Perceptores, qui, quot eorum munus. C. & ſeq.668. an ipſis, & eorum commiſſarijs cõpetant dictæ. k. ibidem. A. & ſeq.*669.* quid ante exactionem faciendum. D. & ſeq. ibidem à quibus exigere debent. G. & ſeq. ibidem. pro quibus debitis. B. & ſeq. 670. cui eorum compotus exibendi, & quando. F. & ſeq. ibid. quid, ſi ex acta pecunia, negotientur. A. & ſeq. 671. apud quem depoſitare pecuniam debent. G. & ſeq. 671. requiſita ad hæc ibidem. A. & ſeq. 672. à quibus cauere debent. B. & ſeq. ibidem, & quid de apoca, de receptis pecunijs, & liquidatione. G. & ſeq. 672.
Philippi Secundi *Animus* inuictus in Catholicæ Religionis tuitione, vt nullo modo Belgis indulgeret in eius præiudicium, & ipſius detrimento. D. & ſeq. 11.
Philippi quarti conſtantia in Batauos ob orthodoxæ fidei defenſionem, nõ obſtante proprij dominatus detrimento. H. & ſeq. 11.
Picturæ excellentia, definitio, origo. C. & ſeq. 686. A. & ſeq. 687. I. & ſeq. 689. exiſtimatio. D. & ſeq. 688. *A.* 689.
Pictores, quæ curare debent. k. 700. A. & ſeq. 701.
Picturas ſacras deturpantes. k. 701. A. 702. vel principis. B. & ſeq. ibidem.
Pij ſecundi dictum pro ſedulitate, in ſubditis audiendis. k. 114.
Poeſis, & poetarum vtilitas, & honor. C. & ſeq. 705. ad G. 707. cur vates vocantur poetæ. G. & ſeq. ibidem.
Poeſis genera, & ſpecies diuerſæ, ac etiam carminum. I. et ſeq. ibidem vſque ad D. 710.
Poeticus motus duplex, & qui. E. & ſeq. 720.
Poetici furoris apud Gentiles origo I. & ſeq. 720. apud Catholicos. k. ibidem. *A.* & ſeq. 721.
Poeta debet eſſe naturalis, B. & ſeq. 721. quid ſeruare debet in poematum ſtructura. E. et ſeq. 721. ad G. 724.
Planetorum diuerſi effectus. D. & ſeq. 572. aſpectus *A.* & ſeq. 573. quando benefici, quando malefici, ibidem.
Planetorum domus, et efficacia. H. & ſeq. 573. A. et ſeq. 574.
Præſumptio quid, & eius ſpecies, & quæ, & quid ſint. C. & ſeq. 384. *A.* & ſeq. 385.
Prætorum neceſſitas, etymologia, origo. D. & ſeq. 366. A. & ſeq. 367. poteſtas, numerus ibidem eligantur.

D. et ſeq. ibidem. quales eſſe debent. G. & ſeq. ibidem, quàm perniciosum pecunia eligi. K. ibidem A. et ſeq. *369*. pænæ iſtorum. ibidem.

Prætoribus, & Capitaneis, qui honor exhibendus. G.& ſeq. *370*. pæna talem honorem denegantium. C. & ſeq. ibidem, illos offendentium pæna. E. et ſeq. ibidem. Item alios magiſtratus ibidem. A. & ſeq. *371*. pæna reſiſtentium officialibus, prætextu defenſionis. k. ibidem. *A*. et ſeq. *372*.

Prætores, & Capitanei, quid facere debent ante officij adminiſtrationem. G. & ſeq. *372*. *A*. & ſeq. *373*. quid poſt datum poſſeſſionem. C. & ſeq. ibidem. A. & ſeq. *374*. quas inquiſitiones facere debent ad delicti probationem. H. & ſeq. ibidem. *A*. & ſeq. *375*. quid poſt E. & ſeq. ibidem. A. & ſeq. *376*.

Prætores, & Capitanei quos bannire non poſſint. D. *376*. qui Capitanei foriudicare poſſunt, qui non, & quando. E. ibidem. Cui Capitaneo Bona banniti applicanda Bannienti ne, an ei, qui reperitur tempore confiſcationis. k. *376*. *A*. & ſeq. *377*.

Prætores, ſeu Capitanei quomodo procedant contra bannitos in banno perſeuerantes, & furantes, & quæ contra illos habeant conſtitutiones. E, & ſeq. ibidem. quo modo contra non bannitos, aliquo crimine diffamatos, vel ſuſpectos. k. ibidem. A. et ſeq. *378*.

Prętori, ſeu Capitaneo an debeatur præmium ex bannitorum captura, & an Capitanei præmium committere poſſint. *I*. & ſeq. *379*. *A*. & ſeq. *380*.

Prætori ſeu Capitaneo, quæ ſeruanda pro reorum tortura. A. & ſeq. *382*. & an extra territorium poſſit iuriſdictionem exercere. A. & ſeq. *399*. an contra Eccleſiaſticas perſonas. I. & ſeq. ibidem. vſque ad A. & ſeq. *403*.

Principum abſolutorum nomine, qui veniant. D. & ſeq. *134*. *A*. & ſeq. *135*. eorum nomina, & etymologia. D. & ſeq. *135*. quæ eos deceant. G. & ſeq. ibidem. *A*. & ſeq. *136*. *A*. & ſeq. *137*. quanti famam facere debeant. C. & ſeq. ibidem. à quibus faciendis abſtineant. I. & ſeq. ibidem ad *A*. & ſeq. *141*.

Princeps abſolutus an poſſit legitimare naturales, & ſpurios naſcituros etiam clericorum. I. et ſeq. *141*. *A*. et ſeq. *142*.

Princeps abſolutus an poſſit impedire fluminum nauigationes communes inter nationes, &c. C. & ſeq. *142*.

Princeps abſolutus an poſſit ex ſola conſcientia reum tormentis ſupponere. F. *142*.

Princeps abſolutus an poſſit ſententiā retractare, & interpretari. G. & ſeq. *142*.

Princeps abſolutus an poſſit loca ciuitati ſubiecta in feudum dare. A. & ſeq. *143*.

Principi abſoluto an liceat in conſcientia, ſola facti veritate inſpecta, iudicare. C. *143*.

Princeps abſolutus an poſſit dilationes concedere debitoribus, in præiudicium creditorum. D. & ſeq. *143*. & quid ſi in præiudicium Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticorum. G. & ſeq. ibidem.

Princeps abſolutus an facere poſſit, vt priuata ſcriptura plenam faciat probationem. I. & ſeq. *143*. & quid cum de petitorio, & poſſeſſorio agitur. K. ibidem. A. & ſeq. *144*. quid circa reſtitutionem, & gratiā. F. & ſeq. *144*. ad *A*. & ſeq. *146*.

Principum abſolutorum cum Imperatoribus, & Regibus comparatio. G. *146*.

Principes abſoluti per quid in Tyrannos degenerent, quid Tyrannis, & eius ſpecies. H. & ſeq. *146*. *A*. & ſeq. *147*. ſigna bonorum, & Tyrannorum principum. C. & ſeq. *147*. Tyrannorum actiones. H. et ſeq. *147*. *A*. & ſeq. *148*.

Principum ſubditorum deſcriptio, & ori-

origo. A. & ſeq. 150 dignitas, locus, & quid ſi minores ſe inueniant ad latus Proregis. C. & ſeq. 150.

Probatio, quid & eius ſpecies, & quid ſint. E. & ſeq. 382. quando plena, vel ſemi plena. I. & ſeq. 387. ad A. & ſeq. 389.

Procurator ſub aduocati nomine an compræhendatur. D. & ſeq. 237. an eius officium obſit nobilitati. K. ibidem. A. & ſeq. 338. & G. ibidem de eius approbatione, & quaſi caſtrenſi peculio. B. & ſeq. ibidem an poſſit aduocati munus vſurpare. D. & ſeq. ibidem.

Procuratores fiſcales, qui, quot, eorum dignitas, à quo eligantur. B. & ſeq. 339. eorum præſentia quàm neceſſaria in ſententijs. A. & ſeq. 340. an ſoluere aliquas Iudiciarias expenſas teneatur. F. & ſeq. ibidem. quæ curare debeant. G. & ſeq. ibidem. an teneantur preſtare cautionem, vel perſonam legitimare. H. & ſeq. ibidem. circa quos caſus agere debeant. A. & ſeq. 341. ad A. & ſeq. 343. an cogantur contra ſuos coniunctos patrocinium ſuſcipere. F. & ſeq. 343.

Procuratores fiſcales an extra ſuum Tribunal cauſas tractare cogantur. H. & ſeq. ibidem. quarum cauſarum aſſumere non debent patrocinium. H. ibidem. A. & ſeq. 344. quando debitorij debitores cogere poſſint. D. ibidem. an eorum debitoribus competat compenſatio. E. et ſeq. ibidem quomodo ſe gerere debeant circa ſcripturas præſentatas. K. ibidem. A. & ſeq. 345. & circa libros, quos apud ſe tenere debeant. D. & ſeq. ibidem. eorum cauſæ ſummariæ. G. ibidem. an teneantur præſtare iuramentum de calumnia. I. ibid.

Procuratoris Pauperum munus. k. 345. A. & ſeq. 346. an duobus pauperibus litigantibus alterutrius cauſam ſuſcipere teneatur, & cuius. I. & ſeq. 346. A. & ſeq. 347.

Procurator priuatarum perſonarum ſi mandatum non demonſtret, an reiiciatur. pellatur. D. & ſeq. 347. quandiu duret mandatum H. ibidem. an lite conteſtata poſſit procurator de mandato requiri. I. & ſeq. ibidem. A. & ſeq. 348. quid ſi non habeat facultatem exigendi. D. ibidem. vel ſit tantum ad agendum conſtitutus. G. & ſeq. ibidem.

Procurator an debeat inuocibus procuratione recipere. I. & ſeq. 348. quid facere debeat aſſumpta procuratione. A. & ſeq. 349. & an appellare teneatur. C. & ſeq. ibidem, & an lite conteſtata, procurator inſtitui poſſit, & ſubſtitui. F. & ſeq. ibidem A. & ſeq. 350.

Procurator an poſsit petere terminum, vt inſtruatur ſuper re de qua agitur. C. et ſeq. 350.

Procuratores, qui eſse poſsint, qui non F. et ſeq. 350. an abſentes, ſurdi, muti, decuriones, excommunicati I. et ſeq. ibidem. A. 351. an minores, mulieres, milites, Clerici B. et ſeq. ibidem. A. et ſeq. 352. an litium redemptores, an ſerui, an deportati, Banniti, qui cauſæ cognitionem non habent, et qui in iudicio ſtare non poſsint. E. et ſeq. ibidem. quid, ſi duo appareant inſtituti procuratores, et quid ſi duo eodem die appareant inſtituti. L. et ſeq. 352. A. et ſeq. 353.

Procurator an poſsit mandati fines excedere. k. 353. A. et ſeq. 354. quid, ſi mandato abutatur. B. ibidem.

Procuratores, qui inſtituere poſſint an filii familias. E. et ſeq. 354. an ſerui A. et ſeq. 355. an qui vtilem habent actionem. C. et ſeq. ibidem. an plures gentes de familia, vel communi diuidendo vnum poſsint conſtituere procuratorem. E. ibidem, an Surdi, et muti, excommunicati, vel pupilli. F. et ſeq. ibidem.

Procuratores in quibus caſibus conſtitui poſsint, vel non B. et ſeq. 356. an in popularibus actionibus. G. ibidem, an in cauſis criminalibus. B. et ſeq. ibidem ad A. 360.

Pro-

Procuratoris reuocatio quotuplex, & eius ſpecies, & quando tacitè fiat. G. & ſeq. 360. ad A. & ſeq. 363. quando expreſſè. k. ibidem.
Procurator, non ſoluto ſalario, an poſſit ſcripturarum reſtitutionem denegare. H. & ſeq. 361. vel litis expenſis A. & ſeq. 362.
Procuratore nouo creato, an antiquus intelligatur reuocari. F. & ſeq. 362.
Procurator, an conſtituenris morte cenſeatur reuocatus. B. & ſeq. 363.
Procuratoris ad reuocationem requiſita, vt ſententia nulla dicatur. B. & ſeq. 364. A. & ſeq. 365.
Proreges, qui dicantur, & eorum poteſtas. D. & ſeq. 112. A. & ſeq. 113. eorum antiquitas, & nomina. D. & ſeq. 113.
Proreges quomodo ſe gerere debeant, vt ſibi, & ſubditis conſulant. A. & ſeq. 114. A. & ſeq. 115. quomodo in conuerſando ibidem. quomodo in Officialium electione. I. & ſeq. 115. A. & ſeq. 116.
Proregi quid faciendum, ſi Iudices iniuſtitiam committant. A. & ſeq. 117.
Proregis praſentia in Iudicijs quando neceſſaria. H. & ſeq. 117. A. & ſeq. 118.
Proregum cura in eliminandis otioſis hominibus. E. & ſequentibus 118. cur otium fugiendum ibidem exempla contra otioſos. H. ibidem, mala ex otio deuenientia. I. & ſeq. ibid. A. & ſeq. 119.
Proreges vigilare debent, ne in ciuitatibus regni diſcordiæ maximè inter nobiles verſentur. E. & ſeq. 119. A. & ſeq. 120. dicta, & exempla ibidem.
Proregibus quàm abominabilis adulatio eſſe debeat. C. & ſeq. 120. eius mala ibidem. vnde ſtellionatus crimen. G. & ſeq. ibidem adulatio, quid. I. ibidem eius effectus ibidem. A. & ſeq. 121.
Proregum maxima poteſtas. F. & ſeq. 121. G. & ſeq. 122. A. & ſeq. 123. quomodo, & vti debent. C. & ſeq. ibidem.
Proregum poteſtas in procedendo ex abrupto. I. & ſeq. 121. A. & ſeq. 122.
In legitimando naturales, & ſpurios. D. & ſeq. ibidem.
In procedendo ſummariè, & abſque figura Iudicis. H. & ſeq. ibidem.
In alienatione Regalium. A. 123.
In illuſtrium condemnatione. C. ibid.
In vectigalium impoſitione. D. 123.
In feudorum Alienatione. E. & ſeq. ibidem.
In matrimonijs feudatariorum cum hereſteris. H. & ſeq. ibidem.
In forma feudis tribuenda, ac decima, & toreeno K. 123. A. & ſeq. 124.
In ſubditorum compulſione ad pacem, vel ad litem compromittendam. B. & ſeq. 124.
In vendirionibus faciendis D. & ſeq. ibidem.
In delictorum pænis, indultandi facultate, & ſumma talionis. E. & ſeq. ibidem.
In ballo minoribus dando. A. 125.
In militibus, & eorum Capitaneis creandis, & armis portandis. E. ibidem ad A. 131.
In relegandis coniunctis Bannitorum. I. & ſeq. 125.
In ſalua guardia ſubditis Baronum. E. & ſeq. ibidem.
In ſaluo conductu, Generali indultu, & Moratorijs dilationibus. H. & ſeq. ibidem.
In Exequutorijs regalium, & Pontificiorum reſcriptorum B. & ſeq. 126.
In Officialium conſtitutione. k. ibidem. A. & ſeq. 127.
In proponendis Regi Prelatis Eccleſiaſticis, & Officialibus ſecularibus eligendis, vel nominandis. B. & ſeq. 127.
In officiorum venditione. I. & ſeq. 127. A. 128.
In gratijs ex delictis, & pænis. A. & ſeq. 128. A. 129.
In tractis I. & ſeq. 128. A. & ſeq. 129.

In

In Venia officialibus concedenda de recedendo de loco ad locum,& ſubſtituendo. C. & ſeq. 129.
In perſonis malæ vitæ, & famæ. H. & ſeq. 129.
In officialium Regni Creatione, cum limitationibus. B. & ſeq. 130.
In ætatis diſpenſatione, & inducijs. E. & ſeq. 130.
In Emancipatione, iuramento fidelitatis à Baronibus exibendo, deportatione ac foriudicatione. F. & ſeq. 130.
In titulo in reſcripto apponendo. D. & ſeq. 130.
In Proregis, & Capitanei Generalis facultate. K. 130. A. & ſeq. 131.
In ſui officij ſubſtitutione. D. & ſeq. 131.
In muliere ad ſecundas nuptias conuolante, ſi pupillum ſecum habere velit. G. 131.
In inferiorum Iudicum mutatione. H. & ſeq. 131.
In priuilegiorum conceſſione. K. 131. A. & ſeq. 132.
Protonotario munus, & actiones contra ipſas. D. & ſeq. 607. A. & ſeq. 608. an in negotio teſtimoniū admittendum. I. & ſeq. 608. A. & ſeq. 609. ad I. 610. eorum iura. B. & ſeq. 611. ad K. 613.
Prudentia quid ſit, & vnde dicatur. K. 21. differentia inter ipſam, & ſcientiam. A. 22. ſine ipſa nulla virtus conſiſtit. E. ibidem, & ſeq. Regnantibus neceſſaria. B. & ſeq. 22.
Publica via qualitèr ad Regis ius ſpectat, & cui ceſſunt in ea inuenta, & ibi de Rantaria. H. & ſeq. 58. A. & ſeq. 59.
Publicani, qui, & vnde dicti. D. & ſeq. 660. qui eos ereare poſſit, vide Gabellę publicanorum ab Eccleſiaſticis exigentium Gabellas, pænæ, vel ſi plus equo exigant. B. & ſeq. 664. aut Gabellam, quæ non extat. I. & ſeq. ibidem. A. & ſeq. 665. quid ſi in ſtatuto tempore non ſoluant. k. ibidem. quid de eorum libris, & horum fide. B. & ſeq. 666. A. & ſeq. 667.

R

Rantaria, vide publica via.
Rebellionis crimen vide regibus obedientia, & fidelitas, &c. & ſequentia.
Recuſationem Iudicum cauſant inimicitiæ. C. et ſeq. 296. vide verba Iudicis recuſationem.
Regem eſſe quàm vtilē, et neceſſarium reipublicæ D. et ſeq. 1. A. et ſeq. 2. vnde dicatur, et eius qualitates. A. et ſeq. 7.
Regem origo. D. et ſeq. 2. eorum nomen formidabile. K. 2. A. 3.
Reges debent ſe gerere, vt paſtores. C. 3.
Regni Iſrael quatuor ordines, & quorum, D. & ſeq. 3. A. & ſeq. 4. an omnes tales fuerint legitimi Reges. G. & ſeq. 3.
Regni Siciliæ origo, & ſucceſſio. G. & ſeq. 4. ad A. & ſeq. 6.
Regi religionis virtus quanti facienda. G. & ſeq. 7. A. & ſeq. 8. Religio, quid ſit. G. 7. deuiantes à vera religione quibus moueantur occaſionibus I. & ſeq. ibidem. A. & ſeq. 8.
Regibus fictam ſufficere religionem, aſſerentes impugnantur. I. & ſeq. 8. A. & ſeq. 9. item ij, qui ſolum iuri naturali inhærere ſufficiens aſſerunt. E. & ſeq. ibidem.
Regibus, & reipublicæ quantum ad regimen conferat Chriſtiana religio. H. & ſeq. 9. A. & ſeq. 10. bona ex ea, & mala ea deficiente ibidem. quanti ſemper illam defendere, & infideles eliminare. H. & ſeq. 10.
Regibus quàm neceſſaria iuſtitia, & huius virturis encomia, quàm iniuſtitia vitanda. A. & ſeq. 12. Iuſtitia quotuplex. I. & ſeq. ibidem, in quo conſiſtat diſtributina ibidem. A. & ſeq. 13. in quo commutatiua I. & ſeq. 12. A. & ſeq. 13. quam circum

ſpe-

ſpecie diſtributiua ſeruanda. C. & ſeq. ibidem. A. & ſeq. 14. quàm obſeruanda prædeceſsorum ſtatuta, & fides ſeruanda ibidem. *A*. & ſeq. 15. Item, & contractus, tàm proprios, quàm prædeceſsorum. I. ibid. limitatio. I. & ſeq. ibidem. A. & ſeq. 16.

Regibus clementia, quàm ſit propria. D. & ſeq. 16. Clementes Deo aſſimilati. F. & ſeq. ibidem. quàm neceſsaria clementia. H. & ſeq. ibidem & ibi exemplum. A. & ſeq. 17. inclementiam Regi conuenire confutatur. K. ibidem. A. & ſeq. 17.

Regnantibus datus gladius ad terrorem, non ad vindictam. K. 17. A. 18. limitatio. B. & ſeq. ibidem. illis quando neceſsarius rigor ibidem.

Regnantibus fortitudo, quàm neceſsaria. *I*. & ſeq. 10. & ibi exempla co cua iuſtitiæ. A. & ſeq. 19. quid ſit fortitudo. B. & ſeq. ibidem vnde dicta. E. ibidem. quomodo exercenda; & quàm cautè. F. & ſeq. 19. A. & ſeq. 20. & ibi exempla.

Regnantibus liberalitas conueniens, & quàm cautè exercenda ne abeat in vitium. H. & ſeq. 20. A. & ſeq. 21.

Regnantibus prudentia neceſsaria. B. & ſeq. 22. quid illa ſit, & vnde dicatur. k. 21. differentia inter ipſam, & ſcientiam. A. 22. ſine ipſa nulla virtus conſiſtit. B. & ſeq. ibidem.

Regnantibus neceſſaria temperantia, quid illa ſit, & quot modis accipiatur. *I*. & ſeq. 22. A. 23. quotuplex ſit ibidem. quæ eius partes. B. & ſeq. ibidem eius vtilitas. D. & ſeq. 23.

Regnum quis adipiſcitur aut ſucceſsione, aut electione. G. 23. vter modus melior. I. & ſeq. ibidem. A. et ſeq. 24. rationes pro ſuccedente ibidem. pro electo. H. et ſeq. 25. *A*. & ſeq. 26.

Regum ſucceſſio quotuplex, & cur primogenitus præponatur. *I*. & ſeq. 25. cur vnus tantum debeat eſſe Rex. K. ibidem. *A*. & ſeq. 26.

Regnum ad primogenitum an hæreditatis nomine an verò iure ſanguinis perueniat. H. & ſeq. 26. ad A. & ſeq. 28.

Regnans an poſſit primogenito in teſtamento, vel extra aliquod præiudiciũ inferre circa regni poſſeſſionem. C. & ſeq. 28. C. & ſeq. 35.

Regnum moriente primogenito cur potius ad filium, quàm ad patruum ſecundogenitum ſpectat. k. 28. A. & ſeq. 29.

Regnum primogenito mente capto, vel furioſo, ad quem ſpectat. D. & ſeq. 29.

Regnum herma phrodito an, quomodo, & quando competat. G. & ſeq. 29.

Regnum cui competat ex pluribus eodem partu natis. *I*. & ſeq. 29. A. & ſeq. 30.

Regia primogenitura an competat fœminis. K. 30. ad A. & ſeq. 32. limitationes ibidem. A. et ſeq. 33. quid in linea tranſuerſali. C. & ſeq. ibidem. A. & ſeq. 34.

Regni ſucceſſio an ad naturales tantùm tranſire poſſit. H. & ſeq. 34. *A*. et ſeq. 35. an ad eorum legitimos, & naturales filios. K. 35. *A*. 36. an ad naturales legitimatos. E. & ſeq. 35.

Regia deficiente linea, tàm recta, quàm tranſuerſali quis ſuccedere debeat. A. et ſeq. 36.

Regiæ poteſtati cur norma datur. E. et ſeq. 36. *A*. et ſeq. 37.

Regia poteſtas quotuplex. C. et ſeq. 37. quid de abſoluta aliqui ſentiant. H. et ſeq. ibidem differentia inter tyrannicam, et iuſtam. k. ibidem. *A*. 38.

Regnantium dominatus triplex. B. et ſeq. 38. qui ibidem Monarchicus anteponitur Ariſtocratico, et Democratico. H. et ſeq. 38. a. et ſeq. 39. rationes ibidem.

Reges quo ſenſu dicuntur non ſubeſſe legibus. k. 39. a. et ſeq. 40. et vti poſſe potentia abſoluta. G. et ſeq. 40. a. et ſeq. 41.

Regum reſcripta æquitati non conſona conſultanda, et quare. a. et ſeq. 41.

Re-

Regibus quàm pernicioſi adulatores. E. et ſeq. 41. a. et ſeq. 42.

Reges in arduis ſine Baronum conſilio nihil ſtatuere debent. D. et ſeq. 42.

Regiæ donationes, et alienationes an reuocari poſſint. E. et ſeq. 42. a. et ſeq. 43. rationes, et exempla ibidem. C. et ſeq. 44.

Reges ſubditorum taxata ſeruitia ne diminuant, et quare. a. et ſeq. 44. vt aliqua in tertij præiudicium concedant. F. et ſeq. ibidem limitationes. k. ibidem. a. et ſeq. 45.

Reges an Clericis facinoroſis indultum concedere poſſint. E. et ſeq. 45. an etiam in Clericos, & Eccleſiaſticos aliquam facultatem habeant. H. et ſeq. ibidem. *A.* et ſeq. 46. et perturbatores à Regno repellere. D. et ſeq. 46.

Reges an poſſint Baronum meri, et mixti Imperij priuilegia reuocare, vel Iudicem, qui primas vaſſallorum cauſas agnoſcat dare I. & ſeq. 46. *A.* et ſeq. 47. limitatio. D. et ſeq. 48. et quid quando Regi adeſt merum, et Baroni mixtum Imperium. D. et ſeq. 47. exempla ibidem. *A*, 48.

Reges an poſſint inuitos vaſſallos alienare, & an alienati renuere, et ſe defendere poſſint B. et ſeq. 48. rationes ibidem. A. et ſeq. 49. exempla Argiræ, et Pactarum ibidem. quid ſi maior Vaſſallorum pars alienationi conſentiat minore diſſentiente. D. et ſeq. ibidem. et an omnibus conſentientibus fiat cæteris præiudiciũ. E. et ſeq. ibidem.

Rex Martinus ſpopondit, Argyram ſe nullo modo alienaturum. G. 49. et tale priuilegium ex cauſa oneroſa 15200. an vnciarum confirmatum anno 1627. vnde eſt à Regio demanio in alienabilis; et rationes ibid. E. et ſeq. 50. *A.* et ſeq. 51. quid dicendum de illis alienationibus ex gratia factis. H. et ſeq. 49. *A.* et ſeq. 50.

Reges in quibus caſibus ciuitates demaniales alienare poſſint, inuitis vaſſallis. B. et ſeq. 51. ad A. et ſeq. 53.

Maieſtatis Catholicæ obſeruatio. C. ibidem.

Regibus Regni alienatio an directè, vel in feudum permittatur. G. et ſeq. 53. A. et ſeq. 54. rationes ibidem.

Regibus an liceat Baronias, feuda, et cetras alienatas in Regium reducere demonium. k. 54. *A.* et ſeq. 55. et quid ſi Vaſſalli Baronis ſæuitiam contendant. D. et ſeq. 55.

Reges contra dantes ad vſuras, ac Iudæos, et vſurarum exactiones qualem poteſtatem habent. I. et ſeq. 55. A. et ſeq. 54.

Regum neceſſitas, et quæ ſubditi ſubminiſtrare teneantur. E. et ſeq. 56.

Regaliorum nomine, quæ veniant. K. 56. A. et ſeq. 57. Ormandiæ quid, vnde Ormandiæ, et publicæ viæ.

Regalia pẽdunt flumina nauigabilia. D. et ſeq. 59. et quomodo Regi adheret ibidem. Item portus, et ripæ ibidem. item vectigalium impoſitio. B. et ſeq. 60. A. et ſeq. 61. et qualitèr iſta Reges vti debent. D. et ſeq. 61. et quibus cautelis imponenda. k. 61. A. et ſeq. 62.

Regiæ ad Maieſtatis ius monetæ facultas ſpectat, et quomodo. C. et ſeq. 62. et quid ſi eam priuatus cudat ibidem. B. 63. et an talis facultas pręſcribi poſſit. F. et ſeq. 62.

Regi competunt confiſcationes, et quare. E. et ſeq. 63. et quibus caſibus Baronibus habentibus merum, et mixtum Imperium. H. et ſeq. 63.

Regis eſt nundinarum apparatum concedere. K. 63. et an eum proximorum præiudicio. A. et ſeq. 64.

Regaliorum ratione bona vacantia ad Regem ſpectant, quomodo, et quando E. et ſeq. 64. quando non I. et ſeq. ibibem. *A.* et ſeq. 65. quando ad alias perſonas ibidem.

Regalis eſt authoritatis magiſtratus creare. H. et ſeq. 65. A. et ſeq. 66. et quando ibidem. et an dominatór, ſucceſſor valeat ſui prædeceſſoris magiſtratus mutare, et numerum augere, vel minuere. D. et ſeq. ibidem.

ibidem, vel vendere. F. ibidem.

Regis poteſtas in feudis concedendis, terris conſtituendis, naturalibus legitimandis, publicis ſtudijs erigendis, perſonis nobilitandis, à collectis, et vectigalibus in munes reddendo, in illis imponendis, augendis, vel minuendis, in bellis parandis, venatione prohibenda, hoſpitio petendo, Metallorum, et ſalium fodinis eruẽdis, piſcatores imponendo, dimidium theſauri inuenti, ac multas exigendo ac dignitatibus etiam tunc mero, et mixto Imperio concedendis. G. et ſeq. *66*. A. *67*.

Regiæ, quæ indiuiſim adhęrent poteſtati. B. 67.

Regi quando alienatio licita, quando non. C. et ſeq. *67*. et quando in alienatione Regalia conceſsa intelligantur, quando non. k. *67*. A. et ſeq. *68*. et an præſcriptio aliquid operetur circa *Regalia*. A. et ſeq. *69*. et quando conceduntur regalia qualitèr cenſeantur conceſsa. I. et ſeq. ibidem A. et ſeq. 70. et an non obſtante conceſsione, poſsit præiudicium inferre Baroni, quomodo, et quando. D. et ſeq. 70.

Regibus obedientia, et fidelitas præſtanda etiam criminoſis. k. 70. A. et ſeq. 71. H. et ſeq. 72. *A*. et ſeq. 74. Mores diuerſorum gentium in rege colendo E. et ſeq. ibidem. qualitèr lęſæ Maieſtatis crimen committatur. E. ibidem. I. et ſeq. ibidem. item rebelliones ibidem. A. & ſeq. 72. B. & ſeq. 74. k. 75. *A*. & ſeq. 76. & an *R*ebelli domino ſubditus obedire teneatur. k. ibidem. A. 73.

Regi tributa ſoluere renuens an lęſæ Maieſtatis crimen committat. B. & ſeq. 73. rationes ibidem, item conſilium dantes. C. ibidem. item caſtrum reſtituere ad Regis præceptũ nolentes, vel ſinę eius iuſſu alteri Magiſtro equitum Caſtrum miſerint, vel non obſtante iuſsu, nolint alteri agmina præbere, vel ſine iuſſu dominantis exercitum deſerentes. D. & ſeq. ibidem. Rebellium pœnæ, & qualitèr eorum filij tractandi. E. & ſeq. ſeq. ibidem.

*R*ege arma mouente, non debet ſubditus de belli iuſtitia iudicare, ſed *R*egem iuuare. H. & ſeq. *73*. *A*. *74*. limitatio. k. *73*.

*R*egi fidelis quis dicatur, & vnde dicatur fidelis. *B*. & ſeq. 74. cui magis debeat quis Patri, an *R*egi eſse fidelis. E. & ſeq. ibidem. et an fidelitatis iuramentum feudatario remitti poſsit, & vnde dicatum feudum. G. & ſeq. 74. A. et ſeq. 75. & quibus modis fidelitas frangatur. k. ibidem ad a. & ſeq. 77.

Regi Militiæ ſeruitium debitum, vide militare ſeruitium.

Regij Patrimonij conſeruatoris officium, præeminentia, locus, poteſtas, onus, B. & ſeq 281. a. & ſeq. 282.

*R*epetundarum pœna. *B*. 253.

*R*eliquiarum ſacrarum odoratio quando licita, quando non B. et ſeq. 700.

Rogerij animaduerſio in iniuſtum Iudicem. C. 117.

Romanorum lex in Iudices pecuniã corruptos C. & ſeq. 253.

S

SAlomonis ædificium in Iudicum eruditione. E. et ſeq. 255.

Sardiniæ Regnum an ſubſit Imperatori. G. 105.

Scenici an permittendi, & qui. H. et ſeq. 717. ed E. 720.

Sequeſtrata ne non opponente quomodo procedendum. a. & ſeq. *466*.

Sculptura, et eius origo. *A*. et ſeq. 688.

Siciliæ Regnum an Imperatoris iuriſditioni ſubiaceat. G. 105.

Sigilli requiſita. I. et ſeq. 703. *A*. et ſeq. 704. eius violatores. B. et ſeq. ibidem.

Signum, quid ſit, et quotuplex. F. et ſeq 387.

Sonus, quid ſit: D: et ſeq: 730: eius diuiſio: F: et ſeq: ibidem: quot modis

ois fiat. E. & ſeq. 734.
Spolium prælatorum cur Regi debitum, vide militare ſeruitium.
Stellionatus, vide Proregibus, quàm abominabilis.
Stylus mercatorum, vide mercatorum ſtylus.
Sub audit Dux an Imperatorem cognoſcat Dominum. H. 105.
Succeſsiones ad bona vacantia. *A.* & ſeq. 65.
Subſtitutionũ variæ ſpecies, & quæ. K. 644. A. & ſeq. 645.
Suſpicio, quid, & quotuplex. k. 386. A. & ſeq. 387.
Syndicus, quid ſit, vnde dicatur, eius electio, ad eam requiſita, & an poſsit expreſsè. D. & ſeq. 428. ad A. & ſeq. 431. eius officium. B. & ſeq. 434. ad A. & ſeq. 436.
Syndici, actoris, æconomi, & procuratoris differentiæ. E. & ſeq. 430. A. & ſeq. 431.
Syndicus an poſsit eſſe teſtis in cauſa, quam agit, & an poſſit remoueri. B. & ſeq. 432.
Syndicus an finito tempore, cogi poſsit ad litem inceptam proſequendam. E. & ſeq. 432.
Syndicus in ciuilibus cauſis tractandis quomodo libellum formare debeat 432. & in criminalibus quomodo ſe gerere debeat. *A.* & ſeq 422.
Syndicus in bonis vniuerſitatis alienandis, quid facere teneatur. G. & ſeq. 422.
Syndicus non poteſt aliquem immunem facere à Gabellis, nec minuere debita, vel Iuris punitiones, vel non exigere. k. 433. A. 434.
Syndicum aduerſùs, quæ poſsunt opponi. C. & ſeq. 436.
Syndico citato, an dicatur citata vniuerſitas. H. & ſeq. 436. A. & ſeq. 443.

T

Temperantia, quid F. & ſeq. 22. quotuplex, & eius partes, vtilitates, & encomia. A. & ſeq. 23.
Terminorum, ſiuè fines agri motores, & quibus ſubijciantur pœnis. A. F. 419.
Teſtamentum, & eius requiſita. E. & ſeq. 642. A. & ſeq. 643.
Teſtes priuilegiati, qui ſint, & an teneantur examinari in iudicio. H. & ſeq. 450. A. et ſeq. 451.
Teſtes recepti an, præſentato interrogatorio, ſint repetendi. H. & ſeq. 458. A. & ſeq. 459.
Theuſatarij officium, nomina. C. et ſeq. 673. dignitas, & authoritas. B. & ſeq. 674. quę ei interdicta, quæ permiſſa, & eius obligationes. E. & ſeq. ibid. ad H. 676. quid ſi locuples factus ſit. *I.* & ſeq ibidem an ad eius debita teneantur filii, & vxor. G. et ſeq. 677. *A.* et ſeq. 678.
Torturæ, qui ſubijci poſſunt, qui non. B. et ſeq. 393. an milites. E. et ſeq. ibidem an decuriones. *H.* et ſeq. ibidem. an nobiles. K. ibidem. A. 394. an impuberes, & ſenes. B. et ſeq. ibidem. an qui membra habent defectuoſa. D. et ſeq. ibidem. an Gallico morbo infecti, G. et ſeq. ibidem. an pręgnantes, et alios corporis indiſpoſitiones patientes. *I.* & ſeq. ibidem. *A.* et ſeq. 395.
Torturæ gradus, quid, et quotuplices ſint. G. et ſeq. 395. A. et ſeq. 396. repetitio. A. et ſeq. 397. Confeſſio in ea facta, et requiſita. H. et ſeq. 397. quid ſi confeſſio reuocetur. A. et ſeq. 398. Elogium mittendum. E. et ſeq. ibidem. quæ in tortura ſeruanda. A. et ſeq. 382.
Triumuiratus. E. et ſeq. 90.
Tutorum onus in reddendis rationibus. B. et ſeq. 439.
Tyranni Tyrannis, vide Principes abſoluti.

Typograghiæ vtilitas, Excellentia, neceſſitas. D. et ſeq. 757. A. & ſeq. 758.
Typographorum pœnæ libros, & alia ſine ſuperiorum licentia imprimentium. C. & ſeq. 759. *A.* & ſeq. 760. & quare. k. ibidem. A. & ſeq. 761. Exempla. B. & ſeq. ibidem. & quid ſi libri hereſim contineant. E. & ſeq. ibidem.
Typographorum pœnæ, ſi libros reimprimant, non obſtante priuilegio, de non imprimendis ſine licentia authoris, & quando abſque licentia imprimi poſſunt. D. & ſeq. 762.
Typographi an diebus feſtiuis artem ſine peccato poſſint exercere. C. & ſeq. 763. an excuſentur à Ieiunio. E. & ſeq. ibidem.

V

Vaſſalli circa obedientiam, & fidelitatem, vide Regibus obedientia, Regi fidelis, & ſequentia.
Vectigalia, vide Gabellas.
Ventorum cauſæ, & natura. E. 599. ad B. 602.
Venetiatum reſpublica an iubſit Impetatori. I. 105.
Vicarij principum, vide Proreges.
Vice comites, qui. H. 152.
Viæ publicæ, vide publicæ viæ.
Vigilum præfectus, eius munus, & onera. G. & ſeq. 484. *A.* et ſeq. 485.
Vinum, quæ mala homini afferat. D. & ſeq. 266.
Vita militia cur inſtituta. k. 213. an occupet locum legitime. *A.* & ſeq. 214. vel alimentorum. B. & ſeq. ibidem. cur talis nominetur. F. ibidem. quibus, & quando debeatur. G. & ſeq. ibidem. A. & ſeq. 215. C. & ſeq. 216. an circa eam poſſit compromitti, A. & ſeq. 216.
Vitæ militiæ quantitas. D. & ſeq. 216. an ſi primo genito ſecundus genitus prommiſerit, illam non petiturum pactum proſit eius ſucceſſori in feudo: G. & ſeq. 216.
Vocis definitio, & quomodo emittatur. D. & ſeq. 730. A. & ſeq. 731. Diſparitas. H. 731. diſtinctio I. et ſeq. ibidem. A. 732.
Vox an ſit corporea. B. & ſeq. 732.
Vngariæ Regnum an ſubſit Imperatori. G. 105.
Vniuerſitas an bonis cedere poſſit. G. & ſeq. 426.
Vſura in emptione, & venditione. *H.* & ſeq. 514. quotuplex. *A.* & ſeq. 515. peccata in ea exercenda, C. & ſeq. ibidem. rationes in fauorem vſuræ. E. & ſeq. 515. *A.* & ſeq. 516. vera ſententia. C. & ſeq. ibidem. quid ſit vſura. E. & ſeq. ibidem, limitationes, & circumſtantiæ ad prædicta. G. & ſeq. 516. A. & ſeq. 517.

Z

Zodiaci ſigna, & qualitates. *H.* & ſeq. 570. *A.* & ſeq. 571. combinationes inter planetas. D. & ſeq. ibidem. eorum efficacia in ciuitates, & prouincias. H. & ſeq. ibidem, & in partes humani corporis, & eius ætatem. I. & ſeq. ibidem. eorumdem dignitas, et bona, ac mala eo deficiente. G. & ſeq. 572.
Zodiaci circuli ac partes. D. & ſeq. 574.

FINIS.

A 638

G.s.

Digitized by Google

Digitized by Google